BIBL. NAZ
Vitt Emanuele III
RACCOLTA
VILLAROSA
F
29
NAPOLI

C.H.154.

Ex lib: Caroli Antonj de Rosa
JC. Neapol. an. 1746.

ANTONII

HERINGII

TRACTATVS

DE

FIDEIVSSORIBVS.

Digitized by Google

597663 Vil. I 29

ANTONII HERINGII

OLDENBVRGENSIS I.V.L.

Et Illuſtriſs. ac Generoſiſs. Comitis Oldenburg. & Delmenhorff, &c. Conſiliarij,

TRACTATVS *DE* FIDEIVSSORIBVS,

IN QVO

EX IVRE COMMVNI, CIVILI AC CANONICO, NEC NON VARIORVM IVRIS Interpretum Commentariis, ac Conſiliis,

VT ET DIVERSIS IMPERII ROMANI, GERMANICI, ALIORVMQVE REGNORVM, Ducatuum, & Ciuitatum Conſtitutionibus, Ordinationibus, Rebus iudicatis, Statutis Municipalibus ac Moribus,

INTEGRA MATERIA FIDEIVSSIONVM, TAM PRACTICE quàm theoricè, iuſta methodo, ac ſummatim eſt collecta & expoſita.

Additis nunc primùm Tractatibus

HIPPOLYTI DE MARSILIIS, GVLIELMI A CVNEO, & PETRI SANTERNÆ in eadem, & affini Materia.

Cum INDICIBVS *Capitum, Rerum, ac Verborum locupletiſſimis.*



GENEVÆ,

Sumptibus Leonardi Chouët.

M. DC. LXXV.

Digitized by Google

Ad

CANDIDVM & BENEVOLVM

LECTOREM

AVTHORIS

PRÆFATIO.

EA hodierni, & ferrei noſtri ſæculi, Candide, & Beneuole Lector; aurea eſt felicitas, vt cum ſumma animi voluptate cernere liceat, artes omnes, tàm liberales, quàm Mæchanicas, ad ſummam ἀκμὴν, & perfectionem aſcendiſſe, præſertim verò rem literariam adeò ſcriptis excultam eſſe, ac etiamnum per doctiſsimorum hominum lucubrationes, beneficio Artis Impreſſoriæ, in vnaquaque facultate quotidie excoli, vt vita hominis longè breuiores ſortiatur annos, quam vt perlegendis ac euoluendis iſtiuſmodi libris ſufficiant. Verum huic felicitati nonnihil malitioſa quorundam proteruia rurſus incommodat, qui cum Copreæ ſint, Saperdæ tamen ſibi eſſent videntur, atque ideo, dum aliorum de vita communi benè mereri volentium honeſtis conatibus ſuo intempeſtiuo, & ſiniſtro iudicio præcociter detrahunt, ipſimet tamen, vel paria, vel meliora dare non valentes, in cauſſa ſunt, vt multorum eruti theſauri iterum defodiantur, nec ad poſteritatem perueniant, ea in re noctuis non abſimiles, quæ, cum ipſæ Solem ferre nequeant, perpetuas tenebras eſſe mallent. Et ſanè hanc ipſam ſugillandi libidinem multas egregias, & reconditæ eruditionis operas nobis inuidiſſe, & adhuc premere, non eſt dubium, cum vtique omnes boni ventoſa illa talium Ariſtarchorum iudicia, plerumque tamen nihil aliud, quàm meram ἀπαιδευσίαν ſapientia, non ferant, ſed ſummoperè abhorreant, & deteſtentur.

Talia igitur mihi cogitanti, nec non illud dictum Plinij Iunioris *lib. 7. Epiſtol. ir.* ruminanti: *Cogito, quàm ſit magnum, dare aliquid in manus hominum, nec perſuadere mihi poſſum, non & cum multis, & ſæpè retractandum, quod placere, & ſemper, & omnibus cupias.* Item illud Hieron. *Qui ſcribit, multos ſumit iudices!* ab omni quoque ſcriptione abſtinere initio decretiſſimum fuit, præſertim, vbi nouiſſimè Ioan. Franc. Terzanium Cremonam I. C. ſatis eruditum *in epiſtola conſulta. criminal. Barthol. BertaZolij præfixa*, admodum acriter in modernos tractatuum Conſarcinatores inuehi ac deſtomachari animaduerti. Vbi verò rem totam, ſimulque accuratius perpendi: *Moleſtum eſſe, ſuſtinere inuidiam, ſed multo moleſtius, nihil habere inuidendum!* nefas, imò ridiculum eſſe duxi, inertium deſidiam, quaſi iudicium reſpicere, ac propter paucorum ſugillationes velle deſinere benè agere, ac otio, quod teſte Hieronymo, ingenij quædam rubigo eſt, torpeſcere. Taceo, voluptatibus aulicis debitos in diem quaſi viuere, viuendique cauſas quotidie finire, ideo-

que meritò, dum ſuppetit vita, enitendum, vt mors quàm pauciſſima, quæ abolere poſſit, inueniat. Et cur, ſodes, me iſtorum ineptorum Scarabeorum ſuſurri magis turbarent, quam virtutis calcar ad honeſta vadentem incitaret? Verè namque ſapiens Romanus: *Aequo animo audienda eſſe imperitorum conuitia, & ad honeſta vadenti contemnendum eſſe iſtum contemptum.* Id quod eleganter adumbrant ſequentia Diſticha:

Eſt miſer, & demens, (me iudice) quiſquis honeſtæ,
Dum fugit inuidiam, deſerit artis iter.
Nam ſi fabrici lacerant pro tempore dentes,
Et ſpargis tetras ſæue ſuſurro notas;
Tandem conſumpto Virtus liuore niteſcet,
Puraque laurigerum tollet ad aſtra caput.

Interim tamen ad hanc Spartam ornandam me non impulit irrequietum aliquod ſcribendi cacoethes, non pellexit etiam vana ambitio, vel typhus, aut arrogans votum, per famam (*cui tamen*, vt ait Tacitus in Agricola, *ſæpe etiam boni indulgent*) inclareſcendi: Sed dudum reluctantem vicerunt primò Clariſſimorum & doctiſs. IC. Dn. Rutgeri, cuius nomen ex inſigni, quem de Commiſſariis, & Commiſſionib. edidit Tractatu, iam pridem inclàruit) & Dn. Ioan. Rulandiorum, fratrum patruelium, amicorum meorum integerrimorum, aliquoties repetitæ inſtigationes, quæ pro iure veteris amicitiæ noſtræ apud me plurimum ponderis habuerunt: Deinde etiam Studioſæ iuuentutis, quæ nomen ſuum Iuriſprudentiæ dedit, commodum, & vtilitas vtpotè ad quam nonnihil fructuum ex hac Methodica Synopticaque ſcriptione redundare poſſe ſpero. Experientia enim edoctus verè affirmare poſſum, cupidæ legum iuuentuti, imò, & Iuris Prolitis, nihil magis prodeſſe, quàm ſi ad vnamquamque materiam, ſpecialem aliquem tractatum aut Auctorem, omnia, eodem ſpectantia, iuſto ordine colligentem, & digerentem in manibus habeant, nec ad immenſos illos Doctorum Commentarios (quos vtique in promptu habere, vel redimere poſſe, multorum non patitur curta ſupellex) ablegentur, in quib. vt maximè omnes Indices, omniaque Summaria voluant, ac euoluant, tamen raro deciſionem in terminis inuenient, interim deplorandam pretioſiſſimi temporis iacturam facientes, quemadmodum prudenter admonuit Franc. Bald. *in proœmio tractatus ſui de præſcription.*

Elegi verò hanc ipſam materiam DE FIDEIVSSORIBVS, digniſſimam vtique, in qua non modo ingenioli mei: verumetiam verſatiſsimi alicuius Iuriſconſulti vires, ac eruditio exerceantur, non ſolùm ob amplitudinem varietatemque doctrinarum, & caſum quotidiè in ea occurrentium, (vnde etiam Antonius Pichardo Vinueſa Hiſpanus, Profeſſor Academiæ Salmanticenſis *in Rubric. Inſtit. De fideiuſſor. num.*3. dicit, eam plures cum vtilitate coniunctas difficultates habere) Sed etiam eam ob cauſſam, quia hæc ipſa de fideiuſſoribus tractatio hoc exulceratiſsimo ſæculo, in quo credita, & debita indies cumulantur, diuitiæ verò, & fides decreſcunt, omnibus ad Rerumpub. gubernacula ſedentibus imprimis notiſsima eſſe debet.

Nec deterruit me, quod ante meam hanc opellam iampridem alia eiuſdem argumenti prodierint opuſcula doctiſsima, vt ita ſuperuacaneus meus hic labor videri, fortaſsis etiam minus gratus, illis ipſis Scriptoribus eſſe poſsit: cum vnum arbuſtum non facilè duos ferat Erythacos: Nihil enim iis hac acceſſoria detractum eſt induſtria, quin potius in iſto multorum faſtidio eaſdem dapes, mutato ſaltem nonnihil apparatu, repoſui, atque ita in hoc tractatu ea, quæ aliorum placitis prudentibus decreta erant, partim exactiore Methodo κεφαλαιωδῶς repetij, partim etiam clarius explicata, & ad vſum tranſlata, iunctim, & ſerie aliqua ac cohæſione rerum propoſui, nec non nouis inuentionibus adauxi, in eo, vt ſpero, non pœnitendam operam collocans, cum ingenioſius ſit, metalla

à ſe

à ſe inuicem ſeparare, quàm è terra eruere. Nam, & Phidias, Praxiteles, Alcamenes, aliique inſignes Statuarij; non ipſi aurum, argentum, ebur, reliquamque materiam conficiebant, ſed ab Eleis, Argiuis, Athenienſibus acceptam perpolibant, deſecabant, componebant, coagmentabant, formabant, auroque inſpergebant, vt alibi loquitur Angelus Politianus.

Et quanquam haud inficias eo, Ioannem Bertachinum Firmanum, *in Repertorio ſuo*, vt & Panormitanum, Barbatiam, Angelum de Clauaſio, & reliquos Canoniſtas *in tit. Decretalium, de fideiuſſorib.* ſimiliter Benedictum de Plumbino, ac Hippolytum de Marſilijs (cuius veſtigia etiam alij auctores, licet in multis articulis ἀβασανίστως, & indiſcuſſim ſineque examine, ſequuntur) explicandis quæſtionibus, quæ circa materiam fideiuſſionum incidere, & controuerti ſolent, gnauiter inſudaſſe, quos deinde Franciſcus Iametius Anteceſſor Aurelianenſis (*qui Anno* 1550. *commentarium in aliquot ll. tit. Pandect. de fideiuſſ. ſcripſit*) ex Bibliotheca Rulandiana mihi commodato datus, Rodericus Xuares, Antonius Gomeſius, Iacobus Cuiacius *in commentariis ad Paulum, & Papinianum*, Franciſcus Duarenus, Matthæus Weſenbecius, Franciſcus Connanus, Conradus Lagus, Ioannes Oldendorpius, Petrus Gregorius, Nicolaus Vigelius, Iohannes Sichardus, Vincentius Carocius, Proſper Farinacius, Petrus Follerius, Ioan. Bernardinus Muſcatellus. Horatius Carpanus, prædictus Dn Rutgerus Rulandus; imprimis illi, qui *in tit. Inſtit. De fideiuſſorib.* commentaria ſcripſerunt, ſubſecuti ſunt: nemo tamen hactenus, præter ſolum Valentinum Francum. V. I. D. mihi eſt viſus, qui totam hanc materiam iuſta aliqua methodo pertractandam ſuſcepiſſet: quanquam, & ipſe (fortaſſis ob cauſſas in epiſtola dedicatoria expreſſas) multa ſcitu digna, à me nunc tractata, non attigit, vt ex mutua collatione operarum luce meridiana clarius patebit. Quare cum D. Hieronymo non poſſum non concludere: *In veteri via nouam ſemitam quærimus, & antiqua detritaque materia rudem artis excogitamus elegantiam, vt nec eadem ſint, & eadem ſint: Vnum iter, & perueniendi, quo cupias, multa compendia.* Rectè quoque Seneca aſtruit: *In inueniendis inuenta minimè obſtare, ſiquidem intellectus ad inſtar Solis oritur, & occidit, vadit ac redit, nec nunquam moritur.*

Genere porrò ſcriptionis vſus ſum facili, plano, & ad rerum tractatarum ſenſum ſignificandum accommodato, nec dedi operam, vt omnia quæſtionum mæandris, perinde atque Sorites Chryſippei, eſſent intricata, aut reconditorum verborum fœtoribus ſuffarcinata. Odi enim illos ἀινιγματίςας, & σκοτεινοὺς qui, cùm ſcribunt, affectatione, & moroſitate nimia ſtylum obſcurant, ac laudi ſibi ducunt, ſi ab alijs non intelligantur. Quorſum enim ſcire tuum; niſi te ſcire hoc ſciat alter? Certè Octauius Auguſtus, *in epiſtola ad M. Antonium, prout auctor eſt Suetonius in Octauio cap.* 86. præcipuam curam ducebat, ſenſum animi quàm apertiſſimè exprimere, ipſumque Antonium, ceu inſanientem, increpabat, quod ea ſcribere vellet, quæ mirarentur potius homines, quàm quæ intelligerent. Agellius quoque *lib.* 19. *Noct. Attic. cap.* 14. commemorat, Nigidianarum Commentationum obſcuritatem, & ſubtilitatem, tanquam parum vtilem, derelictam fuiſſe. Quippè, vt ait Cicero *lib.* 3. *de finibus*: Planè, & perſpicuè res expedire poſſe, docti, & intelligentis eſt viri. Et in oratione prima, virtus ſolet eſſe claritas, valdeque abſurdum eſt, Interpretem ea obſcuritate loqui, vt eius interpretatio nouo interprete indigeat, *vt ſcribit Fuluius Pacianus lib.* 2. *de probat. cap* 41. *num.* 45 Nec contrarius mihi hic eſt idem Agellius *lib.* 20. *cap.* 1. inquiens: Obſcuritates non aſſignandas culpæ ſcribentium, ſed inſcitiæ non aſſequentium: quod valde eleganter quoque probauit M. Antonius Muretus *in Orat. pro Cornelio Tacito.* Quod enim ille de legibus XII. Tabularum: hic verò de Auguſtæ hiſtoriæ ſcriptore Cornelio Tacito, decernit, & ſtatuit, id aliquis obſcurorum Doctorum noſtrorum perperam in ſui patrocinium attraxerit.

¶ 4

PRÆFATIO.

Vitia quoque *περιεργίας* & *ταυτολογίας*, vt & digreſſionum, ex leui quadam vocula atreptarum, ambages, quantum vnquam fieri poterit, ſedulo vitaui, memor eius, quod Interpretes noſtri inculcant; *Materiam quamlibet in locis proprijs tractandam*, & non ignatus, quantum emolumenti auido Lectori accedat, ſi res quæque ſuis locis diſpoſitè tradantur, nec prima, media, vltima, ſint eadem, & quod Græci dicunt, *πάντα μία κόνις*. qua in re multos aberraſſe, & veluti in tumultuaria cœna, aſſa elixis, conchylia turdis, *ἀμεθόδως* confudiſſe, atque extra chorum variè ſaltaſſe, ſi oſtendere animus eſſet, Deus bone, quam latum campum haberem Qui volet, legat hac de re orationem M. Antonij Mureti decimam, in qua admodum præclarè ſtatuit, quatuor eſſe, quæ, qui ius docent, præſtare debeant. *I.* Vt vera doceant; (*Nullus etenim*, vt ait Lactantius, *animo ſuauior cibus eſt, quàm cognitio veritatis.*) *II.* Vt ad rem pertinentia; *III.* Vt ordine; (*qui cuiuſlibet ſcripti anima eſt*) *IV.* Vt genere dicendi apto ad docendum. Qui enim omnia in vno loco docet, malè docet, teſtibus Chryſoſtomo, & Galeno, quos refert Franciſcus Duarenus *in tract. de benefic. Eccl. in princ.*

Quin etiam Auctoribus, prout hodie communiter conſueuit, mea confirmaui receptis, & probatiſſimis, non vt oſtentationem adiuuarem, aut veritati tenebras adferrem, vt ait Æmilius Ferretus *in reſponſo. 8. num.1.* Sed cum Dn. Waremundo de Erenberg in ea firmiter hærens opinione: *Satius eſſe, ex varijs prudentiæ auctorib. optima quæque congerere, quàm propriæ induſtriæ viribus excogitata periculosè proferre.* Quod tamen Lector meus non ſic accipiat, quaſi ſaltem ſcripta ex ſcriptis, & ſic meros Centones, in morem alicuius farraginis confecerim, multitudini multitudinem adjiciens, quod incongruens eſſe probat Nouella 38. c. 6 Nam, & inſignes quaſdam, inque praxi vtiliſſimas quæſtiones, ac nouas hypotheſes diſcuſſi, & enucleaui, de quibus interpretes vel hactenus nihil ſcriptum reliquerunt, vel etiam minus rectè ſenſerunt. Extremæ enim miſeriæ eſt, ſic alienis vti, vt in tua ſuppellectile nihil, aut modicum tuum reperiatur, ſicut ſcribit Pyrrhus Englebermeus *in conſuet. Aurel. Rub. de feud. c. 4. in fin. refert. Maſc. de probat. vol. 1. q. 6. num. 18.* Vt proinde valdè mihi probetur ſententia Cl Hartmanni Piſtoris, *in q. par. 2. q. 1. in prin.* ſtatuentis; eum demum commodiſſimam docendi, & ſcribendi viam ac methodum tenere, qui dextrè atque ſincerè explicatis iis, quæ ab aliis ſcripta reperiuntur ſuo etiam nauigat remigio, *argum. l. vlt. C de oper. public.*

Eoſdem porrò auctores, quos equidem (vno atque altero ſaltem exceptis) omnes ſedulo euolui ac perlegi, ne temerariæ aliorum allegationes mihi imponerent, propterea nominatim non tantum in toto hoc Tractatu: Verum etiam in ſubnexo Syllabo citaui, ne quis plagij me accuſaret, aut mihi objiceret illud Ariſtophanicum: *μάζαν μεμαχὼς τὴν ὑφ' ἐμοῦ μεμαγμένην h. e. Mazam pinſuit à me piſtam.* Obnoxij enim, vt inquit Plinius, eſt animi, & infelicis ingenij, deprehendi in furto malle; quàm mutuum reddere, præſertim cum ſors fiat vſura. Dabunt igitur veniam illi omnes, quos pro teſtibus allegaui, de ingenti enim illorum prato paruam opuſculi mei Coronam contexui, quinimo ſic ex alienis vuis vindemiam feci, vt fundi domino interim laudis decimas nihilominus perſoluerim: Vtinam alij quoque hoc imitarentur: fallor! an eo modo, quæ iacta ſunt in Alphæum amnem, in Arethuſa fonte facilè redderentur.

Cæterum audire hoc nolo eos, qui objiciunt, me ex Philoſophis multa huic tractatui immiſcuiſſe. Indagamus enim ſinguli, quod cuiuſque eſt artis ac inſtituti, non aliter ac in eodem prato bos herbam, ciconia ranam, venator leporem, ruſticus fœnum quærit. Multo minus fero eos, qui nauſeant ad id, quod ſæpenumero verba formalia Auctorum tranſcripſerim, imò ſingulis ferè paginis ius Saxonicum, Bohemicum, Lubecenſe, Iuticum, &c. necnon Conſtitutiones, ac Ordinationes prouinciales Inuictiſſimi Rom. Imper. Electorum, Principum ac Comitum, Statuta itidem multarum Ciuitatum Imp Romano Germanici, ſententias denique Auguſtiſſimæ Cameræ Imperialis, &

lis, & quidem Germanicè, inculcauerim. Si enim gratius ex ipſo fonte bibuntur aquæ: Si quoque olim tales allegationes vſitatiſſimæ fuerunt, *teſte Iac. Cuiatio lib. 7. obſ. c. 16. in prin.* Si denique Italis, Gallis, Hiſpanis, hoc conceſſum eſt, tàm in ſua, quàm in latina lingua, vnde tàm frequens apud Menoch Ant Solam, M. Ant de Amatis, Valaſc. Muſcatell. Carpan. Morlam, & alios, Statutorum Venetorum, Patauij, Papiæ, Placentiæ, Parmæ, Mediolani, Bononiæ, Veronæ, Brixiæ, Rauennæ, Ferrariæ, Mantuæ, Florentiæ, Pontremuli, Vincentiæ, Anconæ, Nouariæ, Bergomi, Cremonæ, Mirandulæ, Peruſij, Tergeſti, Cullij, Foſſani, &c. Item Conſtitutionum Pontificiarum, Marchiæ Sabaudiæ, & Rituum Magnæ Curiæ, Legum Regiarum, Caſtellæ, Beticæ, Valentiæ, &c. allegatio, quidni, & mihi homini Germano, in non minus nobili, imò nobiliori, noſtra lingua pariter illud liceat, qui vtique Germanis laborem meum in hoc opere exantlatum potiſſimum offero, dedico, & conſecro. Et quanquam diligentia iſta fortaſſis non eſt ad quorundam ſaliuam, non tamen praxeos Germanicæ amantes defuturus ſpero, qui eam æquo animo ſint probaturi. Nam vt Ioannes Maior Ioachimicus cecinit;

Eſt ſua Germanis etiam experientia rerum,
Patria ſed natis eſt minus æqua ſuis.

Vt taceam, non exiguam inde oriri certitudinem, ſi quis ius patrium cum iure communi coniungat, eorumque vel harmoniam, vel differentiam oſtendat, quo in itinere præcipuum antambulonem habeo Eguinarium Baronem *in inſtitutionib.* Nota ſiquidem eſt admonitio. Q. Mutij Scæuolæ *in l. 2. §. Seruius. ff. de orig. iuris.* Turpe eſſe viro patritio ius ignorare in quo verſatur.

Et quia præterea notorium eſt, quod multæ ciuitates, Vandalicæ ad mare Balthicum, vt Vuiſmaria, Roſtochium, & aliæ: item quatuor vrbes Holſatiæ, Kilonium, Itzehoa Rendeſburgum, & Oldeſloa, ex Regum Daniæ, & Ducum Holſatiæ, maximè Friderici Secundi, nec non Ioannis, & Adolphi Ducum Holſatiæ priuilegio de anno 1568. hactenus iure Lubecenſi vſæ ſint, & adhuc vtantur; quod etiam eius vſus ſit in Liuonia, Boruſſia, Pomerania, Ducatu Megaloburgenſi, ac alibi, vt in præfatione, quæ iuri Lubecenſi anno 1586. typis excuſo, eſt præfixa, & apud Albertum Crantzium *in Vandalia*, Erneſt. Cothmannum *in reſponſo. 5. num. 1. & ſeqq & reſponſo. 40. num. 58.* ac Ioannem Dauth. *in elegantiſſimo tractatu de teſtament. in prolegomen. num. 8. mihi pag. 40.* apertè ſcriptum extat: non diffido, me gratiam aliquam initurum eſſe, non ſolum apud Ampliſſimum, & Florentiſsimum SENATVM REIPVBLICÆ LVBECENSIS: verum etiam apud incolas prænominatarum terrarum, qui fideiuſsionum laqueis fortè ſunt irretiti, ſi percipiant, quantum ius patrium à iure communi diſtet, aut cum eo in vnum conſpiret. De ſimilibus idem eſto iudicium.

Si quid verò in adductis Iuris Interpretum, ac Doctorum Commentariis ſiue Lecturis veritati minus conſentaneum deprehendi, illud candidè, ſummotis, vt ait Arnobius, omnibus contentionum ſtudiis, quibus obſcurari, & contegi rerum contemplatio ſolet, abſque procacia, & acerbitate, adductis, pro mea tenuitate rationibus modeſtè monui, ſciens me monere, non decreta dare poſſe, monitorem, non ſugillatorem aut aculeonem eſſe, ne certa pertinaci obluctatione, controuerſa facere, multò minus in reprehenſionem veterum (vt multi naſutuli pro more habent) noua cudere debere l. Contradicenti ſiquidem vitium ſtupidorum eſt proprium, vt ait Stephanus Guazzus: Studiumque vincendi & affectata ſubtilitas errores profert, *referente moderno Pariſienſe in l. 1. §. qui præſens, num. 4. ff. de verbor. obligat.* Ac rarò Benè loquitur, qui contra omnes loquitur, *Bald. in conſ. 112. volum. 2.*

Quod ſi fortè alicubi me lapſum eſſe contigerit, (vt errare humanum eſt) paratus ſum reſcribere, & delere, vbi quis culpæ annotamenta (vt vocat Agellius,) per aſteriſcos, obelos, & cerulas miniatulas candidè appinxerit, rectioraque me docuerit.

Non enim ego is, cui nihil placeat, quod alijs placet, quique vincere, quàm confeſſæ cedere, atque annuere veritati, imò alijs aſſenſum imperare, aut apertiſſimè, falſa veriſimilibus argumentis aſſerere malim, quandoquidem omnes mortales, quantumuis immortalitate dignos, iudicio aliquando lapſos fuiſſe, mihi non eſt incognitum, ſonatque mihi ſemper illud in auribus.

Ipſe tibi nunquam, iudice te, placeas.

Quippè artificis opus eſt quaſi quidam ingenij fœtus de quo, ſecundum Socratem, rectius iudicat obſtetrix quàm mater. Interim tamen cum Momis, & detrectatoribus, veluti ſcorpiis, venenatæ linguæ acuato vulnere contra me inſurgentibus, mihi nihil eſt negotij, ſperno enim me ſperni, atque vt immodeſtos reprehenſores non audiam: ita Magiſtros libenter ſequar, conſolans me iſto vulgato:

οὐ πρὸς παντός ἐςὶν ἀρτύσαι καλῶς, hoc eſt.

Condire ſcitè non cuilibet datum eſt.

Plinius quoque Secundus *lib. 2. Epiſt. ad Lupercum* hac in re à meis ſtat partibus, dum ſcribit: *In ratione conuiuiorum, quamuis à pleriſque cibis ſinguli temperemus, totam tamen cœnam laudare ſolemus, nec ea, quæ ſtomachus noſter recuſat adire, adimunt gratiam illis, quibus capitur.* Quid? quod nullus liber ſit tam malus, vt non aliqua parte proſit. Vt enim terræ varijs mutatiſque ſeminibus: Ita quoque ingenia noſtra nunc hac, nunc illa meditatione recoluntur.

Tu, Lector amiciſſimè, laborem hunc meum leuidenſem ſperato bono tuo communicatum, peræmemoratis D. Rulandijs potiſſimum acceptum fer, eoque beneuolè fruere, & me amans, memori mente reuolue: Sermonem perire, cui benignus non præſtatur auditus, *vt per textum in l. proximè verſic. Iunius Zeno ff de his, quæ in teſtam. delentur.* loquitur Robertus Maranta *in conſ. 16.*

—————— cuncta legenti
Forſitan occurret, vacuas quòd mulceat aures,
Pœniteatque minus ſuſcepti in fine laboris.

Τῷ Θεῷ μόνῳ ἡ δόξα.

TABVLA

TABVLA CAPITVM IN *Heringij Opere tractatorum.*

VTrvm fidejubere liceat, necne. Cap. I.
Vnde fidejuſſio dicatur. Cap. II.
Quid ſit fidejuſſio. Cap. III.
Quotuplex ſit fidejuſſio. Cap. IV.
Quæ perſonæ fidejuſſores dare cogantur. Cap. V.
Quibus perſonis dari debeat, ac poſſit fideiuſſor. Cap. VI.
Quæ perſonæ fideiubere poſſint. Cap. VII.
De qualitate fideiuſſorum, Cap. VIII.
Quot fideiuſſores dare neceſſe ſit. Cap. IX.
In quibus cauſis fidejuſſor detur, vel præſtetur. Cap. X.
De forma fidejuſſionis. Cap. XI.
Quando, aut quo tempore fidejuſſorem dare oporteat. Cap. XII.
Quoties fidejuſſorem dare neceſſum ſit. Cap. XIII.
Quo in loco fidejuſſorem dare oporteat. Cap. XIV.
De effectibus fidejuſſionis. Cap. XV.
De fine fidejuſſionis. Cap. XVI.
De adjacentibus fidejuſſionis. Cap. XVII.
De affinibus fidejuſſionis. Cap. XVIII.
De contrariis fidejuſſionis. Cap. XIX.
Quibus modis fidejuſſio tollitur, vel finitur. Cap. XX.
De actionibus, quæ dantur creditori aduerſus creditorem, ac fidejuſſores. Cap XXI.
Quando fidejuſſor conueniri debeat. Cap XXII.
Vbi, & in quo loco fidejuſſor conueniri debeat. Cap. XXIII.
Ad quid, & in quantum fidejuſſor teneatur. Cap. XXIV.
De actionibus, quæ dantur fidejuſſori aduerſus debitorem, confidejuſſores, & alios. Cap. XXV.
Quid fidejuſſor actionibus ſuis conſequatur. Cap. XXVI.
De beneficiis, quæ fidejuſſori competunt. Cap. XXVII.
Quo tempore fidejuſſor exceptionibus, ac remediis ſuis vtatur. Cap. XXVIII.
Miſcellanea, atque prætermiſſa quædam pertractant. Cap. XXIX.

TABVLA PRINCIPIVM QVAESTIONVM, quæ in Tractatu Marſilij examinantur.

I. PRæludia quis fidejuſſor, mandator, ſponſor, expromiſſor. pag. 417.
De clauſulis, & renuntiationibus in contractu fidejuſſionis adjectis. ibid.
De beneficiis, excuſſionis epiſtolæ D. Adriani cedendarum actionum. Auth. hoc ita. De clauſula omni Iuris & legum auxilio, eorumque renunciationibus, pag. 420. & ſeq.
Qvæstio I. An fidejuſſor, qui ſe principalem conſtituit ante principalem poſſit conueniri. p. 424. n. 62.
II. An ei, qui fideiuſſorem minus idoneum accepit amplius ſibi caueri expoſtulare liceat. p. 425 n. 66.
III. An juuetur ignorantiæ exceptione. p. 425. n. 73.
IV. An fidejuſſore idoneo dato eoque deinceps minus idoneo facto alium præſtare oporteat p. 426. n. 74
V. Quid ſi fidejuſſor, vel expromiſſor derepente aufugiat. ibid. n. 76.
VI. An ob alterationem obligationis principalis fidejuſſor liberetur. p. 428. n. 89.
VII. Quid ſi à judice apud quem fideiuſſio præſtita recedat. p. 429. n. 90.
VIII. Teneatur ne ad ea, quæ accedunt principali obligationi. ibid. n. 91.
IX. Vel per modum pœnæ, augmenti, &c. pag. 430. num. 97.
X Fideiuſſor in cauſa appellationis teneatur ne de cauſa principali vel è controuerſo. p. 432. n 108.
XI. Fideiuſſor judicio ſiſti perempta inſtantia liberetur p. 433 n. 109.
XII. Quid mutata conditione principalis, vt ſi fiat alterius Fori, vel Clericus. ibid. n. 110.
XIII. Fidejuſſor judicio ſiſti facta coram vno judice continuetur in ſucceſſorem. p. 436. n. 133.
XIV. Fidejuſſori judicio ſiſti competat exceptio minus legitimæ detentionis. p. 437. n. 136.
XV. Qui promiſit alterum exhibere tenet eo ſemel exhibito liberetur. ibid n 138.
XVI. Quid ſi exhibere promiſerit ad judicis placitum ſub pœna iſque capiatur, & poſtea fugam arripiat? p 438. n. 142.
XVII. Quid ſi culpa judicis aufugiat? ibid. n. 145.
XVIII. Quid ſi intra præſcriptum tempus Reum non præſentet, eo quod requiſitus minime fuerit, ibid. num. 144.
XIX. An fidejuſſor de præſentando liberetur ſi intrà præfixum tempus reus banniatur, vel de capitali crimine accuſetur, eaque de cauſa aufugiat. p. 439. numero 150.
XX. An qui promiſit ſe facturum, & curaturum, vt alter faciat eo defuncto liberetur. ibid. n. 155.
XXI. Quomodo proteſtatio facta ante fidejuſſionem, quod nulla ratione fidejubere vult, poſtea fidejubenti proſit. p. 441. n 163.
XXII. An cautio juratoria in locum fidejuſſionis ſubrogetur dum quis lege, vel ſtatuto fidejuſſorem præſtare debet. p. 442. n. 166.
XXIII. Fideiuſſor magiſtratus, vel officialis, vel miniſtri, ad quæ obligetur. p. 444. n. 182.
XXIV. Fideiuſſor coacte indebitum ſoluenti competat ne actio aduerſus debitorem. ibid. n. 186.
XXV. Fideiuſſor iudicio ſiſti, vel de judicato ſoluendo ad ſumptus litis teneatur. ibid n. 187.
XXVI. Pro damnis, & eo quod intereſt, quo pacto aduerſus principalem fidejuſſori agendum ſit. p 446. num. 193.
XXVII. An qui non habet alia bona, niſi ea, quæ veniunt in generalem obligationem fideiubendo eadem obligaſſe cenſeatur. ibid. n. 194.
XXVIII. Siquis iurauerit non fidejubere, & deinceps fidejubeat quo pacto obligetur. p. 448. n 203.
XXIX. Ad corporalem pœnam ſeipſum fidejuſſor pro alio ligare poſſit. ibid. n. 206.
XXX. Renouatio fidejuſſionis inuito creditori licita ſit. 449. n. 213.
XXXI. Aduerſus principalem agere poſſit fidejuſſor antequam ſoluat. p. 450. n. 216.
XXXII Non poſſidens immobilia ſit ne fidejuſſor idoneus. p. 452 n. 227.
XXXIII. Qui poſſidet immobilia perpetuò idoneus

ſit.p.455 n.245.
XXXIV. Qui fidejuſſorem promiſit dando forenſem liberetur.p.456 n.262.
XXXV. Fidejuſſor, qui à debitore repetit ſolutum, probet ſolutionem ſola confeſſione debitoris. p.457. num.265.
XXXVI. Exceptiones principali competentes, etiam fidejuſſori competant.ibid.n 267.
XXXVII. Securitas principali data proſit fidejuſſori. p 460.n 284
XXXVIII. Obligari poſſit ad maiorem ſummam, vel in plus quam principalis.p.461.n.291.
XXXIX. Poſſit expoſtulare à principali ſe liberari ab obligatione fideiuſſoria.p.462.n.295.
XL. Dando pignora liberetur, qui fidejuſſore dare debet.ibid.n.296.
XLI. De filio familias fidejubente.p.464 n.307.
XLII. De Clerico fidejuſſore.ibid.n.309.
XLIII. Gratis liberatus repetat à principali.p.465.n. num 312.
XLIV. De fideiuſſione indemnitatis ibid.n.314.
XLV. Cauſæ expreſſionem deſideret fidejuſſio,p.466. num.318.
XLVI. Negans ſe fidejuſſiſſe, de mendacio conuictus, noceat.ibid.n.322.
XLVII. De judice fideiuſſorem minus idoneum recipiente.p.469.n.345.
XLVIII. Publicationem bonorum principalis fidejuſſor cauſæ fiſcalis liberetur.ibid.n 346.
XLIX. Sententia aduerſus principalem lata noceat fidejuſſori non citato. ibid. 348.
L. Annulletur fideiuſſio iudicio ſiſti, vel de iudicato ſoluendo ob iudicij nullitatem.p.470.n.350.
LI. Pactum nudum fidejuſſoris veſtiatur inhærentia contractus. p.471.n.356.
LII. Conuentus pro ſententiæ executione, petat etiam executionem aduerſus principalem.ibid.n.362.
LIII. Habeat paratam executionem, qui ſoluit pro principali.p.472.n.363.
LIV. Satisfacere, ſoluereque poſſit de bonis principalis.ibid.n. 364.
LV. Pro vulnere fideiubens teneatur pro homicidio inde prouenicnte quoties pœna pecuniaria infligitur.ibid.n.365.
LVI. Inquiſiti de eodem delicto pro ſe inuicem fidejubere poſſint.p 473.n.368.
LVII. Datis pluribus fidejuſſoribus ſinguli æquè primo conueniri poſſint ſi ad vnum tantum ſumma ea peruenerit.ibid.n.370.
LVIII. Oblatio, vel conſignatio principalis liberet fidejuſſorem.ibid.n 372.
LIX. Detinentes fidejuſſorem moroſum bonorum quoque detentionem valeant conſequi. pag. 474. num.378.
LX. Teſtis pro principali, quando fidejuſſor eſſe poſſit. 475.n.381.

TRACTATVS De Securitatibus Gulielmi à Cuneo. pag.477.

TABVLA PRINCIPIVM PARTIVM
Tractatus Petri Santerna.

PARS I. Præludia, & an aſſecuratio permiſſa, &c.pag. 481.
II. Variæ, & frequentes formulæ ſponſionum apud mercatores, & quæ legitimæ. pag.485.
III. De conſuetudine, conditionibus, pretio, naturalib. accidentib. caſibuſque fortuitis in contractu Aſſecurationis.p.489.
IV. Rurſus de periculo, variiſque rebus, quæ veniunt in aſſecurationem.p.499.
V. De receſſione aſſecurationis ob læſionem, quomodo læſio in periculis caſuque fortuito inſpicienda. De exceptione quando res alienæ veniunt in aſſecurationem. De infidelium, & Iudæorum mercibus.p.508.

FINIS.

TRACT.

TRACTATVS SYNOPTICI DE FIDEIVSSORIBVS.

CAPVT I.

Vtrum fideiubere liceat nec ne.

SVMMARIA.

1 *Materia de fideiuſſoribus tota eſt practicabilis.*
2 *Fideiubere vtrum liceat, prolixe diſputatum, & quidem primo pro aſſertione negatiua.*
3 *Periculum fideiuſſoribus quodnam, & quantum immineat.*
4 *Clementis Alexandrini locus explicatur.*
5 *Fideiubens confidit in carnem, & hominem.*
6 *Polliceri ſibi certitudinem ex contingentibus, & dubiis non licet.*
7 *Promittere, quod præſtari non poteſt, temerarium eſt.*
8 *Abuti re ſua nemo debet.*
9 *Fideiubere pro aliis, eſt dilapidare.*
10 *Fideiubens facilè, ſubſtantia ſua abutitur.*
11 *Fideiuſſionis contractus eſt onerosus, & damnificatiuus.*
12 *Fideiubente citra delectum marito, vxor conſtante matrimonio dotem repetere poteſt.*
13 *Fides nemini mortalium tuto haberi poteſt.*
14 *Indi non puniunt violantes fidem.*
15 *Franciſci Petrarchæ encomium.*
16 *Fideiubere pro aliis ſtultitia eſt.*
17 *Fideiubere, licere, multis argumentis oſtenditur.*
18 *Contractus commerciis vtiliſſimus è medio tolli non debet.*
19. *Pignus nectere licet pro ſecuritate cuiuſcunque contractus.*
20 *Fideiuſſionem eſſe actum pium, docetur exemplis.*
21 *Conradi Pellicani argumenta refutantur.*
22 *Sponde, noxa præſto eſt, prouerbium cui adſcribant. Et num.23.*
24 *Comes æris alieni litiſque eſt miſeria.*
25 *Lites ad inopiam multos deduxerunt.*
26 *Cogitatio verecunda eſt, quæ lites execratur.*
27 *Vnus pro duobus rectè fide iubet, non pro decem, aut pluribus. Et num.28.*
29 *Stulti, & imprudentes ſunt, qui vel ſemel decepti iterum, vel pro aliis deceptoribus denuò fideiubent.*
30 *Conſilium futuri ex præterito venit.*
31 *Temeritas raro felix eſt.*
32 *Fide nulla res vehementius rempublicam continere debet.*
33 *Commerciis reſpublica carere non poteſt.*
34 *Mutuam pecuniam accipere qui poteſt, poteſt etiam accepta conſiteri.*
35 *Prohibitum quod non eſt, permiſſum cenſetur.*
36 *Fraus, & dolus ſunt obſcura, ideoque ineuitabilia.*
37 *Rem familiarem honeſto modo augere cuilibet licet.*
38 *Vtilitatem propriam procurare conceſſum eſt, quamvis per indirectum alteri noceatur.*
39 *Abuſus rei ſubſtantiam non tollit.*
40 *Opus non ex ſe, ſed ex cauſa fit crimen.*
41 *Non ex natura rerum, quibus vtimur, ſed ex cauſa vtendi & modo appetendi probandum eſt, vel improbandum, quod facimus.*
42 *Ornatus mulierum non eſt peccatum ex ipſis rebus, ſed ex parte hominis.*
43 *Satius eſt prodeſſe malis propter bonos, quam bonis deeſſe propter malos.*
44 *Familiaritas, & indulgentia nimia pariunt contemptum.*
45 *Voluptas contemplanda eſt non veniens, ſed abiens.*
46 *Fideiubens nihil donat.*
47 *Mundus totus hodie eſt diffidentia.*
48 *Fideiuſſionis contractus anno mundi 2240. cognitus fuit.*
49 *Veri exploratio in arduo eſt ſita.*
50 *Fideiuſſio non debet eſſe cunctatoria, ſed vltronea, & matura.*
51 *Miſericordia genus eſt, nocentes mortémque promeritos cito occidere, nec in carceribus detinere, & num.52.*
53 *Fideiuſſionis præſtatio fieri debet abſque exprobratione. Et num.55.*
54 *Beneficium aſpere datum, panis lapidoſus vocatur.*
56 *Iurans ſe fideiubere nolle, & poſtea rogatus fidem interponens, an obligetur? Prima opinio, quod non, eaque eſt communis, num. 62. ſed refutatur, nu. 63. 64. & 65.*
57 *Viſiones quid ſint Iuriſconſultis.*
58 *Iurans ſe aliquid facere nolle, & tamen poſtea faciens, nihil agit, ſed ſtatur primo iuramento. Et nu. 61.*
60 *Actus factus contra iuramentum de non faciendo, etiamſi cum iuramento fiat, eſt ipſo iure nullus.*
66 *Proximo noſtro in neceſſitatibus ſemper ſubuenire debemus.*

67 *Fideiubere quis tenetur pro proximo, ac peccat, ſi non faciat.*
68 *Iuramentum temerarium, nullum obligationis vinculum introducit.*
69 *Iuramentum non extenditur ad ea, de quibus tempore interpoſiti iuramenti non eſt cogitatum.*
70 *Mercatorem ſe amplius eſſe nolle, qui iurauit nihilominus mercaturam exercere poteſt, ſi aliter viuere nequeat.*
71 *Magiſtratum ſe gerere nolle, qui iurauit electus, nihilominus gerere tenetur.*
72 *Teſtimonium ſe ferre nolle, qui iurauit, nihilominus productus ferre tenetur.*
73 *Teſtimonij dictio eſt iuris publici.*
74 *Iuri publico pactis priuatorum, etiam iuratis, derogari non poteſt.*
75 *Iuramento ſe nemo ad peccandum validè obſtringit.*
76 *Pacta, quæ turpem cauſam contineat, iura repudiant.*
77 *L. ab adminiſtratione, C. de legatis explicatur.*
78 *Sacramentum militare quodnam fuerit.*
79 *Tutela munus publicum eſt.*
80 *Periurus ne ſit, qui ſe fideiubere nolle iurauit, & tamen fideiubet? Probatur quod non, & nu. 86.*
81 *Ludere ſe nolle qui iurauit, ſi vllo aliquo facto contraueniat ſit periurus.*
82 *Iuramentum metu extortum abſolutionem requirit.*
83 *Lege permittente qui aliquid facit, ſatis eſt excuſatus.*
84 *Iurans ſe velle perſiſtere in lite vſque ad finem, poteſt nihilominus abſque metu periurij liti renuntiare.*
85 *Tiberius Imp. Equiti Romano gratiã iuriſiurãdi fecit.*
87 *Montium bonarum eſt, ibi culpam agnoſcere, vbi nulla culpa eſt.*
88 *Alienatio bonorum hæreditariorum extra familiam teſtamento prohiberi poteſt. Et n. 92. quod ampliatur nu. 89. 90. 91. 93. & 94.*
95 *Mandata inhibitoria alienationis ſine clauſula in Camer. Imp. aliquando decernuntur.*
96 *Fideiuſſione, an parens liberis ſuis in teſtamento interdicere poſſit? Et nu. 101.*
97 *Alienationis prohibitio eſt odioſa, & ſtrictè intelligenda. num. 98.*
99 *Alienatio ingenuis hominibus prohiberi non debet.*
100 *Mandata inhibitoria ſine clauſula, de non impediendo fieri venditionem, vel alienationem, in aliquot caſibus decreta in Camera Imperiali.*
102 *Fideiuſſiones malè coctæ, & imprudentes reprehenduntur.*
103 *Parſimonia non ſolum laudabilis: ſed & vtilis.*
104 *Alienatio neceſſaria non cenſetur prohibita, ergò nec fideiuſſio neceſſaria. Quod limitatur, num. 105.*
106 *Alienare prohibitus, nec occaſionem dare poteſt, per quam fiat alienatio. Et nu. 107.*
108 *Venditione prohibita cenſetur etiam prohibitum eius præambulum.*
109 *Effectu prohibito omnis eius cauſa prohibita cenſetur.*
110 *Alienatione prohibita, non cenſetur prohibita fideiuſſio.*
111 *Alienationis tantummodo eſt actus, per quem dominium transfertur. Et nu. 112.*
113 *Fideiuſſione interpoſita, nulla fit alienatio.*
114 *Loquendi communis vſus ſemper attendendus.*
115 *Intellectus omnis extraneus eſt, qui non ſonat in auribus vulgi.*
116 *Argumentum à ſtatuto ad teſtamentum, & vice verſa, valet.*
117 *Statutum prohibens alienationem, non cenſetur prohibere hypothecationem.*
118 *Obligatio bonorum impropriiſſimè dicitur alienatio.*
119 *Argumentũ ab oppigneratione ad fideiuſſionẽ valet.*
120 *Prohibitum vna via, non debet alia via eſſe permiſſum.*
121 *Fine prohibito cenſentur etiam prohibita media, quæ tendunt ad finem: Sed limitatur nu. 122.*
123 *Fideiuſſiones preſtã in contractu, vel pacto num inhiberi poſſit? Et num. 131.*
124 *Alienationis prohibitio etiam contractu fieri poteſt. Et num. 125. ac 126.*
127 *Alienata re contra pactum, res redit ad cæteros fratres.*
128 *Conſuetudo familiæ vnius eſt probabilis, quæ exacitur, vt certo modo in illa familia teſtentur. Quod ampliatur, num. 129.*
130 *Exempla pactorum de non alienando extra familiam remiſſiuè.*
132 *Prohibitio nouo addita veteri prohibitioni, veterem ampliat, & magis corroborat. Et num. 133.*
134 *Conuentiones partium per ſententiam ſuperioris confirmari tutius eſt. Et nu. 135.*
136 *Pacta dotalia per Cam. Imp. confirmata in cauſa Simerorum contra Egmundum.*
137 *Familia, Agnatio, nomina ſunt collectiua.*
138 *Extranea perſona quomodo intelligatur, & n. 139.*
140 *Alienationis prohibitio, quæ fit per pactum, non impedit dominij tranſlationem, ſed obligat contrauenientem ſaltem ad intereſſe. Eáque eſt communis opinio, n. 141.*
142 *Alienatio neceſſaria etiam excipitur in prohibita alienatione per pactum.*
143 *Denunciatio alienationem præcedere debet. Et num. 144. ac 145.*
146 *Fideiuſſio quoque pacto plurium fratrum ſiue agnatorum prohiberi poteſt. Et n. 147. 148. & 151.*
149 *Familiæ diuitiis conſeruantur.*
150 *Paciſci licet de omnibus rebus familiaribus.*
152 *Vtilitas publica eſt duplex.*
153 *Neceſſitas legem non habet.*
154 *Neceſſitas probabile facit alias improbabile.*
155 *Iuramentum non frangit neceſſitate coactus.*

TRACTATVRVS, Deo bene iuuante, materiam de fideiuſſoribus (quam totam practicabilem † eſſe aſſerit Ioannes Saixon. *in conſuetud. Turonenſ. tit. 1. q. 24 gloſ. 3. verſ. nunc placet compendioſe*) operæ pretium me facturum arbitror, antequam ad eius penetralia accedo, ſi prius hanc quæſtionem expediam, vtrum fideiubere liceat? Eius enim ζητήματος ſtatus prima fronte nemini diſplicere debet, quaſi hæc inſpectio otioſa ſit, cum non vna poſſit adferri ratio, quæ ſuadeat, nullo modo fideiubendum eſſe. 1

2 Et quidem † Germanus quidam *ad 6. c. Prouerb.* acriter contendit, fidem ſuam pro alio interponere, nedum rei familiari periculoſum, ſed etiam contra rationem, & conſcientiam, imò contra Deum ipſum eſſe, & hanc ſuam ſententiam hiſce argumentis confirmat. Primò enim, ſecundùm
3 ipſum, ſapientiſſimus † Rex Salomon. *Prouerb. 22. verſic. 26. & 27.* diſerte fideiuſſionem prohibere videtur, dum inquit: *Noli eſſe cum his, qui defigant manus ſuas, & qui vades ſe offerunt pro debitis, ſi enim non habes vnde ſoluas, quid cauſa eſt, vt tollat operimentum de cubili tuo?* Quin etiam illud ipſum *cap. 6. verſ. 1. 2. & ſeqq.* ingerit his verbis: *Fili mi, ſi ſpoponderis pro amico tuo, defixiſti apud extraneum manum tuam, illaqueatus es verbis oris tui, & captus propriis ſermonibus, &c.* Vel vt verſio Clementis Alexandrini *lib. 2. Strom. mihi pag. 65.* habet *Fili, ſi pro*

amico

Digitized by Google

amico fideiuſſeris, trades manum inimico. Laqueus enim
viro validus labia propria, & capitur verbis oris proprij.
4 Eſtque notabile, quod Clemens † Alexandrinus di-
cto loco aſſerere non dubitauit, quendam ex Græco-
rum ſapientibus ex modo citata voce Salomonis, an-
tiquum illud dictum, ſponde, noxa præſto eſt (de quo
deinde *num.22.* dicetur) ſumpſiſſe. Hoc amplius *c.20.*
verſ.16. & c.27. verſ.13. graphice Salomon depingit
miſeriam, & periculum fideiuſſorum, inquiens: *Tol-*
le veſtimentum eius, qui fideiuſſor extitit alieni, & pro
extraneis aufer pignus ab eo. Quid? quod *c.17. verſ.18.*
ſtultum illum vocat, qui plaudit manibus ſuis, cum
ſpoponderit, pro amico ſuo. Et *c.11. verſ.15.* his ver-
bis exclamat; *Affligetur malo, qui fidem facit pro extraneo.*
Ex quibus clariſſime apparet, à vero haud alienum
eſſe, quod ille rei familiari periculoſam eſſe fideiuſ-
ſionem, volebat.

Secundò mouetur ſupra citatus, vt fidem pro ami-
co interponere, illicitum eſſe putet, ex duplici ratio-
5 ne. Primo quod fideiubens confidit † in carnem, &
ſanguinem, atque adeo hominem inſtabilem: Deinde,
quod ſibi ipſi numium tribuit, pollicendo nimirum
6 † ſibi certitudinem de contingentibus, & planè du-
bijs, quæ ex ſola Dei prouidentia pendent, cum ta-
men Deus præcipiat, ne ſimus ſolliciti de craſtino, ſed
toti ex Deo pendeamus. Et hanc ob cauſam factum
putat, quod cum Iudas pro fratre Beniamino ſpopon-
diſſet, fidemque dediſſet, anguſtias vehementes ſen-
ſerit, quia nimirum Domini voluntatem ſponſioni
ſuæ non prætulerat, *Geneſ.42. verſ.37. & cap.43. verſ.*
9. & cap.44. verſ.32. & 33. Id quod etiam calculo
ſuo ſignate videtur Io. Sarisberienſ. *de nugis curial.*
lib.3. cap.11. dum inquit: *Si promiſſionis implendæ non*
7 *non ſuppetat facultas, temerarium † eſſe promittere, quod*
præſtari non poteſt.

Hiſce argumentis non inſcite additur, in primis id
quod legitur apud Syracidem in Panæreto *c.29. verſ.*
24. & 25. dum ait: *Repromiſſio nequiſſima multos perdi-*
dit dirigentes, & commouit illos quaſi fluctus maris, viros
potentes gyrans migrare fecit, & vagati ſunt in gentibus
alienis. Cum igitur tam periculoſum ſit fideiubere,
quis ſanæ mentis dixerit id cuiquam permiſſum eſſe?
Neque enim ſacra ſcriptura iniungit, vt ſic alijs com-
modemus, vt nobis ſit afflictio, *2. Corinth.8. & dicam*
infra hoc capit. num. vltim.

8 Quartò in iure noſtro prouiſum eſt, quod nemo † re
ſua abuti debeat. Præterquam enim, quod reipublicæ
intereſt, ne quis patrimonium ſuum abliguriat, neuè
rem ſuam faciat vitio culpaue minorem, *l. ſed etſi, §.*
conſulu. ff. de petit. hæred. § ſed, & maior aſperitas. Inſtit.
de his qui ſunt ſui vel alien. iuris. Inſuper, & hoc extra
omnem dubitationem eſt, Principium, & Reipublicæ
neruos in ſubditorum diuitijs, & opulentia conſiſte-
9 re. Sed pro alijs fidem dicere, & obligare nihil aliud
eſt, quam dilapidare, *Iaſ. l. contra iuris, § fin. ff. de pactis.*
Alex. n.14. Iaſon. n.138. & Io. Franciſ. à Ripa, nu.38. in l.
ſi conſtante, ff. ſolut. matrim. Chaſſan. in conſuet. Burg. Ru-
brica 5. §. 2. in verb. Son pleige. Maranta diſput. 6. nu.15.
Cephalus conſ.219. n.26. lib.2. Couar. lib.3. reſolut. cap.2.
num.6. Magonius deciſ. Flor 57. num.57. & deciſ. Lucenſi
9. num.12. Caſtellan. Cotta in memorabil. verbor. Fide-
iuſſor propriè. Petr. Auguſtinus Morla in Emporio iuris
part.1. quæſt.12. nu.6 verſic. ſed dubitari. Vnde Franciſc.
Iametius Aurelianenſis *in comment. ſuis ad .tt. ff. de fi-*
deiuſſ. in princ. mihi in edit. Pariſienſi de anno 1550. fol.3.
lat.1. in fin. Andreas Gail. *lib.2. obſ.83. num.15.* & Fuluius
Pacianus *de probat. lib.1. cap.54. num.81. 82. & 83.* Scri-
10 ptum reliquerunt, eum, qui facile † fideiubet, ſubſtan-
tia ſua abuti.

Antonius Heringius.

Imò Bartholom. Bartazolius *in tract. clauſ. inſtrum.*
clauſula 39. nu.19. dicit, ſe ſæpius iocoſe dici audiuiſſe,
nullam eſſe artem, quam addiſcere vel exercere ma-
gis damnoſum ſit addiſcenti vel exercenti, quam pro
alijs fideiubere. Accedit etiam quod Robertus Ma-
ranta *in conſ.39. num.14. & in conſil.102 num.12.* expreſ-
11 ſe ſcribit: Quod fideiuſſio † contractus ſit oneroſus,
& damnificatiuus, adeo, quod in eo nullum lucrum
ſperetur, ſed ſolum damnum, & amiſſio patrimonij,
in tantum, quod ille, qui fideiubet, cenſeatur dilapi-
12 dare ſua bona, atque hæc ſit † cauſa ſufficiens, cur
vxor conſtante matrimonio poſſit repetere dotem à
marito ſuo. Allegat in argumentum. *l.3. §. ſi filius, ff.*
de peculio. Angel. & Iaſon. in l. in perſonam, §. 1. ff. de
pactis. Alexan. in l. ſi conſtante, col.7. ff. ſolut. matrimon.
Cum igitur re ſua abuti iuris noſtri ratio non patia-
tur, haud abſque ratione dicimus, à fideiuſſione
omnino abſtinendum eſſe.

Quintò extat Dionis Pruſici libellus *περὶ ἀπιστίας*,
in quo multis exemplis probat, nemini mortalium
13 † fidem haberi poſſe, idque partim propter improbi-
tatem partim propter humani ingenij leuitatem, &
crebras mutationes animorum, partim propter lin-
guam facilem, qua fit, vt multi ſuopte indicio, veluti
14 ſorices, pereant. Et proinde † apud Indos in eum
nil iuris eſt, qui fidem violauerit, veluti cautius cum
cæteris mortalibus ſit agendum, videndumque cui
credas. *Sabellicus Ennead.3. lib.1. mihi pag.12.* Hinc
etiam ait Theognis, *πίστει χρήματ' ὄλεσσα, ἀπιστίῃ δ'*
ἐσάωσα, hoc eſt, fidem habendo, bona amiſi, diffidendo
ſeruaui. Et Epicharmus: *Νᾶφε καὶ μέμνασ' ἀπιστεῖν, hoc*
eſt, ſobrius eſto, & memento, nulli fidere. Id quod cla-
riſſimus Scaliger ita expreſſit:

Clariſſima ſententia, confidere paucis.
Sed clarior eſt altera confidere nulli.

Sexto, grauiter admodum, & vehementer inuehitur
15 Franciſcus Petrarcha (qui † Ethruſca lingua ſic excel-
luit, vt neminem ad parem in ea re laudem aſpirare
poſſe receptum ſit, teſte Franciſ. Florido Sabino *lib.3.*
lection. ſucceſiu. c.2.) Petrarcha, inquam, *lib.2. c.14.* in
illos, qui pro alijs fideiubent, dicens magnam eſſe
16 † ſtultitiam, pro alijs fideiubere, & ſubiicit.

Ante oculos damnum eſt, ſi fias ſponſor amici,
Pro magno reputes, ſolueris illo, lucro.

Sed etſi hæc, & ſimilia proferri poſſunt, attamen illis
non obſtantibus, haud inelegãter defendi poteſt, quod
17 fideiuſſio † nedum ſit actus honeſtus, & licitus, verum
etiam in vſu commerciorum, & vita communi neceſ-
ſarius, & pius. Nam ab initio pluſquam manifeſtũ eſt,
18 bonum, & æquum non pati, vt is † cõtractus è medio
tollatur, ſine quo cõmercia, vix ſubſiſtere poſſunt, *ar-*
gumen. l. quod ſi minor. §.1. ff. de minorib. l. cum plures, ff.
ff. de admin. tutor quæ quidem commoditas alibi vo-
catur vtilitas promiſcui vſus. *l. ſi quis mancipiu, §. ſi im-*
pubes, ff. de inſt. act. Sed cui dubium eſt, neminem repe-
riri, qui amico egẽti credat, qui nõ ilico ipſi, ob fidem
ſoluendi, fideiuſſorem cõſtituat, niſi modo creditor
iſte ſit ex hominibus antiquæ fidei, & virtutis, quorum
ſane ſemen hoc tempore fere eſt eradicatũ teſte Hip-
polyto *in pract. crim. §. poſtquam, n.4.* Ne igitur abſurdũ
ſequatur, dicendum omnino eſt, fideiuſſionem à Reip.
nullo modo exterminari poſſe. Id quod alia euidenti
19 ratione demonſtratur. Si enim † pro ſecuritate cuiuſ-
cunque [illegible] ti contractus pignus nectere cõceſſum eſt,
l. res hypothecæ. ff. de pignor. l. legat. §. vlt. ff. de ſupell. lega.
Cur dicemus fidem necti obligariq; non poſſe? Quin
potius ſi verum eſt, vt eſt verum, quod Vlpian. *In l.1. &*
l. Græco, §. & generaliter ff. de fideiuſſ. ac Iuſtinianus *in §.*
1. Inſt. eod. tit. dicunt: Omni obligationi fideiuſſorem

accedere poſſe,dubitari non debet,quin fideiuſſionis
contractus æque ac pignoratitius iure noſtro ſit per-
miſſus,maxime quia nec ratio vlla,neque euidens iu-
ſtitiæ argumentum repugnat.
20 Deinde fideiuſſionis † actum pium quoque dici
poſſe, atque cum humanitate coniunctum eſſe, ſatis
docemur exemplo Ruben, & Iudæ fratrum, *Geneſ.42.
verſ.37.& c. 43. verſ.9.* Item illius Samaritani apud
Lucam *c.*10.Et Timothei,qui Soſipatro,& Dorotheo
dat fideiuſſorem, 2. *Maccab. c.*12. Denique Apoſtoli
Pauli in Epiſtola ad Philemonem, *verſ.*19. Sic pro
Oneſimo ſeruo fugitiuo apud Philemonem ſponden-
tis: *Ego Paulus ſcripſi manu mea, ego reddam.* Quod
ſanè vas illud electionis,conſiliarius veritatis,aſſertor
que fidei (vt vocat eum Sarisberienſis) neutiquam
feciſſet, ſi id vel à pietate alienum, vel honeſto con-
trarium fuiſſet. Atque hanc ſententiam veriſſimam
auſim dicere,quam etiam ante me defendit,eximius
ille commerciorum examinator, *in tract. ſuo de vſuris,
q.*32 *n.*153.Tetigit breuiter Valentin.Francus *in tract.
de fideiuſſor.in prolegom.num.*11.*& ſeqq.* Petr. Auguſtin.
Morla *in Emporio iuris, part.*1.*tit.*8. *qu.*25. *num.*34. vbi
dicit, fideiubere permiſſum eſſe, vt pium, ac ſæpè
ſæpius neceſſarium.
21 Nec † offendatur quiſquam illis, quæ paulo ante
in contrarium adducta fuerunt, Nam quod ad argu-
menta illius Germani attinet, rectiſſime ſentit ſupra
dictus, illum communis vitæ inexpertem, & vere
ἀπειρόκαλον (vt vtar verbo Ciceronis *apud Agell.lib.*12.
*c.*12.) fuiſſe, ac proinde inſigniter locum feciſſe illi
prouerbio; *Quandóque bonus dormitat Homerus.* Si
quis enim aduertat ad illa, quæ ex Salomone profe-
runtur, is ſanè videt, Salomoni nihil aliud propoſi-
tum fuiſſe, quam deterrere homines à nimis frequen-
ti, & inconſulta fideiuſſione (Quod apertè patet *ex
cap.*11. *Prouerb. verſ.*15. vbi inquit: *Qui cauet laqueos
ſecurus erit.*)quam quidem, vt ſegetem multarum
ærumnarum, &

——quam ſemper adhærens
Infelix humili greſſu comitatur egeſtas.

Vt de luxu ait Claudianus *lib.*1.*in Ruſinum,* adeo non
probo, vt etiam operam vnice dandam eſſe arbitrer,
ne effuſa, & celeri promiſſione in promptum pericu-
lum incidamus, *l.vlt.in fi.C.de dot.prom.* Multos enim,
vt mox ſubiiciam, ad egeſtatem redegit formula illa
ſtipulationis: *Mihi decem dare ſpondeſne? Spondeo.*
Hoc eſt illud damnoſum verbum, quod intellexit
Ouidius illo verſiculo:

Vnius vt verbi grandia damna ferat.

Nec dubito, quin huc etiam priſci reſpexerint,
dum Reos dici voluerunt eos, qui quid promiſiſſent,
22 ſpopondiſſentve. Et † cui præterea notum non eſt
illud Thaleti Mileſio vulgo adſcriptum,quod repen-
tinis illis fideiuſſionibus vt plurimum ſuperindici
ſolet: SPONDE NOXA, PRÆSTO EST, quodque
Germani noſtri ita efferunt: Clemens Alexand. *lib.*1.
*Στρωματεῖς mihi pag.*17. Batauus in Chiliad. *cent.*6.*adag.*
97. Franc.à Caldas *in l.ſi curatorem,verb.ſua facilitate,
num.*2.*& verb.vel aduerſarij dolo,num.*1.*ad finem, C.de
reſtitut.in integrum.* Henric.Cnauſtin. *in libello,cui titu-
lus.* De quo Sidonius Apollinaris.

Thales Miloto genitus vadimonia damnat. Item:
Miloto quod Crete Thales vadimonia damnas.

Auſonius de ſeptem Sapientibus ex Græco mihi in
exemplari Lugdunenſi, *pag.*54.

Miloti fugiſſe Thales vadimonia alumnus.

23 Quanquam, vt hoc † obiter moneam, Georgius
Cedrenus *in compen.hiſtor.mihi p.*129.in aliam videtur
abire ſententiam, exiſtimans,prædictum illud: *Spon-
de, præſto noxa eſt*: non Thaletis, ſed Chilonis potius
eſſe, qui id ſibi vindicauerit. Verba Cedreni ſic ha-
bent: *τὸ γὰρ* ΕΓΓΥΑ, *παρὰ δ' ἄτη, Χίλων ὁ φάμενος ἦν, ἴδιον
ποιησάμενος.*

Quis vlterius non veriſſimum quoque eſſe exiſti-
met illud modo dicti Chilonis Lacedæmonij aſſeren-
24 tis, Comitem † æris alieni, litiſque eſſe materiam, vt
referunt Diog. Laert. *de vitis Philoſopher. lib* 1. *mihi
pag.*54 & Plin. *lib.*7.*c.*32. Quod haud longe differt ab
eo, quod habetur *in Nouella* 86. *in princ.* Vbi dicitur:
25 Quod multi † propter lites ad inopiam, & egeſtatem
26 ſint deducti. Vnde,& verecundam † illam cogitatio-
nem, quæ huiuſmodi lites execratur,non eſſe vitupe-
randam aſſerit. I.C. *in l.item ſi res,§.*1.*verſ.hac etiam,
ff. de al. iud.mut.cauſ.fact, & facit text. cum gl. verb.
laudabile, in c.*2 *§. ſtatutum, de verb.ſig.in* 6. *c.*1.*ext. de
Syndic.* Marcel.Cala *in tract.de modo artic. & prob.in
prin.*1.2.3.4.*&* 5. Camil. Borel. *in tract. de comprom.
§.*1. *gl.*1. *num.* 22. *& ſeqq.* Et omnium elegantiſſime
Auſon. *pag* 49.

Ἐγγύα, παρὰ δ' ἄτη ecce dicimus,
Latinum id eſt, Sponde, noxa tibi præſto eſt.
Per mille poſſum currere exempla,vt probem
Prædes Vadéſque pœnitudinis reos,
Sed nolo quenquam nominatim dicere,.
Sibi quiſque veſtrum dicat, & ſocium putet.
Spondere quantus fuerit, & damno, & malo.

Ac refert Socrates apud Platon. in Charmid. præ fori-
bus templi Delphici ab Amphictionibus inſcripta
fuiſſe,veluti digna Deo viſerentur,tria hæc apophthe-
gmata: *γνῶθι σαυτὸν, μηδὲν ἄγαν*, & *ἐγγύα, παρὰ δ' ἄτη*:
putatque Socrates, omnia ad eandem ſententiam
pertinere. Nam qui pro altero fideiubere vult cogi-
tet ſe id polliceri,quod non ſit in ipſo ſitum præſtare,
27 nempè fidem alienam. At † quod præſtare non po-
tes, polliceri nec debes, vt ſupra *num.*7. dixi. Quo
etiam referendum eſt illud Clementis Alexandrini
*lib.*6.*Strom.mihi pag.*192.ex Epicharmo; *ἐγγύα ἄτας θυγά-
τηρ, ἐγγύας δὲ ζημία*, hoc eſt, *Sponſio eſt noxa filia, & mulcta.*
28 Qua ratione fit, vt multo magis † illos demirere, qui
bonis, & prædiis ſuis tam inimici ſunt, vt ex Gratiis,
cum ſint virgines, faciant ſcirrta (ſicut iocabatur So-
crates) & non pro vno ſaltem, ſed pro pluribus & qui-
buſlibet, fidem ſuam, præter deliberationem vllam, &
quidem ſupra facultates ſuas interponant. Illi profe-
cto haud intelligunt, quam durum puluinar ſit æs a-
lienum, ſuper quo multas deinde noctes inſomnes du-
cunt. Taceo multos ob hanc ipſam imprudentiam,
fideiubendique leuitatem, patrimoniis ab ingentibus
euolutos, mercenario ſeſe labore fulcire, ſtipes emē-
dicare ſupremas, exterminari, proſcribi, vt infrà *c.*15.
in prin. latius deducam. Legitur quidem in iure no-
29 ſtro, vnum pro † duobus fideiuſſorem extitiſſe, *l.vbi
24.ff.de ſolut.l.heres* 21.*§.cum & ult.ff.de fideiuſſ.* Bertaz.
*in tract.clauſ.inſtr.clauſ.*39.*gl.*5.*n.*3. *& dicam infr.c.*9.*n.*
24. Sed nuſquam expreſſum habetur, vnum, pro de-
cem aut pluribus, obligationes diuerſiſſimas in ſe ſuſ-
cepiſſe. Vnde non mirum, ſi deinceps illis optimo
iure occinatur illud, quod eſt apud Syracid. *in Panare-
to,c.*18.*v.*16.& Vlpianum *in l.ſi fideiuſſ. §.*1.*ff.qui ſatiſd.
cog.* non mereri ſcilicet veniam hunc, qui ſibi ipſi, &
quidem vltrà vires patrimonij, ſatisdationis neceſſi-
tatem impoſuit. *Conſentit Conſtit. Prou nc.Elect.Augu-
ſt.ibi.* Si admittit ſine fideiuſſione. *par.*2.
30 Quid † verò dicemus de illis, qui vel ſemel decepti,
31 ruſus tamen (non attendentes, quod conſilium † futu-
ri ex præterito veniat, vt apud Dionyſ.Halicar. *antiq.
Rom. lib.*10. dicit T. Romilius, & retulit Seneca *lib.*12.
*epiſtol. epiſt.*48.) fideiubent, qui pro illis fidem ſuam
interpo-

Digitized by Google

interponunt, qui alios jam ante notorie feſellerunt, iiſque impoſuerunt? Sane vt illi, tanquam furioſi, atq; iidem in malum ſecunda exploratione tentantur, ſi aduerſi quid obtigerit, non deplorandi, ſed merito deridendi ſunt, vtpote digni, qui audiant illud eiuſdem Senecæ *lib. 4. de benef. c. 26. Quis decoctori pecuniam credat, aut depoſitum committet ei, qui tam pluribus abnegauet?* Nec non illud ab Agellio *lib. 17. c. 14.* & Macrobio *lib. 2. c. 7.* relatum Publij Mimi:

Improbe Neptunum accuſat, qui iterum naufragium facit.

Ita hos ex poſt facto conſolari ſatis eſt vulgatis his prouerbiis: *Fides, vt anima, vnde abiit, eo nũquam redit.* Item: *Fidem qui perdit, perdere vltra nihil poteſt*, atque illo Homeri, quod minus accurate antea didicerunt.

Hoc ego cum nihil aggrediar, neque enim expedit vnquam,
Quippe vbi fruſtratus ſemel eſt, ac fraude fefellit,
Noniterum mihi verba dabit ſtulto: Semel illi hoc
Sit feciſſe ſatis: quin poſthac ille quieſcat,
Et valeat.

Quippe quomodo male filiæ conſulit, qui illam contumelioſo, & ſæpe repudiato collocauit quomodo malus paterfamil. reputabitur, qui negotiorum geſtorum damnato patrimonij ſui curam mandauerit, quomodo dementiſſime teſtabitur, qui tutorem filio reliquerit pupillorum ſpoliatorem: Sic p[illegible]ſſime agit, quicunq; aliis interpoſitione fidei ſuæ adiumento eſt, qui aute hac fidei ſuæ iacturam jam fecerunt, fideiuſſoreſque ſuos perfide, & doloſe in anguſtiis reliquerunt. Proinde Fabius Maximus Scipionem, traiicere in Africam cum exercitu parentem, non fruſtra his verbis admonens: *An Syphaci* (inquirebat)
32 *Numidiſq; credis? Satis ſit, ſemel creditum. Non † ſemper temeritas felix eſt.* Nec regerat mihi hic quiſpiam, ſibi idem ſperandum, quod aliis in ſimili fideiuſſionis negotio feliciter ceſſit. Non enim fluuius ſemper fert ſecures, vt eſt in Apologo Æſop. relato *in Adag. Chiliad. 4. cent. 3. adag* 58.

Sed ex hiſce colligere, omnino fideiuſſionis contractum è medio tollendum eſſe, ſumma eſſet inſcitia. Eandem enim ob rationem non liceret mutuum dare, neque de reddenda pecunia mutuo data quidquam promittere, quia vt Plaut. *in Trinummo* ait: *Ex mutuo fit pro proprio perditum, & mutuum dando inimicum tibi emis, amicum vendis.* Quanquam per ſe, teſte Seruilio apud Dionyſ. Halicar. *lib. 6.* & M. Tullio
33 *lib. 2. off.* nulla † res vehementius Remp. continere debet, quàm fides, quæ eſſe nulla poteſt, niſi erit neceſſaria ſolutio rerum creditarum. Quis autem hoc Reip. inutile eſſe non arbitrabitur? Cum hac ratione
34 omnis † vſus commerciorum pedetentim è medio tollatur, ſine quibus tamen eadem ſtare nequit. *Molin. d. q. 32. nu 253.* Neque video, quid, hoc præſertim reſpectu, interſit inter mutuum, & fideiuſſionem, quid enim plus facit fideiuſſor, quam quod ſe obligat, non aliter ac ſi mutuum accepiſſet? Si igitur ac-
35 cipere licet † mutuam pecuniam, non vtique negandum eſt, confiteri de accepta pecunia licere, *l. Lucius, §. tutor. ff. de admin. tut. l. 2. in fin. C. de quadr. præſcript.* Zaſius *in ſing. intellect. lib. 1. cap. 21.* de quo articulo infra cap. 20. copioſius egi.

Minus vrget, quod in cauſa dotis fideiuſſores non recte accipiantur, & quod pupillis, minoribus, fœminis, nonnulliſque aliis fideiuſſione ſit interdictum; Sicut enim propterea, quod pupilli, præſides prouinciarum, & alij mutuo dare non poſſunt, non ſequitur, mutui contractum illicitum eſſe. *Syrac. c. 29. in princ.* Ita etiam non ſequitur, ob id in vniuerſum fideiubere non licere, quod quædam perſonæ arceantur. Fortius, opinor, inde colligitur, id quod aliis prohibitum non eſt, permiſſum eſſe cenſeri, *l. mutus. §. 1. ff. de procurat. l. cum prætor. in princ. ff. de iudicis.* Imo ſi generalis illa prohibitio tum indifferenter admittenda eſſet, tum ſane vno momento euerterentur, & annihilarentur illa omnia, quæ paſſim in iure noſtro de ſatisdationum onere, fideiuſſioniſque præſtatione traduntur, quo nihil abſurdius excogitari poteſt, *argum. l. ſi quando 35. in prin. C. de inoffic. teſtam.*

Secunda quoque Supradicti Doctoris ratio ſatis inualida eſt. Etſi enim Deo Opt. Max. eſt fidendum, & quilibet dicere debet: Si Dominus voluerit, & ſi vixero, faciam hoc aut illud, *Iac. c. 4.* quod quidem nemo ſanus negat. Id tamen non euertit communem vitæ, & politiæ ſtatum, in quo à Deo cõſtituti ſumus. Qui igitur amico ſuo pecuniam credit, recte ab eo, cui plenam fidem habere recuſat, fideiuſſorem exigit, interim tamen à Deo ſuo ſe non auertens, nec prouidentiæ ipſius voluntatem ſuam præferens. Qui quidem fideiuſſor ſi fallat, & decipiat, quid tum poſt-
36 ea? Certè fraus † & dolus ſunt obſcura, ideoque ineuitabilia, vt ait Tacitus *lib 4 hiſtor.*

Quod porro de ſolicitudine omittenda annectitur, ridiculus eſt. Cur enim media à Deo ordinata negligãtur, qui vt mandat, ne quis fratrem ſuum in negotio circumueniat, *1. ad Theſſ c. 4.* Ita etiam permittit,
37 vt quilibet rem ſuam familiarem † honeſto modo augeat, & ſolicite ſartam tectam tueatur, *cap. diuina 87. diſtinct.* Angel. de Clauaſio *in ſumm. ſua, verb. ſolicitud. verſ. Tertia neceſſitatis.* Nam vt rectè ait Seneca *lib. 2. de beneficiis, c. 15. Dabo egenti, ſed vt ipſe non egeam. Succur-*
38 *ram perituro, ſed vt ipſe non peream.* Quippè † vtilitatem propriam procurare licet, etſi per indirectum alteri noceatur, iuxta gl. 1. *in fin. in c. ſi quis verò. 11. qu. 3.* Pet. Peck. *in tract. de teſtam. coniug. lib. 4. c. 9. nu. 11.* Præterea, ſi quis ad hunc modum argumentetur: Debemus remittere debitoribus noſtris, ergo pecuniaria quoque debita ipſis condonanda erunt, ſtatim hominis Chriſtiani conſcientia reſpondebit, id nullo modo iſto præcepto doceri. Neque enim Chriſtus prohibet, quo minus creditor eas pecuniarias ſummas exigat, quæ ex legitimis contractibus ſibi debentur, modo ne acerbus debitori ſemper ſtet ſupra caput, nullum diem gratis occidere patiens, *Seneca de benef. lib. 7. c. 17.* Sed conformem ſe exhibeat regulæ ab Ethnico ICto præſcriptæ, *in l. ſi bene, ff. de vſur.*

Quæ etiam reuera fuerit cauſa, cur Iudas, & fratres ipſius anguſtias tam vehementes ſenſerunt, id ſatis liquet *ex cap. 42. Geneſ. verſ. 21. & 22.* quo tempore vtique Iudas fidem ſuam quoque nondum interpoſuerat, tantum abeſt, vt fideiuſſioni ipſius ſit accepto ferendum, quod poſtea tam inhumaniter à fratre Ioſepho ſunt accepti, & acriter obiurgati.

Ac dictum Syracidis ex ſupra allatis reſpondendum eſt, quod nimirum, & is de immaturis, & inconſultis fideiuſſionibus loquatur: Nam quod fideiuſſionem in vniuerſum non tollat, ſatis clarè patet ex eo, quod pulcherrimo encomio *in d. c. 29. verſ. 19.* ornat illum, qui pro amico fidem ſuam interponit; virum bonum illum vocans, & monens debitorem, ne gratiæ fideiuſſoris obliuiſcatur, cum pro ipſo dederit animam ſuam. Et quanquam aliquando fideiuſſio ſit cum ſummo rei familiaris detrimento, id tamen potiùs debitoris vel perfidiæ vel inopiæ, & ſic caſui fortuito, quam vitio huius contractus eſt tribuendum. A-
39 buſus † autem rei ſubſtantiam non tollit, teſte Ioan. Goropio Becano *in Beceſilania, li. 1. mihi pag. 117* Cum ſemper rerum humanarum hæc viciſſitudo fuerit, à

Antonius Heringius.

condito mundo, quod optima corrumperentur paulatim ad prauitatem, vt ait Petrus Peckius *de iure*
40 *ſiſtendi, cap.5.n.21.verſ exiſtimo verò.* Nec † opus ex ſe, ſed ex cauſa fit crimen, *teſte Ioanne Saruberienſi in Po-*
41 *licr atico lib 4.cap.4.* Hoc amplius † non ex natura rerum, quibus vtimur, ſed ex cauſa vtendi, & modo appetendi probandum eſt, vel improbandum, quod facimus, *c.quiſquis.41. diſtinct. Summa Angelica in verb. Ornatus.in prin.* Iacob Marchiſellus *in ſylua quaſt.pract.*
42 *quaſt.31.nu.1.* vbi oſtendit, Ornatum † mulierum non eſſe peccatum ex ipſis rebus, ſed ex parte hominis, & ſic non vſum rerum, ſed libidinem eſſe in culpa. Quo etiam reſpexit Velleius Paterculus *lib.2.* inquiens: *Familiare eſſe hominibus inuidiam rerum non ex cauſa, ſed ad voluntatem perſonaſque dirigere.* Sic, & in ſegetibus lolium, & inter ſalubres herbas noxiæ, & venenoſæ pullulant, propterea tamen neque triticum neque olera innoxia aſpernamur, non magis quam Nilum, alioquin Ægypto frugiferum, calumniamur, quod Crocodilum habeat aut aſpidem. Imo ſi aliquid accidit, quod noſmetipſos, aut res noſtras parum lætis ſucceſſibus fouit, id continuo non eſt malum, & in exitiabilis rei opinione ponendum. Quin potius hoc
43 caſu ſatius † eſt prodeſſe malis propter bonos, quàm bonis deeſſe propter malos. *Seneca lib.4. de benefic. cap.28.*

44 Sicut igitur † indulgentia, imo, & familiaritas, per ſe non ſunt vitioſa, ſed vtraque, ſi ſit inconſulta, & nimia, contemptum parit, *c.quando diſtinct.86.l.obſeruandum, ff.de offic. præſid. Ioan. Iouian. Pontan.de obedientia, lib.2.cap.3.* quare, & ab hac abſtinendum monet Poeta Hiſpanus, dum inquit:

Nulli te facias nimis ſodalem,
Gaudebis minus, & minus dolebis.

Quod ita reddidit Scaliger in Epidorpidibus:

Ne da facilem te cuicunque poſtulanti,
Nam plenus amor, cum ſatur eſt, illico languet.
Contemptus item qui ſequitur parit duellum.

Aliter noſter Næoſyluius:

Cunctanter amicis inhia tibi parandis.
Nec quære potentum cito lubricum fauorem.
Nam plenus amor tædia pœnitenda condit,
Et gratia raro nimis alta proſperatur.
Contemptus item, qui comes eſt, premie pericla.
Vix, vix, & amoris manet vmbra poſt prioris.

Ita, & fideiuſſio ſui natura vitium non incurrit, ſed tum demum, vt reprehenſione digna, ita, & periculoſa eſſe ſolet, cum calore quodam animi ſuſcipitur, & quando, vt ille Satyricus ſcripſit:

Annorum tot proſperitas it in vnius hora
Diſcrimen:

A qua omnes frugi patresfamiliarum ſibi cauere debent. Vtcunque enim ſpondere initio leue videtur, cum ſponſio ſolam voluntatem, nullam autem pecuniæ præſtationem requirat, tandem tamen ſerus vel ſemper damnum adferre conſueuit, *l.1. §.1. ff. ad Velleia.*
45 Imo, vt voluptas † contemplanda eſt, non veniens, ſed abiens, hoc eſt, non, à fronte, ſed in tergo, cum veniens fucata ſpe blandiatur, abiens autem pœnitentiam ac dolorem relinquat. Ita etiam calidæ, & inconſultæ fideiuſſiones primo aſpectu ſunt lætæ, ſed euentu ſiunt triſtes, & acerbiſſimæ. Quid multis? Num donatio vnquam inter vitia eſt collocata? Et tamen turpiſſimum genus dandi eſt inconſulta donatio, vnde ſæpe hominum, donationem ſuam inconſultam obiurgantium, hanc audimus vocem: *Mallem perdidiſſe, quam illi dediſſe.* Scio quidem quendam Gallum *lib.4.de Repud.cap.7.* ſupra citata dicta Salomonis ad alium ſenſum deflectere, ſed mentem Salomonis vix aſſecutus videtur.

Denique nihil obſtat, quod quarto loco dictum eſt, eum, qui fidem ſuam pro alio interponit, bona
46 ſua dilapidare. Falſum † enim eſt, eum, qui fideiubet donare, *l.1.§ ſi fideiuſſit, ff. ſi quid in fraud.pat.* Quin, etiamſi quid ſoluit, actione mandati repetere poteſt, quod etiam innuit Weſenben. *in parat. ff. de fideiuſſ. n.3.* & infra ſuo loco attingetur, vide quoque Gaſparum Caballinum *parte.1.milleloquio 325.*

Quod ad locum Dionis attinet, cum quo etiam in effectu concordat Andr. Alciatus *in libro de ſingulari certamine, c.7.* fateor, illum nimis vere locutum eſſe, in tantum, vt cum Vincentio Carocio *in tract. de excuſſ.*
47 *bonor.p.3.q.10.n.5.* hodie † totum mundum eſſe diffidentiam, & perfidiam, & ſi reperiat hominem integrum, ſe inueniſſe coruum album recte quis dicere, & hoc amplius cum illo Spartano: *ἔρρει τὰ καλά. hoc eſt, periunt honeſta*: exclamare poſſit. Verum, no tam vti-
48 lem, imò † anno mundi 2240. (vt apparet ex Geneſ. *cap.43.verſ.9.* iuncta recepta ſupputatione annorum mundi) iam tum cognitum, & vſitatum contractum, quo vita quaſi ſuccingitur, & continetur humana, vt verbis Arnobij vtar, ex hominum ſocietate plane exterminemus, conſultius eſt, vt præceptum Iſocratis *in Paræneſi ad Demonicum* ſequamur, qui conſiderari mores hominum iubet, atque ita fidem vel haberi,
49 vel abrogari. Labor nihilominus erit, cum † in arduo ſit veri exploratio, etiam accurate cauendo, diſpendij ſcopulum euitare; nam vt ait Plautinus ſenex:

Qui cauet, ne decipiatur, vix cauet, cum etiam cauet,
Etiamcum caviſſe ratus eſt, ſæpe is cautor captus eſt.

Conſtat igitur ex prædictis, fideiuſſionis quidem contractum omnino in ſocietate humana retinendum eſſe, ſed interim tamen nemini vitio verti poſſe, ſi, ad rem familiarem attentus, ab inconſulta fideiuſſione abſtineat, eiuſque laqueos caute vitet, & caueat. Verum in hac ipſa cautione ſimul ad duo rurſus
50 eſt aduertendum. Primo, ſi proximo † noſtro per præſtationem fideiuſſionis forte gratificari velimus, vel etiam nolimus, aut nequeamus, ne ipſum diu ſuſpenſum teneamus, ſed confeſtim, & mature, remota omni praua ambitione differendi promiſſa, candide aperiamus, quid ipſi à nobis ſit expectandum. Hilarem enim datorem diligit Dominus, & bis dat, qui cito dat, *vt in Adagiis Chiliad. 1. cent. 8. adagio 91. Io. Iouian. Pontanus in lib. de beneficentia, c. 14. mihi pag.360.* Nihil quoque æque amarum, quàm diu pendere, ſiquidem nonnulli æquiori animo ferunt, præcidi ſpem ſuam, quam trahi. Quippe veriſſimum exiſtimant, quod ille Comicus dixit: *Quid? tu non intelligis, tantum te gratiæ demere, quantum moræ adiicis?* Inde illæ voces, quas ingenuus dolor exprimit: *Fac, ſi quid facis. Et nihil eſt tanti, malo mihi iam neges, vbi in tædium adductus animus, incipit beneficium odiſſe, dum expectat. Poteſt ob id gratus eſſe? Omnis benignitas properat, & proprium eſt libenter facientis, cito facere. Qui tarde dedit, & diem extrahens profuit, non ex animo fecit, ita duas res maximas perdidit, & tempus & argumentum amicæ voluntatis. Tarde velle nolentis eſt,* prout elegantiſſime tradidit Seneca *lib.2. de beneficiis, c.5.* ibidem notabiliter ſubiiciens: *Quemadmodum crudelitatis acerbiſſima eſt, quæ trahit pœnam, &*
51 *miſericordiæ † genus eſt, cito occidere, quia tormentum vltimum finem ſui ſecum affert, quod antecedit tempus, maxima venturi ſupplicij pars eſt.* Cuius dicti, vt & conſtitutionis Imperitoriæ *in l.5. Cod. de cuſtod. reor.*
52 merito recordarentur illi, qui miſeros † captiuos.

mortem

mortem etiam promeritos, per aliquot menſes, imò
annos, in cuſtodia diuturna, & carceribus tenebricoſis, & ſubterraneis detinent, macerant, excruciant, & perimunt, quod innocentibus miſerum, noxiis non ſatis ſeuerum eſſe, dignoſcitur, *l. 1. C. de cuſtod. reor.* accinente Naſone:

Mórſque minus pœnæ, quam mora mortis habet.

Ita maior eſt muneris gratia, quo minus pependit. In quam ſententiam extat Mimus non inuenuſtus:

Bis eſt gratum, quod opus eſt, ſi vltro offeras.

Item alter huic aſſimilis:

Beneficium inopi bis dat, qui dat celeriter.

Hinc eleganter Auſonius:

Gratia quæ tarda eſt, ingrata eſt, gratia námque
Cum fieri properat, gratia grata magis.
Si bene quid facias, facias cito, nam cito factum
Gratum erit, ingratum gratia tarda facit.

Alterum monitum, cuius ſuprà memini, eſt, vt ſi
forte cuiquam per interpoſitionem fidei noſtræ commodare velimus, vel gratificati iam fuerimus, ne id
53 fiat † cum aliqua exaſperatione, aut etiam inſultatione, gloriatione, iactatione, exprobratione, quæ in re quodam præter decorum inciuiles eſſe, quotidie experimur, quandoquidem hi finem non faciunt publicandi deprædicandique, ſicuti forte vſui fuerint. Inde illud ipſum omnibus circulis narrant, hoc ſobrij loquuntur, hoc ebrij non continent, hoc ignotis ingerunt, hoc amicis committunt. Hoc vero non eſt beneficium dare, ſed reprehendere. Quale enim illud eſt beneficium, cuius ſine rubore meminiſſe non poſſunt?
54 Sane Fabius Verrucoſus beneficium † ab homine duro aſpere datum, panem lapidoſum vocabat, quem eſurienti accipere neceſſarium ſit, eſſe acerbum, *Seneca lib. 2. de beneficiis, cap. 7. & 8. & lib. 6. cap. 4. in fin.* Rurſus, quæ beneficia ſuccurrunt infirmitati, egeſtati, ignominiæ, tacitè danda ſunt, vt nota ſint ſolis, quibus proſunt. Hæc enim beneficij inter duos lex eſt: alter ſtatim obliuiſci debet dati; alter accepti
55 nunquam. Lacerat † animum, & premit frequens meritorum commemoratio, denique admonitio tædium, exprobratio odium facit: *Idem Seneca d. lib. 2. de beneficiis, cap. 10. & 11. & lib. 7. cap. 22. in fin.* probat in ſimili Rutgerus Rulandus amicus meus integerrimus *in tract. de commiſſ. part. 1. cap. 24. num. 15.* Et rectè ſenſit Chilo Lacedæmonius, teſte Laertio, inquiens: Beneficii dati obliuiſci decet, accepti meminiſſe.

Præmiſſis nunc, & hanc diſquiſitionem non inutili-
56 ter ſubiicimus, vtrum is, † qui jurejurando ſuo confirmauit, ſe pro nemine fideiubere velle, fortè ne repentinis rei familiaris damnis implicetur, ſi poſteà ab amico egente rogatus fidem interponat, obligetur? Hæc quæſtio primum, niſi fallor auctorem habet Oldradum *in conſ. 96. incip. quidam iurauit.* aſſerentem, in
57 hac viſione (ſic enim appellare libet, cum † viſiones Iuriſconſultorum dictæ fuerint, eorundem ſcholaſticæ quaſi diſputationes, & diſquiſitiones veri, vt poſt Antonium Auguſt. oſtendit Barnabas Briſſonius *lib. 19. de verbor. ſignifi. fol. 648. pag. 2.*) diſtinguendum eſſe; Vtrum clericus, vel laicus iuramentum de non fideiubendo interpoſuerit: ita, vt ſi hic iurauerit, iuramentum tanquam illicitum, & contra bonos mores interpoſitum prorſus non valeat, ſin verò ille iureiurando ſe obſtrinxerit, tunc iuramentum obſeruandum ſit, quandoquidem ille alias de iure fideiubere nequit, vt poſteà *cap. 7.* dicemus.

Contra hanc Oldradi diſtinctionem inſurgit Hippol. de Marſiliis *in Rubr. de fideiuſſ. nu. 204.* putans, ta-
58 lem † fideiuſſionem, quæ contra obſeruantiam iuramenti fit, omnino non valere, & per conſequens, nec

Antonius Heringius.

fideiuſſorem obligari. Vtitur Hippolytus primo auctoritate gloſſæ *in c. licet mulieres de iureiur. in 6.* quæ
59 dicit, quod † ſi aliquis ab initio iurat aliquid licitum non facere, & tamen poſtea illud facit, quod tale factum ſecundo loco non valeat, ſed primum iuramentum ſeruari debeat: quam gl. etiam probauerunt Bart. *in l. ſi prædium, C. de iur. dot.* Felin. *in c. cum M. Ferrarienſis, in penult. col. de conſtit.* & alij relati ab Hippol. *dicto loco.* Gayl. *lib. 2. obſeru. 147. num. 18. & 19.* nec non Auguſtinus Berous *in quæſt. famil. quæſt. 28.* Philip. Portius *concluſ. 17. lib. 4.* Alexan. *conſ. 16. & ibi Molinæus in addit. lib. 3.* Couar. *in Epitome de ſponſalib. par. 2. cap. 4. num 9.* Anton. Gabriel. Roman. *lib. 2. concluſ. tit. de iureiur. concluſ. 1.* qui regulam hanc appro-
60 barunt; Quod actus † factus contra iuramentum de non faciendo, etiam ſi cum iuramento fiat, ſit ipſo iure nullus.

Secundo mouetur Hippol. per dictum Speculatoris *in tit. de empt. & vendit. §. tertio loc. verſic. quid ergo.*
61 dicentis, filiam, † quæ ſemel iurauit, ſe nolle conſentire alienationi dotis, niſi coram iudice ordinario, & in caſu neceſſitatis veræ. Poſtea etiam cum iureiurando non poſſe conſentire alienationi extraiudiciali, quandoquidem tale iuramentum ſit contrarium priori licito, & honeſto. Apparet igitur, Hippolytum poſthabita Oldradi diſtinctione ſtatuere, eum, qui iurauit, ſe nolle fidejubere, deinceps abſque periurio nullo modo fideiuſſionem in ſe ſuſcipe-
62 re poſſe; & hanc ſententiam † poſt Hippolytum defendunt etiam Ferd. Vaſquius *de ſucceſſ. creat. §. 158.* & Simoncel. *in tract. de decret. lib. 3. tit. 8. nu. 195.* vbi communem dicit, prout allegantur à Prukman. *in repet. l. in multis, part. 2. art. 15. n. 18. ff. de ſtat. hom.* Quibus addo Antonin. Teſſaur. *d. 123. nu. 19.* & Anton. de Padilla *in l. ne paſſim. n. 12. in fin. C. de iuris. & fact. ignor.* vbi ait, eam opinionem, licet ſit nouiſſima, ſibi tamen veram videri, atque ex legitimis iuris vtriuſque principiis rectè deriuatam eſſe. Nec ſane ratione carere videtur, cum enim iuramentum hoc abſque diſpendio ſalutis æternæ ſeruari poſſit, nemo vtique facile dixerit, id obſeruandum non poſſe, *c. cum contingat, c. ſi vero de iureiur.*

Sed contra iſtam Hippolyti opinionem ſcripſerunt alij, æquitati veritatique magis conſonum eſſe, vt fide-
63 iuſſio iſta omnino † valet, quæ ab eo pro amico inope interponitur, qui tamen ſe pro nemine fideiube-
64 re velle jurauit. Hanc obſeruationem † approbarunt Io. Andreæ *in add. ad Spec. tit. Rub. de iure* Bartho. Brixienſ. *in q. dominic. q. 35.* Dominic. de S. Geminiano *in c. fin. de for. compet.* Archidiac. *in c. non eſt contra. 22. quæſt. 1.* Barbat. *in c. ſi vero, la 1. de iureiur.* Felin. *ibid. in fin. col. 3. & ſeq.* Ioan. Sainon. *in conſuet. Turon. tit. 35 art. 2 gloſſ. 2. in fin.* Stephan. Aufrer. *in addit. ad Capell. Tholoſ. deciſ. 130.* Robert. Marant. *in Spec. ſuo aureo. par. 6 act. 9. num. 50.* Cardin. Alban. *in addit. ad Bart. in Rubr. ff. de fideiuſſ. num. 7.* Pet. Peck. *in c. non eſt obligatorium num. 4. de regul. iur. in 6.* Couarr. *in c. quamuis, part. 2. §. 6. n. 7. eod. tit.* Rutger. Ruland. *in tract. de commiſſ. par. 4. lib. 6. cap. 4. n. 9.*

Ex quibus apparet, vtcunque præfati Doctores
65 ſuam opinionem vocent communem, hanc † tamen communiori calculo approbatam eſſe. Vtuntur autem Auctores poſterioris opinionis hoc potiſſi-
66 mum fundamento, quod in † neceſſitatibus ſemper proximo noſtro ſubuenire debeamus, *c. paſce 86. diſtinct. c. ſicut. 47. diſtinct.* Et ideo dicit Luc. de Pen. *in l. quicunque, numero 10. C. de fund. patrim. & in l. 2. C. quo quiſque ord. conueniatur, lib. 11.* Quod ſecundum debitum charitatis, & ius Canonicum teneantur.

67 † quis fideiubere pro proximo, & quod peccet, ſi
non faciat, imo quod ad hoc cogi poſſit, citans Archi-
diaconum *in c. ficut. 11. quæſt. 1.* probat Ioan. Bernardi-
nus Muſcatellus *in ſua practica fideiuſſoria, in proœmio,*
n. 3. Per iuramentum igitur noſtrum nos ab onere iſto
ſubtrahere non debemus, *c. ſi diligenti extra de foro*
compet. c. innocens, ad fin. verſic. iuramentum itaque in
verb indigenti miſericorditer non ſubuenire 22. quæſt. 4.
Panormit. in d. c. ſi vero colum 3. de iureiurand. Ioan. de
Selua in tractat. de iureiurand. part. 3. num. 12. 23. & 24.
Ergo cum hanc ſententiam, & aliis rationibus ſtabi-
liri poſſe videam, in ea acquieſco, vltra alios tamen
ita diſtinguens:

Aut iurans non fideiubere, cogitauit hunc caſum
tempore iuramenti, quod videlicet amicum ſuum,
in extremis quidem anguſtiis conſtitutum, ſi modo
fidem ſuam pro ipſo obliget, liberare poſſit, & hoc
caſu iuramentum non ſolum eſt contra bonos mo-
68 res, & dilectionem proximi, verum, etiam eſt † te-
merarium, quod nullum obligationis vinculum in-
ducit, *c. peruenit de teſtib. cogend. c. intimauit. de teſtibus*
Aut vero non cogitauit, & tunc iuramentum illud ad
caſum omiſſum non extenditur, regulare enim eſt,
69 iuramentum † non extendi ad ea, de quibus tem-
pore interpoſiti iuramenti non fuit cogitatum, *c. ve-*
nicas, & ibi gloſ. in verb. præſciuiſſet. de iuretur.

Deinde hanc ſententiam confirmant ea, quæ alibi
in ſimilibus terminis à Dd. ſcripta reperiuntur. Nam
70 illi ipſi tradunt, quod † ſi quis iurauit, ſe amplius
mercatorem eſſe nolle, non obſtante illo iuramento,
poſſit mercaturam exercere, ſi aliter viuere non
poſſit, *Archidia. in c. animaduertendum. 22. q. 2. Panor.*
c. ſi vero col. 3. Ben. ven. Stracha in tract. de mercatura.
par. 3. num. 37.

71 Similiter ſi † quis iurauit, ſe non fore magiſtratum,
vel ſuſcepturum officium, etiam ſi millies eligatur,
poteſt tamen, non obſtante iuramento, magiſtratu
fungi. Ita decidit Ludouic. Roman. *ſingul. 517. incip.*
Quid ſi vnus iurat. per l. fin. in princ. ff ad municip. vnde
etiam Statutis Lubecenſibus *lib. 1. tit. 1. artic. 6.* caue-
tur, quod nemo officium Conſulis aut Senatoris, ſub
pœna amiſſionis habitationis in ciuitate, & decem
marcarum puri auri, recuſare poſſit.

72 Hoc amplius is, † qui iurauit aliquid fidei ſuæ
commiſſum ſeruare in ſecreto, & nunquam reuelare,
ſi poſtea in teſtem producatur ſuper illo facto, nihil-
ominus teſtimonium ferre compellitur, Capel.
Tholoſ. *deciſ.* 240. Maranta. *conſil.* 53. *num.* 18. Menoch.
de arbit. iudic. quæſt. caſu 355. *num* 4. Maſcard. *de probat.*
in princ. quæſt. 5. n. 50 cum ſeq. Andr. Gayl. *lib. 1. obſeruat.*
100. *num. 4. 5. & 6.* & nouiſſime mihi poſt hæc ſcripta
primum viſus, Bernard. Græuens *in concluſ. pract. Cam.*
Imper. concluſ. 100. *conſiderat. 1.*

Quorum omnium nulla alia eſt ratio, quam quod
iuramentum illud partim eſt illicitum, partim etiam
contra bonos mores, & temerarium. Et quanquam
inter hæc exempla, & caſum noſtrum, probabilis po-
73 teſt conſtitui differentia, ſiquidem † teſtimonij dictio,
& publici alicuius officij ſuſceptio, iuris publici ſunt,
l. 1. ff. de teſtib. l. munerum, §. indicandi, ff. de muner. &
74 *honor.* cui pactis † priuatorum, etiam iuratis, derogari
non poteſt. *l. ius publicum, ff. de pact. l. 1. ff. de teſtib.*
pulchre Schrader. de feud. part. 2. lib. 2. cap. 7. num. 4.
Fideiuſſio autem à voluntate priuati hominis depen-
det, qui per iuſiurandum legem ſibi præſcribere po-
teſt: Manet tamen adhuc præcipua huius prohibi-
tionis ratio, quod nimirum is peccatum committat,
qui iurat ſe vicino egenti prodeſſe nolle, nemo
75 † autem ad peccandum ſe iuramento valide obſtrin-
git, cum quia ipſo iure eſt nullum, *gloſ. in c. conſtitutus,*
verb. non teneri, extr. de teſtib. tum etiam, quia ſi contra-
rium obſeruaretur iuramentum eſſet vinculum ini-
quitatis, *contra tex. in c. quanto de iureiur. c. inter cæte-*
ra 22. quæſt. 4.

Nec obſtant, quæ in medium protulit Marſilius.
Nam prima ipſius ratio obtinere poteſt, quando quis
ad ſuam vtilitatem, ex temeritate quadam, facto ſuo
iurato contrauenire vult, quod iura non permittunt.
76 Sicut enim † pacta, quæ turpem cauſam continent,
aut contra bonos mores ſunt, omnino repudiant,
l. iuris gentium, §. & generaliter, l. ſi vnus, §. pacta ff. de
pact. l. pacta. C. eod. Petrus Gilkenius in tract. de præ-
ſcript. par. 3. nu. 111. Reinerus Budelius de re nummar. lib.
2. cap. 5. num. 2. Ita etiam pactorum iuratorum illiba-
tam vim eſſe volunt, niſi neceſſitatis ratio ea non eſſe
obſeruanda ſuadeat, *c. quamuis de pact. in 6.* Quare
quamdiu iuramentum de non fideiubendo abſque
diſpendio vicini ſeruari poteſt, nequaquam aliud eſt
inſuper habendum.

Nihil etiam aduerſatur ſecundum argumentum,
cum manifeſte loquatur de tali caſu, qui citra viola-
tionem iuramenti implementum ſuum habere po-
teſt. Cur enim nubet non ſeruet id, quod ſeruare po-
77 teſt? Nolim autem pro Marſilij ſententia † adduci,
l. ab adminiſtratione, C. de legat. quaſi ex ea probetur,
eum qui iurauit, ſe tutorem eſſe nolle, à tutela repelli,
ſi poſtea in teſtamento tutor ſit datus: nam longe
alius iſtius legis eſt ſenſus. Teſtator ibi Marcellum
militem liberis ſuis tutorem teſtamento dederat,
reſcriptum eſt ab Imp. Antonino, eum propter Sacra-
78 menti religionem (quod † milites ſolenniter præſta-
bant, vt legimus apud Wolfgang. Lazium *commentar.*
lib. 4. cap. 7. mihi pag. 520 522. 523. 524. 525. Herman. Vult.
in comment. ad l. 2. num. 9. & 10. C. vbi de ratiocin. agi
oport. quo etiam alludunt Imp. *in l. fin. C. de veteranis,*
lib. 12.) ab adminiſtratione tutelæ eripi: Tantum
igitur abeſt, vt ex mente iſtius legis non cogatur tu-
telam ſuſcipere, qui ſe non eſſe ſuſcepturum iurauit,
vt etiam tale iuramentum, tanquam illicitum reijcia-
79 tur ob id, quod tutelæ † munus publicum eſt,
l. munerum, §. 1. ff. de muner. & honor. l. athleta, §. 1 ff. de
excuſat. tut. cui pactis priuatorum derogari nequit,
quam veterem iuris regulam eſſe aſſerit. Cuiac. *in c.*
ſi diligenti. de for. compet.

80 Reſtat vt videamus, an † ne ſaltem periurus fiat is,
qui non obſeruato iuramento, vel etiam non impe-
trata abſolutione, pro amico inope, & egenti fidem
interponit? Ratio dubitandi ſumitur ex eo, quod
81 alibi ſcriptum repetitur, eum † qui iurauit, ſe nolle
ludere, ſi tamen poſteà pro ludente fideiubeat, vel ipſi
pecuniam det mutuo, aut ſaltem ludentem doceat
ludatve pro alterutro, periurum fieri, *Guil. de Cuneo,*
& Bald. in Auth. interdicimus, Cod. de Epiſcop. cleric.
Marant. in Spec. p. 6. actu 9. n. 46. Io. Bapt. Caccialupus
in tract. de ludo, n. 63. per gl. in l. Lucius, ff. de his qui not.
infam. quæ tamen, mea vt fert ſententia, parum pro-
bat. Deinde Ioach. à Beuſt. *in l. 1. n. 19. verſ. aut tale per-*
iurium, ff. de iureiur. aſſerit illum, qui ita iureiurando
ſuo contrauenit, vltioni diuinæ relinquendum eſſe,
cum ſibi, non alteri, nocuerit. Tertiò traditum eſt,
82 quod † iuramentum, metu extortum, abſolutionem
de iure omnino requirat, vt voluerunt. Martin. Lau-
denſ. *conſ. 26. n. 39. Didac. Couar. in c. quamuis, par. 1. §. 5.*
n. 3. de pact. in 6. & lib. 1. variar. reſolut. c. 4. n. 7. Ergò, &
hic abſolutione opus eſſe videtur.

Sed quidquid illi dicant, verius eſt, eum à periurio
excuſatum, nec ſtricto iure abſolutione opus eſſe. Si
enim non obſtante iuramento, pro amico egente
fidem

fidem ſuam interponere poteſt, vt ante multis eſt demonſtratum, non equidem recte dicimus, cum periu-
83 rium incurrere. Qui † enim lege permittente, & gratiam iuriſiurandi faciente (quod loco abſolutionis cedit) aliud facit, peieraſſe non videtur, l. fin. ff. qui ſatiſd. cogan. l. fi. in prin. ff. ad municip. l. Gracchus, C. ad leg. Iul. de adult. textus elegans eſt in c. cui eſt illata 11. q. 3. faciunt tradita per Maſcard. de probat. in proœmio c. 5. n. 55. Andr. Gayl. lib. 1. obſeruat. 100. n. 3. Quemadmodum
84 † videmus, nec illum fieri periurium, qui, cum iuraſſet, ſe velle perſiſtere in lite vſque ad finem, poſteà tamen iuſtis rationibus motus, liti renunciauit, Bald. in l. generaliter nu. 6. C. de Epiſcop. & cleric. Sic Tiberius
85 † Imperator Equiti Romano gratiam iuriſiurandi fecit, vt vxorem in ſtupro generi compertam dimitteret, quam ſe nunquam repudiaturum iurauerat, vt refert Suetonius in vita Tiberij, mihi pag. 251. Hinc in ſpecie Georg. Rotſchitz in proceſſ. ſuo artic. 18. dicit a
86 † Quod iuramentum ſit iuſtum ac validum ita, quod iurans periurus exiſtimatus, non ſit, & addit, quod is, qui tale iuramentum non ſeruat, nequaquam, vt periurus, a teſtimonij dictione repellatur. Nec officit ratio dubitandi, quandoquidem ad illam reſpondetur, ibi nequaquam iuſtam ſubeſſe cauſam, ob quam iuramentum contemnatur, ſicut patet ad ſenſum: at in præſenti caſu ſumma humanitatis ratio ſuadet, vicino egenti ſubuenire, cui per temerariam promiſſionem opem ſubtrahere non potuiſti. Si quis tamen teneræ forte ſit conſcientiæ, vt omnino abſolutionem à præ-
87 ſtito iuramento petendam eſſe exiſtimet, cum † bonarum mentium ſit, culpam agnoſcere, vbi culpa non eſt, credo id cautius, & verius eſſe per ea, quæ ad longum tradit Bernar. Greueus in concluſ. pract. conclu. 22.

Sed præcedentibus non incommode, & hæc ſub-
88 iungitur quæſtio. Manifeſti † iuris eſt, quod parens ſiue teſtator ad conſeruationem familiæ ſuæ paternum conſilium pro liberis ſiue poſteris ſui capiendo in teſtamento illis iniungere poſſit, ne bona hæreditaria extra familiam ſuam alienent, l. filiusfam. §. Diui. vbi Doctor. omnes id notant, ff. de legat. 1. pulchre Nat. conſ. 528. num. 1. lib. 3 Dec. conſ 182. 218. 383. Tiraquel. de vtroque retract. lup. 13. gl. 3. q. 8 Decianus conſ. 6. & . vol. 1. Weſenb. conſ. 50. Hieron. Mago. deciſ. Lucenſi per tot. Nicol. Reuſnerus deciſ. 11. num. 13. & ſeqq. Adeo, vt
89 † prohibitio hæc in tantum valeat, vt ne quidem huic fauori renuntiari poſſit. Bart. in d. §. Diui. in fi. princ. & ibid. Iaſ. in 1. lectura in fin. Caſtren. & Paul. de Monte Pico in l. in quartam colum. 48 ff. ad leg. Falcid. Decius
90 conſ. 403. n. 23. Quid multis? Hæc † ipſa prohibitio alienationis adeò fauorabilis eſt, vt ſi probetur, intentionem teſtatoris fuiſſe, prohibere omnem alienationem, ad hoc, ne bona auita vllo modo eius familiam exeant, quod illa intentio debeat quoque dictum ampliare, & extendere ad caſus, & perſonas ibi non comprehenſas, Socin conſ. 43. col. 3 & conſ. 249. col. 20. in fin. vol. 2. & egregie Crauetta in conſ. 227. num. 5. Et
91 ideò † is, qui contra hanc prohibitionem teſtatoris alienat, nihil agit, ſed quicquid facit, inutile eſt atque irritum, l. Lucius 86. alias eſt l. codicillis, §. inſtituto, ff. de legat. 2. l. vlt. C. de reb. alien. non alien DD. in l voluntas, C. de fideicommiſſ Pract. Ferrarienſ. in forma libell. in act. reali. verb. verus ac legitimus nu. 21. in fin. Roman. conſil. 356. cum ſimilibus pulchre Thomas Gram. deciſ. 93. n. 1. & ſeqq. Agitur enim hic de iure teſtamentorum, quo-
92 rum interiit omnis potestas, ſi viui neglexerint imperia mortuorum, vt ait Seneca lib. 3. contro. contro. 8. in fin. Idque multo adhuc fortius procedit, ſi te-
93 ſtator † non ſolum alienationem bonorum ſuorum prohibeat, ſed etiam ſimul iubeat, quod bona ſua in familia permanere debeant. Bart. in l. pater filium, § fundum ff. de legat. 3. & poſt Roma. Alex. Caſtr. &
94 Io. de Anania tradit Dec. in conſ. 481. n. 3. In † tantum, vt prohibitio alienationis ſit nuda, quando non adiiciuntur illa verba: Vt res in familia maneat, & relinquatur, Curtius iun. conſ. 43. col. 5. Rol. a Valle. conſ. 33. n. 10.
95 Vnde etiam † ante aliquot annos ad impetrationem Caroli, & Marquardi Leonem Freijbergium fratrum, contra D. Ludouicum Ducem Wirtenbergenſem, & Leonem 30. Aprilis, Anno 1590. in Camera Imperiali emanauit mandatum inhibitorium ſine clauſula, quo dicto Duci ac Leoni iniungebatur, ne per attentatam alienationem arcis quidquam contra teſtamentum quondam Eberhariti patris ſui molirentur, ſed omnia in illo ſtatu relinquerentur, quo teſtator ſemper illa eſſe, & manere ordinauerat, & ſi quid contra factum eſſet, ſtatim illud ipſum infectum redderent, & annihilarent. Exhibuerunt quidem Dux Wirtenbergicus ac Leo ſpecioſas exceptiones ſub & obreptionis, pro caſſatione emanati mandati grauiter laborantes, ſed illæ ipſæ mihi certè tum temporis leuiores viſæ ſunt, quàm vt victoriam cauſæ reportare poſſent. Quomodo verò deinde alea ceciderit, ignoro.

Quæritur igitur, an eodem modo parens ipſis per
96 vltimam ſuam diſpoſitionē, reſpectu † habito ad rationabilem aliquam prohibitionis cauſam, iuxta tradita per Curtium iun. in conſ. 121. num. 2. & Iaſ. in l. qui Roma n. 36. ff. de verb. oblig. & porrò adiecta aliqua pœna fideiuſſionem prohibere poſſit, ita, vt ſicut alienatione abſtinere, ita & fideiuſſionem, qua bona grauentur, intermittere cogantur, maximè ſi verba ſequentem in modum generaliter ſonent: Quod bona conſeruentur hæreditaria ita, quod vendere, non poſſint, neque aliis obpignerare, neque fideiubere, vel relinquere in poteſtate extraneorum. Et dubium nullum apud me eſt quin teſtatori illud ex tam iuſta, & probabili cauſa ad vtilitatem ſuorum iure ſit permiſ-
97 ſum. Etſi enim † prohibitio alienationis eſt odioſa, vt omnes DD. admittunt in d. §. Diui. Decius conſ 337. n. 5. & conſ. 513. nu. 6. & conſ. 635. num. 11. & conſ. 639. num. 8.
98 ſtrictè † intelligenda, quia contra ius commune,
99 l. dudum, Cod. de contrah. emp. Cum † ſit ſcandaloſum, iniquum, iuri prorſus contrarium, ac cum vtilitate, ac bono publico pugnans, ingenuis hominibus non eſſe liberam facultatem (paucis quibuſdam caſibus, propter in iure ſpecificatas, ac expreſſas cauſas, exceptis) de rebus ſuis libere diſponendi, l. 2. ff. ſi quis à par. manumiſſ. fuer. Iaſ. in l. 1. nu. 23 ff. de adopt. Sonsbec. in tract. feud. p. 13. n. 101. Borcholt. in tract. feud c. 5. n. 41.

Ex quo fundamento etiam in Came. Imper. ante hæc
100 tempora decreta fuerunt † mandata inhibitoria ſine clauſula, de non impediendo fieri venditionem, ſeu alienationem, in cauſa Franciſci Bruchharthen, contra Iuliam Hertzoghen Ducem de Branſuis, & Limengurch. Anno 1582. Item in cauſa Ilſen Gheboren de Galdern, & conſortes, contra eundem Ducem, 2. Decembris anno 1589 & deniquè me Spiræ agente in cauſa Clauſen Alefeldetium Ottonem Scheſtelletum, & conſortes, contra Georgium Ducem Sceheſtetum ob alienationem bonorum hæreditariorum, 25. Iunij. anno 1590. Parens tamen ſiue teſtator eam
101 à lege nactus eſt poteſtatem, quam ſ ob † conſeruationem familiæ ſuæ, & affectionem, quam erga bona auita habet, liberis ſiue poſteris ſuis eorundem in extraneum alienationem, hypothecationem ſiue aliam quamlibet obligationem prohibere rectè queat ita. ſunt manifeſti in d. §. Diui, & in d. l. Lucius 86. § inſtituto ff. de legat. 2. ac d. l. fin. C. de reb. alien. non alien.

eamque prohibitionem hoc exulceratiſſimo ſeculo multis familiis valde profuturam eſſe, certo confido, per ea, quæ dicam infra *capite 7. à num.* 181. *vſque ad num.* 138.

102 Quot † enim hodie reperiantur, qui ſtatim à morte parentum, vbi rerum potiri incipiunt, non aliter, ac ſi Pythio, vel Craſſo (qui tamen & ipſe ad extremum eo peruenit miſeriæ, vt ab occurrentibus diues per iocum ſalutaretur, *Valerius Maxim. lib.* 6. *c.* 11.) eſſent ditiores, χαίρειν τε πίνειν τε quod aiunt, laborent, vt mente gaudio diffuſa, & velut natante, imo tanquam & ipſe mox morituri, bona avita, multis ſudoribus parta, & hactenus conſeruata, ſi non alienent prorſus, ad preces tamen ſubdolorum decoctorum, prodigi æris, & vtilium tardi prouiſores per imprudentiſſimas, & malè coctas fideiuſſionum ſuſceptiones ita extreme onerent, vt omnis fere ſpes liberationis tàm ipſis quam poſteris eorum præcidatur, illud quotidiana exempla, quamquam relatu odioſa, per totam paſſim Germaniam, quid Germaniam? imo totam Europam, proh dolor, ſatis commonſtrant; Cur igitur huic malo non liceret mature occurrere?

103 præſertim, quia † prouidis parentibus, & teſtatoribus, vt plurimum notum eſt illud, quod retulit Aymo Crauetta *in reſponſo* 1. *pro genero, num.* 117.

Vtere quæſitis modice, dum ſumptus abundat,
Labitur exiguo, quod partum eſt tempore longo.

Item:

Ne tibi quid deſit, quæſitis vtere parce;
Vtque quod eſt ſerues, ſemper tibi deeſſe putato.

Acurate illud ipſum expreſſit Lucianus hiſce diſtichis.

Ὡς τεθνηξόμενος τῶν σῶν ἀγαθῶν ἀπόλαυε,
Ὡς δὲ βιωσόμενος φείδεο σῶν κτεάνων.
Ἔστι δ' ἀνὴρ σοφὸς, ὃς ἄμφω ταῦτα νοήσας
φειδοῖ καὶ δαπάνῃ μέτρον ἐφηρμόσατο.

Quod ita vertit Alciatus *lib.* 2. *parergon. cap.* 14.

Re fruere, exitio tanquam ſi proximus eſſes:
Vtere, vita velut ſit diuturna tibi.
Ille ſapit vere, qui callens hæc duo nouit,
Nec nimium largus, nec nimis eſſe tenax.

Aliter carmine Sotadico reddidit noſter Neoſyluius:

Tanquam moriturus licitis fruare gazis,
Victurus vti, parce diu tuis habentis:
Vir eſt ſapidus, nouit vtrumque qui modumque,
Parſimoniæque, ſumptuumque, callet aptum.

Quemadmodum vero Doctores ſupra dictam do-

104 ctrinam limitant, vt non † procedat in alienatione neceſſaria, vel in ea alienatione, quæ eſt ipſa prohibitione vetuſtior, hanc enim generalis prohibitio teſtatoris, aut legis, vel ſtatuti, de alienatione loquentium, in ſe non includit, nec iudex hoc caſu voluntatem teſtatoris ſequi cogitur, *l. alienationes, ff. famil. erciſcun. Aret. conſil.* 21. *Roman. conſil.* 107. *numero* 2. *Caſtrenſ. conſ.* 17. *Curt. ſen. conſil.* 66. *& conſil.* 27. *num.* 15. *Pariſ. conſil.* 98 *num.* 69. *volum.* 1. *Iaſ. in l. Marcellus. §. res quæ, ff. ad Trebell. Petr. Peck de teſtam. coniug. lib.* 3. *cap.* 15. *num.* 2. *Tiraquell. de retract. lignag. §.* 1. *gloſſ.* 14. *verb. enequi pollent. n.* 11. *Franciſ. d. Caldas in l. ſi curatorem verb. cum non abſimilis, num.* 36. *C. de integr. reſtit. Crauet. conſil.* 6. *numer.* 91. *Barnaba Cornazzanus deciſ.*

105 *Lucenſ* 79. *num.* 6. Præterquam, ſi alienatio † prohibita ſit quoquo modo, *Cephal. conſil.* 121. *in princip. volumn. Pariſius conſil.* 25. *num.* 18. *volum.* 2. *Ruin. conſ.* 20. *num.* 4. *volum.* 1. *Rolan. à Vall. conſil.* 2. *num.* 36. *volum.* 4. *per gloſſ. in l. cum fides ff. de pactis comm. libertat.* Ita & fideiuſſionem in caſu neceſſitatis haud interdictam eſſe cenſeo, maxime, quia ſupra *num.* 46. dictum eſt, quod fideiuſſio reuera, & ab initio non ſit alienatio, nec dilapidatio.

Cæterum ſi teſtator ſimpliciter in teſtamento ſuo alienationem bonorum ſuorum prohibuerit, non credo, eo ipſo quoque præſtationem fideiuſſionis prohi-

106 bitam eſſe. Vtcunque enim † prohibitus alienare, nec occaſionem dare poteſt, per quam fiat alienatio, *Cephal. con.* 175. *numer.* 5. *Menoch. de præſumpt. lib.* 6.

107 *præſumpt.* 93. *numer.* 2. & omnes modos † debet euitar eis, cui alienatio prohibita eſt. *Lauren. Syluan. conſ.* 25. *num.* 12. *Rolan. à Valle conſil.* 31. *num.* 27. *& conſ.* 84. *numer. vlt. volum.* 1. *Natt. conſil.* 110. *num* 11. *& conſil.* 111. *num.* 1. *per gl. celebrem in l. ſi ita quis §. ea lege ff. de*

108 *verb. obligat.* quemadmodum † & venditione prohibita prohibetur etiam eius præambulum. *Barto. in l. quorum verſic. in die. ff. de pignor. Socin. iun. conſ.* 119. *num.* 5. *volum.* 2. *Natta conſ.* 470. *num.* 2. *& conſ.* 474.

109 *num.* 21. *Franciſ. Burſat. conſ.* 151. *num.* 42. Et † prohibitio eſt. cum omnis eius cauſa prohibita cenſetur, *Menoch. lib.* 6. *præſumpt.* 93. *Cacher. deciſ.* 101. *num* 9. Non

110 tamen prohibita † alienatione ſtatim etiam prohi-

111 bitam eſſe fideiuſſionem dici poteſt. Alienatio † enim is tantummodo eſt actus, per quem dominium transfertur, *l.* 1. *C. de fund. dot. Ioan. Goddeus in l. alienationis,* 28. *num* 4 *ff. de verbor. ſignific.* Et ideo alienatione

112 † prohibita tantum ille actus prohibitus cenſetur, quo dominium transfertur, ſtricte & propriè loquendo, *gl. in l. in ambigua ff. de legib. Paul. de Caſtr. in l. ſcire leges, ff. eod tit. Alexand. conſ.* 41. *volu.* 6. *Socin. conſ.* 75. *num.* 2. *volu.* 1. *Eman. Soarez. in theſaur. com opin. lit. A,*

113 *num.* 1. 8. Fideiuſſione † porro interpoſita, ac præſtita nulla fit alienatio, quia nec dominium vllum ab initio in creditorem transfertur, non magis, quam is alienat, qui duntaxat omittit poſſeſſionem, *l. non alie-*

114 *nat. D. de reg. iur.* Ne dicam, quod ſecundum † communem vſum loquendi, qui tamen ſemper eſt attendendus, *l. librorum §. Caſſius D. de legat.* 3. *Bart. in l. Labeo. D. de ſuppell. legat.* magna quoque ſit differentia inter verba, partim contrahentium, quæ exprimi de-

115 bent, vt patet ad ſenſum. Omnis autem † intellectus extraneus eſt, qui non ſonat in auribus vulgi, *Bald. in tit. de pace Conſtant. § Opizoni.*

116 Et quia argumentum † à teſtamento ad ſtatutum, & rurſus à ſtatuto ad teſtamentum validum eſt, & ſubſiſtit. *Iaſ. in l. ita ſtipulatus colum.* 10. *in fi. n.* 17. *D. de verb. obligat. Tiraquel de legib. connub. in gloſ.* 5. *per tot. Sebardeus in add. ad Bar. in l. ſi C. de reb. alien. non alien.*

117 In ſtatuto verò, † quod ſtrictè intelligitur, prohibita alienatione, non videtur hypothecatio prohiberi, vt notat Angelus *in l. benignum, D. de legib & Bald. in d. l. fin. C. de reb. alien. non alienand.* vbi inquit, quod propriè loquendo non eſt vera alienatio, & propria, niſi vbi transfertur dominium, inde inferens, quod in ſtatutis, quæ reſtringi debent, nomine alienationis non contineatur pignus, quod etiam placuit Aretino *in conſil.* 75. *incip. circa præſentem num.* 2. *volum.* 1. Io. Baptiſtæ Aſinio *in tract. de execut. in p* [illegible] *cap.* 1. *n.* 5. Barnabæ Cornazzano *in deciſ. Rota Lucenſis* 10 *n.* 14. 15. & 16. Vincentio Carocio *deciſ* 117. *n.* 7. Antonio de Gamma *deciſ. Luſitania* 107. *num* 1. Vnde etiam Bald. *in cap.* 1 *§. aut ſi libellario in fin. quibus mod. feud.*

118 *amitt.* dicebat: quod obligatio † bonorum impropriiſſime dicatur alienatio, & meritò non debeat locum habere in ſtatuto. Ergò nec in teſtamento prohibita alienatione, prohibita, cenſebitur fideiuſſio, præſertim

Digitized by Google

119 præſertim quia & argumentum † ab oppigneratione ad fideiuſſionem ductum valet, & admittitur, vt dixi infra *cap.7.num.187.*

120 Non obſtat, quod id, quod vna † via prohibetur, alia via non debeat eſſe permiſſum, *l.ſi mater D. de excuſat. tuto. cap. cum quid & ibi Dinus, ac Petr. Peckius de reg. iur. in 6.* Item quod mediante obligatione bonorum deueniatur ad alienationem, imo ex præſtatione quoque fideiuſſionis (caſu non ſoluitur debitor, & beneficio excuſſionis, nec non aliis competentibus, ſiue competituris remediis eſt renunciatum) vt plurimum in illas anguſtias redigatur fideiuſſor, vt de ſuo ſoluere, & ob id res ſuas alienare co-

121 gatur, vnde † prohibito fine videntur etiam prohibita media, quæ tendunt ad finem, *l. oratio, D. de*

122 *ſponſalibus.* Quia enim † illa regula non habet locum in ſtatutis, vt notabiliter tradit Baldus *in l. penult. §. decere, ff. ne quis eum qui in ius vocat. & in l. i. col. fin. verſic. & per hoc determinatur, C. ſi rector prouinciæ.* Alexand. *conſ. 130. conſideratus colum. penult. lib. 2.* Dec. *conſ. 645. n. 7.* Franciſc. Ripa *in tract. de peſte nihil fol. 91 verſ. anim paruu.* Ideo non poteſt quoque locum habere in teſtamentaria diſpoſitione, per regulam *num. 116.* adductam. Præterea non ſolent futura contingentia aliquid ponere, vel determinare, cum eſſe, & non eſſe poſſint; ſed potius reſpectus habendus eſt ad id, quod fit vt plurimum, non quod ob malitiam hominum aliquando contingit, *iuribus vulgatis.*

Atque hactenus quidem oſtendi, teſtamento paterno non ſolum alienationem, verum etiam periculi plenas fideiuſſiones rectè liberis prohiberi, & inhi-

123 beri poſſe. Non vero † idem quoque contractu vel pacto inter plures fratres, agnatos aut etiam proximiores conſanguineos fieri poterit? Puta, ſi inter ſe conueniant, & paciſcantur. Quod plene voluntas maiorum ſeruetur, nec vlla proprietas alienetur; vt teſtatum à maioribus ſit, vel patre cuius anima in pace quieſcat: bona enim illa relicta, & quæ inſimul filij partiti ſunt, communiter nulla pars, vel maxima, vel minima ſine voluntate fratrum, vel parentum ac hæredum non nominatorum, ac ſine illorum ſcientia, ac voluntate neque vendere, neque obpignerare, poſſint, tanquam fideiuſſor adeo quod illi damnum det, ita quod aliqua pars non perueniat ad manus exterorum, ita quod dicta bona remaneant vnita ſicut fuit teſtatum; quod indiuiſibilia permaneant, ſine aliqua partitione, & qui ſimul in vnitate veniunt illis fruantur.

Ac ego quidem hic rurſus, quod alienationem, affirmatiuæ ſententiæ ſubſcribere non vereor, ſequentibus rationibus motus. Primo enim in genere certum

124 eſt, prohibitionem † alienationis, de eo, vt bona in familia conſeruentur, non tantum in vltima voluntate, ſed etiam in contractu fieri poſſe, *l. vltima C. de rebus alien. non alien. l. ea lege. C. de condict. ob cauſam l. ſi ita quis §. ea lege vbi DD. ff. de verborum obligation.* Iaſon. latè *in l. ſtipulatio hoc modo concepta num. 19 ff. eod. tit.* vbi ſubdit, ſe ita ſæpius conſuluiſſe, quod etiam ſequitur Guidus Pancirolus *in conſ. 103 n. 1.*

Deinde in ſpecie quoque interpretum traditioni-

125 bus receptum eſt, quod † conuentio ſiue pactum plurium fratrum de non alienando in extraneum, valeat, & ſubſiſtat, vt late conſuluit Iaſ. *in conſ. 211. incip. præſens conſultatio lib. 2.* Car. Rui. *conſ. 111. viſo the-*

126 *mate lib. 4.* Quod † factum familiæ Modeſtinus Piſtoris *in conſ. 21. par. 1.* non inſcite pauſicationem appellat, cum ad conſeruationem, dignitatem, imo & communem pacem atque concordiam alicuius familiæ pertineat. Et ſane tale pactum admodum eſt fauorabile, cum intereſſe totius familiæ in eo verſetur, ne bona libera alterius dominationi ſubiiciantur, ſed potius in ſua libertate, & dignitate conſeruētur, vt in ſimili ait Claudius Cantiuncula *conſ. 3. nu. 19.* Præterea

127 † eius eſt efficaciæ, vt in caſu contrauentionis res alienata redeat ad cæteros fratres, *l. cum pater, §. libertuſ ff de leg. 2. Bartolus in l. peto. ff. eodem titulo Natta conſ 474. ante num. 1. lib. 2. Paulus de Caſtro conſ. 77. num. 3. volum. 1. Carol. Ruin. conſ. 119. num. 18. volum. 2. Hieronym. Gabrielus conſ. 123 Ferdin. Vaſquius de fideicommiſſariis lib. 3. §. 39. num. 12 Franciſc. deciſ. 7. nu. 96. liq. 1.*

Denique prædicta ſententia ex eo quoque confirmatur, quod validum, & bonum ſumitur argumentum, ab vltimis voluntatibus ad contractus, ſecundum Eberh. *in Topicis, loco, A contract. ad vlt. volum.*

128 *& è contra.* Iam autem certum eſt, quod † vnius familiæ probabilis illa ſit conſuetudo, qua cauetur, vt certo modo in illa familia teſtentur, Angel. *in l. teſtamenti factio ff. de teſtam.* Iaſon. *conſ. 46. num. 3. lib. 1.*

129 Boër. *qu. 155. num 29.* qui in † feudis etiam idem ſentit, quem refert, & ſequitur Menoch. *in reſpon. cauſa Finarien. art 4 n. 47.* Quidni igitur etiam pacto tale quid introduci poſſet, per quod indiſcreta, & promiſcua libertas alienandi nonnihil in ordinem redigatur, & circumſcribatur?

Et de hoc quidem vel ideò minus eſt dubitandum

130 quod exempla talium † pactorum ſiue Fiermundi paſſim in nobilibus familiis Germaniæ occurrunt, & quidem nominatim Generoſi, & Illuſtres Comites de Oldenburg, & Delmenhorſt, Anno 1560. & Anno 1463. Nobiles à Fiermundi Anno 1495. nec non prædicti Nobiles à Frembergij Anno 1566. tale pactum ſiue conuentionem pacificationem, vt & talem conuentionem de non alienando inierunt, vt de reliquis in præſentiarum nihil dicam. Quod vero illa

131 † ipſa pacta plurium fratrum de non alienando extra familiam, adhuc multo ſint validiora, ſi prohibitio patris, alienationis ſimiliter inhibitoria, præceſſerit,

134 illud etiam iure eſt determinatum. Etenim † prohibitio noua addita veteri prohibitioni, veterem ampliat, & magis corroborat, vt notant DD. *in l. 1. §. nunciā. ff de no. op. nun.* Iacobin. *in tractat. de feudis in verb. Et cum pacto de non alienando circa princip.* Alexand. *conſ. 93 incip. Repetitus in cauſa. colum. final. lib 7.* Decius *conſ. 6, 6.* Natta *conſ. 481. num. 16. lib. 3.*

133 Vnde etiam † Menoch. *de præſum. lib. 4. præſum. 189. nu. 11.* probauit, quod quando duæ prohibitiones de non alienando concurrunt, prohibita cenſeatur etiam alienatio in eum caſum, quo poterat fieri, exiſtente vna ſola prohibitione.

134 Mea tamen † opinione cautiſſime illi agunt, qui prohibitione paterna, vel maiorum, & ſua conuentione corroboratiua, de non alienando bona auita vel affecta extra familiam non contenti, etiam per ſententiam ſui ſuperioris, aut certè Cameræ Imperialis, ſe condemnari procurant, ad ſeruanda iſtiuſmodi pacta tunc enim non ſolum redditur ius in initos: verum etiam facilior fit aduerſus contrauenientes executio.

Et verò † nouum non eſt, conuentiones partium

135 per ſententiam confirmari, *in l. ſi conuenerit. 26. vbi DD ff. de re iudi. l. tale pactum 40. §. 1.* vbi Coſtal. *ff. de pact.* Bar. & Io. de Pla. *in l. ſi quot. C de decur. lib. 10.* Pinell. *in l. 2. part. 2. cap. 1. numer. 3. C. de reſcind. vend.* Hieron. Muſcorn. *in tracta. de iuriſd n. 133. verſ Excipitur autem primo.* qui tamen ſatis obſcure hoc innuit) Petr. Heigius *qu. 20. num. 20. part. 1.* Contigit autem

136 petitæ huius confirmationis notabile † exemplum
in Auguſtiſſima Camera Imperiali,in cauſa Friuelini
Sabinij Ducis Hatbæ, & Lantgrauij Locthereni con-
tra Hermum Lamoralium Palatinum Egmondanum.
Martij, Ann. 1544. vbi partes ad obſeruationem pa-
ctorum dotalium ſe per ſententiam condemnari pe-
tierunt,& obtinuerunt.

Meminerunt porrò iuniore pro euidentiali intel-
lectu terminorum, dum dicitur; Pacto conuenire
poſſe, ne bona auita extra familiam vel agnationem
137 in extraneum quempiam abalienentur,quod † ſicut
nomina hæc Familia, Agnatio,ſunt nomina collecti-
ua,quæ plures gradus complectuntur, Menoch. *de
præſumptio.lib 4 præſumptio.71.num.29.* Ita in materia
138 prohibitæ alienationis extranea † perſona intelliga-
tur illa,quæ non de familia tradentis bona eſt, non
autem quæ non eſt de deſcendentibus, vt ex mente
Ioan.Fabri,& Aug.Aretini declarat Viglius *in§.cæteri.
ad fin.inſt.de hæred.qual.& diff.* Pancir.*d conſ.*102 *n.*12.
139 licet † alias extraneus varijs modis dicitur, mon-
ſtrante Baldo *in l.ſi emancipati in 3.oppoſ.Cod. de colla.*
Vinc.Carocio *deciſ.*44 *num.*4.

Bene quoque notandum eſt,etſi prohibitio aliena-
140 tionis,† quæ fit per pactum,non exiguas in iure no-
ſtro adepta eſt vires, quod tamen dominij tranſla-
tionem non impediat, ſed ſolum obliget contraue-
nientem ad id,quod intereſt, *l.ſi ita quis §.ea lege &
ibi Bartol.in princip.ff.de verborum obligat.* Accurſius
*in l.ea lege verb.alienat.& ibidem Bartol. C. de condict.
ob cauſam l.fina.& ibi gloſſa.verb.ſancimus nec non Saly-
cetus n.*1.*C.de reb alien.non alien.gl.l. ea quidem verb.
cauſam,C.ſi mancip.ita alien.fuerit l.filiusfamilias* 117.
§.Diui & ib. Iaſon n 115.*ff.de legat.*Ioan. Sichard.*in l.*
3.*num.*7.*C.de condict.ob cauſam.*Modeſtin. Piſtor.*conſ.*
21.*num* 4 *vol.*1. Ioach.a Beuſt. *in l.admonendi. nu.* 872.
ff de iureiur. Ioan.Gœddæus *de contra.ſtipul.c.*6.*concl.*
141 1.*n.*4.5.*&* 6 Atque hoc certi,& in foro † ac curiis re-
cepti iuris eſſe nouiſſime ſcripſit Ern.Cothman *in
conſ.*41 *num.*7.

Quemadmodum autem ſupra monui,in prohibi-
tione alienationis per teſtatorē, legem aut ſtatutum
factum non includi alienationem neceſſariam: Ita
142 etiam † in alienatione,per pactum, vel conuentio-
nem inhibita, eandem excipi extra dubium eſt. Si
igitur exempli gratia,aliæ res non extent, ex quibus
ſatisfieri creditoribus poſſit,quam res alienari pote-
runt,*l.peto.§.prædium.ff.de legat.*2.Raphael Cumanus
*in conſ.*13.Tract Ferrarienſ. *in forma libelli, in act.reali.
verb.veris ac legitimis,n.*21.vbi etiam Maſuet.*in ad-
ditionib.* Maxime,quia nec teſtator per prohibitio-
nem alienationis creditoribus præiudicare poteſt,
etiamſi vellet *l.filiusfamil.§.Diui.in verb.Sed hæc neq;
creditorib.neque fiſco fraudi eſſe ff.de legat.*1. *M. Anton.
Natta conſ* 528.*n.*30 *lib.*3.

Proinde autem ille ipſe,qui res ita alienari prohi-
bitas vendere,aut creditoribus in ſolutum dare in-
tendit,facit,ſi ante diſtractionem aut in ſolutū datio-
143 nem, id † denunciet aut notificet reliquis fratribus
aut agnatis,qui in cauſam prohibitæ ſiue interdictæ
alienationis ſunt vocati,iuxta conſilium Angeli *in
conſ.*243.cum quo tranſit Decius *in conſ.* 38. *num* 1. *in
princ.*& faciunt tradita per Balthaſ.Benedell *in tract.
iuris protimiſeos,§.in primis,num.*40. *& aliquot ſeqq.*
vbi prudenter monet, quod non ſolum nuda inten-
tio alienandi, vel vt ita loquar,fienda alienatio, de
rebus aptis ad alienandum verum etiam omnes eius
circonſtantiæ,& qualitates apertiſſime, non perfun-
ctorie aut obſcurè. denuntiari debeant. Denuncia-
144 tio † porrò hæc facta fratribus,ſatis reum à teme-
raria alienatione,eiuſque pœna excuſat, *argumento
l.*3 *§.ſin autem vbi Doctores; & maxime Simon Schar-
dius in addition.ad Bartol. Cod. de iure emphyteuſi. o.
potuit. & ibi Canoniſtæ, extr. de locato. Tiraquell de
vtroque retractu in præfat.numero* 15. Et eſt optimus
textus *in l.qui Romæ,§. Callimachus, ff. de verb. obligat.*
vbi hoc etiam Bartol.notat,quem ſequitur Romanus
*conſ.*182.*num.* 4.& ibi *in addit.* Horatius Mandoſius
Tiraquell. *de vtroque retract.tit.*1.*§.*1 *gloſſ.* 9. *num.* 112.
vbi dant cautelam illi,qui ad rem vendendam obli-
145 gatus eſt,vt ſcilicet † interpellet illum, cui vendi-
tio fieri debet, vt emat, qui ſi in mora fuerit,tunc
liberam poteſtatem vendendi,cui vult, conſequitur,
qua de re etiam aliqua congeſſit,Menoch.*de arb.iud,
quæſt.caſ.*220.

Ex his omnibus igitur liquet,conuentione aut pa-
cto alienationem certarum rerum inter plures fra-
146 tres ſiue agnatos recte prohiberi poſſe,num † vero
(quod præcipue explicandum ſuſcepi) certæ quoque
alicuius familiæ pacto introduci,& interdici poterit,
ne in inextricabilem aliquem fideiuſſionum laby-
rinthum vnus aut alter ex illa familia aut agnatio-
ne, citra aliorum conſenſum aut ratificationem,
ſe præcipitet, ex quo incommodo deinde, ad exe-
cutionem creditoris, per indirectum earundem
rerum extra familiam alienatio cauſetur, & ſequa-
quatur? Quod in effectu nihil aliud eſt, quam
ſi ſimpliciter quæram, An pacto fieri poſſit ne quis
pro libitu, & abſque aliorum conſenſu contrahat
aut fideiubeat? Et quamuis hoc loco iterum non-
nulla moueri poſſent, de non reſtringenda libertate
contrahendi, *l.non enim.ff. Rerum amotarum, l.iniqui-
tum C.de contrahenda emptione,l nec emere.C.de iure
deliber.cum ſimilibus ſupra numero* 99. *& infra capite*
147 7.*numero* 191.*adductis.* Tamen ſi omnia † exacto
iudicio trutinentur, neminem fore confido, qui ex
partibus affirmatiuæ ſententiæ veritatem ſtare non
ſit conceſſurus. Cum enim tale pactum ad rei fa-
148 miliaris, vt & nobilium † ampliſſimarumque fa-
miliarum conſeruationem, & ſuſtentationem ſpe-
ctet, præterea repentinæ de fideiuſſionibus vt plu-
rimum emergenti inopiæ viam quaſi obſtruat, atque
ob id etiam ſummo ſit fauore dignum, *leg.* 1. *§.
ſed etſi ſeruus, ff.de ventre inſpic.* Mynſinger. *re-
149 ſponſ.*32.*numero* 2. Siquidem † diuitiis familiæ con-
ſeruantur,*§.ſancimus in Novell.de teſtibus Mynſinger.d.
loco numero* 5. *Thomas Decetus conſilio* 6. *numero* 8.
*Michael ab Aguir.de ſucceſſ. Regni Portugall. part.*5.
*num.*64.non vbique negari poteſt, illud ipſum quo-
que viribus ſubſiſtere,*l.iuris gentium,§ ſi paciſcar ff.de
pact.*Si enim pacto contrahentium alienatio alicuius
rei inhiberi poteſt,*d.l.vlt.Cod.de reb.alien. non alien.
dict.l.ea lege C.de condiction.ob cauſam cum aliis ſupra
allegatis.* Cur non etiam ſimplex fideiuſſio inhiberi
poſſet, cum vtique plus ſit alienare vel diſtrahere
150 quam ſimpliciter fideiubere? Vulgaris † ſiquidem
regula eſt,de omnibus rebus familiaribus ſiue priua-
tis,modo ſint propriæ,paciſci licere,*Ioan.Borchol. in
tract.de pact.c.*1.*num.*1.

151 Et propterea † collandandos cenſeo nobiles fra-
tres de M.in Ducatu Brunſvvicenſi multas arces, &
villas poſſidentes, qui ante aliquot annos,ad fami-
liæ ſuæ, & opum partarum conſeruationem, pacto
conuenerunt, ne vllus eorum,ſine altero, fideiuſſor
fieret,quo quidem prudenti acto etiam multos im-
portunos ſollicitatores rejecerunt, qui cum ſe om-
nium fratrum conſenſum impetrare poſſe diffiderent,
ab vlteriori petitione fideiuſſionis interponendæ
vltro deſtiterunt.

Nec

Digitized by Google

Nec exiſtimandum eſt, ea, quæ hactenus tractaui, cum illis pugnare, quæ ſupra hoc ipſo capite, *nu.* 66. *&* 67. adduxi, probando, fideiuſſionis actum eſſe humanum, & pium, atque ad illum quoque in neceſſitatibus proximi quem adigi accogi poſſe, ac proinde pactum ſiue conuentionem de non fideiubendo, tanquam contra bonos mores, ac dilectionem proximi initam, non ſubſiſtere, ſed nullam, & minus piam eſſe, atque eam ob cauſam quoque magis reſpici de-
152 bere ad vtilitatem publicam (quam duplicem † facit Mynſinger. *in reſponſo* 32. *num.* 19.) quam ad commodum alicuius priuatum, *Authent. res quæ C. com mun. de legat. l. vnic. in fin. C. de caduc. tollens. l. 3. C. de primipilo. lib. 12. Paulus libro 2. ſentent. titulo 19. pulchre ex Philologis Philip. Camerar in oper. ſubciſiu. centur. 1. cap. 11. & centur. 2. capite* 45. Nam ſimpliciter reſpondeo, prædictum pactum de non fideiubendo præcipue reſpicere fideiuſſiones, promiſcuas, temerarias, & indiſcretas, ad caſum neceſſitatis autem nequaquam
153 extendi, quæ † nec alias legem habet, *l. vt gradatim. §. 1. ff. de muner. & honoribus cap. quanto, in fine de cenſu et ad.* Et quia tam multa ſunt, quæ alias illicita, & impermiſſa, in caſu tamen neceſſitatis licent, congeſta per Tiraquellum *de retract. lign. §. 26 gloſ. ... n. 10. cum mult. ſeq.* Menoch. *de arbitr. iud. q. caſu* .82. & Sebaſt. Medices *in trac. de caſibus fortuitis par 1. q 6.* non vtique dubitandum eſt, quin ſaluo pacto, etiam iurato, de non fideiubendo pro proximo egente, & in ſumma neceſſitate conſtituto fidem ſuam quis interpo-
154 nere, ſi velit, poſſit. Nam ſicut † neceſſitas probabile facit, quod alias non eſſet probabile, *l. qui potuerint, ff. de manumiſſ. teſtam. Ferretus in tract. de duello n. 26. Rolan. à Valle conſil. 1. n. 70. volum. 2.* Ita quoque iura-
155 mentum † nullo modo frangit, neceſſitate coactus, *c. ſi verò de iureiuran. Redoand. in tract. de rebus Eccleſ. non alienan. tit. de cauſ. aliena. n. 48. Sebaſt. Medices d. par. 1. q. 6. n. 35.*

Cæterum hac in re cuiquam legem certam præſcribere, non eſt meum, ſufficit mihi, ſi quemlibet ad ſcopum diuinæ legis, charitatem ſcilicet mutuam, remittam, vt nimirum omnia, quæ volumus, vt faciant nobis homines, faciamus, & illis. *Matth. cap. 7.* Interim & hoc fixum manet, & ſi hominis intereſt, hominem beneficio affici, *l. ſeruum ff. de ſer. expor. Cicero lib. 2. offic.* quod tamen non ſolum iure diuino. *2. Corinth cap. 8.* & Canonico *cap. ad fidem. 23. q. 5. Ioan. Aurpachius in epiſt. 2.* verum etiam iure humano. *l. 1. § de opere, & §. idem Varus. ff. de aqu. pluu. arcend.* nemo cum ſuo detrimento, & damno, & vt ſibi ſit afflictio, alteri benefacere, aut commodare cogatur. *Petrus Heigius quaſt. iur part. 2. q. 1. 87.* Atque hæc de primo capite dicta ſufficiant.

CAPVT II.

Vnde fideiuſſio dicatur.

SVMMARIA.

1 *Diſputatio Grammatica caret vtilitate.*
2 *Leges Priſciano non ſubiacent.*
3 *Verbis non minor, quam rebus eſt antiquitas. Et num. 9. & 10.*
4 *Turpe eſt prius determinare, quam terminos intelligere.*
5 *Plato in vocum originationibus laborioſus.*
6 *Iureconſulti Romani in inueſtigandis Etymologiis diligentes fuerunt.*
7 *Etymologia proprietatem rei oſtendi.*
8 *Sapiens ex paucis multa intelligit.*
11 *Fideiuſſionis verbum eſt compoſitum.*
12 *Fideiubere idem eſt, quod fide ſua iubere.*
13 *Fidei nomen eſt πολύσημον, quod deducitur vſque ad num. 22.*
18 *Fides publica quid?*
23 *Fides in hac materia eſt ſponſio vinculum obligationis inducens.*
24 *Fides vnde dicatur.*
25 *Stoici ſimpliciter Dialectici appellantur.*
26 *Stoici licentioros fuerunt in ducendis nominum originibus.*
27 *Laurentius Valla refutatur.*
28 *Iureconſulti noſtri quid in Etymologia ſpectent.*
29 *Galeotius Martius refellitur.*
30 *Negotia plura ſunt, quam vocabula.*
31 *Genus ſpeciei locum ſæpe ingreditur, ob vocabulorum penuriam.*
32 *Cauſas ſingulas ſingulis appellationibus diſtingui commodum eſt*
33 *Tutela eſt verbum πολύσημον*
34 *Fideiuſſores ex re ipſa, hoc eſt; fide nomen accipiunt, vt tutores, & defenſores ciuitatum, quod late deducitur, num. 35. 37. & aliquot ſeq.*
36 *Vinculum fidei, ac ſponſionis.*
46 *Iubere eſt aliud, aliud fideiubere.*
47 *Iuſſus ſolus non poteſt dici fideiuſſio. & n. 52.*
48 *Bona fides in omnibus contractibus interuenire debet. Et num. 49.*
50 *Fideiuſſio eſt contractus ſtricti iuris.*
51 *Iuſſionis verbum quomodo accipiatur.*
53 *Iuſſus, & fideiuſſio quomodo differant. & num. 54. 55. 56. & 57.*
58 *Iuſſus & mandatum quomodo differant, remiſſiuè.*

NOn ignoro præter Petrum Coſtalium *in Parergis*
1 *num. 4.* multos opinari † diſputationem Grammaticam omni prorſus carere vtilitate, non ſolum, quia, vt Bald. *in conſil. 33, num. 2 volum. 1.* dicebat Leges
2 † noſtræ Priſciano non ſubiacent; Verum etiam, quia is, qui ad Iuriſconſulti alicuius titulum aſpirat, id diligenter expendere debet, ne magis Grammaticum, aut quendam Græculum de ſchola, quam Iu-
3 riſconſultum agere videatur. Quia tamen † & verbis ſua, non minus quam rebus, eſt antiquitas, cuius nos quoque ſtudioſos eſſe par eſt, teſte Barnaba Briſſonio *lib. 3. antiq. c. 23.* & vt ait Varro, *Qui de verbis multa dixerit commodè, potius boni conſulendum, quam ſi quid*
4 *nequiuerit, reprehendendum.* Imo † turpe eſt, prius determinare velle, quam terminos intelligere. *Ang. conſ. 100; Franciſ. Mant. c. de coniect. vlt. volunt. lib. 1. tit. 1. num. 1.*

Idcircò, contemptis quorundam elatis ſuperciliis, malo in hac re facere, non ſolum cum ſingulari illo
5 Philoſophiæ lumine † Platone, qui ſic in vocum originatione laborauit, vt totum et librum conſecrarit, ſicut auctor eſt Io. Goropius Becçanus *in Becceſelan. lib. 1. mihi pag. 7.* (Græcarum vocum Etymologica, & Onomaſtica ſileutio, vt nunc præteream) verum
6 etiam cum Iureconſultis † noſtris, qui in inueſtigan-
7 da nominum Ethymologia, quæ † proprietatem rei oſtendit, valde diligentes fuerunt, vt liquido apparet, *ex l. 1. D. de offic. quæſtor. l. 1. D. de furtis, l. 2. §. 1. D. de pact. l. Senatus §. 1. D. de donat. cum multis ſimil. notatis à Ioan. Bellono in libell. de argumentis legum cap. 1. & à Waremundo de Erenberg in meditam. pro fœderibus cap. 3. numero 1. & aliquot ſequentib.* Non, quia velim cum tædioſa nimietate verboſos

8 commentarios facere ſapiens enim † ex paucis mul-
ta intelligit, ac longitudo narrationis, & ſcripturæ
ſæpè mentem inuoluit. *Aretin.conſ.83. Hieron.Gigas
conſ.34.n.1.* ſed quia interpretationem promittentibus
inconueniens eſt, omiſſis initiis, protinus materiam
ipſam tractare, *l.1.ff.de origin.iuris.* Quinimò Ciceroni
9 † etiam ipſi, *in quæſtionibus Academicis*, verborum ex-
plicatio probatur. Vnde etiam Quintilianus *in Inſtit.*
10 *lib.12.* dicit. Quod omne † ius fere aut in verborum
interpretatione poſitum ſit, aut in æqui prauique di-
ſcrimine, ſicut retulit Baptiſta Aymus *in tractatu de
alluuionibus lib.1.cap.1. in princ.* De quo plura vide
apud Scipionem Gentilem *in libello ſingul. originum
in princ.* Ruland. *de commiſſ.par.1.lib.1.cap.2.n.* 6. & 7.
Ioan. à Wovver. *in tract.de Polymathia,cap.9.* Petr.
Gilkenium doctiſſ. Germaniæ noſtre I.C. *in tract.de
præſcrip.par.2.memb.3.cap.1.n.7.8.& 9.* Initio autem
11 conſtare arbitror, fideiuſſionis † verbum non natum,
hoc eſt, ſimplex, ſed ab origine factum duplici, &
iunctum ſiue compoſitum eſſe, a FIDE, & IVS-
SIONE, Nicolaus Boerius *deciſ.221. num.*10. *verſi.
ſed videtur.* Qua in re cum aliis nominum, & verbó-
rum originationibus ipſi optime conuenit. Inde igi-
tur colligo, duo in hoc veriloquio ſiue notatione, vt
Cicero, & Boetius *in Topicis* appellant, notari,
FIDEM nimirum, & IVSSIONEM, quandoqui-
12 dem fideiubere † idem eſt, quod fide ſua iubere, *l.
creditor.§ 1 ff mandati.*

13 FIDEI porrò † nomen, vt & Tutelæ, Iniuriarum,
Iuris, &c. πολύσημον, neque vnius, & eiuſdem ſignifi-
cationis ſemper exiſtere, non modo ex noſtris Iu-
reconſultis, ſed & ex aliis probatis auctoribus, citra
difficultatem colligitur, monſtrante gloſſa. *in capit.
mouet. verb.neque 22.quæſt.1.* & Luca de Pen. *in rubr.
C.de fide inſtr.& iure haſtæ fiſcal.num.1.lib.*10. nec non
Petro Gregorio Tholoſante, *in ſyntaxi artis mirabilis
lib.39.cap.18.* ac Dominico Nano Mirabelio, *in ſuo
Polyanthea, verb. Fides* & ex Theologis Iſaaco Fe-
guernekino, *in Enchiridio locorum communium verb.
Fides.*

14 Aliquando enim fides † auctoritatem, & confirma-
tionem ſignificat, *tot.tit.ff.& C.de fide inſtrum.& apud
Ciceronem in multis locis.*

15 Aliquando † tutelam ſiue tuitionem (vt vulgus di-
cit Saluaguardiam, & Aſſecurantiam) patrocinium,
defenſionem, opem, auxilium, clientelam denotat, *l.
in ſacris in prin.C.de prox.ſacror ſcriniorum. lib.12. Ci-
cero in oratione in Piſonem: Timentem, multumque dubi-
tantem confirmaſti, & Theſſalonicam fide tua venire iuſ-
ſiſti. Idem ad Atticum: Ciuitatem in Catonis fide locata,
funditus perdidiſſem. Et Epiſt.2.27. Ea ſocietas vniuerſa
in mea fide eſt. Virgil. Tyrrhenumque fidem. Cæſar. in lib.
2. de bello Gallico: Honoris Diuitiaci, ac Haduorum
cauſa ſeſe eos in fidem recepturum, & conſeruaturum di-
xit.* Inde & illa locutio, Deorum hominumque fidem
implorare, id eſt, auxilium, vt ſolent ij, quibus aliqua
fit iniuria, aut aliqua vis infertur. Et quidem prædi-
ctæ publicæ fidei exemplum notabile legimus apud
Cranzium, *lib.11.Vandaliæ.cap.25.*

16 Nonnunquam Sacramentum, & habitum mentis,
vel earum rerum, quæ ſperantur, ſubſtantiam, argu-
mentumque earum rerum, quæ non videtur *tot. tit.
C.& decr.de ſum.Trin.& fid.Cath. Alciatus in rubr. de
iureiur.num.9. Arnobius lib.2.aduerſ.gentes: Non quod
ſibi perſuaſeris, quæ verum dici ab altero, velut quadam
fidei aſtipulatione, tuatur.*

17 Quandoque † etiam ſufficientiam, & idoneitatem
promptiſſimam in ſoluendo, *l.19.ff.de contrah.empt.§.
vendita Inſtit.de rer.diuiſ.l.ſi venteri.§.in bonis ff. de reb.
auct.iud.poſſi.* prout fidem publicam ibi interpretatur
Pardulphus Prattæus, quam Galli, *credit*, appellant.
18 quamquam mea opinione, fides † publica ibi nihil
aliud eſt, quam auctoritas publica, vt in edicto Iuſti-
niani 2. *Ne præſides in cauſis fiſcalibus publicam fidem
dent. Alciat.lib.8.parerg.cap.1.in fin.*

19 Cæterum, vt plurimum, & fere frequenter, pro † di-
ctorum conuentorumq; conſtantia, & veritate vſur-
20 patur, non ſolum in ſacra ſcriptura, tam † reſpectu
ipſius Dei: Pſal.33. *verſic.*4. Iſaiæ 11. *verſi.*5. Thren.
3. *verſic.*23. Oſeæ 2. *verſi.*20. & *cap.*5. *verſi.* 9. quam
21 † hominum inter ſeſe, Leuit. 6. *verſic.*2. Eccleſ. 22.
*verſi.*28. Ierem. 44. *verſi.* 5. 1. Macab. 10. *verſi.* 28.
Matth. 23. *verſi.*23. 1 Timoth. 2. *verſi.*7. Verum etiam
in iure noſtro, & probatis ſcriptoribus, *vt in l.exemplo.
11.de act.empt. l. cum venderem ff.locati.* Ioan. Iouianus
Pontanus, *in libello de princip § qui imperitare cupiunt.
verſ. Et cum ſit fides mihi pag.*158. Valer. Maxi. *lib.6.c.*
6. Quæ vt in teſtium dictis ſummoperè requiritur, *l.
teſtium fides ff.de teſtam.* Ita & in promiſſionibus eam
ſemper adeſſe neceſſe eſt. Vt meritò M. Tullius *in
Epiſt.ad Att.* exclamet. *O conſtantiam promiſſi, & fidem
miram.* Et hoc ſignificatu fides ad propoſitum no-
ſtrum accommodatur, vt reuera hic ſit fides, promiſ-
22 ſio ſiue † ſponſio, vinculum obligationis inducens,
quam fidem politicam communiter vocare ſolemus,
l.procurator 67.ff.de procur. Si aliquis ex iſtis vende-
ret, aut redimeret aliquam proprietatem ab vno ex
proximioribus, qui fuerit fideiuſſor; ipſemet ſi fuerit
requiſitis tenetur, & debet, fratribus, & agnatis re-
ſpectiuè hoc factum notificare, & de hac re illis ſcien-
23 tiam dare. Nam malè † Iuſtus Lipſius *lib.2. polit.cap.*
14. Fidem deſcribit; Effectum quod in nobis ſit, dicti
aut promiſſi. Terentius: *Grauidaque facta dat fidem,
vxorem ſibi fore hanc*, hoc eſt ſpondet, & ſancte pro-
mittit Ouidius:

Heu vbi pacta fides, vbi connubialia iura.

Virgil. *Accipe, daque fidem*, hoc eſt, accipe ſponſio-
nem factam à me, & tu viciſſim mihi da tuam, *Lauren.
Valla, lib.5.elegant.cap.*16. Poeta Statius:

Dat Galiis, Dacisque fidem.

Ouidius *lib.11. Metamorph.*

Pollicitisque fidem tangendo ſingula tentat.

Claudianus elegantiſſimus inclinantis Imperij
Poeta *in bello Gildonico.*

Certa fides cæli. ſed maior Honorius auctor.

Qua ratione, & Paulo Iureconſulto, *lib.1.ſentent.tit.*
9. fidei promittere, idem eſt, quod fideiubere, In ſum-
ma quemadmodum in articulis fidei, ea credimus,
que non videmus. Ita & in promiſſione credo te pro-
miſſa facturum, quamuis non videam, *Abb.in c.1.in 1.
notab.de ſponſa duor. Bertazol.in repet ſi quis maior.n.
499.C.de tranſact.*

24 Cæterum vnde fides † appelletur à nonnullis an-
xie quæri video? Stoici, quos alibi Africanus, *in l.qui
quadringenta, 88.ff.ad leg.Falcid* ſimpliciter Dialecti-
cos nominant (de quo vide Cuiac. *lib.26.obſeru.vlt.*)
fidem appellatam putant, quia fiat quod dictum eſt,
quos imitatus eſt Cicero, *lib.1.offic.& in lib.4.de Repu.*
vt citat Nonius inquiens, Fides nomen ipſum mihi
videtur habere cum fit, quod dicitur. Et ipſe Cicero,
*lib.16 Epiſt.ad Tironem in Epiſt.cuius initium eſt. Ego
vero cupio.* clarè ſic ſcribit: *Tu muſis noſtris para, vt
operas reddas, noſtra addiem dictam fient. Docui etenim
te fides ἔτυμον, quod haberet* Sequitur Io. Satiſherienſ.
in ſuo Policratico lib.3.cap.6.& c.11. Philipp Camer.
in oper ſucciſ.cent 2.cap.77.ad fin. Alciat. *in Rubr.extr.
de iureiurando, nu.9. Iacob.Spigel.in addit. ad Richar.
Bartholin.lib.11. Auſtriados mihi pag.* 701. Connan.

comment.

commen.iuris ciuil.lib.1.cap.6.col. 9. Barnaba Cornaz-
zanus *deciſ. Rotæ Lucenſis* 102.*n.*3.

26 Sed ab hac ſententia recedit † Lauren. Valla, *lib.*6.
*elegant.cap.*31. concedens quidem, Etymologiã hanc
venuſtam, & aptam, ſed tamen nimis fallacem eſſe,
propterea, quod hoc nomen etiam chordam inſtru-
menti muſici ſignificet, cui originatio illa nonniſi
perperam, & ridicule applicari poteſt. Quæ quidem
Vallæ ſententia nonnihil iuuatur ex iis, quæ tradit
doctiſſimus Cuiac. *lib.* 1. *obſer.* 57. aſſerens, Stoicos
26 † licentiores ac propemodum ineptos in ducendis
nominum originibus eſſe, vt fere inde fiat, quod
pleraque nomina etymologiæ non habeant propri e-
tatem, cum cuique pro ingenii captu liceat eorum
rationem reddere, cuius rei teſtis locuples vel ſolus
eſſe poteſt Iſidorus. Et conſentit quidem ea in re
cum Cuiacio, Franciſ. Floridus Sabinus, *lection ſucci-
ſiuar.lib.*2.*cap.*23. inquiens: *Nullum hominum genus in
verborum proprietatibus ſubtilitatibusq́; fuiſſe Stoicis
occupatius.* Quid mirum? Stoici volunt fidem dictam
eſſe quod fiat, quod dictum eſt; atque id planè for-
tuitum eſſe teſtatur Horat. *lib.*1.*Carmin.Ode* 36. dum
inquit de fortuna.

Te ſpes & albo rara Fides colit,
Velata panno, nec Comitem abnegat.

Vbi Acron Horatij interpres eleganter addit quod
abſcedens fortuna etiam fidem ſecum auferat.

Sed in hoc opinionum conflictu, arbitror Stoico-
rum etymologiam retinendam eſſe, vtcunque for-
taſſe durior videatur, cum meliorem inueſtigare, non
tam ſit artis, quam inutilis cuiuſdam laboris. Quod
27 equidem † præter rationem Vallæ facile licebit. Ni-
hil.n.obſtat, quo minus fides dicatur ex eo, quod fiat
id, quod promiſſum eſt, licet fides etiam liræ chordas
ſignificet. Quis.n.neſcit, vel ex ſola inflectendi varie-
tate inter hæc duo diſtinguendum eſſe? Et ſane
28 Iuriſc. † noſtri in notatione nominum non tam ſpe-
ctant verba, quam ipſam rem, non tam vocis origi-
nem, & coniugationem, & deriuationem Gramma-
ticam, quam nominis impoſiti rationem inueſtigant,
vt conſtet ex ipſa re inueſtiganda, vtrum recte nomen
ſit impoſitum, necne, vt doctè explicat Io. Goeddæus,
in l.nomen 164.*num* 6.*ff.de verb.ſignif.*

29 Non † diſſimili modo argumentabatur Galeottus
Martius Narnienſis, præceptor Matthiæ Regis Vn-
gariæ, *in libello de doctrina promiſcua.* Ius a iuſtitia non
poſſe deriuari, cum ius etiam ad pulmentaria referā-
tur. Vnde Iuuenal.

——*Et eodem iure natantes.*

quæ ſignificatio Vlpiani deriuationem reſpuit pror-
ſus.

Sed præterquam quod hæc diſputatio non eſt vti-
lior ea, quæ de ouo, & gallina apud Cenſorinum tra-
ctatur (vt vtar verbis Lud. Charondæ *lib* 1. πιθανῶν
*c.*1.*in pr.*) inſuper etiam facile euitatur, ſi dicas non
eſſe neceſſe, vt omnium verborum vna eademque
ſit Etymologia. Sicut. n. natura comparatum eſt, vt
30 † plura ſint negotia quam vocabula, *l.*3.*ff.de præſcrip.
verb.* pulcherrime Seneca, *lib.* 2.*de benef.c.*34. Vnde
31 † & ob penuriam vocabulorum ſæpe genus ſpeciei
locum ingreditur, *l.*4.*ff. de iuriſ.l.*1.*§.conuentionis, ff. de
pac.l.*1.*ff.de adop.l.Spadonum ff.de ver.ſig.l.ſi ſerua.* 19.
32 *vl.ff.de iur.do.* quanquam vtique † commodius eſſet,
ſingulas cauſas ſingulis appellationibus diſtingui, *§.
hoc autem caſu Inſt. quibus mo. teſt. infir.* Vnde
verſus:

Antonius Heringius.

Magnis eſt apta ſuis apponere nomina rebus.

Quo etiam reſpexit Arnobius *lib.* 8. dum inquit,
*Vocabulis illic opus eſſe, cum per ſingulos proprium ap-
pellationum inſignibus multitudo dirimenda eſt.* Ita, &
diuerſam Etymologiam ac ſignificationem vnum
verbum habere poteſt, citra tamen vllam pugnan-
33 tiam Tutelam † eſt quidem vis, & poteſtas à tuendo
dicta *l.*1.*ff.de tutelis.* Cæterum verbum hoc in hiſce
cancellis ſolummodo conſtringere non licet propter
*l fructus, §. vlt.ff.ſolut.mat.l.*15.*in prin ff.de impenſ.in
reb.dot.l.*30.*ff.de legat.*2.*l.patronus §. vlt.ff.de legat.*3.*l.
*1.*C.de ver.ſig.l.vnic.C.de expenſ.lud.pub.lib.*11. vbi tu-
tela ſubſtentationem, item reſarcitionem, & ſecurita-
tem ſignificat, vt de ſimilibus nihil dicam.

Quia igitur in hoc fideiuſſionis contractu præcipue
fidei, quæ interponitur, habetur ratio, inde fit, vt ex re
34 ipſa fideiuſſores † quoque nomen recipiant, non ali-
ter ac tutores ac æditui *§.tutores Inſtit. de tutel.* & de-
fenſores ciuitatem, *l.defenſores, C.de defenſoribus ciui-
tatum,* ob id, quod pupillum, ędes ſacras, & ciuitatem,
defendunt, & tuentur. Interim tamen fides hic non
pro pudore aliquo, qui pręſtare non cogit inuitum id,
quod rogatus eſt (*de quo in §.*3.*Inſtit. de fideicom.libert.*)
35 accipitur, ſed ea † eſt fides hoc in loco, quæ vinculo
continetur, hoc eſt, quæ habet in ſe neceſſitatem ali-
cuius rei ſoluendæ, §. 1. *Inſtit.de obligat.l.procurator
*67.*ff.de procurat.l.contractus* 54 *ff. de obligat. & act.l.
amiſſi.§ fideiuſ.ff.de fideiuſ.cum alijs ſimilib.* Et vinculi
36 ſponſionis † ac fideiuſſionis meminit Liuius *decad.*1.
lib. 9.*mihi pag.* 201.*in fin.* nec non Caſſiodorus *lib.*2.
Epiſtol.ad Ernſinatem. Et obſcurè Papinianus *lib.*2.*de-
finitionum in l ſi fideiuſſor.*59 *ff.de condict.indeb.* Sic, &
ingenus fidei vinculum apud Liuium *decad.* 1. *lib.* 8.
*mihi pag.*191. Et vinculum æquitatis *in l.Stychum* 95.
§.naturalis ff.de ſolutionib.

37 Hinc fideiuſſores paſſim fidem † ſuam obligare, *l.
bonæ* 27.*in fi ff.ad S.C.Vel.l. Aurelius* 28. *§. legatum ff.*
38 *de lib.lega* Fidem ſuam † pro alio aſtringere *l. amiſſi.
§.nec mutat ff.de fideiuſſ.d.l.procurator* 67.*D.de procur.
l.*6.*C.mandati l.*1.*C.de fideiuſſ.l.*1.*C.de muner. & hon.*
39 *lib.*10.*l.*2.*C.ad S.C.Turpilian.* Fidem † accomodare,
l pen.D ſi quid in fraud pat. (licet, & latius hoc patet,
40 *l. vnius §. ſeruo D. de quæſtionibus*) Fidem † dicere,
41 *l.vlt.§.*1 *D.mandati.* & denique Fide ſua eſſe † iube-
re, dicuntur, *Iacob Spigelius in addit. ad Richard.
Bartolin.lib.*11.*Auſtriados, mihi pag.*701. Quemadmo-
42 dum † & is, qui credit, alienam fidem ſequi dicitur,
*l.*1.*D.de reb.cred.& ſi cert.pet.* Hoc amplius, ſicut
43 fideiuſſor † ratione fidei ſuæ conueniri, *l.Imperator.*
44 11.*in fin.ff ad municip.* Ita & fides † ipſius liberari, cum
ipſe liberatur, *l.mandati.in fi ff.mandati.* Item impleri
45 dicitur, † cũ ſoluit, *l.ſi fidei.*29 *§.vlt ff.mand* Quæ om-
nia luculenter teſtimonium perhibent, præcipue in
hoc contractu fidem conſiderari, ſolam autem iuſſio-
nem vinculum fideiuſſoriæ obligationis non intro-
ducere, quandoquidem † aliud eſt iubere, *l.*1.*§. quid*
47 *ergo, D. quod iuſſu.* Nec ſolus † iuſſus fideiuſſio vel in-
terceſſio dici poteſt, *l.ſi domina.*25.*vbi Bart.D. ad S C.
Vellian.*

Etſi autem veriſſima ſunt ea, quæ iam attulimus,
nimirum, fidem ad ſubſtantiam huius contractus per-
tinere, nolim tamen inde falſo colligi, propterea eum
84 bonæ fidei dicendum eſſe. Nam † in omnibus con-
tractibus ſtricti iuris bona fides interuenire debet, *l.
bonam fidem.C.de obl.& act.l ſi mandato.§.*1.*ff.mandati.*
quos tamen ob id bonę fidei eſſe, nemo recte affirma-
uerit, non magis, quam illæ obligationes, in quibus

ex æquo, & bono alterum alteri aliquid præſtare
oportet, bonæ fidei periubentur, *l. non ſolum, §. 1. ff. de*
iniuriis, l. pen. ff. de ſepulch. violat. l. et ſi quis § hac actio ff.
de relig & ſumpt. fun. Cuia. lib. 22. c. 14. Fateor, nonnun-
49 quam fidei † electionem contractum bonæ fidei
magis bonæ fidei conſtituere, *l. 1. §. hac autem. D. de-*
poſiti. Sed, & in ſtrictis contractibus fidem ſequi poſ-
ſum alterius, qui tamen ſtricti iuris manent, *l. 1. D. de*
50 *reb. cre.* Et in ſpecie quod fideiuſſio † ſit contractus
ſtricti iuris, probat Francus *in tractatu de fideiuſſ. cap.*
4. num. 69. & ante eum tradiderunt Gerard. Mazollus
de Leazaris, *in conſi. 62. n. 1.* Ioan. Pet. Surdus (allegans
Bald. Roman. Dec. Curt. Iun. Nattam & Rol. à Valle)
in deciſ. 212. num. 1. Crauetta *conſ. 973. num. 13. & 15.*
part. 5.

Reſtat vt de Iuſſione etiam pauca addam, id enim
alterum eſſe monui, quod in verbo fideiuſſionis no-
tari poteſt. Et quidem primo loco dico, Iuſſionis
51 † verbum abſolutè poſitum priuatis hominum vo-
luntatibus non accommodari paſſim, (Rectè, nam
alias aberrarem, *l. Mauia in fin. D. de manum. teſtam.*)
ſed ſicut vt plurimum magiſtratus principeſque iu-
bere, hoc eſt, decernere, & mandare dicuntur, *l. iubere,*
ff. de iuriſdict. l. cum lege ff. de teſtament. l. ea qua. ff. ad
mancip. §. nos autem Inſtit. de Atiliano tutore §. 2. Inſtit.
de teſtament l 2. C. de mandat. princip. Seneca *Tra-*
gœdia 7. Si iudicas, cognoſce, ſi regnas, iube. Caſſiodorus
lib. 7. variar. Publicarum ordinationum iuſſiones conſtan-
ter adimpleas. Ita eorum decreta quoque iuſſiones
ſacræ, *l. iuſſio. C. de iudæis, l. neminem in prin. C. de cuſtod.*
reor. Nouella 114. & Nouella 152. Interdum tamen
& iuſſa, & iuſſus appellantur, vel auctoritas iubentis,
l. 1. C. ſi in cauſa iud pig cap ſit. Cicero *in orat. pro domo*
ſua ciuitatem nemo vnquam vllo populi iuſſu amittet in-
uitus. Ouid. 2. *Triſtium*:

Nec mea decreto damnaſti facta Senatus,
Nec mea ſelecto iudice iuſſa fuga eſt.

Quanquam, *& in l. vni. C. de emend. ſeruor.* iuſſio
tetra vocatur, quam dominus de præcipitando ſeruo
facit. Sic vnius imperij iuſſio, item Regis iuſſio, &
principis iuſſio, apud Arnob. *lib. 2. aduerſ. gentes.* Sic
Auſonius ad Theodoſium Auguſtum.

Scribere me Auguſtus iubet, & mea carmina poſcit
Pene rogans: blando vis latet imperio.
Non habeo ingenium: Cæſar ſed iuſſit habebo.
Cur me poſſe negem, poſſe quod ille putat?
Inualidas vires ipſe excitat, & iuuat idem
Qui iubet: obſequium ſufficit eſſe meum.
Tu modo te iuſſiſſe pater Romane memento,
Inque meis culpis da tibi tu veniam.

Latinis ſane, iubere non tam mandantis eſt & im-
perantis plerumque, quam promittentis, & reddentis
ſecurum, vt ex Connano refert Valentius Francus,
de fideiuſſ. cap. 1. num. 27.
52 Cæterum inter ſimplicem iuſſionem † ſiue iuſſum,
& fideiuſſionem multum intereſt, *l. 1. §. quod ergo, D.*
quod iuſſu. l. ſi domina 25. D. ad SC. Velleianum. Primo
53 enim iuſſus † pro permiſſu, & voluntate nuda acci-
pitur, *l. ſi ſuſpecta §. quoniam, ff. de inoffic. teſtam. §. 1.*
Inſtit. de nupt. iuncta l. mulierem verb. permittimus C. de
54 *adopt.* Imo † iuſſus ſolo nutu vel ſcriptura fieri poteſt,
l. pater. 93 § 1. ff. de acquiren. hered. l. 1. D. quod iuſſu l. 5.
D. de in rem verſo. Cum tamen fideiuſſio ſtricto iu-
re Romano non niſi ſtipulatione contrahatur, *l. blan-*
ditus, C. de fideiuſſoribus, & dicam prolixius infra *cap.*
11. in princip.

55 Deinde † iuſſus negotium præcedere debet, *d. l. ſi*
quis mihi §. iuſſum D. de acquir. hæred. fideiuſſio autem
non ſolum præcedit, ſed & recte ſequitur, *§. fideiuſſor.*
Inſtit. de fideiuſſ. & tetigi infra *d. c. 11. num. 180. & ſeqq.*
56 Tertio, iuſſus † ſola pœnitentia reuocatur, *d. l. ſi quis*
mihi §. pen ff. de acquir. hæred. non autem fideiuſſio, vt
docebo infra *c. 20 q. 4.*
57 Denique iuſſum † reuocat furor ſuperueniens, *l.*
qui ſeruum ff. de acquir. hæred. quod in fideiuſſione ſe
aliter habere, tradam ſimiliter infra, *d. cap. 20. queſt. 1.*
Videri hac de re etiam quædam alia poſſunt apud
Caſſan. *in conſ. Burg. Rub. 4. §. 7. in verb. Si ce n'eſt du con-*
ſentement. num. 21. Accurſ. Ferret *in Rubrica C. de man-*
dat princip. n. 21. & 25. & Pratteium *in Lexico verbo,*
58 *Iuſſus* vbi ediſſerunt, quomodo mandatum † & iuſ-
ſus, item iuſſus, & auctoritas differant, quæ huc refer-
re non eſt opus.

CAPVT. III.

Qui ſit fideiuſſio.

SVMMARIA.

1 *Fideiuſſionis definitio in tit. ff. & C. de fideiuſſoribus non inuenitur, nec in aliis iuris noſtri locis.*
2 *Iuriſconſulti noſtri ſingula quæque apte definiuerunt.*
3 *Definitio Accurſij, & Angeli de Clauaſio.*
4 *Definitio Hoſtienſis, & Hippolyt. de Marſilijs.*
5 *Definitio Paradulphi Prateai, ſed refellitur, n. 6.*
7 *Definitio Cuiacij.*
8 *Definitio auctoris, quæ deinde fuſiſſimè comprobatur vſque ad num. 27.*
9 *Stipulatio eſt genus fideiuſſionis, vt & ſponſio.*
10 *Fideiuſſio ipſa, & promiſſio de fideiubendo differunt.*
11 *Tractus quid ſit.*
12 *Tractum vt plurimum ſequitur actus*
13 *Vendere eſt aliud, aliud promittere vendere, aliud alienatio, aliud promiſſio de alienando, aliud donatio, aliud promiſſio de donando, aliud agere, aliud agere velle.*
14 *Alienare eſt aliud, aliud obligare ſe alienandum.*
15 *Nuptias contrahere aliud eſt, aliud ad nuptias contrahendas ſe obligare.*
16 *Mutuam pecuniam dare aliud eſt, aliud ſe daturum promittere.*
17 *Fideiuſſio eſt contractus nominatus, ſecundum Accurſium & Iaſonem, quibus tamen alij contradicunt, num. 18.*
57 *Pro fideiuſſione non ſoluitur gabella.*
20 *Statuta quæ contractus mentionem faciunt, verum fideiuſſionem comprahendant.*
22 *Contractus eſt fideiuſſionis genus remotum.*
22 *Fideiuſſio eſt proprie contractus.*
23 *Mutuum, donatio, ſtipulatio, ſunt contractus μονόλογοι & ſpeciales.*
24 *Explicatur l. Labeo. §. contractum, de verb. ſignif.*
25 *Fideiuſſores de ſe vt promittant, oportet.*
26 *Obligatio fideiuſſoris fit citra nouationem.*
27 *Fideiuſſio etiam alio nomine dicitur interceſſio.*
28 *Interuenire eſt fideiubere, & interuentores dicuntur fideiuſſores.*
29 *Fideiuſſio vocatur etiam acceſſio, imo & ſequela, n. 30.*
31 *Fideiuſſores etiam nominantur ſponſores, quod defenditur contra Accurſium, & alios vſq; ad n. 37.*
32 *Sponſor qualiter definiatur ab interpretibus.*
33 *Debitor nonnunquam offert fideiuſſores.*
34 *Omnis fideiuſſor eſt ſponſor.*
35 *Debitoris rogatio non conſtituit fideiuſſorem, ſed creditoris interrogatio, & fideiuſſoris ſponſio.*

36 Expli-

36 *Explicatur Nouella 4.*
37 *Fideiuſſores dicuntur etiam Adpromiſſores.*
38 *Præpoſitio, A D, auget ſignificationem, ſicut, & præpoſitio D E.*
39 *Præpoſitio, AD, pro POST, accipitur aliquando.*
40 *Fideiuſſores etiam appellantur Auctores ſecundi.*
41 *Fideiuſſores qua ratione vocentur prædes.*
42 *Item vades.*
43 *Vades dantur tam in ciuilibus, quam criminalibus cauſis, contra Lauren. Vallam, vſq. ad n. 45.*
44 *Laus Iacobi Rauardi.*
45 *Vadimonium, & deſertio vadimonij quid ſit?*
46 *Appellans quandoq. certam pecuniam deponit perditurus eam, ſi conſtet eum temere appellaſſe.*
47 *Sacramentum quid ſit?*

POſtquam actum eſt, vnde fideiuſſio deriuetur,
conſequens eſt, vt ſubiiciamus, quid ſit fideiuſſio,
ſic enim animaduertent, quid ſit, de quo quæritur,
vt ait Iulianus, *in l. ſi quis ducenta §. verum. verſ.
an maduertendum ff. de reb. dub.* Et quidem vt bre-
uius me expediam, non vereor aſſeuerare, exactam
1 fideiuſſionis † definitionem non ſolum, *in tit. ff. &
Cod. de fideiuſſ.* non reperiri, ſed nec in aliis iuris noſtri
locis traditam eſſe. Quod equidem à Iureconſul-
tis factum reor, non quaſi definere non potuerint,
2 cum ſingula † quæque apte definiendi illis fuerit
facultas feliciſſima, & promptiſſima, ſicut oſtendunt
definitiones Iuſtitiæ; Tutelæ, Obligationis, Actio-
nis, & aliæ innumeræ, ſed quia id adeo neceſſarium
eſſe non putarunt. Niſi forte quis dixerit, ex princ.
Inſt. de fideiuſ. definiri poſſe fideiuſſorem, vt ſit, qui pro
eo, promittit, ſe obligat, vel ſaltem ex Caio, *lib. 1. au-
reorum.* Fideiuſſorem vocari, qui alieno nomine, obli-
gatur, quod tamen dubio non caret, neque enim
qualis qualis rei deſcriptio, ſtatim vera eiuſdem eſt
definitio.

Vt igitur Interpretes noſtri huic incommodo
ſubuenirent, ſuas quaſdam excogitarunt definitio-
3 nes, quarum prima † eſt Accurſij, *in Nouel. de fideiuſſ.
& in §. exceptiones, verb. fideiuſſoribus Inſtit. de replicat.*
definientis: Fideiuſſorum eum eſſe, qui pro alio
fidem ſuam aſtringit. A qua non multum diſcrepat
ſequens definitio Angeli de Clauaſio, *in ſumma ſua.
conſ. fideiuſſor. in princ.* Fideiuſſor eſt, qui pro alienis
debitis intercedit.

Sed definitione Accurſij non contentus Hoſtienſ.
4 † *in ſum. tit. decretal. de fideiuſſor.* ita definit: Fideiuſſor
eſt ille, qui alienam obligationem in ſuam ſuſcipit fi-
dem, principali tamen debitore ramanente obligato,
quia in re aſtipulatorem habet Hippolytum de Mar-
ſil. *in Rub. de fideiuſſ. num. 2.* Quanquam in hac defi-
nitione (ſicut etiam poſt Azonem innuit Bartholom.
Bertazolius, *in tract. clauſ. inſtru. clauſula 39. gl. 1. nu. 2.
in fin.*) non ſolum genus: ſed & cauſam efficientem,
finem formamque haud obſcurè deſiderari poſtea
ſuum oſtenſurus.

5 Paradulphus porrò Prattæus † ſentit, Fideiuſſorem
eum eſſe, qui fide ac periculo ſuo ſuadet, vt id, de quo
agitur fiat. Sed & hæc definitio nimis generalis eſt,
propterea quod mandato quoque periculo ſuo, item,
fidem ſua credere ſuadet, ſeque indemnem ratio-
nem præſtatutum promittit, qui tamen à fideiuſ-
ſore ſecerni ſolet, *l. ſi vero 12 §. ſi quis mandauit.
l. ſi mandatu 58. §. ille illi. l. creditor. § 1 ff. mandati.* Vt
taceam, quod nullum genus, nullamque cauſam effi-
cientem, vel notam differentiæ ſpecificæ, in hac defi-
nitione conſpiciam.

Antonius Heringius.

Propius igitur aliquanto ad rem acceſſiſſe videtur
7 Iacobus † Cuiatius, *in parat ff. de fideiuſſoribus* illum in
modum definiens: Fideiuſſor eſt, non qui nomine
debitoris, ſed qui pro debitore, ſuo nomine, ſtipulanti
promittit, citra nouationem.
8 Ego † inter hoſce olores obſtrepens non inepte ita
„definiri poſſe arbitror: Fideiuſſio eſt ſtipulatio ſeu
„ſponſio, qua quis pro debitore aliquo, fidem ſuam, ci-
„tra nouationem interponendo, ad debiti ſolutionem
in ſubſidium obligatur. Quam quidem definitionem
vt multi magni nominis Iuriſconſultis veram eſſe,
ſequentia declarabunt.
„ Dico igitur Fideiuſſionem eſſe ſtipulationem ſiue
9 ſponſionem. Nam ſtipulatio † eſt genus fideiuſſionis,
l. 5. §. ſatis acceptio ff. de verbor. obligat. Imo & ſponſio,
l. ſponſio 7. vbi Ioan. Godd. aeu, ff. de verbo ſignif. Vnde
etiam Ant. Pichar. Vniuerſa *in tit. Inſtit. de fideiuſſ. in
Rubr. n. 1.* dicit, quod fideiuſſoria obligatio ſtipulatio-
nis quædam ſpecies ſit. Hinc ſponſionis fides pro fide-
iuſſione, *in l. 2. C. de his qui ex pub. ratiocin. lib.* 10. ſicut,
& ſpondere in noſtro argumento nihil aliud eſt, quam
fideiubere, *l. 6. §. vlt. ff. mandati* §. 1. *Inſtit. eod tit.* Id
quod mox plenius enucleabitur, vbi oſtendendum
erit, num fideiuſſor dici poſſit ſponſor, & econtra. Iſt-
huc reſpexit etiam Perſius Sat. 5.

———papa, Marco ſpondente recuſas,
Credere tu nummos? Marco ſub iudice palles?

Nihilominus tamen interea hic diſtinguo inter
10 † fideiuſſionem ipſam, & promiſſionem de fideiuben-
do. Nam qui promittit fideiubere, nondum eſt fide-
iuſſor, cum tractum habeat ſermo iſte, *l ſi quis 112 ff.
11 de verb. oblig.* Tractus † autem nihil aliud eſt, quam
ſpacium temporis, intra quod aliquid commode fieri,
& explicari poteſt, *l. mutui § vlt ff de procurat. l quo-
tiens. ff. de oper. l. b l. quod iuſſo 20. ff. de reg iur* qui ali-
bi ſimpliciter ſpatium, *l. ſi quis filium. §. ſtipulatio, D. de
collat. bon.* nonnunquam ἐνδύσιμος appellatur, *l. 1 ff. vn-
de legitimi l. 2. §. vlt. D. quib. ex cauſ. in poſſ. eat.* Et quia
12 tractum † iſtum, vt plurimum ſequitur actus, *l. ſi pe-
culium §. vlt. D. de ſta u l. b. l. quod diximus, D. de ſolut.*
ideo quamdiu durat hic tractus, deliberare poteſt fi-
deiuſſor, num fidem obligare velit Bartol. *in l. ſingula-
ria, D ſi cert. pet.* Gabriel Mudæus, *in l. 2 n 2. D. de con-
13 trah. empt.* Sic etiam † aliud eſt vendere, aliud pro-
mittere vendere, Matheſilan. *in Ang 46* Pulchre Iaco.
Marchiſelus Ariminenſi, *in ſilua q. pract. q. 28. n. 2. 4. 5.
& 8 & qu. 20 n. 6.* Roland à Valle, *conſ. 69. per tot. lib. 4.*
Ioa. Vincen. Hondedæus, *conſult. 52. n. 6. vol. 1.* Aliud
14 alienatio, † aliud promiſſio de alienando, Bartol, *in d.
l. ſingularia,* Boerius *deciſ. 3.* Schraderus *de feudis part.
9. cap. 1. nu. 25. & 26.* Aliud donatio, aliud promiſſio
de donando, Iacob, Marchiſiellus *d loco quaſt. 70. nu. 1.*
Aliud agere, aliud agere velle, *l. amplius non petit. ff.
rem rat. haberi.* Æmil. Ferret. *in l. edita, n. 13. C. de edend.*
15 Aliud nuptias † contrahere, aliud ad contrahen-
das ſe obligare, vnde tantum ſpes nuptiarum, ſpes
matrimonij, item ſperatæ nuptiæ oriuntur, *l. 1. l. 6 ff de
ritu nupt. l. ſi vxor. §. Cui. D. de adult. l. ſi legibus 16. in
prin. C. de epiſc. audient. Scipio Gentilis lib. ſingulari ori-
16 ginum verb ſponſalia* Aliud denique † mutuam pecu-
niam dare, & ſe daturum promittere, *l. ſi pœnam 68.
D. de verborum obligatio. Tiraqu. de retract. conuent. ad
finem num. 42. & 54.*

Sed quid reſpondendum erit illis: qui forta'ſſis in-
ferent, fideiuſſionis genus conſtitui debere contra-
17 ctum; quandoquidem fideiuſſio contractus, † & qui-
dem nominatus, perhibetur ab Accurſ. *in Rub. C. de*

rer. permut. Iaſo. *in l.5.§. ſatis acceptio nu.14. ff. de verb.*
18 *oblig.* Licet alij maluerunt, fideiuſſionem † impropriè
19 eſſe contractum, ideoq; pro eo † non ſolui gabellam,
etiamſi vigore ſtatuti ea pro contractibus alioquin ſit
ſoluenda, Bal. *in auth. Sacramenta puberum. C. ſi aduer. vend.* Bertach. *in tract. de gabell. par.8. memb.3. poſt n.12.*
20 Vnde, & in ſtatutis † vel lege municipali, quæ con-
tractus mentionem faciunt, non venire ſtipulationem
vel ſimiles contractus, volunt Bar. Alciat. & Brecheus,
in l. Labeo. ff. de verbor. ſignific. Alciat. *in Rub. Cod. de pact.* Stephan. Bodæus, *in §. omnium. Inſtit. de oblig.*
Æmil. Ferret. *in l.2. numer.7. ff. de reb. cred.* Corne. *conſ. 259. in 4 par.*

Verum nihil eſt cauſæ, cur ſuperius poſitum genus
in definitione fideiuſſionis ſaluum non permaneat,
Stipulatio enim ſiue ſponſio eſt genus, magis propin-
21 quum, conuentio vero ſiue contractus † genus remo-
tum, *l.1. §. vlt. ff. de pact.* Deinde etiam ingenue incli-
22 nandum eſt, fideiuſſionem † non eſſe impropriè con-
23 tractum, ſed propriè. Etſi enim † mutuum, donatio,
ſtipulatio, ſunt contractus μονόπλευροι, ex altera au-
tum parte obligationem introducentes, magis ta-
men eſt, vt, hoc non obſtante, contractus appellen-
tur. Omnem n. obligationem pro contractu haben-
dam exiſtimandum eſt, vt vbicunque aliquis obliga-
tur, & contrahi videatur, quamuis non ex crediti
cauſa debeantur, *l. omnem ff. de iudic.* Quam ſen-
tentiam iuxta mecum rectiſſimè defendunt Pet.
Rebuffus, & D. Gothofredus *in d. l. Labeo, ff. de verb.*
Nec quicquam in iure reperias de triplici illa contra-
ctus acceptione, propria, larga, & largiſſima, de qua
Interpretes *in tit. Inſtit. de obligat.* Iaſon. *in d. auth. Sacramenta num.71. C. ſi aduerſ. vend.* Et hac in re cui-
libet fidem facere poſſunt textus, *in §.1. Inſtit. quibus mod. re contrah. oblig. l. ſi donationis 7. C. de his quæ vi met. cauſ. l.3. l. vlt. in pr. de litioſ. l. certi condictio. §. quoniam, ff. de rebus cred. l.3. §. idem ſcribit. ff. de pecul. 1. §. ſi ſtipulanti. l. inter. 83. in pri. ff. de V. O.* in quibus apertiſſi-
me probatur, mutuum, ſtipulationem, & donationem
contractus eſſe. Si igitur ſtipulatio eſt contractus ſpe-
cialis, & nominatus, vt neruoſe defendit Ferdinand.
Mendoza, *lib.1. diſputa. iuris ciuilis cap.13.* aſtipulatio-
rem habens Anton. Pichard. *ad tit. Inſtit. de verb. oblig. in Rubrica, nu.20* Ioan. Gœddæum, *de contrah. ſtipul. cap.1. concluſ.3. num 22. & ſeq.* certe erit, & fideiuſſio,
ſiquidem hæc nihil aliud eſt; quam ſtipulatio ſiue
ſponſio, conſentiente Herm. Vultelo, *diſcept. Scholaſt. cap.16. mihi pag.146.*

24 Nec contrariatur † prioribus, *l. Labeo §. contractum D. de verb. ſignif.* Non enim ibi negatur, quod
contractus μονόπλευροι propriè ſint contractus, id
quod tamen ex illo textu, ſi modo contrariari debe-
ret, demonſtrandum erat. Quanquam vero Gothof.
in d. l. Labeo & Thobias Nonius *in §. ſi num.7. Inſtit. de obligat.* Item Anton. Pichard. *d. tit. §. ſequens. numero 10.* ac idem Pichard. *ad princip. tit. num 8. & 9. Inſtit. de empt. & vendit.* nec non Ferdinand. Mendoza *lib.2. diſput. iuris ciuilis, cap.4. num. 33. & lib. 3. cap.2. num.2.*
ſentire videntur, ibi non definiri contractum, ſed
poni tantum differentiam verborum Agere, Contra-
here, & Gerere, ea in re tamen textum hunc violari
arbitratur, Bernhardin. Alphan. *in collectan. iur. numer. 951.* de quo latius non diſputo, ne ἐκτὸς τῶν ἱστορουμένων
agere videar.

Deinde in definitione ſuperius poſita dicitur: Qua
„quis pro debitore aliquo fidem ſuam, &c. Et hoc re-
„ctiſſimè. Nam hiſce verbis materia ſignificatur,
quandoquidem fideiuſſores pro debitore aliquo ſiue
ciuiliter, & naturaliter ſimul, ſiue ciuiliter tantum,
aut naturaliter tantum obligato interueniunt, nomi-
ne quidem debitoris, ſed periculo ſuo: De ſe enim
25 vt † promittant, oportet, vel vt clarius dicam, alieno
nomine, & propter alienam obligationem, ſed tamen
ex propria perſona obligantur, Ioan. Corraſ. *in l. 5. §. ſatis acceptio n.5. in fi ff. de verb. obl.* Quia enim is, qui
promittit, non eſt tanti, vt ei ſoli fidem habeat creditor,
ideo alium deligit, qui in ſe recipiat primam obliga-
tionem, qui q; ob id rectè dicitur promiſſor ſucceda-
neus obligationis alienæ durantis, teſte Franciſ. Ia-
metio, *in commen. ad tit. ff. de fideiuſ. in prin. mihi fol.3. in edit. Pariſienſi. verſ. primum igitur.* Et hoc eſt, quod
CAIVS *in l.1. §. ſed aut proprio, ff. de obl. & act.* dicit
Fideiuſſores alieno nomine obligari: POMPONIVS
in l.4. ff. de ſolut. pro alio fideiuſſorio nomine debere:
CELSVS *in l. ſi ita ſtipulatus 97. §. poſſum. ff. de verb. obligat.* promittere ſe Titij nomine ſoluturos: IMPE-
RATORES denique *in l. ſi non ſinguli, C. ſi cer. pet.*
intercesſionis nomine pro reo obligationem ſuſcipe-
re. Reuera enim fideiuſſores de ſe promittere cogun-
tur, licet pro debitore, hoc eſt, ad vtilitatem debito-
ris id faciant, vt deinde clarius demonſtrabitur.

„Additur autem, eos fidem ſuam citra nouationem
26 interponere. Etſi enim † obligationem pro reo in
ſe ſuſcipiunt, *d. l. ſi non ſinguli.* Id tamen fit citra no-
uationem. Debitoris enim obligatio in ſuo ſtatu per-
durat, fideiuſſor vero ad hanc obligationem tantum
accidit, *l. hi qui acceſſionis, ff. de fideiuſſoribus*, neque
enim hoc agitur inter partes, vt ex præcedenti cauſa
ita noua conſtituatur, vt prior perimatur, cum igitur
hoc non agatur, duæ erunt obligationis, *l.1. l.2. D. de nouationibus.*

„Quod ſequitur deinceps: Ad debiti ſolutionem,
id finem fideiuſſionis exprimit; ſicut vltima illa ver-
„ba: in ſubſidium obligatur, &c. formam eiuſdem de-
notant, & oſtendunt, vt poſteà ſuo loco tractabitur.

Videndum nunc eſt, vtrum etiam aliis nominibus
fideiuſſio, vel fideiuſſores in iure noſtro appellentur,
ne ſi id inexplicatum omittatur, nonnullis legibus lu-
cem ſubtrahamus. Quare poſt ea, quæ tradita ſunt per
Lucam de Penna *in l. quicunque num.9 C. de fund. patrimonial. lib. 11.* Sciendum eſt, Fideiuſſionem alibi
27 † quoque INTERCESSIONEM, & fideiuſſo-
tes INTERCESSORES vocari. Intercedere
enim eſt alienam obligationem recipere, hoc eſt, ſe
vel res ſuas obligare pro alio, Iacob. Cuiac. *in l. tutor. pupilli, D. ad Velle. quæ habetur tract 4. ad Africam per l.8. §. eod tit. & eſt tex. in l. vlt. D. de minor.* Sic inter-
ceſſio pro fideiuſſione ponitur, *in l. fideiuſſor. 24. C. de fideiuſſ. l. ſi non ſinguli. C. ſi cert. pet. l.3. C. de fugitiuis colonis.* Et interceſſores dicuntur fideiuſſores, *in l. venditor. 23. D. de hered. vel act. vend. l. ſi mulier. C. ad SC. Velleian.*

28 Deinde INTERVENIRE † etiam fideiubere
ſignificat, *l.6. § ſi paſſus, D. mandat, l.5. §. idem fideiuſſori D. de inſtitor. l. Lucius 24. ff. de fideiuſſor. l. blanditus, C. de fideiuſſ. l. vnic. C. de pericul. eor. qui pro magiſtr. interuen. lib. 11.* & INTERVENTORES aliquando ſunt
fideiuſſores, *l. ait. prætor. §. non ſolum D. de minoribus, l. licet §. vlt. D. de obſeq. par. & pat. præſt. l. vlt. C. de vſur. rei iudic.* Quamquam non abs re erit dicere, interuen-
tionis vocabulum latius patere, quàm fideiuſſionis,
lit. §. ſi filiusfamilias, & § ſed ſi filius D. de pecul. d. l. 6. § ſi paſſus D. mandati. vbi tanquam diuerſa ponun-
tur, vt, & interceſſionis, *l.2. C. ne fid. vel. dentur*

Tertiò à forma obligationis etiam fideiuſſionem
29 ICti vocant † ACCESSIONEM, *l.3. l.5. l. hi qui acceſſionis, l. ex perſona, D. de fideiuſſor l. ſi ſeruum, §. nunc videamus ff. de verb. obl. l. in omnib. 43. D. de ſolutionib. l.*

quaro

quære.§.1.ff.de teſtam.tut. Nam rei obligatio principale quid eſt, ad quod fideiuſſor accedit, *d.l. in qua acceſſionis.* Vnde Iuſtin. Imp. *in §.fideiuſſores. Inſtit. hoc tit.* dicit; Obligationem fideiuſſorum, eſſe acceſſionem principalis obligationis, ac proinde in acceſſione plus eſſe non poſſe, quam eſt in re principali. Haud
30 diſſimili ratione fideiuſſio † SEQVELÆ locum obtinere dicitur *in l.5.idem fideiuſſori, ff. de inſtitor. l. ſi duo rei.§ 6 ff. de ſolut.* propterea, quod vt plurimum fideiuſſio contractum principalem ſequitur, quamquam, & præcedere poteſt, *de quo infrà ſuo loco.*

Quarto, ratione formæ fideiuſſionem SPONSIO-
31 NEM, & fideiuſſores † SPONSIONES nominari poſſe, non eſt dubium. Nam quos noſtri fideiuſſores hodie appellant, illi antiquitus ſponſores dicebantur, quibus ſpondentibus pecuniæ credebantur alij quipiam, aut aliud quid promittebatur, Pardulph. Prattæus *in Lexico, verb. Sponſio.& verb. Sponſores.* Cicero *ad Attic. Marcellus pro Magio ſponſor factus eſt.* Idem: *Quotidie ſponſores, & creditores L. Trebelly conueniunt.* Seneca *de tranquillit. vitæ: Non eſt, quod audax iudices promiſſum, cuius tibi, ſi parum fidei habes, ſponſorem dabo.* Idem Seneca *lib.5. de benef. cap.15. Hoc vnum deeſt auaritia, vt beneficia ſine ſponſore non demus.* Suetonius *in Iulio Cæſare: Renitentes creditores interuentu ſponſorum remouit.* Et Horatius *lib.2. Sermon. Satyr.6.*

----Romæ ſponſorem me rapis.

Quare, & in iure noſtro omnis fidei promiſſor eſt, qui ſe ſponſione conſtringit, *l. vnica, in princ. C. de ſuffrag. Paul. lib.2. ſenteut. tit.9.* Cuiatius *in Nouell. 4. mihi pag.45. ad fin.*

Verum hic negotium faceſſunt interpretes, qui ſibi
32 hæc perſuaderi non patiuntur. Nam † illi ſponſorem definiunt eum, qui non rogatus pro alio fideiubet. Accurſius *in Nouell.4.* Andr. Barbat. *in conſ.87. num.14. vol.3.* Oldendorp. *in libell. de iur. ſingular. cap. de priuil. fideiuſſ. nu.2.* Brechæus *in l. ſponſio. num.16. ff. de verbo. ſignif.* Alciat. *lib.1. Parerg. cap.2.* Stephan. Forcatulus *in Necyom. dialogo 58. num.5.* Barthol. Bertazol. *in tract. clauſul. inſtrum. clauſ.39. gloſ.1. num.5.* Francus *de fideiuſſor. cap.1. num.21. & 23.* Vincent. Caroc. *de excuſſ. bonor. part.2. qu.22. num.1.* quem Lud. Roman. *in ſingul. 324. incip. Tuſcus quod exceptiones.* ſpontaneum fideiuſſorem indigetat: Vnde etiam Hippolyt. *in Rubr. de fideiuſſ. num 3.* dicit, hanc eſſe practicam Notariorum, quod in inſtrumentis fideiuſſionum dicitur: Talis ſciens ſe obligatum non eſſe, ſed volens obligari, ideo precibus, & inſtantia talis principalis debitoris pro eo extitit fideiuſſor. Nec diſſentiunt ex noſtris Weſenbec. *ff. de fideiuſſ. nu.2. in fin.* & Ioan. Schneid. *Inſtit. eod. tit. nu.7.* ſubiiciens hinc in libello dici ſolere: Si quis promittit ſoluere ſine pigneratione, ac iurauerit: factis ſcripturis, & ad verba veritatis: per manuum coniunctionem; vel ob ſacrum pectus, aut ad Sigillum ſecretum ſe ſubſcripſerit. Imò, & *in authen. ſed hodie. C. de oblig. & act.* fideiuſſores, mandatores, & ſponſores, tanquam diuerſa ponuntur, quod etiam apertè aſtruit Bertaz. *prædicto loco, nu.5.* Si igitur hæc obtinere debent, tum falſum erit, ſponſorum à fideiuſſore nihil differre.

Sed vix eſt, vt præfatam interpretum ſententiam albo calculo ſignem. Etſi enim iura noſtra explicant,
33 & oſtendunt, debitorem nonnunquam † offerre fideiuſſores, *l. locatio, §. debitores, ff. locati.* Præterea iuuant, debitorem rogare fideiuſſores, vt pro ſe fideiubeant, *l.2.§.1. l. rogatus, 33. ff. mandati, l.1.§. exceptionem. ff. quar. rer. act. non detur, l. ſi mulier. 26.§. ſi ab ea, ff ad Velleian.* nuſquam tamen traditur, eum, qui non rogatus fidem interponit, propterea propriè ſponſorem, non au-

Antonius Heringius.

34 tem fideiuſſorem dici poſſe, quin potius omnis † fideiuſſor eſt ſponſor, auctore Cuiacio, *in d. Nouell.4* Pone enim, Titius conſtitutus in iudicio, vel etiam extra judicium, non aliter, quam dato fideiuſſore ſe extricare, vel liberare poteſt; Præſens eſt Mæuius Titij amicus, qui ſe ſtatim, etiam non rogatus, ad fideiubendum offert, & acceptatur. An hunc fideiuſſorem eſſe negaueris? Nullo modo. Nam is promptitudine ſua petitionem rogationemque Rei periclitantis præuenit, eodemque recidit hæc fideiuſſio, ac ſi ab initio rogatus eſſet, Io. Goddæus *in d. l. ſponſio. nu.17. verſ. ſic etiam ſponſores, & prolixius in comment. de contrah. ſtipul. c.5. conclu.5. nu.24 & ſeqq.*

Vel pone; Fideiubet aliquis pro debitore, & promiſſore ignorante, *l. fideiubere, ff. de fideiuſſor. l.3.§. apud Marcellum, vbi gl. ff. de neg. geſt. l. ex mandato. 20.§.1. cum l. ſeq. ff. mandati.* Abſurdum ſane erit, hunc fideiuſſorem eſſe negare quem leges ipſæ fideiuſſorem vocant, etſi maxime nulla rogatio debitoris fideiuſſionis actum præceſſerit. Bonus enim auxiliator nunquam rogari ſe poſſit: ſpontanea ſemper opitulatione ſubueniens, vt ait Arnobius *lib.7.* Et licet hic actionem negotiorum geſtorum, non mandati habet, propterea quod mandatum non anteceſſit, *dict. l. ex mandato. §.1.* genera tamen fideiuſſor manet. Hoc amplius, Roga-
35 tio † debitoris non conſtituit fideiuſſorem, qui etiam ſummopere rogatus forte fideiubere recuſabit, ſed ſola creditoris interrogatio ſiue ſtipulatio, & fideiuſſoris ſponſio, *leg. ſponſio, ff de verb. ſignif. leg. 1. §. ſatis acceptio, ff de verborum obligat. l. rogatus, 33 ibi, præſens qui interrogatus fideiubeat, ff. mandati, l. curatores, §. vltimo, ibi, pro magiſtratu fideiuſſor interrogatus, ff de adminiſtr. rerum ad ciuitat. pertin.* Quod equidem valde pulchre expreſſiſſe videtur Senec. *lib.1. de beneficiis, in princ.* dum inquit: *Quis non, cum aliquid à ſe peti ſuſpicatus eſt, frontem obduxit, vultum auertit, occupationes ſimulauit, longis ſermonibus, & de induſtria non inuenientibus exitum, occaſionem petendi abſtulit, & variis artibus properantes neceſſitates eluſit? In anguſto verò comprehenſus aut diſtulit, aut timide negauit, aut promiſit, ſed difficulter, ſed ſubductis ſuperciliis, ſed indignis, & vix exeuntibus verbis?*

36 Nec turbare quenquam debet, quod Iuſti. *in † Nouel.4.* ait: Idem eſſe dicere mandatorem, & ſponſorem. Neq; enim probe ex hoc collegeris, ſponſorem eſſe mandatorem. Senſus illorum verborum hic eſt, quod idem ſcilicet beneficium datum ſit mandatoribus, interceſſoribus, ſponſoribus, & fideiuſſoribus, vt prius eorum principale conueniantur, quam creditori ad illo. aditus pateat. Ioan. Sichardus *in Rubric. C. de fideiuſſor. num.10.* Carocius *dicta parte 2 quæſtione 22. numero 2.* Ergo quod hac ratione dico de fideiuſſoribus ſiue ſponſoribus, idem etiam dico de mandatoribus.

37 Quinto, ab effectu † fideiuſſores appellantur AD-PROMISSORES, ſic dicti, quod idem promittant, *l.5.§. ſatis acceptio, ff. de verb. oblig. l. in omnib. 43. ff. de ſolut. l. ſi vero 64.§. ſed ſi reum ff. ſolut. matrim.* Alciat. *lib 1 parerg. cap.2.* Francus *de fideiuſſor. cap.1. num.52. & 53.* Ad promittere enim quodammodo eſt id, quod promiſſum eſt, iam ante a Reo, amplius adpromittere, vt non inſcitè contracturam ducamus, præpoſitio-
38 nem † AD, verbi ſignificationem augere, vt fit in verbis Admitor, Adamo, Adnuntio, & ſimilibus (quemadmodum, & præpoſitio DE, intendit, & auget in Depoſito, *l.1. in pr. ff. depoſ.* in verbis, Demeteri, Deperire, Demirari, Defraudare, Deprecari, Deproperare, *gl. c.1. verb. deproperet. de appell. in 6.* Alexand. *ab Alex. lib.4. gen. dier. c.14.* Franciſc. *Floridus Sabinus*

lib.1.lect.ſucceſſiu.c.8 Corra.lib.2.miſcell.c.14.n.1.Cuiac. in tract.ad Afric.in fin.& pulchre tract.6.ad Afric.mihi
39 *pag.270.*) vel quod magis placet, † præpoſitionem, AD, pro, POST, accipiendam eſſe, ſicut accipiunt *in l. qui duos, §.vlt.ff manumiſſ.teſtam.l.militis.36. in prin.ff. de teſtam.milit.* Vbi codicilli ad teſtamẽtum facti ſunt, qui poſt teſtamentum ſunt facti, notante id Accurſio, pro quo facit *l.8.§.2.ff. de tranſact.* Vt plurimum enim fideiuſſores Ad, hoc eſt, poſtpromittere ſolent de quo tamen acrius pugnare nolim, cum nihil certi habeam. Non omitto etiam Ciceronem hoc verbo vſum eſſe *in orat. pro S. Roſcio Amerino*, dum inquit: *Cum id ita futurum Titius Roſcius adpromitteret, crediderunt.*

Solent etiam fideiuſſores aliquando ab effectu no-
40 minari † AVCTORES SECVNDI (vnde etiam Donatus fideiuſſorem definit Auctorem credendi) idq; regulariter tunc contingit, quando pro euictione fideiubent. Sicut enim venditor primus eſt auctor, à quo ius in nos tranſit, *leg.4.§ primo, D.de action.empt.l.creditor.§.vltimo, D.eodem.l.ſed vbi.D.minorib. & paſſim.* Ita fideiuſſor eſt auctor ſecundus, qui fide ſua primam auctoritatem adauget, *l. 4. D. de euictionibus*, quem Iuſtiniannm *in Nouella 4.* βεβαιωτὴν ibidemque Iulianus Anteceſſor venditionis confirmatorem vocat, licet & ſimpliciter fideiuſſor dicitur, *in l.auctore laudato, C. de euictionibus.* Ac eleganter Iulianus confirmatorem. Nam confirmare eſt ſimul probare, ac validius perfectiuſque efficere, *l. 3. §. eiuſdem, ff.de teſtibus, l.& quia, D.de iuriſdict.* Quanquam *in l.penult. §.1.D.de pignoribus.* etiam is, qui pro mutua pecunia ſpondet, βεβαιωτὴς hoc eſt, confirmator appellatur, vt notauit Luc.de Penna *in l. quicunque, num. 9. de feud. patrimon.lib.11.*

41 Sextò, ſolebant etiam fideiuſſorens † PRÆDES appellari. Prædem autem Varro *lib.5 de lingua Latina.* dici putat, qui à magiſtratu interrogatus in publicũ, vt præſtet, reſpondet, ſe præſtatutum. Atque id, quo cauebatur, prædam dictam, idem teſtatur *libro* 4. Et Cicero *in orat.pro domo ſua: Ne in prædes quidem*, inquit, *ſocietatem mancipem aut prædem ſocium reperire potuiſtis.* Et quanquam plerumque ij prædes vocabantur, qui pro mancipibus ſpondebant, hoc eſt, pro eis publicanorum principibus qui vectigalia a Cenſoribus gloſſis ſunt, *οἱ ὑπὲρ τῶν δημοσιωνῶν ἐγγυώμενοι* erat tamen, & latior huius verbi ſignificatio, ita vt qualeſcunque ſponſores dicerentur prædes, vt conſtat, *l 6.§. ſi damni, D.commu. diuidund.* (vbi rectè in Codice Hetruſco legitur, prædibus) & Agellio *lib.7. c.19.* Inde Auſonius prædes, & vades coniungit:

Prædes vadéſque pœnitudinis reos.

Menedæmus apud Plaut. *in Menech. Scena vt hoc vtimur:*

Conditiones tetuli confragoſas, aut plus,
Aut minus, quam opus erat multo, dixeram.
Controuerſiam, vt ſponſio fieret. Quid ille? Prædem dedit.

Apud Quintum Curtium *lib.* 5. *Prædem me.* inquit Alexander, *accipe, neminem eorum, qui ſequuntur, recuſaturum ire, qua duces.* Et ſæpiſſimè apud Cic. *vt in Epiſt.ad At. Plancus prædes pro Flaminio eſt. H.S. XX. Et in Epiſtola 28. Laodiceæ me prædes accepturum arbitror omnis pecuniæ, publicæ vt & mihi, & populo cautum ſit.* Apud quem etiam *in 2. Philippica*, prædes pro ipſis pignoribus accipi videntur, cum ait Plancum prædes ſuos vendidiſſe, vt interpretatur Franc. Balduinus *in tract. de pignoribus cap.1.* Niſi & prædes, ſiue fideiuſſores ipſos per vſitatam nominum venditionem vendi poſſe dicas, quod mihi magis placet.

42 Denique fideiuſſores dicuntur † VADES, quos primus dediſſe dicitur Quintius Cæſo, L. Quintij Cincinnati filius, vt auctor eſt Liuius *Decad. 1. libr. 3.* & & Alexan. Sardus *lib. 1. de inuentoribus rerum.* Vades porro (Græcis ἔγγυοι) dicti ſunt, quia pro altero vadimonium promittebant, dictoſque putat Acron, quod qui eos dederat, Vadendi haberet poteſtatem. Vnde etiam Fulgentius *de priſco ſermone*, ait; Vadatum, eſſe obſtrictum, ſub fide, aut fideiuſſione ambulantem, cui aſtipulatur popularis meus Eilhadus Lubbinus *in ſuo antiquario.* Quamuis Iſidor. *lib.1.Etymol.c.33.* Vades dicat illos, qui legaliter cauſas agunt.

33 Scio quidem Vallam *lib.6.eleg.c.32.* affirmare, † ſe non legiſſe, vadem eum eſſe, qui vadimonium, hoc eſt, fideiuſſionem pro altero dat, ſed eum, qui ſponſor eſt alterius in capitis periculo, ſiue idem ſupplicium ſubiturus, ſiue pecuniam ſoluturus, & pro ſua ſententia allegare Liuium, Quintilianum, & Ciceronem. Potuiſſet fortaſſis etiam vt Plauto *in Perſa:*

----Vadatur hic me. P. Vtinam vades
Deſinis, in carcere vt ſis.

Quinimo, & Horatio:

Ille datis vadibus qui rure extractus in vrbem eſt,
Solos felices viuentes clamat in vrbe.

Quod etiam probare videtur Auſonius in monoſyllabis:

Quis ſubiit in pœnam capitali ſupplicio? Vas.
Quis enim lis fuerit nummaria, quis dabitur? Præs.

Cornel. Tacit. *lib.5. Annalium: Nec aliud*, inquit, *pereuntibus ſubſidij, quam in conſtantia fratrum ſuis, qui vades extitere.* Simmachus *lib.1. Epiſt. Stomi vt felix vadibus, qui Fulgentio non eſſent cogniti, traderetur.* Valer. Max. *lib.6.c.2. Da*, inquit Cn. Piſo ad Pompeium, *vades Reip. te, ſi poſtulatus fueris ciuile bellum non excitaturum, tum nomen prius quam Manlij deferam.*

Veruntamen tam in ciuilibus, quam in capitalibus cauſis vades dari, vadimoniumque promitti ſolere, ex ſola quam Cicero pro P. Quintio ſcripſit oratione, ſatis probari poteſt, vt oſtendit Iacobus Ræuardus
44 † magnus Belgij Papinianus iuriſque magna ſpes (vt vocat eum Iuſtus Lipſius *lib. 1. Epiſtolicarum quæſtionum, quæſt.7.& in comment. ad Tacit.lib.2.annal. nu.167. in fin.*) Ræuardus, inquam, *in comment.ad Leg XII. Tab. c.5.decemui.* vec Franciſ. Iametius *in comment.ad tit ff.de fideiuſſ fol.27.pag 1.in princip.* Duar. *lib.1.diſputa.c.1.in fin.* Hottom. *in commen.iuris, verb. Vades* conſentit in effectu Petr. Gregor. *in Syntag. iuris vniuerſi, libro* 24. *cap.3.num.14.& 15.* Pro cuius ſententiæ confirmatione ſufficit mihi ſola lex 4 *§.hac autem, Cod. de caſtrenſ.& miniſt.lib.12.* quam in vtriſque cauſis vades admittere, ſatis perſpicuum eſt. Sic, & Saluſtius: *Ex amicis quinquaginta vades dederat.* Cicero in *Epiſt.18. ad Brutum: Cum me*, inquit, *pro adoleſcentulo ac pene puero Reſpub. accepiſſet vadem, vix videbar, quod promiſeram, præſtare poſſe.* Quint. Curt. *lib.9. Veſtras manus*, inquit ibi Alexander, *intueor, veſtrum virtutem, rerum quas geſturus ſum, vadem prædemque habeo.*

Nec arbitror, Vallæ fundamenta hanc opinionem euertere: Quid enim, ſi auctores illi, quibus nititur Valla, pro re nata fuerint locuti, cum de cauſis capitalibus ageretur? Non, opinor, conſequens inde fit, quod non idem in aliis quoque cauſis fuiſſent admiſſuri, ſi res vel occaſio tuliſſet. Quod præterea Feſtum citat, dicentem, vadem ſponſorem ſignificare in re capitali datum, non agnoſco illud pro dicto Feſti, ſed eſt Pauli cuiuſdam, qui hactenus in omnibus bibliothecis pro Feſto eſt ſubſtitutus (vt ex editione Antonij Auguſtini conſtat) qui hac in errare facile potuit,

maximè,

Digitized by Google

maximè, quia prædes vadeſque promiſcuè appellan-
tur, prædes autem, & in ciuilibus cauſis dari potuiſſe,
antea eſt oſtenſum. *Vide vlterius Carolum Sigonium*
libro 1. de iudiciis, cap. 20.

Quamobrem etiam in lege mancipiorum à vendi-
toribus conuenire ſolebat, Varrone auctore *lib. 5. de*
lingua Latina Vades ne darent, ne poſcerentur, ſicut
refert. Cuiac. *lib. 11. obſer. c. 4.* apud quem *lib. 10. c. 10.*
plura de deſerto vadimonio videre licet. Propriiſſi-
45 mè tamen vadimonium eſſe ſponſionem ad certum
diem ſiſtendi in iudicio, & per conſequens, deſertio-
nem vadimonij, eſſe deſertionem promiſſionis iudi-
cio ſiſtendi cauſa factæ, colligitur ex Plinio *lib. 7. cap.*
32. Cicerone *lib. 2. epiſt. 8. in princ.* P. Pithœo *lib. 1.*
aduerſar. cap. 8. ad fin. Agellio *lib. 7. cap. 1. in fin.* Her-
man. Figulo *in Lexico. iur. in verb. Vadimonium.* Cu-
iatio *in Nouel. 69 mihi pag. 215. in adag. Chil. 1. cent. 8.*
adag. 18. & fuſe demonſtrauit Budæus *in Pandectis.*
Iuuenalis.

Pullati proceres, differt vadimonia Prætor.

Circa quæ admonendi ſumus, nonnullis placere,
etiam tunc vadimonium fuiſſe, quando appellans
46 ex die acceptorum Apoſtolorum intra diem quin-
tum, datis fideiuſſoribus, certam pecuniæ ſummam in
iure deponebat, aut aliquid pro ea, cuius periculum
eſſet facturus, ſi eum temere appellaſſe contingeret.
Cuiac. lib. 21. obſer. c. 33. Ferrar. Montan. in tract. de appel.
lib. 1. c. 2. verſ. Iſthac multa temere prouocatium. Id quod
hodie adhuc in Ducatu Brunſvvicenſi obſeruatur, *vt*
conſtat ex ordin. prouinc. Ducis Iuly Branſvvicenſis, tit.
66. in fin. prin. & tit. 67. Item Coloniæ, & in Pomerania:
ac probatur conſuetudo illa deponendi certam pecu-
niam, *in ord. Cam. Imp. part. 2. tit. 29. §. vlt. iunctis iis,*
quæ dicam infra ca. 10. n. 77 & vide ſimiliter Myſinger.
cent. 1. obſer. 6. & cent. 3. obſer. 56. Ioan. Goddæum *in l.*
47 *ſponſio. 7. D. de verb. ſignific.* Vocatur tamen † illa ipſa
pecunia etiam alibi Sacramentum per Metaphoram,
quod ſcilicet auferebat is, qui iudicio vicerat, victi
ſacramentum (nam vterque certam ſummam depo-
nebat) ad ærarium redibat, ſiue ſacro committeba-
tur, & in res diuinas conſumebatur, Varro *lib. 4. de*
lingua latina. Cicero *in orat. pro Cæcinna.* Wolffgang.
Lazius *comment. lib. 4 cap. 7. mihi pag. 524.* Pardulph.
Prateius *in Lexico. verb. Sacramentum.* Iacobus Ræ-
uard. *lib. 2. ſingul. pro tribunal. cap. 9. & 10.*

CAPVT IV.

Quotuplex fideiuſſio, & fideiuſſorum ſpecies.

SVMMARIA.

1 *In concinnanda fideiuſſionis diuiſione Doctore admo-dum ſunt varij.*
2 *Alius fideiuſſor iudicio ſiſti, alius iudicatum ſolui, alius contractus, ſecundum Baldum.*
3 *Fideiuſſio alia expreſſa, alia tacita.*
4 *Examinatur quæſtio vtrum duo rei inuicem tacitè pro ſe fideiubere dicantur. Deciditur nu. 5. & 6.*
7 *Fideiuſſione alterna obligari quid ſit? Et quinam dicantur ἀλληλέγγυοι?*
8 *Fideiuſſio alia voluntaria, alia neceſſaria.*
9 *Nouatio alia voluntaria, alia neceſſaria.*
10 *Sequeſtrum aliud voluntarium, aliud neceſſarium.*
11 *Fideiuſſio alia iudicialis, alia extraiudicialis.*
12 *Diuiſionis bona eſt, negotium, de quo agitur clarius efficere.*
13 *Fideiuſſionum diuerſa genera conſtitui poſſunt.*
14 *Circunſtantia qualibet nouam ſpeciem non efficit.*
15 *Reſpectus, vel qualitates diuerſa, diuerſum non faciunt ſubiectum.*
16 *Fideiuſſio omnis interponitur, vel in cauſa ciuili, vel in cauſa criminali, & nu. 18.*
16 *Cauſa quid ſignificet?*
19 *Fideiuſſio perſonalis, & vicaria quid?*
20 *Fideiuſſorum ſpecies quædam conſtitui poſſunt à forma obligationis, eiuſdemque effectus.*
21 *Fideiuſſor qualis ſit, qui ſe pro alio principalem debitorem conſtituit.*
22 *Expromiſſor differt à fideiuſſore, idque deducitur vſq; ad num. 44.*
23 *Explicatur l. ſi res, D. de contrah. empt.*
24 *Heres, & hereditas vnius perſonæ vice funguntur.*
25 *Explicatur, l. ſi rem alienam, §. omnis, de pignor. act.*
26 *Explicatur l. qui libertinus, §. vlt. de oper. libert.*
27 *Caput legis quid ſit?*
28 *Fideiuſſor obligatur cum alio, expromiſſor vero ſolus.*
29 *Expromiſſorem, qui dat liberatur, non qui fideiuſſorem.*
30 *Explicatur l. 4 D. de condict. cauſa dati.*
31 *Explicatur l. 4. § ait prætor, D. de re iudicata.*
32 *Satisfactio eſt pro ſolutione.*
33 *Sententia cum ſit ſtricti iuris, non poteſt per æquipollens impleri.*
34 *Obligatio non debet fieri ex obligatione.*
35 *Explicatur l. ſi non ſoluere, D. de pignor. act.*
36 *Expromiſſor aliquando vocatur quaſi fideiuſſor, & num 39.*
37 *Fideiuſſionis verbo continetur expromiſſor in Senatuſconſulto Velleiano.*
38 *Obligationis veteris nouatio fit per expromiſſionem.*
40 *Statuta de fideiuſſoribus loquentia non comprehendunt expromiſſores, contra Rebuffum.*
41 *Examinatur Interpretum opinio, quod expromiſſoris propriè ſit, cui promittit pro non efficaciter obligato: & refellitur, nu. 42. & ſeqq.*
43 *Explicatur l. & eleganter. §. ſeruus pactionis, ff. de dol.*
44 *Pactionem dare eſt nummos pro libertate promittere.*
45 *Explicatur l. hoc iure, §. ſi quis ſeruo, ff. de donat.*
46 *Contractus in ſeruitute habiti pro nullis reputantur.*
47 *Explicatur l. aliquando, D. ad Velleian.*
48 *Fideiuſſor vicarius, & ſubalternus Comprobator quis ſit?*
46 *Seruitus ſeruitutis, fictio fictionis, ac præſumptio præſumptionis non datur.*
50 *Retorſio retorſionis in materia iniuriarum non admittitur.*
51 *Teſtes reprobatorij reprobatoriorum non concedantur.*
52 *Vſura vſuræ, vnius intereſſe aliud intereſſe, aut acceſſio acceſſionis non datur.*
53 *Commodum commodi non admittitur.*
54 *Reconuentio reconuentionis nulla eſt.*
55 *Officium officij, & lucrum lucri non admittitur. Vt nec ſuperioritas ſuperioritatis.*
56 *Fideiuſſor fideiuſſoris accipi poteſt, & quis propriè ſit, num. 58 & 59.*
57 *Eodem modo admittitur pignus pignoris, ſubcurator curatoris; cenſus cenſus, nominator nominatoris, & ſubſtitutus vadis.*
60 *Confideiuſſores plures poſſunt accipere vnum fideiuſſorem. & ſic fiunt principales, creditoramq; ſecundorum locum quaſi ſubintrant.*
61 *Fideiuſſor indemnitatis, quis ſit?*
Eſt, qui ſeſe obligat ad id, quod creditor à debitore ſeruare nequierit.
62 *Fideiuſſor fideiuſſoris, & fideiuſſor indemnitatis differunt, contra Gaylium, & Schneideuvinum.*

63 *Fideiuſſor exercitationis litis, & iudicati quis ſit?*
64 *Confideiuſſores quinam propriè dicantur?*
65 *Conſponſores quinam ſint.*
66 *Conſponſor aliquando eſt coniurator ſiue compurgator.*
67 *Sacramentales quinam vocantur.*
68 *Corſponſi quinam dicantur.*

DE Diuiſionem fideiuſſionis rectè ſubſequitur
1 eiuſdem diuiſio, † in qua tamen concinnan-
da Doctores admodum varij eſſe videntur. Quidam
enim diuerſas fideiuſſionum ſpecies conſtituunt, ra-
tione rerum, & cauſarum, pro quibus fideiuſſio præ-
ſtari ſolet. Hinc ſpecialis ille tit. apud Speculat. *de*
diuerſ. cautionib. lib. 4. quem magna ex parte ſecutus
eſt Robert. Maranta *in Specul. ſuo p. 6. memb. 8.* aſſe-
rens multas ſatiſdationum ſpecies reperiri, quarum
etiam duodecim exempli gratia refert, & exponit;
cui iunge Lælium de Zancus *in tractat. de priuil. Ec-*
cleſ. priuil. 114 num 16. & ſeqq. vbi ſimiliter duodecim
ſpecies enumerat. Nec aliena eſt ab iſto propoſito,
gloſſ. lib. 3. artic. 11. quæ ſextuplices fideiuſſorum ſpe-
cies, qui in iudicio interuenire ſolent, recenſet. Sic
2 † etiam Bald. *in l. 2. §. in fideiuſſorem, ff. qui ſatiſd. cog.*
alium fideiuſſorem de iudicio ſiſti, alium iudicatum
ſolui, alium denique contractus, æque ac Iaſ. *in l. 1. nu.*
1. ff. ſi quis in ius voc. non ier. fideiuſſorem duplicem,
vnum de iudicio ſiſti, alterum de veniendo, ſeu præ-
ſentando, conſtituunt.
3 Alij verò † ab ipſa forma obligationis diſtinguunt,
ideoq; fideiuſſionem aliam expreſſam, aliam tacitam
eſſe volunt. Bartol. *in l. reos. in pr. ac ff. de duob. reis.* Ibi
Bart. poſt Martin. & Ioan. antiquos gloſſatores quæ-
4 ſtionem † illam examinat, Verum duo rei inuicem ta-
„cite pro ſe fideiubere dicantur? cuius reſolutionem,
„vltra tradita iſtic loci a Bart. pulchrè declaratum ha-
bes apud Ant. Gab. Roma. *lib. 3. concluſ. tit. de fideiuſſor.*
concl. 2. Bertazol. *in tract. clauſ. inſtrum. clauſ. 39. gl. 7. n.*
4. & 5. Vincent. Caroc. *de excuſ. bon. 2. q. 2. quæſt. princ.*
nu. 14. 15. & ſeqq & Natt. *conſ. 261. num. 4.* Eſtque ea de
re, ſi veritatem legum noſtrarum quis expectat, poſt
Petr. Coſtal. *in l. vir vxori. ff. ad Velleian.* conſulendus
Anton. Fab. *lib. 11. coniect. cap 2. & ſeqq.* nec non Ia-
cob. Cuiac. *tract. 4. ad Afric. mihi pag. 110.* vbi ge-
5 neralem † hanc concluſionem concinnat, quod duo
rei debendi etiamſi ſocij ſint, non tamen vice mu-
tua fideiubere videantur, niſi hoc nominatim ſit
actum.
6 Sanè † effectu, & exæquatione obligationis inſpe-
cta, duo rei videntur inuicem intercedere, quia ſoli-
dum à ſingulis exigi poteſt, quod nihil aliud eſt, quam
teneri alium pro alio. Caſſan. *in conſuet. Burg. rubr. 4. §.*
12. num. 1. Roma. *in conſil. 114. & ibi Mandoſ. in addit.*
Nat. *conſ. 51. nu. 8 & 52. nu. 3. & d. conſ. 261. num. 4.* Æmill.
Ferr. *in l. ſi ex toto, § ſi ita ſcriptum, nu. 8. ff de leg. 1.* Et
7 † ob idipſum alterna fideiuſſione obligari dicuntur,
in Nouell. 99. c. 1. in princ. Ac quemadmodum ipſi fi-
deiuſſores à Græcis ἐγγυηταὶ, ἀνάδοχοι. & ἐγγύαι ita hi ἀλληλεγγύους vocantur, de quo lector plura inueniet apud
Io. Goddæ. *in comment. de contrah. ſtipul. cap. 5. num. 160.*
Martin. Montet. *deciſ. Regni Arag. 4. nu. 26. verſ primis*
duobus caſibus.
8 Nonnulli † ratione debitoris. qui fideiuſſores præ-
ſtat duplicem fideiuſſionem excogitant, aliam nimi-
rum voluntariam, aliam neceſſariam, ita nec neceſſa-
ria dicatur, ad quam quis à lege vel magiſtratu ad-
ſtringitur, licet cauſa fuerit voluntaria: Mere ve-
rò voluntaria dicatur, qua quis non adſtringitur, ni-
ſi voluntate ſua, *l. ſi fideiuſſor, §. neceſſaria, vbi gl. l. de-*
dit, §. tutor. & ibi Bart. ac Paul. de Caſtr. ff. qui ſatiſd.
cog. Octau. Cachera. *deciſ. Pedem. 70. nu 1.* Iac. Cuiac. *lib.*
22 obſer. c. 26. Wiſenb. *paratit. C. de ſatiſdando.* Treutler.
in ſelect. diſput. 5. theſi 1. lit. B. Arnol. de Reyger. *in proceſſ.*
9 *ſuo iudic. diſp. 4 theſi 38 lit. C.* Non aliter, ac † nouatio
alia voluntaria, alia neceſſaria dicitur. Ioan. Godda. *de*
contrah ſtipul. cap. 5. concluſ. 8 num. 70. Et ſequeſtrum
10 † aliud eſt voluntarium, aliud neceſſarium, Mynſing.
cent. 5. obſeru. 35. Godda. *d. l. num. 78.* Andr. Claudius *in*
tract. de iure ſequeſtr. cap. 3. n. 2.
11 Alij denique fideiuſſionem † aliam faciunt iudicia-
lem, aliam extraiudicialem, vt iudicialis ſit, quæ pro-
priè ſatiſdatio appellatur. Et Cuiacio *in Nouell. 113. in*
fin. confirmatione perſonarum dicitur, *iuxta §. ſi autem. Inſtit. de ſatiſd.* Extraiudicialis vero, quæ in con-
tractibus valde eſt vſitata, quando alter pro debito-
re principali fidem ſuam adſtringit, quod vt pluri-
mum in ſcriptis fieri aſſolet, prout tradidit Valent.
Francus *de fideiuſſ. c. 1. nu. 35. & ſeqq.* Arnold. de Reyger.
d. theſi 38.
Sed præterquam, quod mihi has diuiſiones exa-
minare non libet, non videntur etiam illæ ipſæ nego-
tium, de quo agitur, clarius efficere, id quod tamen
12 † bonæ eſt diuiſionis, *l. 1. ff. de except. doli mali.* Aymo
Grauett. *in præm. tract. de antiquit. temp.* Etſi enim
13 † diuerſa fideiuſſionum genera (quæ ſic appello, ſecu-
tus Iuriſconſultum, *in l. 3. § genera poſſeſſionum. D. de*
acquir. poſſeſſ.) conſtitui poſſunt, idque vel ſecundum
ſubiectam materiam, vel ob aliquem alium euentum:
14 quælibet † tamen circumſtantiæ nouam ſpeciem fide-
iuſſionis non efficiunt, *l. vlt. D. de fund. inſtruct. vel in-*
ſtrum. legat. Cagnol. *in l. omnis definitio. 103 num. 32. ff. de*
reg. iur. Tiber. Decianus *reſponſo 17. nu. 10. lib. 1.* Sicut
15 † nec reſpectus, nec qualitates diuerſæ diuerſum ef-
ficiunt ſubiectum, Stephan. Forcatulus *in Necyomant.*
dialogo 11. n. 5.
Arbitror itaque generaliter ſic dici poſſe; Omnem
16 † fideiuſſionem, vel in cauſa ciuili, vel in criminali in-
17 terponi. Quemadmodum enim † cauſa ſignificat ne-
gotium quodlibet ſiue contractum, litem, rem, titu-
lum debiti, vt & actionis, poſſeſſioniſque, & omnem
denique vtilitatem rei, ſicut cuilibet notum eſt: ita
quoque in iure noſtro nihil eſt, quod non ad cauſam
ciuilem, vel criminalem referri poſſit; etiam iſto ca-
ſu, quando pro perſona fideiuſſor intercedit, nam, &
18 tunc cauſa interceſſionis ſubeſt. Pro † quo facit, quod
alibi ſatiſdatio omnis, vel criminalis eſſe dicitur, *tot.*
tit. ff qui ſatiſd. cog. l. vnica, C. de ſatiſdand. vbi Weſenb.
num. 3 id notauit: probat & Valent. Francus *in tract.*
de fideiuſſ. cap. 1. num. 40. Fit quidem mentio quoque
19 † perſonalis cuiuſdam fideiuſſionis, *in Nouell. 53. de*
exhibend. reis. cap. 3. §. ſuſcepto. Sed opinor perſona-
lem fideiuſſionem, ibi nihil aliud eſſe, quam eam,
quæ fit abſque pignoribus, & in qua ſolummodo fide-
iuſſorum perſonæ obligantur. Sic & vicariam fide-
iuſſionem habemus, cui clerici contradunt, *in l.*
omnes. 33. §. in hac inclyta. Cod. de Epiſcop & cleric. quæ
vtique fideiuſſio eſt mutua Quoties enim plures con-
ueniuntur, poſſunt vice mutua fideiuſſores eſſe, *l. 28.*
D. de tutorib. dat. ab his. Dicitur autem vicaria fideiuſ-
ſio, quemadmodum vicaria anima apud Senecam,
lib. 2. controuerſ. controu 3. in princ. Quædam, inquit, *vi-*
caria maritorum ſalutem anima redemerunt.
20 Verum † enimuero obſeruandum eſt à forma obli-
gationi, eiuſdemque effectu, nonnunquam fideiuſ-
ſorum ſpecies quaſdam conſtitui poſſe, id quod mox
demonſtrabo, modo tamen prius mouerim, ea quæ
deinceps dicturus ſum, in eo differre ab his, quæ ca-
pite ſuperiore adducta fuerunt, quod ibi in genere
dictum eſt, de ipſa appellatione fideiuſſorum varia,
eandem

Digitized by Google

eandem tamen vim habente: hic vero tractatur de di-
uerſa efficacia obligationis fideiuſſoriæ, ex qua dein-
de etiam diuerſus effectus reſultat.

Prima igitur ſpecies fideiuſſorum conſtituitur,
21 quando † quis ſe pro alterius obligatione principalẽ
conſtituit, is enim non manet ſponſor vel adpromiſ-
ſor, hoc eſt ſimplex fideiuſſor, ſed fit EXPROMIS-
SOR: qui in veteri lege XII. tabularum: *Aſſiduo vin-
dex aſſiduus eſto.* Vindex appellatur, hoc eſt libera-
tor, qui interueniendo à manus iniectione, & nexu
liberabat reum creditori addictum *Agellius lib.* 16.
*Noct. Attic. cap.*10. pulchre Ioan. Goddæus *in l. quos
nos hoſtes.* 234. *§. locuples, ff. de verbor. ſignif.* Pardulph.
Prattæus *in Lexico, verb. vindex.* in iure noſtro vt pluri-
mum, & frequenter ex promiſſor dicitur REVS,
ſicut apparet ex *l. & eleganter, §. ſeruus pactionis, ff. de
dolo malo, l.* 9. *§. omnis, verſic. ſiue reo dato, ff. de pignor.
act. l. ſi vero. ſed etſi reum, ff. ſolut. matrimonio, leg.* 1. *§.
exceptionem, D. quar. rerum actio non datur. l. profectitia,
§. ſed pater, ff. de iure dotium, l. Iulianus, §. item ſi.* 25. *ff. de
actio. empt. cum ſimil.* Ac nos in vernacula lingua no-
minare ſolemus, *Conſtit. prouinc. Elector. Auguſt.* 8.
parte 2.

Veruntamen hunc à fideiuſſore † plane alium eſſe
multæ leges conuincunt, monſtrante illud ipſum etiã
Ioan. Goddæo *de contrah ſtipulat. cap.* 5. *concluſ.* 4. *num.*
22 16. Notum † eſt res venditas, & traditas non aliter
emptori acquiri, quam ſi is venditori pretium ſolue-
rit, vel alio modo ſatisfecerit, *leg. quod vendidi. ff. de
contrahend. empt. §. vendita Inſtit. de rer. diuiſ.* Quæritur
igitur, quid ſit alio modo, nomine, vel alias ſatisfa-
cere? Id explicant Iuriſconſulti *in d. l.* 9. *§. omnis, de
pignor. actio. l.* 5. *§. ſed ſi dedi, ff. de tribut. actio. vt res* 53.
D. de contrah. empt. dicentes, non tantum illum ſolue-
re, qui pecuniam exſoluit ipſam, ſed & qui pignus, vel
fideiuſſorem, vel expromiſſorem dat pro pretio.
Apparet igitur, Iuriſconſultos diſtingere inter fide-
iuſſorem, & expromiſſorem, *d. l. vt res, D. de contrah.*
23 *empt.* vbi Caius eleganter † inquit: Id, quod de fide-
iuſſorem dicitur, quod nimirum ſit vice ſatisfactionis
plenius accipiendum eſſe, qualibet ratione venditori
de pretio ſatisfactum eſt, veluti expromiſſore, aut pi-
gnore dato, idque perinde eſſe, ac ſi pretium ſolu-
tum eſſet. Futura Caius inter hæc duo diſcrimen con-
ſtitueret, ſi eſſent expromiſſores idem quod fide-
iuſſore, *l. ſi idem, C. de codicill.* Non enim ſicut hæres
24 † & hæreditas, tametſi duas appellationes recipiunt,
vnius perſonæ tamen vice funguntur, *l. hæres,* 22. *ff. de
vſurp. & vſucap.* ita & expromiſſores atque adpromiſ-
ſores vnius perſonæ vicem ſuſtinent, quin potius, licet
vna indiſcreta, & eadem pene videtur eſſe conditio
expromiſſorum, tamen in nomine eſt diſcrimen, ne
dicam in re ipſa, *argum. leg. definimus, C. de agric. &
cenſit. lib.* 11.

25 Quare † & Vlpianus memor huius diſcriminis, *in
d. l. ſi rem alienam* 9. *§ omnis, D. de pignor. actio.* rectè aſ-
ſerit: Volenti creditori ſatisfieri (ad producendam
pignoratitiam actionem) ſiue aliis pignoribus ipſi
caueatur, ſiue fideiuſſoribus, ſiue reo dato, hoc eſt,
vt ego interpretor, expromiſſore dato quem reum
ſæpiſſimè appellari non eſt ignoti iuris, *l.* 1. *§. iubet. D.
de colla. bonor. & tetigi ſupra numero* 21. Vnde colligo,
eum quoque inter fideiuſſorem, & expromiſſorem
diſtinguere, & innuere, quod ſicut fideiuſſor differt
à pignore: ita & expromiſſor à fideiuſſore, & pignore
differat, *d. §. vendita verſic. expromiſſore aut pignore da-
to Inſtit. de rer. diuiſ.*

26 Idque vlterius † liquet ex *l. qui libertinus, §. vl. ff. de
oper. libertor.* vbi Paulus expreſsè inter fideiuſſores, &
expromiſſores diſtinguit. Certum enim eſt liberto
operatum liberationem à patrono fieri poſſe: ſed
quid ſi in perſona liberti collata liberatio eſt, hoc
eſt ſi ipſi liberto tantum conceſſa eſt liberatio? Re-
ſpondet Paulus, ſententia legis (intellige Iuliæ, &
Papiæ) fideiuſſores quoque liberati, qui nimirum
pro liberto operas promiſerunt, quia debitore per li-
berationem legatam ab obligatione exempto, non
ſolum ipſe reus tutus eſt per exceptionem, ſed con-
ſequenter etiam fideiuſſor, *l.* 2. *l.* 3. *l. ſi quis reum, &
paſſim, D. de liberat. legat.* Verum addit, Paulus, ſi li-
bertus expromiſſorem dederit, nihil hoc caput ei
prodeſſe, hoc eſt, liberato liberto non tamen promiſ-
ſorem liberari: Cur ita? quia nimirum expromiſſor
principalem obligationem in ſe ſuſcipit, atque adeo
ex promiſſione fit nouatio, *l.* 2. *§. vlt. D. ad SC. Velleia.*
Collata igitur liberatione in perſona liberti, non
prodeſt expromiſſori caput legi Iuliæ, & Papiæ, ex
cuius ſententia liberato liberto, liberatur etiam eius
fideiuſſor, quandoquidem non vt fideiuſſionis obli-
gatio eſt acceſſoria, quæ abſque principali non ſub-
ſiſtit: ita & expromiſſoris obligatio acceſſionis lo-
cum obtinet, ſed eſt principalis, & per ſe ſubſiſtit,
ideoque non aliter tolli poteſt, quam ſi eius nomina-
tim fiat mentio. Eſto igitur, quod patronus liberto
obligationem remiſerit, id tamen non proderit ex-
promiſſori, in cuius perſona hanc liberationem colla-
tam noluit.

Nec obſtat lex. 1. *§. exceptionem, D quar. rer. act. non
datur.* vbi exceptiò competens liberto etiam ipſius fi-
deiuſſori non eſt deneganda, imo nec ei qui rogatur
liberti reus, hoc eſt expromiſſor factus eſt. Quia hoc
verum eſſe concedendum eſt, quando exceptio rei
cohæret, non autem perſonæ, *vt hic, & l.* 7. *§.* 1. *D.*
27 *de except.* Et † eleganter Paulus caput legis appellat
eam partem legis Iuliæ, & Papiæ in qua hac de re agi-
tur, & eodem plane ſenſu Martianus *in l. Diuus.* 6. *D.
cuſtod. reor.* caput mandatorum: & Papinianus *in l.* 1.
D. de interdict. & relegat. caput ex reſcripto Diui Tra-
iani, dixit: ac Varro *lib.* 5. *de lingua latina*, caput
edicti.

Sed præter hæc, quæ iam dicta ſunt, etiam illud di-
28 ſcrimen inter fideiuſſorem † & promiſſorem notan-
dum eſt, quod fideiuſſor ſiue adpromiſſor obligatur
cum alio, *l.* 5 *§. ſatis acceptio, D. de verb. oligat.* Expro-
miſſor vero ſolus obligatur, quaſi reus principalis, *gl. in
d. l. qui libertinus, §. vlt. verb. dederit, D. de oper. libert.*
29 *Ioan. Goddæus d. cap.* 5. *concluſ.* 4. *n.* 16. Deinde, qui † fi-
deiuſſorem dat, non liberatur, quia obligationi prin-
cipali ſequela accedit: Secus eſt, ſi det expromiſſo-
rem. Doceri id poteſt nonnullis auctorum noſtrorum
30 locis. Nam primo † id colligitur ex *leg.* 4. *D. de con-
dict. cauſa dat.* vbi Vlpianus ita ait: „Si quis accepto
„tulerit debitori ſuo, cum conueniret, vt expro-
„miſſorem daret, nec illi det, poteſt dici, condici poſſe
„ei, qui accepto eſt liberatus. Ecce expromiſſoris da-
tio per ſe acceptilationem cauſaret, & creditorem
contemptum eſſe faceret, non aliter, ac ſi debitum
ſuum iam accepiſſet, ſed quia debitor non dat expro-
miſſorem, irrita fit iſta liberatio, & acceptilatio, ob
cauſam dandi expromiſſoris facta, condicitur, quaſi
cauſa non ſecuta. Id quod ferè iiſdem verbis in alia
facti ſpecie jam ante ſcripſerat Vlpianus *lib.* 29 ad edi-
ctum: ex quo ſumpta eſt *l quamuis, § ſi conuenerit, D.
ad Senatuſc. Velleian.*

31 Huc etiam † referendum eſt reſponſum eiuſdem
Vlpiani, *in l.* 4. *§. ait prætor. D. de re iudic* cuius hæc eſt
ſumma. Manifeſtum eſt, à judicato, & condemnato
exigi, vt pecuniam ſoluat, in quam condemnatus eſt.

Nam neceſſe habet reddere ex re iudicata, *l. debitori-*
bus ff. de re iudic. quod alibi eſt iudicatum facere, *l. 6.*
ff. de ſer. l. etſi 35. ff. de noxal. actio. l. argentarium 45. §. 1.
ff. de iudi. l. penult. ff. de auctor. tutor. vel iudicatis ſatiſ-
facere *l. tale pactum, § 1 ff. de pact.* de quo vide Cuiac.
lib. 3. obſeru. cap. 39. Verum pone, condemnatum eſſe
aliquem, vt ſoluat, is quidem non vult ſoluere, ſed pa-
ratus eſt ſatiſfacere. Quid dicimus? an erit audien-
dus? Et aiebat Labeo, eum audiendum eſſe, ſi ſatiſfa-
32 cere velit, dato forte expromiſſore: non ſolum, † quia
ſatisfactio eſt pro ſolutione, *l. ſatisfactio, ff. de ſolut. l. ſo-*
lutionis, ff de verb. ſignificat, l. Paulus 38. §. 2. D. de liber.
cauſ. Verum etiam, quia is judicatum facit, qui iudi-
catis ſatisfacit, *d. l. tale pactum, §. 1. D. de pact.*

Sed Vlpianus iſtam Labeonis ſententiam non ad-
33 mittendam cenſet, cum quia ſententia † prætoris per
æquipollens non poteſt impleri, cum ſit ſtricti iuris, *l.*
in ſententiis, D. de re iudic. tot. tit. C. de ſentent. quæ ſine
cert. quant. proferunt. tum quia pecuniæ exigendæ ra-
tio apud prætorem hæc fuit, quod noluerit obligatio-
34 nes † ex obligationibus fieri: atqui fieret obliga-
tio ex obligatione, & lis quaſi altera exurgeret ex li-
tis primæ materia, *vt ait l. terminato, Cod. de fruct. &*
lit. expenſ. vel vt dicitur *in l. minor. 40. ff. de minoribus.*
nouus contractus partam ex cauſa iudicati perſecu-
tionem ad initium alterius petitionis redigeret, ſi vi-
ce ſolutionis mandatæ, & iniunctæ, liceret alio mo-
do ſatisfacere: atque ideò prætor condemnans ali-
quem, vt ſoluat, realem pecuniæ ſolutionem deſide-
rat, non factam, non ſubſidiariam.

Fatetur tamen Vlpianus, ex magna, & idonea cau-
ſa ad Labeonis ſententiam accedendum eſſe, puta ſi
condemnatus non per contumaciam, ſed quia pecu-
niam non poſſit explicare, ſolutionem differri, ſeque
vel datis pignoribus, vel fideiuſſore, vel expromiſſore
ideo ſatisfacere volentem audiri petat, *argumento*
l. debitoribus, ff. de re iudicat, l ſi debitori, ff. de iudic. quo
caſu datio expromiſſoris procul dubio pro ſolutione
erit, liberabiturque debitor. Et hoc eſt, quod ex illa
lege elicere volui.

35 Cui † tamen, niſi animaduertas, obſtabit, *l. quod ſi*
non ſoluere, 10. D. de pign. actio. Nam cum Vlpianus *in l.*
ſi rem, §. vlt. D. eod. tit. dixiſſet, eum, qui ante ſolutio-
nem egit pigneratitia, licet non rectè egit, tamen ſi
offerat in iudicio pecuniam, debere, rem pigneratam,
& quod ſua intereſt, conſequi: Statim ſubuenitur ex
Cajo; Quod ſi non ſoluere, ſed alia ratione ſatisface-
re paratus ſit, fortè ſi expromiſſorem dare velit; ei
non prodeſſe: Ergo datio expromiſſoris non eſt pro
ſolutione, quod non ſolum pugnat cum ſupradictis
locis, & præſertim cum *d. l. ſi rem, §. omnis, D. de pign.*
actio. Verum etiam cum *l. ſi mulieri, 22. D. ad Senatuſc.*
Velleia. vb, pecuniam ſoluere, vel eam expromittere,
tanquam paria à Paulo ponuntur.

Sed facili negotio illud diſſidium tolli poteſt:
Quod enim dicitur, dationem expromiſſoris pro ſo-
lutione eſſe, id intelligendum eſt, ſi in eam conſentiat
creditor. Etſi namque, qui ſoluere paratus eſt, meri-
to videtur pignus liberaſſe: tamen qui non ſoluere,
ſed ſatisfacere paratus eſt, in diuerſa eſt cauſa. In-
terim volenti creditori ſatisfeciſſe prodeſt, quia ſibi
imputare debet creditor, qui ſatisfactionem admiſit
vice ſolutionis: At qui non admittit ſatisfactionem,
ſed ſolutionem deſiderat, culpandus non eſt, *l. item li-*
beratur, §. 1. D quib. mod. pig. vel hypoth. ſoluit. l. promiſſ.
§. vlt. D. de conſti. pecun. Et ex his omnibus patet, reue-
ra expromiſſores à fideiuſſoribus differre, quod etiam
nominatim aſtruit Iacob. Cujac. *in Nouell. 4.* dicens:
Expromiſſores non eſſe acceſſiones. Et poſt eum Hie-
ronym. Treutlerus, *ſelect. diſputat. vol. 2. diſput. 28 theſ.*
1. lit. E.

36 Aliquando tamen † expromiſſor eſt ſimplex pro-
miſſor, *l. in eo quod plus, §. 1. D. de regul. iur.* nõnunquam
vocatur quaſi fideiuſſor. *l. in perſonam, §. 1. D. de pact.*
37 quemadmodum † & in Senatuſconſulto Velleiano fi-
deiuſſionis verbo expromiſſio continetur. Nam alie-
nam obligationem ſine debitum alienum ſuſcipere,
& condemnationem ſubire, item eam obligationem,
quæ in alterius perſona conſiſtit, in ſe transferre, pa-
ria ſunt, *l. 2. §. vlt. D. ad Senat. Velleian. l. 4. C. eod. l. vlt.*
38 *ff. quod cum eo. Cuiac. lib. 13. obſeruat. cap. 35.* Vnde † &
veteris obligationis nouatio per expromiſſionem fie-
ri dicitur, *l. vlt. ff. ad Macedo. Cuiac. ad Afric. tract. 4.*
mihi pag 93. Verum id fit impropriè, nam fortaſſis ali-
39 bi † nuſquam inuenies expromiſſorem appellari qua-
ſi fideiuſſorem. Et quod quidam citant, *l. 5. §. ſatis acce-*
ptio ff. de verb obligat. l. ſi vero. §. ſed etſi reum, D. ſolut.
matri. nihil ad rem facit. Eſt enim [illegible], cum
in illis locis legendum ſit, adpromiſſorem, vel adpro-
miſſores, vt Pandectæ Florentinæ euincunt, atteſtan-
tibus Coraſio *ibid. num. 5.* & Connano *lib 6. comment.*
40 *cap. 6. num. 1.* Quare † etiam animum meum ſubit du-
bitatio, an verum ſit, quod Petrus Rebuff. *in l. ſponſio,*
D. de verb. ſignif. ait, ſtatuta loquentia in fideiuſſori-
bus, habere etiam locum in expromiſſoribus: Nam
primum ſtricta ſtatutorum ratio illud vix patitur,
deinde contrariam quoque ſententiam video placuiſ-
ſe Baldo *in d. l. in perſona, §. 1. verſ. tertio nota, D. de pact.*
quem ſequitur Iaſ. *n. 3.* & Ioan. Franciſc. à Ripa *in l. 4. §.*
ait prætor. D. de re iudicat.

41 Nunc † reſtat, vt excutiatur, quatenus ſubſiſtere
poſſit quorundam opinio, ſtatuentium, expromiſſo-
rem propriè definiri eum, qui pro illo promittit, &
principaliter obligatur, qui ipſe efficaciter non eſt
obligatus. Ita enim ſentiunt Hippolyt. *in Rubr. de*
fideiuſſor. num. 4. Angel. Lud Roman. Imol. & Alexan.
in l. 5. § ſatis acceptio, D. de verbor. obligat. latè Pariſius
conſilio 110. numer. 14 libro 1. Barbat. *conſilio 87. numero*
13. & 20. volum. 5. Roderic. Suárez. *in declarat. ll. fori,*
tit. de comperendinat. §. vlterius quæritur. numer. 4. mihi
pag. 189. quidam Gallus *in Rubr. numero 53. & ſeq ff. de*
verb. oblig. Oldendorp. *in lib de iure ſingul. cap. de pri-*
uileg. fideiuſſ. num 2. Schneidwin. *in princ. tit. Inſtit.*
de fideiuſſ nu. 10. Bertazol. *in tract. clauſul. inſtrumental.*
clauſ. 39 gl. 1. nu 7. Anton. Quetta *in conſ. 54 nu. 8. verſ.*
quoniam expromiſſor. nouiſſimè Anton Pichard. Vinnie-
ta *in Rubr. num. 4. Inſtit de fideiuſſ.* Qui quidem omnes
poſt gloſ. *in Nouell 4. de fideiuſſ. §. 1. & in l. Stychum. §.*
additio. verb. interceſſor. D. de ſolut. mouentur per *l. &*
eleganter, §. ſeruum paciſcentis, D. de dol. l. hoc iure, §. ſi quis
ſeruo, D de donat. l. aliquando, D. ad SC. Velleia. Secutuſ-
que eſt illos doctiſſ. Alciat. *lib. 1. Parerg. cap. 2.* & nouiſ-
ſimè Gothofred. quoque *ad Rubr. D de fideiuſſ.*

42 Sed † ab huiuſmodi opinione merito diuortium
faciendum eſt, concludendumque, etiam hunc rectè
dici expromiſſorem, qui promittit pro eo, qui erat
efficaciter obligatus, id quod antea placuit quoq; Iaſ.
in d. l. 4. §. ait prætor. numero 3. D. de re iudic. Rebuffo
in d. l ſponſio. mihi pag. 81. D. de verbor. ſignificat & rectè.
Quis enim dubitat, eum, qui ſoluere condemnatus eſt
efficaciter obligari, ita vt etiam ſtatim execut iri poſſit
ne caſſa ſit cognitio. *l. Iudicium, D. de condict. indeb. l. 8.*
C. de Epiſcop aud. Et tamen pro iſto expromiſſorem
interuenire poſſe fruſtra negaueris, *d. l. 4. § ait prætor.*
D. de re iudic.

Non aufero, *l. ſi noxali, §. 1. D. de pecul.* vbi ſeruus do-
mino ſuo pro debitore dominico expromittit, quæ
expromiſſio tantū operatur vt dominus id de peculio
deducere

Digitized by Google

deducere poſſit, *l. quod ſeruus. ff. de pecul.* Non vior
etiam *l. ſi rem. §. vlt. cum l. ſeq. ff. de pignor. actio. l. 4. ff. de*
cond. & cauſ. dat. l. quamuis. § ſi conuenerit. ff. ad Velleia.
quæ tamen omnes ſatis ſuperque commune interpre-
tum placitum euertunt: ſed adduco tantum. *l. vt res.*
53 ff. de contrah. empt. iuncto. §. vendita. Inſtit. de rer. di-
uiſ. l. profectitia. §. ſed ſi pater. l. cum dotis. ff. de iur. dot. in
quibus locis clarè probatur, etiam pro efficaci obli-
gatione expromiſſorem interuenire poſſe. Et num
hæc ſententia per leges in contrarium adductas labe-
factetur videamus.
43 Primo † obijcitur reſponſum Vlpiani *in d. l. & ele-*
ganter. §. ſeruus pactionis. ff. de dol. cuius hæc eſt ſpecies:
Seruus domino pactionem fecit de libertate, h. e. pro-
miſit certos nummos, ſi dominus eum manumitteret
44 (nam † pactionem dare, *vt in l. 3. C. de obſeq. par. & pat.*
præſt. eſt nummos pro libertate promittere, *l. 9 ſi num-*
mis. C. de op. libert. l. 1. C. de bon. libert. ſuis nummis ſe re-
dimere, *l. 53. ff. de iud. l. 4. & 5. ff. de manumiſſ. Iuſtus Lipſ.*
in comment. ad Cornel. Tacit. lib. 14. annal. nu. 109.) &
pro iſta pactione domino dedit expromiſſorem, quem
ICtus pactionis iſtius reum vocat. Verum dedit ſeruus
reum ſiue expromiſſorem ea conditione, vt poſt liber-
tatem in eum (h. e. in ſe, nam relatiuum pro reciproco
ponitur) transferatur obligatio: ſub qua conditione e-
tiam dominus pretium libertatis ab expromiſſore eſt
ſtipulatus. Quia igitur ſeruus poſt manumiſſionem de-
mù in ſe transferri petit obligationem; ergo inquiunt
Interpretes, antea in ipſius perſona non ſubſiſtit, & per
conſequens expromiſſor interuenit pro non obligato
ſeruo. Rectè quidem illi, quatenus ſeruum de pecunia
pro libertate danda cum domino paciſcentem non o-
bligari efficaciter volunt, nam ſi eum promiſſa eſſet
pecunia domino à ſeruo, vt eum manumitteret, do-
minus eam à ſeruo poſteà ſtipulatus non fuerit, habet
tantum aduerſus eum in factum actionem, *l. promiſſa.*
C. an ſer. pro ſuo fact. Sed male ijdem, quatenus in gene-
re ea ſtruunt, expromiſſorem non niſi pro non efficaci-
ter obligato interuenire poſſe; hac enim de re verbum
ibi nullum.
45 Deinde † adferunt interpretes, *l. hoc iure. §. ſi quis ſer-*
uo. ff. de donat. ibi Titius Sticho ſeruo pecuniam credi-
dit, qui eam fortè nec domini iuſſu accepit, neq; etiam
in rem domini vertit, atq; ideò non potuit oriri effi-
cax obligatio, *iur. vulgat.* Contingit deinde, vt hunc
ſeruũ dominus manumittat, vel etiam is alia ratione li-
bertatem conſequatur, creditor ſibi vigilans, ſeruum
manumiſſum liberumq; factum ſibi expromittere curat
id, quod antea ob inualidam obligationem ab eo con-
ſequi non potuiſſet, *l. cum ſeruum. ff. de negot. geſt. l. tute-*
46 *rem §. 1. ff. de admin. tut.* nam contractus † in ſeruitute
habiti pro nullis habẽtur, *l. 1. C. an ſer. pro ſuo fact.* Hinc
igitur colligunt auctores noſtri, ſeruum expromittere
id, quod antea efficaciter non debebatur; atque ideò
expromiſſorem pro eo tantum interuenire, qui ipſe
nulla cum efficacia eſt obligatus. Verum hoc conſe-
quens redarguitur illa ipſa ratione, quam proximè
audiuimus. Hoc enim conneaum eſt plane ἀσυνάρτητον
& vitio πολυπτώτου laborat: Seruus liber factus ex-
promittit id, quod antea efficaciter non debebat; Ergò
ſemper expromiſſor pro eo tantum intercedit, qui ip-
ſe non eſt efficaciter obligatus. Plus enim aſſumitur,
quam eſt in præmiſſis.
47 Multo † minus moueor, *l. aliquando. ff. ad Velleian.*
quandoquidem error τὸ ἐπίπεμπον ibi ſimiliter con-
mittitur, vt ea illis, quæ circa d. §. *ſeruus pactionis.* ſu-
perius adduxi, apparet. Nam planè eadem facti ſpe-
cies *in d. l. aliquando.* tractatur à Gaio, quæ ab Vlpia-
no *in d. §. ſeruus pactionis.* proponitur. Et quam Vlpia-
nus dicebat pactionẽ pro libertate eam Gaius pa-
ctionem libertatis appellat, quodque apud Vlpianum
eſt transferre obligationem poſt libertatem in ſeruum
manumiſſum, id apud Gaium eſt, poſt manumiſſionem
idipſum ſuſcipere, quod expromiſſor debebat. Quare
ſic tandem concludo; Expromiſſorem pro omni obli-
gatione, etiam efficaci, interuenire poſſe.
48 Secunda † ſpecies fideiuſſorum eſſe, & conſtitui
perhibetur, quando primus fideiuſſor alium rurſus dat
fideiuſſorem, quem fideiuſſorem Bald. ſubalternum
vocat, quanquam, & vicarium, ſuccedaneum, ſurro-
gatum dicere poſſis, *arg. l. quicunque C. de fund. rei pri-*
uat. lib. 11. l. 3. § penult. ff. de admin. tut. non aliter ac ſuc-
cedaneus functionis dicitur, *in l. priuilegio. 27. C. de de-*
cur. lib. 10 ſuccedaneus culpæ, *in l. 4. §. hæres. ff. de ma-*
giſt. conuen Forſter. de ſucceſſ. ab inteſt. lib. 1. c. 1. num. 6. &
ſuccedanea hoſtia olim nominabatur, quæ in alterius
locum ſacrificiis adhibebatur, *Agell. lib. 4. c. 6 Seruius*
in 8. AEneid. Apuleius l b. 8. de aſino aur. Nos vulgo
appellamus proptereà, vt opinor, quod fidem non
ſatis habentes primo fideiuſſori, alium ſuccedaneum
eligimus, qui non ſolum primi fidem ſubfulciat quaſi,
verum etiam ad quem regreſſum habeamus, ſi fortè
primus ad inopiam redigatur, ad exemplum iſtius
apud Plautum, Epidico.

Men' piacularem oportet fieri ob ſtultitiam tuam,
Vt meum tergum ſtultitia tua ſubdas ſuccedaneum.

49 Etſi vero † ſeruitus ſeruitutis non datur, nec fictio
fictionis, nec vna præſumptio recipit aliam præſump-
tionem, *Anguiſſola conſ. 36. in materia contractuum, n 5.*
50 Nec † retorſio eſt retorſionis in materia iniuriarum;
Alciat. reſponſo. 63. lib 5. nu. 6. 7. 8. quia alias fieret infi-
nita battologia, *argum l. apud Celſum. §. Marcellus ff d*
51 *doli mali except.* Nec teſtes † reprobatorij reprobato-
riorum admittuntur, *cap. venins la 3. de teſtib. Portius*
52 *conſ. 209. num. 7.* Nec vſuræ † vlla eſt vſura, nec vnius
intereſſe aliud intereſſe, *Ioan. Vincent. Hondedans con-*
ſul. tat. 50. num. 28. & 40. vol. 1. Nec acceſſio acceſſio-
nis, *l. hæres 51 §. 1. ff. de pet. hære gl. & Bald. in l. neq; eo-*
rum ff. de vſur. Quidam Iuriſconſul. *de vſur quæſt. 21. nu.*
224. Andr. Kohl. *in exercitat. legal. exercitat. 16. num. 12.*
in fin. & exercit. 11. num. 17. vbi tamen limitat. Nec
53 † commodum commodi, *l. 2. § ſi indemnitas. ff. de admi-*
54 *niſtrat. rer. ad ciuit. pertinent.* Nec † reconuentio recon-
uentionis, vt tradunt Doctores *in l. iuſiurandum. §. ait*
55 *Prætor. ff. de iureiur.* Nec † officium officij, nec lucrum
lucri, vt fuſe probat Marc. Anton. Peregrinus *de iure*
fiſc. lib 6. tit 7. num 30. & ſeqq. Nec ſuperioritas ſupe-
rioritatis *Bald. conſil. 419. nu. 1. verſic. 12. ſic arguo. vol.*
3 Andr. Knichen de ſubl. & reg. territ. iur, c. 5. n. 70. Quin
56 tamen pro † fideiuſſore fideiuſſor accipi poſſit, ne-
quaquam dubium eſt, vt ait Vlpian. *in l. Græcè 8. §. vlt.*
ff de fideiuſſor. Bartazolius *in tract. clauſul. inſtrum. clau-*
57 *ſul. 39. gloſſ. 1. num. 11.* Quemadmodum † enim pignus
pignoris. *l grege. ff. de pign. tot. tit. C. ſi pign. pignor. dat.*
ſit. Et ſubcuratorem curatoris, *l. ex facto. 30. ff. de negot.*
geſtis. Cenſum cenſus, *Vincen. Carocius deciſ. 103. per tot.*
Nominatorem nominatoris eſſe legimus. *in l. 2. C. de*
58 *peric. nomin lib. 11.* Ita † & fideiuſſor fideiuſſoris repe-
ritur, *l. ſi plures. §. ſi fideiuſſor. ff. de fideiuſſor.* cuius ratio-
nem apertiſſime explicat Claud. Cantiuncula *in para-*
phraſi Inſtit. tit. de fideiuſſor. Vnde, & vades olim dediſſe
ſuos ſubuades, teſtis eſt Agellius *lib. 16. cap. 10.*
59 Verum hoc † obſeruandum eſt, eum demum reue-
ra fideiuſſorem fideiuſſoris appellari, qui cum primus
antea per ſtipulationem ſe obligaſſet, nihilominus ta-
men ad maiorem ſecuritatem ſuam quoque fidem in-
terponit. Nam ſi cum Titio mandaſſes, vt pro te fide-
iuberet, liberandæ fidei eius cauſa fideiuſſerim, non

ſum ego fideiuſſor fideiuſſoris, ſed negotiorum geſtor, cum apud creditorem tuum Titius nondum fideiuſſerit, ſed ego ſolus fidem interpoſuerim meam, ipſiuſque negotium geſſerim, quare, & negotiorum geſtorum mihi competit actio, *l. mandaſti. §.1. ff. de negot. geſt.* Competit autem aduerſus Titium, quia ipſius gratia fideiuſſi quod verba illa, Liberandæ fidei eius cauſa, demonſtrant: Tu aduerſus Titium habes actionem mandati, inter te, & me actio eſt nulla; ſic enim ex diſtinctione Africani, quam in principio *d.l. mandaſti.* propoſuit, etiam hic dicendum.

Poſſem equidem hoc loco me latiſſime quoque
60 diffundere in tractatione quæſtionis huius, an † plures confideiuſſores vnum mutuo poſſint accipere fideiuſſorem, & ſic reſpectu huius fideiuſſoris fiant principales, ſiue in effectu creditorum ſecundorum locum ſubintrent. Verum, quia illam ipſam quæſtionem nouiſſimè ſatis eleganter, & accuratè, & quidem pro partibus affirmatiuæ ſententiæ pugnans, enucleauit Ioan. Goddæus *in comment. de contrah. & commit. ſtipul. cap. 5. concl. 10. à numer. 13. vſque ad num. 160. excluſiue* malo, lectorem ipſius operas adire, quam vt ego aut nudi ex ſcriptoris officio defungar, aut eaſdem rationes reaſſumis αὐθέντης diſcedam. Mihi vtique videtur, ipſius ſententiam non ſolum iuri magis conſentaneam eſſe, sed in foro facilius lucem ferre poſſe, quicquid etiam contra adferre Hugo Donellus olim ſit conatus.

61 Tertiam † ſpeciem fideiuſſorum conſtituit Fideiuſſor indemnitatis. Inter hunc enim, & ſimplicem fideiuſſorem diſtinguit Bart. *in l. 1. C. de commun. fiſci debit.* quem ſequitur Caſtrenſ. *conſ. 259 lib. 2.* Cacheta. *dec. Pedem. 2. num. 14.* Ferdin. Vaſq. *lib. 1. quaſt. illuſt. cap. 35.* Magon. *deciſ. Florent. 30 in fin. & deciſ. 45. nu. 1. 8 & 10.* Quanquam autem generaliter indemnitatem alicui repromittere, & de indemnitate cauere, Iuriſconſulti dicunt pro eo, quod eſt ſatiſdato, vel ſimplici, & nuda promiſſione cauere alicui, indemnem eum futurum ex eo negotio, quo de agitur, *l. cogi. 16. §. idem quærit. ff. ad Treb. l. ſi vnus ff. pro ſocio, l. illud ſciendum §. vlt. ff. de ædil. edict.* vnde indemnitatis cautio, *in d. l. cogi. §. idem quærit. & l. liberto. 31. §. 1. ff. de negot. geſt.* & indemnitatem præſtare *in l. penult. ff. de magiſt. conuen. l. tutor. pupilli. in pr. ff. ad Vellean. l. 5. C. de ſent. & interlo. om. iud. t. l. ſi mater indemnitatem promiſit.* ſiue indemnitatem repromittere, *d. l. 1. C. de conuen. fiſci. deb. t. lib. 10. l. 7. C. ad Vellean.* Tamen in ſpecie fideiuſſor indemnitatis eſt, qui ſeſe obligat ad id quod creditor à debitore ſeruare nequierit, vel qui in ſubſidium promittit, quanto minus à principali exigi poteſt, *l. 6. ff. de nouat. l. tutor. §. quid ergo ff. ad Vellean. l. 7. ff. de fideiuſſ. tutori* vel qui in reliquum non exolutæ quantitatis accedit, *l. in fraudem § ſi principalis ff. de iure fiſci.* Vnde etiam Maranta. *in ſpecul. aur. p. 6. memb. 8. num. 19.* inquit. Fideiuſſionem indemnitatis præſtari quoque extra iudicium, ſcilicet quando aliquis promittit extrahere aliquem indemnem ab aliqua obligatione (ſic enim loquitur) vel promittit ipſum conſeruare indemnem, de quo latius videndus Specul. *in tit. de conſeruat. indemnit.* (vbi promiſſionis iſtius formas præſcribit) & Hieron. Gratus *in reſponſ. 53. num. 5. vol. 1.* vbi dicit, quod verba hæc: Voluit teneri ad conſeruandum ſine damno promittentem pro principale debitore, &c. fideiuſſorem indemnitatis deſignent.

62 Noſtrates fideiuſſorem † indemnitatis nominant (& eatenus quidem rectè) qui in ſolidum obligatus non eſt. *Gail. lib. 2. obſer. 27. n. 13.* quandoquidem cautio ipſius damnum auertere ſolet. *l. aliud. 72. §. vlt. ff. de verb. ſignif. Eman. Suarez. in com. opin. lit. F. n. 166. Coler. de proceſſ. execut. p. 1. c. 10. num. 35.* Et hoc amplius fideiuſſorem indemnitatis, in ſolidum non obligatum, vnum & eundem cum fideiuſſore fideiuſſoris, Eum coulaudatorem faciunt, vt patet ex Galio *d. num. 13.* Ioannem Schneidevv. *in §. in omnib. num. 6. Inſtit. de fideiuſſ.* & Hieron. Treutlero *ſelect. diſput. vol. 2. diſput. 18. theſ. 3. lit. E.* Sed profectò male. Non enim omnis fideiuſſoris eſt fideiuſſoris indemnitatis, cum etiam ab initio in ſolidum teneri poſſit fideiuſſor fideiuſſoris, quod ſe aliter habet in fideiuſſore indemnitatis, qui in id tantum tenetur, quanto minus creditor à debitore conſequi poteſt, vt poſteà oſtendetur: & ante me eleganter deduxit poſt Fornerium Dn. Ioan. Goddæus *in l. ſi ita 150. ff. de verbor. ſignificat.* Interim non nego, etiam pro primo fideiuſſore alium fideiuſſorem intercedere poſſe, qui quidem non ſolidum, ſed indemnitatem tantum promittat, quemadmodum quotidie fieri videmus.

63 Quarto, ICti † noſtri quendam fideiuſſorem exercitationis litis faciunt, eumque à fideiuſſore iud. cau. i actionis ſeparant, *l. Græce. §. & poſt litem D. de fideiuſſor.* quem Antonius Imp. *in l. 1. C. ad Senatuſconſult. Trebellian.* fideiuſſorem de exercenda lite appellant. Optime. Nam fideiuſſor iſte ad litem, & pro lite dari, *in l. ſi quo tempore 41. D. de petit. hered. l. ſi forum 11. D. iud. ſolui. Authent. & qui iurat in ſin. C. de reb. auct. iud. poſſ.* & hoc amplius quaſi defenſor iudicium ſuſcipere dicitur, *in l. verum, §. 1. vbi Gabriel. Mudæus nu. 1. ad notat ff. pro ſocio.* quia ſcilicet vel iudicio ſiſti, vel rem defendi, & iudicatum ſolui promittit. Sed etſi ſpeciale nomen habet is fideiuſſor, ita vt fideiuſſor exercitationis litis dicatur, caue tamen, vt inde ſeparatam aliquam ſpeciem conficias. Nam eadem ratione, quot eſſent ſpecies negotiorum, tot etiam eſſent ſpecies fideiuſſorum præter rationem vllam, *l. vltima. ff. de fund. inſtructo,* & dictum eſt ſupra hoc capite, *num. 14.*

64 Denique † fit mentio Confideiuſſorum, qui ſunt illi, qui con, hoc eſt, ſimul fideiubent, & in eandem ſummam ſtipulatione ſe obligant, *l. ſi dubitet. l. Paulus 59. ff. de fideiuſſor.* qua ratione etiam in iure Canonico (quamuis barbare) Concanonici, Coniudices habentur, vt innuit Albert. Gentil. *de nupt. lib. 1. cap. 10. mihi pag. 1. 2.* Nam non ſolum verbis ita conceptis fideiuſſores ſua fide eſſe iubere ſolent: Solidum aut partem virilem *l. inter eos. 51. in pr. ff. de fideiuſſor.* Si igitur à Titio ſtipulatus, fideiuſſorem te acceperim, deinde eandem pecuniam ab alio ſtipulatus, alium fideiuſſorem accipiam, confideiuſſores non eritis. quia diuerſarum ſummarum eſtis fideiuſſores, *l. ſi à Titio. 43. d. l. inter. duo. ff. de fideiuſſor.*

65 Etſi vero conſponſores † à Cicerone propriè dicuntur, qui à ICtis rei debendi, hoc eſt qui eiuſdem obligationis ſunt debitores, vt cum ad Atticum *libro 12.* ſcribit: *Velim. des operam, vt inueſtiges ex conſponſorum tabulis, ſitne ita.* quod placet præceptori D. Woſenbec. *in Parat. ff. de duob. reis. in princ.* & Ant. Cordubæ de Lara. *in repet. l. ſi quis à liberis. §. ſi quis ex his. nu. 109 ff. de lib. agnoſ.* Quia tamen ſupra probaui, fideiuſſores etiam rectiſſimè dici ſponſores, quid obſtat, quominus confideiuſſores dicamus conſponſores? Confirmatur ſanè id eiuſdem Ciceronis auctoritate, qui ad Lepram *lib. 6. Epiſt. 18.* hunc in modum ſcribit. *De negotio tuo, quod ſponſores pro Pompeio, ſi Galba conſponſor tuus redierit, non deſinam cum illo communicare.* Vbi ſicut ſponſor fideiuſſorem, ita & conſponſor confideiuſſorem procul dubio ſignificat.

66 Non ignoro † tamen, apud Sextum Feſtum Pompeium conſponſorem etiam definiri coniuratorem, qui, vt opinor, à noſtri vocatur compurgator, *in c. preſbyter. 2. quaſt. 4. c. quoties c. fin. extr. de purgat. Canon. Or-*

d. n.

Digitized by Google

d:n.Cam. Imp.p.2. tit.10. §.1. in fine. Andr. Gail.de pac. pub.l.1.cap 7.num.32 & Meooch.*de arbitr.iud qq.caſu 274.nu,6.* Anton. Teſſauro *dec.46.nu.24.& ſeqq.* Petro Heigio *quæſt iuris part.1. quæſt.40. num.53.* (vbi huiuſmodi teſtimonia maxima ſuſpicione laborare dicit)
67 quos compurgatores iura feudalia † Sacramentales appellant,qui quamuis rei, de qua ambigebatur,teſtes non fuiſſent, tamen ex eius, cuius res agebatur,animi ſententiam§ in eadem quæ ille verba iurabant, ipſius videlicet probitate, & innocentia confiſi, qui mos vſitatiſſimus fuit Francis ex lege Saliqua, & poſtea apud Hungaros manſit, vt pulchrè deducit Wolffgang, Lazius *comment. lib.4. cap.7. mihi pag.525.* Textus ad rem eſt expreſſus, *in cap.vnic. §. cum autem ſi de inueſt. feu.cont.ſit.* Carol Magnus *in ſuis conſtit. fol.63.l.3. Homo ingenuus,* inquit, *qui mulctam ſoluere non poteſt, & fideiuſſores non habet, licet ei ſemetipſum in vadium mittere, donec perſoluat, aut duodecim iurent, aut ſi ille, qui cauſam quærit, 12.hominum ſacramentum recipere noluerit, aut cruce, aut ſcuto, & fuſte contra eum decertet.* Refert amicus meus D.Godelman.*in tract.de Magis lib.3. c.5.nu 9.* Quod apud maiores noſtros vulgo dicebat, compromiſſores mutui. Sed & apud eundem antecitatum Sext. Feſtum Pompeium legitur conſponſos
68 † antiquis dici ſolidos fide mutuá colligatos, vel vt ait Varro *lib.6.de ling. Latina.* contra ſponſum rogatos, hoc eſt, ad ſpondendum. Quamquam, & Ianitrices, quæ veterum gloſſis ſunt Δυο ἀδελφῶν γυναῖκες, hoc eſt, duorum fratrum vxores, vt ait Modeſtin. *in l. non facile. §.4. ff.de gradib.* fratrias, & conſponſos dici poſſe, probat Scipio Gentilis *lib.2. parergon. cap.11.* vbi vide.

CAPVT V.

Quæ perſonæ fideiuſſores dare cogantur, vel etiam dare poſſint.

SVMMARIA.

1 *Perſona ante quærenda eſt, quam iuris ratio.*
2 *Arbitrio iudicis relinquitur, quæ ſit iuſta cauſa præſtandæ cautionis.*
3 *Venditor præſcribit emptori legem contractus, & creditor debitori.*
4 *Ditiſſimus quoque fideiuſſorem dare cogitur, ſi creditor expoſcat, quod late oſtenditur vſque ad nu.33.*
5 *Credi vult ſibi quiſque, & habita fides obligat fidem.*
6 *Honeſtiores non libenter patiuntur nomina ſub inſtrumentis inſcribi.*
7 *Soluere,qui bene vult, etiam bene ſe obligari patitur.*
8 *Timidi ſunt multi ad iurandum.*
9 *Idoneus facultatibus nihilominus tenetur ſatiſdare.*
10 *Communis opinio eſt in contrarium, & num.11. Sed refellitur num.12.*
13 *L.1.§. Si magiſtratus.ff.de magiſtrat.conuen.explicatur.*
14 *L.1.ff. de cuſtod.reor.examinatur.*
15 *Arbitraria certam, & generalem regulam non conſtituunt.*
16 *Fruſtratoriis cautionibus non eſt vtendum.*
17 *Dicti ratio non debet eſſe eadem cum dicto.*
18 *Creditor non eſt culpandus, qui cum poſſet ſolutionem exigere non admittit ſatisfactionem.*
19 *Fideiuſſorem iure exigit, qui pecuniam retinere poſſet.*
20 *Imperator ipſe dat fideiuſſores.*
21 *Senatus pop. Rom. prædes dedit populo.*
22 *Imperator Henricus V. dedit fideiuſſorem Ioannem Regem Bohemiæ.*
23 *Rex Galliarum Carolus VII. dedit fideiuſſores pro mutua pecunia. Idem fecit Rex Daniæ Chriſtianus I. Lubecenſibus.*
24 *Duces belli militem in Imperio conducentes coguntur præſtare fideiuſſionem de indemnitate.*
25 *Epiſcopi, & prælati pro obſeruatione capitulationum, ex notoria Germaniæ conſuetudine coguntur dare fideiuſſores.*
26 *Principes natu maiores aliquando, pro obſeruatione pactorum familiæ, dant fideiuſſores.*
27 *L. quicunque. C. de fund. patrim.lib.11.explicatur.*
28 *L. de creationibus.C. de Epiſcop. audien. explicatur.*
29 *Authentica cui relictum.C.de ind:ct.viduit explicatur.*
30 *Soluendo hodie exiſtens, fieri cras poteſt non ſoluendo.*
31 *Obligatos plures nos habere noſtra intereſt.*
32 *L. ſciendum. D. qui ſatiſd. cogan. explicatur.*
33 *Creditor onereſus, & debitor delicatus, non ſunt audiendi.*
34 *Creditor acerbus,aut contumelioſus eſſe non debet.*
35 *Inſolentia curioſa damnatur.*
36 *Satiſdatio bona fide petenda eſt, non mala mente.*
37 *Debitor de fuga ſuſpectus ſatiſdare cogitur præciſè. Eaque eſt Doctorum communis opinio num.39.*
38 *Debitor talis quocunque loco, & tempore, etiam feriato, capi, detineri, & in carcerem conijci poteſt.*
40 *Fideiuſſores ille ipſe debitor præſtat de iudicio ſiſti, & de iudicatum ſoluendo. Contrarium aliquibus placuit. num 42. Sed refellitur, num.43.*
41 *Iudex incompetens debitorem de fuga ſuſpectum ad ſatiſdationem compellere poteſt.*
44 *Debitor in diem de fuga tempore obligationis iam contractæ ſuſpectus, non cogitur præſtare cautionem.*
45 *Debitor de futura inopia, futuroué dolo ſuſpectus, ſatiſdare cogitur.*
46 *Suſpicio autem illa prius eſt probanda.*
47 *Dies incertus habet vim conditionis.*
48 *Ante diem, vel conditionem agens malè agit.*
49 *Debitor in diem, vel ſub conditione, aliquando cautionem, aliquando ſatiſdationem præſtat.*
50 *L. in omnibus ff. de iudiciis explicatur.*
51 *Papinianus plurimi ſemper fecit Sabinum.*
52 *Specialia, & generalia iudicia quænam ſint.*
53 *Iudicia bonæ fidei, & ſtricti iuris in hoc paſſu, quomodo differant, & nu.57.58 59.60.61.*
54 *Socius in diſſolutione ſocietatis tenetur aliquando cauere.*
55 *Petri Peckij ſententia refutatur.*
56 *Bartolus cum quadam opinione non admittitur.*
62 *Actio de peculio nonnunquam bonæ fidei eſſe poteſt. Et num.63.*
64 *Actiones noxales ſunt adiectitiæ qualitates aliarum actionum.*
65 *Actio arbitraria non eſt propria ſpecies actionis, ſed adiecta quædam qualitas.*
66 *Carbonianum edictum aptatur omnibus bonorum poſſeſſionibus.*
67 *Arbitraria iudicia origine ſua ſunt ſtricta. Et num.68.*
69 *L. grege. §.penul. ff. de pignorib. explicatur.*
70 *Actiones legatorum, & fideicommiſſorum ſunt ſtricta.*
71 *Cautio, cuius meminit l.in omnibus. ff. de iudiciis. eſt iudicialis.*
72 *Leges fugitiuæ quænam ſint.*
73 *Hæreditatis, tàm directa, quàm fideicommiſſaria nomine ſatiſdatio interponi ſolet.*
74 *L. creditoribus. ff. de ſeparationibus explicatur.*
75 *Cautio communis quænam ſit?*
76 *L.3. ff.de condict. cauſa dati.intellectus.*
77 *L. ſi creditores. ff. de reb.auct.iud.poſſid.intellectus.*
78 *Actio pro ſocio cur generalis dicatur?*
79 *Debitor, qui bonis ceſſit, cogitur ſatiſdare de ſoluendo reſi-*

duo, ſi ad pinguiorem fortunam perueneris. Et num. 85.86.*&* 88.

80 *Debitori bonis cedenti ſaltem veſtis eſt reliquenda.*

81 *Debitor bonis cedens bona ſua extantia mediante iuramento ſuo ſignificare cogitur.*

81 *Formula ſententia, qua iſtiuſmodi iuramentum iniungitur.*

83 *Maritus nequitia ſuſpectus de dote ſuis diebus reddenda cauere cogitur.*

84 *Socius ſimiliter cautionem praſtare neceſſum habet.*

87 *Paupertate ceſſante, ceſſat etiam priuilegium.*

89 *Cautionis nomine quid veniat? Et num* 91.

90 *Obligatus ad promittendum, non tenetur ad ſatiſdandum.*

92 *Cautio idonea, plena competens, ſufficiens, quanam ſit?*

93 *Statutum quoddam Lubecenſe declaratur.*

94 *Moratorium reſcriptum, vt quis obtineat, opus eſt cautione idonea. Et num.*131.

95 *L. verum. §. item videndum ff. pro ſocio declaratur.*

96 *Cedens bonis non abſque ratione ad ſatiſdationem compellitur.*

97 *Iuratoria tamen cautioni aliquando eſt locus.*

98 *Formula ſententia, qua iſtiuſmodi cautio iniungitur.*

99 *Beneficium ceſſionis fideiuſſori non prodeſt.*

100 *Reſcriptum moratorium quid ſit? Et num.*101.

102 *Quid vocent Saxones Saluum conductum?*

103 *Moratoria reſcripta quinquennalia, non dantur decoctoribus. Et num.*105.106.107.

104 *Decoctores quinam ſint, & quid ſit decoquere. Item quinam dicantur Conturbatores, Falliti, Bancerupti.*

108 *Senecæ quidam locus inducitur.*

109 *Pauperi ſiue bono, ſiue malo ſubueniendum eſt de iure canonico.*

100 *Aequitas iuris rigori in foro poli praferitur.*

111 *Decoctores publicè puniri Reip. intereſt.*

112 *Odioſum, aut rigoroſum non eſt: quod ob publicam vtilitatem conſtituitur.*

113 *Futura mala debent caueri non iniquis conſuetudinibus foueri.*

114 *Senatuſconſultum Macedonianum etiam in foro conſcientia toleratur.*

115 *Aequitas non ſcripta non eſt ſequenda.*

116 *Aequitas ſomniata idiotarum, ac Gynaceorum nihil eſt curanda.*

117 *Aequitas cerebrina apud Petrum Heigium quanam ſit.*

118 *Exempla pœnarum ſeueriſſimarum in decoctores. Et nu.* 119.110.121.122.113.

114 *Moratorium reſcriptum pro quo debito detur. Et num.* 125.

126 *Quinquennalia indulto finito non eſt amplius locus ceſſioni bonorum. Et num.*127.

128 *Cedens ſemel bonis, iterum bonis cedere poteſt.*

129 *Creditor dans diem debitori, cautelam ad ſoluendam pecuniam ab eo exigere poteſt.*

130 *Imperatores non tribuunt beneficia in alicuius iniuriam.*

131 *Nec prætor.*

132 *Fideiuſſio in materia l. vniuerſa. C. de precib. Imp. off. non aliter prabetur; quam ſi fuerit à creditoribus petita. Ratio ponitur num.*134.

135 *Moratorium reſcriptum non debet extendi vltra quinquennium. Aliter tamen ſentiunt alij, vt nu.*136.

137 *Quinquennium cur non liceat excedere. Et nu.*145.

138 *Quinquennium multum eſt temporis.*

139 *Quadriennium magnum eſt tempus.*

140 *Diu durare non dicitur, quod decennio durat.*

141 *Actio nulla cur vltra quadruplum extendatur?*

142 *Saxones in praſcriptionibus cur annis aliquot dies adjiciant?*

143 *Pythagoras cur diſcipulis ſuis quinquennale ſilentium indixerit.*

144 *Sedecim caſus quinquennij praſcriptione terminantur remiſſiuè.*

146 *Debitoris conſenſus non ſemper requiritur in conſtituendo fideiuſſore. Et num.*147. 148. 149. 150. 131. *&* 151.

153 *Fideiuſſorem dans non fatetur ſe eſſe debitorem. Et nu.* 158. *Limitatur tamen num.*175.176.

154 *Captura, licet iniqua, conſenſiſſe cenſetur, qui vltro praſtat fideiuſſorem de non recedendo. Et nu.*157.

155 *Violentia in actu apud iudicem non praſumitur.*

156 *Captus iniuſtè, ſi non reclamet, valet contra illum ſententia, & executio.*

159 *Familia erciſcunda, qui agit, non confitetur ſibi aduerſarium eſſe haredem.*

160 *Actionem ſibi edi petens, non conſentit in iuriſdictionem iudicis.*

161 *Agens in rem non fatetur aduerſarium eſſe poſſeſſorem.*

162 *Exceptionem objiciens, non videtur illico de intentione aduerſarij confiteri.*

163 *Epiſtola, qua quis coharedem ſibi eſſe cauit, non dat vllam petitionem aduerſus poſſeſſorem rerum hareditariarum.*

164 *Confeſſio debiti nulla, ſine cauſa, non probat verum debitum.*

165 *Emens rem aliquam non confitetur eam eſſe venditoris.*

166 *Litirenuncians non fatetur aduerſarium ius habere.*

167 *Confiteri videtur crimen, qui paciſcitur.*

169 *Innocentia optima eſt apologia.*

170 *Conſentit in iudicem, qui ab aduerſario petit ſatiſdationem de iudicato ſoluendo, vel qui ipſemet ſponte ſatiſdat de iudicio ſiſti.*

171 *Argumentum à iudiciis ad contractus valet.*

172 *Errantis nullus eſt conſenſus.*

173 *Coactus ſatiſdare non praſumitur conſenſiſſe.*

174 *Actus neceſſitate factus conſenſum non infert.*

177 *Partem poſt fideiuſſoris dationem, vltro ſoluens, fatetur ſe eſſe debitorem.*

178 *L. vlt. C. Ne vxor pro marito. & l. Lucius. §. teſtator, ff. de legat. 2. explicantur.*

179 *Obligationem ex parte approbare, & ex alia parte improbare abſurdum eſt.*

180 *Agnitio partis agnitionem totius.*

181 *Repraſentatio legati ante diem eſt quadam gratia.*

181 *Ante diem petens male agit.*

183 *Liberalis nemo exiſtit in neceſſitatibus.*

184 *Baldi, & Socini argumentis reſpondetur.*

185 *Iuramentum de non vindicando carcere vindictam iuridicam non excludit.*

186 *Querela imprimis Iure Saxonico admittitur.*

187 *Querela per nudam copiam probari poteſt, etiam in Camera Imperiali.*

188 *Verba, Ego me vindicabo, querela, quomodo accipienda. Et num.*189.

190 *Interpretatio in re dubia debet fieri in meliorem partem.*

191 *Relaxatio ad effectum agendi peti poteſt.*

192 *Citationem pro ceſſatione querela, & confeſſionis petere eſt tutiſſimum.*

193 *Proteſtatio conſeruat ius proteſtantis.*

194 *Bartoli ſententia refellitur.*

195 *Metu vel vi compulſus non prorogat iuriſdictionem.*

196 *Vſufructuarius quam cautionem praſtet.*

197 *Mulier nobilis vſufructuaria, modo idonee caueat, praſertur ſucceſſoribus feudi in pecunia, alias ſub vſuris collocanda.*

198 *Vtiliter cauere eſt ſatiſdato cauere. Et nu.*199.

200 *Vſufructuarius quandoque admittitur ad iuratoriam cautio-*

cautionem. Et nu.201.102.203 204.205.206.& 207.

208 *Donans omnia bona, retento ſaltem vſufructu tempore vita ſue, non tenetur præſtare cautionem de utendo arbitrio boni viri.*

209 *Teſtator non poteſt in præiudicium hæredis vſufructuariam cautionem remittere. Et num.210.& 211.*

212 *Cautio vſufructuaria ab hærede rectè remittitur.*

213 *Fiſcus cautionem vſufructuariam non præſtat.*

214 *Tutor, & curator fideiuſſorem dare tenentur, rem pupilli vel adulti ſaluam fore. Et num.215.*

216 *Satisdationis omiſſio tutelæ nullitatem operatur, maximè de iure imperij Romano. Germanici.*

217 *Satiſdatio hæc præciſè fideiuſſores exigit. Et nu.220.*

218 *Stipulatio rem pupilli ſaluam fore, eſt prætoria.*

219 *Prætoria ſatiſdationes perſonas deſiderant.*

220 *Tutorum, & Curatorum bona pupillis, & minoribus vi tacita hypotheca ſunt obligata. Fallit iure Saxonico, vt num.221.*

222 *In ordinatione Iuſtitiæ Archiepiſcopi Treuirenſis, nec non ſtatutum quoddam Luneburgenſe inducitur. numer.223.*

224 *Maritus olim propter dotem vxori pignus dabat.*

225 *Bona tutoris hodie vel expreſſè vel tacitè ſunt pro ſatiſdatione.*

226 *Cautio curatoria tutorum vel curatorum non admittitur.*

227 *§. nos autem inſtit. de Attil. tutor explicatur.*

228 *Formula ſententiæ, in puncto exceptionis non præſtitæ ſatiſdationis.*

229 *Cautela quædam Barthol. Capollæ, ad euitandum tutelæ onus, ex Pioggio, & Manzino refellitur.*

230 *Municipes intendens cedere bonis, vt euitet munus publicum, ad ceſſionem non admittitur.*

231 *Tutores curatoreſque omnes ſatiſdare coguntur, exceptis ſaltem teſtamentariis, & ex inquiſitione datis, de iure communi, ſecus de iure noviſſimo Imperij, nu.232.233. 236.& 237.*

234 *L. Græco. §. à tutore. ff. de fideiuſſorib. explicatur.*

235 *Fideiuſſori non ſubuenitur, quando ſciebat difficultatem tempore fideiuſſionis.*

238 *Materia tutelarum vbi tractetur remiſſiue.*

239 *Titulus operis ſæpe eſt reſpiciendus.*

240 *Tutor de iure Saxonico non dat fideiuſſorem, ſi ſit pupilli hæres, ſed refutatur, nu 41.*

242 *Curator bonis datus an cum fideiuſſoribus ſatiſdet, arbitrio iudicis relinquitur.*

245 *Accuſator præſtat fideiuſſionem, de accuſatione proſequenda. Et nu.246.247.248.249 & 250. vbi de conſuetudine Germaniæ, & Saxoniæ non nihil attexitur.*

244 *Inſcriptionis ſolennitas obſoleuit.*

251 *Accuſator idoneam ſatiſdationem præſtare non valens, poteſt vna cum reo in carceribus detineri.*

252 *Imputatus de homicidio cogitur aliquando præſtare fideiuſſorem de ſe præſentando, licet cadauer non appareat.*

253 *Inculpatam tutelam allegans etiam aliquando fideiuſſores dare tenetur.*

254 *Accuſatoris procuratorem ſufficienter legitimatum eſſe, & certum domicilium deſignare, nec non ſatiſdationem idoneam, & guarandam præſtare oportet. Et n.255*

256 *Forma ſententiæ, ſi partes ratione præſtitæ ſatiſdationis conuenire nequeant.*

257 *Guaranda etiam in criminalibus exigitur.*

258 *Forma aliæ ſententiæ, ſi accuſatus præſtitam ſatiſdationem inſufficientem eſſe alleget.*

259 *Forma aliæ ſententiæ, de deponenda certa ſumma pecuniæ loco ſatiſdationis.*

260 *Pecunia deponenda adnumerari, & recognitio magiſtratus deſuper peti debet.*

Antonius Heringius.

261 *Rerum depoſitarum nomine ſcriptura confici ſolet.*

262 *Forma ſententiæ, ſi accuſator in probatione deficiat.*

263 *Forma ſententiæ definitiuæ, ratione deſignatarum expenſarum.*

264 *Accuſatus quando fideiuſſorem præſtare teneatur, per diſtinctionem explicatur.*

265 *Forma ſententiæ, qua accuſato ad obtinendam relaxationem, præſtatio fideiuſſorum iniungitur.*

266 *Fideiuſſio pro accuſatis præſtita per vniuerſitatem, proſequentem iniuriam particularium, ſi vniuerſitas cauſam proſequi nolit, prodeſt nihilominus ſingularibus, iniuriam ſibi particulariter illatam proſequi volentibus.*

267 *In ducatu Pomeraniæ, ſi ceſſio actionum criminalium forte fiat, vtraque pars, hoc eſt, tam cedens, quam ceſſionarius fideiuſſores præſtare tenetur, ceſſionem fieri abſque dolo malo.*

268 *Arrogator impuberis fideiuſſorem dare tenetur.*

269 *Veſticeps olim tantum arrogari poterat.*

270 *Impubes etiam hodie arrogari poteſt.*

271 *Cautio fideiuſſoria tamen requiritur.*

272 *Seruus publicus quis ſit?*

273 *Serui non poſſunt eſſe Tabularij.*

274 *Tabularij olim re vera erant ſerui.*

275 *Serui publici vnde dicti?*

276 *Serui Principum, fiſci, ciuitatum, municipum, collegiorum, aerariorum, & coloniarum, quales fuerint. Et nu. 277.278 279.280.281.282.*

283 *Seruo publico in quamplurimis cauſis cauebatur.*

284 *Accurſii error detegitur.*

285 *Tiraquellus Forſtero Calepinus iuris vocatur.*

286 *Parentes vnientes liberos primi matrimonij, in ſecundis nuptiis non onerantur aliqua ſatiſdatione.*

287 *Libertus, qui ſe operas præſtaturum iurauit, fideiuſſorem præſtare neceſſum habet.*

288 *Exceptio competens liberto, competit etiam eius fideiuſſori.*

289 *Mora liberti obeſt etiam eius fideiuſſori.*

290 *Operas ab ingenuis exigere quoquo pacto eſt vetitum.*

291 *Supplicans à ſententiis præfectorum prætorio, & condignam fideiuſſionem præſtans ſententiæ executionem obtinere poteſt.*

292 *Ioannis Ludouici Benderi laus, & encomium.*

293 *Receſſus deputatorum Imperij de Anno 1600. in §. ſi aliquis ſupplicauerit intellectus.*

294 *Supplicatio in auth. quaſupplicatio. C. de precib. Imp. offer. quomodo accipiatur.*

295 *Supplicatio in d. Receſſu deputatorum Imperij quomodo accipiatur.*

296 *Præſides prouinciarum quandoque fideiuſſores exhibent, de probe adminiſtrando officio.*

297 *Præfecti montis pietatis idoneos fideiuſſores dare coguntur.*

298 *Mons pietatis quando inſtitutus, remiſſiue.*

299 *Hæres quandoque præſtatione fideiuſſorum grauatur. Quod ampliatur num 302.305.306.*

300 *Fiſcus hæres non ſatiſdat.*

301 *Ciuitates nudæ repromiſſioni relinquuntur.*

303 *Stipulatio de legato ſoluendo, poſt litem de legato conteſtatam non rectè præſtatur. Secus eſt in ſtipulatione quæ propter l. Falcidiam interponitur. num.304.*

307 *Maioratus poſſeſſor tenetur de re ipſius maioratus reſtituenda ſatiſdare.*

308 *Bonorum poſſeſſionem agnoſcens tenetur ſatiſdare.*

309 *Miniſter à teſtatore ad diſtribuenda legata electus non ſatiſdat.*

310 *Ripam munire volens debet vel cauere vel ſatiſdare.*

311 *Publicani, & conductores vectigalium fideiuſſores dare fuerunt obſtricti, & num.321. & 322.*

312 *Publicani erant fere equites Romani, ex quibus rurſus*

alij Mancipes, alij Prædes, Socij. Et num. 314. & 315.
313 *Decumani, Portitores. Pecuarij, quinam fuerint.*
316 *Publicani ſiue patresfamilias, ſiue filij familias datione fideiuſſorum onerabantur*
317 *Fiſcus habebat ſua vectigalia.*
318 *Ciuitates ſimiliter obtinebat ſua vectigalia, quæ deinde alij conducebant.*
319 *Vectigalia in laſtrum locabantur.*
320 *Publicanorum ſumma audacia, & temeritas.*
311 *Publicanorum bona tacite erant hypothecata fiſco.*
313 *Conductores prædiorum, Emphyteuta, Coloni, & ſimiles perſonæ præſtant fideiuſſores. Et nu. 324. 325. 326. 327.*
328 *L. litibus. C. de agricol. & cenſit. lib. 11. ſenſus oſtenditur.*
329 *Declamare quid ſit?*
330 *Dominum poſſidere, cautionem cauere, actiones agere, chirographum cauere, qua ratione dicatur.*
331 *Tributorum illatio retardari non debet.*
332 *Nuntij Cam. Imp. fideiuſſores præſtant de probe exercendo officio ſuo.*
333 *Aduena, ius ciuitatis & vt boni ſiue ſint ambientes, antequam admittantur, coguntur dare fideiuſſores, ſe legitime natos, nec alicuius proprios homines, aut libertinos eſſe.*
334 *Pupillus abſque tutoris auctoritate fideiuſſorem dare nequit.*
335 *L. Marcellus ff de fideiuſſoribus. examinatur. Et n. 363.*
336 *Opinio Corij, Rauardi, Duareni, & Cuiatij non admittitur.*
337 *L. ſi pupillus 127. ff. de verb. obligat. explicatur. Et numer 338.*
339 *Verbum ſubuenire, non ſemper ſignificat reſtitutionem in integrum.*
340 *Fideiuſſor à pupillo datus aliquando ex poſt facto obligatur.*
341 *L. ſi pupillus 35. ff. de receptis explicatur.*
342 *Iuliani Iuriſconſulti magna auctoritas in iure noſtro.*
343 *Accurſiani intellectus ad d. l. ſi pupillus. examinantur.*
344 *Auctoritas tutoris in continenti interponi poteſt.*
345 *Petitio infert actionem.*
346 *Pupilli obligatio iure ciuili eſt nulla.*
347 *Stipulatio omnium inefficaciam obligationum vinculum.*
348 *Naturalium obligationum nomine competit aliqua actio.*
349 *L. 2. C. de fideiuſſ. minor. & l. naturaliter. ff. de condict. indebiti intellectus.*
350 *Fideiuſſor pupilli tenetur ratione ſuæ propriæ obligationis.*
351 *Acceſſoria obligatio non irritatur, quæ non eſt æque fauorabilis, quando contractus irritatur aliquo fauore.*
352 *Acceſſorium tenet, quando principale tollitur aliquo iure ſpeciali.*
353 *Fideiuſſor pro prodigo, & furioſo datus an obligetur; Diſtinguitur, num. 355. & ſeqq.*
354 *L. is cui bonis. ff. de verb. oblig. explicatur.*
356 *L. ſi à reo. §. ſi à furioſo, ff. de fideiuſſor. intellectus.*
357 *Argumentum à natura ſumptum validum eſt.*
358 *Naturam rerum intueri debemus.*
359 *Natura mentiri non [illegible], nec poſſumus habere meliorem teſtem.*
360 *Natura aliquando naturalis ratio, aliquando naturalis intellectus dicitur.*
361 *Iure ſiue lege quando furioſus obligari dicatur.*
362 *L. ſi quis. 29. ff. communi diuidundo. explicatur.*
363 *Verbum* Obligato, *in l. Marcellus, ff. de fideiuſſ. quomodo intelligendum.*
364 *Furor poſtea interueniens nullum negotium recte geſtum perimit.*
365 *Omnes qui recte contrahunt, etiam fideiuſſorem dare poſſunt.*
366 *Filius familias recte dat fideiuſſorem. Limitatur tamen num. 368.*
367 *Seruus ſimiliter.*
369 *Condemnatus ad ſoluendum, non liberatur, ſi fideiuſſorem dare velit.*
370 *Soluere qui tenetur, præciſe debet implere, nec ſufficit dare fideiuſſorem.*
371 *Exceptio melioramentorum poteſt opponi in executione ſententiæ.*
372 *Melioramenta tamen hæc liquida eſſe debent, alioquin victor, ſufficienter ſatiſdans, executionem ſententiæ obtinere poteſt.*
373 *Retentionis magnus eſt fauor.*
374 *Exceptiones altiorem indaginem requirentes in ſummario iudicio executionis repellantur. Et num 375.*
376 *Exceptio compenſationis in executione aliquando reiicitur.*
377 *Tiberij Deciani, & M. Antonij de Amaſis locus declaratur.*
378 *Conuentio dat legem contractui.*
379 *Pacta firmare contractum recte.*
380 *Verbalis oblatio ſiue fideiuſſio ſufficit, ſi agatur de euitando pœnam vel moram, vel aliud damnum.*
381 *Fideiuſſorem liberare ab obligatione qui promiſit, promiſſioni ſatisfacit, præſtando cautionem, ſi debitum non eſt liquidum*
382 *Bannitus fideiuſſorem dare volens non auditur.*
383 *Reus contumax, lata ſententia non auditur, ſi poſtea reuerſus fideiuſſorem dare, & poſſeſſionem recuperare velit.*
384 *Spoliator ad reſtitutionem rei condemnatus non admittitur ad dationem fideiuſſoris, ſed præciſe rem reſtituere tenetur.*

1 CVm ante † quærenda ſit perſona, quam iuris ratio. *l. quidam referunt 14. in princ. ff. de iure codicillor. l. ſi quæramus, ff. qui teſtam. fac. poſſ. l. poſt legatum §. 1. verſic. prohibendi. ff. de his, quæ vt indignis. l. non tenerat. C. qui accuſ. poſſ. § vlt. Inſtit. de iur. nat. & ciuil. Ioan. Fichard. conſil. 41. num. 1. part. 2. Franciſ. Purpurat. conſil. 331. num. 1.* Idcirco operæ pretium eſt, vt prius de perſonis, quam de cauſis ipſis, in quibus fideiuſſores interuenire ſolent, diſpiciamus.

Prima autem inſpectio eſt circa perſonam eorum, qui fideiuſſores dare coguntur, vel dare poſſunt. Etſi
2 enim in iudicis arbitrio † conſiſtit, quæ ſit iuſta cauſa, propter quam quis cautionem præſtare tenetur, vt oſtendit Menoch. *de arb. iud. quæſt. caſu. 141.* Frideric. Pruckman. *conſ. 6. nu. 65.* Tamen illud dubium nullum habet, quin debitor, ſi ipſi creditor aliter pecuniam credere nolit, quam ſi fideiuſſores det, dare eoſdem
3 neceſſe habeat. Sicut enim venditor † præſcribit legem contractui emptionis, & venditionis, quam emptor, ſi contractum impleri malit, præciſe ſequi cogitur. *l. 5. ff. de euict. l. Labeo. 21. ff. de contrah. emp. pulchre Cuiat. lib. 23. c. 13.* cuius dictio adjicio elegantem Plauti locum in Perſa, Scæna. Satin' Atheoæ

Sa. Indica, fac pretium. Do. *Tua merx eſt, tua indicatio eſt.*

Innuit, & Clemens Alexandrin. *in Pædagogo. lib. 3. cap. 11. mihi pag. 104.* dum dicit: *Qui aliquid vendit aut emit, eorum quæ à ſe venduntur, aut emuntur, nunquam duo dicit pretia.* Ita, & debitori legem dicit creditor vt plurimum, ab eoque fideiuſſores in ſecuritatem contractus depoſcit.

Ac licet Iuriſc. *in l. teſtamento 17. in fi. ff. de teſtam. tutel.* aſſerit, eum contumelia affici, à quo ſatiſdatio exigitur: de quo inferius plura, *cap. ſeq. n. 142.* hoc tamen aliam habet rationem, & regulam non facit: in tan-
4 tum, vt, & is, qui alias ditiſſimus † eſt, recuſare tamen

non

nonpoſſit,creditori,non aliter contrahere volenti,fi-
deiuſſorem dare, *l.1.§.1.ff. vt legat nom. caueatur.l.niſi.*
§.item ſciendum ff.ſi cui plus quam per leg Falci.l.minor.
§.vlt.cum 2.ll.ſeq.ff.de procur.l.in eo quod plus.§.1.iuncta
l.qui rem alienam.ff.de reg iur.
Esto enim.quod vt ille nobilis Hiſpanus ad Boſta-
rem præfectū ſaguntinum,*apud Liu decad.3.lib.2.mi-*
5 *hi pag 40.& Sabell. lib.1.Ennea.* 5. loquitur,† velit ſibi
quiſque credi,& habita fides ipſam plerumque obliget
6 fidem,quodque honeſtiores † non facile patiantur no
mina ſua inſtrumentis inſcribi,*l. pupillus §. ſane ff. de*
auctor.tut cum nolint contractus ſuos *ἐμμαρτύρους*, vt
loquitur Imp. Iuſtinianus *in edict.7. c. 2.* Interprete
Cuiac.*in l.ſciendum 30 ff.de ver.obl.* Vnde illud Senecæ.
lib 2.de benef.c.24. Quidam nolunt (Ferdinan. Pincianus
legit, volunt) nomina ſecum fieri,nec interponi pararios,
nec ſignatores aduocari, nec chirographum dare. Quod
procul dubio etiam bilem mouit Cabadi Regi Perſa-
rum.Is n.pace cum Romanis facta ab Anaſtaſio Imp.
pecuniam mutuo accepturus erat,ſed cum Anaſtaſius
cautionis ſyngrapham poſtularet, indignatus Caba-
des fœdus rupit. Quis tamen reprehenderit credito-
rem, qui vt diligentius ſibi ſit cautum, ſuo iure à de-
bitore ſuo chirographum exegerit? *l. lecta ff. de reb cred.*
l.5. l.6.10.l.mutua 14.C.ſi cer.pet.l.minor 40. in prin.ff.
de minor.& dixi infra c.17 verſ Quinto Imo delicatum,
ſi non onerosum dixero debitorem, qui id recuſauerit,
7 cum omnino, qui bene † vult ſoluere patiatur etiam
ſe bene obligari. Pariſienſ.*in conſuetud. Pariſ. tit.2.§.*
8 *53.nu.* 22. Sic multi metu diuini † numinis perquam
timidi ſunt ad iurandum, vſq; ad ſuperſtitionem, etiam
in bona cauſa,*l.8.ff.de condit.inſtit.* qui ſubtili reueren-
tia teneri dicuntur,*in l.cum quidem.C.de fide inſtrumen.*
& tamen iuriſiurandi religione iiii ipſi,ſi in teſtes pro-
ducantur nihilominus, non obſtante aliqua contra-
dictione arctantur, *l.iuriſiurandi.C. de teſtibus* Hanc i-
gitur partem tenet Alex.*in l.1 ff qui ſatiſdare cog.* Idem
Alex.& Aretinus,*in l. diuortio.§.interdum.ff. ſolut. ma-*
tri. qui eam non tantum in contractibus, ſed etiam in
iudicijs veram eſſe autumant, ita vt licet quis ſit ma-
9 nifeſte † idoneus facultatibus, vtrobique tamen ſatiſ-
dare teneatur, quorum rationes non tranſcribo, cum
relatæ ſint à Iaſone, *in d.l. 1. numero.16. ff. qui ſatiſd.*
cogant. Eidem ſententiæ etiam accedunt Emanu.
Soarez *in com.opin.lit.F.numero.*154. (contrariam fal-
ſam eſſe eſſeuerans) & nouiſſime Hieron. Treutlerus,
in ſelect.diſput.vol.2. diſput. 5.theſi.7.lit.A.
10 Verum † hic ſe ſcindit opinio, alijs aſſerentibus,
eum qui alias ſatis diues, & facultatibus idoneus eſt,
ſatiſdare non cogi, ſeu ſufficere,ſi nudam cautionem
cum generali hypotheca ſuorum bonorum interpo-
nat, cuius opinionis patroni laudantur Bartolus, &
Ioannes de Platea,*in l.quicunque C.de fund.pat. lib. 11.*
Caſtrenſ.*in d.l diuortio.§. interdum.* Alexand. in con-
ſuetudo ſibi contrarius *in conſ. 37.incip. Viſo, & opor-*
tune,col.5.in princ.vol.2. Hippolytus,*in Rubr. de fideiuſ.*
num. 178.179. & 180. Ludou. Roman. *conſ. 67. incip.*
Viſo themate pranarrato. Franciſ.Lamgtius.*in comment:*
ſuis ad tit.ff de fideiuſſ.fol.2.lit.2 Iaſon. *in l.3.in 2.colu.*
C.de verb.ſignifi.& in d.l.1.nu.18.& 19.ff. qui ſatiſ. cog.
vbi ſeptem fundamentis eam ſtabilit, & confirmat,
ita vt meritò † communem hanc eſſe interpretum
11 opinionem ſtatuere poſſis, ſicut conſtat ex Socino.*in*
d.l.1.ff.qui ſatid.cog. Decio,*in l.plus cautionis.in fin ff.de*
reg.iur. Felino,*in cap ad noſtram,nu.10.de iureiur.* Ioan.
Lupo,*in Rubr.§. 8.num.1.extr.de don.inter vir. & vxo.*
Ioan.Saixon. *in conſuet. Turonen it.1. §.24.glo.3.verſic.*
His tamen non obſtantibus. ac verſi.& vt clarius proce-
dat. Luc.de Penna,*in l.quicunque n.3. C.de fund. patrim.*
Antonius Heringius.
lib 11. Catelliano Cotta, *in memorab.verb. cautio cum*
fideiuſſore. Cæſare Contardo,*in l.vnic.quaſt.23. num. 16.*
C.ſi moment.poſſeſ Alciat. *in l.ſatiſdationis.61. num.3. ff.*
de verbo.ſignific. Petro Heigio, *in quaſt.iuris. par. 1. q.*
36. num.23. & ſeq. vbi Alexandum, Afflict. Menoch.
Cabailin.Nattam, Schrader.& Surdum in eadem ſen-
tentiam citat, & veriorem, ac probabiliorem vocat.
Nouiſſime quoque eandem ampiexus eſt Ioan. Vi-
cent.Hondedæus,*conſult.30.nu.33 volum.1.*
12 Sed quicquid illis placuerit,in puncto † tamen iu-
ris, (vt vulgariter loquuntur) ab iſtorum patrum de-
creto ſeceſſionem facerem, cum ſuperioribus ratio-
nibus, tum etiam leuitate argumentorum, quæ ab
eorum parte adferuntur, motus. Nam quod ad ſe-
cundam, & quintam rationem Iaſ. attinet, illis ſuo
loco infra *cap.8.num. 69. & multis ſeqq.* ſatisfaciam.
13 Præterea non moror † fundamentum, quod aſſumunt,
ex l.1.§.ſi magiſtratus.ff. de magiſt. conuen. Nihil enim
cum noſtra quæſtione commune habet. Licet nam-
que magiſtratus non poteſt conueniri, ſi ab initio tu-
torem idoneum dedit, ab eoque ſatis non exegit, mo-
do eo tempore, quo tutelæ commodè agi potuit, ad-
huc tutori idoneus fuit: Non rectè tamen inde con-
cluditur, idoneum ſatiſdare non cogi. Quaſi verò
magiſtratus ſuo damno,& periculo ſatiſdationem non
potuerit idoneo,& diuiti remittere de facto, quam de
iure ſi voluiſſet,exigere potuiſſet.
14 Examinemus † porrò,& *l. 1. ff. de cuſtod. reor.* quæ
nihilomagis communem DD aſſertionem iuuat. Nam
quod inde pro regula colligunt; Eum qui ampliſſi-
mas facultates habet, ſatiſdatione non onerari, id fit
infeliciter, cum ſaltem id ſit ibi in quæſtione poſitum.
Vtrum rea perſona in carcerem recipienda ſit, an mi-
liti tradenda, vel fideiuſſoribus committenda, vel ſi-
bi? Vlpianus autem reſpondet, id vel pro criminis,
quod obijcitur, qualitate, vel propter honorem, aut
propter ampliſſimas facultates, vel pro innocentia
perſonæ, vel pro dignitate eius, qui accuſatur (*iuxta*
l.quotiens 17.C.de dignitat.lib.12. Caſar Contardum.in
l.vnic.in quaſt.23.nu.16. C.ſi de moment. poſſ) indicem
facere ſolere: quia vt propter ampliſſimas facultates
reum fideiuſſoribus committere ſolet, & poteſt, ita &
non poteſt, cum ipſius arbitrio ſit reſeruatum. Ex ar-
15 bitrarijs igitur † certa & generalis non poteſt con-
ſtitui regula: quin potius conſtat, ex his quæ accidere
poſſunt, regulas generales non conſtitui, verum ad ea
potius ius aptari, quæ frequenter eueniunt, *l. 4. & 5.ff.*
de legibus.l.neque.C.de probat.
Sed inſtat vlterius Iaſon, Fruſtratorijs cautioni-
16 bus † non eſſe vtendum,*l hac ſtipulatio.§. Diuus,ff. vt*
legat.vel fideicommiſ ſer.cauſa.in poſſeſ.l.non cogendum.
§.Sabinus.ff de procurat. Superuacuam autem eſſe cau-
tionem ſi is, qui ampliſſimas facultates poſſidet am-
plius cauere cogatur, cum per eas ſatis ſit cautum, *l.*
plus cautionis. at ff. de reg. iur l. 1.§.1.ff. de ſuperficieb.
Non animaduertit autem Iaſon ſe hic petere princi-
pium, & pro conceſſo aſſumere, quod eſt in quæſtio-
ne. Nonne enim hoc loco controuertitur, vtrum per
facultates ſatis ſit cautum, ita vt alia ſatisdatione
17 non ſit opus? Ratio † igitur dicti non debet eſſe ea-
dem cum dicto, probetque prius Iaſon aſſertionis ſuæ
ἀποδείξιν, aut largiatur volentibus quidem credito-
ribus, vel iudicibus ſatis per facultates eſſe cautum,
non autem contradicentibus, & recuſantibus. Si
18 enim non eſt † culpandus creditor. qui cum poſſit ſo-
lutionem exigere, non admittit ſatisfactionem, *l.item*
liberatur.§.1.ff.quib.mod.pign.vel hypoth ſoluit. non cer-
19 tè etiam culpandus is eſt creditor, qui cum iure † o-
ptimo pecuniam ſuam retinere poſſet, eam ſub cau-

tione fideiuſſorum, & non aliter, vult credere, *l. in re mandata.C. mandati. l. nemo exterus. C. de Iudæis.* Io. Goddæus *de contrah.ſtip.c.5.concl.2.1.nu.199.*

Et quis concedat ſuperfluam eſſe cautionem, quæ à diuite interponitur? Auſim potius ſtatuere eam nonnunquam vtiliſſimam eſſe. Fac enim, te diuiti, & maximæ auctoritatis viro, adde etiam, ſi velis, Im-
20 peratori † ipſi, vel potentiſſimo Regi, aut Principi alicui pecuniam credidiſſe, eritne vtilius fideiuſſores habere, quos conuenire, & per quorum ſaltem principalem debitorem petere poſſis, quam poſtulatione tua Imperatoriam Maieſtatem, vel Principem moleſtare, qui ob negotiorum multitudinem non ſemper vacuas præbent aures? Sic Liuius *lib.32.* loquens de danda ex ærario pecunia mutua, ait, præ-
21 dibus ac prædijs † cauendum eſſe populo à Senatu, quem tamen ſatis diuitem fuiſſe, quis negare auſit? vide Innocen.Gentiletum, *lib.3.comment. de regno ad miniſtr.theorem.23.mihi pag.612.verſ. publica quidem fides* & Philipp.Camerar.*operar.ſucciſiuarum.cent.2.cap.*
22 *77.pag.459.* Sic † cum Philippus Valeſius Caroli VI. proauus, Rex Franciæ, vniuerſam Arelatenſis Regni ditionem, ac iura maieſtatis ſibi ab Henrico V. Cæſare coemiſſet: coemptionem vero Imperij ordines ratam haberent, Cæſar eius ratihabitionis prædem, ſi ſe fideiuſſorem, Ioannem Boemiæ Regem dedit, vt narrat Ioann.Bodinus, *de Repub lib. 1. cap. 10 mihi pag.201.alt.65.pag.118.* Carolus quoque VIII.
23 Rex Galliarum † potentiſſimus à mercatore Genuenſi mutuatus eſt ad 50. aureorum millia, ſed fideiuſſorib. datis, vt recitat Cominæus, *lib.1. de bello Neapolita. mihi pag.758.* Similiter Chriſtianus I. Rex Daniæ; cum magnam à Lubecenſibus pecuniam mutuam accepiſſet, dedit fideiuſſores ex proceribus Holſatiæ hac lege vt niſi in conuento termino pecunia renumeraretur, Lubecenſib. permiſſa eſſet facultas euocandi fideiuſſores in ſuam vrbem, non egreſſuros, niſi ſolutione peracta, ceu commemorat Alb. Cranz. *lib. 12. Sax.cap.7.*

Idem ex eo ſatis colligitur, quod Duces belli, † &
24 Principes militem in Imperio conducentes, non aliter locum pro dilectu militum, ac liberum tranſitum impetrare poſſunt, quam ſi Ducibus, ac Adiunctis Circulorum, imo & Domino iſtius territorij, de indemnitate ſuorum ſubditorum idonee, datis alijs Principibus fideiuſſoribus, caueant, nihil ſe in Cæſarem, Principes, Subditos, clientes Imperij molituros, ſed conſtitutionibus publicis per omnia parituros, item, quod omnia militum debita probe rectè ſolui debeant, vt conſtitutum. In diuerſis Conſtitu. in diuerſis conuentibus factis Argen. anno 1582. in receſſu Imperij 1559. anno 1564. 1570. 76. & 1594. necnon Petr.Deuaiſium *de iur. Cam.Impe.Rubr. Militum dilectus.* Ioan.Goddæum. *de contrah.ſtipul.cap.6. concl.13.num 357.*

Accedit etiam prædictis in argumentum, quod
25 † in pleriſque diœceſibus poſtulati vel electi Epiſcopi, & Prælati, quantouis ſtemmatis, & familiæ ſplendore refulgeant, non tantum pacta Electionum, vulgo capitulationes appellant, iuramento ſuo corporali confirmare, ſed etiam ſe illa ipſa inuiolabiter obſeruare velle, datis fideiuſſoribus capitulo cauere coguntur, ſuper quo me ad quotidianam Germaniæ obſeruantiam refero. Non deſunt quoq; in eadem Germania noſtra ſatis clara exempla, quibus edocemur,
26 quod principes quidem natu † maiores (non tamen ex iure primogenituræ tantum, ſed potiſſimum ex pactis ſiue tranſactionibus auorum, & proauorum per ſtatus prouinciales approbatis, & poſtmodum à Cæſarea Maieſtate confirmatis) in regimine ſoli ſucceſſerint, ſed non aliter; quam ſi iuniorum principum adhuc minorennium tutores (qui vt plurimum, & ipſi ſunt Principes) & conſiliarij eorundem iurato pro obſeruatione pactorum cauerent; & fideiuſſores præſtarent, quod talia pacta taleſque tranſactiones maiorum ſuorum inuiolabiliter ſeruare vellent, & quod poſt mortem principis natu maioris, ita ad gubernationem euecti, ipſios filius natu maior rurſus habenas Imperij ſolus ſuſcipere deberet, ne multitudo vel incertitudo eorum, qui ad regimen alias aſpirant, multarum rixarum eſſet occaſio, & pedetentim totam prouinciam funditus euerteret, iuxta tradita per quendam Iuriſconſ. *in quæſt. illuſt. quæſt.3.* Ex quo ſimiliter liquet, dignitatem perſonæ parum ad rem feciſſe, quo minus ad præſtationem fideiuſſionis quis obligaretur, ſi alter, cuius intereſt, non aliter, quam tali implemento præcedente, obligationi conſentire vellet.

27 Hnc amplius male ab eodem Iaſone † huc detorquetur, *l.quecunq; C.de fund.patrimon.lib.11.* Et ſi enim Impp. ibi. reſcribunt emphyteuticarium, ſi redundantia fortunarum idoneus fuerit, patrimonium ſuum tantum publicis implicare nexibus, ſin vero minor facultatibus probetur, tum demum datis idoneis fideiuſſoribus ad emphyteuſin accedere: non tamen inde ſequitur, vt generaliter concludamus, diuitem, & locupletem inuitum fideiuſſores dare non cogi. Nam quod in emphiteuticarijs fundorum patrimonialium ad principis patrimonium pertinentium à principe ipſo ſpecialiter conſtituitur, id alij creditoribus iudicibuſve, qui ſatiſdationem exigere volunt, præiudicare non debet; *l.ius ſingulare ff.de legibus.*

28 Eadem † ratione non aduerſatur, *l. de creationibus. in princip.C.de Epiſcop.aud.* Vbi is quem pater in vltimo ſuo elogio curatorem dedit, atque eo ipſo eum idoneum pronuntiauit fideiuſſorem dare neceſſe non habet; Nam ex eo verius exceptionem à regula, quam regulam ipſam conficimus, *l.teſtamento.17.ff. de teſtam. tut.§.1.Inſtit.de ſatiſdat.tutor.* pulchre in terminis M. Anton.de Amatis, *deciſ.63. nu 4.5. & 6.* id quod commodius deinceps *numero.* 231. *& ſeqq.* demonſtrabitur.

29 Nihil moleſtiæ etiam † creat Nouella 12. *cap. 44. vnde deſumpta eſt. Auth cui relictum C.de indict. viduit. toll.* vbi perſona idoneam ſubſtantiam habens hypothecæ tantum obligat bona ſua, ſi vero non valde locuples fuerit, tum demum dat fideiuſſores; Eſt enim caſus vere ſpecialis, nec poteſt proferri locus alius, ex quo probetur, eum qui idoneam ſubſtantiam habet, fideiuſſionis datione non onerari ſi id vel creditor,
30 vel iudex ab eo requirat, non ſolum † quia is qui hodie euidenter ſoluendo eſt, fortè cras poteſt fieri etiam non ſoluendo iuxta illud Poetæ:

Irus, & eſt ſubito, qui modo Crœſus erat.

Vt conſiderat Aretinus, *in l. diuortio. §. interdum. D.*
31 *ſolut.matrim.* Verum etiam † quia intereſt noſtra, nos plures habere obligatos, *l.3.§.vlt D.de liber.legat.* nec non cum fideiuſſore experiri poſſe, qui forte non ita litigioſus, & tergiuerſator ſit, ſicut principalis, quique bonam fidem proculdubio melius agnoſcet. *Alciat in l.ſatiſdationis 61.nu.3.D.de verb.ſignif.*

32 Non † obſtat denique, *l.ſciendum.in princ. ff. qui ſatiſd.cogantur.* quæ ſtatuit poſſeſſores immobilium rerum ſatiſdare non compelli: quia hoc ſpeciale eſt in ſatiſdatione iudicio ſiſti, vt Coſtalius. & Iulius Pacius ad illam legem rectè annotarunt, cui ſubſcripſit Arnoldus de Reyger, *in proceſſu iudiciali diſſ utat. 4. theſi 49.litera A,* & tetigi infra *cap.8.num.55.& cap. 18.*

numero

numero trigeſimo nono. De quo plene tractantem vide
Roderic. Suarez, *in declarat. ll. fori lib. 2. tit. de commendationibus. §. Hæc lex ſituata eſt.* per diſcurſum vbi habes, an poſſidens immobilia teneatur ſatiſdare, nec ne.

Cæterum ea, quæ dixi, eatenus vera ſunt, quatenus
33 onerolus, difficilis, aut cerebroſus † non eſt creditor,
nec etiam delicatus debitor, *l. ſi ſeruos. in fin. ff. de pigno. act. Martin. Monterus in deciſ. Reg Aragon. deciſ. 13. nu.* 67. Quid enim ſi debitor, vel conuentus in iudicio, ſit locupletiſſimus, fideiuſſores autem inuenire commodè non poſſit, hoc ſanè caſu generali ſuorum bonorum hypothecatione liberabitur etiam ſi nullum
det fideiuſſorem? *d. Authen. cui relictum. C. de indicta*
34 *vid. toll.* Debet namque creditor † non acerbum ſe exactorem, nec contumelioſum præbere, ſed moderatum, & cum efficacia benignum, & cum inſtantia hu-
35 manum, cum inter inſolentiam † curioſam, & diligentiam non ambitioſam, multum interſit, *l. ſi bene collocata ff. de vſuris & facit l. ſi quid venditor. 8. in fin. pr. ff. de ædil. edicto l. ſiid quod. 28. §. 2. ff. de donat. inter virũ, & vxorem. l. cum non facile.* vbi glo. & Ioan. de Imola
36 tradunt, inſpiciendum eſſe, an bona † fide, & qua mente ſatiſdatio petatur, *ff. ſi cui plus quam per legem Falcid. Caſar Contardus in l. vnica. in 23. quæſt. nu. 16. C. ſi de moment. poſſ. Heigius d. quæſt. 36. num. 43. & ſeqq.*

Porrò firmata ad hunc modum concluſione iſta; Debitorem nimirum volenti, & petenti creditori fideiuſſorem dare cogi, rectè ſubijcimus, eam multo
37 magis † procedere in debitore de fuga ſuſpecto. Cum
38 enim talis † quocunque in loco, & quocunque tempore etiam feriato, præſertim in caſu fugæ actualis, non tantum capi, & detineri, ſed etiam auxiliante Magiſtratu) nam priuatus carcer hic interdictus eſt, *Colerus part. 1. capit. 2. num. 97. 98, Camillus Borellus ex Cebalo, Beroo, Sola, & BertaZolo, in controuerſia 10. nu. primo.*) in carcerem conijci poſſit, *l. ait prætor. §. ſi debitorem. ff. quæ in fraud credit. Daniel Mollerus in commentar. ad conſtitut Saxon. part. 1 conſtitut. 30. nu. 3. & conſtitut. 2. 1. part. 2.* Quidni etiam ille ipſe creditori ſuo ad beneplacitum ſatiſdare cogatur? *l. fideiuſſor. §. fina. D. qui ſatiſda. cog. l. ſi creditores ff. de rebus auct. iudic. poſſid. Iaſon. l. vinum. nu. 3. ff. ſi cert. pet. Ripa in capit. 1. nu. 88. de iudic. Roderic Xuarez in l. poſt rem iudicatam. in declarat. legum Regni in 7. limit. n. 4. in fine verſ. accedat textus. ff. de reiud.* Zaſius *in l. ait Prætor. §. ſi debitorem. in fin.* vbi ait, talem conſuetudinem per totam Briſgauiam receptam eſſe, *ff. quæ in fraud. creditor. Pet. Peckius de iure. ſiſtendi. capite quarto. nu. ſexto. verſic. quod autem de debito. Camillus Borellus cõtrouerſia. 15. nume. decimo;*
39 *& vndecimo.* Eaque † recepta eſt Doctorum ſententia, *Ioannes Bonifacius in tract. de furtis §. furtum. nume-*
40 *ro.* 80. Et quidem † fideiuſſores dare tenetur, non tantum de iudicio ſiſti, ſed etiam de iudicatum ſoluendo; *dicta. l. ſi creditores. in princip. ibi, ſatiſdationem exigere poſſunt pro ſuo debito reddendo ff. de reb. auct. iud. poſſid. pulchre Afflict. deciſ. 108. Pariſius conſi. 99. & frequenti volum. 3. Marquar. Froherus de fama publica. li. 2. cap. 13. num. 10. Ioan. Bapt. Caccialupus in tract. de debitore ſuſpecto. 9. q. princ. quem ſecutus eſt Colerus de proceſſ. execut. part. 2. cap. 1. num. 83. & 84.*
41 Imo, quod plus eſt, poteſt etiam † iudex incompetens adiri, qui talem debitorem ſuſpectum, vel ad ſatiſdationem idoneam compellat, vel carceri mancipet, donec rectè, & ſatiſdato caueatur, maxime, ſi in continenti ſufficientes cauſæ ſuſpicionis fugæ huic iudici oſtendantur, *pulchre Roland. à Valle, conſi. 65. per diſcurſ. lib. 3. Myſing. cent. 2. obſer. 65, Annibal. Troyſius tit. 170. num. 8. & nouiſſime Erneſt. Cothman. reſponſo. 18 num. 343. & aliquot ſeqq.*
42 Sed nolo interim lectorem † ignorare, quod modo dixi debitorem de fuga ſuſpectum non aliter liberari, quam ſi ſatiſdet ſimul de iuteſtando, & iudicatum ſoluendo, id alijs diſplicere, eoſque ſtatuere, quod ſola ſatiſdatio de iuriſtando ſufficiat ita tenent gloſ. & ibid. Ang & Salyc. *in l. dies feſtos. in verb. fideiuſſio is. C. de ferijs. Roman. num. 3. Socin. num. 2. Alexand. num. 1. in l. neque impuberes. §. 1 ff. de in ius vocand. Bart. in l. ait prætor. §. ſi debitorem num. 3 ff quæ in fraud. creditor. Caſtrenſ. in conſ. 474. in princip volum. 1. Barnab. CornaZZanus deciſ Lucenſ. 59. nu 15.* Atque hanc ſententiam de iure, & veriorem, & communiorem eſſe ſcribit Iacob. Marchiſellus Ariminienſis, *in ſylua quæſt. pract. quæſt. 32. nu. 1. per totam.* ſubijciens, hoc etiam miſeris debitoribus ſalubrius eſſe, cum illis difficile foret, inuenire fideiuſſorem de iudicatum ſoluendo. Quid-
43 quid ſit, crediderim ego, priorem ſententiam † in practica magis receptam eſſe, nec tutum eſſet ab ea in iudicando recedere, quod etiam ipſe Marchiſellus, *d. loco. verſ Fateor tamen* concedit.

Limita nihilominus prædicta ſingulariter ſecun-
44 dum Bouerium, *ſingu. 11. nu. 3.* in debitore in † diem, qui tempore obligationis contractæ erat iam ſuſpectus de fuga, is enim non cogitur præſtare cautionem, quoniam creditor, qui cum tali iam ſuſpecto contraxit, habet quod ſibi imputet, *d. l. creditores. §. plane. verſ. Cæterum. & ibi Bart. ff de reb. auct. ind. poſſid.*

Secundo ampliatur *num.* 37. poſita concluſio, vt
45 procedat † in quocunque malæ ſpei debitore, contra quem vel dolum futurum, vel, ob multum æs alienum ingruentem inopiam præſumimus, & metuimus; is enim, non ſolum, ſi pure debeat: ſed etiam ante exiſtentiam conditionis, vel euentum diei, ob periculum ad cauendum arctari poteſt, vt pulchre probat Colerus, *de proceſſ. execut par. 1. c. 2. num.* 102. 103. 134.
46 *& part. 2. c. 3. nu. 106. cum ſeqq.* modo † tamen is, qui talem cautionem petit, & creditum ſuum, & debitorem facultatib. labi, multoq; ære alieno grauatum & ſic ſuſpectum eſſe, prius probet, argumento eorum quæ traddidit. Daniel Mollerus *in commen. ad conſt. Saxonicas. par. 1. conſtit. 29. nu. 10. & 11.* Colerus, *d. c. 2. par. 1. nu.* 104. Barnab. Cornazzanus *deciſ. Luc. 59. nu. 4. & ſeqq.* Pone igitur, creditorem in diem vel conditionem, h. e in diem certum vel incertum (habet enim
47 † hic dies vim conditionis, *l. 1. dies. 75. ff. de cond. & demonſt.*) eum, inquam, creditorem vereri, ne interim debitor labatur facultatibus, vel ne aliquid dolo malo faciat in re promiſſa, exempli gratia, ne equũ quem debet in diem, forte nimijs laboribus interficiat, vel debilitet, atque ideo cautionem de re ſua die ſibi ſoluenda, interponi deſiderare, num audiendus
48 erit? Omnino. Etſi enim † qui ante diem vel conditionem agit, male agit, ac exceptione plus tempore petitionis remoueri poteſt, vt probabo infra. *c. 12. nu. 1. 2. 3. 4. 5. & 6.* Tamen ad cautionem interponendam nonnunquam ex iuſta cauſa agit, vt nimirum de-
49 bitor † pro qualitate perſonæ vel iuratoriam, vel etiam nudam ſaltem cautionem, vel denique ſatiſdationem præſtet, vt ex noſtris fuſe comprobarunt Roman *ſingulari 646. num. 1.* Caccialup. *de debitore ſuſpecto. q. 3. nu. 2. Afflict. deciſ. 279. num. 4.* Zaſius. *in l. pecuniam. numer. 28. ff. ſi cert. pet.* Franciſ. Burſat. *conſil. 84. num. 3 vol. 1.* Cephal. *conſil. 381. num. 19 lib. 3.* Erneſt. Cothman. *reſponſ. 18. num. 267.* Tob. Non. *in § ſub. conditione. num. 7. Inſt. de verb. obl.* Pet. Heigius. *par. 1. q. 36 nu. 21.* Auguſtin. Morla. *in Empor. iuris. part. 2. titu. 8. q. 35. num. 4.* Pet. Gilken. *de preſc. par. 3. c. 13. nu. 47.*
50 Et hoc Æmil. Papinianus voluit † *in l. in omnib. ff*

de iudic. inquiens: *In omnibus bonæ fidei iudiciis, cum*
nondum dies præſtandæ pecuniæ venit, ſi agat aliquis ad
interponendam cautionem, ex iuſta cauſa condemnatio fit.
Sumſit autem Papin. hanc ſententiam ex Sabino
51 (quem ſane † plurimi ſemper feciſſe Papinianum pro-
bat, *l. ſi vendiderit. §. vlt ff. de ſeruis export.*) qui dicebat
iudicem proſpicere debere creditori in iudiciis bonæ
fidei, etiamſi nondum quidquam cum effectu debea-
52 tur ſiue generalia ſint, ſiue ſpecialia. Et ſpecialia † vo-
cat quib. agitur de re aliqua ſingulari, generalia in
quibus venit vniuerſitas quædam bonorum, *l. pro ſocio*
53 *arbiter. ff. pro ſocio.* Non fruſtra autem † ait Papinia. *In*
bonæ fidei iudiciis. Illis enim verbis ſignificatur, aliud
eſſe in iudiciis ſtrictis, vt luculenter demonſtr. Cuiac.
54 *lib. 17. obſ. c. 37.* Cui plane conſonum eſt, quod † & ſo-
cius in diſſolutione ſocietatis (qui contractus eſt bo-
næ fidei) ſi nolit ſoluere æs alienum, teneatur cauere
de ſoluendo illud quando dies venerit. *l omne 27. & l.*
ſeq. ff. pro ſocio l. cum ſoc j. ff. communi diuidundo. Tiraq.
de retract. conſang. §. 1 glo. 18. num 44. 47. & 48. Io. Pet.
Sard. deciſ 279. num. 2.
55 Et proinde † non admittendum eſt, quod Pet. Pe-
ckius *in tract. de iure ſiſt. c. 4 n. 6.* ait, etiam in ſtricti iu-
ris actionibus vel iudiciis id, quod diximus, locum ha-
bere motus *l. 3. ff. de cond. cauſa dati, & l. ſi creditores. in*
prin. ff. de reb. auct. iud poſſ. quibus tamen moueri non
debuit, vt ex infra dicendis apparebit.
56 Non † admittendus quoque eſt Bartolus, *in l. 2. verſ.*
tertio nota ex gloſſa ff. ſol. mat. concludens, quod in om-
nibus ſtrictis iudiciis cogatur debitor cauere, ſi modo
ei non ſit laborioſum inuenire fideiuſſores, *per tex. &*
glo. ibi. in d. l. 2. quod repetit idem Bart. *in l. ſi conſtante*
in prin nu. 57. ff. eod. tit. vbi dicit, omnes DD. ita tenere,
& ex Neotericis huic ſententiæ etiam aſtipulantur,
Balduin. *de pigno. c. 11. pag 231.* Petr. Vandetan. *tract.*
de priuil. cred. cap. 15. num. 40. & cap. 16. num. 11. Nam
57 ex † cauſa iudicij ſtricti non ago ante diem, ad inter-
ponendam cautionem, *dict. l. in omnibus. & dict. l. pro*
58 *ſocio arbiter.* Et ſemper † in libris noſtris exiſtiman-
dum eſt, quoties quid dicitur obtinere in bonæ fidei
iudiciis, idem non obtinere in ſtrictis. Atque ideo
59 † rectius ſentit Lucas Pennenſis (vt eum alibi vocat
Scipio Gentilis) *in l. 1. num. 6. C. in quib cauſ. coloni cor-*
dom accuſare poſſ. lib. 11. quod prædicta *l. in omnibus ff. de*
iudiciis. non habeat locum in ſtrictis Iudiciis, & pro-
pterea laceratum fuiſſe quendam libellum alicuius
Aduocati magnæ auctoritatis & famæ, qui intentaret
actionem ex ſtipulatu, petendo reum condemnari, &
cogi ad futuras præſtationes, & vt de hoc idonee
caueret.
Conſtituamus igitur primo affirmatiuam hanc:
60 *In † bonæ fidei iudiciis agi ad cautionem, ſiue ſui origine*
ſint bonæ fidei, ſiue poſtea fiant beneficio exceptionis do-
li mali, vt l. Seia ff de mort. cauſ. donat. Cuiac. lib. 3. obſer.
cap. 17. licet poſtremum hoc multis modis refutet Io-
ann Goddæus *de contrahend. ſtipulat. cap. 8. concluſ. 1. n.*
29. & aliquot ſequentibus quod hac vice indiſcuſſum
relinquo.
61 Deinde quoque hanc negatiuam; *In † nullis ſtri-*
ctis iudiciis agi ad cautionem, quam euidenter compro-
bat *l. quoties §. ſi ſeruel. ff. de pecul. expreſſe Caſtr. conſil.*
49. Debet enim intelligi de actione de peculio ſtricta,
veluti ex fideiuſſione ſerui, *vt in §. praced. d. l. quotiens.*
62 Siquidem actio de peculio † nonnunquam quoque
bonæ fidei eſſe poteſt, vt de peculio commodati, de-
63 poſiti, emptionis, &c. propterea quod eſt † adiectio
omnium actionum, modo igitur ſtricta, modo bonę fi-
64 dei, quemadmodum † noxales actiones ſunt adiecti-
tiæ qualitates aliarum actionum, vnde noxalis fuerit,
noxalis Aquilia, iniuriarum, doli mali, metus, *Weſenb.*
65 *in Paratit ff. de nox. act n. 4.* Et ſicut † actio arbitraria
non eſt propria ſpecies actionis, ſed adiecta quædam
qualitas, vt reſoluit ſic Menoc. *de arb. iud. qq. q. 4.* Et
66 Carbonianum † edictum aptatur omnib bonorum
poſſeſſionibus, vnde Carboniana bonorum poſſeſſio,
vnde liberi, contra tabulas: Ita, & de peculio actio.
Iam verò ſi de peculio agatur ſtricto iudicio. & nihil
ſit in peculio rei iudicandæ tempore, an cauere debet
dominus de futuro incremento peculij? Minime, quo-
niam ſtricta eſt actio, & de cautione interponenda
eius, quod quis debiturus eſt, non agitur niſi ex bonæ
fidei contractibus ſiue iudiciis.
Sicut autem affirmatiuam procedere dixi, in om-
nib. bonæ fidei iudicijs, ſiue ſint generalia, ſiue ſpe-
cialia: Ita, & negatiuam admitto in omnib. ſtrictis iu-
67 diciis, etiam ſi ſint arbitraria. Nam, & arbitraria † iu-
dicia origine ſua ſtricta ſunt, & errant Græci paſſim,
qui arbitraria comparant, vel potius confundunt cum
bonæ fidei iudiciis: Sunt enim proximiora ſtrictis,
imo ſtricta, licet in iis arbitrium iudicis non nulla nec
68 pauca poſſit. Quare ſimpliciter † ſtatuere ſoleo cum
Gabriele Mudæo *in §. præterea num. 2. Inſtit. de actio-*
nib. nullam actionem bonæ fidei arbitrariam eſſe, &
rurſus nullas actiones arbitrarias, niſi quæ ſunt ſtricti
iuris. *l. in bonæ fidei. ff. de eo quod certo loco.* Plura hac de
re, qui ſcire deſiderat, is adeat Herm. Vulteium *in com-*
mentariis ad l. vnic. nu. 19. 20. & aliquot ſeqq C. vbi con-
uen. qui certo loco dare promiſit, illhic loci inuenturus ad
ſatietatem, quid tam antiqui, quam recentiores Inter-
pretes in hac controuerſia ſenſerint.
69 Poſſet equidem † quis tentare *ex l. Grege. §. pen. ff.*
de pignorib. poſſe actione hypothecaria, quæ eſt arbi-
traria, agi ante diem ad cautionem interponendam.
Species enim legis hæc eſt; Finge, debes aliquid Titio
præſente die, obligas hypothecam ſub conditionem,
non aget is tecum ante conditionem, ad hypothecam
auferendam, ſed ad cautionem interponendam, ergo
ante diem huic cautioni locus eſt in actionibus arbi-
trariis. Sed hoc ideo, quia debitum erat præſens, pro-
pterea maxime creditoris intererat, ſecurum eum fie-
ri de conſtituta hypotheca: nam ſi debitum ſit condi-
tionale, hypothecarius conditionalis interim nullo
modo agere poteſt, ad cautionem interponendam. Et
hic eſt primus caſus, quo etiam in ſtrictis iudiciis ante
diem agitur ad cautionem, de ſoluenda re incorrupta,
interponendam.
Alter caſus eſt, ſi agatur de legato vel fideicom-
70 miſſo. Nam etſi † actiones legatorum, & fideicom-
miſſorum ſunt ſtrictæ, tamen pleraque mutuantur ex
actionibus bonæ fidei, & inter cætera hoc quoque vt
ante diem cautio exigatur legati vel fideicommiſſi in
diem relicti nomine, *tot. tit. ff. vt legat. vel fideicom. nom.*
caueatur. Vbi notandum eſt, eam cautionem eſſe Præ-
toriam, quia nimirum ex edicto Prætoris interponitur,
quod nominatim hac de re eſt proditum: Illa cautio,
71 de † qua *in d. l in omnib. & in dict l. pro ſocio arbiter.* agi-
tur, eſt iudicialis, quia ex mero iudicis officio profi-
ciſcitur, *l. 6 ff. de verbor. oblig. l. quod ſi in diem ff. de petit.*
hered. alias nihil pertineret ad titulum de iudiciis, qui
eſt de officio iudicis, quomodo, & Theophilus *in §.*
quadam. Inſti. de actionib. volens citare titul. de iudiciis,
citat titulum de officio iudicis, admonente Cuiacio
in Paratit. ff. de iudiciis. Licet etiam non ignoro, multas
72 † eſſe leges fugitiuas, à ſuis titulis reiectas, & in mi-
nus proprium titulum transfuſas, recenſente eodem
Cuiacio *lib. 3. obſeruat. cap. 37. & in Paratit. C. de apoſta-*
tis. quibus adde *l 3. ff. in quibus cauſis pign. vel hypothec.*
contrah. fugitiuam à titulo ſequenti, *l. vlt in. ff. quod cum*
eo, fu-

Digitized by Google

eo fugitiuam à tit. ff. de inſtit. action. l. vltima. ff. ad. L.
Pompeiam de parricid. fugitiuam à l. incognitione. ff. de
S C. Syllan.
Quod autem de legatis, & fideicommiſſis dixi, id
73 trahendum etiam eſt ad † hæreditatem tam directam
quam fideicommiſſariã, cuius nomine ſimiliter cautio
interponi ſolet, l. inter. 12. D. qui ſatiſd. cog. A 8 ff. de præ-
tor. ſtipul. l. Imperator. 50. D. ad Trebell. quam quidem
cautionem eſſe prætoriam oſtendit d. l. inter in illis
verbis, Ipſe Prætor iubere ſolet ſtipulationem interponi ff.
D. qui ſatiſd. cog. Itaque ad titulum, Vt legatorum vel fi-
deicommiſſorum nomine caueatur, rectè adieceris, Et hæ-
reditatium directarum. Imo hanc ipſam cautionem e-
tiam ſatiſdationem eſſe debere docuerunt Paulus li. 5.
ſent. tit. 9. & Cuiacius lib. 9. obſer. c. 5. vterque rectè.
74 Poſtremus caſus, † quo creditor in diem vel ſub
conditione, cui debebatur aliquid ſtricto iudicio, poſ-
ſit ante diem agere ad cautionem interponendam,
habetur in l. creditoribus. ff. de ſeparat. quod breuiter ex-
plicandum eſt. Sciendum igitur, adita hæreditate, etſi
non re ipſa, iure tamen ipſo confundi bona defuncti
& hæredis, gl. l. 1. § veteres verb per vnum. D. de acq. poſſ.
conſequenter quoque creditores defuncti, & hæredis
commiſceri, quia hæres omnib. reſpondere cogitur,
hoc eſt, vnum vnius perſonæ fit patrimonium vna o-
bligatio, cum actiuè tum paſſiuè. Sed vt plurimum de-
creto Prætoris, poſtulantibus creditoribus defuncti,
(quibus forte bona defuncti ſufficiunt, non ſuffectu-
ra, ſi commiſcerentur creditores hæredis) ſeparantur
bona a bonis, creditores à creditoribus, ita vt cre-
ditores defuncti bona eiuſdem defuncti accipiant,
creditores verò hæredis bona eiuſdem hæredis. Hoc
ita ſe habet. Verum iam quæritur; An in poſtulan-
da hac ſeparatione admittantur quoque illi defun-
cti creditores, quibus ex die vel ſub conditione de-
betur? Moueri aliquis poterat, eos non admitti,
quia nondum pecuniam petere poſſunt, ſed Papinia-
nus concludit, iis æque ſeparationem dandam, &
communi cautione conſulendum eſſe, dict. l. 4. Eſt au-
75 tem communis † cautio ibi non prætoria, & iudicia-
lis, vt in l. 5. D. de verborum obligationibus. Sed vulgaris,
& communis, quæ in hac cauſa omnibus creditori-
bus communiter præſtatur, l. filius familias. § idem prin-
cipes D. delegat. 1.
Poſt hæc notandum eſt, pleraſque leges, quas ad-
ducit Accurſius in dicta l. in omnibus. ff. de iud. dic. nihil ad
illam legem pertinere, ideoque non debuit eas per-
miſcere, cum de alio genere cautionis loquantur. Et
76 vt † ad l. 3. in principio ff. de condict. cauſa dati qua mo-
tus Petrus Peckius ſcripſit, in ſtrictis iudicijs quoque
ante diem agi ad cautionem poſſe, reſpondeam, bre-
uiter dico, eam non loqui de cautione pecuniæ ſol-
uendæ, ſed de cautione, & repromiſſione, ne ad iu-
dicem eatur, quæ toto genere ab hac differt; Vel, vt
adhuc clarius loquar, in præſenti autem agitur de cau-
tione, quæ officio iudicis interponitur, d. l. in omnibus.
& l. ſi conſtante. § quoties ff. ſolu. matr. At dict. l. 3. loqui-
tur de cautione conuentionali, quam pars parti præ-
ſtat, quæ duo neutiquam ſunt confundenda. Atque ita
ego ſentio, quanquam Dionyſius Gothofredus, in d. l.
ſi conſtante. § quoties. ff. ſolut. mat. aliter diſtinguit, quem
lector videre poteſt.
77 Non † obſtat quoq; l. ſi creditores. in prin. ff. de reb.
auct. iud. poſſ. Principio enim verbum ibi nullum de iu-
dicijs ſtrictis. Deinde Vlpianus ibi agit de debitore
quidem hærede, quem Prætor cauſa cognita, ſi ſuſpe-
ctus reperiatur ſatiſdationis, neceſſitati ſubijcere po-
teſt. Sed abſit, vt id de debitore in diem vel ſub con-
ditione etiam in ſtrictis iudicijs verum eſſe voluerit,
ne Sabino, & Papiniano in d. l. in omnibus, & in d. l. pro
ſocio arbitror. imo ne ſibi ipſi repugnet qui inter actio-
nem de peculio ſtrictam, & actionem pro ſocio, quæ
eſt bonæ fidei, ita diſtinxit in d. l. quotiens. § ſi ſemel. D.
de peculio Adeo vt mihi veriſimile fiat, Vlpianum quo-
que ad Sabini ſententiam, quæ proponitur in d. l. pro
ſoc. reſpexiſſe, & coniecturam inde ſumo, quod Vlpia-
nus exemplum ponit in pro ſocio actione, quo etiam
vſus eſt Sabinus. Placet quoque ex Vlp. interpretari,
78 quare † pro ſocio actio à Sabino generalis dicatur,
nam, vt Vlpia. ait, Socius vniuerſum debet. Sed de his
hactenus.
Tertiò ampliatur, vt non ſolum debitor de fuga,
vel futura inopia, futurove dolo, ſuſpectus, cautionem
79 interponere neceſſe habeat; ſed † etiam is, qui bonis
ceſſit. Hoc enim extra dubium eſt, eum, qui bona ſua
omnia creditoribus relinquit, ne nummo quidem
80 † retento, vt placet Aretino, & Iaſoni in §. fin. Inſtit.
de actio Zaſio in l. qui cedit, & l. vlt. verſic. 4. colligitur. ff.
de ceſſ. bonor. Colero de proceſſ execut. par. 1. c. 6. nu. 10.
vel veſte ſaltem relicta, qua carnes tegat, qua etiam
damnatis ad mortem relinquitur, Abbas Siculus in c.
Odoardus de ſolut. Cyn. in l. 1. q. 4. C. qui bon. ced. poſſ. Si
poſt aliquod tempus idoneum emolumentum iterum
conſecutus fuerit, non quidẽ in ſolidum: ſed in id tan-
tum, quod facere poteſt, à creditorib. veteribus con-
ueniri poſſe, l. 7 C. qui bon. ced. poſſ. & d. § fi. Inſtit. de act.
81 Et ne † fortè debitores, taliter bonis ſuis cedentes,
quidquam celare, aut ſupprimere queant, ex doctrina,
Glo & Zaſij in d. l. vlt. verſ. 4. ff de ceſſio. bonor. Stephan.
Aufrer. in addit. ad Capell Tholoſ. q. 18. in princ. in bene
conſtitutis iudicijs quantitatem, & qualitatem bono-
rum ſuorum earundem mediante iuramento ſignifi-
82 care coguntur. Sententia ita † ferè concipi ſolet.
Quia ſecundum ſtatuta municipalia, & ordines pro-
uinciarum à iudicibus variè proferuntur ſententiæ;
ſtylum iſtum omittimus.
Verum quæſtionis eſt; An debitores ita bonis ce-
dentes, eo nomine cautionem interponere teneantur
83 ſi à creditoribus petatur? Et quidem † maritus ſolu-
to matrimonio de dote reddenda conuentus, olim an-
nua, bina, trina die eam reddere poterat, & ſi ante-
quam primus, ſecundus, vel tertius annus exiret, ne-
quitiæ ſuſpectus fieret, de dote ſuis diebus reddenda
cauere cogebatur. l. ſi conſtante. § quotiens ff. ſolu. mat.
Hodie verò cõuentus in id tantum quod facere poteſt,
propter reuerentiam maritalem, condemnatur, cau-
tione tamen ab eo exponenda, quod ſi ad meliorem
fortunam peruenerit, etiam quod minus perſoluit, hoc
reſtituere procurare velit. l. vnic. C. de rei vx. act. Haud
84 aliter ſocius condemnatus in id, quod facere potuit,
ſocio ſuo cautionẽ præſtare cogitur de eo, quod facere
non potuit, l. verum. § itẽ videndum. ff. pro ſoc. Idem ne
igitur ſtatuemus, ſi debitor bonis cedat, vt relaxetur
quidem, ſed expoſita prius idonea cautione, ſi fortè
ad pinguiorem fortunam peruenerit, quod reſiduum
85 ſoluere velit? Quod dicendum † arbitror per textum
in c. Odoardus. de ſolutionib. Weſenb. in paratit. ff. de ceſ.
bonor. num. 5. Iacob. Menoc. de arbit. iud. q. caſu 183. nu.
20 & 21. Petr. Heigium quæſt. iur. par. 1. q. 15. nu vlti.
Et hinc aſſerit Io. de Gradibus ad Steph. Aufre. in ad-
dit. ad Capel. Tho. q. 61. nu. 1. ſe tempore ſuo vidiſſe Ss a-
vari, quod cedens, antequam admitteretur ad ceſ-
ſionem, coram officiali promittebat ſatisfacere cre-
ditoribus ſi perueniret ad pinguiorem fortunam. Atq;
86 illud etiam in † ceſſione bonorum nominatim exigit
Conſtitutio conuentus Francofurtenſis. tit. 5. §. 8. Ra-
87 tio huius eſt, quod † ceſſante paupertate, ceſſat, & pri-
uilegium. Menoc. conſ. 32. 1. nu. 32. Alex. Randen. reſp. 10.

poſt num.13 verſ.4. moueor.lib. 2. Et quæ conceduntur
propter inopiam, aut neceſſitatem, auctis facultatib.
ceſſant, *l. non tantum. §. eos. in verb. niſi facultates eorum
adaucta ſint ff. de excuſ. tut. l. cura. §. 1. ff. de muner. l. ab
his. 10 §. auctis ff de vacat. muner.*
88 Amplius puto, hanc ipſam † cautionem, non niſi
datis fideiuſſoribus, vel pignoribus fieri poſſe, *glo. d. c.
Odoardus de ſolut. Neniza. conſ. 59. nu. 9.* Et ſi enim cau-
89 tionis nomine † venit tantum nuda repromiſſio, quæ
fit abſque fideiuſſore, vel pignore, *l. ſancimus.* & ibi Bar-
tol. Bald. Angel. Fulgoſ. ac Caſtrenſ. nec non Iaſon
numero primo. communem dicens, *C de verbor. ſignif.*
Ludolph Schrader. *de feud par. 3 ſect.* 10. *num.* 291. Et
90 ſimpliciter obligatus † ad promittendum, non tene-
tur ad ſatiſdandum. *Bald in l ſi dictum. 56 ff. de euict.*
91 Quoties tamen verbum, cautio, profertur in † mate-
ria, de cuius natura eſt, quod veniat fideiuſſor, tunc
intelligitur cum fideiuſſore, *Alberic. num. 7. & Iaſ. in l.
1. ff. qui ſatid. cogn. Ioan. Neniz. conſ. 92. num. 38. Pyr-
rhus Anglebermeus in conſue. Aurel in tit. 1. § 29. gl. 1. ad*
92 *finem.* Sic quoties requiritur † Cautio idonea, plena,
competens, vel ſufficiens, vel promittit aliquis, quod
velit alterum ſufficienter, rectè, plenè, & idoneè ſecu-
rum addere, in reformatione politiæ Argentinenſis,
anno 1548. verſ. in minori ætate, pupillum guberna-
re debet tutor: item quod det fideiuſſionem idoneam,
tunc etiam intelligitur pignoratitia, vel fideiuſſoria,
*l. ſi mandat. 59. § vlt ff. mandati. l. 4. § addici. ff. de fidei-
con. libertat gl. ſi debitori ff. de iudicijs, cap ex part. extr.
de verbor. ſignif. gloſ. ordin. in c. cum conſtet. extr. de pigno-
rib. & in cap. ad noſtram verb. ſufficienti. de iureiur. Item
in c. vlt verb. idoneam. de ſent. excom. in 6. cap. quanquam
& ibi glo. de vſuris in 6. & in cap qua fronte. de. appellat.
glo. in c. ex public. de conuerſ coniugat* Ang l. de Clauaſ.
in ſumma. verb. cautio. Petrus de Rauen. *in ſingul.* 202. A-
lex. *in l. 1. n. 5 ff. qui ſatiſd. cogant.* Franciſc. à Ripa *in ru-
brica. ff. de dam. infect. num.* 10. Alciatus *in l. ſatiſdationis.
61. num. 2. ff de verb. ſignif.* Ioan Pett. Surd. *deciſ.* 330.
num 8. Guido Papæ *deciſ.* 249. *num.* 1. Anton. Corſet.
ſingul 45. Bertazol. *in tract. clauſ. inſtrum. clauſ. 42. gloſ.
8. num.* 2. Clar. *in §. teſtamentum quæſt.* 26. Pechius *de
iur. ſiſten. cap. 45. num.* 8. Gail. *lib.* 1. *obſer.* 26. *nu.* 6. Er-
neſt Cothman. *reſponſo* 18 *num.* 490. vbi in hanc ſen-
93 tentiam in multos text. iuris citat. Et ſi igitur † in
ſtatut. Lubecenſ. *lib. 1. tit. 7. art.* 7. dicitur: Quod tu-
tores pupillorum ſuorum bona non aliter ad vſuram
ſumere, neque etiam in ijſdem ipſis bonis commer-
cia exercere debeant, niſi ſufficienter ipſis cauerint,
eo quia ſi ita factum non eſſet, bona ipſorum ad graue
detrimentum eſſet expoſita. Exiſtimo tamen in hoc
ſtatuto fideiuſſoriam cautionem, præſertim ſufficien-
tem, & idoneam, non eſſe excluſam, vtcunque ſtatuta
etiam ſint ſtricti iuris, per iura proximè adducta.
94 In † terminis porrò moratorij reſcripti id nomi-
natim traditum eſt à Romano *in conſi. 439. num* 10. li-
cet multi ab eo diſſentiant, vt ibi Mandoſ. *in addit. lit.
B.* annotauit.
95 Cæterum modo dicta † pugnare videntur cum d.
l. verum. § item videndum. ff. pro ſoc. vbi tantum nuda
repromiſſio exigitur. Niſi fortè dicas, ſpeciale id eſ-
ſe in actione pro ſocio, propter bonam fidem, & ius
fraternitatis: nam cuius fidem, cum initio ſocietatem
contraheremus, probaui, eius promiſſionem, quan-
doquidem abſque ſua culpa ſæpè poteſt fieri non ſol-
uendo, ob memoriam tranſactæ ſocietatis, improba-
re non debeo. Et conjicio hac ipſa ratione motum
Vlpianum, cum prius dubitaſſet, vtrum cautio, hoc
eſt ſatiſdatio, an vero nuda repromiſſio in hoc iudi-
cium veniret, arbitratum eſſe poſtea, nudam repro-

miſſionem venire. Quod iuuatur ex traditione Ac-
curſij *in d. l. vnic. § cum autem verb. cautione. C. de rei
vx. act.* dicentis, quod maritus quoq; hoc in caſu ſim-
pliciter, abſque fideiuſſore, vel pignore cauere poſſit.
Nam matrimonium vera eſt ſocietas, *l ff. de ritu nu-
pti. 1. ff. rerum amot.*
96 Nec verò † inutiliter & ridiculè (vt putat Zaſ. *in
l. qui cedit. verſi. ſed an ſufficienter. ff. de ceſſio. bonor.*) quæri-
tur, vtrum is, qui bonis ceſſit, fideiuſſorem vel pigno-
ra dare teneatur? quaſi ſcilicet ſi hiſce inſtructus fuiſ-
ſet, ad flebile, & miſerabile ceſſionis adiutorium non
97 veniſſet. Demus enim hoc caſu eum † à ſatiſdatione
liberari, & iuratoriæ cautioni omnino relinqui, *ſe-
cundum glo. in d. c. Odoardus de ſolut.* Quod confirmat
98 decretū † Cameræ Imperialis apud Raphaelem Seile-
rum, *in ſelect. ſenten. vlt May, Anno 1510.* latū his verbis:
In cauſa, & cap. quæ rectè cognita: in omnibus ſuis
bonis, etiam extra petitionem hæredes fideiuſſores
eſſe audiendos ordinamus, præſtito iuramento per
Devm, & Sanctos, ſi medietas hæreditatis accipien-
da eſt, pro debitis & expenſis infallibiliter factis: De
his debet audiri ſi velit, nec ne, iudicium rectum fa-
ciendum eſt.

Cognitionem enim habere debent: de omnibus
cauſis agris, ac alijs immobilibus, & de ipſis præſta-
re fideiuſſionem ad hoc, vt capitale hæredum agnoſ-
cant.

Et ſimilem formulam vide apud Ioan. Fridericum
Hufanum, *in tract. de proprijs hominibus. 6 q princip. nu.*
33? Tamen & hoc fieri poteſt, vt licet cedens bonis
maximè non habeat pignora, poſſit tamen res alienas
dominorum voluntate nectere. *l. aliena. ff. de pign. actio.
l. ſi fundus. 16. § 1. ff. de pignor.* Similiter fiet, vt poſt ceſ-
ſionem facilius inueniat fideiuſſores, quam ante: non
enim vt fideiuſſor, qui ante ceſſionem fidem ſuam in-
terpoſuit, quocunque tempore conueniri poteſt, cum
99 † ceſſionis beneficium ipſi non proſit, ſicut proba-
bo infra *cap. 57. par.* 4. Ita, & is, qui poſt ceſſionem in-
teruenit, omni tempore conuenitur, ſed tum demum
aduerſus hunc oritur actio, quando debitor ad pin-
guiorem fortunam peruenit, quæ tamen cum rariſſi-
men, tum longo poſt tempore debitorem reſpicere ſo-
let, vt interim fideiuſſor dicis tantum cauſa interue-
niſſe verè videatur.

Quare abſurdum non eſt, quod de idonea cautio-
ne, potiſſimus, niſi ſimul abſurditatis inſimulare ve-
100 limus Impp ſic † reſcribentes, *in l. vniuerſa. Cod. de
precib. imper offer. Vniuerſa reſcripta,* inquiunt, *quæ in
debitorem cauſis ſuper præſtandis dilationibus promulgā-
tur, non aliter valeant, niſi idonea fideiuſſio ſuper debiti
ſolutione præbeatur.* Loquuntur autem de inducijs
101 quinquennalibus, vel reſcriptis † moratorijs. Quæ
ſaluum conductum quinquennale vocantur, quibus
muniri ſolent debitores, ne intra quinquennium quid
ab ipſis petatur, *d l. vniuerſa. & ibi Dec. l. fin. ibi quin-
quennale ſpatium. C. qui bon. ced poſſ Cuiac. lib. 2. obſer. c.*
50 *Menoch. de arbitr. iudic. quæſt. caſu. 203. num. 14 cum
ſeqq. Petr. Rebuf. in comment. ad conſtit. Regias. tom. 2. f. b
Rubr. de lit. dilatoriis Anto. Theſ. dec. 180 Andr. Knichen.
in comment. in ius Saxon. cap. 5. §. de inducijs moratorijs,*
102 quod nos vernaculo ſermone † dicimus proſecutio
querelæ, Chilianus de his ſcribit ſcitu digna, *nihil paſ-
ſim Regulas dictos, in proceſſu ſuo, c. 2. in additionib. nu. 13.*
103 Verum tamen hæ induciæ hodie † non decoctori-
104 bus (quos † Græci [illegible], & [illegible],
Agell. lib. 7. cap. 11. Iuriſconſulti, & Imperatores per
metaphoram [nam decoquere eſt, coquendo mi-
nuere, quanquam reuera, vt Ioann. Ludouic. Viues
ait, nihil cruditis eſt, quàm hoc ipſum decoquere

deco

de-coctores, *l.2.in fin. C. de fund. rei priuat. libro 11.*
Buoxæus *in l. ſi hominem.§. quoties.ff.depoſ.* vel quando
de ſeruis loquuntur, conturbatores, *l. quicunque §.*
idem Labeo. D. de inſtitor. l. quidamſnndum. D. de in
rem verſo.l prima in fin.D.de ſeruo corrupt. Turnebus
lib.quarto.aduerſar.capit.15. Ioan Bonifacius *de fur.*
§ furtum. num.72. Itali denique, & Belgæ, Fallitas,
& Bancoruptos appellant:) non, inquam, hiſce de-
coctoribus, Ganeonibus, Salaconibus, & profliga-
toribus, ſua haurientibus, ſed illis tantum debitori-
bus, qui fortunæ aſperitate, & iniuria, ex accidenti,
non ſupina negligentia, facultatibus lapſi ſunt, & à
Iuſtiniano *in Nouell.4. & Nouell. 135.* infelices debi-
tores. nominantur; concedi ſolent, non ſolum
105 † de iure communi, *Alexand.in l.prima. num.43.D.*
106 *ſi cert.petat.* ſed etiam † de conſuetudine, prout in
Gallis, ita obſeruari, teſtis eſt Boer. *deciſ.349.* referen-
te Benuen. Stracham. *tract. de decoctoribus. part.6. nu.*
107 *20.* Et † à Carolo V. Imp. conſtitutum eſt, Anno
1541.die 18.Nouemb. nec non, de Anno 77. tit.23. vt
legimus apud Peckium *in tract. de iur. ſiſten. cap. 4.*
num.2. Petr. Heigium *quæſt.iuris, par.1.quæſt.35.num.*
43. & multis ſeqq. quæ ſuſtineri poſſunt, *ex d. No-*
uell 135.facit etiam l 4.§.quanquam. D.quod cum eo. &
vide præterea Eineſt. Cothman. *in reſponſ.19. per diſ-*
curſum. nec non Hotoman. *in quæſt. illuſtr. quæſt.26.*
mihi pag.175. Petrum Auguſt. Morlam. *in Emporio iur.*
part.1.tit.8.quæſt.

108 Aliud † tamen antiquis Romanorum moribus ob-
ſeruatum fuiſſe, conuincit elegans locus apud Senecã
lib.7.de benefic.c.26. vbi ita ait: *Quid tu tam impru-*
dentes iudicas maiores noſtros fuiſſe, vt non intelligerent,
iniquiſſimum eſſe eodem loco haberi eum, qui pecuniam,
quam à creditore acceperat, libidine aut alea abſumpſit,
& eum, qui incendio, aut latrocinio, aut aliquo caſu triſ-
tiore, aliena cum ſuis perdidit? Nullam excuſationem
receperunt, vt homines ſcirent fidem vtique præſtandam.
Satius enim erat, à paucis etiam iuſtam excuſationem
non accipi, quam ab omnibus aliquam tentari, &c.

Nec obſtat prædicta, quod de æquitate Canonica
109 ſubueniendum † ſit pauperi, ſiue malo, ſiue bono,
c. quieſcamus 42.diſtinct. Ioan. Andr. in c.quæ in Eccle-
ſiarum.de conſtit. Felin in c.ſi qui teſtium de teſtib. ſiqui-
110 dem in foro Poli † æquitas rigori iuris poſitiui præ-
fertur, *Abbas in c.quia propter. de elect. Iacob. Marchi-*
ſellus in ſylua quæſtio.practicar. quæſt.33. n.7. late Mar-
tin. Benekendorff.ad l.1. memb 4. par.4 limit.1. & 2.D.
de reg.iur. vnde dicendum videbatur, & decoctori-
bus quinquennale illud ſpacium indulgeri debere.
Reſpondeo enim, dilectionem perfectionemque
Chriſtianam remiſſionem debitorum quidem ab ho-
minibus quoad inuicem exigere, iuxta parabolam
Chriſti, *Matth.18.* atque ea, quæ dixi ſupra *c.1.n.39.*
ſed interim magiſtratui politico poteſtas non adimi-
111 tur, quo † minus exemplum, & παράδειγμα ſtatuat in
illos, qui non ſolum ſuas, ſed etiam alienas opes
perditiſſime abligurierunt, & ſic tam ſe, quàm pro-
ximum ſuum eiuſque coniugem, & liberos ad extre-
mam inopiam, carceres, ceſſiones bonorum, & exilia
redegerunt, Rectè enim IC. Tryphoninus ait: *Male*
meritus publice, vt exemplo aliis ad deterrenda malefi-
cia ſit, etiam egeſtate laborare debet, l.bona fides.31 ff.de-
112 *poſit.* Nec poteſt videri odioſum † aut rigoroſum,
quod ob publicam vtilitatem conſtituitur, *Daniel.*
Moller.in comment. ad conſtit. Saxonicas, conſtit.15.n.7.
113 *part.2.* Imo debent † futura mala caueri, non iniquis
conſuetudinibus foueri, *Innoc. in c.inquiſitioni. de ſent.*
excommun. Zaſ.in conſ.5.n.67. lib.1. Quia etiam negare
auſit, filiumfam. ex acceptione pecuniæ ciuiliter an

naturaliter obligari, ſolaque exceptione SC. Macedo-
niani tutum eſſe, *l.qui exceptionem.ff.de condict. indeb.*
114 Et † tamen hoc SCtum ſeruandum eſt, etiam in foro
conſcientiæ, *Innoc.& Ioan.Andr.in c.quia plerique de*
immunit. Eccleſ. DD. in c.1. conſtit. Alciat. in c. nouit. n.
115 *10. ext.de indic.* Præterea † æquitas quæ non eſt iure
ſcripta, ſed ex indigeſto motu, & affectione animi ap-
paret, contra ius ſcriptum non eſt ſequenda, vt di-
cunt Bart. Bald. & DD. *in l.1.C. de legib* Abbas *in c fin.*
de tranſact. M. Ant. Natta *conſ.49. n.vlt. par.1.* Iaſ. *in l.*
placuit.n.3.ff.de indic. Menoch. *de præſumpt.lib.1.quæſt.*
80.n.32. Andr. Gayl. *lib.2 obſer.23.n.26.* pulchre Bene-
kendorff *d l.1.memb.4.part.4.limit.1.n 112. & aliquot*
116 *ſeqq ff.de reg iur.* Alioquin nihil † eſſet, vel certum,
vel perpetuum in iure noſtro, quibuslibet, præſertim
idiotis ac magnis Gynæceis cauſarum ſtatum ad
117 quamlibet imaginatam æquitatem (quam † cerebri-
nam appellat Petr. Heigius *part.1.quæſt 37.n.11 & 12.*)
detorquentibus, Zaſ. *conſ.10.n 34 lib.1.* vbi dicit, pro-
pterea etiam cum iuris doctrinis, tanquam certis, re-
manendum eſſe. Et probè Ioan. Goddæus *in comment.*
de contrah & commit ſtipul.c.9.concl.5. n.123. ex priua-
to ad effectu intra priuatos parietes generatam, & fi-
ctam æquitatem, inſtar iuris in publicum proferre,
nefas reputari ait.

118 Nec deſtituor hic † exemplia ſeueriſſimarum ca-
ſtigationum talibus nebulonibus aliena, vel fraudu-
lenter contradentibus, aut abligurientibus, & deinde
proteruiam facientibus, illatarum. Caſtrucius Ca-
119 ſtracanis † Lucenſium dominus cum ſciret menſa-
rium prædiuite ſolum vertiſſe, nec multo poſt praua
pecunia cum creditoris pacta, menſam repetiiſſe, atque
magnificas ædes ædificare cepiſſe, in vincula conie-
cit: atque vocatis edicto creditoribus pro tota ſum-
ma ſatisfieri iuſſit: & quod vltra menſario ſuperfuit,
in publicum redegit. Appenſo autem menſario iuxta
menſam, in qua aduerſus eos, qui eius fidem ſecuti
erant, fraus commiſſa erat, ceroices fregit, *Fulgoſ.lib.*
120 *6.c.3.* Florentini † olim in decoctores ac turpi iudi-
cio conuictos, eoſque qui Reip. debitam pecuniam
ex magiſtratus præſcripto addiem non ſoluiſſent, in-
ter ærarios referebant, ſic vt ius ferendi ſuffragii ciui-
tatiſque amitterent. Is autem cui ea multa irrogata
erat, adigi ad ſpeculum dicebatur, quo in ea nota,
tanquam in ſpeculo, & cenſum, & fortunas ciuium
licebat intueri, *Bruт lib.1. hiſtor. Florentina.* Græcis
121 † lege cautum erat, vt qui patrimonium prodegerat,
ſepulchro patrio non humaneretur, ſed externo *Alex.*
122 *ab Alex.lib.6.c.14.* Apud † Romanos adhuc grauior
conſtituta erat pœna, vt videlicet apud Cæl. Rhodi-
123 gin. *lib.12.lect.antiq. cap.20.* Mos † apud Moſcouitas
eſt receptus, quod omnes debitores, qui æs alienum
conflauerint, non habentes vnde creditoribus red-
dant ex legis præſcripto in locum certum, & publi-
cum, ad id ordinatum ducuntur, ibique à ſeruis præ-
torianis flagris baculiſque perſuſas, & crura pedum
grauiter abſque vlla miſericordia cæduntur, tam diu
donec, vndecunque accipiendum ſit, creditoribus
ſua reddere cogantur. Quod ſi ſoluendo non fuerint,
tunc verberibus multoties exacitati, creditoribus ſe-
cundum valorem debiti ſeruire coguntur, *Alexander*
Guagninus in deſcript. Moſcouia. c.4. vt multa alia
ſciens prætermittam.

124 Sed † nec indiſtinctè pro quolibet debito impetra-
ri, aut concedi dictæ induciæ poſſunt ac debent, ſed
ſemper in ſupplicationibus debiti qualitas eſt narran-
da, verum ſit iuratum, fiſcale, Eccleſiaſticum, pupilla-
re, ex cauſa locationis, & conductionis, antiquum an
recens, &c. *Thomas Ferrat.cautel.55. Afflict. deciſ.5.&*

Antonius Heringius.

D

*ibi Gramma. in addit. Menoch. d. caſu.*203. *n.*14. *cum*
*ſeqq Teſſaur. d.dec.*186. Et ideo euitari poſſunt quo-
125 dammodo † illa, quæ contra conceſſionem harum in-
duciarum inducit Natta *in conſ.*591. *nu.*16.17.18. *&* 19.
126 *lib.*3. Nec † obliuioni tradendum eſt, ſi creditores
forte induiſerint debitori tale quinquennale ſpacium,
vt ſoluere poſſit: quod hoc ſpacio indulto, & tranſa-
127 cto non audiatur bonis ceſſurus: quia † ſufficit vna
gratia, nec duplici onere creditores ſunt grauandi, vt
tradit Zaſ. *in l. vlt. verſ. tertius caſus eſt ff. de ceſſio bonor.*
128 Aliud eſt, ſi is, † qui ſemel ceſſit bonis, iterum bonia
cedere velit, hoc enim ei licere, pluribus oſtenſum
eſt à Ioan Cephalo *in conſ.*193. *lib.*2.

Ponamus iam, debitore ex iuſta cauſa tales indu-
cias impetrante, ſuper dilatione reſcriptum Principis
promulgari, num illud valebit ex ſola principis vo-
luntate, non præſtita cautione de ſatisfaciendo? Re-
ſpondent vtique Imperatores, non aliter valere, niſi
idonea fideiuſſio ſuper debiti ſolutione præbeatur.
129 Iuſtiſſime. Nam, creditor † ipſe, cum diem dat debi-
tori, competentem cautelam ad ſoluendam pecuniam
ab eo exigere poteſt, *l. ſi debitori ff. de indic* quia igitur
130 pro more quaſi habent Imperatores, vt ne † in alicu-
ius iniuriam beneficia tribuant, *l. ſed eum* 32. *ff. ad Tre-
be. leg. nec auus. C de emancipat. liberor.* qua in re præ-
131 tor † ſe ij accommodat, qui & ipſe beneficium ſuum
nemini vult eſſe captioſum, *l.* 8. *ff. de prætor. ſtipulat.*
132 Ideo antequam † reſcriptum impetratum valeat, fi-
deiuſſionem idoneam præberi volunt, *l. leg. vniuerſa.
Roman. conſ.*439 *n.*9. *Marbeſil ſingul.*241. *Reald. Caſtal-
dus in tract. de Imperat. quæſt.*111. *verſ. tertio prohibet.
Guido Papa deciſ* 109. *num.* 2. *Bernard. VVurmſerus in
pract. obſeruat. lib.* 1. *tit.* 28. *obſe.* 9. *Caſtalius in l.* 3. *ff. de
condict. cauſ. dat.* ac faciunt illa, quæ tradidi infra *cap.*
456. *& præſertim n.* 491.
133 Cæterum † præbetur hæc fideiuſſio tum demum,
quando eſt à creditoribus petita; de horum enim
præiudicio agitur, *glo. dict. l. vniuerſa per l. quotiens.* §.
2. *ff. ſolut. matr.* ſequitur Hippol. *ſingul.*341. *Franciſc.
Marc. in deciſ. Delphi quæſt.*83. *nu.*2. *par.*1. *Menoc. in c.
remed. adipiſc. poſ. nu.*98. *Andr. Gayl. lib.*2. *obſ* 46. *nu.*14.
alios retulit copioſè Schrader. *de feud. part.*10. *ſect.*20.
*num.*301. Non igitur opus eſt, vt Imperator proprio
motu eam exigat, ſed ſufficit, ſi petentibus creditori-
bus moram non faciat, nec debitores immunes di-
mittat, *argumento l.*2. §. 1. *ff. quod legatorum.* Regula
134 † enim generalis eſt, quæ vult, quod in omni mate-
ria, in qua iudex poteſt aliquid facere, vel iure com-
muni, vel ex forma ſtatuti, vel conſtitutionis, hoc in-
telligendum ſit, ſi petatur à parte, vt ex quamplurimis
iuris interpretibus nouiſſimè tradidit Daniel Moller.
*in comment. ad conſtitut. Electorales, ſiue Saxonicas, con-
ſtitut.*19. *n.*14.15.16.17. *&* 18 *par.*1.
135 Cæterum etiam † hoc Imperatori obſeruandum
eſſe traditur, ne vltra quinquennium dilationem hanc
extendat. *d. l. fin. ibi quinquennale ſpacium C. quibon. ced.
poſſ. Caſtrenſ in l.*2. *C. de prec. Imper offeren. Ioan. Bapti-
ſta Bouius de ſtatutaria illatione, glo.*19. *n.*128. *Petr. An-
guſtin. Morla in Emporio iuris, part.*1. *tit.*8. *quæſt.*1. *n.*18.
Quamquam alii, vt Cynus, & Salicet. nec non Ale-
xand. *conſ.*216. *lib.*2. prout eos refert Natta *in conſ.*591.
136 *num.*1.2.3.4. *&* 5. *lib.*3. velint, Imperatorem † uſque ad
decennium talem dilationem concedere poſſe, qua
in re tamen ego *ἐπέχειν* manere, quam deciſor eſſe
malo.
137 Et ſi fortè † rationem quis quærat, cur præcisè
quinquennium ſit ſtatutum, fateor (cum non omnium,
quæ à maioribus conſtituta ſunt, ratio reddi poſſit, *l.
non omnium. ff. de legib.* ac boni quoque Theologi ſit,
quædam ignorare) me non habere aliam, quàm hanc,
quod cum modicum tempus, & iuſtitium aliquod
indulgendum eſſet, hoc viſum eſt ſufficere, cum quia
ex parte creditoris in eo non magnum eſt damnum,
argumen. dicta l. ſi debitori. ff. de indic. tum etiam, quia
reſpectu debitoris ſatis longum ſpacium ad ſoluen-
138 dum indulgetur, ſiquidem, & † quinquennium mul-
tum temporis dicitur, *in l.* 1 § *quod dicitur. vbi Zaſius
notat. ff de ſeparatio. l. contra iuris. in princip ff. de pact.*
139 §. *temporales. Inſtitut. de exceptio.* vt † & quadriennium
Imperatori Conſtantino magnum eſt tempus, *in l. v-*
140 *xor.* 7. *C. de repud.* Imò & id non diu durare dicitur,
quod decennio durat. *l. prima. C. de emancipat. l. ſi
eum fideicommiſſa.* §. *Ariſto. ff. qui & à quibus man. Ca-
millus Borellus controuerſ.* 81. *n.*10. Quadrant huc ea
quoque quæ in ſimili tradiderunt Gabriel Mudæus, *in*
§. *omnes, n.*2.3.4.5. *& ſequent. Inſtit. de actio & Petr. Hei-
gius in quæſt. iuris part.*1. *quæſt.*16. *n.*13. *& aliquot ſeqq.*
dum iſte quidem diſputauit de eo, cur nulla actio
141 vltra † quadruplum extendatur. Hic verò, cur Sa-
142 xones † in definiendis præſcriptionum temporibus
non ſolum aliquot annorum curriculum conſtitue-
rint: verum etiam annis aliquot dies adiecerint.
Quod ſi tamen ingenii ala hoc loco aliquis altius
euolare voluerit, eundem rogatum volo, vt ne prius
accuratam determinationem harum quæſtionum in
143 ſe ſuſcipiat; quam ſi ſimul expediat, cur † Pythagoras
ex moroſitate quadam diſciplinæ auditoribus ſuis
non ſeptennium, aut decennium, ſed quinquennale
vocis exilium, aut ſilentium, quam Græci *ἐχεμυθίαν*
vocant, teſte Suida, & Baronio, indixerit? Item, cur
144 ſedecim † illi caſus relati ab Euſtathio Antecessore
Conſtantinopolitano *de tempor. præſcriptio.* & Dyno
eodem tractat. de præſcriptio. præcisè quinquennii
præſcriptione terminentur? Certè erit hoc ipſum
προσοχῆς critico dignum. Græci vtique interpretes
145 † nullum ſpacium exprimunt, ſed ſimpliciter hoc
quinquennii iuſtitium *ἐχεμυθίαν* appellant, quod, &
de aliquot dierum iuſtitio accipere poſſis, vt apud
Agell. *lib.* 20. *c.*1 *& Tertull. lib. de reſurrect. carnis* 2.
Vbique ait, iuſtitium eſt, quies rerum.

Ex eo autem, quod hactenus oſtendi, debitorem
neceſſe habere, vt fideiuſſorem præſtet, non ſequitur
tamen, debitoris conſenſum ſemper in conſtituendo
146 fideiuſſore requiri; nam † & fideiubere pro alio poteſt
quisque etiam ſi promiſſor ignoret, *l. fideiubere. ff. de fi-
deiuſſo. l. ſi mandato* 20. §. 1. *cum l. ſeq ff. mandat.* & ſem-
147 per † qui non prohibet pro ſe interuenire, mandare
creditur, *l ſemper. ff de regul. iur. l.* 6. §. *ſi paſſus. l. qui pa-
titur. ff. mandat* Sed quod ad actionem ex illo contra-
ctu orientem attinet, res diſtinctione eſt mollienda.
148 Si † enim fideiuſſor pro reo patiente, & conſentien-
te ſiue non recuſante, fidem ſuam adſtrinxerit, man-
dati cum eo, poſt exolutam pecuniam, vel factam
condemnationem poteſt actionem exercere, *l. qui fide.*
149 53. *mandat. l ſi fideiuſ. C. eod.* At ſi pro debitore † præ-
ſente, & vetante fideiuſſerit, nec mandati actio eſt,
150 nec negotiorum geſtorum, quod adeo † verum eſt,
vt nec vtilis detur, ſed fideiuſſor ab omni actione re-
cuperandi excludatur: prout ex ſententia Pomponii
151 tradidit Paul. *in l. ſi pro te.* 40. *ff. mandat.* Tandem † e-
nim vim habet prohibitio, ne gerantur negotia, vt iis
etiam vtiliter geſtis, ne vtilis quidem actio competat,
l. vlt. vbi gl. Bart. Bald. & Salic. C. de negot. geſt. Ant.
Gomeſ. *cap.*13. *nu.*11. Hier. Treutler. *ſelect. diſput. vol.* 2.
*diſput.*28 *theſ.*3. *lit.* G. pulchre Vinc. Carocius *de ex-
cuſſ bon. part.*2. *quæſt.*22. *num* 3.4.5. *& ſeqq* Ioan. Bapti-
ſta Aſinius *de execut.* §. 7. *cap.*165. *nu.*2. Ioan Goddæus
*de contrah. ſtipul. cap.*5. *concl.*23. *n.*53. Quanquam Ca-
rocius

152 rocius *d. loco. num.7.* ſubiungit, talem † fideiuſſorem
nihilominus habere beneficium excuſſionis, vtpotè
quod in æquitate fundatur.

Supereſt vnum, quod præcedentibus commodè an-
nectitur. Quæritur enim, quia dictum eſt, debitorem
153 vt plurimum fideiuſſores dare, an igitur † quicunque
fideiuſſorem præſtat, ſtatim ſe debitorem eſſe fatea-
tur? Dubium mouet, quod Socinus *in conſ. 113. incip.*
154 *quoniam in cauſa. lib.3.* reſpondit, eum † capturæ, li-
cet iniquæ, conſentire cenſeri, qui vltro præſtat fide-
iuſſores de non recedendo, ſequitur Conrad. Lancilot.
de offic. prætor. in cauſis crimin. Rubr. de captura. nu.17.
Nec putaris obſtare, quod dici poſſet, detentum vi-
deri dare fideiuſſores quodammodo compulſum, cum
aliàs non relaxaretur: quia, inquit, præſumitur pro
iudice, quod non relaxaret eum, ſi aliqualiter de cau-
155 ſa inſtrueretur: nec † eſt veriſimile, quod violentia
ei inferretur, præcipuè in actu apud iudicem facto,
iuxtà notata *in l. non eſt veriſimile ff. quod met. cauſ. l. 1.
ff. de his qui per met. iudic. non appell.* cui conſenta-
neum eſt, quod ſcribit Bald. *in l. 2. C. de ſer. fugit.* in-
156 quiens: quod † captus iniuſtè, ſi non reclamat, va-
leat contrà eum ſententia, & executio.

Nec prorſus diſcrepat, quod profertur ex Bart. *in
diſputat. quandam, incip. Lapus.* vbi talis facti ſpecies
agitata fuit. Iudex quidam fecit aliquem iniuſte capi,
eumq; poſtea relaxauit, accepto fideiuſſore de repræ-
ſentando ad ipſius requiſitionem. Quid verò fit? Re-
laxatus conuenit iudicem in ſyndicatu, & de iniqui-
tate incarcerationis conqueritur; conſultus igitur
157 Bart. reſpondit: Iudicem † excuſari, propterea quod
per dationem fideiuſſoris videatur reus tacitè con-
feſſus, ſe iuſtè fuiſſe captum, atq; ita captum appro-
baſſe. Qua quidem in re Bartolum ſecutos eſſe reperio
Amed. de Caſtell. *in tract. Syndic. col penult. verſic po-
ſtremo dicendum eſt.* Thom. Ferrat. *in cautel. 14. incip.
Iura ſunt vulgaria in 2. memb.* & Celſum Hugon. *in
conſ. 71. nu. 10. verſic. quoad verò capturam. & conſil. 121.
n. 2.* Quo etiam ſpectat, quod Tiber. Decian. *in reſponſ.
15. n. 26. vol. 1.* ait, quod dans fideiuſſorem vel ſeipſum
pro re aliqua fideiuſſorem conſtituens, fateatur ſe
nullum ius in ea habere.

Sed in auctoritatibus hiſce nihil proponitur, cur
158 non potius ſtatuamus eum † qui fideiuſſorem dat,
non agnoſcere debitum, nec fateri eum, qui accipit
eſſe creditorem: quia poſſit alio animo fideiuſſorem
dare, vitandæ puta cuiuſpiam inſtantiæ, & importuni-
tatis creditoris cauſa, cui tamen poſtea ſe nihil de-
bere monſtraturus ſit *l. iiſdem. § vlt. C. de agric. & cen-
ſit. lib. 11. Cuiac. ad African. tract. 7. mihi pag. 357.* Sicut
159 enim † qui familiæ herciſcundæ agit, non confite-
tur ſibi aduerſarium eſſe coheredem, *l. qui familiæ. ff.
famil. herciſc. l. 3. § vlt. ff. de tranſact. l. 2. C. eod. tit.* Nec
160 † actionem ſibi edi petens conſentit in iuriſdictio-
nem iudicis, *l. non videtur. 33. ff. de iudic. Herman Vult.
in comment. doctiſſimo ad l. 1. num. 157. C. de iuriſdict.*
161 Nec qui † in rem agit, ſtatim fatetur, aduerſarium
eſſe poſſeſſorem, ſed imo integrum ei eſt, aduerſus il-
lum agere petitione hæreditatis, aduerſus hunc verò
facto iam finitoque vel etiam pendente iudicio vin-
dicationis, experiri interdicto poſſeſſorio, *l. & in ea-
dem. § vlt. ff. de except. rei iud. l. naturaliter. § nihil
commune. ff. de acquir. poſſ. l. cum fundum. § vlt. D vnde
vi. Cuiac. lib. 9. obſ. c. 36.* Et in ſumma, ſicut exceptio-
162 nem obiiciens † non illico videtur de intentione ad-
uerſarii confiteri, *l. non vtiq; D. de except. c. exceptio-
163 nem. de regul. iur. in 6.* Item, ne † epiſtola quidem, qua
quis coheredem ſibi eſſe cauit, petitionem vllam dat
aduerſus poſſeſſorem rerum hæreditariarum, *l. epiſt. 32.
D. de pact. l. non epiſtolis. C. de probat.* Ita nec is, qui fi-
deiuſſorem dat, continuo videtur ius, ſi quod habet,
abiicere, & aduerſarium debitorem eſſe confiteri, non
164 † magis, quam ipſa confeſſio debiti nuda, & ſine cau-
ſa verum debitum probat, *l. Lucius 88 §. quiſquis mihi
heres erit. D. de legat. 2. Matt. de Afflict. in tract. de iur.
165 protimiſ. §. n. 12.* non magis † quoq; quam is, qui rem
aliquam emit, eam venditoris eſſe confitetur, *gl. l. 1. ff.
de Publicia.* Negulant. *de pignor. 8. part. princ. memb. 3.
n. 10.* vbi Saliceti opinionem contrariam refutat, non
166 † magis quoque ac is, qui liti, eandem ex verecunda
cogitatione execratus, renunciat, aduerſarium ius ha-
bere fatetur, *l. ſive. C. de ingen. manumiſſ.* Denique non
167 † magis, quam fideiubendo quis cenſetur remittere
ius, quod habet in re, pro cuius euictione fideiubet,
Dynus *in ſingul. 173. per l. fin. D. de euictionib.* quæ ta-
men illud, mea opinione, non probat.

168 At enim, inquit, ſi videtur † confiteri crimen,
qui paciſcitur, cur non, & is ſe debitorem fatebitur,
qui dat fideiuſſorem, *l. quoniam ff. de his qui not. infam.*
Reſpondeo, hæc diuerſa ſeu diſſimilia eſſe, *vt ait l in-
ter ſtipulantem. § ſacram ff de verb. oblig.* Patet diſſimi-
litudinis ratio, quia non vt verum crimen ſemper pa-
ctionem præcedit (alioquin ſtultus eſſet, qui paciſce-
169 retur, innocentia ſua, quæ per ſe optima eſt † Apo-
logia, ſatis munitus) ita, & verum mox eſt debi-
tum, pro quo fideiuſſio præſtatur, ſed importunitas
debitoris huic nonnunquam locum facit, vt tan-
tum vexatio ad tempus redimatur, *argum. leg ſi pro
aliquo §. 1. D. ad SC. Velleia.* à diuerſis igitur nulla fit il-
latio.

170 Quod ſi porrò † vrgere quis voluerit, eum con-
ſentire in iudicem, qui ab aduerſario ſatiſdationem
petit de iudicato ſoluendo, vel qui ipſemet ſua ſponte
ſatiſdat iudicio ſiſti, vel fid. iubet de iudicato ſoluen-
do, *Bart. & Iaſ. in l ſi conuenerit. num. 32. & 33. D de iu-
riſdict. & ibi doctiſſ. Card. Alban. in addit. ad Bart. nu. 5.
idem Bart. Imol. n 41 Alexand. n. 14 & Doctor. in l. qui-
dam conſulebat. D. de re iud. Soc. iu. in d. conſ. 113. col. 2.
lib. 3. fuſe Pariſ. conſ 48. vol. 1. Menoch de præſumpt. lib.
2. præſump. 19. nu. 7. & vide infra c. 14. nu. 20.* atque ideo
pari ratione idem in propoſito concludendum, cum
171 † à iudiciis ad contractus argumentari liceat, *l. inter
ſtipulantem §. 1. D. de ver. obligat.* Tunc dicam, eam ar-
gumentationem generaliter veram non eſſe, darique
poſſe ἐνστάσεις locupletiſſimas, quibus probetur, eum
nonnunquam in iudicem non conſentire, vtcunque
fideiuſſorem de iudicio ſiſti præſtet. Quid enim ſi er-
rorem dat, vt quia credit ſe teneri ſatiſdare, cum non
172 teneatur, hoc caſu vtique non conſenſit, cum † erran-
tis nullus ſit conſenſus, *l. ſi per errorem. D. de iuriſdict.
Felin. in c. inter monaſterium. n 9. extr. de re iud. e. late
Schardor. de feud part. 10 ſect. 1. n. 141. Herman Vulteius
in l. 1. n. 175. & 176 de iuriſdict.*

173 Rurſus fac, eum in iudice coactum † ſatiſdare, ne ſic
174 quidem ſatiſdans conſenſiſſe præſumitur, cum † actus
neceſſitate factus conſenſum non inferat, vt in ſpecie
docuit Angel. *in l. ſed etſi ſuſcepit 52 ff de iudic.* Quam-
obrem ſic tandem concludo, veriſſimum eſſe, quod
ſupra docui; eum, qui fideiuſſorem dat, regulariter ſe
debitorem eſſe non fateri.

Dico, regulariter nam contingere poteſt, vt ali-
157 quando † per damnationem fideiuſſoris ſe reum eſſe,
vel eſſe velle fateatur, non ſolum ſi donandi animum
habeat, & conſulto ius ſuum retineat, *leg. cuius per er-
rorem. D. de reg iur. l. 9. C. de condict. in debit. text in l.
ſed ſi paterfamilias. 9. §. non ſolum. in fin. D. ad Mace-
76 dan.* Verum etiam, ſi poſtquam fideiuſſorem dedit,
partem ſoluat, vel iterata cautione vltro ſe in

eandem ſummam, quæ iure ab ipſo non petebatur, obſtringat; nam ſi hoc non eſt agnoſcere debitum, neſcio quid ſit agnoſcere debitum, *l. vlt. C. de plus petit. l. ſi mulier. C. ad Velleia. l. cum notiſſimi. §. imo, & illud. in fin. C. de praeſcrip. 30 anno.*

177 Sed † non abs re quæras, qui igitur fiat, vt contrarium quodammodo huius ſtatuatur, *in l. vlt. C. ne vxor pro marit.* Ibi enim, qui ſoluit partem debiti, ad quod nullo modo tenebatur, non tamen pro reſiduo conueniri poteſt, cui ſimile eſt, quod reſpondit Scæuola *in l. Lucius. §. teſtator. & ibi Raphael Fulgoſius, ff. de legat. 2.* cum dixit: hæredem, qui ante tempus partem legatorum ſoluit, cogi non poſſe, vt cætera legata, antequam dies cedat, præſtet. Verum facilis eſt concor-
178 dia: aliud enim eſt nomine † alterius; aliud nomine proprio partem debiti ſoluere. Qui nomine alterius ſoluit, non videtur per ſolutionem partis totum agnouiſſe, *d. l. vlt. C. ne vxor pro marit.* Et eſt ratio, quod gratuita eſt ſolutio iſthæc, & in ſola voluntate ſoluentis ſita, quem neque creditor, neque debitor cogere poſſunt, vt de re ſua faciat aliquid inuitus, *l. dudum. C. de contrah. empt. text. ſunt in l. voluntaria. C. de excuſat. tutor. l. operis non impoſitis. ff. de oper. libert. l. creditor. C. de vſur.* At qui nomine proprio in vim tituli vel cauſæ præambulæ, ordinatæ ad obligandum, partem ſoluit, non videtur non totum agnouiſſe, *l. ſeptima § vlt. ff. ad Macedon. faciunt tex. in l. prima. C. de fideicommiſſ. l. cum fide. C. de non nume-*
179 *rat. pecun.* Abſurdum † namque eſt ex parte obligationem approbare, ex parte improbare, *l. ſi ita ſtipulat. §. vltim. ff. de oper. liber. l. ſept. ff. de bon. liber. l. cum quaeritur. ff. de adminiſtra. tutor. l. vigeſima ſeptima. ff. de procurat.* Quare qui actum aliquem improbat, puta, ſi neceſſitate coactus partem debiti ſoluat, continuo teſtationem interponat contrariæ voluntatis, *l. ſi filiusfamilias. ff. ad Macedon.* alias ea omiſſa agnitio
180 † partis arguet agnitionem totius, *Afflict. deciſ. 13. n. 21. Dec. conſil. 618. n. 2.*

Scæuolæ porrò reſponſum nihil obſtat. Veriſſimum enim eſt, eum, qui legatum repræſentat gra-
181 tiam † vltroneam exercere ſoluendo ante diem, *l. continuus. §. cum ita. ff. de verb. oblig. l. mulier §. 1. ff. ad*
182 *Trebell. §. ex contrario. Inſtit. de legat.* à quo † ſi ante diem petatur, male agitur, *l. 1. §. vlt. ff. quand. dies vſufr. leg. cedat.* & merito importunius vocari quis poſſet, *c. 1. extr. de plus petit.* quod quam longe à noſtra quæſtione ſit remotum, nemo non videt. Nam qui ſuo
183 nomine partem ſoluit, non eſt liberalis, cum † in neceſſitatibus nemo liberalis exſiſtat, *l. rem legatam. ff. de adimen. legat. l. vnum ex familia. §. 1. ff. de legat. 2. l. ſi ſeruo 84 ff. de hered. inſtit.* ſed præſumitur id animo eximendi ſe ab obligatione facere, maximè, quando proteſtationem non interponit, *argument. l. ſexta. §. vltimo cum l. ſequentib. ff. de lege commiſſ. l. Æmilius. verſic. dicebam. ff. de minorib.*

184 Quod † deinde attinet ad conſil. 113. Socini reſpondebunt ipſi, & Baldo, meo nomine, vir ſummi ingenii eximiæque, ac ſingularis doctrinæ (teſte Ioan. Bapt. Aſinio *in praxi iudicior. in princ. cap. 5. num. 13.*) Auguſtin. Berous *in conſil. 9. num. 14. & ſeqq. & in conſ. 14. nu. 2. vol. 3.* ac Petr. Peckius *in tract. de iure ſiſtend. cap. 18. n. 6.* vbi præclare inquit, ſe in eam ſententiam, quam illi tutati ſunt, accedere non poſſe. Nam qui ſatiſdat, ait, certe, vt euitet detentionem, ſatiſdat, non vt aduerſus iniurioſum detentorem non agat, cum ferat ius ſuum ſibi durare, *l. 4. §. 1. ff. quib. mod. pign. vel hypoth. ſoluit.* ideoque actus ſatiſdationis animum, & intentionem ſatiſdantis egredi non debet: Quidquid enim agunt homines, intentio iudicat omnes, *leg. non*
185 *omnis ff. ſi cert. pet.* ſic videmus eum, † qui literas executionis dedit, aut iuramentum de non vindicando, aut vlciſcendo carcere, vulgo proſecutio querelæ,
186 quod iure † Saxonum in primis admittitur Brechteri relaxationem *lib. 1. artic 8. & ibi gloſſ. num. 7. & lib. 3.*
187 *artic. 41.* præſtitit (quod etiam per nudam copiam probari poſſe, Dominis Aſſeſſoribus Cameræ Imperialis placuit, in cauſa VVolphii Reuteri iuramenti contra Eberardum Rimerium. 10. Iunii, Anno 1576.) nihilominus poſtea iniquitatem incarcerationis vindicare poſſe, *Raphael Seilerius in ſelect. Cam. ſent. 10. Octob. Anno 1561. & 4. Nouemb. Anno 1566. ac paſſim alibi.* Nam promiſſio illa intelligitur facta de vindicta priuata, & quæ ſit de facto, non autem de licita, & iuridica, quæ fit iure permittente, prout conſuluit Hieronymus Schurff, *conſil. 87. centur. 3.* Natta *conſil. 42. num. 3.* Auguſtinus Berous *in quaeſtio. familiar quaeſt. 10.* Petr. Nicol. Mozzius *de contract. tractat. de mandato. §. venio ad quartum ordinem. num. 86.*

Et proinde licet quis tale iuramentum præſtiterit, & ſimul confeſſus fuerit, ſe hoc vel illud commiſiſſe, non tamen iuri agendi, vel iuri de non vindicando renunciaſſe cenſetur. Facit pro prædictis. Quod
188 † ſi quis dicat: Ego me vindicabo. Hæc prolatio ambigua eſt, & ſi illa verba capiantur in bonam partem, intelligendo de vindicta nimirum iuſta, quæ fit mediante iuſtitia, *Bald. conſ. 98. col. 2. vol. 1. Alexand. conſil. 188. col. 3. vol. 7. Hippolyt. conſ. 132. num. 17. Tiber. Decian. conſil. 4. num. 34. vol. 3. Alciat. reſponſo 8. num. 3. lib 7. Hieron. de Laurent. deciſ. Rota Auenionenſ. deciſ. 89. num. 1. & 2. Vincent. Caroc. deciſ. 46. num. 5. 6. & 7. per gloſſ. & Doctor in l. 1. C. de his quib. vt indig.* Et hinc re-
189 ctè † quoque Facultates Iuridicæ in ditionibus Electoris Saxoniæ, Anno 72. reſponderunt, ſi quis vtatur verbis, quæ tam in bonam quam in malam partem accipi poſſint, puta ſi dicat, vel ſcribat: quod illa nullo modo pro diffidatione ſint habenda: nam
190 † interpretatio in re dubia fieri debet in meliorem partem, *c. eſtote. ext. de reg. d. iur. l. proxime §. ſed in re dubia. ff. de his quae in teſtam. delent. Georg. Mohr. in tract. de venat. part. 1. n. 56.* Etſi vero, vt hoc prioribus
191 ſaltem addam, à prædicto † iuramento relaxatio peti poteſt ad effectum agendi, *Gayl. lib. 1. obſer. 22. nu. 3. Nicol. Euerardi in conſ. 40. tom. 4. varior. conſ. VVeſenb. conſil. 23. num. 50. part. 1. & conſil. 52. num. 39. part. 2. Ant. Gomeſ. de contract. part. c. cap. 14. num. 21.* Non tamen videtur valde vtile eſſe, petere citationem ad videndum ſe relaxari ad effectum agendi, cum via
192 iure agendi iuramento non ſit præcluſa, ſed † tutius eſſe petere, & impetrare citationem pro caſſationem Querelæ. Nam poſt lapſum aliquot annorum ſubſequente forte exoptato decreto relaxationis nondum tamen aliud obtentum eſſet, quàm facultas agendi, & poſt eà demum ſuper caſſationem querelæ nihilominus principaliter eſſet agendum, vt latè explicat Couarr. *variar. reſol. lib. 1. cap. 4. num. 5. & 6.* vnde tædioſi circuitus ſolummodo naſcerentur. Et ſic obtenta eſt in Camer. Imperiali citatio pro caſſatione querelæ, & vindicandis iniuriis ac incarceratione iniuſta, in cauſa Ludophi Renſingi, Notarii publici, contra Seraphi Ennoni Fteſſlandi, 4. Februarii, Anno 1602.

Valde tamen (vt ex diuerticulo ad viam regiam reuertar) probo, quod idem Peck. ſupra *d. loco numero 7.* ſubjicit, conſultius eſſe, proteſtationem vti, etiamſi maximè eo tempore, quo interponitur ad euitandam iniuriam apud importunum aduerſarium
193 parum proſit: nam declarat † affectum debitoris,

tam

ram iniquo facto reluctantis, & ut aliàs; ita quoque
hic ius agentis conſeruat, *l.1.§. quia autem ff. quod le-
gator.l 5. in fin. C.de præſcript.30.annor.*
194 Denique † hanc ſententiam non euertit diſputa-
tio Bart.cuius ſupra memini. Nam eam in ſpecie reji-
cit, & valde duram eſſe ait Ioan. Bapt.Cacialup. *in
tract.de debitore ſuſpect.in 15.quæſt.princip.nu.4.* ex hoc
fundamento, quod iſta fideiuſſio præſtatur à compul-
ſo, qui aliàs non relaxaretur, atque ideo non videtur
eam approbare, allegat *l.rem legatam ff.de adim.legat.*
ſed melius facit l.7. *C. de his quæ vi metuve cauſ.* &
arbitror, hoc effatum eſſe veriſſimum, per text. ro-
tundum *in l.2. in princ. verſ. at ſi cum veſtiiſſet quinis
ex litigatoribus, viribus præturæ compulſus eſt, nulla iu-
riſdictio eſt, ff. de iudic.* ad hoc ponderatum ab Her-
mao.Vult. *in l.1.n.181.C.de ſatiſdat.* vbi ait, ſe non ſa-
tis poſſe mirari, contra tam manifeſta textus verba
195 nonnullos ſtatuiſſe, etiam metu † vel vi compulſum
prorogare iuriſdictionem. Idem plane poſt Bald. &
Hippolyt tradit Conrad. Lancellot. *de offic.prætor.in
ciuil.tit. de ſatiſdat.n.11.* nec non Iacobin. de S.Geor-
gio *in l.conſenſiſſe n.e.ff. de iudic.* M.Anto, de Amatis
dec. 24. n.41. Ex quibus iam dictis etiam ſatisfieri
poteſt Tibe. Deciano, quem ſupra pro contraria ſen-
tentia allegaui.

Hactenus itaque in genere oſtendit, debitorem
obligatis, vt creditori fideiuſſores præſtet, ſed non
inutilis labor erit, ſi in ſpecie quibuſdam exemplis id
latius exponam. Etſi enim non ignoro, plurima, quæ
in hoc capite dicuntur referri poſſe ad illum locum,
vbi acturus ſum, in quibus cauſis fideiuſſio præſte-
tur (nam quicunque præſtat fideiuſſorem, dat eum
in aliqua cauſa) tamen quia locus ille aliàs ſatis co-
pioſam habebit materiam, & vna perſona ex variis
cauſis fideiuſſionem præſtare poteſt, adhuc commo-
dius eſſe videtur, quaſdam perſonas nominatim hic
enumerare, vt deinde ex cauſis ipſis exempla accom-
modentur.
196. Primo igitur occurrit † VSVFRVCTVARIVS,
qui, & ex edicto prætoris, atque etiam ex Senatuſ-
conſulto cautionem interponere neceſſe habet, *tot.
tit.ff.de vſufr. ear.rer. quæ vſu conſum. & tot. tit ff. vſu-
fruct.quem.caueat.* Et quidem cautio ex edicto præto-
ris requiſita duo continet primo, vt vſufructuarius
caueat, vſurum ſe boni viri arbitratu deinde, ſe rem
finito vſufructu, prout extabit, reſtituturum Altera,
quam Senatus introduxit, requirit, vt caueat vſufru-
ctuarius, vt ſi is mortuus, vel capite damnatus fuerit,
res eiuſdem qualitatis reſtituatur, id quod Natius ex-
plicant VVeſenb. *in paratit.ad prædictos titulos.* Gayl.
lib.5.obſer.46 Ioan.Koppen. in Rangersdorff. *in deci-
ſionib.ſuis quæſt.3.3.* Iacob Marchiſellus *in ſylua. quæſt.
pract.quæſt.99.* Steph. Berrtandus *in conſi.162. n.7 vol.3.
part.2. & iterum conſil.162.num 6. vol.3.* vbi ſimul for-
mam ſatiſdationis, quæ vna cum deſcriptione facien-
da eſt, deſcribit.
197 Ampliatur autem hæc ipſa doctrina, vt † ſi forte
nobili cuidam mulieri vſusfructus, nomine dotalitii,
in pecunia numerata conſtituatur, tunc ſors illi, ſub
vſuris alicubi collocanda, modo de ea reſtituenda
poſt mortem idonee caueat, magis, quam ſucceſſorib.
feudi ſit tradenda, vt eleganter probat Daniel Molle-
rus *in commeat. ad conſtit. Saxen conſtit.44. numero 18.
part.2.*

Verum nunc oritur dubitatio, qualis hæc cautio
eſſe debeat, non enim ignotum eſt, cautionis nomine
ſimplicem, & nudam promiſſionem ſignificari, vt
probavi ſupr. *hoc.cap.n.89.* Sed pro reſolutione dicen-
198 dum eſt, cautionem † hanc utiliter fieri debere, hoc

eſt, datis fideiuſſoribus, vel pignoribus, *l.4.§ addici ff.
de fideicom. libert.l.4.notando verbum, Satiſdatio.C.de
199 vſufr.iuncta l.1 ff.qui ſatiſdar.cog.* Vtiliter † enim ca-
uere, eſt ſatiſdato cauere, *§. conſtituitur. Inſtit. de vſu-
fruct.Cuiac.lib.9. obſeru c.1.*

Cæterum id ipſum tum demum procedit, quando
200 fideiuſſores haberi poſſunt. Nam † ſi nec pignori-
bus neque fideiuſſoribus, ob inopiam, cauere queat
vſufructuarius, æquius eſt ſi aliàs ſit fidedignus, eum
ad iuratoriam cautionem admitti, prout luculenter
201 oſtendit Andreas Gail. *lib.2.obſ.47* & hæc † eſt com-
munis opinio, teſte Eman. Suarez *in commun. opin.lit.
202 V.n.98.* imo † communior, & benignior, vt ex Bar-
tolo, Angelo, Caſtrenſi, Henrico Boich, Ioan. de Pla-
tea, Portio, & Ferrario, nec non Abbate, Ruino, &
Dilecto, refert Iacob. Marchiſellus *d. quæſt.99. nu.19.*
ſubjiciens ibi, alteram ſententiam; quod nimirum ob
paupertatem ſatiſdare non valens, vſufructu priue-
tur, nimis duram, & rigoroſam eſſe, & priorem Bar-
toli opinionem maximam habere æquitatem. Com-
probauit eandem quoque Cæpolla *in cautela 71. vſu-
fructuarius* & Alex. *in conſ.57 in fin. volum.3.* De qua
etiam loqui credo Sebaſt. Medices *in tract. de caſibus
fortuit. part. 2. quæſt.4. num. 47* dum in genere dicit,
quod vſufructuarius pauper non priuetur vſufru-
ctu, ſi non poſſit ſatiſdare de vtendo, & fruendo, vt
tamen voluit Berrtandus *in conſil.centeſimo quadrage-
ſimo ſecundo n.16.volum.quinto.* cum prius contrarium
conſuluiſſet *in conſil 318 per tot. volum.1.part.1.* Fina-
203 liter tamen † nonnulli in eo reſident, quod propric-
tarius, in caſu deficientis idoneæ cautionis, res lega-
tas retinere, & vſufructuario certam ſummam, vel
fructuum, vel pecuniæ, exſoluere poſſit, ita tamen, vt
ipſe proprietarius de annua ſolutione rite vſufru-
ctuario caueat, quæ opinio eſt Angeli, & Saliceti, &
204 in effectu à Gailio *d. obſer. 47. nu. 13.* tanquam † ve-
rior, & benignior probatur, cui etiam calculum adji-
ciunt Mynſing. *cent.6 obſeru.48.num.8.* & eum ſecutus
Andreas Cludius *in tractat. de ſequeſtrat.cap.10. n.20*
205 dicitque, hunc modum quotidie † in Marchia pra-
cticari, Ioan Koppen *d.quæſt.33.num. 7.* Quem ego
quoque magis tutum eſſe exiſtimo. Quid ſi enim po-
ſtea appareat, vſufructuarium bona conſumere, & di-
206 lapidare; certe † priuabitur commodo iuratoriæ
cautionis, & bona ſequeſtrabuntur, vſufructuario fru-
ctibus reſeruatis, vt tradunt Canoniſtæ *in c fin. de pi-
gnorib.* Quis autem non arbitrabitur magis commo-
dum & ſecurum eſſe, ſi ipſe proprietarius, vt dixi, cau-
tionem præſtet de annua ſolutione, quam ſi bona ſe-
queſtro committantur? Nihilominus de hoc articulo
plura videbis apud Ioan. Petr. Surdum *deciſ 141 per
tot.* Cæſar. Comard. *in l. vnica in 23. quæſt nu.9. & 10.
C.ſi de moment poſſ.* Petr. Peckium *de teſtament.coniug.
207 lib.3. cap.24.num.quarto, in fin.* ubi † tamen finaliter
cum Belluno, & Guid. Papæ, hoc iudicis arbitrio
committit.

Etſi autem is, qui donavit omnia ſua bona alte-
ri retento tamen uſufructu tempore vitæ ſuæ,
208 non † eſt obnoxius præſtare cautionem de vtendo
arbitrio boni viri, quia cum ex liberalitate ſua con-
uentatur, mitius cum eo eſt agendum, *Mynſing cent.
5.obſ.36.* cui ego addo Ioan. de Arnon *in ſolilog.2. & in
comment.187.* ac latè id tractantem Octau. Cacheran.
209 *deciſio Pedemont. 153.* Tamen ipſe † Teſtator in
præiudicium hæredis hanc vſufructuariam cautio-
nem remittere non poteſt, *l.1.C.de vſufructu.l.ſcire de-
betis.C.vt in poſſ.legat.l.de die.§.4 ff qui ſatiſd.cogant.*
prout fuſiſſimè explicauit Vaſquius *lib.1. de teſtamen.
petent. §.7. num.22. & 23. Gail.lib.2. obſer.145. per tot;*

*VVeſenb.conſ.91.par.2. Arius Pinellus, in l.7.par.2. n.
76.C.de bon. mater. Petrus Peckius, de teſtament. con-
iug.lib.5.cap.14.n.4. Sichar.in l.1.C.de vſufruct.Ioann.
Koppen in Rangerſdei, d.q.* 23. *n.*9. vt pleroſque alios
præteream.
210 Scio quidem † contra diſputari poſſe, cum quia
abſurdum videtur, teſtatorem non poſſe remittere
hanc cautionem, qui, & proprietatem ipſam donare
potuiſſet, tum etiam, quia malitia & diſſipatio vſu-
fructuarii non facilè eſt præſumenda, qui utique ad
emendationem damni dati ſe ſcit teneri, ſed funda-
menta hæc, ſi penitus introſpicias, in aqua ſunt poſi-
ta, vt taceam, eadem propter communem opinionem,
etiamſi maximè velis, in iudicando via ſuſtineri poſ-
211 ſe. Nam ſuperiorem ſententiam † communem eſſe
affirmat Pinellus *d.loco* & Soarez *d.lit. V. n.*99. poſt
Viuium, & Iulium Clarum, quas allegat, quam etiam
placere video Crauettæ *in conſil.*187. *n.*7. Menoch.*de
arbit.iudic.quæſt.caſu* 139.*num.*3. & Iacobo Cuiacio *in
Nouell.*12.*mihi pag.*187. nec non Petr.Coſtalio. *in l.*1.
212 *ff.vſufruct. quem caueat.* Quin † tamen ab hærede
cautio cuivis uſufructuario remitti poſſit, nihil vetat,
lex enim hæredis cauſa lata eſt, nec fraus ei fit, ſi ius
ſuum diminuat. *l.poſt hæres.ff.ad leg. Falcidiam.* Ruin.
*conſil.*195. *n.*5. *lib.*5. Iaſon *num.*95. Ripa *n* 41. commu-
nem dicens, & Ioann Hannibal *num.* 165. *in l. nemo
poteſt.ff.de legat.* 1. Dionyſius Gothofredus *in dict.l.*1.
C. de vſufruct. Et hæc de vſufructuario fideiuſſores
dante dicta ſufficiant, modo hoc ſaltem memineris.
213 Quod † fiſcus vſumfructum ſibi relictum capiat,
etiam fideiuſſione non præſtita, *gloſſa in l.*4. *C. de vſu-
fruct. Ruinus conſ.*44. *num.*8. *in princip. volum.*1. *Ioan.
Petr.Surd.deciſ.*183.*n.*9.
214 Secundo, † fideiuſſoris datione onerantur TV-
TOR, & CVRATOR, illi enim per ſolennem ſtipula-
tionem, rem pupillorum, minorumque finita admi-
niſtratione ſaluam fore, ſeque vtilia facturas, inuti-
lia prætermiſſuros, ſatiſdare tenentur, etiamſi hoc
215 † nec pupillus, nec minor, nec quiſquam alius eo-
rum nomine ab ipſius petat, *l.*1. *l.*4. *§. hanc ſtipulatio-
nem.ff.rem pupill.ſaluam fore.* fuſiſſime per multa alle-
gata pro more ſuo Ludolph. Schrader. *de feud. part.*
216 10.*ſect.*20.*n.*228.289.*&* 301. In tantum, vt † omiſſio
ſatiſdationis tutelæ nullitatem operetur, *l.ſi tutor. C.
in quibus cauſis in integrum reſtitut. non eſt neceſſar. l.in
dubium. C.de tutor, qui ſatis non dedit.* Iacobus Man-
dellus de Alba. *in conſil.*21. *n.*61. ex Aretino, Afflicto,
Capacio, & Caualcaneo. Vinc.Caroc. *deciſ.*129.*n.*13.
pulchrè M.Anton.de Amatis.*deciſ.*63. maximè de iure
nouiſſimo Imperii Romano. Germanici, vt liquet
ex Reformatione, in reformatione politiæ Argenti-
nenſis, anno 1548. verſic. in minori ætate, pupillum
gubernare debet tutor. Item, quod det fideiuſſionem
idoneam. Ioan Goddæus *de contrah.ſtipul. cap.*5.*concl.*
22.*n.*318.
217 Fit autem † hæc ſatiſdatio præſtitis tantum fide-
iuſſoribus. *Hiere.Treutler.ſelecta.diſput.volum.*2.*diſpu.*
218 8.*theſi* 5. *lit. B.* Quod ſic capono. Stipulatio † rem
pupilli ſaluam fore, eſt prætoria, *l.*1.*ff.de prætor.ſtipu-*
219 *la.* Prætoriæ † autem ſatiſdationes perſonas deſide-
rant pro ſe interuenientium, & neque pignoribus
quis, neque pecuniæ, vel auri, vel argenti depoſitio-
ne, in vicem ſatiſdationis fungitur, niſi fortaſſe vltro
conſentiat Prætor, & is, cui cauere oportet, *l.*3.*l.præto-
riæ.ff.de prætor.ſtipul. Andr. Clud.de ſequeſtr. cap.*10.*n.*
12. *Schraderus dict.loco,n.*290. *&* 291. *Ioan.Goddæus de
contrah.ſtipul. c.*5.*concluſ.*21. *n.*298.*&* 299. Deinde in
tot. tit. *ff. rem pupill.ſaluam fore.* tot. tit. C. *de tutore,
qui ſatis non dedit.* Item *in l.teſtamento.*17. *ff. de teſta-
men. tuto.l.*1. *§. exigere.ff. de magiſtr.conuent. & §.*1.*In-
ſtitut. de ſatiſdat. tutor.* Sæpiſſimè fit mentio ſatiſda-
tionis, & fideiuſſorum; ſed nuſquam inuenies ver-
bum de pignoribus. Ac eo magis confirmor in hac
opinione, quod ſatiſdatio illa tutorum ſimpliciter fi-
deiuſſio vocatur, *in l.vltim §. & ſiquidem. C.de curat.
furioſ. l.de creationibus. in princip. C. de Epiſcop. au-
dien l.* 1. *l. vltim. C.de magiſtr. conuen* in quo titulo
non abſque myſterio toties de idonea cautione,
item de fideiuſſoribus, & cautione fideiuſſionis tra-
ctatur.

Denique aio, fruſtra à tutoribus pignora offerri.
220 Cum † enim de iure communi, tam iuriſconſulto-
rum, *vt in l.vltim ff.in quib.cauſ. Pign.tacit.contrah. &
l.vnica. C.rem alienam gerentibus.* (quæ tamen mea
opinione non de onere tacitæ hypothecæ, ſed de o-
nere iudicati loquitur) cenſuit Franciſc. Balduin. *in
tract.de pign.c.*7. *mihi pag* 364. quam etiam Theodo-
ſii, Valentiniani, Conſtantini, & Iuſtiniani Imp.
tempore ipſo iure tutorum, & curatorum bona pu-
pillis, & minoribus vi tacitæ hypothecæ fuerint, &
ſint obligata, *l pro officio.C de adminiſtr.tuto d.l.vltim.
§. & inuentarie, d.l. de creationibus.l.penul.(in quib.
cauſ pign. tac. contr.l.vnic.§. & vt plenius Cod. de rei
221 vx.act.)* nam † de iure Saxonico pupillos, aut mino-
res in bonis tutorum, aut curatorum tacitam hypo-
thecam non habere ſcribit Daniel Moller. *in comment.
ad conſtitut.Saxonic.conſtit* 25.*n.*15 *par.*2. Quid quæſo
prodeſt ſuperuacuam pignorum cautionem exigere.
*l.hac ſtipulatio.§.*1 *ff vt legat.cauſ.caueatur.* VVeſenb.
*ff qui ſatiſdar.cogan n.*7. Fridericus Purckman.*conſ* 6.
222 *n.*74. Atque ideo in † ſpecie in ordinibus Iuſtitiæ,
ac ipſorum fundamentis de eodem anno 1538. ſub
titu. Quid tutor facere debeat. §. item quid obſeruan-
dum ſit. Item Elector Treuirenſis in ſuis ordinatio-
nib. ſub titul. de cura tutoris. ſtatuitur, quod tutor
non relaxetur, niſi data fideiuſſione ſatisfaciendi:
Quodque tutor debeat præſtare iuramentum. Idem
223 † planè ſtatutum quoque eſt iure municipali ciuita-
tis Lunæburgenſis, art 18. his verbis. Si quis ſit frater,
vel alter proximus, qui in hæreditate ſuccedere de-
beat à patre relicta, ſi fideiubere vult alicui, & cæteri
fratres, vel proximi non ſicut conſenti, debet ille ſo-
lus præſtare fideiuſſionem aliis ne in hæreditate reli-
cta detrimentum patiantur.

Quod vlterius confirmare poſſum hac quoque ra-
224 tione, quod olim † maritus propter dotem vxori
pignus dabat, *l.vir vxori.§.ſi mulier ff.ad Velleian.* ho-
die verò nihil eſt neceſſe dari, quia mulier ex benefi-
cio conſtitutum tacitam hypothecam habet. Ergò
liquet, hanc ſatiſdationem fideiuſſoribus fieri, li-
cet aliàs in ſatiſdatione pignora admittantur. *l.* 1. *ff.
qui ſat ſd.cogan.l.*1.*§.iubet.ff.de collat.bonor. l. reſcripto
§.debitores.ff. de muner. & honorib. Schrader. dict.ſect.*
20. *n.* 290.

Nec debet ratio iſthæc inſufficiens videri, propte-
reà, quod & ſi non ſuas, poſſit tamen alienas res, vo-
lente domino, pignori obligare tutor, *l.aliena.ff.de
pign.actio.* Reſpondeo enim, nec hoc admitti: repu-
gnat enim natura ſatiſdationis prætoriæ, quæ pigno-
ris datione non eſt contenta, *dict.l. prætoriæ.ff. de ſti-
pul.prat.* Deinde, quid ſi pupillo, ſi dominus iſtius
pignoris rem ſuam reperat, poſtquam iam diu in obli-
gatione ſteiit, *l.Lucius,*28.*ff.mandati, c ſi.extr. de fide-
iuſſ.* Et hæc quidem de iure communi, abſque omni
225 dubio ita ſe habent. Sed vſu † nihilominus inualuit,
vt vel expreſsè, vel tacitè bona tutoris pro tutoris
pro ſatiſdatione ſint, ex ordin. Imperii Anno 1548. *ti-
tul.* 31. §. 4. Treutler. *d. lect*, ex Gothofredo, &
Obrech-

Obrechto, idem ſentientibus.
226 Quinimò † ex illis ipſis modo adductis rationi-
bus fortiter defendi poteſt, nec iuratoriam cautio-
nem ſufficere. Si enim quotieſcunque quis pignora
dare potes, iurare non cogitur, & hic ne quidem pi-
gnora admittuntur, conſequens ſanè fit, nec iurato-
riam cautionem admitti, d.l.prætoria. ubi id notant
Angelus, & Imola Roman.conſil.429. n.10. Iaſon. in l.
iubere cauere, in fin.prin.ff. de iuriſd. & clarius in l.1. n.
11.C.de procur. Iodod.Damboud.in tract. de patroci.pu-
pill.cap.6.n.3. par.1.Petr. Peck. de teſtam. coniug. lib.5.
cap.24.num.4.in fin. Myſinger.& Schneidevv.in §.1. In-
ſtit.de ſatiſda. tut. Schraderus dict. ſect.10. n.296.ver-
ſic. attamen hoc non habet locum. vbi Mantuam con-
227 trarium ſentientem rectè refutat. Quod † igitur,
in §.nos autem.Inſtitut.de Atili.tutor.de legitima cau-
tela dicitur, id ego ex ſuperioribus de fideiuſſionis
cautione tantùm interpretor, l.penul. & vltim. Cod.
228 de magiſtr. conuet. Hinc † in puncto exceptionis
non præſtitæ per tutorem vel curatorem ſatiſdatio-
nis, iudex plerunque ita pronunciat: In cauſa, & viſo
puncto, & viſis quid de iure ſanciendum ſit, ſi tutor
conquerimur de illo, qui ius ſuum proſequitur, debet
termino unius menſis, vel probare, vel ſatisfacere in
forma, &c. Ioannes Goddæus de contrahen.ſtipul. c.5.
concl.22 n.312.
229 Et huc ſpectat † cautela Barthol. Cæpollæ 14. in-
cip. ne quis inuitus. vbi ait, ad euitandum tutelæ onus
hanc eſſe cautelam, vt quis procuret, ne quiſquam
pro ipſo fideiubeat, quanquam ſubjicit, illud artifi-
cium parum prodeſſe, ſi fraus detegatur, l ſi quis inter.
§.Imperator.ff. de excuſat. tutor. Certe hæc cautella
non placet Antonio Piaggio in tractat. de tutor. & cu-
rator. quæſt.10.n.9. & Vincent. Manzino in tractat. de
cura 15.quæſt.principa.n.4. vbi eam doloſam appellant,
quibus aſtentior, & facit pro illa ſententia; ſi ali-
230 quis † municeps intendat cedere bonis, ne cogatur
ſubire munus perſonale; ut ſi electus eſſet in tuto-
rem, quod ad ceſſionem neutiquam admittatur, ſed
munus illud ſubire compellatur, l.propter honorem. C.
qui bonis cedere poſſunt. Zaſius in l.finali. verſ. ſextus ca-
ſus eſt ff. de ceſſ bonorum.
231 Ad † ſatiſdationem autem iſtam omnes tutores,
curatoreſque etiam illuſtrium, clariſſimarumque
perſonarum, & quidem captis pignoribus, coerceri
poſſunt, §.pen.Inſt.de ſatiſd. tutor.l.3. in pr.1. de ſuſpect.
tutor. l.1. verſ.caterum. C.de tutor. & curator. illuſtr.&
clar.perſon. Schrad diſectione 20. n.300. Eſt enim ne-
ceſſaria ſatiſdatio, de dio §.tutor ff. qui ſatiſd.cog. Ex-
cipiuntur ſaltem, de iure Digeſtorum, Codicis, & Au-
thenticorum, tutores teſtamentarii, l.3.& 4.C.de tu-
tor, qui ſatis non dedit. ſive dati ſint à patre, ſed non
vt oportet, l.1.l.4.l.ſi filio.ff.de confirm. tutor. Scharder.
dict.ſect.20.n.305.306.& 307.ſiue à matre, l.2.ff.de con-
firmat.tutor.vel à patrono, l. qui tutelam ff. de teſtam.
tutel.aut iuſta, & legitima cauſa ſuboriatur. & ſuper-
ueniat, tunc enim ad ſatiſdationem compelli, imo &
remoueri nonnunquam poſſe, verius eſt, l.ſi plures.
§.quamvis ff.de adm niſtr.tutor. Schardorus diſect 20.n.
308.Statut. Lubecenſ.lib.1.tit.7.artic.1. Ratio autem,
232 cur teſtamentarii † ab hoc onere ſatiſdationis exi-
mantur, ea eſt, quià eorum fides, & diligentia ab ipſo
teſtatore eſt approbatâ, §.primo.Inſtit.de ſatiſdat. tu-
tor. vel quia, ut ait Imperator Iuſtinianus in dict.l. de
creationibus. paternum teſtimonium pro ſatiſdatione
233 ſufficit. Quanquam † iure nouo ex ſanctione nimi-
rum imperii Romani Politica de anno 48. & 77.
aliud iam in teſtamentariis tutoribus quoque rece-
ptum eſſe velit Schardetus dicta ſectione 20. n. 309. &

ſequentib. cuius ſententia rationem habet, probata ſi-
militer à Ioanne Goddæo contrah ſtipula. c.5. concluſ.
22. n.318.
234 Neque his contrarium, ſed † tantum diuerſum eſt
quod ſcribit Vlpianus in l. Græco. §.à tutore.ff. de fide-
iuſſor. à tutore, qui teſtamento datus eſt, ſi fuerit fide-
iuſſor datus, illum teneri. Nam ſic intelligo Vlpia-
num, vt licet is tutor dare de iure non cogitur fide-
iuſſorem, ſi tamen de facto dederit, efficax ſit datio,
quia ipſe ſibi hanc neceſſitatem ſatiſdationis impo-
nit, l.ſi fideiuſſor.§ 1.ff.qui ſatiſdar.cog. & ſua ſponte ſi-
bi hanc contrahit obligationem, interdum. §.vlt.ff.de
iudi. Vnde etiam vulgo dicere ſolemus, & quod
235 † fideiuſſori non ſubueniatur, quando ſciebat diffi-
cultatem tempore fideiuſſionis, Ruin.in 9. oppoſ. Al-
ciat.n.139.in l.4.§.Cato.ff.de verb. oblig. Ioſeph. Lude-
uic.deciſ.Peruſ.27.n.3.part.1.
236 Ex inquiſitione † quoque dati tutores ſatiſdatio-
nem non ſubeunt, d.§.1.Inſtit.de ſatiſd.tut. late Schra-
der. d.ſect.20.n.320.321.322.& ſeq. ubi tamen n.326. ex
237 ordinatione politica aliud iā † obſeruari, & receptū
eſſe teſtatur. Ratio porrò iuris ciuilis Romani hæc
eſt, quod idonei ſunt electi, ergo merito ceſſat ſatiſ-
datio, cum regulare propemodum ſit vt ex inquiſi-
tione electus, cautionem non præſtet. l.vltima. §.
item reſcripſerunt, à curatore. ff. de adminiſtr. rer.ad
ciuitat. pertinent. Sed nolo his diutius immorari,
238 cum † alibi, præſertim verò apud Anton Piaggium
in tract.de tutor.& curator. & quæſt.4. num.30. & 21.ac
quæſt.7.nu.23. cum ſeqq nec non Vincen.Manzinum in
tract de tutela.3.quæſt.tertia quaſi princip. num.8. Petr.
Gilkenium in tract.de preſcrip. par.3. c.1.num.17.18.19.
20.21.& 22. & Lud.Schrad. in tract. de feud. d.par.10.
ſect.20. à n.288. uſque ad 370. latiſſimè pertractentur.
239 In † his enim, & aliis ſimilibus quæſtionibus, ad ti-
tulum inſtituti mei operis, iuxta conſilium Plinii
Secundi lib.5. Epiſtol.Epiſt.6. ſæpè retroſpicere; &
ſubinde memet ipſum interrogare cogor, quid cœ-
perim ſcribere, ſciens ſi materiæ immorer, non
longum eſſe, longiſſimum, aliquid acceſſam at-
traham.
240 Saltem iſta duo addo, Primo, tutorem † de Saxo-
nico fideiuſſorem non dare, ſi ſit pupilli hæres in
rectis ordinat: eſt ius municipale, & ſtatutum, & eſt ſi
tutor ſit hæres, alio non indiget, qui pupilli accipiat
tutelam, ne fideiubere debet, & capite ſequuntur il-
lud ipſum Hiron. Schurff conſil 65.n 5.cent.1. Fachſius
diff.Saxon.17. Reinhart. diff.7. Sed VVeſenbecius in
addit.ad Schneidevvin. Inſtit.de ſatiſd.tutor.n.15.dicit
241 hoc † eſſe iniquiſſimum, & abſurdiſſimum, & memi-
niſſe ſe, contra textum iuris Saxoniti eſſe iudicatum,
Hartvvigus Daſſelius, in commen. in conſue.& ſtatuta
Luneburg art.18.n 9 & 10. Quorum ſententiam ego
quoque æquiorem eſſe exiſtimo, ne tutori feneſtra
aperiatur in bonis ſui cohæredis pro indiviſo poſſeſ-
ſis impunè graſſandi: Licet non ignorem, Lipſenſi-
bus, & Ienenſibus iuxta diſpoſitionem iuris Saxonici
aliquando reſponſum eſſe, teſte Matth. Colero, in de-
ciſ Germaniæ. deciſ.6. n.24.& 25.
242 Secundo, Curatorem † bonis datum ſatiſdare
cum fideiuſſoribus, niſi aliter iudici videatur ex ho-
neſtate, & idoneitate perſonæ, & modica ſubſtantia
Odof.de curat.bon.dando. nu.71.Menoch. de arbit.iud.
quæſt.caſu 150. num.25. Hiron. Magonius deciſ.Florent.
139. num.7. Anton. Capicius deciſ.87. num. 1. verſicul.
Quintum Barnab.Cornazzon.deciſio Rota Lucenſis 143.
num.4.verſic.Quintum eſt. Hieron.Gabriel.conſil 28.nu.
10. lib.2.
243 Tertio loco produco † ACCVSATOREM, qui

Antonius Heringius,

etiam fideiuſſore præſtare cogitur. Olim quidem
eum ſolennitas inſcriptionis vinciebat, ita vt in pœ-
nam reciproci ſtylo trepidante recauere cogeretur, *l.*
libellorum l. ſi cui crimen ff. de accuſat. l. in cauſis. l. ult.
C. eod. l. 2. C. de exhib reis. l. 1. & 2. C. ad Senatuſc. Tur-
244 *pilianum.* Sed hodie † ſolennitas inſcriptionis obſo-
leuit, licet ſimilitudo ſupplicii in calumniantibus
non ceſſit, *Clarus § fin. quæſt. 11. n. 17. & quæſt. 81. Iodoc.*
Damhand. in pract. crimin. cap. 5. n. 5. VVeſenb ff. de ac-
cuſat. num. 12. Couar. lib. 2. reſolut. c. 9. n. 3. & communis
eſt opinio, vt atteſtatur Soarez. *in com. opin. lit. A. nu.*
22. & 23.

245 Sic igitur † nunc de iure communi obſeruatur, vt
accuſator fideiuſſionem præſtet, de accuſatione uſq;
ad finem proſequenda, nec non de ſoluendis in caſu
ſuccumbentiæ, vt loquuntur, expenſis. *Angel. in tract.*
malef. in verb. Et ad querelam Titii. num. 8. Verum de
246 conſuetudine † utrumque ab aula receſſiſſe, aſſe-
runt Franciſ. Marcus *deciſ. 681. num. 4. p. 1.* Boſſius *in*
tit. de accuſat. num. 4. quos ſequitur Clarus *d. § fin.*
quæſt. 8. n. 2. quod de conſuetudine Italiæ forte pro-
247 cedit, maximè, quia † etiam ſecundum conſtitutio-
nem Regni Neapolitani accuſator non tenetur dare
fideiuſſores, vt eo magis ad accuſandum inuitetur,
ſicut ſcribit Ioan. Baccan. *in ſingulari 9.*

248 Quod † vero ad conſuetudinem Germaniæ, in
terminis iuris communis, attinet, credo verius eſſe,
quod ſatiſdatio, parte accuſata petente, omnino re-
quiratur, non ſolum de expenſis refundendis, ſed
etiam de reſarcienda iniuria, qua accuſatus onerari
potuit, quemadmodum conſtitutum eſt. In ordinatio-
nibus pacis prouinciæ, ſub Rubrica fractores pacis,
& vagabundi [illegible] in conſtitut. pœn. Caroli V. *artic. 12.*
& 13. vbi Georg. Remus in Nemeſi Carolina. & rurſus
arti. 207 Sequitur Modeſtinus Piſtoris *in conſ. 34. n. 6.*
part. 1. vbi de hac conſuetudine atteſtatur, cui iunge.
In ordinationibus Principis Haſſiæ, ſub Rubrica de
carceratis. *art. 9. & 10.* Petrum Denaſium *in libello*
ſuo de iure Camer. Imperia. § pacifragorum accuſatio,
verſ. 5.

249 Et quanquam † iure Saxonico ſolummodo cau-
tionem pecuniariam de litis ſumptibus, & iniuria
perinde, ac in ciuilibus interponendam eſſe velint,
Regulus, *in proceſ. cap. 47. num. 2.* & poſt illum Ludo.
Fachſius *diff. 41.* Tamen, quicquid dicat Regulus,
250 non credo id obſeruari, ſed † potius pronunciari
ſecundum conſtitutionem Caroli V. nimirum: De
pœnis eorum, qui accuſant, & non probant: à qua
ſententia etiam non eſt alienus Nicolaus Vigerius
ad conſtit. Carolin. cap. quæſt. 1. reg. 5. licet cum Regulo
tranſeant etiam Benedict. Reinhard. *different. Saxon.*
37. & 39 par. 5 Zobel. *part. 4. different. 25.* Matth. Cole-
rus *in deciſ. German. dec. 106 n. 5. & 6.*

251 Quandiu † autem accuſator idoneam ſatiſdatio-
nem præſtare nequit, & tamen ab actione inſtituta
non vult deſiſtere, iam diu poteſt vna cum reo in car-
ceribus detineri; donec idonee caueat, *d. conſtit. pæn.*
252 *Caroli V art. 14.* Huic affine † eſt, quod imputatus
de homicidio aliquando cogitur præſtare fideiuſſio-
nem de ſe præſtando toties, quoties, &c. licet de ca-
dauere non appareat, *Clarus lib. 5. ſentent. § fin. quæſt.*
253 *4. num. 4.* Imo † & pœnali conſtit. Carolina, *artic.*
133. imputatus de homicidio, ſi dicat ſe ad ſui defen-
ſionem commiſiſſe, cogitur quoque accuſatori cau-
tionem ſufficientem preſtare de refundendis expenſis,
ſi appareat eum allegatam inculpatam tutelam fri-
uole allegaſſe, & probare non poſſe, niſi forte incul-
patus eſſet, tunc enim aliud dicendum. *d. conſtitu. pœ-*
nali arti. 154.

254 Conſtat itaque † ex prædictis, accuſatorem, vel
eius procuratorem (per ſpeciale tamen mandatum
debito modo, & ſufficienter prius legitimatum, &
quod ſimul iuxta ordinationem Imperii Crimina-
255 lem *artic. 17.* certum locum † vel domicilium deſi-
gnet, vbi inueniri poſſit, ipſique Citationes, & alii
proceſſus inſinuari queant) ad accuſandum admitti,
non tamen aliter, quam ſi idoneam ſatiſdationem, &
guarandam: In cauſa, &c. ſi aliquis accuſator, vel eius
procurator aliquem accuſauerit, debet oſtendere,
256 quæ ſit illius voluntas, contra † illum, aduerſus
quem producit calumniam, ſtatuere ſibi domicilium,
vbi citari poſſit, & ſi accuſare vult idonee, præſtet
fideiuſſionem, terminoque nouem dierum adim-
pleat, quod producit, aliter carceratus dimittatur, eo
quia rem iuſtam non geſſit, & accuſationem falſam
porrexit. Damna carcerato ſint ſatisfacta, vel pignus,
aut fideiuſſionem præſtet aliter in iuſtitiæ, (nam
257 & † in criminalibus de iure Saxo. Guaranda exigi
poteſt, vt dicam infra *cap. 10. n. 190.*) actu corporali.
In cauſa, & viſis, &c. exequenda eſt ſummariè iſta
ſententia, & ſi accuſator, vel quærelans producta
probare non poteſt, illius quærela ſit.

258 Quod ſi † nunc accuſator, vel eius procurator in
præfixo termino minus ſufficientem ſatiſdationem, &
Guarandam præſtent, ac promittant, nec accuſatus
eas admittere velit, totum negotium iudicis cogni-
tioni tutius ſubmittendo, tunc fere talis, vel ſimilis
interlocutoria ſubſequi ſolet: In gloſſa, parui mo-
menti eſt. §. debetis etiam vos, ibi ſi tutor non indige-
ret fideiuſſore.

259 Accuſatore † autem, nec huic interlocutoriæ obe-
diente, ſolet iudex ad ſequentem interlocutoriam
progredi. In cauſa, & cap. Hos cognouimus quod
Accuſator quantum potuit fecit, vt probaret, quod
propoſuerat. Intentioneque ſua cognita pro vna vi-
ce, terminum nouem dierum abundanter ex officio
illi damus ad probandum quod intendit; & ſi non ſa-
tisfecerit, & per errorem aliquid fecerit ſoluat. N.
mille taleros monetæ currentis, ſi velit, vel non, &
ita iudicatum eſt.

260 Subſequente † autem fortè petitione, aduertenda
dum eſt accuſatori, eiuſuè procuratori, vt non ſolum
pecuniam loco cautionis fideiuſſoriæ, ſive pignotari-
tiæ, exhibitam in præſentia vtriuſque partis numera-
ri, (quomodo enim aliter ſummam explorabant? iux-
ta tradita per Bart. *in l. cum ſeruum. D. de cond. & de-*
monſt.) numeratamque rurſus obſignari, & deponi,
verum etiam deſuper recognitionem magiſtratus, co-
ram quo lis agitatur; ſibi exhiberi petant, de cuſto-
diendo nimirum talem apud ſe depoſitam pecuniam,
donec cauſa finem ſortiatur, & quid porrò de hac
pecunia forte ſtatuendum in iure decidatur. *arg. l. ſi*
ego 9. §. vlt. D. de iur. dot.

Nec eſt, quod magiſtratus iſtiuſmodi recognitio-
261 nem petentibus deneget, cum regulare ſit, vt de re-
bus cuſtodiæ commendatis inſtrumenta ſive ſcriptu-
ræ conficiantur. *l. publica 25 §. vlt. l. Lucius. 27. in prin.*
l. Quintus. 28. D. depoſiti. l. deſiderium C. eo. in l. in actio-
ne. 10. C. de reb. cred. Præiudicium elegans extat in ſen-
tentiis Dn. Chriſtiani Barthii de 12. Aprilis, Anno
1548. B.

262 Ponamus autem, Accuſationem † in probatione
deficere quænam iſto caſu porrò erunt Iudicis partes?
Reſpondeo, Accuſatum per hanc, vel ſimilem ſen-
tiam ſolere abſolui. In cauſa, &c. Hos Iudices, &c.
Vidimus eum accuſatorem in ſua criminatione de-
ceſſiſſe. Nihilominus eum abſoluimus, ac liberamus
à ſuo carcere ordinantes, quod nihil ſoluat, & pro

quas.

querela coram nobis expoſita, declaramus accuſa-
torem abſolutum, ac liberum eſſe debere; & ita eum
de omni damno, & intereſſe eum abſoluimus.

263 Facta † deinde deſignatione expenſarum, & dam-
norum, & deſuper auditis, & intellectis vtrinſque par-
tis allegationibus, & ſubmiſſionibus, liti tandem per
ſubſequentem definitiuam colophon imponitur. Co-
ram nobis Iudicibus, & cap. in cauſa N. viſis, ac
omnibus rectè perpenſis, ac conſideratis inuocato
prius DEI nomine, declaramus, pronunciamus, ac
abſolutoriam ſententiam proferimus, pro N. in cau-
ſa: pro reconuentione, & in puncto damni, & ex-
penſarum.

Sententia à Iudice iuxta prouinciæ ſtylum, & Ci-
uitatis pronuncianda eſt.

Quæ omnia hunc in locum paulo prolixius conji-
cere volui, vt ſaltem iuris ſtudioſi (quibus potiſſimum
labor meus eſt conſecratus) in iſtiuſmodi cauſis cer-
tas formulas præ manibus haberent: magnos etenim
practicos huius admonere, eſſet noctuas Athenas, &
cornicum oculos configere.

264 An † verò & ACCVSATVS ante vel poſt litem
conteſtatam, fideiuſſionem præſtare cogitur? In hoc
articulo Luc. de Penna *in l. hac ſaluberrima. nu. 1. Cod.
de agentib. in rebus, lib.* 12. pro & contra arguit, ſed ta-
men tandem ita diſtinguit. Aut reus nondum in vin-
cula coniectus, vel etiam fortè non conjiciendus,
aut ſi coniectus ſit, tamen ex vinculis liberandus, ob
pœnam fortè pecuniariam ſaltem incurſam, compa-
ret, & recepto libello vult ſtatim litem conteſtari, &
tunc poſt litem conteſtatam præſtat: Aut verò ali-
quam dilationem exceptionem opponit, & ſtatim
oblato libello ad fideiuſſoriam cautionem vrgendus
eſt, maximè ſi crimen ſit arduum, puta capitale. *Ar-
chidia. cap. quiſquis. 2. quæſt.* 8. vel perſona ſuſpecta ſit,
l. ſi fideiuſſor. §. vltim. ff. qui ſatiſd. cogan. Facit in exem-
plum. In pacificatione ſub Rubr. ratione militum
Equitatus, peditatuſque. & Receſſ. Imper. de Anno
1555. & in §. caſu quo agena iſta armata, & tetigi in-
fra *cap. 7. num.* 606. *in fin.* Rectè autem dixi de reo
nondum in vinculo coniecto, vel exinde liberando,
iuxta tradita inferius. *cap.* 10. Et Ioann. Goddæum
de contrahen. ſtipulat. cap. 6. conclu. 23. num. 404. Nam
hic ad præſtationem fideiuſſorum, pro impetranda
relaxatione, admitti poteſt per talem interlocuto-
riam. In cauſa N. dictus accuſator offert ſeſe eſſe
idoneum, & habilem; & ſi opus eſt conſtituit ſeſe
coram Iudice, pro ſua liberatione ad fideiubendum.
Aliud exemplum vide apud Raphaelem Sailerum *in
ſelect. Camer. Imper. 30. Octob. Anno.* 1534. *& 23. Martii,
Anno* 1557.

266 Fideiuſſio † porrò pro accuſatis præſtita per uni-
uerſitatem, proſequentem iniuriam particularium, ſi
vniuerſitas cauſam proſequi nolit, prodeſt nihilomi-
nus ſingularibus, iniuriam ſibi particulariter illatam
proſequi volentibus, & oſtendit Aymo Crauetta *conſ.
45. n. 1. volum.* 1. cuius dicta non tranſcribo.

267 Pro complemento † denique hic notandus eſt
caſus quem nominatim exprimit. Sancitum eſt in
ordinationibus Iuſtitiæ, pomeraniæ ſub titolo de ceſ-
ſione bonorum, §. ſancitum, quod proximiores om-
nes, qui cedunt omnia ſua Iura, & actiones ſine re-
tentione aliqua, omnia damna paſſa renunciaret: pro
eiſque fideiubent nihil parti petituros, & ita ambæ
partes iurent, &c. Pro quo faciunt, quæ tradunt Do-
cto. *in cap. fin. de alienat. iudic. mut. cauſa facta; & in l.
per diuerſas. C. mandati. Specu. in tit. de ceſſione actio-
num. §. 1. verſic. quod autem. Rol. à Val. conſil. 38. num. 26.
volum.* 2.

268 Quartò fideiuſſorem † dare tenetur, ARROGA-
269 TOR impuberis. Etſi enim nolim † nonniſi veſti-
ceps, hoc eſt, cui prima veſtis, ſeu lanugo erat (aucto-
re Sext. Feſt. Pompeio) arrogari poterat. *Agell. lib. 5. c.
19. Guliel. Forner. lib. 1. ſelect. cap.* 19. Ex conſtitutione
270 † tamen D. Pii, etiam hodie impubes cauſa cognita
adrogatur *Vlp. in frag. tit. 18. §. 5. l. 2. C. de adop.* Non
aliter tamen voluntati eius, qui adrogare pupillum
volet, ſubſcribendum eſt, quam ſi cauerit ſeruo publi-
co ſe reſtiturum ea, quæ ex bonis eius conſecutus
fuerit, illis, ad quos res peruentura eſſet, ſi arrogatus
permanſiſſet in ſuo ſtatu, *l. non aliter. cum ll. ſeqq. ff. de
adoptionib §. cum autem impubes. Inſtit. de adopt.* Ca-
271 uet autem idoneis fideiuſſoribus datis, *d. l. 2. C. eode*
ne ſcilicet ſub copulandæ adoptionis obtentu, in
facultates pupilli, quæ diligenti prouiſione ſunt ſer-
uandæ irruat arrogator, *d. l. 2. l. nec ei permittitur
ff. eod.*

272 Cæterum † quem ſervum publicum appellant Im-
perator, *in d. l. 2.* & Marcellus *in d. l. non aliter.* eum
Iuſtinianus vocat perſonam publicam, prout etiam
ab eodem vocari opinor, *in d. l. 4. §. 1. C. de recept. ar-
bit.* dum memor forte eſt conſtitutionis Imperato-
273 rum, *in l. generali. C. de tabell. lib* 10. qui † prohibue-
runt ſeruos amplius tabulariorum officio fungi, *Io.
Borcholt. præceptor meus in tract. de feud. cap. 3. num.* 38.

274 Erant enim † olim Tabularii reuera ſerui, *l. vnica.
C. de com ſer. manu. l. ſi tibi notarium. C. de pignorib. l.
cum cognatos. C. de poſtlim. reuerſ. l. Thais. §. Seir. ff. de
fideicomm. libert. Pruckmannus in § ſoluta poteſtas. c. 1.
num. 1. & 2.* male contrarium ſentiente Petro Augu-
ſtino Motla, *in emptor. iuris part. 2. tit. 11. in § præmiſſo.
num.* 14.

275 Dicebantur † autem propterea publici, quia in pu-
blicum emebantur, ut in publicis miniſteriis haberen-
tur, *l. debitor. ff. de compenſat. l. Gaius Seius. § 1. ff. de vſu-
ris. Vlp. in frag. tit. 20. in fin. Anton Goutan. lib. 2. electio.
cap. 10. Iuſtus Lipſius lib. 1. electorum. cap. 22. & in com-
men ad Tacitum lib. 2. num. 55. Nicol. Anton. Granat. in
276 addit. ad prax. Veſtrii. lib cap. vlt. n. 5. & 6.* Et † tales
ſeruos habebat non ſolum princeps, *l. generaliter. §.
1. ff. de fideic. libert.* qui, & ſerui fiſci appellantur, *l. ſi
277 quis mihi. §. ſi fiſci ff. de acq. hære.* Sed etiam † ciuita-
tes & Reſpublicæ, *l. quod ſi hac. §. qui manumittitur. ff.
de in ius vocan. l. 6. § 1. ff. de rer. diuiſ. tot. tit. C. de ſeruis
278 reipub.* Item † municipes, *d. l generaliter. ff de fidei-
com. libert. l. 1. § ſeruum. municipalem. ff. de quæſtionib. l.
3. §. ſi municipes ff. de ſuis, & legit. l. ſiue autem 9. §. vlt.
ff. de publiciana. l. non dubito. ff. de ſerui. d. l. ſi quis mihi.
§. 1. ff. de acq. here. & tot. tit ff. de libert. vniuerſitat.*
279 Hoc † amplius quoque collegia, *d. l. ſed ſi hac. § qui
manumittitur. & d. l. ſed ſi quis mihi. §. 1.* Corpora
280 † quilibet *d. §. qui manumittitur. & d. l. 1. §. ſeruum. ff.
281 de quæſt.* Decuriæ † *d. l. ſi quis mihi. §. 1.* & denique
282 † Coloniæ. *l. 3. ff. de ſtipul ſeruor.* Neque verò in ar-
rogatione impuberis tantum ſeruo publico, ſiue ſer-
283 uo ciuitatis cauebatur, ſed etiam † in aliis negotiis
quamplurimis, *vt conſtat ex l. vlt. ff. quod cuiuſque
vniuerſitat. nomin. l. 1. §. exigere ff. de magiſtrat. conue-
284 niend. l. 2. ff. rem pupill. ſal fore.* Malè igitur † Accur-
ſius ſecum errare fecit, alias erudiciſſimum Tiraquel-
285 lum (quem † Valentius Forſterus *de ſucceſſion. ab in-
teſtat. lib 8. cap. 15. num.* 6. Calepinum iuris appellat.) *in
tract. de iur. conſtit. poſſeſſ. p. 3. limitat 39. num. 34. & 41.*
qui hæc non eſt aſſecutus.

Etſi autem vt ſupra *num.* 268. tetigi; arrogator in
ipſo actu arrogationis ſatiſdationem interponere de-
286 bet. Hac tamen † ſatiſdatione parentes in vnione
prolium, non onerantur, ob rationes aſſignatas à Ia-

Digitized by Google

cobo Rickio, *in tract.de vnion prolium. cap.9. nu.45.*
niſi fortè aliud, circa hoc pactum, conſuetudine loci
ſit introductum, quod ad vnguem eſt ſeruandum.
Idem Iacob.Rikius *c. 6. n.1.*

287 Quintò loco † enumeratis iam perſonis adjicio
LIBERVM, qui vbi ſe operas præſtaturum iurauit,
etiam fideiuſſoris datione ſolet onerari. Et rectè
Pomponius *lib.8. ad Sabinum* ſcripſit: *Pro liberto iu-
rante, quemuis fideiubere poſſe.l.8 § 1.D.de oper. libert.*
Quis enim eſt, qui neſciat, alienas operas promitti,&
fideiuſſorem adhiberi in ea obligatione poſſe? *l. ne-
mo D.de duobus reis l.in ſtipulationibus.§.operarum.D.
de verborum obligat. Cuiac.lib.5.obſeruat. cap.35.in fin.
& dixi infrà cap.*10. *numer.*215. Vndè, & hoc manat
288 † quod ſicut exceptio competens liberto, compe-
tit etiam eius fideiuſſori, *l. qui libertinus. §.vlt. D.de
289 oper.lib.* Ita † & mora liberti obſit eius fideiuſſori,
l.ſi libertus moram. D.eodem. Verum ſi quis pro eo,
qui libertus non eſſet, & operas ſe præſtaturum iu-
raſſet, fideiuſſor erit, non tenebitur, idque tuendæ li-
290 bertatis cauſa, & quia † ab ingenuis operas exigere,
quoquo pacto eſt vetitum, *l.ſi quis pro eo. 56.D.de fi-
deiuſſoribus.l penult. D.de obſeq par. & patr. præſt. Ia-
ſon l.ſi non ſortem.§.libertus D de condict. indebit.Ioan.
Goddaus de contrah.ſtipul.capit.6. concluſ.13. num.166.
& 167. Ioan. Frideric. Huſanus de propriis hominibus
c.6.n.52.*

291 Sextam † in ordine perſonam facio SVPPLI-
CANTEM, qui, poſt interpoſitam à ſententia præ-
fectorum prætorio ſupplicationem, ſententiæ execu-
tionem petit. *Maranta in Specul part.6. memb. num.*
26. Sententia enim non aliter executioni mandabi-
tur, quam ſi victrix, & modo ſupplicans pars dignam
fideiuſſionem præbuerit, tantum reſtituendi cum le-
gitimis augmentis, quantum fuerit in condemnatio-
ne, ſi legitima retractione ſententia reſoluatur. *Auth.
quæ ſupplicatio. C.de precib. Imp. offerend.* Maranta *d.
part.6.tit.de appel.n 15 &* 16. Ioan, Bernardin. Muſca-
tell.*in pract.fideiuſſoria part.1.modo.*18. Andr.Knichen
*in comment. iur Saxon. cap 4. mihi pag.*271. Ioan. Lu-
douic.Benderus (quem Herman. Vulteius,*in l.1. num.*
292 *94.C.de Iuriſdict.* virum † doctiſſimum, & Cameræ
Imperialis Aſſeſſorem meritiſſimum vocat) *in tractat.
de reuiſion. concluſ.2.n.6.*

293 Sed hic non immerito † aliquis præſierit cum In
nouiſſimo Receſſu deputatorum Imperii, Anno 1600.
Spiræ promulgato, in §.debent ſubiecti remedium
ſupplicationis, per modum Reuiſionis, caſu quo ſum-
ma non eſt appellabilis, hoc eſt, trecentos florenos
Rhenanos excedens, appellare volenti indulgeatur,
nec tamen expreſſum ſit, ſi taliter ſupplicans in vno,
vel duobus productis aliquid noui allegare, appella-
tus, & victor autem, pro maturanda executione intra
decem dies inſtans, dignam fideiuſſionem præſtare ve-
lit, vtrum etiam executio fieri, vel an ſuſpendi debeat?
Et vt rem in pauca conferam, omnino ſuſpendendam
294 eam eſſe exiſtimo. Supplicatio enim † *in dicta auth.
quæ ſupplicatio.C.de precibus Imp. offerend.* propriè ac
ſtrictè accipitur pro ea ſupplicatione, quæ offertur
pro retractanda ſententia, contra quam nulla admit-
titur appellatio, propter iudicis excellentiam, & au-
ctoritatem, *Ioannes Ludouicus Bender in d.tract. Reui-
295 ſion. concluſ.25. n.3.* Supplicatio † verò in d. Receſſu
Deputatorum indulta, ſaltem ob ſummam non appel-
labilem, non habito reſpectu excellentiæ iudicis, con-
ceditur. *Bernard.Graueus in concluſ. pract. concluſ.*123.
n.9.verſ.deinde. Eſt itaque vtriuſque Remedii diuer-
ſiſſima cauſa, & proinde quod in vno diſponitur, non
ſtatim quoque extenſiuè in altero diſpoſitum cen-
ſeri debet.*iurib.notiſſ.* Et quia præterita iudex inferior
per modum Reuiſionis ex iiſdem actis tales cauſas,
ob ſummam, trecentos florenos non excurrentem,
vt ita loquar, in appellabiles denuo definitiuè deci-
dere tenetur, reuiſione in Camera Imperiali aliquot
luſtra, proh dolor, pendente, ne quidem autem ad
præſtationem fideiuſſionis condignæ hodie executio
impetrari poteſt, vt dicetur infra *cap.15.num.*89.& 90.
non mirum ſi & hæc reuiſio (quæ tamen non multum
temporis eſt duratura, præſertim ſi iudex à quo adhuc
aliis doctis conſiliariis, quàm qui conceptioni ſen-
tentiæ primitus interfuerunt ſit inſtructus, aut acta ad
conſilium ſapientum tranſmittantur, iuxta d. Receſ-
ſum verſic.in minus auguſto iudicio executionem ſu-
ſpendat.

296 Septimo † ſponſores nonnunquam dare tenentur
PRÆCIDES PROVINCIARVM. Poſtquam enim
illi a cuiuſque prouinciæ Epiſcopis, vna cum illis,
qui ex indigenis, & incolis primas tenent, per libel-
lum ſupplicem apud Imperatorem fuerint nominari,
admittuntur quidem tanquam idonei, ſed non aliter,
quam ſi publicum, & fiſcalem canonem ſe illaturos,
atque nihil contra leges ſe exacturos, neque cu-
quam collatorum vim illaturos, imò ab omni iniuſti-
tia, quæſtu, turpitudine, & re v. rita abſtentaturos ca-
ueant, & pleraque alia datis ſponſoribus promittant,
ſicut conſtituitur *Nouell.* 149. *vt Dei amantiſſ. Epiſc.
cap* 1. quum adhuc obſeruari, vel ſaltem in Regnis, &
magnis Principatibus, in vſum reuocari, Reipublicæ
297 admodum vtile eſſet. Non abſimile † huic eſt, quod
de Præfectis Montis pietatis, Anno 1491. Patauii in-
ſtituti, narrat Bernard Scardeonus, *lib.2. hiſtoria Pata-
uina claſſe* 3. dicens, ad id muneris neminem nobi-
lium aſſumi, niſi idoneos prius fideiuſſores præbue-
rit, de fideliter erogandis pecuniis Montis pietatis, &
298 pignoribus ſeruandis. Qui porrò † plura deſiderat
ſcire de inſtitutione Montium pietatis, is conſulat
Virgin.de Boccat. *in tractat de manutent.poſſeſſ. cap.8.
numero centeſimo ſexageſimo.& ſequentibus.* Ioan.Bapt.
Lupum *de vſuris part.3.num.*8 *& ſequentibus.* Bene-
dict.Bouium *de cenſibus.artic.*5 Petrum Surdum *con-
ſilio centeſimo octuageſimo ſecundo. libro ſecundo.* Ar-
nold.Ferron.*ad conſuetud. Burdegal.libro ſecundo. tit.
8.§.20.in fin.*

299 Octauum exemplum ſumitur † ab HÆREDE,
qui quando ob adiectam conditionem, aut diem,
non confeſtim legata ſoluit, legatorum nomine ni-
hilominus ſatiſdare cogitur, quo tutione loco res le-
gatæ conſtituantur, & ſua die deinceps probè rectè
ſoluantur, *toto tit. D.vt legator.nomin.caueatur.* quòd
etiam ſupra hoc ipſo capite,*num.70.& 71.* attigi. At-
que hæc quidem ſatiſdatio ſemper fit datis fideiuſſo-
ris depoſcit, *l.1. D dict. tit.l.1. l.prætoria. D.de præto-
rian.ſtipulation.* & clarè exprimit Vlpianus *in l.6. in
300 pr.D.vt legator.nom.caueatur.* Excipiuntur † tamen
301 primo Fiſcus.*l.1.§.ſi ad fiſcum.D. dict.tit.* Deinde † ci-
uitates, quæ nudæ repromiſſioni relinquuntur, *l.6.§.1.
D.eodem.* & caſus alii notantur à VVeſenbecio, *in
paratit.ibidem.* Alioquin ſi hæres non vult, aut non
poteſt ſatiſdare de ſoluendo legato adueniente die,
mittitur legatarius in poſſeſſionem adeo, vt hæres
302 † ne quidem curatoriam cautionem offerendo au-
diatur, *dicta l.1.§.nec ſine D.d.tit.l.filiusfamil.§ iidem
reſcripſerunt.D.de legat.1.*

303 Bene tamen notandum eſt, hanc † ſtipulationem
poſt litem de legato conteſtatam, non rectè præſta-
ri, vt diſcimus ex Cuiac. *libro decimoquinto. obſeruat.
304 capite decimo.* inque eo differt † à ſtipulatione, quæ
propter legem Falcidiam interponitur, quæ etiam
poſt

poſt legata ſoluta rectè ex conſtitut. D. Pii interpo-
nitur. *l. niſi.§. item ſciendum.ff. ſi cui plus quam per l.
Falcid.*
305 Vice verſa † contingit, ſi cui plus legetur, quam
licuerit, & dubitetur, vtrùm lex Falcidia locum habi-
tura ſit, nec ne, vt legatarius ſatiſdare neceſſe habeat,
ſe id reſtituturum, quod amplius nomine legatorum
acceperit, quam ex lege Falcidia capere licebat, quæ
quidem ſatiſdatio eſt prætoria ſiue communis, *l. ex
facto.§.unde ſcio.verſ. quod ſi fuerit.ff. de hæred. inſtit.l.
pœnales §.Iulianus.ff.ad legem Falcid.* ideoque fideiuſ-
ſorum habet præſtationem, *l. niſi.§.1. & toto illo tit.ff. ſi
cui plus, quam per legem Falcid.* id quod etiam ad fi-
deicommiſſa extendit Pomponius. *in l. ſi cui.31.ff.*
306 *ad legem Falcid.* Alius † caſus eſt, *in l.fin.C.de petit.
hæredit.* vbi traditur, quod ſi controuerſia ſit de hæ-
reditate, legatarii contra hæredem ſcriptum agere
poſſint, & præſtita cautione ſuum conſequi legatum
de quo plura congeſſit Achilles Perſonalis, *de adipi-
ſcend. poſſeſſ. num. ſexcenteſimo nonageſimo nono. & ali-
quot ſeqq.*
307 Non multum † à prædictis diſcrepat, quod & ma-
ioratus poſſeſſor tenetur de re ipſius maioratus reſti-
tuenda ſatiſdare, vt poſt Petrum de Peralta, Ioannem
Lupum, Antonium Gomezium, & alios latiſſimè de-
monſtrat Ludouic. de Molina. *de Hiſpan. primogen.*
308 *libro primo capite decimo quinto per tot.* Sic, & † a-
gnoſcens bonorum poſſeſſionem, ſi ſub conditione
inſtitutus erat, tenetur ſatiſdare, *l. 8.ff.de prætor.ſtipu-*
309 *lat.Cuiac.lib.9. obſeruat.c.5.* Miniſter † tamen à te-
ſtatore electus ad legata diſtribuenda non ſatiſdat,
niſi ex cauſa, *l liberto 21.§.largius.ff. de annuis legat.l.
Diuus.7 ff.ſi cui plus quam per l.Falcid.*
Nono loco exemplum aliud ſumitur ex *l.vnic. §.is
autem.ff. de ripa munienda.* Ibi enim Vlpianus ſcri-
310 bit, quod is † qui vult ripam munire debet, vel ca-
uere, vel ſatiſdare. Particula autem Vel ibi non
διαζευκτικῶς, ſed ἐξηγητικῶς eſt accipienda, ita vt ſe-
cundum qualitatem perſonæ, modo nuda repromiſſio
ſufficiat, modo etiam ſatiſdatio requiratur. Quod
tamen coniungendum eſt, *cum l.1.§. ſtipulatio itaque.
cum §.ſequen. ff.de prætor. ſtipulatio.* ex quo loco diſ-
ces, quando in publicis priuatiſque operibus ſit ſa-
tiſdandum, repromittendumvè.
311 Decimum † exemplum pono in Pvblicanis,
& Condvctoribvs Vectigalivm, quos pro-
pterea coniungere libet, quia illi ipſi publicani di-
cuntur, qui publica vectigalia conducta habent. *l.1.§.
1. quanta. § vltim ff.de publican.l.moris.§.ſunt autem.*
312 *& alia ff.de pœn.* Erant † autem publicani ferè Equi-
tes Romani, qui publica vectigalia populi Romani
(quæſtus ſui cauſa) conducebant, ex quibus alii man-
cipes, alii prædes, alii ſocii erant, vt monſtrat Caro-
lus Sigonius, *libro ſecundo antiq.iur.ciuil. Rom.cap.4.*
Rectiſſimè. Nam, vt inquit Aſconius Pædianus,
313 Mancipes † erant publicanorum Principes, Romani
homines, qui quæſtus ſui cauſa, ſi decumas redime-
rent, decumani appellabantur, ſi portum, aut paſcua
publica, Portitores, aut Pecuarii, *l.qui fideiuſſor.53.l.
cum in plures. §. vehiculum.ff.locati. l.ſi quis,11. C.de
vectigal. & commiſſ. Sext. Feſt. Pompon. in verb. Man-
ceps.* Cicero in Verrem, *Cum frumentum ex decumis
Romani Mancipes aduexiſſent, & alibi ſæpè.* Idem con-
tra Rullum: *Decemuires portitores omnibus omnium
pecuniis conſtitui.* Idem: *Qua ſocietas pecuaria de P.Cor-
nel. L. Mummio conſ. vadem miſſet.* Id quod ex noſtris
comprobarunt etiam Rebuffus. *in l. portus.ff. de ver-
borum ſignificatio.* Gulielm. Fornet. *lib.primo.ſelect.cap.
20.in princ.* Iuſtus Lipſius, *de magnitud. Romana.lib.2.
c.1.* VVolfgang Lazius, *commen. lib 2.c.10.mihi pagina*
314 *296. & 297. lit. B.& A.* Prædes † porrò illi erant,
qui pro hiſce mancipibus ſpondebant, vt memoria
me oſtendiſſe ſupra, *c.5. num.41.* Quanquam, & ipſe
Manceps, auctore Feſto, præs diceretur, qui tam de-
bet præſtare populo, quam qui pro eo præs factus
315 eſt. Denique ſocii † erant vectigalium, quia ſolebant
publicani per partes inter ſe diſtribuere vectigalium
exactionem, nec ideo minus tamen communia erant
inuicem commoda, & incommoda, *l.quinta. l.vi in
conductionib.23.l.adeo.59 l.verum.§.in hæredem l.actio-
ne.§. nonnunquam.ff pro ſocio. l. locatio. §. ſocii.ff de pu-
blican. lib.10.obſer.c.15.in fin.*
316 Nec ſanè † intererat valde, eſſent publicani iſti
patresfamilias, an filiifamilias *l.3. §.1.ff. ad Macedo.*
modo ne eſſent tutores, vel curatores *l.is [illegible] 49.
ff.locati.toto tit.C.de tutor.vel curat.vectiga.conduc.l.1.
§.ex illa.ff.ad legem Cornel.de falſ.* vel minores viginti-
quinque annis, *l.in fraudem,§.vlt.ff. de iure fiſci.*
317 Prætereà ſicut fiſcus † habebat ſua vectigalia, eo-
rumque conductores, *l.ſemper. §. conductores. D. de
iure immunit l.cum quidam. §.fiſcus D.de vſuris.l.fide-
iuſſores.68 § 1 D.de fideiuſſoribus. dict. l. is [illegible] D.
locati.*
318 Sic & † ciuitates habebant ſua vectigalia. *l. fundus,
D.de reſcindend.vendi. l.Iulianus.§. idem Iulianus, D.
de act. empt.* à quibus deinde alii ea conducebant, *l.
ſpadonem,§. qui vectigalia. D.de excuſat.tutor.* loca-
319 banturque † vt plurimum in luſtrum, ſicut res aliæ
priuatæ, *l.quarta,paragr.primo, D. de reb. credit.l.4.
paragr.2. D. de adminiſtr. rer. ad ciuit. pertin.l. item
quæritur.paragr. qui impleto l.ſi in lege parag.ſi domus.
D.locati.l.3 parag cum quinquennium. D.de iure fiſci,l.
ſi cum Hermes, C.de locato.*
320 Verum † quia magnæ audaciæ, magnæque teme-
ritatis erant publicanorum factiones, vt conſtat ex
ſacra ſcriptura, item Suida, & exemplo M.Poſthumii
publicani, quod refertur à Liuio XXV. Marquardo
Frehero.*lib.2.parerg.c.19.* Henrico Bullingero *in com-
ment. in Matthæum cap.5. mihi fol.60. lat.a.* Et vide
M.Anton. de Amatis, *deciſ.35. num.17 & 18.* Ideo non
321 contentus fiſcus, quod † in publicanorum bonis ta-
citam hypothecam haberet, *l fideiuſſores.§.1.ff.de fide-
iuſſoribus.l.ſemper §.conductores.ff.de iur.immunit.* no-
minatim etiam ab iiſdem idoneos fideiuſſores, qui
debitis eorum ſatisfacere parati eſſent, exigebat. *l.lo-
catio.in prin. & § debitores. l.interdum.§.ſi quis profeſ-
ſus.D.de publican.d.l fideiuſſores 68.parag.1.D.de fide-
iuſſor.l.2.parag.penult ff de adminiſtr.rer. ad ciuit.per-*
322 *tinenti.* Quod † adeo obſeruabatur, vt ſi filiusfami-
lias decurio, voluntate patris creatus, publica vecti-
galia locaſſet, pater vt fideiuſſor eſſet obſtrictus, *l.2.
paragr.ſed ſi vectigalia ff. ad municipalem.*
Affine etiam ſuperiori exemplo eſt id, quod modo
323 de conductoribus † prædiorum, de Emphyteutis,
nec non de aliis colonis ſum adductus. Neque n.
ſimplex priuatæ alicuius rei conductor tantum præ-
ſtat locatori ſuo fideiuſſores, vbi fuerint exacti, *l.a-
miſſi paragr. fideiuſſores. l ſi à colono ff de fideiuſſorib.l.
l quare ff.locati. l.is, cuius intereſt.85. in fin.D.de furtis.*
ſed, & alii rerum publicarum agrorumque tàm deſer-
torum, quàm fertilium conductores.
324 Nam † quod conductor prædiorum decurionum
idoneam fideiuſſionem offerre cogatur, conſtitue-
runt Theodoſius. & Valentinianus. *in l.2. C. de præd.*
325 *decurion.lib.10.* Haud † aliter pro illis colonis, & ara-
toribus, qui à mancipibus vectigales agros redimunt,
fideiuſſores exiſtere ſolent. *l.qui fideiuſſor.53. D. locati.*
326 Sic quicunque deſerta prædia meruerint, ſub certa

immunitate, ad poſſeſſionem impetratorum non prius accedere ſinuntur, quam vel fideiuſſoribus idoneis, periculo Curialium datis, vel fundis patrimonii ſui, maximè vtilibus, obligatis, idonea cautione firment, ſuſceptam à ſe poſſeſſionem nullo detrimento publico à ſe relinquendam. *l. 3. l. quiſquis. C. de omni agro deſerto. lib 11.*

327 Nec † prætereundum eſt, quod ab Impp. conſtitutum eſt. *in l quicunque 7. Cod. de fund patrim. lib.11.* quod emphyteuta eſt. *in l. quicunque. 7. Cod. de fund. patrim. lib.11.* quod emphyteuta fundorum patrimonialium non aliter ad emphyteuſin accedere poſſit, quam ſi vel patrimonium ſuum publicis implicet nexibus, aut ſi minor facultatibus probetur, fideiuſſores det idoneos, negligentia damnum ſuſtinentibus illis, qui huiuſmodi cautionem non exegerint.

328 Illud † porrò elegans eſt, & hodiernis temporibus, quibus ruſtici ſæpè numero ſuis nobilibus, & dominis ſe opponunt, non infeliciter practicari poſſet, quod de colonis, qui fideiuſſorem idoneum præſtare debent, ſcribitur, *in l. litibus. C. de agricol. & cenſit. lib.* 11. Pone, coloni cuiuſcunque conditionis contra dominum terræ declamant, hoc eſt, procla-
329 mant (arbitror enim † ſynonima eſſe, & aſſertionem libertatis ſignificare, *vt in tit. quibus ad libert. proclamar. non licet l. 8 ff de probatio l.7. ff. de liber. cauſa. Hermannus Vulteius in comment. ad l.1. num.17. C. vbi cauſa ſtatus.* quod alibi quoque eſt Reclamare, *l. 3. 6. ſi ſeruus. ff de acquir. poſſeſſio.*) ex qua declamatione dubitatio oritur, vtrum dominus iſte verus ſit terræ terræ dominus, vel an iſti coloni dominum ſuæ terræ poſſideant, ac proprii ſint iuris, ſine ἰδίῳ κυρίῳ.

330 Dominum porrò poſſidere † per ἀρχαϊσμὸν (vt vocat Donatus, citante Scipione Gentili, *lib.1. parer. cap.6.*) dixit, quemadmodum Hermogenianus cautionem cauere, *in l.6. D. rem ratam haber.* & Vlpianus, *l.5. § in his, ff. ſi vſusfructus petatur.* actiones agit. Et *in l. ſi vt certo. §. quinimo. D. commodat.* Chirographum cauere: ſic enim legendum eſt, quod refero propterea quod temere audaces quidam emendatores (*vt ait Agellius, in d. §. quinimo.*) emendant Chirographo: Ergò emendant etiam. *l. ex pluribus 86 ff. de ſolutionib.* vbi Scæuola bis de Chirographis cautis eſt locutus. Sed ad rem.

Conſtituit igitur Iuſtinianus, in hac dubitatione circa redituum præſtationem hanc eſſe formam debere: vt pendente lite coloni nullo modo ſuper reditib. à domino inquietentur, modo idoneum fideiuſſorem præſtent. Ad quid? inquis? Ad hoc ſcilicet, quod omnes reditus ſine ulla procraſtinatione ſi melior cum dominorum iudicetur, domino reſtituere velint. Verum enimuerò hic fideiuſſor non in quinquennium accipitur (prout tamen regulariter fieri ſolet in conductionibus, ſecundum ſuperius, *num.319.* dicta.) Sed ad triennium tantum, ideoque eo triennio impleto, fideiuſſor eſt renouandus, vt malunt quidam, qui *in dicta l. litibus.* renouetur, non remouetur, legunt, vt *in l. item quæritur §. qui impleto. D. locati.* Ego verò nego ſic eſſe legendum, & facilè video, particulam illam, Remouetur, occaſionem errori dediſſe, quem vt eripiam, recurrendum erit ad *l. properandum. C. de iudiciis.* Ibi namque idem Iuſtinianus cenſuit, omnes lites, ſiue ſuper poſſeſſione, vel dominio, vel pro aliis cauſis, non vltra triennii metas poſt litem conteſtatam eſſe protrahendas. Cum igitur hic de dominio litigetur, non mirum eſt, fideiuſſorem poſt triennii ſpacium remoueri, quia interim cauſa dominorum, vel melior, vel peior iudicari poteſt, & fruſtra teneretur fideiuſſor poſt triennium finitum, & obligationem ſublatam, *dicta l. properandum. Bartolus, in dicta l. litibus, Muſcatel. in pract. fideiuſſ. par.1. modo 17. num 19.* Et hæc ſe ita habent, ſi coloni idoneum fideiuſſorem præſtiterint: Sin autem hoc minimè facere voluerint, vel potuerint, aliud eſt obſeruandum, quod quia per ſe ſatis clarum eſt, ex litera. *d. l. litibus 9. ſi autem hoc coloni, cum §. ſequenti.* & ex traditis per Ioannem Goddæum *in tract. de ſequeſtr. poſſeſ. cap. 3. num. 33. 34. & ſequentib.* ægre velim inde tranſcribere.

Quid autem fiet, inter colonos, & dominum, non quidem de reditibus, ſed de tributariis functionibus lis inchoetur? Hæc quæſtio etiam determinatur *in d. l. litibus. §. hac reditibus.* adhibita ſequenti diſtinctione: Aut ipſi coloni more ſolito tributarias functiones hactenus intulerunt, domino ab illis plane exiſtente immuni, hoc caſu, etiamſi coloni poſteà inferre negent, inde tamen domino nullum generatur præiudicium: Sicut enim is, quandiu coloni quieſcunt, & inferre pro antiqua conſuetudine non recuſant, non moleſtatur: Ita quoque non moleſtatur, poſtquam coloni ſe fiſco opponunt, & tributa ſoluere denegant. Aut vero moria erat, vt dominus totam aliquam ſummam, puta 100. acciperet, & ex ea partem, puta 50. in publicas verteret functiones, partem verò in reditus ſuus, colonis poſtra forte illum dominum ſuum eſſe, vel ad eum publicarum functionum præſtationem non pertinere, imo nec totam aliquam ſummam à ſe erigi poſſe, contendentibus: hoc caſu ſimiliter à colonis fideiuſſor totius ſummæ eſt dandus, qui quidem partem illam, quam publica tributa faciunt, do-
331 mino inferre tenetur (nam † tributorum illatio retardari non debet. *l. executores, C. quæ res pignor. oblig. Nouel. 8. cap. 10. § 2. gloſſ. hincola. D. ad municipal. Baldus conſil. 434. volum. 3. Gail. lib. 1. obſeru. 20.*) vt is eam deinde fiſco perſoluat, ſine tamen præiudicio litis, alteriuſve partis; Partem verò reliquam, quam dominus aſſerit ſuis reditibus deberi non ſoluit, quia dominus cogitur fideiuſſione eſſe contentus, donec iudicialis ſententia, quæ de toto negotio, intra triennii metas abſoluendo procedit, omnem rem aperiat, & oſtendat, vtrum dominus iſte ſit verus terræ dominus, vel an coloni dominum iſtius terræ poſſideant: item, an dominus in poſterum publicas functiones ea tota aliqua ſumma exacta inferre, vel an potius coloni eaſdem perſoluere, & reditus petitos ſibi retinere debeant, & poſſint. Paulo tamen aliter ſe res habet, ſi coloni fideiuſſorem non præſtent, ſed pecunia controuerſa ſequeſtretur, & deponatur, de quo *in d. l. litibus. §. ſin autem fideiuſſione.* Iuſtinianus agit, cui inoge tradita per Andre. Claudium *in tract. de ſequeſt. c. 5. in 15. cauſ. n. 75. & ſeqq.*

332 Vndecimum exemplum eſt, quod † ſtylo Cameræ Imperialis receptum eſt (quamuis de eo nihil diſponat Ordinatio) vt tam equeſtres, quam pedeſtres CAMERÆ NVNTII, fideiuſſores præſtent de probe exercendo officio ſuo, cum quo ſimilitudinem habet id, quod poſtea inferius. *cap. 24. n. 89. & ſeqq.* in medium proferam.

333 Duodecimum † exemplum ſuppeditat nobis alius caſus, qui in quibuſdam Prouinciis, & ciuitatibus practicari ſolet. Qui enim ex alio loco in alium commigrant, habitandi ibi, & negotiandi cauſa, non aliter ad ius ciuitatis, & Ciuium admittuntur, quam ſi magiſtratus ſui, ſub quo hactenus degerunt, literas teſtimoniales exhibeant, doceantque, ſe iſthic loci honeſtè vixiſſe, ac bona gratia diſceſſiſſe, ac ſimul fideiuſſores præſtent, ſe legitime natos ac liberos, nec vllius

vllius domini proprios homines eſſe, Et quod probet
eſſe in ea ciuitate natum, & quod termino trium an-
norum nullum debitum contraxerit, & quod ciuitati
neque eius aliquod. Faciunt tradita per Barthol. Bla-
terum *in repet. l. diffamari. cap. 2. num. 23 mihi pag. 80.*
verſ. hodie ad probandum. C. de ingen. manumiſſ. & quæ
in medium proferam inferius. *c. 7. n. 318.* Hæc de per-
ſonis, quæ fideiuſſores dare coguntur.

Tranſeamus nunc ad eas, quæ fideiuſſores, etſi ve-
334 lint, dare non poſſunt. Et primò occurrit † PVPIL-
LVS, qui vt abſque tutoris auctoritate obligari non
poteſt: ita quoque pro ſe, ſine tutoris auctoritate ob-
ligato, fideiuſſorem præſtans, nihil agit. Nam vt Mar-
cellus ait: *Si quis pro pupillo ſine tutoris auctoritate ob-
ligato, prodigo, vel furioſo fideiuſſerit, magis eſt, vt ei
non ſubueniatur, quoniam ei mandati actio non competit.*
l. Marcellus ff. de fideiuſſoribus.

335 Verum illa lex Marcelli † multis offendiculum po-
ſuit, dum alii aliter eam interpretantur. Antonius
enim Contius *libro ſecundo lectionum ſubciſiuarum. c.
3.* putat verba illa, *Ei*, & *His*, tranſpoſita eſſe, & vnum
alterius locum occupaſſe, & ſic legendum eſſe; *Ma-
gis eſſe vt his non ſubueniatur. quoniam ei mandati actio
non competat.* Iacobus verò Ræuardus *lib. 2. varia. c. 9.*
emendat, & pro negatiua, *Non*, ſubſtituit, *Ideo*, vt ſit
ſenſus: *Magis eſſe, vt ei ideo ſubueniatur, quoniam his
mandati actio non competat.* Hoc amplius Franciſc.
Duarenus *in l. is cui bonis ff. de verbor. obligat.* putat, *in
dicta l. Marcellus.* poni tantum hiſtoricam narratio-
nem ſententiæ Marcelli, ſed interim nihil definiri.
A quibus traditionibus rurſus diſſentiunt Hugo Do-
nellus *in d. § a l. is cui bonis.* Ioannes Robertus *libro
ſecundo receptarum lectionum. cap. 37.* Gulielmus For-
nerius *lib. 3. ſelect. cap. 23.* Franciſc. à Caldas *in l. ſi cura-
torem. verb. cum non abſimilis. num 23. C. de in integrum
reſtit.* Hiero. Treutler. *ſelect. diſput. volum. 2. diſpu-
tat. 28. theſi 3. litera B.* afferens ibi (vt arbitratur) no-
uam, & commodiorem interpretationem; quam alii
hactenus dederunt. Cuiacius denique *in d. l. is cui bo-
nis ff. de verborum obligationib.* contra fidem Pande-
ctarum Florentinarum, pro, *quoniam*, reſtituit, *quam-
uis.*

336 Sed bona † Contii, Reuardi, Duareni, & Cuiacii
venia dicere liceat, non docere hoc eſt, ſed torquere.
Quare mittamus iſtas ariolatrices coniecturas, &
ſimpliciter Marcello fidem adhibeamus ſtatuenti, ei,
qui pro pupillo ſine tutoris auctoritate obligato
fideiuſſit, non ſuccurri. Quo autem id modo: Sic ac-
cipe; Pupillus, qui fari poteſt, hoc eſt, qui ſeptennio
eſt maior, ſi abſque tutoris auctoritate contrahat, ne
naturaliter quidem obligatur, *l. more. l. pupillus ff. de
acquirenda hæreditate. l. verum 9. cum l. ſequenti. ff. de
inſtitor. l. quod pupillus ff. de condiction. indebit. l. pupil-
lus. ff. de obligationibus, & actionibus. l. pupillus. l. obliga-
ri. ff. de auctoritat. tutorum.* Quod ſi igitur hic pupillus
det fideiuſſorem, fideiuſſor non tenetur, quia ipſa
principalis obligatio eſt nulla, cum tamen fideiuſſio
non ſubſiſtat, niſi ſit aliqua obligatio, cui accedat *l.
337 fideiuſſor non obligari ff. de fideiuſſorib.* Et † hoc eſt,
quod Scæuola *in l. ſi pupillus. 127. ff. de verbor. obligat.*
inquit: Si pupillus ſine tutoris auctoritate Stychum
promiſerit, & fideiuſſorem dederit, ſeruus autem
poſt moram pupilli decedat, fideiuſſorem non obli-
gari, quia ibi nulla ſit petitio, & per conſequens etiam
nulla mora, *l. lecta. ff. de rebus credit. l. nulla. ff. de regulis
iuris.* Quod igitur alibi dicitur, verba cum effectu
eſſe accipienda, verum eſt, ſi natura rerum, aut con-
ditio iuris non repugnet.

338 Fateor, pupillum † proximum pubertati ob con-

Antonius Heringius.

ſenſum ſuum naturaliter obligari. *l. prima. ff. de noua-
tionibus.* & pro hac obligatione à pupillo fideiuſſorem
adhiberi poſſe, *dicta l. fideiuſſor obligari. § fideiuſſor ff.
de fideiuſſorib. l. Stichum. § naturalis ff. de ſolutionib.* Sed
datio hæc, vtpotè deficiente ciuili obligatione, caret
effectu, nullamque actionem ex perſona pupilli, vel
aduerſus pupillum, vel datum ab ipſo fideiuſſorem
ſtipulanti producit, *dicta l. ſi pupillus.* Imò, nec pupil-
lus aduerſus fideiuſſorem à ſe datum actionem man-
dati habet, *dicta l. Marcellus. Hieronym. Treutlerus in
diſputationibus ſuis, volum. 2. diſputa. 28. theſi 3. litera B.*
Quid igitur mirum, ſi fideiuſſori quoq; non ſubueni-
tur, data actione mandati contraria? Malo enim *dict.
l. Marcellus.* de hac ſubuentione, quam de reſtitutio-
ne in integrum intelligere, *l. in cauſa, decimatertia. ff.
de minorib.* Quanquam non ignoro, nec reſtitutione
opus eſſe, quoties obligatio eſt ipſo iure nulla, *l. quar-
ta C. quib. cauſis in integrum reſtitutio non eſt neceſſaria.*
339 Et vero opus non eſt, vt ſubuentionis † verbum
ſemper in integrum reſtitutionem ſignificet, *l. ſecun-
da. § 1. ff. de adminiſtratione tutor. l. ſecunda. § ſed ita.
ff. ad Velleianum* (licet contrarium velit Antonius Pi-
chard. *in § furioſus. n. 24. Inſtitut. de inutilibus ſtipula-
tionibus*) Non magis, quam verbum, ſuccurrere, *l. ſi plu-
res in principio & § ſicut ff. de fideiuſſoribus.*

Cæterum fieri poteſt, vt licet maximè ab initio non
340 teneatur à pupillo datus fideiuſſor, ex poſt facto † ta-
men ratione alicuius euentus teneatur. Quid enim,
ſi apud pupillum ſit aliquid depoſitum, vel eidem ali-
quid commodatum? iſque deponenti, vel commo-
danti fideiuſſorem dederit? Ab initio quidem pupil-
lus ex hoc capite non tenetur, *l. prima § vltimo. cum l.
ſequenti. ff. commodati. l. prima. § an in pupillum. ff. depo-
ſiti.* Sicut nec fideiuſſor tenetur: At ſi pupillus ſit locu-
pletior factus, vel dolo malo, aut culpa quid fecerit,
tum equidem non tantum ipſe tenetur, ſed etiam fi-
deiuſſor, *l. ſecunda. ff. de fideiuſſoribus.* Ita vt in eo actio
vtilis ex reſcripto D. Pii detur, *l. 3. § pupillus, l. 6. in
principio ff. de negotiis geſtis. l. tertia in principio ff. com-
modati. l. 5. ff. de auct. tutor. l. pupilli. 66. ff. de ſolutionibus.*
Et hæc opinor ſuam præ ſe ferunt lucem.

341 Negoſſium tantum † faceſſit, *l. ſi pupillus. 35 ff. de
recept.* quæ eſt Gaii, *ex lib. 5. ad edict. prouinciale.* ibi Ca-
ius ita ſcribit: *ſi pupillus ſine tutoris auctoritate compro-
miſerit, non eſt arbiter cogendus pronuntiare, quia ſi con-
tra eum pronuntietur, pœna non tenetur, præterquam ſi
fideiuſſorem dederit à quo pœna peti poſſit.* Sentit igitur
Gaius, fideiuſſorem à pupillo datum obligari, nam ſi
nihil peti poſſet, non eſſet etiam obligatus, *l. amplius
non peti. ff. rem rat. haber. l. 4. C. de compenſ.* Probat An-
ton Quetta *in conſ. 54. n. 4. verſ. ſed in contrarium.*

Nec fruſtra addit Gaius: Id etiam Iulianum ſen-
342 tire. Nam auctores † noſtri, cum quid veriſſimum
eſſe ſignificare volunt, dicunt, & Iulianum id ſcribe-
re, *l. qui bona fide. in fin. ff. de acquirendo rerum dominio.
l. tertia in principio. ff. de tutel.* & verò verius eſſe autu-
mant, ſi Iulianus aliquid ſcribat, & Marcellus con-
ſentiat, *lege. ſi ſeruus. § ſerui autem ff. ad legem Aqui-
liam. l. 2. in fine. ff. de noxal. action.* Vel ſi aliquid ſimul
Iuliano, & Marcello placeat, *l. 8. ff. de adſignat. libert.
l. prima § ſciendum. ff. de ſuis, & legitimis.* Non aliam
ob rationem, quam quod Marcellus, vt plurimum à
Iuliano diſſentit, ne vel parua quidem rima prætereat-
ta, ſi quam offendat in Iuliano, in quam non figat
aculeum, *l. 40. l. Iulianus, 42. ff. de acquirenda hæredi-
tate. Cuiacius lib. 14. obſer. c. 35. in fin.*

Verum ab hoc Paraleo regrediamur ad Gaium no-
ſtrum, eumque cum Marcello conciliemus. Marcel-
lus enim, vt ſupra oſtendi, negat fideiuſſorem obliga-

ri, conſentit Scæuola. At Iulianus Marcelli antago-
niſta, & Gaius id affirmant. Quid igitur dicemus?
343 Accurſius more † ſuo fluctuans dupliciter illud in-
commodum conatur remouere. Primò dicit, toto-
tem ſtatim, & in continenti auctoritatem præbuiſſe,
ideoque fideiuſſorem obligari potuiſſe; quod antece-
dens etſi demus, ſecuti hac in re Accurſium, & Tira-
quellum *de retract. conuent. § 1. gloſ. 5. n. 7. Cuiacium lib.
13. obſer. cap. 31.* aſſerentes, auctoritatem non quidem
poſt tempus, ſed bene in continenti interponi poſſe,
*§. tutor. Inſtitut. de auctor. tutorum l. lecta. ff. de rebus
credit.* quæ eſt communis opinio, teſte Vincentio
Manzino *in tractat. de tutela quæſt. 6. n. 12.* Tamen li-
benter quærerem ab Accurſio; cur igitur poſt inter-
poſitam in continenti auctoritatem ipſe pupillus *in
hac l. n.* non obligetur, qui ſanè obligaretur, ſi verum
eſſet, quod Accurſius dicit hoc eſt, diuinat? itaque
primam expoſitionem non admitto.
344 Deinde conſulit Accurſius, vt dicamus in hac l. n.
talem pupillum fuiſſe, qui potuerit naturaliter obli-
gari, & per conſequens rectè fideiuſſorem acceſſiſſe,
qua in re (licet adhuc alium intellectum ad hanc le-
gem adferant Marianus Socinus *in conſ. 27. pro deciſ.
colum. final. verſ. nec obſtant verba illa. volum. 1.* ac Ca-
millus Borellus *in tract. de compromiſſis. § 1. gloſ. 3. n. 45.
46. & 47.*) à ſtipulatorem habet Marcum Antonium
Blancum *in tractatu de compromiſſis. in 3. quæſt. num. 40.*
Quod perinde eſt ac ſi nihil dixiſſet. Nam ſemper
hoc manet τὸ κινούμενον; An à fideiuſſore, qui pro na-
turaliter obligato intercedit, cum effectu aliquid per
viam actionis petatur, id quod antea fauentibus Mar-
cello, & Scævola negatum eſt. Si igitur fideiuſſor hic
pro naturaliter tantum obligato pupillo interuenit,
cur Gaius, & Marcellus ab eo pœnam peti poſſe aſſe-
345 runt? Petitio † enim infert actionem, *l. actio. ff. de
obligationibus & actionibus* quin verò aduerſus pupil-
lum hæc petitio locum non habeat, minimè eſt du-
bitandum, cum ne quidem detur contra minorem
compromittentem, *l. 3. in princ. ff. de arbitris.*

Vt ergò, quid ſentiam, breuibus exponatur verbis,
ſic diſtinguendum eſſe arbitror, vt quidem nomine
pupilli eiuſve obligationis, nihil à fideiuſſore peti
poſſit, ſed nomine ipſius fideiuſſoris, rectè res promiſ-
346 ſa abs fideiuſſore petatur. Cur ita? Quia pupilli † o-
bligatio iure ciuili eſt nulla: At fideiuſſoris obligatio
de iure ciuili non eſt nulla (vtpotè quæ per ſtipula-
tionem omniū obligationum inefficacium vinculū,
& concluſionem, *vt dicitur in l. dominus. ff. de præſcrip.
verb.* eſt confirmata) ſed tantum pro naturali obliga-
tione, & ſic nulla, hoc eſt, inefficaci interuenit. De-
mus igitur, pupilli obligationem non arctare fideiuſ-
ſorem, arctabit tamen propria. Si enim naturalium
obligationū nomine actio aliqua competit, *l. natura-
lis. ff. de obligat. & actionib. l. fideiuſſor. § naturales. ff. de
fideiuſſorib. Vaconius à Vacuna lib. 1. declar. iur. cap. 21.*
quis negabit eam multo magis ſtipulationis iſtius
nomine competere, quæ naturali obligationi adjici-
tur? Atque hæc diſtinctio non obſcurè colligitur ex
Scæuola, & Gaio, dum hic *in dicta l. ſi pupillus. ff. de
arbitris.* ita ait: *Præterquam ſi fideiuſſorem dederit, à
quo pœna peti poſſit.* Iſte verò *in dict. l. ſi pupillus. 127. ff.
de verbor. obligat.* hæc verba ponit: *Eſſe autem fideiuſ-
ſorem obligatum, ad hoc vt viuo homine conueniatur, vel
ex more ſua poſteà.* Nam verbum, PETI, & verbum
CONVENIANTVR, obligationem, eiuſq; effectum
clariſſimè introducunt: quia verò Iuriſconſulti in
principio vtriuſque legis obligationem ratione pu-
pilli quaſi eneruant, & inutilem faciunt in illis verbis;
pœna non tenetur, & in verbis, *nulla petitio eſt*, conſe-
quens ſanè fit illum effectum ex propria fideiuſſoris
obligatione per ſtipulationem contracta oriri, ne, ſi
contrarium obſeruemus, effectum abſque cauſa
ponamus, quod eſt ἄδύνατον, & vitium non feren-
dum.

349 Ac † eodem referre ſoleo, quod habetur *in l. 2. C. de
fideiuſſ. minor.* & quod *in l. naturaliter ff. de condict. in-
deb.* dicitur fideiuſſorem pro ſeruo acceptum teneri,
teneri ſcilicet nomine ſuo, & non ex obligatione ſer-
ui. Præterea, & hoc, quod, quod *in l. Stychum § natura-
lis. ff. de ſolut.* dicitur, fideiuſſorem, quem pupillus de-
dit, liberari, pecuniæ numeratione, iuſto pacto, vel
Iureiurando, ſic intelligo, vt ratione obligationis ſuo
nomine contractæ liberetur. Omnis enim liberatio
obligationem efficacem præſupponit, *l. ſolutionis. ff.
de ſolut.* Nec moueat lectorem, quod abſurdum vide-
tur, vt acceſſorium ſit potentius, & efficacius, quam
principale: facile enim id incommodum tolli poteſt,
ex iis, quæ infra *c. 24.* adducentur, probando fideiuſſo-
rem nonnunquam efficacius obligari, quam princi-
palem. Et licèt hæc admodum noue dici videri poſ-
350 ſunt, ſcio tamen, † idem iam ante quoque placuiſſe
Ludouico Charondæ in ſcholiis *ad d. l. 11. cui bonis ff.
de verb. oblig.* & Marquardo Frechero *lib. 2. parerg. c.
23.* Ioan Goddæo *de contrah. ſtipul. c. 7. concluſ. 10. nu.
131. 131. & 132.* nec non Dn. Vulteio *in diſcept. ſcholaſt.
cap 16. mihi pag. 151 verſic. eadem eſt ratio.* quem pri-
mum, cum hæc ſcripſiſſem, videre contingit. Quid;
quod etiam ab Alex. *in addit. ad Bart. in ſæpe d. l. Mar-
cellus.* & Cyno. *in l. decretum C. quod cum eo.* traditum
eſt, fideiuſſorem obligari, ſi accedat contractui geſto
351 per minorem, non enim † irritatur obligatio acceſſo-
ria, quæ non æque eſt fauorabilis, quando contra-
ctus irritatur aliquo fauore, *l. ſed etſi 15. C. de præd. mi-
nor. Alex. conſ. 38. vol. 4. & conſ. 32. nu. 6. lib. 2. Hieron. à
Laurentiis deciſ. Auenion. 103. num. 6.* probat in ſimili
caſu Daniel Mollerus *in comment. ad conſtit. Saxonicas,
conſtit. 15. numer. 61. verſ. cum igitur hac. part. 2.* Imò
352 † tenet acceſſorium, quando principale tollitur ali-
quo iure ſpeciali, *l. fin § Lucius. ff. de condict. indeb. Fe-
lin in c. olim. col. penult. extr. de accuſat. Pariſ. conſ. 16. n.
110. 111. 112 & 113. vol. 1. Bertazol. in tract. clauſul. inſtru-
ment. clauſ. 39. gl. 1. n. 12. Natta conſ. 262. num. 14. Guidus
Pancirolus conſ. 45. n. 38. vol. 1. Camillus Borellus con-
trouerſ. 11. n 18.*

Nunc à pupillo tranſitum faciamus, ad PRODI-
353 GVM † & FVRIOSVM. Nam fere eadem de vtroque
quæ de pupillo actores noſtri ſcribunt, vt innoteſcit
ex notatis *ad d. l. Marcellus ff. de fideiuſſ.* Sed modo
354 dictæ *l. Marcellus.* obſtare videtur, *l. is cui bonis † in-
terdictum eſt, ſtipulando ſibi acquirit, tradere vero non
poteſt, vel promittendo obligari. & ideo nec fideiuſſor pro
eo interuenire poterit, ſicut nec pro furioſo.* Ecce Vlpia-
nus ait, fideiuſſorem pro prodigo interuenire non
poſſe, fruſtra igitur datur. Paria enim ſunt non poſſe
dari, vel non dari, *l. 6. ff. qui ſatiſd. cog. l. quamuis. § ſi
conuenerit. ff. ad Velleian.* At Marcellus contrà, prodi-
gum, & obligari, & fideiuſſorem pro eo interuenire,
quæ ἀντιστροφα eſſe fateri neceſſum eſt.

Accurſius interpretum veterum diligentiſſimus, in
accurrendo tamen ſæpenumero cadens, varias adfert
conciliationes, ex quibus vtriq; ego illam tantum ſe-
ligendam arbitror, quam ponit *in verſ. vel dicas hic
teneri in d. l. Marcellus. ff. de fideiuſſor.* Nam quia Vl-
pianus furioſum, & prodigum coniungit, quod etiam
facit Marcellus, quanquam vterque diuerſimodè, er-
go autem Vlpianus, aut Marcellus erit ſequendus.
Plus enim vno verū eſſe non poteſt. Quare ſic haben-
356 dum: Pro † furioſo, & prodigo non rectè interuenit
fide-

fideiuſſor, *d.l. is cui bonis.* at pro furioſo, & prodigo obligato rectè interuenit, *d.l. Marcellus.* Ne verò quis putet, hæc aliquam ἀδοξίας ſapere, mox ſubiungam, quando vterque, & abſque promiſſione, obligetur, ut appareat diſcriminationem iſtam bene ſubſiſtere.

Quod igitur ad furioſum, & fideiuſſorem ab eo 356 datum attinet, Gaius *lib. 1. de verbor. oblig.* rem † totam his verbis explicat: *Si, inquit, à furioſo ſtipulatus fueris, non poſſe te fideiuſſorem accipere certum eſt, quia non ſolum ipſa ſtipulatio nulla intercesſiſſet, ſed ne negotium quidem vllum geſtum intelligitur. Quod ſi pro furioſo iure obligato fideiuſſorem accepero, tenetur fideiuſſor.* Hæc Gaius *in l. ſi à reo. §. ſi à furioſo ff. de fideiuſſorib.* cuius primò dicto adſtipulatur Vlpianus *in d. l. is cui bonis. ff. de verbor. obligationib.* apertè ſcribens, pro furioſo fideiuſſorem interuenire non poſſe.

Ponit autem Gaius publicam rationem, quare pro furioſo fideiuſſor non interueniat. Prima eſt, quia ſi à furioſo ſtipulatus fueris, ipſa ſtipulatio nulla interceſſit, quam rationem idem Gaius *lib. 2. Aureorum* eleganter expreſſit his verbis: *Furioſum, ſiue ſtipuletur, ſiue promittat, nihil agere, natura manifeſtiſſimū eſt, l. 1. § furioſum ff. de obligat. & actio.* vtrobique ſanè appoſitè, & conuenienter. Etſi enim ſtipulatio vltrò citroq; obligationem non requirit, requirit tamen vltrò citroq; interrogationem, & reſponſionem: quæ ratione furioſi non interuenit: Fortaſſe rationem petis? Exponit eam Gaius, dicens, quoad formam, & ſonum verborum intercedere quidem ipſam ſtipulationem, ſed quoad effectum nullam eam eſſe, & nullam intercedere, hoc eſt, vt Vlpianus inquit, ſtipulatio quæ verbis fit, niſi habeat conſenſum, nulla eſt, *l. 1. §. 1. ff. de pact.* nullus autem furioſi eſt conſenſus, *l. 2. de contrah. empt.* Ergo veriſſimè dicitur, à latere furioſi obligationem nullo modo tenere, *l. ſi teſtamento. §. vlt. ff. de fideiuſſor.* Hoc amplius, ſtipulatio propterea nulla eſt, quia furioſus nihil agit, *d.l. 1. § furioſum.* Si nihil agit, non mirum etiam eſt, ſtipulationem eius non tenere; quia qui aliàs ſtipulatur, verbis certe agit, *l. Labeo. 29 ff. de verb. ſignif.* vel ſaltem, ſi quid agit furioſus, non tamen intelligit, quid agat, *§. furioſus. Inſtit. de inutil. ſtipulat.*

Et valde probo, quod Gaius inquit, natura manifeſtiſſimum eſſe, furioſum nihil agere. Solent enim Iuriſconſulti, quoties quid exacte probandum aſſumunt, 357 frequenter à natura † argumentari, & dicere, hoc vel illud natura manifeſtum eſſe, *l. ſine impenſa 45 ff. de vſufru. l. vbi autem. 75 §. illud dubitationem ff. de ver-* 358 *bor. obligat.* optimè; nam † rerum naturam, ſi modo fieri poteſt, intueri debemus, in qua omnia ſunt certa, *l. ſed eiſi reſtimatur. § fin. ff. de iudic. § conditiones. Inſtit. de verbor. oblig.* & verò res omnis non ſolum ius; ſed, & naturam recipere debet, *l. ſi is. 14. §. vlt. ff. de interrog. in iur. fac. l. recipiendum ff ſi certum petat.* pulchre Hartman. Piſtoris *part. 2. quæſt. 15. n. 34. & quæſt. 32. num. 29. & 30.* Martin. à Benckendorff. *ad l. 1. memb. 2. part. 4 nu 28. & ſeqq. ff. de regul. iur.* vndè etiam Bald. *in l.* 359 *teſtium. C. de teſtib.* eleganter ait: *Meliorem † teſtem, quàm naturam, nos habere non poſſe qua mentiri non no-* 360 *uit.* Alii naturam † vocant naturalem rationem; *l. ſoluendo. ff. de negot. geſt. l. ſi à domino. §. vlt. ff. de petit. hered.* vel naturalem intellectum, *l. 5 ff. de ſeruis exportand.* Quod autem vel ipſa natura manifeſtum fiat, furioſum ſtipulari non poſſe, tam actiuè, quam paſſiuè, patebit ex illis, quæ dicam infra *cap. 7. num. 111. & ſeqq.* vbi examinabo articulum illum, vtrum furioſus ipſe fideiubere poſſit. Et tantum de prima Gaii noſtri ratione.

Secunda ratio hæc eſt, quod ſtipulante, & promittente furioſo nullum negotium geſtum intelligitur;

Hæc etiam eſt aptiſſima. Quia enim furioſus nullum negotium contrahere poteſt, *l. in negotiis. ff. de regul. iur.* Ergo nec ſtipulari, utcunque alias etiam ſine verbis geramus, *l. Labeo. 19. l. licet inter geſta. ff. de verbor. ſignif. l. ait prætor. D. de minorib.* Nam ſtipulatio eſt conuentio, quæ fit negotii alicuius contrahendi cauſa, *l. 1. §. 1. D. de pact.* Remoto igitur genere, remouetur, & ſpecies, *§. furioſus. Inſtit. de inutil. ſtipulat.* Et ſic ex præfatis duabus rationibus patet, furioſum pro ſe non rectè dare fideiuſſorem, imò ne quidem fideiuſſorem interuenire poſſe, cum obligatio principalis ſit ipſo iure nulla.

Hiſce tamen ſubjicit Gaius caſum vnum, quo fideiuſſor pro furioſo intercedens tenetur, puta, ſi pro fu- 361 rioſo iure obligato interceſſerit. Iure obligari † dicitur furioſus, quando abſque ſuo facto, ſolo miniſterio legis, quæ vinculum obligationis introducit, obligatur: id quod tunc contingit, quando ex lege, & re obligatio, & actio venit: Ioan. Goddæus de *contrah. ſtipulat. cap. 7. concluſ. 5. num. 57.* nam, & obligatio, quæ re contrahitur, iuris vinculum habet. *§. 1. Inſtit. de obligat.* Pone igitur, fundum te communem habere cum furioſo, & in illum aliquid impendere, proque parte impendiorum, quæ furioſum reſpicit, ob ſecuritatem tuam fideiuſſorem accipere. Certè tenebitur fideiuſſor, quia & ipſe furioſus communi diuidundo iudicio obligatur, *l. furioſus 46. D. de obligat. & actio.* Ratio non eſt obſcura. Etſi namque furioſus ipſemet nihil tibi promiſit, neque tecum contraxit. *l. non ſolum. 31. D. de obliga. & actio.* Ipſum tamen ius obligauit eum tibi, ius, inquam, naturæ ſiue gentium, quod æquum eſſe putat, neminem cum alterius detrimento fieri locupletiorem, *l. nam hoc natura. D. de condict. indebit. l. 25. in fin. D. rer. amotar. l. iure naturæ. 206. D. de regul. iur. Ioannes Goddæus d. cap 7. conclu. 9. num. 115.*

362 Et hoc eſt, quod ait Paulus † *in l. ſi quis 19 D. communi diuid.* actionem communi diuidundo rationc impendiorum magis ex re, in quam impenditur, quam ex perſona ſocii naſci. Non igitur refert, perſona ſocii ſit compos, vel impos mentis, modo in rem, & quidem cum vtilitate ſocii ſit ab altero ſocio impenſum. Ius ſiue res perſonam ipſam obligat, & actionem largitur, etiamſi nunquam conſentiat ipſa, *d. l. furioſus. & d. l. ſi quis 29.* vbi rectè idem de pupillo ſtatuitur, *l. 33. D. pro ſocio.* Imò Iul. Pacius *ex d. l. 29. §. vlt. communi diuid.* Idipſum etiam ad mutuum extendit, vnde occaſionem mihi præbet, vt arbitrer, ex eadem cauſa etiam prodigum iure obligari poſſe: furioſus enim, & prodigus ferè vna via incedunt, ideoque paſſim in iure coniunguntur. *d. l. is cui bonis. ff de verbor. obligationib. d. l. Marcellus. D. de fideiuſſor. l. furioſi. D. de regul. iuris.*

Porrò ex his perſpicuum ſit, quare antea dixerim, pro prodigo, & furioſo non poſſe interuenire fideiuſſorem; poſſe tamen interuenire pro prodigo, & furioſo obligato: Primò enim caſu obligatio eſt ipſo iure nulla, *D. l. is cui bonis.* quorſum igitur fideiuſſor? At ſecundo caſu non eſt ipſo iure nulla obligatio, quin potius ipſum ius obligationē introducit, confirmat, & actionem largitur, *d. §. à furioſo.* mirum ne igitur, ſi & huic obligationi accedat fideiuſſor, qui aliàs omni obligationi accedere poteſt? *l. 1 d. Græce. §. & generali-* 363 *ter. D. de fideiuſſorib.* Conſiderandum † igitur verbum, obligatio, *in d. l. Marcellus.* Non enim nō poſſum conſentire illis, qui participium illud ad omnes tres perſonas pupillum, furioſum, & prodigum referri debere probè exiſtimant, in quorum numero eſt etiam Ludouicus Charondas *in d. l. Marcellus.* quemadmodum, &

ipſe Gaius *in d. l. ſi à reo. §. ſi à furioſo.* cum myſterio
verba illa, iure obligato, ponderauit, diuerſumque ra-
tione horum ſolummodo verborum reſpondit. Id
quod nouiſſimè quoque conſiderarunt. Anton. Pi-
chard. *in §. furioſus n. 16. 18. 19. 20 & 21. Inſtit. de inutil.*
ſtipulat. & Ioannes Goddæus *de contrah. ſtipulat. c. 7.*
concluſ. 5. num. 65. Petr. Auguſtin. Morla *in Emporio iur.*
part. 1. tit. 9. in princ. in 16. præmiſſo n. 81.

Quod autem Accurſius *in d. §. ſi à furioſo.* adjicit,
pro furioſo, qui, cum adhuc ſanæ mentis eſſet, con-
traxit, fideiuſſorem interuenire poſſe, facilè admitto.
Ceſſant enim duæ illæ rationes Gaii, de quibus antea
364 dixi, & alioquin furor † poſteà interueniens nullum
negotium rectè geſtum perimit, *§. præterea. Inſti. quib.*
non eſt permiſſ. fac. teſtam. & dicam infrà *c. 20. quæſt. 1.*
Nec mutat, quod furioſus tempore fideiuſſionis inter-
ceſſioni, quæ fit ſua cauſa, non conſentit, nam & pro
ignorante fides interponi poteſt, vt ſupra *num. 145. &*
ſeqq. eſt oſtenſum.

Præter has perſonas omnes ferè, qui rectè contra-
365 hunt, fideiuſſores † quoque dare poſſunt, niſi modo
ratione circumſtantiarum aliud veniat dicendum, in
366 tantum, vt † nec filiusfam. in caſibus, quibus ipſius
contractus ſubſiſtit, prohibeatur, *l. qui hominem. §. qui-*
367 *dum. ff. de ſolut. l. filiusfam. ff. qui ſatiſdar. cog.* imò † nec
ſeruus ipſe, *l. vlt. C. quod cum eo. l. cum fideiubeat. 35. l. ſi*
quis pro eo. §. 1. ff. de fideiuſſor. l. naturaliter. 13. ff. de con-
dict. indeb. l. eo tempore. 50. §. etiam. ff. de pecul. l. 18. ff. de
in rem verſo. Nam vt dicitur *in l. ſi à reo. ff. de fideiuſſor.*
adeò à ſeruo poteſt fideiuſſor accipi, vt ipſe quoque
dominus in id, quod ſibi debetur, fideiuſſorem ab eo
rectè accipiat, quem fideiuſſorem ab eo ipſo ſeruo in
terrogari, nihil impedit. Propterea autem nihil impe-
dit, quia cenſetur ipſe dominus per ſeruum ſtipula-
tus, tum ſeruus domini voce loqui videtur, *§. poſt mor-*
tem. Inſtit. de inutil. ſtipul. Huc etiam ſpectat, quod re-
latum eſt ex Iuliano, *in l. ſi ſeruus. §. ſeruo vendente. ff. de*
actionib. empti. nimirum, ſeruo vendente, fideiuſſorem
venditionis, à ſeruo ſcilicet datum, omnia præſtare
debere, in quæ obligaretur, ſi pro libero fideiuſſiſſet,
de quo vide Cuiacium *lib. 8. obſeruat. c. 11.* Fallit ta-
men id in caſu, *l. quotiens. 14. ff. ſi quis caut.* quæ per ſe
ſatis clara explicatione non habet opus.

Dicebam autem, ratione circumſtantiarum non-
nunquam fideiuſſionem, vt maximè offeratur, inhibe-
316 ri, & repudiari. Quid enim, ſi filiusfamilias † vigore
ſtatuti prohibeatur contrahere ſine conſenſu patris,
vel duorum propinquorum, num fideiuſſorem ipſius
obligari dicemus? quàm quæſtionem latè explicat
Burgninus Caualcan. *dec. 31. part. 1.* quem vide. Quid
etiam, ſi condemnatus ad ſoluendum fideiuſſores dare
369 velit? Non † vtique eum, niſi ſaltem ex magna cau-
ſa audiendum, iam antea, *cap. 4. num. 34.* docui, & pro-
bant Philip. Decius *in cap. cum ſit Romana. n. 15. extr.*
de appellat. Rebuff. *in l. vt fune iudicio terminata. col. 3.*
ff. de verbor. ſignific. Iaffredus Lanfranc. Balbus *deciſ.*
370 438. Ratio eſt, † quod qui ſoluere tenetur, debet im-
plere ſpecificè, nec ſufficit dare fideiuſſorem, *l. 4. § ait*
prætor. ff. de re iudic. l. ſtatu liberum §. fin. ff. de ſtatu libe-
ris. Neguzant. *de pignorib. 4. memb. quinta partis, nu. 4.*
Hieron. à Laurentiis *deciſ. Auenion. 104. num. 5.* niſi
fortè lex expreſſè diſponat, quod ſufficiat ſatiſdare,
Bartol. in l. item 6. §. qui paratus. num. 2. ff. quibus modis
pignor. vel hypoth. ſoluat. Bonderus de Reuiſ. concluſ. 6. n.
14. 15. & 16.

371 Et quanquam † exceptio melioramentorum poteſt
opponi in executione ſententiæ, licet poſſeſſor ſit
condemnatus ad reſtitutionem rei, nulla facta men-
tione melioramentorum, in tantum, vt probatio eo-
rundem admittatur, & res tamdiù retineatur, donec
ſoluantur, cum eo caſu opponens non impugnet ſen-
tentiam, nec dicat eam malè latam, imò bene, ſed ha-
bere rationem propter expenſas, vt placuit Bartolo
in l. in fundo in fin. num. 16. ff. de rei vendic. Speculatori
in tit. de execut. ſentent. §. poſtremo. verſic. quid ſi bona fide
ædificaui. & in tit. de except. §. dicto. verſic. ſed pone ædi-
ficaui. Tiraquellu *de retractu comment. §. 7. gloſ. 1. nu. 24.*
Alberico, & Iaſoni *in l. ſi in area. ff. de condict. indebit.*
Boerio *deciſio 85. num. 9.* Crauettæ *conſil. 148. num. 2.*
Afflicto *deciſ. Neapol. 17.* Anton. Capicio *deciſ. 17.* &
tangunt Menoch. *in 15. remed. recuper. poſſeſ. num. 514.*
Ioſeph. Ludouic. *deciſ. Peruſina 24. & deciſ. 34. part. 1.*
necnon Hieron. Magonius *deciſ. Lucenſi 81.* qua de re
extat præiudicium in Camera Imp. latum in cauſa
Burſar contra Burſar 2. Augu. An. 1580. vbi executio
472 ſuſpenſa, vſque dum melioramenta liquidarentur.
Tamen quando illa ipſa melioramenta planè ſunt il-
liquida, confuſa, vetuſta, & hominis memoriam ex-
cedentia, hoc amplius, ad aliquot millia ducatorum
præſumptiuè excurrentia, nec in continenti adſunt
probationes, ſed pro eorundem, tanquam prorſus in-
certorum, æſtimatione, ac valore habendo, ante om-
nia ad peritos in arte eſt recurrendum, iuxta ea, quæ
in terminis tradit Barnabas Cornazzanus deciſ. Rotæ
Lucenſ. 101. tunc actori conſultum eſt, vt ſententiæ
executionem vrgeat (quæ etiam ipſi merito indulgen-
da, cum potiores partes habeat) & interim, vel quan-
titatem melioramentorum, quam ipſemet poſſeſſor
dicit, deponat iuxta conſilium A cſari, *reſponſo 4. 0. n.*
26 & Antonii de Gamma *deciſ. Luſitana 4. num. 3.* vbi
ſubnectit, ita quotidie IVDICARI ſolere, vel reo ſuf-
ficienter ſatiſdet, de ſoluendis iiſdem, quam primum
liquidata fuerint: ita poſt Alexand. *in conſil. 67. in*
fin. volum. 2. & eundem Alexand. & Doctores *in l. 4.*
§. ait prætor. D. de rei iudicat. præclarè tradit Petr.
Beniuendis *conclu. 77.* per tot. (quem nouiſſimè ſe-
cutus eſt Iacob. Marchiſellus *in ſylua practicar. quæ-*
ſtio. quæſt. 132. num. 21.) Franciſc. Marzarius *in tract.*
de fideicommiſſ. quæſt. 66. vel part. 3. num. 19. *Negu-*
zan d. memb. 4. quintæ partis. num. 10. *Menoch. in d. 15.*
remed. recupe. poſſeſ. num. 572. *Cuſar. Comard. in l. vnic.*
quæſt. 24. num. 27. C. ſi de momen. poſſeſ. *Iacobus Puteus*
deciſ. 473. num. 5. & 6. lib. 2. & deciſ. 474. & deciſ. 276.
lib. 3. *Hieronym. à Lauren. deciſ. Rota Auenion. 104.*
num. 9. ſubjiciens *num. 11.* quod conſilium Paoli de
Caſtro 270. *num. 3. lib. 2.* & deciſio Antonii Capicii
17. cum habeant, quando liquidatio facienda oritur
ex verbis ſententiæ, vt tunc ſecundum illius teno-
rem executio fiat.

373 Etſi † namque magnus retentionis eſt fauor, *l. 1.*
in princ. ff. de pignor. l. 2. C. de fideicommiſſ. *Corneus conſ.*
282. lib. 2. *Crauet. conſil. 149. num. 2. volum. 1.* *Tiber. De-*
cian. reſponſo 29. num. 92. volum. 2. *Vincent. de Franchis*
deciſ. 104. num. 5. part. 1. id tamen in debito liquido
ſaltem accipiendum eſt, *iuxta l. fin. C. de compenſat.* &
Cardinal. Pariſium conſil. rat. *num. 24.* alias incon-
374 cuſſum manet, quod exceptiones † altiorem inda-
ginem, hoc eſt liquidationem per viuæ vocis teſtimo-
nia requirentes, in ſummario iudicio executiones re-
pellantur, & ad ordinarium proceſſum poſt factam
executionem in aliis, & noua inſtantia inſtituendum
rejiciantur, vt fuſius declarat Colerus de proceſſib.
execut. *par. 4. cap. 1. num. 141. & cap. 2. num. 5. & 16.* Et
ideo rectè dici Rebuff. *de ſentent. execut. art. 9. gloſſ. 3.*
375 *num. 49.* Quod in † proceſſu executio repelli de-
beant omnes exceptiones, quæ tendunt ad diutius
differendum, vel retardandum quoquo modo proceſ-
ſum, *facit l. 2. C. ad leg. Cornel. de falſ. l. ille à quo. § quid*

ergo

ergo in verbo ſi cognitio prolixiorem tractatum habeat. ff. ad Trebellia. Imo ſcribit Nicol. Boer. *in conſil.* 14. *num.*
376 18. quod † obſeruauerit in practica, in executione reiectam fuiſſe exceptionem compenſationis, reſeruata tamen reo ſua reconuentione. Nec obſtat præ-
377 dictis † deciſio Tiberii Deciani *in d. reſp.* 19 *n.* 18. *verſ. quia reſpondeo. volu.* 2. intelligenda enim eſt ſecundum caſum, in quo ille conſuluit. Conuenerat autem ibi (*ſicut liquet ex verſ. qua concluſio*) vt B. non cogeretur exire ex caſtro, donec A. ſibi melioramenta ſolueret: quid igitur mirum, ſi huic pactioni ſtare coactus fuit? Conuentio, namque dat legem contractui, & fecit ſibi acceptum, qui legem contractui non dixit apertius, *l. veteribus ff. de pact.* Imo prouiſio hominis tollit prouiſionem legis, *l. fin. C. de pact. conuen. l. ſi ff.*
379 *quib. mod. pign. vel hypoth. ſoluit.* quod † etiam probatur per ius Saxonicum, *art.* 24. vbi dicitur: pacta firmant contractum rectum.

Non aduerſatur quoque deciſio M. Anto. de Amatis 23. nominatim enim ibi; *& præſertim n.* 4. 6. *&* 7. præſupponitur, melioramenta intra breue tempus, & quidem vnius menſis, non cum aliqua difficultate, ſed facilè liquidari potuiſſe, & quidem liquidata eſſe, iiſque ſolutis, actorem immiſſionem in bona obtinuiſſe, non igitur mirum, tamdiu executionem retardatam, & ſuſpenſam manſiſſe, cum in mora modici temporis non magnum ſit damnum, *l. ſi debitor ff. de iudic.*

380 Memineris tamen, & huius, quod † ſi agatur non de conſuetudo actionem, ſed euitando pœnam, vel moram, vel aliud damnum, ſufficiat verbales oblatio vel fideiuſſio, *l. fideiuſſor euictionis, ff. de doli mali, & met. except. Bal. in l. & ſi poſt tres, num.* 19 *ff ſi quis caut. Belognet. in l. ſi inſulam. num.* 86. *ff de verb. oblig. Neguzant. de pignor. in* 2. *part.* 3. *memb.* 5. *partis princi. nu.* 4. *& ſeq. Benintend. d. concl* 77. *n.* 7. ſequitur Andr Kohl. *exercitat.* 15 *n.* 61. 62 *&* 80. *& exercitat.* 13. *n.* 60 *G tetigi*
381 *infra c.* 10. *n* 489. vt & † is, qui fideiuſſorem liberare promiſit ab obligatione promiſſioni ſatisfacit; præſtando cautionem, ſi debitum non eſt liquidum, *Alex. in l. ſi pater. C. de collat. Benimend. d. concluſ.* 77. *numer.* 9. & hoc quidem per digreſſionem monere volui, cum in praxi eius non exiguus vſus eſſe poſſit, de quo vlterius quoque vide Fabium de Anna *in conſil.* 43. *per tot.*

Sed vt ad rem reuertar, ſubjicio, quod nec banni-
382 tus fideiuſſorem † dare volans, audiatur, imo qui pro bannito fidem ſuam interponit, is ei auxilium præſtitiſſe cenſetur, ideoque pœna receptatorum ordinaria
383 tenetur, Gail. *de pac. publ. lib.* 2. *c.* 10. *n.* 16. Sic † ſi reus poteſt litem conteſtatam abſuerit, & legitimè citatus, eremodicium contrahi patiatur, iudex verò poſtquam de cauſa liquet, definitiuè pronunciet, actoremque in poſſeſſionem rei mittat, non auditur reus; ſi poſtea reuerſus fideiuſſores dare voluerit, & poſſeſſionem recuperare ſed planè excluditur, *l. properan-*
384 *dum* § *ſin autem reus. C. de iudic.* Pariter ad † reſtitutionem rei condemnatus ſpoliator, non liberatur dando fideiuſſores ſed ſola reſtitutione rei ipſius. *c. cum aliquibus de ſent. & re iudic.* Menoch. *in* 15. *remed. recuper. poſſeſ. n.* 644. Andr. Gail. *de Arreſt. Imp. cap.* 11. *n.* 8. *&* 9. quod notari debet ad regulam illam: Spoliatus ante omnia eſt reſtituendus.

Antonius Heringius.

CAPVT VI.

Quibus perſonis dari debeat, ac poſſit fideiuſſor.

SVMMARIA.

1 *Creditori inprimis dari ſolet fideiuſſor.*
2 *Fideiuſſionis in contractu trium perſonarum habetur ratio.*
3 *Creditor non alios quam à ſe vel à iudice approbatos fideiuſſores accipere cogitur.*
4 *Cautionem vitioſam, aut inſufficientem nemo acceptare tenetur.*
5 *Liberum quid propriè dicatur.*
6 *Satiſdatio abſenti, & non acceptanti facta, eſt inutilis.*
7 *Pecuniam ſub fideiuſſoris alicuius fide mutuo ſe daturum promittens, non poteſt pœnitere. Et n.* 8. *&* 13.
9 *Deditio, datio, & donatio acceptionem, ſiue λῆψιν requirunt. Fallit tamen, vt n.* 10.
11 *Donationes principum acceptatione quoque demum quæruntur.*
13 *Re adhuc integra à nominatis contractib. diſcedi poteſt.*
14 *Stipulatio habens certam conditionem, in alterius præiudicium à ſtipulatore immutari non poteſt.*
15 *Mutare voluntatem tamdiu licet, quamdiu ab altera parte non eſt acceptata.*
16 *Venditor, qui hoc anno rem licitam mihi non vult vendere, non poteſt me cogere, vt poſt annum eandem emam.*
17 *Conditio ab aliquo oblata, vt præiudicet, in continenti acceptare debet.*
18 *In ſubhaſtatione maius pretium ſi quis offerat, quem poſtea anteneſa ſua licitationes pœniteat, non tamen poteſt cogi prior licitator, vt eo pretio, quod obtulit, rem emptam habeat.*
19 *Ad clepſydram, vel ad candelam, deliberatio quid ſit?*
20 *L. qui pecuniam. D. ſi cert. petat. intellectus.*
21 *Mutui ſubſtantia eſt pecunia numeratio. Et num.* 22. *&* 23.
24 *Mutuum debitoris tantum gratia contrahitur.*
25 *Promiſſio deliberata in foro conſcientiæ obligat contrauenientem ſub pœna peccati mortalis. Et num.* 26. *&* 27.
28 *Creditor ex duobus oblatis fideiuſſoribus vnum eligens, poſteà pœnitere non poteſt.*
29 *Debitor, non deſiderante creditore, fideiuſſores offerre non eſt obſtrictus. Limitatur, n.* 30.
31 *Fideiuſſio requiſita à ſtatuto præſtanda eſt, etiam parte non petente.*
32 *Creditore oblatos fideiuſſores recuſante, quid ſtatuendum, deducitur vſque ad n.* 51. *excluſiuè.*
33 *Satiſdare ſi reus ſit paratus, iudex autem non recipiat ſatiſdationem, tenetur iniuriarum, ex ſententia P. Caſtaly.*
34 *L.* 5. §. *qui pro rei. D. qui ſatiſd. cogant. explicatur.*
35 *Fideiuſſor qualis qualis ab extraneo datus, & recuſatus ſi ſit, non naſcitur actio iniuriarum.*
36 *Iniuriarum actio tum demum naſcitur, ſi fideiuſſor iudicio ſiſtendi cauſa datus reijciatur, non autem ſi pro ſecuritate alicuius contractus fuerit oblatus, contra communem, num.* 37.
38 *Beneficium eſt, ius ſuum remittere.*

Digitized by Google

39 *Lex quando eſt ſpecialis, ratio vero generalis, lex quoque generaliter eſt intelligenda.*
40 *Calumnioſa recuſatio oblati fideiuſſores à iudice eſt compeſcenda.*
41 *Reus accuſatus fideiuſſores offerens in vincula conijci nequit, & ſi conijciatur aduerſus iudicem iniuriarum agere poteſt. Etiam iure municipali Lubecenſi, num. 42.*
43 *Iniuria ſumma, & atrox eſt in carcerem duci eum, qui in cauſa criminali, pecuniariam tantum pœnam ingerente, fideiuſſores idoneos dare paratus eſt.*
44 *Lex non eſt ſub cœlo, quæ dicat, eſſe quem in cauſa ciuili retinendum in carcere, qui fideiuſſores dare promptus eſt.*
45 *Captura, & detentio perſonæ eſt iniurioſa, ac ignominioſa.*
46 *Studioſus iniuriarum agere poteſt aduerſus præfectum vigilum ſi captus, & fideiuſſorem offereas non relaxetur.*
47 *Vaſallus fideiuſſores à domino recipere recuſans, ſed carceri eum includens, feudo priuari poteſt.*
48 *Carcerare aliquem eſt illicitum, ac libertati repugnat.*
49 *Fideiuſſor reiectus etiam ipſe aliquando iniuriarum agere poteſt. Limitatur tamen, n. 50.*
51 *Creditoris veri, & apud quem ipſe reus principalis eſt obligatus, conſenſus requiritur in accipiendo fideiuſſore. Et n. 52.*
53 *Creditor ex quocunque contractu fideiuſſorem petere poteſt, nec intereſt, cuius ſit qualitatis, vel conditionis, modo in creditum abire poſſit. Et n. 54.*
55 *L. ſi debitori 47. §. 1. D. de fideiuſſor. explicatur.*
56 *L. ſi ita ſtipulatus. D. de fideiuſſor. intellectus.*
57 *L. ſi filiusfamilias. 78. D. de verb. oblig. inducitur.*
58 *Pro non dicto eſt, quod dare, niſi velis, cogi non poſſis.*
59 *Conditiones poteſtatiuæ non retrotrahuntur.*
60 *L. ult. D. de ſtipulat. ſeruor. explicatur.*
61 *Aequitatis ratio eſt cauſa vtilium actionum.*
62 *Actio vtilis proxima directa.*
63 *Papinianus, Pomponius, Vlpianus, Scæuola, Impp. Diui, Marcus, & Anaſtaſius, humanitatis admodum ſtudioſi.*
64 *Actio vulgaris eſt actio directa. Illa ipſa etiam dicitur principalis.*
65 *Seruus fideiuſſorem rectè accipit.*
66 *L. ſi ſeruus. 25. D. de ſtipul. ſer. intellectus, ex Goueano, Cuiacio, Hotomanno, & Anto. Fabro, num. 67. 68. & 69.*
70 *Pater à filio, dominus à ſeruo ſi ſtipulentur, rectè ab ijs fideiuſſorem accipere poſſunt, non vice verſa, numero 71.*
72 *Scabinorum Lipſenſium ſententia quædam inducitur.*
73 *Obligatus quis pro eodem eidem eſſe non poteſt,*
74 *Debere ſibiipſi nemo poteſt.*
75 *Actio, & paſſio vno momento non ſunt in eodem ſubiecto.*
76 *Vnum non poteſt fieri duo, ex Arnobio.*
77 *Filius in contractibus non rectè accipit fideiuſſorem à patre. Sed limitatur posteà, n. 82. & ſeqq.*
78 *Pro peculij aduentitij vſufructu non præſtat pater filio fideiuſſorem, niſi in caſu ſuborta dilapidationis, aut quando talia bona filiofam. plenè acquiruntur, n. 79. & n. 96.*
80 *Etiam de iure Saxonico. Et n. 81.*
82 *Pro bonis Caſtrenſibus, vel quaſi rectè filio à patre præſtatur fideiuſſio.*
83 *In bonis Caſtrenſibus, vel quaſi filiusfam. habetur pro patrefam.*
84 *Filius emancipatus rectè fideiuſſorem exigit à patre. Sed declaratur, n. 85. & 86.*
87 *L. filio. ff. vt legator. nom. caueat. explicatur. Et nu. 93. & 94.*
88 *Liberalitas ſua nemini in pœnam cedere debet.*
89 *Emancipatio eſt beneficium.*
90 *Manumiſſio vocatur beneficium, libertas gratuita, liberalitas, ſummum bonum.*
91 *Libri manualium Pauli.*
92 *Media via quæſtionem dirimit.*
65 *Pater præſtat filio ſatiſdationem legatorum, ſi ad ſecundas nuptias.*
97 *Emptores bonorum aduentitiorum rectè à patre vendente fideiuſſorum exigunt.*
98 *Contractus omnes, excepta donatione, inter coniuges ſunt liciti, modo fraus, & ſimulatio abſit. Et n. 99. & n. 103.*
100 *Proijcere rem quid ſit?*
101 *Colorata, ficta, & commenta innumera ſunt in iure noſtro, quod exemplis declaratur.*
102 *Colores in fraudem legum excogitati non admittuntur.*
104 *Fideiuſſores, vel mandatores dotium dari non debent.*
105 *L. 1. C. ne fideiuſſ. dot. dent. exponitur.*
106 *L. C. ne fideiuſſ. dot. dent. adducitur. Et n. 107. ac n. 118, eius rationes expenduntur.*
108 *Maritus vxoris ſuæ corpore, ſubſtantia, & omni vita vtitur.*
109 *Me cui committo, & mea committere videor.*
110 *Statutum Lubecenſe lib. 3. tit. 6. art. 20. adducitur.*
111 *Concordia coniugalis ſarta tecta ſeruanda.*
112 *Seruos quot quis alit, tot alit hoſtes.*
133 *Seruorum malorum epitheta.*
114 *Nuptiæ filiumfamilias à patria poteſtate non eximunt.*
115 *Pater etiam nurus dotem habet.*
116 *Bernardi VValtheri lapſus detegitur.*
117 *Accipiens per alium ipſemet accipit.*
119 *Pignus pro reſtituenda dote cur detur, non autem fideiuſſor? Et n. 121. 122. 133. 136. 145. 146.*
120 *Fideiuſſores, vel pignora accipere paria ſunt.*
123 *Datio in ſolutum, & emptio æquiparantur.*
124 *Datio in ſolutum reuocari non poteſt.*
125 *L. Titius. ff. de pignor. act. explicatur, & Accurſiano errori ſimul occurritur.*
126 *Pœnitentia in contractibus nominatis non habet locum.*
127 *Datio in ſolutum dicitur nulla, ſi facta ſit pro maiori pretio, quam fuerit debitum.*
128 *Digreſſione ſæpè fuerunt vſi Tuiſtonſulti.*
129 *L. etiam. C. ad Velleian. intellectus.*
130 *Remiſſa hypotheca non intelligitur donatio fieri.*
131 *Remiſſio non eſt interceſſio.*
132 *Maritus conſtante etiamnum matrimonio dotem vxori ex cauſa reſtituere poteſt.*
133 *Diuerſificare caſus non ſufficit, niſi etiam reddatur ratio diuerſitatis.*
135 *Baldi Nouelli ſententia reijcitur.*
137 *Pignus rei debitæ locum obtinet.*
138 *Contumelia aliqua eſt in fideiuſſore dando, non in pignore.*
139 *Debitor eſt cliens, & ſeruus creditorum.*
140 *Debitum eſt reatus quædam ſpecies.*
141 *Fideiuſſorem dare grauius eſt, quam pignus.*
142 *Fideiuſſorem dare vnicuique graue. Et n. 143.*
144 *Fideiuſſio appellatur onus, contumelia, iniuria, grauamen, detrimentum.*
147 *Fideiuſſor pro dote reſtituenda rectè datur ſoluto matrimonio.*
148 *Diuortio facto maritus, & vxor ſibi capitales inimici fiunt.*

Pate,

149 Pater poteſt eſſe fideiuſſor pro filio in dote reſtituenda.

150 Temerarium eſt, ex iis, quæ apertè non extant in iure, velle ea tollere, quæ manifeſtis teſtimoniis comprobatur.

151 L. ſi cum dotem. §. tranſgrediamur ff. ſolut. matrimonio exponitur.

152 Frater pro fratre ſe dotis nomine obligare non poteſt.

153 Dotis reſtituendæ fideiuſſor vltro, & ſponte dari poteſt. Sed contrarium oſtenditur, num. 156. & 157. vbi hæc opinio communis dicitur.

154 Onus affectatum excuſare non ſolet.

155 Prohibitiuo iuri renunciari poteſt.

158 Prohibitoria lege pœnali, & annullanti, & cum res eſt mali exempli, ac contra bonos mores, ne quidem à volente renunciari poteſt. Et n. 159.

160 Rubricarum vis quænam ſit in iure noſtro.

161 Baldi Nouelli traditio ſub incudem diſputationis reuocatur.

162 Baldus Nouellus excellentiſſimus Doctor.

163 Tempora non ſunt confundenda.

164 L. etſi fideiuſſor ff. de rei iudic. ſenſus.

165 L. cum dotis. ff. de iure dot. interpretatio.

166 Pro dote promiſſa fideiuſſor rectè interuenit.

167 Pater pro filia dote, ab extraneo data, fideiuſſor eſſe poteſt. Quod ampliatur, n. 109.

169 Pater, mater, & patruus ſi ſe in ſolidum obligent genero pro dote, cenſentur mater, ac patruus, quaſi fideiuſſores, & poſſunt ſolutum à patre repetere. Quod tamen limita, vt n. 171.

170 Dotare eſt officium paternum.

172 Scipio, cognomento Aſina, deduxit aſinam cum pecunia onere in forum, loco pignorum, ſiue ſponſorum.

173 L. mulier. C. de iur. dot. ſenſus obuer adfertur.

174 Maritus, & vxor ad porta iudicantur. Sed limitatur, n. 178.

175 Mulierem indotatam nemo in matrimonio habere cogitur.

176 Dotis dictio olim tripliciter fiebat.

177 Dos tam chara marito eſſe debet, quam proprium patrimonium.

178 Maritus non debet eandem reuerentiam vxori, quam debet vxor marito.

179 Delegatio cum fideiuſſione non eſt confundenda.

180 Stulti conditionem ſuam faciunt deteriorem.

181 Fauori pro ſe introducto quilibet poteſt renunciare. Sed declara vt n. 182.

183 Pauli de Caſtro quædam opinio dubia redditur.

194 Matrimonio ſoluto rectè fideiuſſor datur pro reſtituenda dote.

185 Iure Lubecenſi maritus certis caſibus ratione dotis coniugi fideiuſſorem exhibere cogitur.

186 Cautionis magna eſt fragilitas.

187 Caſtrenſis opinio in l. ſi plures. §. præterea. ff. de fideiuſſ. examinatur.

188 L. ſi conſtante. paragr. quoties. ff. ſol. matr. verus intellectus.

189 Commodum temporis quodnam ſit.

190 Periculum medii temporis quid denotet.

191 Papinianus lib. 11. quæſtionum, potiſſimum tractauit de dotibus.

192 Sequeſtratio dotis peti poteſt, conſtante matrimonio, ſi maritus ad inopiam vergens idoneum fideiuſſorem dare nequeat. Et n. 193. & 194.

195 Dotem ſuſcipiens vna cum marito poteſt fideiuſſorem pro dote reſtituenda dare. Sed contrarium defenditur. n. 196.

197 Cautela Angeli Aretini, & Caſtrenſis.

Antonius Heringius.

198 Extraneus dotem promittens rectè exigit fideiuſſorem à marito. Sed in contrarium itur partem, num. 199.

200 Dotis ad exactionem etiam ex nuda pollicitatione rectè agitur.

201 Extraneo quatenus conſulatur, ſi maritus conſtante matrimonio ad inopiam vergat, remiſſiuè.

202 Dotis reſtituendæ fideiuſſor rectè datur, & accipitur, ſi l. 2. C. ne fideiuſ. dot. dent. mediante iuramento renuncietur. At contrarium verius eſt, n. 204.

203 Legibus prohibitiuè loquentibus cum iuramento poteſt renunciari, iuxta Socinum.

205 Iuſiurandum contra vim legum, & auctoritatem iuris præſtitum, nullius eſt momenti.

206 Iuramentum non firmat contractum contra fauorem publicum.

207 Iurat quis plerunque eadem facilitate, qua contrahit.

208 Maritus ſi de facto fideiuſſorem de dote reſtituenda det, iſque iureiurando ſe obliget, an obligetur. Et n. 209.

210 Leges ciuiles non dedignantur ſacros imitari Canones.

211 Dotis reſtituendæ fideiuſſor rectè datur, ſi ſit talis conſuetudo Sed declara, vt n. 212. 213. 214. & 217.

215 Abolitum ſemel nunquam reuiuiſcit.

216 Conſuetudine à lege generaliter improbata, cenſetur improbata tam præterita, quam futura.

218 Conſuetudo non poteſt vincere legem. aut rationem.

219 Pacto quod fieri non poteſt, quia eſt contra bonos mores, non poteſt etiam fieri per conſuetudinem, vel ſtatutum.

120 L. 2. C. ne fideiuſ. dot. dent hodie per conſuetudinem eſt antiquata, iuxta VVeſenbecium.

221 Lex poſitiua nulla eſt, quæ non poſſit contraria conſuetudine tolli.

222 Conſuetudine poteſt introduci, vt vaſſallus feudum in præiudicium domini alienet.

213 Neguzantii, & Schneidevvini deuiatio oſtenditur.

224 Fideiuſſor pro dote reſtituenda non poteſt agere, vt liberetur, etiamſi diu ſteterit in obligatione. Et mulier pro dote reſtituenda fideiubens non iuuatur Senatuſconſulto Velleiano.

225 Maritus fideiuſſorem dotis reſtituendæ exhibens, dotem alienare poteſt.

226 Dotalitii conſtituti nomine non rectè datur, vel accipitur fideiuſſor.

227 Dotalitium in compenſationem dotis conſtituitur.

228 Mariti vxores de dotalitio ſuo ſigillatis inſtrumentis in Luſatia, Marchia Brandeburgenſi, & alibi aſſecurare tenentur.

229 Mulier tenetur dare fideiuſſorem, quod iuxta arbitrium boni viri dotalitio vti frui velit.

230 Donationis propter nuptias, & rerum paraphernalium nomine, an rectè detur accipiaturuè fideiuſſor? Et n. 235.

231 Dos, & donatio propter nuptias in multis differunt.

232 Dotis reſpectu prohibitum, etiam in donatione propter nuptias cenſetur prohibitum.
Et vice verſa. vt n. 233.

234 Donatio propter nuptias eadem pacta recipit, quæ dos.

236 Paraphernalibus rebus quid adnumeretur, ex Iulio Scaligero.

237 Mulier quando à marito ſæuiente petere poſſit cautionem de non offendendo. Et n. 238. 239.

240 Mulier propter ſæuitatem mariti extra domum habitationis eius conſtituta, iuſtè petit, ſibi alimenta à marito præſtari. Et n. 241.

242 Offenſam timens cautionem de non offendendo petere poteſt.

243 *Cautio de non offendendo præſtanda eſt datis fideiuſſoribus, aut certè pignoribus. Et numer. 244. 245. & 246.*

247 *Cautio de non offendendo quando interponi poſſit, ac debeat, & quamdiu duret.*

248 *Officio iudicique aliquando quoque datur fideiuſſor.*

249 *Adminiſtratores exigunt quandoque fideiuſſorum præſtationem.*

250 *Curatores ſimiliter Reipublica.*

251 *Magiſtratus itidem alii. Quod declara, vt numero 252.*

253 *Creditor in vno caſu ipſemet fideiuſſorem dare tenetur.*

254 *Ius Saxonicum addictionem debitoris in manus creditoris ſanciens defendi poteſt.*

255 *Debitoris vxor liberi creditori ad ſeruiendum non addicuntur.*

256 *Adiudicatio debitoris ad manus creditoris in Electoratu Saxonia eſt hodie abrogata.*

257 *In Thuringia, & Lubeca tamen etiamnum vſitata.*

258 *Vt, & in Gallia, Hiſpania, & Florentia.*

259 *Creditor non tenetur cautionem præſtare de refundendo, ſi debitor, qui ſpontaneo pacto ſe carceri aſtrinxit, in aduerſam valetudinem incidat. Et num. 160. & 264.*

261 *Sanitas hominis à Deo dependet.*

262 *Hæres non tenetur teſtatorem ſanum reddere, ſed ſufficit, ſi ille adhibeat bonum medicum.*

263 *Statutum Lubecenſe libro 1. titul. 3. artic. 1. declaratur.*

265 *Fideiuſſor inopis debitoris, & ipſe non ſoluendo exiſtens, creditori ad ſeruiendum adiudicari poteſt. Et num. 266.*

SEquitur, vt de perſonis, quibus fideiuſſor dari debet, & poteſt, loco ſecundæ inſpectionis videamus; Sic enim ordinis inſtituti ratio exigere videtur. Sicut igitur in capite præcedenti primo in genere dictum eſt de debitore, qui vt plurimum ſolet præſtare fideiuſſores: ita quoque hic præcipua tra-
1 ctatio debetur iuri creditoris, cui † in primis fideiuſſor dari ſolet.

Et quidem initio ſumme delectat, quod eruditiſſimus Franciſc. Duarenus *ad titul. C. de fideiuſſor. cap. 2.*
2 ſcriptum reliquit, trium perſonarum † in hoc contracto rationem habendam eſſe; Eius nimirum, qui fideiubet, creditoris apud quem fideiubetur, & denique debitoris principalis, pro quo fideiubetur. Nam conſenſum creditoris in acceptione fideiuſſor deſiderari, ſatis notum eſt, & ratione conſtitutum, non ſolum,
3 quia creditor † non cogitur alios fideiuſſores accipere, quàm quos ipſe, vel iudex cauſa cognita approbauit, *l. ſi rem. §. omnis. ff. de pigner. action. l. item liberatur. §. 1. ff. quibus modis pign. vel hypothec. ſolut.* ne ſi ſecus fiat, in poteſtate debitoris ſic creditori quemcunque fideiuſſorem obtrudere, contra *l. 2. §. mutui datio.*
4 *ff. ſi cert. pet.* Cum tamen nullus teneatur † cum ſuo incommodo acceptare cautionem vitioſam, aut inſufficientem, *Iodo. Damhoud. in Enchir. parium. verb. cautum eſſe vitioſe.* Verum etiam, quia creditoris eſt, qui alterius fidem ſequitur, quod ſi igitur adſentiri dicendus eſt, ipſius voluntas ante omnia eſt exploranda, *l. 1. ff ſi certum petatur.* Satiſdat igitur debitor, ſatis accipit creditor, vt loquitur Ioannes Goddæus *de contrah. ſtipul. c. 5. concl. 4. n. 13. & 14.*

Et quia ICtus *in l. duos reos. §. 1. ff. de duob. reis.* dicit, ſe non dubitare, quin duobus reis conſtitutis, liberum ſit ſtipulatori, vel ab vtroque, vel ab altero duntaxat fideiuſſorem accipere, eo ipſo conſenſum creditoris includit, qui ſi non requireretur, fruſtra diceretur liberum ei eſſe accipere, *l. liberum. C. de fideiuſſori-*
5 *bus.* Libere enim † facere poſſe, excludit omnem alterius conſenſum, *Gloſſ. Clement. dudum. de ſepultur. c. 1. verb. liberè. & ibi Geminian. de regularib. in 6. Bart. in l. Centurio ff. de vulg. & pupill. Barb. conſ. 11. lib. 2. Ioan. Baptiſt. Plot. in tract. de in lit. iur. §. 2. n. 28.* & liberam poteſtatem habere non dicitur, qui aliqua ratione impediri poteſt *Alex. conſ. 99. num. 2. vol. 5. Carol. Ruin. conſ. 219. n. 3. vol. 1. Rol. à Valle conſ. 62. n. 19. vol. 1.* Hinc
6 etiam † traditum eſt quod ſatiſdatio abſenti, & non acceptandi facta, ſit inutilis, *Dec. conſ. 126. n. 6. 7. & 8. & conſ. 247. per tot. Caſtrenſ. conſ. 195. viſis. volum. 3. lib. 2. Elbert. Leonius conſ. 72. n. 1. & 2.*

Cæterum dubitari contingit, quia dicimus, creditori volenti fideiuſſorem dari, quid dicendum ſit, ſi creditor hodie promiſerit, ſe mutuo daturum pecuniam, vel etiam ſtipulatio interuenerit de credenda pecunia (*vt in l. ſi pœnam. ff de verb. obligat.* Sub hac tamen conditione, ut Sempronius daretur fideiuſſor,
7 an creditor poſteà † pœnitere, & in hunc fideiuſſorem impune non conſentire poſſit? Dubitationem
8 mouet *l. qui pecuniam ff. de reb. credit.* Vbi Paulus aſtruit, quod qui pecuniam creditam accepturus ſpopondit creditori futuro, in poteſtate habeat, ne accipiendo ſe ei obſtringat. Et eſt ratio, quod † nec deditio, nec datio, nec donatio ſine acceptione, & *redhibitio* conſiſtere poſſe videntur, vt ait Seuerinus Boetius *Commen. lib. 4. in Topic. Cic. mihi p. 809.* Cuiac. *lib. 11. obſ. c. 28.* Tiber. Decian. *reſponſ. 39 n. 30. vol. 2.* Excepto
10 † vnico caſu *in l. 15. C. de ſacroſan. Eccl.* In tantum, vt
11 nec donationes principum abſque † acceptatione quærantur. *Roma & Aret. in l. qui abſente ff. de acq. poſſ. Curt. ſen. conſ. 4. in fin. & conſ. 64. Alciat. reſponſ. 34. n. 25. lib. 2.* Si igitur hoc, quod dixi, licet debitori, malè denegabimus id ipſum creditori, *l. non debet actori ff. de reg. iur. l. Titius. ff. quæ res pig. oblig. poſſ.* Præſertim,
12 quia † & à nominatis contractibus re adhuc integra diſcedi poteſt, *l. ab emptione ff. de pactis. l. 1. & 2. C. quando l. c. ab empt. diſced.* Vnde Seneca *lib. 5. de beneficiis, c. 21. Qua lex ad id præſtandum nos, quod alieni promiſimus, alligat? Nulla.*

Verum altera opinio vtilior eſt, fortaſſis etiam verior, pœnitentiæ nimirum locum non eſſe. Etſi enim re integra à contractib. quoque nominatis recedere licere peruulgatum eſt: quotieſcunque tamen partis diuerſæ intereſt, non recedi à contractu
13 ineundo, non poterit altera † pars, hac inuita, à voluntaria obligatione ſemel conſtituta diſcedere, *l. in commodato. §. ſicut. ff. commod. l. ſicut initio. C. de obligat. & act. l. ſi mandauero §. vlt. ff. mandat. gl. Bar. & Alex. in d. l. qui pecuniam. & in l. qui Romanæ. ff. de verb. obl. Idem Alex. conſ. 93. vol. 2. Iaſ. in l. 6. ff ſol. mat. Alber. Gentilis in tract. de nupt. lib. 6. c. 2. mihi pag. 594. dicens, eum, qui promiſit contractum contrahere, & contrahere*
14 *teneri.* Quod adiuuatur ex eo, quod alibi † docuit Vlpian. ſi ſtipulatio habeat certam conditionem, eam in alterius præiudicium à ſtipulatore immutari non poſſe, *l. verè procuratori. §. pen. ff. de ſolut.* Et verò
15 tamdiù voluntatem mutare † licet, quamdiù ab altera parte non acceptatur, poſtquam autem acceptata eſt, vel res non amplius eſt integra, aut pars præparatoria quædam extrinſeca iam fecit, tum mutari conſilium in alterius iniuriam, aut detrimentum nequit *l. in cauſa. 27. ff. de procur. l. nemo poteſt mutare. 75. ff. de reg. iur. l. deberi. C. de fideicom. liber. c. quod ſemel. c. mutare. de reg. iur. in 6. & notant. Dd. in l. poſtquam liti. C. de tranſact.* Quippè illuſio, & variatio diligenter eſt vitanda, vt habetur in *c. cum illuſio. extr. de renunt. facinus*

tradit,

tradita per Henr. Bohic. in c. ex parte decani. ext. de
16 *reſcrip.* Ideò fit, vt † veriſſimum eſſe ſtatuam, quod
Modeſt. Piſt. *in conſ. 56. num. 4. 5. & 6. vol. 1.* conſu-
luit. Quod ſi hoc anno dicam, velle me emere
rem aliquam pro centum, & in continenti nolit
venditor diſtrahere poſt annum autem, mutata vo-
luntate, veniat, meque cogere præſumat, vt rem
quam ante annum licitatus ſum, nunc accipiam,
17 omnino iniuſta ſit ipſius petitio, quia conditio † ab
aliquo oblata, vt præiudicet, in continenti accep-
tari debet, *l. 1. §. qui præſens. cum ibi not. ff. de verb.
oblig. Dd. in l. ſi ſtipulator. § in locando. ff. eod.* Et pro
hac parte etiam non ineleganter induci poteſt tex-
tus *in l. ſi ſic ſtipulatus 112. ff. de verb. obl.* iunctis iis,
quæ contra Bart. *in l. licitatio. D. de Publicia.* ex men-
te Baldi *in conſ. 327. incip. Modus, & forma lib. 2.* tra-
dunt Franciſ. Cremen. *in ſingul. 41. incip. Tu ſcis quod
forma.* Item Caſſan. *in conſ. Burgun. rub. 5. §. 2. verb. ſon
principal oblige. n. 02. & ſeq.* & nouiſſimè Dan. Mol-
ler. *in comm. ad conſt. Elector. ſiue Saxon. par. 1. conſt. 32.
num 8.* vbi docent, ſi illum, qui facta ſubſtrahatione
18 † maius pretium obtulit, vel ſoluere id non poſſit,
animoſæ ſuæ licitationis pœniteat, quod tamen
prior licitator cogi non poſſit, vt eo pretio, quod
obtulit, rem emptam habeat, quod in practica benè
eſt notandum, præſertim in hace, & finitimis locis
19 vbi ad Clepſydram, vel ad † candelam (quod vulgò
dicunt) non ſolum res venduntur, ſed etiam elocan-
tur, & conducuntur, ita vt ſi poſt vltimam licitatio-
nem, & antequam aliquis animoſior præcedentem
ſuperet, arena effluat, vel candela extinguatur, huic
poſtremò licitatori, aliàs tamen idoneo res addica-
tur. Vide etiam Boër. *deciſ. 148.* Guid Pap. *quæſt. 416.*
& Benuenu. Strachom. *de decoctor. b. 5. par. num. 8.* M.
Ant. de Amatis. *deciſ. 67.*
20 Nec aliquem † offendat *d. l. qui pecuniam ff. ſi cert.
petat.* Loquitur enim de contractu mutui, qui re per-
ficitur, re autem tum demum obligamur, cum res ipſa
intercelſit, *l. obligamur. §. 1 ff de oblig. & act.* quia igitur
creditor in continenti non numerat pecuniam, ideo
quoque nullus eſt contractus, nam pecuniæ numera-
21 tionem † ſubſtantiam mutui eſſe, teſtantur Scæuola
l. 6. ff. ad Maced. Impp. *in l. ſi ex pretio. C ſi cer. pet.* Quo
etiam collineant, *l. 3. C. de contrah. ſtipul. & l. 2. C. de
nouat.* dum hic mutuum contractus pecuniæ credi-
tæ, illic vero obligatio rei contractæ vocatur. Et
ideo rectè dixit Seneca *lib. 6. de benef. c. 11. Et, qui vo-
luit mihi pecuniam credere, ſed non credidit, nihil debeo.*
22 Vt ita ſemper non † præcedens tractatus mutuum
faciat, ſed tantum rei interuentus, quemadmodum
etiam conſtat ex Baldo *in d. l. Titius. ff. qua res pign.
23 obli. poſſ.* aſſerens, quod † tota huius obligationis vir-
tus in numeratione conſiſtat, quod probat Ant. Pi-
chard. Venoeſa *in tit. Inſtit. quibus mod. re contrah. ob-
ligat. ad Rubr. n. 6.* Imo multo facilius in hoc contra-
ctu, nondum numerata pecunia, debitor pœnitere
24 poteſt, quia ipſius † tantum gratia mutuum contra-
hitur, *Guil. de Cun. & Baldus in d. l. qui pecuniam facit
l. 1. §. ſi ſic depoſuero ff. depoſiti.* Fruſtra igitur is, re ad-
huc integra ad accipiendam pecuniam cogeretur,
quod ſe tamen aliter habet in creditore, ſecundum
ſupra dicta. Concludo igitur, creditorem, à quo pecu-
nia ſibi mutuo dari ſtipulatus eſt debitor, nullo mo-
do pœnitere poſſe, ſed præcisè cogi, vt accepto ido-
neo, ſibique promiſſo fideiuſſorem, pecuniam nume-
ret, & expendat. Id quod adhuc multo fortius in fo-
ro poli, & de iure Canonico procedit. Nam iſto iure
25 receptum eſt, quod ſi eſt deliberata † promiſſio, in foro
conſcientiæ obliget contrauenientem ſub pœna pec-
cati mortalis, præſertim, quando notabile detrimen-
tum infertur proximo ex promiſſione violata, vt ſcri-
bit D. Thom. 2. 2. *quæſt. 88. art. 1. vbi etiam Caietanus
ſequitur Summa Anton. par. 0. tit. 10 cap. 1. §. 4. Mart.
Azpilcueta Nauar. in manuali cap. 16. num. 6 Fortun.
Garcias in c. 1. num. 16. verſ tertia declaratio. extr. de
pact. Hieron. Zanetin. de differ. inter ius Can. & ciuil.
26 differ. 67.* Cui ſimile eſt, quod promittens † vendere
vel emere de iure ciuili pœnitere poteſt, non autem
de iure Canonico, aduerſatur enim charitati, promiſ-
ſum non ſoluere, quod eſt iuſtitiæ ſubuerſio. *Domin.
à Soto de iuſt. & iur. lib. 7. q. 0. ar. 1. Iacob. Marchiſell. in
ſylua quæſt. prac q. 29. n. 5 & 6.* Hinc Zeno, cum cui-
27 dam † promiſiſſet quingentos denarios mutuo, & ad-
moneretur ab amicis, hominem eſſe malæ fidei, ta-
men credidit, vel ob hoc, quia promiſerat, & ſum-
ma eſſet exilis.

Sed pergamus quærere, quid ſtatuendum ſit, ſi de-
bitor Titium, & Mæuium offerat creditori, vt vnum
ex his pro fideiuſſore eligat, creditor autem, vel mo-
tu proprio vel amici alicuius conſilium, & perſua-
28 ſionem ſecutus eligat † Titium, cum tamen magis
idoneus eſſet Mæuius, an pœnitentiæ locus eſſe de-
beat? Breuiter reſpondeo, hoc in caſu creditori
pœnitentiam denegandam eſſe. Moueor autem per
text. *in l. huiuſmodi. 84 § Stychum. ff de legat. 1. l ſtatuli-
berum 11. §. vlt. ff. de legat. 2. præſertim per l. ſi ſtipula-
tus. 110. ff. de verbo oblig* nec non *l. cuius bonis ff de cu-
ra. furioſ.* vbi pulchrè ex Neratio colligitur, quod ſi
re integra poteſtas alicui ſit, vtrum velit, eligere, tunc
quando alterum elegerit, cum altero abſtinere debe-
ſe; Quod ſi fortè ex perſuaſione amici ſe grauatum
ſentit creditor, agat cum ipſo, nec deſideret, vt id de-
bitori præiudicium creat. *l. qui cum alio ff. de reg iur.*
contingere poteſt, vt amicus iſte nonnunquam in
promptu paratam habeat defenſionem, ſi dicat, ſe
magis conſilium dediſſe. quem deberet eligere, quam
reuera conſtituiſſe aliquem fideiuſſorem, *argu. l. 1 § ſo-
lent ff. quand appell ſit.* Sed vix effugere poterit, ſi cre-
ditor probet, ſe non aliter accepturum fuiſſe Titium,
quam ſi amicus iſte mandaſſet, aut perſuaſiſſet, *iuxt.
notata in § tua tantum gratia. Inſtit. de mandat* Sed de
hoc alias, & tetigi *infra c 8 n 22. ac cap. 18.*

Scio porrò, & hoc tractatum; Num debitor ipſe,
non deſiderante creditore, fideiuſſores offerre ſit ob-
29 ſtrictus? Quia in re equidem negatiuæ † ſubſcribere
tutius eſt, quandoquidem iura noſtra in hoc fere pe-
dem figunt, ſatiſdationem omnem, quæ in fauorem
creditoris potiſſimum vergit, ab ipſo creditore quoq;
exigendam eſſe. Neq; non opus eſt, vt ipſe debitor ſi
vltronea voluntate ad hanc neceſſitatem offerat, ſed
ſufficit, ſi petenti creditori moram non faciat. *l. 1. §.
non exigu. ff vt in poſſ leg. l. 0 quod ait. ff. quor. lega. l. ſi
quis filium. §. ſtipul. ff. de collat bon. l. peto. §. fin. ff. de lega.
2. l. denique Iaſ. in l. vniuerſa. n. 2. 3. & 4 C. de pre. Imp eff ac
And. Gail. obſ. 46.* aliis exemplis expoliunt, & c. præ-
ceden. *n. 133.* cum de induciis quinquennalibus ſer-
mo haberetur, vnum eſt relatum.

Vice verſa, vtilitas & fauor offerentis in conſide-
30 rationem venit, e. g. quando † reus relaxandus eſt à
carceribus, item, cum ob arreſto ſe liberari petit, aut
lex, ſtatutum vel decretum iudicis, ſub conditione
prius præſtandæ fideiuſſionis, quidquam fieri poten-
tiam, licentiamue concedit, opus proculdubio eſt, vt
ipſe offerat nec interpellationem expectet, vt oſtendi
infra. *cap 10. num. 471. & ſeqq.* Et ideo rectè dicitur,
31 quando fideiuſſio † requiſita eſt à ſtato, quod tunc
præſtanda ſit, etiam parte non petente. *Iaſon. conſ 191.
per tot. vol. 2. Auguſ. Berous quæſt. famil. 82. & quæſt. 79.*

Ioan. Petr. Surd. deciſ.57. per tot.

Atque iſta quidem ad hunc modum ſe habent, quando creditor oblatam fideiuſſionem non reſpuit. Quid verò fiet, ſi offeratur idoneus fideiuſſor, credi-
32 tor autem recuſet eum accipere? Diſtinguit Ioan. Thomas Freigius hoc modo: Si perſona ad fideiubendum producta illi, qui eam rejicit, eſt aliena, hoc eſt, nullo ſanguinis vinculo coniuncta, tunc tam illi, à quo fideiuſſor exigitur, quam ei, qui vt fideiuberet, conductus eſt actio iniuriarum contra rejicientem datur, *l.ſi vero 5.§.qui pro rei.ff qui ſatiſd.cogan.* Si verò perſona illi, qui eam rejicit, fuerit neceſſitudine coniuncta, tum quinquaginta aureis rejiciens, mulctatur, *l.ſecunda D.in ius vocan.vt eant.* Et hanc partitionem petiit à Doctoribus, qui ita communiter diſtinguunt, prout videre licet ex Speculatore *in tit. de accuſat §.1 n.36.* Bar.Bald.Iaſon.& aliis, *in d.l.5.§ qui pro*
33 *rei.ff qui ſatiſda.cogan.* vbi hoc amplius addit † Petrus Coſtalius, quod ſi reus paratus ſit ſatiſdare, & iudex non recipiat cautionem, teneatur iniuriarum, idque & in ciuilibus, & criminalibus, in quibus ad pecuniam agitur, locum habere, *per legem tertiam ff.de cuſtodia.reor.*

Etſi autem aduerſus hanc communem aſſertionem vix tutum eſt quidquam aſtruere, videamus tamen, quatenus cum ſcriptis Iuriſconſultorum conſentiat. Notum eſt enim illud vulgatum: Erubeſcimus abſque lege loqui. Sic igitur Gaius ſcribit. *Qui pro rei qualitate euidentiſſime locupletem, vel (ſi dubitetur) ad probatam fideiuſſorem iudicio ſiſtendi cauſa non acceperit, iniuriarum actio aduerſus eum eſſe poteſt: quia ſanè non qualibet iniuria eſt, dari in ius eum, qui ſatis idoneum fideiuſſorem det. Sed & ipſe fideiuſſor, qui non ſit acceptus, tanquam de iniuria ſibi facta quæri poterit.*

34 In hoc reſponſo † Gaii quatuor conſiderari poſſunt: & primo quidem rei qualitas, vtrum magni, vel parui momenti ſit, nec ne, quemadmodum, & Paulus conſiderat *in lege prima. D. in ius vocati vt eant.* Pro rei igitur ſiue cauſæ, & negotii qualitate fideiuſſor locuples dari debet. Si perſona eſt extranea, quæ in ius vocata eſt, tum dari debet fideiuſſor iudicio ſiſtendi cauſa locuples, vel ſaltem ab arbitrio deputato adprobatus: Sin conſanguinea, & neceſſaria perſona eſt, & pars rea vadimonium promittere debet, tum Prætor iubet accipi qualemcunque, *dicta l. prima. D. in ius vocati vt eant.* Sic enim dicendum eſſe, deinceps oſtendam, & perperam Doctores ferè omnes, qui neceſſitudinem rei, & fideiuſſoris conſiderant, cum Iuriſconſulti agant de illa coniunctione, quæ eſt inter in ius vocantem, & vocatum. Nunc ita ſubſumamus: Si perſona extranea fideiuſſorem iudicio ſiſtendi cauſa locupletem, vel adprobatum dederit, & is malitioſè non ſit ſuſceptus, datur Reo actio iniuriarum aduerſus rejicientem, in pœnam vt puto, arbitrariam. Sin autem conſanguineus conſanguineo dederit, iudicio ſiſtendi cauſa, qualemcunque fideiuſſorem, & is non fuerit acceptus, tum conſanguineo in ius vocato datur iudicium ſiue querela (vt Modeſtinus vocat) quinquaginta aureorum, aduerſus conſanguineum non accipientem, *l.2. D. in ius vocat. vt eant. l. vltima D. de in ius voc.* Et hoc primum eſt, quod in reſponſo Gaii animaduerti debet.

Altera obſeruatio eſt circa perſonam fideiuſſoris.
35 Neque enim, ſi † qualis qualis fideiuſſor, ab extraneo iudicio ſiſtendi cauſa datus, rejiciatur, de iniuria rejectionis quis conqueri poterit, ſed tantum ſi euidentiſſimè locuples, vel à iudice arbitroue adprobatus rejiciatur. Ratio eſt manifeſta. Quæ enim ſit iniuria ſi reus offerat fideiuſſorem pauperem, inidoneum, malæ fidei, &c. eumque actor accipere recuſet? Profecto nihil intereſt, reus non det, vel talem det, *l. quamuis § ſi conueneris. ff. ad Vellaeianum. l. ſecunda. ff. de auctor. tutor. l. 1. §. penult. ff. quod legat l. Paulus. 221 ff. de verbor. ſignific.* At qui actionem iniuriarum habere vult, ille nominatim exprimere debet, ſe illam iniuriam paſſum, *l. 7. §. quod autem prætor. ff. de iniuriis.* Verum enimuero in alia omnia eſt abeundum, ſi rejiciatur euidentiſſime locuples, ſi ab arbitro iudiceue adprobatus. Vt enim illic malitioſa actoris importunitas, inſolentia curioſa, & diligentia ambitioſa arguitur, *l. ſi bene. ff. de vſuris.* Ita hic auctoritas iudicis in dubium vocatur, & quaſi contemnitur, quandoquidem abſque iuſta cauſa is rejicitur, quem ne ipſe quidem iudex rejiciendum aſſirmauit, *l. 5. §. an tamen, ibi. ſi à Prætore miſſus non admittatur eadem actione vtendum eſt. l. damni 18 §. pen. ibi, aut non admiſſus aut eiectus. ff. de dam. infecto. l. non poteſt dolo. ff. de reg. iur* faciunt tradita per Ruland. *in tract. de commiſſ par. 1 lib. 2 c. 15. n. 6.* Quanquam hac diſtinctione non vtimur, ſi conſanguineus conſanguineo iudicio ſiſtendi cauſa det fideiuſſorem; Sicut enim iſto caſu qualemcunque dare licet: ita, & ſi qualiſcunque datus poſtmodum ſit rejectus, datur iudicium quinquaginta aureorum naſcitur, *d. l. 2. & 5. ff. in ius voc. vt eant.*

Tertio loco in reſponſo Gaii notanda ſunt illa verba; *Fideiuſſorem iudicio ſiſtendi cauſa non accepe-*
36 *rit.* illa enim mentem Gaii † exprimunt, quod nimirum ſenſerit, tum demum reo actionem iniuriarum competere, ſi fideiuſſor iudicio ſiſtendi cauſa datus rejiciatur, non ſimiliter, ſi pro ſecuritate contractus alicuius, vel pro impletione vltimæ voluntatis oblatus, fuerit rejectus. Quod non ſolum ratio, quæ dicto huic ſubjicitur: ſed etiam res ipſa demonſtrat. Ratio hæc eſt; *Quia non qualibet iniuria eſt in ius duci eum, qui ſatis idoneum dat fideiuſſorem.* quæ cum ſit ſpecialis, non potuit à Gaio ſubiungi dicto generali.

37 Videant † igitur noſtri, an probari poſſit ex hac lege; Quod is, qui non accipit fideiuſſorem, iniuriarum teneatur. Fateor, eum qui non accipit fideiuſſorem idoneum, & locupletem iudicio ſiſtendi cauſa, iniuriarum teneri, quia, iniuriam facit, qui in ius ducit eum, qui paratus eſt idoneum fideiuſſorem dare, *argumento l. 13. §. ſi quis per iniuriam. ff. de iniur. & d. l. 5 §. qui pro rei.* Ioan. *Robert. lib. 3. ſent. cap. 1. mihi pag. 272. Fuluius Pacian. de probatio. lib. 1. cap 57. num. 26.* Et ſic etiam accipio verba Arnoldi de Reiger. *in proceſſu iudiciali, diſpat. 4. theſi 48. in princ.* At qui pro contractus ſecuritate, aut impletione vltimæ voluntatis non accipit fideiuſſorem, iniuriarum non ſtatim tenetur, quia tali facto, nec iniuriam committit.

Patet conſequens. Aut enim me cogere vis, vt tecum contraham, & fideiuſſorem idoneum accipiam, & verò iniuſtum eſt deſiderium tuum, propter priuilegium cuilibet tributum, *in l. inuitum. C. de contrah. empt. l. nec emere. Cod. de iure delib. l. locatio. §. 1. ff de publican.* Vnde etiam Quintilian *in declamat. 7.* rectè dicit, *Quidquid in honorem alicuius inuentum eſt, deſinere priuilegium vocari poſſe, ſi cogas.* Aut verò tibi aliquid vendidi, tuque non ſoluere, ſed fideiuſſorem idoneum dare contendis, quem ego accipere recuſo, certè nec hic iniuriam tibi fieri conſtat, *l. quod vendidi l. vt res 53. ff. de contrah. empt. l. 5 §. ſed ſi dedi. ff de tribut. act.* Si enim id verum eſſet cur dicerent Iuriſconſulti, nolenti creditori pro ſolutione fideiuſſorem offerri non poſſe? *l. quod ſi non ſoluere. ff. de pig. act. promiſſ. §. 1. ff de conſtit.*

*conſtit.pec.l.item liberatur.§.1.ff. quib. mod.pign.vel hy-
poth.ſoluit.* Aut denique mutuo dedi tibi pecuniam,
vel rem commodaui, vel fundum vendidi, & tradi-
di, &c. vt idoneum mihi pro rei aut pretii ſolutione
dares fideiuſſorem, tu offers idoneum, & locupletem:
Sed ego pœnitentia ductus eum accipere renuo, &
rem meam recipere deſidero, an poteris me conueni-
re iniuriarum? Minimè, quia etiamſi maximè velim,
tamen pœnitere amplius non poſſum, vt ſupra *n.7.&
ſeqq.* eſt deductum, quæ igitur iniuria hæc, quæ nul-
lum habet effectum? *l. hac autem ff. ſi cui plus quam
per l. Falcid. l.13. in princ ff. de re iudicata. l. vani timo-
ris. D. de reg. iur.*

Addamus nunc exemplum ex materia vltimarum
voluntatum. Notum eſt, hæredem ſatiſdare cogi lega-
tariis, & fideicommiſſariis, *tot. tit. D. vt leg. nom. cau.*
hæres offert fideiuſſorem idoneum, quem legatarius
accipere recuſat, an poterit legatarius conueniri in-
iuriarum? Sanè non memini me id legiſſe, cum enim
hæres non, niſi interpellatus offerre cogatur, *l.1. non
exigit. ff. vt in poſſ. legat.* quid opus habet aliquot vici-
bus offerre, ſi legatarius idoneum fideiuſſorem ſemel
oblatum reſpuat? Quin potius agit ipſi legatario
gratias, quod ſuo damno eum reiecit, & ſua moroſita-
te eum à ſatiſdationis onere exemit. Vtque vno verbo
dicam, nulla hac in re iniuria fit hæredi, nullum
quoque ſentit damnum: vt fatebuntur omnes, qui
38 conſiderabunt, beneficium † eſſe ius ſuum remittere,
& id non exigere, quod exigere poſſes, *l. cum hic ſtatus
§. ſiue autem res fuit ff de donationib. inter vir. & vxor.
l. ſed ſi unius §. planè. D. de iniur. l. ſi maiores l. cum do-
nationis. C. de tranſact.* pro beneficii autem collatione
iniuriarum actionem intentare velle, iura non per-
mittunt.

Ex his igitur facilè labefactari poteſt indiſcreta il-
la ſuperius relata communis opinio, quam etſi laban-
tem erigere conari quis poſſit, ſumpto argumento *ex
l. non poſſunt. ff. de legib. l. ſed etſi. §. ult. ff. ex quib. cauſ.
maior. l. 1. §. item hoc edictum. ff. quod falſo tutor. l. 1. §.
quamvis. D. de adſig. lib. 1. regula. §. ult. verſ. etſi muni-
cipium ff. de iur. & fact. ignor. l. 7. §. ſed ſi ſervus. verſ.
Marcellus. ff. de pact.* attamen ex his legibus, hoc
39 tantum effecerit, quod † quando lex eſt ſpecialis, ratio
verò generalis, lex quoq; ſit generaliter intelligenda,
ſiquidem ratio eſt anima, virtus intrinſeca, eſſentia,
mens, & medulla legis, vt pulchrè declarant Schurff.
conſ.18.n.4 cent.1. Et Rebuff. *in l. verſ. quod non habet
locum mihi pag. 15. ff. de verb. ſign.* nec non Martin.
Benekendorff. *2. memb part. 4. num. 13. in l. ff. de reg iur.*
Atqui in prædicta *l. 5. § qui pro rei ff. qui ſatiſd. cog.*
non ſolum caſus, ſed & ratio eſt ſpecialis, ideoque ca-
ſibus peregrinis accommodari nequit. Verum hoc
40 largiri auſim, iudicem, ſi animadnertat † calumnio-
ſam, in eo qui fideiuſſorem accipere debet, intentio-
nem, & vexandi ſtudium, partes ſuas interponere
poſſe, decernendo fideiuſſorem recipiendum eſſe, ne
paſſim feneſtra aperiatur aduerſus quemcunque cre-
ditorem indiſtinctè iniuriarum actionem intendi,
id quod etiam permittit Pet. Peckius *in tract. de iure
ſiſtendi. c. 45. n. 12. in fi.*

Sed, inquis, ſi reus accuſatus, qui fideiuſſores dare
41 paratus eſt, in vincula conjici non poteſt † & ſi conji-
ciatur, iniuriarum aut ad emendam agere poteſt tàm
aduerſus iudicem, quàm aduerſus partem, fideiuſſo-
res ſuſcipere recuſantem, *l. Diuus D. de cuſtod. reor.
Bald. in l. ſed etſi. D. de in ius voc. Hippolyt. in pract.
crim. § attingam num. 1. 12. & 17. & in §. pro complemen-
to. num. 32. Ioan Goddaeus de contrah. ſtipul. b. 6. concl. 23.
num. 404. 405. & ſeqq.* & dixi infra *cap. 18.* Quod no-
42 minatim † ſtabilitur in ſtatutis Lubecenſibus *lib. 4.
tit. 11. art. 5.* his: verbis Ergò & aliam ob cauſam po-
teſt agi iniuriarum, quàm ſi fideiuſſores iudicio ſiſten-
di cauſa oblati, rejiciantur, id quod tamen cum ſupe-
rioribus pugnare videtur. Sed ſalua res eſt; Militat
n. verè hoc caſu ratio adducta à Gaio, *in d. leg. ſi vero.
§. qui pro rei ff. qui ſatiſd. cog.* Nam non quælibet, ſed
43 † ſumma & atrox iniuria eſt, in carcerem duci eum,
qui in cauſa criminali, pecuniariam pœnam tantum
ingerente, fideiuſſores dare idoneos paratus eſt, ma-
ximè, quia Bald. quoque *conſ. 184. col. 1. lib. 5.* & poſt
eum Franciſ. Beccius, *in conſ 14. num. 35.* aſſerunt, quod
44 † non ſit lex ſub cœlo, quæ dicat in cauſa ci-
uili eſſe retinendum quem in carcere, qui fideiuſſo-
rem dare eſt paratus, nec diſſentit Gail. *lib. 1. obſ. 26.
num. 1.*

45 Quippe † captura, & detentio perſonæ iniurioſa
eſt, ac ignominioſa, infamiam irrogans irretractabi-
lem, maximè apud graues perſonas, vt ex Baldo, Cor-
neo, Natta. Caſtren. Alex. Iaſ. Decio, & Cephalo pro-
bat Ant. Sola, *in conſtit. antiq. Sabaudiæ. Rubr. de captu-
ra debitoris Decerti Abuſionibus gloſ. 1. num. 2.* Vnde
etiam illud fluit, quod incarceratio ſimpliciter pe-
rita interpretationem eam accipit, vt debitor ſatiſ-
det, & carceres euitet. *gl. l. fin. verb fideiuſſionis. C. de
feriis.* & ex ſententia vndecim Iureconſultorum ita
reſpondit Erneſtus Cothm. *reſponſo. 18 num. 282.* adde
Zaſ. *in l. cum qui in poſſeſſionem miſſi ff de priu. cred.* vbi
ait: Quod reus criminis condemnatus in pecuniam, ſi
fuerit incarceratus, oblatis fideiuſſorib. eſt relaxan-
dus, quia ſi à principio ſatis dediſſet ante carceres,
poterat carcerationem euitaſſe. Tantum igitur abeſt,
vt Vlpianus cum Gaio pugnet, vt etiam à Gaio genui-
na ratio petenda ſit ad reſponſum Vlpiani explican-
dum Et huc pertinet quòd tradit Petr. Rebuf. *in tract.
46 de priu. ſcholar. priuil. 173.* nimirum, præfectum † vigi-
lum, qui captum ſtudioſum, & offerentem fideiuſſo-
res non relaxat, iniuriarum conuenire poſſe, cum
quò concordant tradita per Iaſ. *in d. l. ſi vero. § qui
pro rei. n. 4 ff. qui ſatiſd. cog.* & Roder. Suarez *de fideiuſ.
47 in cauſa criminali. n. 3.* Imo & vaſallus † fideiuſſores à
domino recipere recuſans, ſed carceri eum includens,
feudo priuari poteſt. *Iacobi. de S. Georgio de feu. verb.
delique vaſalli la 1. n. 23. Lud. Schrad. de feu p. 9. c. 4. n.
83. & c. 7. n. 165. Henr. à Roſenthal. in tract. feud. tom. 2.
48 c. 1. concluſ. 20. n 40.* Carcerare † n. aliquem eſt illici-
tum, cum libertati repugnet, ac motum, vſumq; mem-
brorum impediat. *Iaco Marchiſellus in ſyina quæſtio-
num practicarum. q 33. n. 1.* quod correlatio inter domi-
num feudi, & vaſalium non patitur, *c. unic. verſ inco-
lume, ne ſit in damno domino ſuo, de corpore ſuo de forma
fidelit.*

Vltimo loco dicit Gaius; *Sed & ipſe fideiuſſor, qui
non ſit acceptus, tanquam de iniuria ſibi facta queri po-
terit.* Aptiſſimè, *De iniuria ſibi facta.* Quia n. euiden-
tiſſimè locuples fuit, aut etiam cauſa cognita adpro-
49 batus reiectio ſanè † illa in ipſius fit iniuriam; non ſo-
lum, quia quoad facultates apud alios fit ſuſpectus,
quaſi nimirum inopia laboraret, *l. ſi creditor. §. 1. & §.
ult. de reb. auct. iud. poſſid.* Verum etiam quia maximè
laborare ipſius fides incipit, vtcunque patrimonium,
ſit amplum, & ſufficiens, *l. ſi ſtipulatus 112. ff. de ver. obl.*
ideoque merito iniuriarum conueniri poteſt actor, ſi
modo iniuriandi animo non ſit acceptus, *arg. l. item
apud. § ſi quis non debitorem. ff. de iniur,* & probat. Ang.
in l. fin. ff. rem pupilli ſaluam fore. Mantua: *ſing. 538. in-
cip. In materia.* Hoc autem addo, quia facile fieri po-
teſt, vt iuſta cauſa ſit à recuſandi. Quid enim, ſi offera-
tur fideiuſſor facultatib. quidem idoneus, & probatæ

50 fidei homo,ſed †capitalis actoris inimicus? Hoc caſu
non poſſum adduci,vt credam, actorem à fideiuſſore
iniuriarum conueniri poſſe, etiam ſi ab ipſo rejicia-
tur, *l. vel exilio. ff. de procur. l. ſanè ſi valetudine. ff. man-
dati.* imo potius non inepte quis diceret, per acce-
ptionem illam,ſi fieret,quaſi diſſimulatione iniuriam
aboleri, quàm tamen actor ad animum ſuum reuoca-
uit,& neutiquam remittirtere prætendit. *Facit in ar-
gumentum Vincent. Carocius. dec. 26. n. 4.*

Sic igitur conſtat creditoris voluntatem in acci-
piendo fideiuſſore regulariter explorandam eſſe, Cre-
51 ditoris, inquam, veri, & non † cuiuſuis: h. e. eius cre-
ditoris tantum, apud quem etiam ipſe reus princi-
palis eſt obligatus: Fideiuſſor enim obligari non
poteſt ei, apud quem reus promittendi non eſt obli-
gatus, Quare ſi ſeruus communis Titii, & Sempronii,
nominatim Titio dari ſtipulatus fuerit, & fideiuſſo-
rem ita interrogauerit: Titio aut Sempronio id dare
ſpondes? Titius quidem petere à fideiuſſore pote-
rit, Sempronii verò perſonam in hoc ſolum inter-
poſita videbitur, ut ſolui ei ante litem conteſtatam,
etiam ignorante vel inuito Titio poſſit, *l. fideiuſſor. 16.
in pr. l. ſi mihi aut Titio 23. D. de fideiuſſorib.* quibus iun-
genda *l. ſtipulatus 9. cum 3. ll. ſeqq. l. cum quis 38. l. ſi
quis 57. 9. l. ſi ita 59. l. cum decem 71. l. Stychum. §. quæ-
ſitum eſt. D. de ſolut. cum ſi*

52 Similiter loquor † hic tantum de creditore, cui &
reus,& fideiuſſor efficaciter obligari poſſunt. Quid n.
ſi creditor ſit, qui contra leges, vel bonos mores cre-
dat, fideiuſſoreinque exigat? Non utique nomen cre-
ditoris is meretur, & fruſtra ei fideiuſſor offertur *leg.
qui contra 11. leg. ſi quis pro eo. l. ſi à reo. §. id quod vulgo.
ff. de fideiuſſ.* Sic ſi quis his perſonis, quæ agere non
potuerunt (*de quib. in tit. qui legit. perſon. ſtandi in
iud. hab. vel non*) fideiuſſorem iudicio ſiſtendi cauſa
dederit, fruſtra erit datio, *l. 2. §. 1. D. quia ſatiſd. cog.*

Interim tamen verè nihil intereſt, ex quo contractu
53 † quis ſit creditor, vtrum creditor pure, vel an in diem,
aut ſub conditione, vt paſſim apparet, *in ti. D. de fide-
iuſ. & l. in omnib. ff. de iudic.* quam explicaui ſupra c 5.
54 *n. 50. & ſeqq* Vtrum † ſit paterfamilias, vel filiusfami-
lias, liber an ſeruus, mas an fœmina, paganus, vel mi-
les; Quicunq; n in creditum abire poſſunt, illi etiam
alterius fidem rectè ſequuntur, *l. 1. l. ſi pecuniam. 16. ff. ſi
55 cer. pet.* Idq; in ſpecie quoad filiumfam. traditum † eſt,
in l. ſi debitori 47 §. 1. ff. de fideiuſſ. quæ eſt ex lib 9.
quæſtionum Papiniani, & inquit Papin. *ſi filius in cau-
ſa peculiari ita fideiuſſorem acceperit, quantam pecu-
niam credidero fide tua iubes? & emancipatus credat,
patri quidem, ſi non eſt reus obligatus, non tenebitur, filio
vero humanitatis intuitu obnoxius eſſe debet.* Ex qua
primo hoc liquet, filiumfam. in cauſa peculiari fide-
iuſſorem accipere poſſe. De cauſa peculii Caſtrenſis,
vel quaſi, ne quidem dubitandum fuit, cum illo fi-
liusfamilias vicem patrisfamilias ſuſtineat.

Quod deinde Papinianus ait: *Quantam pecuniam
56 credidero, fide tua eſſe iubes?* id aliquando ſic † offertur;
*quantam pecuniam quandoque credidero, l. ſi ita ſtipu-
latus ff. de fideiuſſoribus.* licet, & dempta voce, *Quan-
doque*, in futurum per ſe alioquin ſit concepta ſtipu-
latio. Sed quare, inquis, ſi filiusfamilias ita ſtipulatus
ab initio, poſteà emancipatus credat, fideiuſſor non
tenetur? Reſpondet Papinianus, hoc ideò eſſe, quia
reus ipſe patri non eſt obligatus: id quod clarius
exprimit Paulus, *in l. quidam. 132. § vlt ff. de verb. oblig.*
ergò nec fideiuſſor patri debebit. Atqui hoc pugnare
57 videtur † cum *l. ſi filiusfamilias 78. ff. de verb. oblig. l. qua
legata 18. l. non omne 144. §. 1. D. de reg. iur.* in quibus
locis probatur, quod in ſtipulationibus id tempus
ſpectetur, quo contrahimus, quod ſi verum eſt, tum
conditio ab eo tempore, quo exiſtit, retrotrahetur ad
tempus contractus, ita vt tunc cum conditio exiſtit,
perinde habeatur, atque ſi eo tempore, quò ſtipula-
tio eſt interpoſita, foret ſine conditione contractum,
*l. potior 11. in fin pr. ff. qui pot in pig. hab. l. is cui 41. D. de
oblig. & act.* & per conſequens confeſtim patri acqui-
retur, quod filius eſt ſtipulatus, quamuis petitio ex ea
ſtipulatione ſit ſuſpenſa, *l. uſusfructus. 26. in fi. ff. de ſti-
pul. ſeruor.* Videtur igitur falſum eſſe, quod Papinia-
nus ait, ſi filius ita ſtipuletur, quantam pecuniam cre-
didero, nec reum, nec fideiuſſorem patri obligari;
nam certè conditionalis hæc eſt ſtipulatio, futurum
tempus reſpiciens, *l. itaq; D ſi cert. pet l. vt heredib. §.
cum ita. D. de leg. 2.* etiam ſi igitur poſteà emancipatus
credat, retrotrahetur tamen is actus, vel illa condi-
tionis impletio, ad tempus primi contractus, quare,
& illi obligabuntur.

Sed facilè hæc antinomia euitari poteſt ex diuerſi-
tate ipſius ſtipulationis Pone enim. ſtipulatus eſt fi-
liusfamilias hoc modo: Mæui dabis decem, ſi Bertha
Titio nupſerit? poſteà is emancipatur, & poſt ipſius
emancipationem demum Bertha Titio nubit, quod
perinde eſt, ac ſi dicas poſt emancipationem condi-
tionem exiſtere: certè patri commodum ſtipulatio-
nis huius competit, vt & actio, quia eo ipſo momen-
to, quo filiusfamilias ſibi decem dari ſtipulatus eſt,
ſtipulatio ſtatim vires accepit, & ſi non fuiſſet exſpe-
ctanda conditio, ſtatim decem illa per patrem exigi
potuiſſent. Retrotrahitur igitur tempus exiſtentis
conditionis caſualis, vel mixtæ ad tempus contra-
ctus, ſecundum ſupra dicta.

Ruſus nunc pone; Stipulatus eſt filiusfamilias
hoc modo: Quantam pecuniam credidero, fide tua
eſſe iubes? an ex præſenti vires accipit hæc ſtipula-
tio? Minimè, quia adhuc pecuniæ numeratio deſide-
ratur, *l ſi ita fuera. §. 1 ff. de nouat.* quæ cum non fiat à
filiofamilias, ſed ab emancipato, emancipatus autem
ſibi quærat non patri manifeſtum ſit, cur neque reus
promittendi patri teneatur, nec fideiuſſor ei debeat
quidquam, *dicta l. quidam. 132. § vlt. ff de verbor. oblig.
l. ſi quis 3. § ſi à filiofam. cum ll. ſeqq ff. Macedon.* Nam
pluſquam manifeſtum eſt, patremfamilias vnum al-
teri patriſfamilias nullam poſſe ſtipulando quærere
actionem. *§ ſi quis alii. Inſtit. de inutil. ſtipulat.* Præte-
reà, & hoc notandum eſt, quia filiusfamilias dicit.
Quantam credidero, fieri poſſe, vt fortè nunquam cre-
dat, *argumento l. qui pecuniam. ff ſi cert. petat.* & ſic ab
initio plane incertum eſt, an etiam vnquam ex ea ſti-
pulatione quid deberi poſſit, *dict. l pecuniam, in fin. ff. ſi
cert. petat.* non igitur prius vires habere poteſt illa ſti-
pulatio, quàm ſi crediderit.

Verum retrotrahi ne debet tempus numerationis
ad tempus interpoſitæ huius ſtipulationis, hoc eſt,
contractus? Nullo modo, Ab initio enim tenera non
58 fuit in effectu aliqua obligatio, cum † pro non dicto
id ſit, quod dare, niſi velis, cogi non poſſis, *l. ſub hac.
8. ff. de oblig. & act. l. 17. l. à Titio 108 §. vlt ff. de verb.
oblig.* ex ſequenti igitur numeratione demum efficax
facta eſt obligatio, & abſurdum eſſet, perſona muta-
ta, ius ipſius perſonæ non mutari, & adhuc magis ab-
ſurdum, ad id tempus quid retrotrahere, quod de iure
in conſiderationem non venit. Ne dicam commu-
59 niter tradi, poteſtatiuas † conditiones non poſſe re-
trotrahi, vt obſeruat Iaſon, *in d. l. quidam. §. vlt. D. de
verb. oblig.*

60 Neque † obſtat, quod *in l. vlt. ff. de ſtip. ſeruor.* dicitur:
ſi filiusfamilias contrahat, & ſtipulando quid in tem-
pus ſuæ emancipationis conferat, id patri deberi. Se
ipſam

ipſam enim explicat ſatis his verbis: *Si tamen dolo ma-
le fecerit*: quod non fecit in ſpecie propoſita. Nam
nihil nominatim in tempus ſuæ emancipationis con-
tulit filiusfamilias, *in d. l. ſi debitor. § ſi filius ff. de fideiuſ-
ſorib.* quare dolum etiam præſumere non debemus.
Ita cum Cuiac. *in tractat. 2. ad Afric. pag. 28.* dicere,
quam de conditione intrinſeca quidquam adducere,
tutius eſt.

6 Subiicit autem Papinianus; *Fideiuſſorem etſi patri
non teneatur, tamen filio humanitatis intuitu obnoxium
eſſe debere*, quæ verba etiam ſunt explicanda. Huma-
nitatis igitur intuitu obnoxius eſt fideiuſſor filio
emancipato, (quia filio non competit directa actio ex
ſtipulatu) quæ recto iure patri quæſita videtur, (quam-
uis per exceptionem doli elidatur) ſed competit vti-
lis. Et ita in *l. in factum, ff. de oblig. & act.* In factum
actiones etiam filijfamiliarum poſſunt exercere, hoc
eſt, poſſunt exercere vtiles actiones in caſibus, quib.
ipſe pater nequit, *l. ſi longius, §. 1. ff. de iudiciis.* Æquitatis
61 enim ratio † cauſa eſt vtilium actionum, *l. quia actio-
num. ff. de præſcript. verb.* Veruntamen hæc vtilis actio
62 idem efficit, quod efficeret directa, quia † actio in fa-
ctum ſiue vtilis proxima eſt directæ, *l. ſi conuenit, ff. de
reſcinden. vend.* Et pulchrè Papinianus dicit, hoc fieri
humanitatis intuitu: nam recto iure, & ſtricta ratione
63 non fieret, ſoletque Papinianus humanitatis † admo-
dum eſſe ſtudioſus, *l. ſeruum, ff. de ſeru. export. l. 16. ff. de
compenſat.* quanquam ea etiam magni fiat apud Pom-
ponium, *l. ſi ita. 8. §. vnius, ff. de option. legata.* Vlpianũ,
*l. ſi cum 38 §. 1. D. ex quibus cauſ. maior. l. ſed etſi 25. ff. de
vſufruct. l. ſi fuerit. 10. § fin. D. de rebus dubiis*, & Scæuo-
lam, *in l. Thais, § libertatem, D. de fideicom. libert.* Imò
humanitatis, & beneuolentiæ nomine etiam Impp.
D. Marcus & Anaſtaſius commendantur, *in l. Diuus
31. ff. ad legem Corn. de falſis, l. ab Anaſtaſio, C. mandati.*
Nec latuit hoc Africanum, *in l. quidam 46 D. de hered.
inſtituen.* qui in eadem ferè ſpecie filio actionem vul-
64 garem, † hoc eſt directam (*vt in l. ſi ſeruus, nauem, D.
de furtis.* quæ etiam principalis vocatur, *in l. in commo-
dato, §. 1. D. commodati.*) denegat, & vtilem concedit:
quam Vlpianus, *in l. ſi vero. 12. § ſi filiusfamilias, ff. man-
dati.* In factum appellat: Et tamen de §. 1. *dicta l. ſi
debitori. D de fideiuſſoribus.* cuius principium, cum ſit
lex digna Papiniano, deinde *cap. 10. nu. 26. & ſequenti-
bus*, interpretabor.

De ſeruo quoque dubitari non debet, quin fideiuſ-
65 ſorem † rectè accipiat, ſi modo credimus Venuleio,
in l. ſi ſeruus, 25. D. de ſtipul. ſeruor. quæ ſumpta eſt ex
libro ipſius 12. ſtipulationum, vbi Venuleius id in
ſeruo hæreditario exemplificat, item in ſeruo eius,
qui eſt apud hoſtes. Cæterum videtur Venuleius
μὴ ἐν αἰδῶς obieciſſe interpretibus, cum de ſenſu le-
gis iſtius inter ſe adeo ipſis non conueniant. Nam
66 † Antonius Goueanus *lib. 1. lection. c. 31.* verſiculum fi-
nalem totum delendum, & ſpurium eſſe putat addi-
tum fortè à gloſſatore quodam, quum tamen in ar-
chetypo Florentino, & libris manuſcriptis exiſtet. Ia-
67 cobus † vero Cuiac. *lib. 16. obſer. cap. 38.* arbitratur, *d. l.
ſi ſeruus, cum l. 4. D de d uerſ. & temp. præſcript.* facilè
conciliari poſſe, cum *d. l. 4.* loquatur de reis, hoc eſt,
68 fideiuſſoribus, altera vero de actoribus. Præter † ho-
ſce aliter ſentire viſus eſt. Quidam doctor *libro 3.
obſer. 19.*

69 Denique Antonius † Faber *libro 4. coniectur. iur.
ciuil. cap. 3.* credit, diſſenſionem hac in re fuiſſe inter
Iuriſconſultos: & Venuleium retuliſſe quidem Caſ-
ſij ſententiam, ſed eam non probaſſe, Iauolenum au-
tem, quia Caſſianus fuit *l. 2. in fin. ff. de orig. iur.* ſen-
ſiſſe cum Caſſio, *d. l. 4. D. de diuerſ. & temp. præſcript.*
Antonius Heringius.

Verum per me licèt, vt lector vnam harum opinio-
num amplectatur, non enim in illas inquirere mei
iam eſt propoſiti, ne abſque cauſa extra chorum ſal-
tare velle videar.

Sed proponamus, patrem filio, dominum ſeruo,
maritum vxori, debere, & obligatum eſſe, an rectè ab
his exigetur fideiuſſor? num filiusfamilias ſeruus, &
vxor, idonei erunt creditores, quibus fideiuſſor præ-
70 ſtetur? Sanè † ſi pater à filio, vel dominus à ſeruo ſti-
pulatus fuerit, & fideiuſſorem acceperit, fideiuſſor ac-
ceptus tenetur, *l. ſi quis pro eo, § primo, l. ſi à reo. §. adeo,
D. de fideiuſſoribus.* quia vterque obligatur naturali-
ter, non ſaltem in ſtipulatione, ſed etiam in aliis
contractibus, *l. frater à fratre, §. quæſitum, ff. de con-
dict. indeb. l. nec ſeruus, l. quod ſeruus, ff. de pecunia.* huic
autem obligationi non quidem ex ſtipulatione (quæ
nulla eſt) ortæ, ſed pro retentione, & deductione na-
turali æquitate introductæ, præter, & contrà iuris
ſtricti rationem fideiuſſor optime accedere poteſt, *l.
fideiuſſor. §. fideiuſſor, ff de fideiuſſorib. Io. Godd. de contr.
ſtipul. c. 7. concl. 6. nu. 70.*

71 At ex diuerſo, ſi filius à patre † vel ſeruus à Domi-
no ſtipuletur, & fideiuſſorem acceperit, fideiuſſor ac-
ceptus non tenetur, *dicta l. ſi quis pro eo, §. 1 ff de fide-
iuſſor. §. item inutilis, & ibi Dd. Inſtit. de inutil. ſtipulat.
Ioannes Goddæus d. cap. 7. concluſ. 5 num. trigeſimo octauo,
trigeſimo nono, & quadrageſim & concluſ. 6. n 68* Quod
ſimiliter, & ad alios contractus extendo, vt ſi filius
vel ſeruus patri vel domino mutuum dederit, vel rem
commodauerint, vendiderint, locauerint, nulla regu-
72 lariter (quod † verbum notandum erit propter ſen-
tentiam Scabinorum Lipſenſium (quæ collocata eſt
poſt Inhabilitatio, ſub rubrica ſi pater veller vende-
re bona filij ſit obligatio, & nulla, quæ fortè inter-
uenerit, fideiuſſio, *Ioannes. Goddæus, dicta concl. 5.
num. 41.*

Et quod ad ſtipulationem attinet, Paulus *in dict. l.
ſi quis pro eo §. 1 ff. de fideiuſſ.* aperit rationem, id pro-
73 pterea fieri. Quia non poteſt quis † pro eodem, & ei-
dem eſſe obligatus, quam rationem ſic interpretari
poſſumus. Quidquid filius à patre ſtipulatur, id eo-
dem momento patri ſtatim acquiritur, *l. quod dicitur.
13 ff. de verborum oblig. l. placet, ff. de acquir. hered.* Cur
ita? Quia vox filij eſt vox patris, & patris filiique per-
ſona pœnè eſt eadem § *ei verò, Inſtit. de inut. ſtipul. l. vlt.
C. de impub. & aliis ſub. l. cum ſcimus, C. de agric. & cenſ.
l. b. 11. Baptiſta à Villalobos in theſaur. com. opin. in addit.
Ficard. numero trigeſimo octauo.* Ergo quod filius à pa-
tre ſibi dari ſtipulatur, pater ſibi ipſi ſtipulari videtur.
Ex iuris nimirum ciuilis fictionibus, argutiis, & ſub-
tilitatibus, vt vult Hottoman. *in l. frater à fratre, mihi
pag. 386. D. de condict. indeb.* Nunc ſi fideiuſſor in-
teruenirct; fideiuberet is patri pro patre, quod eſt
abſurdum, *l. qui hominem, §. quidam. D. de ſolution.*
Quis enim hic intelligi poteſt ſtipulator, quis pro-
miſſor? quis creditor, quis debitor? Deinde nemo
74 ſibi ipſi quidquam debere poteſt, *l. legatum 3. l. qui
filiabus, § 1. D. de legat. 1.* cum impoſſibile ſit, vt
75 actio & † paſſio, tanquam contraria, vno momento
fiant in vno ſubiecto, ac circa idem, ad idem eodem
modo, ſimul concurrant, *l. prætor 4. D. de tuterib. &
curatorib. datis ab his. l. vlt. D de offic. prætor. Ioan.
Goddæus de contrah. ſtipulat. cap. 7. concluſ. 5. numero*
76 40. Non aliter, ac fieri per † rerum naturam ne-
quit, vt quod vnum eſt, fiat duo, & in diuerſa res eat
vnitas ingenita ſimplicitate diuiſa, vt loquitur Arno-
bius, *lib. 4. aduerſ. gentes mihi pag 61.* Cum igitur nec
creditor nec debitor intelligi poſſit, quorſum fide-
iuſſor? Eſſet enim id, ſtatuere accidens ſine ſubjecto,

Digitized by Google

quod eſt *ἀδύνατον*. *Iul. Pacius antimon. cent.4. quæſt.16. mihi pag 24.*
Porro eadem omnino obtinent in ſeruo. Nam
quia ſeruus domini voce loqui videtur, *§. poſt mor-
tem. Inſtit. de inutil. ſtipulationib.* videtur dominus ſibi-
ipſi quoque ſtipulari, ergo ſimul ſtipulator erit, &
promiſſor, quod rurſus eſt *ἀδύνατον*. Neque igi-
tur fideiuſſor pro domino poteſt ipſi domino fi-
dejubere. Et hæc quidem in ſtipulationibus ſe ita
habent,
77 Ratione aliorum † contractuum quoque non re-
ctè a patre fidejuſſorem exigit filius, non ſolum, quia
nihil habet in quo patrem ſibi debitorem conſtituat,
*d. l. placet, ff. de acquir. hæred. §. igitur Inſt. per quas per-
ſon. nob. acquir.* verum etiam, quia illæ ipſæ cautiones
non poſſunt interponi conſeruata patria poteſtate, *l.
Imperator. ff. ad Trebell.* Nam ſi pater cogeretur filiofa-
milias dare fideiuſſorem, concideret præcipuus pa-
triæ poteſtatis effectus, nempè rerum acquiſitio, quæ
per filium acquiruntur. Quid enim ſi filio contem-
platione patris quid donetur? peculium eſt profecti-
tium, & patri acquiritur in totum, & ſi huius ratione
filius à patre fideiuſſorem exigeret, vi patriæ poteſta-
tis juſte repelleretur. Idem ferè obſeruatur in peculio
78 † aduentitio, cujus ſanè vſusfructus patri quæritur,
verum pater ſatiſdare non tenetur, nec de vtendo ar-
bitrio boni viri, nec de reſtituendo, nec vllis aliis
oneribus grauatur, *l. cum oportet, §. non autem, C. de bon.
mat. Arius Pinell. in l. 1 part. 2. num. 10. C. de bon. mat.
Valent. Forſterus de ſucceſſ. ab inteſtat. lib. 7. cap. 13. nu. 3.
& 8.* Et ita intrepidè tenendum eſt, vt ait Barnab.
Cornaz. in terminis *in deciſio. Rotæ Lucenſis* 119. *nu. 11.
& 12.* quidquid etiam dixerit Iaſ. *in l. ſoluto. §. e-
lunt autem numero 1 ff ſolut. matrim.* Quia, vt eleganter
ait *l. cum non ſolum § ſin autem ex alterum, ad fin. C. de
bon. quæ liberis.* paterna reuerentia patrem excuſat à
cautionibus, & ab aliis omnibus, quæ ab vſufructua-
79 riis extraneis à legibus exiguntur. Niſi † fortè talia
bona aduentitia dilapidet, tunc enim, niſi adminiſtra-
tione priuari malit, fidejubere tenetur. *Socin. conſilio.
34. numero 13 & 14. vol. 1. Ioan. Petr. Surdus, deciſion.
279. num. 5. M. Anton. Natta. conſil. 543. num. 26.* Poſſe
81 quidem contrarium de jure † Saxonico diſputari,
ex textu, & gl. *lib. 1. art. 11.* Verum Daniel Mollerus
in comment. ad conſtit. Saxonicas. conſtit. 25. num. 6. part. 3.
81 dicit, hoc † in caſu nullum diſcrimen eſſe inter jus
commune, & Saxonicum, cùm illo jure nihil muta-
tum reperiatur.
Cæterum quod dixi, patrem filio ſuo non rectè
82 præſtare fidejuſſorem, id primo limitatur † in bonis
Caſtrenſibus vel quaſi. In his enim filiusfamilias
83 † habetur pro patrefamilias, *l. 6 §. vlt. ff. de iniuſt. rupt.
& irrit. l. 2 ff. ad Maced. l. vlt. C. eodem.* Suntque ipſius
patrimonium proprium, *l. 3. §. ſi autem, 10 ff. de minori-
bus.* item ex his bonis cuilibet ſatisfacere poteſt, *l. ſi
quis vxori, 52 § ſed ſi ſi iuſ. ff de furtis.* in tantum, vt in-
ter patrem, & filium horum bonorum nomine con-
ſiſtat emptio, *l. 2 ff de contrah. emption.* Sicut etiam lis
ac actio. *l. lis nulla ff. de iudiciis, l. adoptiuum, D. de in ius
voc.* non igitur mirandum eſt, quod patrem in hiſce
bonis obligatum habeat filius, ab eoque fideiuſſorem
exigere poſſit. Quare ſi filius, ex rebus Caſtrenſibus
vel quaſi, patri ſuo quid crediderit, & fideiuſſorem
acceperit, fideiuſſor tenetur; quia hic non habet lo-
cum ratio Pauli, quæ habet locum in filio in patris
poteſtate conſtituto. Filiusfamilias, & pater ſunt vna
perſona, At in Caſtrenſi vel quaſi Caſtrenſi peculio
duo ſunt patresfamiliarum, & fideiuſſor intercedens
non eidem pro eodem, ſed alij pro alio fidem ſuam
obſtringit. *Ioan. Goldduis dicto capit. 7. conclu. quinta,
num. 42.*
84 Secundò † non obtinet ſupradicta concluſio in
filio emancipato. Is enim patrem obligatum ha-
bere, adeoque eum ſpio, licet non agatur de Caſtren-
ſi vel quaſi Caſtrenſi peculio, litigare poteſt, *l. 5.
C. de in ius vocan.* Sequitur ergo, & fideiuſſorem à pa-
tre dari poſſe filio emancipato. Et ſi enim quamdiu
conſeruatur patria poteſtas cautiones inter patrem,
& filium non rectè interponuntur. *l. Imperator, ff. ad
Trebell. facit, l. 7. ff. de oblig. & act.* Poſtquam tamen per
emancipationem filius ſe à manu, & poteſtate patris
liberauit rectè interponi poſſunt. Et hoc de jure ſtri-
cto ita ſe habet.
85 Sed † plerumque propter reuerentiam remitti ſo-
let, etiamſi filius ſit emancipatus, patrique fides ha-
betur, etiam ſatiſdatione omiſſa, quod opinor, ſit ob
memoriam priſtini dominij, *l. omnes, §. ſeruus ff de quæ-
ſtionibus, l. libertus 41. D. de oper. liber. l. vltim. de decu-
86 rionibus.* Eſto † enim, quod pater per emancipatio-
nem filij dominus eſſe deſinat, nam ante emancipa-
tionem verè eſt dominus, *in l. ſuus, D. de liber. & poſthum.
l. pronunciatio. §. idemque venit, D. de verbor. ſignificat.*
pater certè eſſe nunquam deſinit. *l. iura ſanguinis, D.
de regul. iuris. l. 8. D de cap. minut.* Cui meritò reuerèn-
tia ſemper eſt præſtanda, *l. liberto. D de obſeq. par. &
pat. præſtan.*
Quod equidem planum fit ex loco Pauli, *libro ſe-
87 cundo Manualium*, ex quo tranſcripta † eſt *l. filio, D. vt
legator. nom. caueatur*, vbi talis eſt facti ſpecies: Teſta-
tor inſtituit patrem hæredem, eumque damnauit, vt
filio ſuo proprio legatum præſtaret, addita tamen
conditione, puta, ſi nauis ex Aſia veniret. Pendente
conditione hujus legati, filius a patre ſuo ſatis pete-
bat, quemadmodum alij legatarij, vel fideicommiſ-
ſarij conditionales ſolent, *tot. tit. D. vt legat. nomine
caueatur.* Verùm reſpondetur filium illum hujus le-
gati à patre ſuo ſatis petere non poſſe, quia vt Papi-
nianus ait, *dicta l. Imperator, D. ad Trebellianum,* cau-
tio interponi non poteſt conſeruata patria poteſtate,
cum igitur patria poteſtas adhuc duret in noſtro ca-
ſu, perperam filius cautionem a patre interponi po-
ſtulat. Sed finge † filius pendente conditione legati
à patre eſt emancipatus, quæritur an audiendus ſit, ſi
tum ſatis petat? Subſiſtit initio Paulus, cum non ſo-
lum filius habeat juſtam ſatis petendi, verum etiam
pater ſufficientem recuſandæ cautionis cauſam. Pa-
tet quidem, ſi dicamus, poſt emancipationem fi-
lium poſſe à patre ſatis petere, nam tum beneficium
ſuum ipſi eſſet onerosum, admitteretur que filius ad
petendam cautionem poſt emancipationem, quam
conſeruata patria poteſtate, petere non potuiſſet:
88 nemo autem ex liberalitate ſua pœnam pati debet,
l. ad res donatas, D. de ædil. edicto. vocat Iuriſconſul-
89 tus emancipationem † beneficium, quia nemo inui-
tus facile filium emancipare cogitur, *l. non poteſt, 31. ff.
de adopt. l. penult. D. ſi tab. teſt. nulla extab. §. vlt. Inſtit.
quib. mod. pat. poteſt. ſol.* & auctore Seneca, *lib. 3. de be-
neficiis cap. 6.* beneficium eſt, quod datur, cum liceret
& non dare, quare, & *in l. nec auus, C. de emancip. liber.*
emancipatio beneficium vocari videtur, non aliter
90 † ac manumiſſio beneficium dicitur, *in l. 4. ff. de inſtit.
& iur. l. ſi ſeruo. D. de hered. inſtit. l. 3. D. obſeq. par. & pat.
præſtand.* & libertas gratuita. *in l. 1. Cod. de libert. &
eor. liberis.* Item liberalitas, *l. veterani 24 C ad Vell.*
& apud Terentium, *in And. act. 1. Scen. 1.* ſummum bo-
num. Filius verò ad petendam cautionem ideò ad-
mittendus videtur, quia pater ſibi imputare debet,
quod dedit ei facultatem aduerſus ſe poſtulandi: non
enim

Digitized by Google

enim ignoti juris eſt, filium emâcipatum aduerſus pa-
trem conſiſtere poſſe, *dict. l. 3. C. de in ius vocan.* Et ſic
prima fronte cauſa hæc eſt indirempta, nec facilè ap-
paret, patrine an filio ſit fauendum, fecitque aliud
91 ipſum † etiam alibi Paulus in libris mutuatum, vt
primo duplicem rationem pro vtraque parte pone-
ret, deindè vero deum ſententiam ſuam ſubijceret, *vt
colligitur ex l. & exheredatum 49. ff. de re iud. l. ex illa
parte 117. ff de verb. ſignif. l. pen ff. pro ſocio.*
Proferimus ergo deciſionem Pauli, *in dicta l. filio
ff vt legat. nom. caueatur, Melius eſt*, inquit Paulus, *per
mediocritatem cauſam dirimere, vt cautioni tantum cum
hypotheca ſuarum rerum committatur.* Eligit Paulus
92 † mediam viam per hanc enim quæſtio diriminitur, *vt
in l. 1. §. ſi heres. ff. ad Trebellia.* & hoc amplius etiam
vtrique conſulitur, patri, in eo, quod nudæ ſuæ repro-
miſſioni committitur, ſic namque cautionem accipio,
*vt in l ſi quando, §. 1 ff vt lega. nom. caueatur. Iaco. Cuiac.
in Nouella 22. mihi pag. 147.*
Filio autem per id, quod etſi fideiuſſores à patre
non accipit, ſatis tamen abunde ei ſufficit cautio cum
hypotheca rerum patris. Neque igitur filius patris
prædita hac cautione amplius onerosus eſſe debet,
ſed potius cogitabit, patrem non ideo ipſum ſuo
beneficio ex poteſtate patria liberaſſe, vt aduerſarium
ſed vt beneficij memorem haberet, ſicque verborum
lenitate æquitatem ſuæ petitionis commendabit, vt
omnis honor patri manumiſſori debitus reſeruetur,
argumento l ſi manumiſſori, Cod. de obſ. pat. præſ. cum ſe-
ſe intelligat huic obſequij plus debere, à quo ſe
meminerit ſacris vinculis exutum, *l. 1. verſ. nec ſa-
nè, Cod. de offic. prætorum, l. 1. verſ. cum magis, C. de re-
uocand. donat.*
93 Cæterum hæc † mediocritas Pauli non admitti-
tur, ſi teſtator ſpecialiter ſatiſdari voluerit, & ſatiſda-
tionem exigi diſpoſuerit. Sicut enim prohibere poteſt
teſtator ſeruandorum legatorum ſatiſdationem, ne
eam coniunctus a cõjuncto exigat, etiamſi heres con-
junctus ſubſtantiam ſuam dilipet, vereaturque fidei-
commiſſarius vel legatarius coniunctus, ne inane fi-
deicommiſſum vel legatum conſtituatur, *l. licet 12. l.
qua ſi iam 18. in princ. ff. vt lega. vr. nom. caueatur. l. 2. &
94 l. penult. C. vt in poſſ. legator.* Ita † viciſſim, ſi teſtator
ſpecialiter ſatiſdari voluerit, pater filio, filius patri,
frater fratri, ſororiuè, eam ſatiſdationem, pro legum
ordine, præbere neceſſe habet, *l. iubemus, § inſupra di-
ctis, C. ad SC. Trebell.* quod adeo verum eſſe credide-
rim, vt nec per pactum inter hæredem, & legatarium
hoc caſu ſatiſdatio remitti poſſit, alias enim non ſer-
uaretur defuncti voluntas, qui ſpecialiter exigi voluit,
l. pactum 46 ff de pactis à contrario ſenſu.
95 Deinde quoque pater † filio præſtat ſatiſdatio-
nem legatorum, hoc eſt, non *ἰκανοδόσιας*, ſed *ἀσφάλειαν*,
ſiue nudam cautionem, ſi ad ſecundas tranſeat nu-
ptias. *dicta l. iubemus, §. inſupra dictis, C ad Senatuſconſ.
Trebell. Iacob. Cuiacius in Nouella 22. verſic. octaua pœ-
na.* Idque in matre eſt indubitatum, ſicut appa-
ret ex conſtitutione Leonis, & Anthemij, *in l. hac
edictali, §. hoc illud, Cod. de ſecundis nuptiis.* vbi ma-
ter præſtat filiis primi matrimonij fidejuſſores, &
filij ruſus matri, nec enim hic aliqua poteſtatis pa-
triæ habetur ratio, licet alioquin parentibus, etſi in-
æqualis eorum eſt poteſtas, æqua tamen pietas de-
betur, *l. furioſa, ff. de curat. furioſi, l. parentes, ff.
de in ius vocando.* Et ita in ſpecie traditum eſt ab
Vrſillo *in additionib. ad Afflictum, deciſ. Neapol. 75. nu.
19* quamquam in alia abire videatur Ioan. Petr. Surd.
deciſ. 279.
Tertiò, officium ſuum perdit præmiſſa concluſio,
patrem non præſtare poſſe filio ſuo fideiuſſorem, in
96 bonis nimirum aduentitiis, quibus † caſibus filiofa-
milias plene accurruntur, tunc enim is, vt alius quili-
bet paterfamilias, illa bona adminiſtrat, quemobrem
nemini dubium eſſe exiſtimo, cum, ſi in his bonis cum
patre contrahat, iure exigere fideiuſſorem: per notata
gloſſ. in l. pactum. verb. maxime. C. de pactis. & tradit Ga-
briel Mudæus *in titul. de contrahend. emption. cap. 6. nu.
3.* Cuiacius *lib 9. obſ. cap. 13.* fuſius Ioan. Goddæus *de
contrab. ſtipul. cap. 7. concluſ. 5. numer. 45. & aliquot ſe-
quentibus.*
At in aliis caſibus, vbi patri vſusfructus quæritur,
filio reſeruata proprietate, aliud eſt dicendum, vt an-
tea *num 78.* monui, nec enim in his filius à patre pro
ſecuritate ſibi fideiuſſores dari rectè poſtulat. Dico
97 autem nominatim de filio. Nam † ſi fortè pater bona
filiorum aduentitia emptoribus diſtrahere voluerit,
emptores ſi velint, ab eo fideiuſſorem probe exigunt,
quia nullam niſi tricennalem poterunt præſcriptionem
opponere alijs, quandoque rem ſuam vindicantibus,
l. prima. in fine. cum authent. ſequent. C. de bonis maternis.
Gabriel Mudæus *ad titul. de action. empti. mihi pagina
123.* dicens, verba illa, *ſi velit*, conſilium, non autem
præceptum continere. Rectè quidem ille. Nam poſ-
ſunt etiam ementes non exigere, ſed, ſuo damno, *d. l.
pactum. 46. ff. de pactis.*
Nunc à patre, & filio tranſibo ad maritum, & vxo-
rem, & diſpiciam, vtrum etiam vir ab vxore, vel vxor
à viro fideiuſſorem accipere poſſit. In qua diſputatio-
98 ne præmitto regulariter † omnes contractus, excep-
ta donatione, inter coniuges permiſſos eſſe, modo
fraus, & ſimulatio abſit, *l quod autem § ſi vxor. l. ſi ſpon-
ſus. §. circa. l. ſi vir vxori. ff. de donationibus inter virum,
& vxorem. Franciſcus Marcus deciſion. Delphin. 507. in
editione Lugdunenſi* Sicut enim inter virum, & vxorem
neque poſſeſſionis, neque proprietatis vlla eſt dona-
tio, exceptis quibuſdam caſibus, veluti exilij, diuor-
tij, ſepulturæ, & alijs nonnullis: Ita quoque contra-
ctus imaginarii, puta, ſi coniuges ſibi inuicem ven-
dant aut locent viliori pretio, donationis cauſa, vel
etiã vendiderint aut locauerint iuſto quidem pretio,
ſed tamen pretium non exacturi, inter coniuges iuris
99 vinculum non obtinent, quia fides facti † ſimulatur
tantum, non intercedente veritate, *l nuda ff. de contra-
benda emptione l. contractus ff. de obligationibus, & actio-
nibus*, ideoque à iure reprobantur, *l. ſi res æſtimata in
principio. ff. de iure dotium. l. vir vxori. ff. ad Senatuſcon-
ſult. Vellejanum. l. cum hic ſtatus. §. idem erit. ff. de dona-
tion. inter virum, & vxorem* Habet quidem res colo-
rem venditionis, locationis, cum res iuſto pretio ven-
ditur, locatur, ſed quia poſtea pretium, & merces non
exigitur, ſubſtantiam non habet, *l. 3. C. de contrahenda
emptione. l. cum in venditione ff. eodem. l. vltima ff pro do-
nato.* Idem color eſt, quando locatio fit viliore mer-
cede, puta vno nummo vel ſeſtertio. *l. quis. in fine. ff.
de acquiren. poſſeſſ. l. ſi quis conduxerit ff locati.* aut cum
res venditur viliori pretio, *l. vir vxori ff. ad Vellejanum.*
Puta nummis decem, quæ valet mille, hoc enim non
100 vendere, ſed † rem projicere eſt, *l ſi pignora ff. de evi-
ction. l. ita. 36. §. 1. ff. mandati.* ſiue rem per gratiam ven-
dere, *l. 3. §. ſed ſi pem. ff. ſi quid in fraud. patr l. ſi quis C. de
reſcind. vendit. l. 3. C. de iure fiſci l. ſecunda C. de fide, &
jur. haſtæ fiſcalis.* Quod ſi igitur in hiſce imaginarijs,
coloratis, & commentitijs excogitatiſque contracti-
bus maritus vxori vel vxor marito fideiuſſorem de-
derit, fruſtra erit datio, *text. in l. 5. §. ſi vxor. viri. ff. de
donat. inter vir. & vxor. & facit l. 2. §. 1. D. qui ſatiſdar.
cogant.*
101 Fateor multa † colorata, commenta, innumera,

Antonius Heringius.

fictitia plurima, in iure reperiri, & admitti, vt in Publiciana, in actionib. quæ dantur bonorum poſſeſſoribus, quas fictitias propterea appellat Vlpianus *in libris Regularum, tit. 28. §. pen.* In traditionibus tacitis. *l. 2. ff. pro ſocio.* In tacitis hypothecis, in fictione poſtliminij, in actione inofficioſi, *l. ſecunda, l. quinta, § primo. ff. de inofficioſ. teſtam.* In priuilegiis, *l. vlt. C. de tabularius, lib. 10.* vnde beneficium coloratum, *in l. iubemus, 14. §. ſcientes, C. de ſacroſ. Eccl.* Et nullum eſt frequentius verbum in iure, quam, Fingitur, videtur præſumitur, creditur, &c. omnia denique ſunt fictionum plena in iure, quæ etiam in foro recipiuntur, vt Fabius ait, de quibus late Hotoman. *in quæſt. illuſtr. quæſt. 38.*

102 Verum † colores, & commenta excogitata in fraudem legū non recipiuntur, quia, & hos colores (quos Vincent Carucius *in tractat. de excuſſion. bon. 3. quæſt. princ. numer. 18.* palliationem veritatis vocat) leges ipſæ reiiciunt, Erneſtus Cothmanus *reſponſa 18. num. 34. 35. 37. & 37.* Sic color vel titulus quæſitus circa donationem hoc eſt colorata donatio reiicitur, *l. Sulpicius 49. ff. de donation. inter virum & vxor. l. vlt. in fin. C. mandati* Reiicitur circa venditionem inanis honeſtatus color, *l. dudum, C. de contrah. emp.* Color abigeatus, *l. 1. § vlt. D. de abigeis,* Color iuris, *l. 9. C. de calumniat.* Color ſacræ juſſionis, *l. quotieſcunque, 37. C. de decurio lib. 10.* denique omnis color quæſitus, cum ſcilicet in eo, quod ipſo jure nullum eſt id actum fingitur, quo fraus prætextu juris tegatur, *l. item ſi filiusfamilias § ſed Iulianus, ff. ad Macedon.*

103 Cæterum † ſi coniuges bona fide contrahant, vendant, locent, permutent, contractus eſt validus, & fideiuſſor datus tenetur: quia contrarium in jure deciſum non reperitur, juxta tradita per Alex. *conſ. 86. vol. 5.* Alberic. *in l. vnic. col. pen. C. de rei vx. act.* Ioan. Goddæum *de contrah. ſtipul. cap. 6. concluſ. 23 numero 370.* Quare ſi à ſe inuicem rem emerint, *vt in l. 5. §. circa. l. ſed ſi lana. § ſi duo. ff. de donation. inter virum & vxorem.* Si vxor marito res commodauerit, *vt in l. pen. C. commodati,* apud eum depoſuerit, *vt in l. ſi vir vxori. 52. ff. de donat. inter vir. & vxor. l. vlt §. vl. ff. vt legat. nom. caueat,* major 25. annis prædia ſua vendiderit, & pro marito pecuniam ſoluerit, *l. 4. C. ad Senatuſc. Velleian.* Societatem cum eo vere, non ſimulata fide, nec donationis cauſa contraxerit, *l. cum hic ſtatus, §. ſi inter virum ff. de don. inter vir. & vx. l. alimenta, § fin. D. de aliment. legat. l. ex diuerſo, §. 1. D. ſol. matrim. Bald. l. ſi vxorem. C. de condit. ionib. inſertis.* non dubito, quin in hiſce, & ſimilibus cauſis, ex quibus maritus vxori debere poteſt, fidejuſſor rectè accipiatur, idemque ſit dicendum, ſi maritus ab vxore, cum qua contraxerit, exigat, per ea quæ inſiſſime tradiderunt Tiraquellus *in leg. b. connubialib. gloſſ. 8. numero 111.* & Dan. Moller. *in comment. ad conſtit. Saxonicas. Conſtit. 19. numero 49. part. 2.*

104 Verum † enimuerò notabiliter in cauſa dotis conſeruandæ id limitatur. Etſi enim maritus ſoluto matrimonio ad reſtitutionem dotis regulariter obligatus eſt, *vt notatur in tit. D. ſolut. matri. quemadmodum dos petatur.* Tamen pro ejuſdem conſeruatione, ſiuè pro ſeruanda dote conſtante matrimonio, non rectè à marito fideiuſſor exigitur, *l. 1. & 2. C. de fideiuſ. vel mand. dot. dentur. Ioa. Godda. de contra. ſtipu. cap. 6. concluſion. 23. num. 360. & 361.* Eamque in ſcholis inueteratam eſſe opinionem aſtruit, Franciſc. Hottoman. *in tract. de dotib. mihi pag. 106.* Quo etiam procul dubio reſpexerunt conditores ſtatutorū Lunæburgenſium, *art. 10.* dum ſtatuunt: coniuges ſi filium habuerint, de dote ad libitum diſponere poſſe inuita vxore, & filio. Fundamentum autem hujus limitationis habemus *in l. 1. C. de fideiuſſor vel mandat. dot. dentur.* vbi Impe-
105 ratores Gratian. Valent. & Theodoſius † reſcribunt: *Siue ex iure ſiue ex conſuetudine lex proficiſcitur, vt vir vxori fideiuſſorem ſeruandæ dotis exhibeat, tamen eam iubemus aboleri.* Putat quidem eruditus Petrus Faber *lib. 1. ſemeſt. cap. 24. mihi pag. 258.* hanc legem planè inuerſam, & ita legi debere, ſiue ex lege, ſiue ex conſuetudine jus proficiſcitur, id jubemus aboleri. Sed veniam dabit, dum non facilè huic intelli aſſentior, nec ad aſinum factum eſſe ſtatuo, quod hoc loco dedolauit magnus ille Faber, vt alibi ait Lipſius? Nihil enim mutandum exiſtimo. Nam ſi ita ſane, ex lege ſiuè ex conſuetudine jus proficiſci, interim, & ex jure ſiue conſuetudine poteſt lex, hoc eſt, pactum conuentum, vt rectè interpretatur Ioannes Goddeus *de contrahend. ſtipula. cap. 6. conclu. 23. numero 380.*) proficiſci.

106 Iuſtinianus † porro Imperator *in l. 2. C. ne fideiu. dot. dentur.* priſtinam illam conſtitutionem Gratiani, Valentiniani, & Theodoſij extenſiue amplians, ſancivit: *Nullam eſſe ſatiſdationem vel mandatum pro dote exigendum, vel a marito, vel à patre eius, vel ab omnibus, qui dotem ſuſcipiunt,* hoc eſt, mulierem non poſſe exigere fidejuſſorem, vel mandatorem, cujus ſcilicet mandatū dotem det viro, quo ſit aduerſus fideiuſſorem mulieri regreſſus, ſoluto matrimonio dotis recuperandæ gratia, *Ioan. Godda. d. concluſ. 23. numer. 381. & 382.*

Sed videamus, quibus rationibus illi Imperatores conſtitutiones ſuas ſubfulciant. Certè cōſtitutionum Impp. Gratiani, Valentiniani, & Theodoſij hæc eſt
107 ratio quod mulier † idcirco à marito fideiuſſorem petere prohibeatur, ne videatur potius fidem habere fideiuſſori, quam marito, & magis fidei alienæ, quam amicitiæ fideique communi, *l. 1. C. Theodoſ. de fideiuſſ. dotium.* At clarius adhuc illud ipſum exprimit Iuſtinianus *in dicta l. ſecunda,* dum inquit: Si credendam mulier ſeſe ſuamque dotem patri mariti exiſtimauit, quare fideiuſſor, vel alius interceſſor exigitur, vt cauſa perfidiæ in connubio eorum generetur. Sequitur Alciatus *in l. pactū quæ contra, num. 30. C. de pactis, & libro quarto Parerg. cap. 26. Ioan Goddæus dicta concluſione 23. num. 63.*

Has vtique rationes magnifacio. Quia enim mari-
108 tus † vxoris ſuæ corpore, ſubſtantia, & omni vita vtitur, *l. aſſiduis, C. qui potior in pig. hab.* mulierque ſeipſam, nec non paraphernа ſua marito committit, *l. hac lege, C. de pactis conuentis.* Cauendum ſanè eſt, ſi fideiuſſor, aut alius interceſſor exigatur, vt ne cauſa perfidiæ in eorum connubio generetur, hoc eſt, vt alibi dicitur, ne ex hujuſmodi occaſione inter maritum, & vxorem, qui non bene ſecum viuunt, aliqua machi-
109 natio oriatur, *l. vlt. in fin. C. de furtis.* Cui † enim me committo, & mea committere videor *gl. in l. 2. ff. de adoptionibus,* neque poſſum ita exigere fideiuſſorem, vt non alterius fidem in dubium vocem *§ finali Inſtit. l. 1. D. de prætor. ſtipulat.* id quod eleganter expreſſit Martialis, dum inquit:

Dum rogo te nummos ſine pignore, non habeo, inquis,
Idem, ſi pro me ſpondet agellus, habes.
Quid mihi non credis veteri Theleſine ſodali,
Credis colliculis arboribuſque meis.

110 Collineat eundem ad ſcopum † quoque elegans ſtatutum Lubecenſe, *lib. 3. tit. 6 art. 29.* his verbis: Si quis aliquem in carceribus facere detinere vult iſte vero offert pro cautione fideiuſſionem idoneam, & de illa aduerſarius non vult aquieſcere oportet, quod releuet alium de iniuria.

111 Et † ſanè ſicut opera danda fuit, ne concordia

coniugalis

conjugalis aut oretio conciliaretur, aut etiam inopia
diſcuteretur *l.2.& 3 ff. de donationibus inter virum &*
vxorem. neue bene concordantia matrimonia iure
patriæ poteſtatis turbarentur, *l.1.§.vltimo, ff.de liber.*
exhibend.l.cum te.l.ſi filiam,C.de inofficioſ.teſtament. ita
quoque neceſſarium fuit prouidere, ne vlla perfidiæ
cauſa ob dotem in matrimonio generaretur. Quid
enim magis reprehendendum, quam concordiæ ma-
ritali lucrum præferre, *l.reprehendenda, C.de inſtitutio.*
& ſubſtitution. aut venalicia eſſe matrimonia, *d.l.2.D.*
de donation.inter virum & vxorem. Perfidiæ igitur ti-
mor præcipua & potiſſima cauſa fuit, vt conſtitue-
rent Imperatores, ne fideiuſſores, aut mandatores
dotium dentur. *Fran.Lametius in comm. ad d.l.1.fol.5.*
pag.1.ff.de fideiuſſoribus.

Quam facile enim ſerui offenduntur, & dominos
ſuos execrantur, ſi dominorum voluntas, & modera-
tio ipſis ex voto non reſpondeat, adeo vt cum juxta
Aſſinium Capitonem communi prouerbio prius di-
ceretur: Tot ſerui, quot hoſtes, vt refert Scipio Gen-
tilis *libro ſingulari originum, verb. ſerui. mihi pag.319.*
112 poſtea ita inuerſum ſit: Quod quis † alit ſeruos, tot
alit hoſtes, *l.moueor.C.ſi ſeru.exper.venea.l.vnius.§.ſer-*
uo.ff.de quæſtion.l.lex quæ tutores,C.de adminiſt.tut.Pul-
chre Plautus Menæchmis. Sc.Iuuentus nomo. & Codrus
Vrceus in verſibus, quos addidit Aulularia Plauti. Se-
neca lib.6.epiſt.47 Hippolyt.Bonaceſſa in tract.de ſeruis
113 *vel famulis, in princip.* Vnde † ſerui modo impij *l.*
vltima,C.per quas perſonas. modo infideles, *l.1.C.ſi per*
vim vel alio modo. modo domeſticum malum vocan-
tur, *l. 1. §.ſerui vero. D. furti aduerſus nautas.* & tales,
quos non habere magis, quam habere prodeſt, *l. ſi*
quis argentum,§ ſimiliq; ue,C.de donationibus. Tam faci-
le etiam ex diffidentia, & ſiniſtra ſuſpicione ex coniu-
gio poteſt fieri contagium, ſocietate conjugali inimi-
citia, & ſeuitia mulieri non ferenda, *cap.literas,§.fin.*
de reſtit.ſpol.c.per veſtras, §. 1. extr. de donat. inter vir.
& vxor.

Neque tantum perfidiæ nota marito, à quo fideiuſ-
ſor, vel mandator dotis exigitur, ſed & patri ipſius,
hoc eſt, ſocero, cuius filio mulier nupſit, iniuri vide-
114 tur. Præſuppoſito enim, quod † filiusfamilias per
nuptias à patria poteſtate non eximatur, *l.1.& l.2.D.*
de lib.exhi.l.2.§ quod ſi in patris, D ſol.matr.l.1.§.vlt l.
cum qui,§ ſi nupta,D de iniuriis. Weſenb.conſ.63.num.8.
par.2. Grammat.*deciſ.54.nu.4.& 5.* Anton.Teſſaurus.
deciſ. Pedemont. 150. *num.* 8. vbi ad hoc Purpuratum
allegat (de iure, inquam, ciuili, non de conſuetudine
multorum Regnorum in Europa, & moribus Saxoni-
cis, ſtatutum *lib.1. art.10.11.& 13.* de quo latius infra
115 *cap. 7. numero* 621. ſum dicturus) & quod † pater
non ſolum vxoris ſuæ dotem habeat, ſed etiam nu-
rus, hoc eſt, vxoris filij ſui, quandoquidem onera fi-
lij, & nurus ipſe quoque agnoſcere neceſſe habet,
l. ſi filia nupta, §. hoc amplius, D famil.herciſc.l 2 C.eo.
116 (vbi † tamen malè Bernhard. Waltherus *libro 2.miſ-*
cellan. cap. 36 Exigendam, pro *Exequendam*, hoc eſt
proſequendam, legit) ſequitur vtique, nec à patre
mariti, nec generaliter ab omnibus, qui dotem ſuſ-
cipiunt (qui à principalibus perſonis, hoc eſt, mari-
to, & vxore diſtinguuntur *in l. vnic. §. & plenius, C.*
de rei vxor.act.) fideiuſſorem, vel mandatorem do-
tis rectè peti. Et conſidero hanc rationem, quo ſiue
ab ipſo marito, ſiue ab alio ad ipſius commodum
dos ſuſcipiatur, & fideiuſſor exigatur, in conſequen-
117 tiam tamen de fide mariti dubitatur, nec † enim
nouum aut mirum eſt, quod per alium accipias, te
accipere, *l.3.§.ſed ſi debitorem, ff. de donationib. inter*
virum, & vxorem.

118 Præter dictas † Impp. rationes videntur etiam
alia cauſa moueri Alciatus *lib. 4. Parerg. cap.16.* qui-
dam Iuriſconſ.*in tract.de vſuris,quæſtione 32.numer.253.*
putantes, quod propterea fideiuſſores dotium eſt
neceſſaria; Si igitur (inquit ſupra dictus fideiuſſo-
res interponerentur, breui accideret; omnes fere ci-
ues fideiuſſoribus proprio, vel hæreditario nomine
implicitos eſſe, & ſic materiam litium ex dotibus
(quæ alias nimis ampla eſt) ad hæc ampliorem, mul-
tipliciorem, & irritatiorem fieri, adiectis fideiuſſo-
ribus, reciprocatione litium, euictionum, & recur-
ſuum mutuorum, & dicit ſe alias bonas rationes quo-
que tradidiſſe *ad conſuetud.Pariſiorum, tit. de donat.*
§.136, Agnoſco equidem, hanc rationem fundari in
bono publico, ne contingat nimium debitis illa-
queari, præſertim alienis, ſed tamen non eſt ita ge-
neralis, vt prior, quæ ſanè non tam incommodum fi-
deiuſſorum, quam coniugium perfidiam conſiderat,
& rectè. Hæc enim, vt antea *num.111.in fin.* monui, in
primis cauenda fuit.
119 Sed non immeritò † ſcire deſiderabit aliquis, qui
fiat, quod pignora pro reſtituenda dote probe rectè
dentur, non autem dentur fideiuſſores; cum tamen
120 † paria ſint fideiuſſores, vel accipere, *l.4.§.quid eſt*
idonee, D.de fideicom.libert.§.venditæ, Inſti.de rer.diui-
ſione,l.promiſſor.§. vlt.ff.de conſt. pec. quo argumento
vſus eſt etiam Io. Andr.*in addit.ad Specul.in tit.de do-*
te poſt diuort.reſtituenda,§ 1.n 8 & 9.verſic. ſecundum.
121 *Odofredum.* Quod autem pro † reſtituenda dote
pignora obligari poſſint à marito omnibus, à qui-
bus ille dotem accepit, primo probatur *per leg. vir*
vxori,§ ſi mulier, D.ad Senatuſc.Vellei. quem erudite
explicuit Cujac *id 4.ad Afric.* Deinde probatur *per*
l.quod autem,§.ſi vxor.a marito,D.de donat.inter vir &
vxor. ibi maritus vxori ſua prædia ob dotem pignori
dederat, dicit Vlpian. illam obligationem pignorum
durare, etiamſi maritus eadem prædia vxori vendat,
& donationis cauſa pretium non exigat: nam ita Im-
perator cum patre ſuo ante Vlpian. reſcripſerat, ven-
ditionem quidem illam irritam eſſe. vtpote per titu-
lum & colorem quæſitu, imaginariæ, & fictitie factam,
juxta ea, quæ ſupra in eodem argumento tradidi: jure
autem publico cauſam pignorum integram manere,
ne alioquin id, quod jure perfectum eſt, ab imperfecto
& inutili vitietur. Tertio id liquet ex *l.2.D.qui potio.*
in pigno. hab. ibi Papinianus loquitur de extraneo,
qui dotem pro muliere promiſit, & pignus ſiue hy-
pothecam de reſtituenda ſibi dote accepit, eſtque ſa-
nè nobilis quæſtio illa; quæ ibi à Papiniano propo-
122 nitur, ſed de ea alias commodius. Quartò † id appa-
ret ex *l.quamuis 45.quæ in vulgata Cod.tit. eſt l.Cal-*
lipodius, D. de ſolut. nam ea ſatis demonſtrat, virum
poſſe prædia ſua doti obligare, poſita hac ſpecie: Ma-
ritus vxori ſuæ prædia dotis nomine obligauerat,
diremptum eſt poſtea matrimonium, & maritus do-
tem reſtituere coactus. Is cum non haberet in
promptu dotem ipſam ſtipulanti vxori ſpopondit,
ſe prædia illa, quæ doti obligauerat, in ſolutum da-
turum: Conſentit mulier, & dationem in ſolutum
approbat: verum maritus poſtea pœnitentia ductus,
aut quia fortaſſis affectionem erga illa prædia habe-
ret, *vt in l.ſi in emptionem, D.de minor.* aut quia viliori
pretio fuerant prædia æſtimata, obtulit dotis quan-
titatem. Reſpondit Vlpianus, hoc ſatis eſſe, & mu-
lierem dote ſua contentam eſſe debere, prædia-
que reſtituere cogi. Aſſentior autem Gabrieli Mu-
dæo, qui verba illa, *dirempto matrimonio*, refert ad
verbum, *ſpoponderit*; vt ſit ſenſus; Maritum non
conſtante, ſed dirempto demum, matrimonio ſe in

ſolutum daturum ſpopondiſſe, quia in re labitur Accurſius.

Sed quod dicitur, ſatis eſſe offerri dotis quantitatem, & ſic dationem in ſolutum reuocari poſſe, id nonnihil aduerſari videtur Iuriſconſulto Marcello *in l. Titius 34. ff. de pignor. actio.* vbi venditio pignoris per oblationem ſortis, & vſurarum, quæ debe-
123 bantur, reuocari non poteſt, & tamen † in ſolutum datio, & emptio æquiparantur, *l. fin. D. quib. ex cauſ. in poſſeſſ. eat. l. 4. §. auctoris, D. de except. doli. l. ſi prædium, C. de euictionib. l. ſi ſecundum, C. mandat.* ne
124 dicam, quod † dationem in ſolutum reuocari non poſſe, in ſpecie tradiderit, Ioan. Cæphal. *conſil. 286. num. 14. lib. 2. per l. ſicut ab initio, C. de obligat. & actio.*
125 Accurſius † *in dicta l. Titius*, diſſidium illud ad hunc modum auetruncat. In *d. l. quamuis, ff. de ſolut.* inquit maritus nondum dederat pignus in ſolutum, ſed promiſerat tantum in ſolutum dare: at in *d. l. Titius, D. de pign. & actio.* re vera dedit. Præterea in modo *d. l. Titius*, pignus erat penes creditorem, ſed *in d. l. quamuis*, prædia pignorata erant penes debitorem. Hæc Accurſius. Verum vtrobique impingit, in ipſa quoque facti ſpecie errans.

Primus error eſt in eo, quod ponit *in dicta l. Titius.* debitorem dediſſe pignus in ſolutum, quod non ita eſſe, ipſa legis verba oſtendunt. Nam vt pignus obligatum, & jam jam detrahendum reciperet debitor, obtulit fundum certo pretio, vt eum creditor ſibi emptum haberet; fundum, inquam, alium, & diuerſum ab ipſo pignore, non ergo ipſum pignus, ideoque pignoris quidem accepti, non autem certo pretio ad emendum oblati venditique, Marcellus mentionem facit, ſed totum id fundo adſcribit, vt rectè hac in re ſomnolentiam quorundam, qui id non animaduertunt, taxauerit Franciſc. de Caldas *in repetit. l. ſi curatorem verb. ſua facilitate, n. 102. C. de in integr. reſtitut.*

Alter error eſt, quod *in d. l. Titius.* præſupponit, dationem in ſolutum interueniſſe. Quærit enim Marcellus, an venditionem reuocare poſſit debitor, de datione inſolutum verbum ibi nullum, nec ſanè debemus dationem inſolutum cum venditione confundere. Quinimo aliud eſt pignus emere à debitore, *l. aliena. § vlt. ff. de pign. act. l. reſcriptum, D. de diſtr pign. l. ſi fundus. §. vlt. ff. de pignor.* aliud fundum, qui nunquam oppignoratus fuit certo pretio emendum offerre, vt de pretio creditori ſatisfiat, & pignus recipiatur, *d. l. Titius, D. de pign. actio.*

Nihilo felicius rem explicat Accurſ. in ſecunda ſolutione. Nam quod ſtatuit, *in d. l. Titius*, pignus fuiſſe penes creditorem, in eo verum dicit, ſed quis non videt, id apud Marcellum in quæſtione non eſſe poſitum, qui de fundo oblato, & certo pretio per epiſtolam emiſſam vendito loquitur, qui ſanè nunquam apud creditorem fuerat? Deinde largiamur Accurſio, quod *in l. quamuis* prædia, quæ doti erant obligata, fuerint apud maritum, quod regulariter ita ſe habet in rerum immobilium hypotheca, vt poſſeſſio maneat penes debitorem. Sed quid inde efficies? Neque enim, vt opinor, vis ſolutionis ab eo pendet, vtrum res fuerit apud creditorem, nec ne: nam ſi mihi quærenti; cur *in d. l. Titius*, venditio fundi non poſſit reuocari? Tu regeras, id propterea fieri, quia pignus fuerit apud creditorem, non erit hoc reſpondere πρὸς τὸ ἔπος, ſed principium petere. Rurſus ſi quæram, cur *in d. l. quamuis* maritus, qui prædia, quæ doti erant obligata, in ſolutum vxori dare ſpoponderat, ſponſionem reuocare, & offerre dotis quantitatem poſſit? Túque reſpondeas, id propterea fieri; quia prædia obligata fuerint apud maritum, non poſſum non replicare, te nihil reſpondiſſe, ſed ſimiliter ad petitionem principij delapſum eſſe, cum ſemper hoc maneat τὸ ζήτημα cur reuocare aut non reuocare liceat?

Poſſet igitur, mea vt fert opinio, rectius dici, hanc eſſe cauſam, cur *in d. l. Titius*, non ſit locus reuocationi, quia ibi proponitur; Primo, creditorem ob moram debitoris pignus diſtrahere voluiſſe, & fortaſſe etiam ex pacto initio contractus adiecto potuiſſe, *vt in l. 4. ff. de pign. actio l. de acceſſionibus. §. vlt. D. de diuerſ. & tempor. præſcrip.* Deinde, petiiſſe debitorem a creditore, vt fundum Cornelianum certo pretio emptum haberet, ac pignus dimitteret, nec periiſſe fruſtra, ſed impetraſſe. Denique debitorem poſt impetrationem epiſtolam emiſiſſe, in qua ſe vendidiſſe fundum creditori ſignificaret. Hæ tres cauſæ non fruſtra à Marcello coniunguntur, ideoque in fine iſtius reſponſi ſubiicit, ſe aliter ſecundum ea, quæ propoſita eſſent, reſpondere non poſſe, quam debitorem venditionem non rectè reuocare. Præterquam enim, quod creditori, qui jure ſuo ceſſit, & exorabilem ſe exhibuit, inque emptionem conſenſit, eſt fauendum, inſuper etiam temeritas reuocantis debitoris coercenda videtur, qui non ſolum moroſus fuit, & fundum emendum ipſemet obtulit: verum etiam poſt impetrationem epiſtolam emiſit, inque ea ſe vendidiſſe fundum libere eſt faſſus, quæ omnia enixam voluntatem ipſius demonſtrant. Si igitur ex poſt facto venditionem illam reuocare liceret, eſſet id ludere in contractibus, qui ta-
126 men † hoc peculiare ſi nominati ſint, habent, vt cum res non amplius eſt integra, pœnitentiam porro non admittant, *l. ſicut ab initio. C. de obligat. & actio.*

At *in d. l. quamuis*, conſulens Callipus tales cauſas JCto Vlpiano non propoſuit, imo diuerſiſſimam propoſuit facti ſpeciem. Primo namq; infertur, maritum ſpopondiſſe, ſe daturum inſolutum prædia obligata; ergo res erat adhuc integra, & pœnitentiæ locus futurus, *l. ab emptione, ff. de pact.* Deinde mulieris bona fide nihil intererat, prædia potius inſolutum, quam ipſam dotis quantitatem habere. Satis igitur fuit eam
127 offerre, maxime, quia, & † datio inſolutum dicitur eſſe nulla, ſi facta ſit pro maiori pretio, quam fuerit debitum, *Dd. in l. ſi non fortem, §. ſi centum, ff. de condict. indebit. Decius in l. cum amplius. in princ. ff. de regul. iur. Carol. Ruin. conſil. 136. num. 5. lib. 1.* & ſufficit, mulieri dotem ſartam tectam conſeruare, non etiam marito damnum amiſſionis prædiorum infligere, *arg. l. vnic. C. ne pro dote mulieris bona quondam mariti add. cantur, h. e. inſolutum dantur.*

128 Atque hæc per † digreſſionem (qua etiam vſos JCtos fuiſſe apparet, *ex l. iam dubitari §. 1. D. de hered. inſtit.*) de explicatione *d. l. quamuis*, ſint dicta, qua in re non poſſum iſtos ſatis mirari, qui de pacto legis commiſſoriæ *in d. l. Titius.* ICtum agere arbitrantur (quod ſanè de ſuo addunt) cum potius cauſas explicare debuiſſent, cur reuocationi ibi non ſit locus, quæ tamen *in d. l. quamuis*, admittitur, quod nunc ſatis eſt apertum, & cuiuis obuium.

Conſtat igitur, vt ad ſcopum diſputationis inchoatæ reuertar, olim in ſecuritatem dotis reſtituendæ pignus dari potuiſſe quo nomine etiam hypothecam intelligo, *d. l. 1. D. qui potio. in pig. l. res hypothecæ, D. de pign.* Hodie vero nihil eſt neceſſe dari, cum ex conſtitutione Iuſtiniani mulier in bonis viri ipſo jure tacitam hypothecam habeat, *l. vnic. C. de rei vx. act. l. vbi adhuc, C. de re iur. dot. l. aſſiduis. C. qui pot. in pign.* Et
129 † quod *in l. etiam, C. ad Velleia.* dicitur: etiam conſtante matrimonio ius hypothecarum ſeu pignorum

marito

marito remitti poſſe, accipiendum videtur de mari-
to debitore ex alia cauſa, non ex cauſa dotis, *vt in l. Lucius Titius ff. quib. mod. pign. vel hypoth. ſolut. l. ſi pignus ff. quæ in fraud. credit.* quanquam non repugno,
ſi & ad hypothecam cauſa dotis conſtitutam referre
volueris, quam ſimpliciter, remitti poſſe credide-
rim a muliere ſuis iuris conſtituta *argum. l. 2. ff ſolut. matrim.* qua de re etiam vide Socin. *conſ.* 200. *vol.* 1.
Panor. *conſ.* 8. *part.* 8. Fulgoſ. *conſ.* 206. *incip pro cim.*
Roman. *conſ.* 187. *incip. in re præſenti.*

Nec obſtat *l. vnic. §. & cum lex Iulia. C. de rei vxor. act.* vbi dicitur, quod mulier non poſſit conſentire, vt
maritus fundum dotalem det hypothecę titulo; Ergo
nec hypothecam ſibi pro dote tacitè conſtitutam re-
mittere eam poſſe videtur, cum vtroque caſu ſub-
eſſe cenſeatur metus ſeductionis, *iuxta Nouell.* 61.
cap. 1. §. 2. Non enim hæc paria ſunt, ita vt ab vno ad
alterum rectè inferri queat, cum primo caſu dotem
fortan amitteret, altero non amittat, imo quampri-
mum ſe amiſſuram metuat, eam repetere poſſit.
Nihil etiam ſtringit, quod hæc remiſſo ſapere videa-
tur donationem, quæ inter coniuges eſt prohibita,
l. cum hic ſtatus §. ſiue autem, ff. de donat. inter vir. &
130 *vxor.* remiſſa † nãque hypotheca nulla donatio fieri
intelligitur, *l. 1. §. 1. ff. quib. mod. pign. vel hypot. ſolut.* imo
nec remiſſo pignore, *l. etſi.* 18 *ff. quæ in fraud. cred.* Et
ideo *in l. Papinianus, 23 ff. de donat. inter vir. & vxor.*
non fruſtra dicitur, orationem D. Seueri ad rerum
donationem pertinet. Quod porrò attinet ad *d. §. ſiue autem* loquitur is non de nudo aliquo iure (cu-
ius remiſſio renera neminem pauperiorem facit)
ſed efficaci aliqua obligatione, puta mutui, commo-
dati, &c. quam mulier non rectè remittit.

131 Multo † minus dici poteſt, hanc remiſſionem ſape-
re interceſſionem, cum potius verum perhibeatur,
quod pignoris liberatio non ſit interceſſio, vtcun-
que eius donatio faciat interceſſionem, *l. quamuis* 8.
in princ. l. vir. vxori. §. 1. ff. ad Velleian Et ideo rectè di-
cit Paulus de Caſtr. *in d. l. etiam C. ad Velleian.* aliud
eſſe remittere ius ſuum, aliud intercedere, item in
hypotheca non augere patrimonium eius, cui com-
petit, atque ideo illud remittentem, donare haud
132 commodè dici. Quo etiam † illod pertinet, quod
maritus vxori, etiam manente adhuc coniugio, doté
ex iuſta cauſa, ſiue ea ſit neceſſaria, ſiue vtilis, ſiue
honeſta, modo ne ſit voluntaria (quæ donationem
ſapit) reſtituere queat, *l. vnic. C. ſi dos conſtante matri. ſol. fuer. l. mutus* 73. *§. 1. ff. de iur. dot. l. quamuis* 20. *D. ſolut. matri. Nouell.* 22. *c.* 39. *facit l. vlt ff. de iur. dot. l. ſic pro rata.* 27. *§. 1. ff. de religioſ. Pariſius conſil.* 119. *num.* 10.
& ſeq. vol. 1. *Natta. conſ.* 496. *num.* 9. *lib.* 3. *Menoch. conſ.* 229. *num.* 2. *lib.* 5.

133 Sed † quæ tandem differentiæ eſt cauſa vt pignus
accipere liceat, non liceat autem accipere fideiuſſo-
res, ham hoc inuito diſſoluendum mihi propoſue-
ram? Accurſius, Dynus, & Cynus *in l.* 1. *C. ne fideiu. dot. dent.* & Bartol *in l. ſi conſtante §. quoties, ff. ſolut. matri.*
hoc dubium quidem monet, & tandem conclu-
dunt, pignus accipere licere, ſed cauſam diuerſita-
134 tis non aperiunt, cum † tamen caſus diuerſificare,
vt loquuntur, non ſufficiat, niſi quoque reddatur, ra-
tio diuerſitatis, *gloſſ. l. ſed et ſi. §. item ſi rem diſtraxerit. D. de petit. hæred. Crauett. de antiquit. temp. parte* 1.
num. 37.

Baldus igitur Nouellus *in tract. dotis, part. 6. priuil.* 21. *num.* 10. rationem hanc ſubeſſe putat quod per
hypothecam non generatur cauſa perfidiæ inter con-
iuges, cum bona hypothecata remaneant in plena
poſſeſſione apud maritum, res autem aliter ſe habeat

Antonius Heringius.

in datione fideiuſſoris. Hæc ratio aliquo modo tole-
135 rari poteſt, ſed † in eo aberrat idem Bald. quod aſſe-
rit, pignus pro dote dari non poſſe, propterea quod
pignus de manu mariti in manum vxoris tranſeat, &
nulla eius poſſeſſio apud maritum maneat, vnde oc-
caſio perfidiæ, & maleuolentiæ dari videtur: nam hæc
traditio confunditur per omnes leges ſuperius addu-
ctas, per quas probaui, pro reſtituenda dote pignus
rectè dari, & accipi poſſe: quibus alioquin quid
reſpondeas, non habes. Nec fauet Baldo Nouello
l. 2. C. ne fideiuſſor. dot. dent, quæ nullam eſſe ſatiſda-
tionem intelligat, nimirum fideiuſſoriam, non pigno-
ratitiam.

136 Ego igitur † rationes differentiæ veras aperiam,
quarum prima hæc eſt, quod mulier pro dotis ſecu-
ritate pignus accipiens, non diffidit marito, ſed, vt res
ſit magis in tuto, pignus accipit, quod tamen manet
in dominio debitoris mariti, *l. reſcriptum. in prin. ff. de diſtract. pign.* & hoc amplius, vt plurimum etiam in
ipſius poſſeſſione; quæ igitur hic poteſt eſſe perfidia
in vxore, quæ non aliam rem, ſed ſuam accepiſſe vi-
137 detur? Pignus † enim rei debitæ locum obtinet,
l. legata, §. vlt ff. de ſuppell. legat. fideiuſſor vero obtinet
locum debitoris, quem ſi mulier acciperet, videretur
debitorem verum, nimirum maritum ſuum, repu-
diare & alium debitorem accipere, eique magis fide-
re, quam primo.

138 Secundò in fideiuſſore † dando contumelia eſt
aliqua, quæ nulla eſt in pignore, *l. teſtamento in fin ff. de teſtam. tutel.* vbi Baldus dicit, quo ſatiſdatio eſt gra-
uamen honeſto, & probato viro, quia maritus obli-
gatur fideiuſſoribus, & fit quaſi ſeruus eorum, cum
illi reſpectu competentis actionis mandati, & maxi-
mè, ſi ad ſolutionem præcipitentur, non ſint diſſi-
139 miles creditoribus, quorum † cliens, & ſeruus quo-
dammodo eſt debitor, vt conſiderant Bart. *in d. l. ſi conſtante, §. quoties verſi. præterea ratio quæ ponitur, D. ſolut. matrimon.* Neuizan. *conſ.* 86. *n.* 2. Chaſſan. *in conſuet. Burgund, rubr.* 5. *§.* 2. *verb. ſen pleige. n.* 1. ac Erneſt.
Cothman. *in reſponſ.* . 8 *nu.* 468 *&* 479. Herman. Ba-
renſis *in tract. de libell. formand. libello* 95. *nu.* 3. Martin
Moriter. *in deciſ. Regni Arragon. dec.* 2. *nu.* 40. *&* 60. *per l. fideicommiſſa §. ſi rem. vbi id notat gl. D. de legat.* 3. *l.* 3.
& ibi gl. in verb. cliente. C. de nouat. l. 2. *D. de bon. liber. exhib.* quæ tamen parum ad rem faciunt. Melius qua-
drat, text. *in l. coloni in prin. ibi, pene eſt. vt quadam debiti ſeruitute videantur adſtricti.* vbi id etiam Lucas
de Pen. *n.* 2. notat. *C. in quib. cauſ. coloni capit. cenſ. lib.* 11.
idque intelligi quoque poteſt ex Caſſiodoro *lib.* 12.
140 *varior. cap.* 10. qui debitum † reatus quandam ſpe-
ciem eſſe ſcribit. Item ex l. pen. *§. penult. D. de pignor.*
vbi debitor creditori ſuo quomadmodo gratias
agere videtur, propterea quod ſibi, tanquam honeſto
viro, fidem habent, pignus tantum acceperit, non
etiam fideiuſſorem. Euidenter autem illud ipſum
probat Menander.

τὰ δ' ἄνεια δ'ούλους τοὺς ἐλευθέρους ποιεῖ hoc eſt.
Debita ſeruos illos, qui ſunt liberi, faciunt.

141 Tertio difficilius † gratiuſque eſt fideiuſſorem da-
re, quam pignus, *Nouell.* 88. *circa fin. l.* 2. *§. dubitetur, & ibi notatur, D. de donat. int. vir. & vxor. Ioan de Imol. in l.* 2. *§. quod ſi in patria, D. ſolut. matri. Felin. in rubr. de treuga, & pace pen. col. verſic. qui timet offendi.* maxime,
quia generaliter quaſi traditum eſt fideiuſſorem
142 † dare vnicuique graue eſſe, *Bald. nu.* 6. *Salyc. num.* 4.
& aly, in l. 2. *C. de hæred. vel act. vnde Surd deciſ.* 279.
143 *num* 13. *& deciſ.* 295. *num.* 2. Hinc † eſt concuſſio: fla-
gitatio, exactio in præbendis fideiuſſoribus, *l. quoties, C. de dignit. l. multis in fin. princ. C. de princip. agens in.*

rub.l.fin.in princ.C.de priuil.ſcholar.lib.12.l.fin in princ.
144 *C.de ſer.* Hinc † appellatur quoque onus, *in l. cum*
non facile.ff ſi cui pluſquam per l.Falcid.§. item ex in-
quiſitione Inſtit.de ſatiſd. tut. contumelia *in d.l.teſta-*
mento in fin. vbi Bald.ff.de teſtam. tutel. iniuria graua-
men, *in l.omnes,§. in hac inclyta.l.orphanotrophos in*
princ.C.de Epiſc & cler. & detrimentum, *in l.quoties*
ſane in fin.C.de priuil.ſchol. lib. 12. Luc. de Pen.in d.l.
quoties cum.1.C.de dignit.lib.12. Ne dicam, propte-
rea faciiius pignus dari, quod remotis arbitris mari-
tus vxorem dato pignore aſſecurare poteſt, ita vt
nulli ciuium pateſiat, fideiuſſorem autem ſic dare ne-
quit, vt non palam id fiat, & in conſequentiam in
mariti ignominiam, & damnum redundet, quin po-
tius ſæpe ob alterius fores iſe nec eſſe habebit, priuſ-
quam is fidem interponat, quam autem hoc mari-
tali concordiæ ſit inutile, nemo non videt. Et has
145 † rationes mecum conſideraſſe viſi ſunt, Iac.Cuiac.
in tract.4.ad Afric.explicans l. vir. vxori. §.ſi mulier,
mih pag.108.ff.ad Velleian. nec non Franc. Balduinus
in tract.de p gnor.cap.2.

146 Quibus † addere libet duas alias, quæ non minus
ſunt elegantes, quam illæ, & ponuntur a Gab. Mudæo
in tit.de pignor.c.de pacto legis commiſſoria,n.24. Prima
eſt, quod maritus pignora dando pro ſecuritate do-
tis videtur legem imitari, quæ alias muneri omnia
bona mariti tacitè pro dote nectit, *l. aſſiduis, C.qui*
pot.in pig.hab. in tantum, vt ſi maritus bona ſua pro
dote tacitè obligata non fore proteſtetur, ob pro eſ-
ſtationem tamen hanc ab hypotecæ nexu ille liberet,
Iaſ.in § fuerat.n.107.Inſtit.de actio.Frideric. Prukman.
conſil 8 num.54. Altera eſt, quod pignora non patent
ſe liberari conſtante matrimonio: fideiuſſores autem
ſentientes debitorem facultatibus labi, ſtatim ſe ab
obligatione eximi deſiderabunt, vnde maritus vxori
facile ſuccenſere poſſet, *l.Lucius D.mandat.* verum
Mudæi ratio prima magis reſpicit ad ius nouiſſimum,
quam ad ius vetus, quo ſanè iure nullam tacitam hy-
pothecam dotis nomine mulier habeat, *Iaſ. in d.l.ſi*
conſtante num.21.ff.ſolut.matrim. Cæterum qua ratione
dixi, maritum pro ſecuritate dotis reſtituendæ
pignus dare poſſe, eadem etiam affirmo, cum adigi
poſſe, vt in pactis dotalibus ei dotem ſaluam reſtitui
repromittat; facilius enim nuda ſponſio præſtatur,
quam cautio cum pignoribus, *l.1.§ 1.de dic. & paſſim.*
D.de pact.dotalib tot.titul.C.de pact.conuent & vide
infra n.199 in fin.

Sed tempus nunc eſt, vt caſus illos, in quibus pro
dote reſtituenda vel conſeruanda (in effectu enim, vt
Bart & Bald.de Bartholinis, Nouellus dictus, volue-
runt, inter hæc duo nihil intereſt) fideiuſſor dari, &
exigi poteſt, ſubiiciamus: quos etſi tetulit Bald. No-
u *ll.d.loco.* ſtat tamen ſententia, ipſius veſtigia ſubſe-
qui, cum ille in nonnullis à veritate diſcedat, vt can-
didè, & abſque vllo felle monebo.

147 Primo igitur limitatur iſta concluſio: *Fideiuſſo-*
res dotium ne dentur, vt non procedat ſoluto iam ma-
trimonio; nam poſt ſolutum matrimonium rectè fi-
deiuſſor datur, & accipitur: ita norant gl.Bart.& Dd.
in d.l.ſi conſtante § quoties ff.ſolut.mat. Ioan.And.*in ad-*
dit.ad Specul tit.de dote poſt diuert.reſtit.§.1 nu 9 verſ.
ſecundum Odofred. gl & Cynus in l.1.C. ne fideiuſſ.dot.
dent.Bald.Nouell.in dote.p 6.priuil.1.nu.11. verſ de fi-
deiuſſore dotis,& priuil.21.nu.3.& eſt text. in l.etſi fide-
iuſſor.ff.de re iud.l exceptiones 7.in pr.ff.de excep. in quo
eo omnes conuenire, teſtatur Ant.Pichard. Vinnetria
in §.in omnibus nu.9 Inſtit.de fideiuſſ. cuius nulla alia
eſt ratio, quam quod hoc caſu nullum amplius eſt
connubium, ergo fruſtra metuimus, vt perfidia in
connubio generetur. Quid? quod alias quoque
148 etiamſi † fideiuſſor non exigatur, poſt diuortium
vxor, & maritus ſibi inuicem, vt plurimum, & ferè
ſemper capitales inimici ſunt, *l Cicero ff de pæn.l.*
cum in fundo, §. quod ſi mulieri in fin.ff.de iur.dot.l.
cum hic ſtatus §. ſi diuortium. D.de donat. int. vir. &
vxor.

149 Secvndo limitatur † in patre, qui poteſt eſſe
fideiuſſor pro filio in dote reſtituenda. Hanc ſenten-
tiam vnanimiter tuentur Dd. in ſupra citatis locis,
nempè Bart.*in d.§.quoties verſ.præterea pater videtur.*
Bald.Nouell.*d.priuil.21.nu 4* Alex.*in l.ſi cum dotem.*
§.tranſgrediamur ff ſol.mat. Van Boſch.*in tract.de nup.*
lib.4 nu 56.in 6.vol.tractat qui quidem mouentur his
rationibus: primo, quod pater poteſt obligari pro
dote filij, *l. ſi cum dotem § tranſgrediamur, ff ſolut.*
matri.l fin.C.de dot.caut.non numer. deindè, quod na-
turalis charitas patris erga filium, & è contra, non
patitur eſſe inter eos aliquid ſiniſtræ ſuſpicionis aut
perfidiæ, *arg l.Aurelius,§ Titius teſtamento ff.de liber.*
legat.l.iſti.quidem D.quod met. cauſ. & eorum, quæ
cumulatiſſime tradit Tiraq.*in l.ſi vnquam C.de reuoc.*
don.Menoch.de præſum lib 4 præſ 83 n.37.

150 Sed nimius † temerarium eſt ex iis, quæ apertè
non extant in iure velle ea tollere, quæ manifeſtis
teſtimoniis comprobantur, Atqui *in 4. C. ne fideiuſſ.*
dot. dent, Iuſtinianus dilucidis verbis ſancit, nullam
ſatiſdationem vel à marito, vel à patre eius exigen-
dam. non igitur vti debemus argumentis ad cor-
rectionem eius, quod nominatim eſt deciſum *gl. in*
c.1.de feud cogni.Tiraq.de iure primogen.q.85.nu.15. ſed
potius dicamus oportet, ne quidem à patre ſatiſda-
tionem vel mandatum pro dote exigendum. Neque
151 verò † patrocinatur interpretibus *l.ſi cum dotem §.*
tranſgrediamur.ff.ſol mat. Demus enim, dotem ad
patrem, cuius iuri filius eſt ſubiectus, peruenire. *l. ſi*
filia §.hoc amplius ff famil.herciſc.l ſi dos 85. D. ad l.
Falcid. non tamen inde ſequetur, patrem pro filio
fideiubere: imo ſecundum illorum ſententiam ſe-
queretur, patrem dotem ſuſcipientem pro ſeipſo
fideiubere, quod eſt abſurdum. Similiter dictum
abſurdum eſſet. Iuſtinianum Imp.auctorem *d. l. 2. C.*
de fideiuſſ.dot.dent, intra ſpacium trium menſium vt
ex ſubſcriptione vtriuſque legis apparet) tanquam
prioris ſanctionis oblitum, ſibiipſi contradicere vo-
luiſſe, *in d.l fin.C.de dot.caut.non nu* argumento eius
quod adfert Menoch.*de præſumpt.lib.6. præſumpt. 78.*
num.4. Nam enim quiſquis concedit, patrem cum
filio dotem ſuſcipere, idque in dotalibus inſtrumen-
tis conſcribi poſſe, is ſtatim largitur, patrem pro filio
fideiubere, imo nec ſi vellet, poſſet: pater namque
propter dotem ſuſceptam non tam nomine filij,
quam ſuo non fideiuſſorio ſed proprio nomine con-
uenitur, *d §.tranſgrediamur.* Atque ideo Doctores
rectè concludunt (quotquot nimirum illud ipſum ex
d.l.fin.C.de dot. caut. non num. euincere conantur)
licet non admittatur fideiuſſor de dote reſtituenda,
& conſeruanda, quod tamen pater, & filius poſſint in
ſolidum ex conuentione pro reſtitutione dotis obli-
gari, in quorum numero ſunt Salycet. Bald. & alij
in d.l.fin. Ioan.Ronchegall.*in l.ſi id quod ego.15. nu 14.*
& ſeq.D.de duob.reis. Petr. Ioan. Anchar. *lib. 1.*
quæſt.19.nu.2. Charitas porro, qua pater filium com-
plectitur, nihil aduerſatur. Iuſtinianus enim conſide-
rare voluit perfidiam, quæ poteſt inter coniuges in
connubio ex datione fideiuſſoris generari, non verò
egit de perfidia inter patrem, & filium. Quod igitur
Bald. Nouell. *d.loc. numer 4.* ſtatuit in fratre, à eum
nimirum pro fratre ſuo dotis nomine ſe obligare
non

Digitized by Google

non poſſe, id abſque ſuperſtitione etiam ad patrem extendere potuiſſet, ſed de hac limitatione hactenus.

153 Tertiò † limitatur, vt non procedat in marito ſponte fideiuſſores pro dote ſeruanda dare volente: tunc enim ratio perfidiæ ceſſare videtur, cum ſanè eam maritus vxori haud rectè obiiciat, ſiquidem ipſe fideiuſſorem dando neceſſitatem illam comprobauit; *arg. l. cum mulier. 47. ff. ſolut. matrim. l. ſi vxor. §. vl. ff. de adult.*
154 vnde etiam dicimus, quod † onus affectatum excuſare non ſoleat, *gl. l. tria onera, ff. de excuſat. tut. Neuiz. conſ. 46. n. 17. & conſ. 50. nu. 54.* & quod lex non faueat illi, qui ſeipſum poſuit in neceſſitatem, *l. Imperatores, 34. in verb. ipſe te huic pœna ſubdidiſti. ff. de iure fiſc. Menoch. de præſumpt. lib. 4. præſumpt. 190. n. 23. & 49.* Item,
155 quod iuri † prohibitiuo rectè renuntiari poſſit, Alex. *in l. ſi conſtante §. quoties ff. ſolut. mat.* latè Phil. Dec. *in l. de alimentis n. 12. C. de tranſact.* Andr. Clud. *in tract. de ſequeſtrat. c. 5. caſu 4. n. 23.* proque hac opinione pugnat Io. Boſcheus *in tract. de nupt. lib. 4. num. 56.* latè Bald. Nouell. *in d. priuil. 21. n. 5. verſic. tamen in puncto iuris,* vbi eam ſeptem fundamentis confirmat, & tandem veriſſimam æquiſſimamque eſſe ait. Hanc etiam tuentur Fr. Connan. *lib. 8. comment. c. 9. n. 8.* Fr. Duar. *in tit. ff. ſolut. matr. c. 4.* & Trot. *in addit. ad Bart. in d. l. ſi conſtante, § quoties n. 3. in verb. quod mihi placet ff. ſolut. mat.* Menoch. *de præſumpt. lib. 4. præſ. 90. n. 43. ad fin. & lib. 6. præſ. 1. n. 17.* Et nouiſſimè Hartvvig Daſſel. *in comment. ad ſtatuta Lunaburg. art. 10. n. 4.* nec non Ant. Pichard. Vinueſa *in §. in omnibus n. 11. & 12. Inſtit. de fid.* illi potiſſimum innixus fundamento, quia pignus à marito vxori dari poteſt, *l. quod aut § ſi vxor. D. de donat. int. vir. & vx.* quod etiam fideiuſſor dari poſſit, *arg. l. promiſſor. 21. §. vlt. ff. de conſt. pec.* vterque enim contractus acceſſionis eſt vice, & ad eundem finem, & ſcopum aſſecurationis ſcilicet collocat.

156 Cæterum hæc opinio † meritò ab aliis damnatur, quod ſtatuunt, ne quidem, ſi vltro maritus fideiuſſorem, vel mandatorem dederit, eum obligari, Azo *in ſum. tit. Cod. ne fideiuſſ. dot. dent.* Cyn. *in d. l. 1.* & Accurſ. *ibid. in fin.* nec non Cuiac. *in parat. C. eod.* Alex. *in d. l. ſi conſtante §. quoties n. 5. verſic. 3. limita.* item Card. Alban. *in addit. ad Bart. in l. ius publicum D. de pact.* pulchrè And. Fach. *lib. 8. controuerſ. iur. cap. 76.* Ioan. Gail. *in tract. de contrah. ſtipul. c. 6. concl. 23. declar. num. 366. & ſeq.* Pet. Vandet. *de priuil. credit. c. 4.* ac huic opinioni
157 † tanquam communi (communem etiam eſſe fatetur Pichar. *d. loc. num. 11.* quod etiam ſtatuit Goddæus *d. loc. num. 369.*) id iudicando, & conſulendo ſtandum eſſe ipſemet Nouellus fatetur, & quidem rectè. Nam
158 † legi prohibitoriæ pœnali, & annullanti, ac cum res eſt contra bonos mores, & mali exempli, ne quidem à volente renuntiari poteſt, gloſ. quam omnes ad hoc ſingularem dicunt *in l. à Diuo Pio verb. actionem ff. de rit. nupt.* Tiraq. *de iur. primogen. q. 14. n. 9. & ſeq.* Lud. Roma *conſ. 402. n. 3.* Odofr. Salyc. & Æmil. Ferret. *in l. 1. n. 53. & 54. C. de mand. princip. l. libertorum & ibi Bal. & Sichar. n. 1. C. de teſtib.* Carol. Tapia. *in l. ſi. p. 2. c. 6. nu. 9. & 10. ff. de conſt. princ.* Ludol. Schrader. *de feud. p. 10.*
159 *ſect. 20. n. 280.* Imò † quoties non tantum vertatur commodum rei familiaris, ſed etiam res publica, vel pactio ipſa quem inuitat ad relinquendum: toties etiam pactio non valet, *l. 7. §. ſi paciſcar l. ſi vnus § pacta quæ turpem ff. de pact. l. illud, communire ff. de pact. dotal. Ioan. Godde in l. 3. num. 15. & ſeqq. ff. de verb. ſign.* Hoc amplius ipſa tituli inſcriptio (quidquid etiam
160 de vi † Rubricarum contra diſputent. Menoch. *de præſumpt. lib. 6. præſ. 1. num. 17.* & Franc. Duar. *ſupra d. loc.*) Ne fideiuſſores dotium dentur, ſatis conſilium, & mentem Imperatorum oſtendit, nempè, quod per conſtitutiones ſuas omnino obligationem improbent, & aboleant, *l. 1. C. Theod. de fideiuſſ. dot.* Ergò nec fideiuſſor à marito etiam vltro oblatus rectè adhibetur, per text. *in l. cum lex. ff. de fideiuſſor. & in l. non dubium. verſ. vt legiſlatori, quod fieri non vult, tantum prohibuiſſe ſufficiat, C. de legib.*

161 Cæterum † ego quoque non immeritò dubitauerim, num etiam Baldi Nouelli opinio ſaltem in aliquo caſu verificari poſſit, neque enim credo tam ſtultum fore maritum, qui domeſtici imperij habenas libens quaſi è manibus abiiciat, & ſe vltronea liberalitate (niſi fortè fidem, & amorem coniugis ſuæ tentare, & explorare velit, vt conſiderat Geddæus *d. concl. 24. n. 382.*) in ſatisdationis neceſſitatem coniiciat. Fruſtra igitur de eo controuertitur, quod ob raritatem in conſiderationem vix venit. Sed quia Baldus Nouell. in via diſputandi, vt ait, ſuam ſententiam ſatis probabiliter defendi poſſe gloriatur, videamus (ſed
162 interim tamen ſalua tanti viri auctoritate cũ † eum excellentiſſimum Doctorem appellet Corneus *in conſilio 322. ardua colum. 2. libro 3.*) quam feliciter ipſi res cedat.

Primo igitur Nouellus dicit, ante conſtitutiones haſce Impp. nullo iure cautum reperiri, quod fideiuſſor pro dote conſeruanda non poſſit accedere, ſed potius contrarium, quod in quibuſcunque caſibus non videtur prohibitus, videatur admittendus, *arg. l. nec non §. quod eius, ff. ex quib. cauſ. maior.* Sed hic apertè deficit conſequentia. Non enim ſequitur: De iure Digeſtorum non reperitur cautum, quod pro dote conſeruanda non poſſit dari fideiuſſor. Ergò maritus volens de iure Codicis poteſt dare fideiuſſorem? Nam
163 preterquam † quod hoc modo tempora confunduntur, vt non immeritò cum Terentio obiicias:

——— non ſat commodè
Diuiſa ſunt temporibus tibi Daue hæc:

dico etiam, in iure Digeſtorum cautum reperiri, quod non niſi poſt ſolutum matrimonium fideiuſſor pro dote interueniat, *d. l. 7. ff. de exceptio.* Ferat [illegible], ſi poteſt Nouellus, & prolato iuris aliquo loco contra-
164 rium probet. At non poterit. Nam *l. etſi fideiuſſor. ff. de re iud.* ab ipſo allegata nihil ad rem facit, aut ſi fortè ita accipere volueris, vt fideiuſſorem pro dote ſeruanda interpretatione molliendum eſſe, quod poſt ſolutum matrimonium interuenerit, *dicta l. 7. ff. de excep.* nedum indiſtinctè loqui ſtudes, vitium contrarietatis incurras.

165 Vrget autem conſequenter Nouellus *l. cum dotis ff de iur. dot.* vbi habetur, quod cum dotis cauſa aliquid expromittitur, fideiuſſor eo nomine datus teneatur. Ergò, inquit, pro dote conſeruanda etiam de iure Digeſtorum interuenit fideiuſſor, quia lex illa generaliter loquitur. Hic rurſus committitur duplex error [illegible]. Vt enim non ſequitur; Pro expromiſſore dotis interuenit fideiuſſor. Ergò, & pro ſeruanda à ſe dote maritus rectè dat fideiuſſorem: ita multo minus valet hæc conſequentia: Pro expromiſſore dotis datus fideiuſſor tenetur: Ergò maritus ſponte ſua fideiuſſorem pro reſtituenda dote dare poteſt. Deniq; diuerſa ſunt, cauſa dotis expromiſſæ dare fideiuſſorem, & dare cauſa dotis ſeruandæ, vel reſtituendæ: igitur *in d. l. cum dotis ff. de iur. dot.* alius pro vxore nouandi animo promitti dotem (is enim expromiſſor dici ſolet) & pro eo fideiuſſor interuenit. *Cuiac. ad Afri-*
166 *can. mihi p. 108.* Quòd † autem pro dote promiſſa fideiuſſor abſque vitio detur, per ſe eſt [illegible], & extra omnem dubitationis aleam conſtitutum, ſicut

etiam monui infrà *n.177.& cap.10.n.269.* adeo vt, &
pater dotem promittẽs, vel expromiſſorem, vel fide-
167 iuſſorem dare,† nonnunquam etiam ipſe alio dotem
promittente fideiubere poſſit, *l.profectitia,§ ſi pater,*
& §.ſeq vbi Gothofr. *D de iur.dot.* Guid.Pap.*ſing.485.*
num.2. Ex quo textu etiam eliciunt Lud.Roman.*in*
ſingul.169.incip.extraneus promittis dotem & Lud. Bo-
168 logn.*in d.§.ſi pater*.quod ſi extraneus † pro filia mea
dotem ſoluat, egoque fideiubeam, & ſoluam, repete-
re non poſſim, quod probaui quoque infra *cap.13.*

Circa quæ porro, & hoc notabiliter obſeruandum
169 venit,† ſi pater, & mater, vel pater, & patruus in ſo-
lidum obligent ſe genero pro dote danda, quod ma-
ter, & patruus cenſeantur quaſi fideiuſſores, & poſſint
171 à patre (cuius † officium eſt dotare, *l. fin. C. de dot.*
promiſſ.l.cognouimus C.de hæred. Hier.Schurff. conſ.8.n.
1.) ſoluerint repetere, *per text.in l.ſi quis à liberis §.ſi*
mater.ff.de liber.agnoſc. Corne.*conſil.316.vol.4.* Crauet.
conſ.77.n.19.in fin. Marc.Ant. Peregr. *in tract.de iure*
fiſc lib.3.tit.18.num.16. vbi veluti vtile notandum ait,
& ſic de facto ſe obtinuiſſe, Quæ tamen traditio for-
taſſis non tam indiſtinctè procedat, maxime ſi per-
pendamus nonnulla, quæ *in d. §. ſi mater* Ab Ant.
171 Cord. de Laza ſunt tradita. In primis vero † vix ob-
tinebit ſi pater ſit pauper, mater vero diues; *Dd. in*
aut.res quæ & ibi Ant.de Padill.*in repet.n.60.* nec non
Cutt.iun.*nu.17 & 18.* communem dicens, *C.commun.*
de legat. Franc.Rip.*in l.prima,num. 79.* crebrius rece-
ptum appellans *ff ſolut.matri.* Cordub.*dicto loc.* Boer.
deciſ.centeſima vigeſima nona Corraſ. *in l.qui liberos*
num 61.D.de ritu. nuptiarum. qui eam omnes pro-
bare ait

172 Sic † etiam memorabile eſt, quod Scipio Prin-
ceps Corneliæ gentis, cum empto fundo, vel filia da-
ta marito, ſponſores ab eo ſolenniter poſcerentur,
aſinam cum pecuniæ onere produxit in forum, quaſi
pro ſponſoribus præſens pignus; itaque & Aſinæ
cognomentum Corneliis Scipionibus eſt datum, vt
auctor eſt Macrob.*lib.1.Satur.c 6.*& Plato. *libell.6. de*
legib.in mater dot. ita inquit: *Fideiuſſio primum patris*
firmiſſima ſit, cui deinde certis fratrum ex eodem patre
naterum, ſi nullus iſtorum ſuperſtes ſit, tunc ex parte ma-
tris ſimiliter fideiuſſio valeat. Sin autem inſolita conti-
geris deſolatio, propinquiores agnati, & gentiles vna
cum tutoribus fideiubeant, &c. At quam hoc diuerſum
ſit à quæſtione propoſita, nempè an maritus ſponte
fideiuſſorem pro dote dare queat, per ſe patet. Inte-
173 rim hoc obiter moneo, quod † *l.mulier.C.de iur.dot.*
loquatur non de marito pro dote exacta fideiuſſorem
dante, ſed de curatore, qui vt moris eſt, ſatiſdare de-
bens, in minorem quantitatem tempore ſuæ creatio-
nis fideiuſſorem dedit.

Tertium argum. Baldi ita concludit: Si licitum
ſit viro, pro dote danda recipere fideiuſſorem à mu-
liere, mulierem ab eo quoque pro dote conſeruanda
viciſſim fideiuſſorem rectè recipere. Hoc namque
174 † & in perſona mulieris æqua lance ſeruari debere,
æquitatis ratio ſuggerere videtur, *l.non tantum, ff. de*
re iud.c gaudemus, de diuort.l.fin.C.ad l.Falcid. At pro
miſſa danda rectè datur fideiuſſor per mulierem, *vt*
probat.d.l.cum dotis D.de iur.dot & l.fin.C. ad Velleia.
gl.& communiter Dd.poſt Cyn.in l.1.Cod.ne fideiuſſ.dot.
dent. Ergo nec maritus id in ſe iniquum ſtatuere de-
bet, quod in vxore æquum probauit, *arg.l.iuſiurandum,*
dum,& ad pecunias,§. datur ff.de iureiur. Sed ad hanc
illationem reſponſio non eſt difficilis. Si namque
mulier maritum perfidiæ inſimulare nequit quando
eam non aliter, quam dote numerata vult ducere,
175 cum † nemo indotatam in matrimonio habere

cogatur, *l.ſi donaturus §.fin. D.de condict.cauſ. dat. l.ſi*
dos ſocero. 85. ff. ad l. Falcid. l. fin. §. 1. in fin ff.quæ in
fraud.cred.l.4.§.ſed etſi mulier.l.5.§.ſi cum quid. ff.
de except. dol. cur vox hæc, cum perfidiam, quando
fideiuſſorem depoſcit ab iis, qui pro ipſa dotem pro-
176 mittunt? Imo dotis † dictio (quæ olim fiebat, vel
ab ipſa muliere nuptura, vel à parente nupturæ, vel
ab à procuratore ſpeciali, *Caius lib.ſecunda, inſtitut.*
titul.nono,§.quarto.Vlpian.in frag.titul.ſexto.§. ſecun-
do.) & datio eiuſdem ſiue promiſſio pro contractu
habentur legitimo, *Caius & Vlpian.dict.l promittendo*
quadrageſima primus ff.de reg.iur. vt & nuda pollici-
tatio ſiue oblatio dotis, *leg.res hypothecæ ff.de pignor.*
l.1.§.pen.ff. de collat.dot.& tot.tit. C. de dot. promiſſ.
ergo mulier pro hoc quoque contractu, vt pro aliis
quibuſcunque contractibus legitimis, & non ſimula-
tis marito fideiuſſorem dare poterit, neque vllus ſub-
erit perfidiæ ſubortturæ metus. Deinde Bald. Nouell.
dict.priuil.21. numero 9. hanc quoque differentiam
conſiderat, quod quando à mulierem dotem pro-
mittere fideiuſſor exigitur, illa obiatio non eſt ha-
bitura cauſam perpetuam, ſed ſtatim deſitura, itque
dos fierit ſoluta. Verum in marito, à quo fideiuſſor
pro dote exigitur, hæc omnia ſe aliter habent. Primo
enim mulier non poteſt ita exigere a marito fideiuſ-
ſorem, vt non det cauſam perfidiæ, & maleuolentiæ?
nonne enim eo ipſo, quod exigit fideiuſſorem, vide-
tur res ſuas marito nõ credere, cui tamẽ corpus ſuum
credit? Ne dicam, hac ipſa exactione marito manus
quaſi ligari, ne dote, cuius tamen eſt dominus, &
177 quæ ipſi tam † chara eſſe debet, quam eſt proprium
patrimonium, vt loquitur Fr.Iametius *in l.1.fol.5. D.*
de fideiuſſ. libere vtatur, imo domeſticum imperium
in mulierem quaſi transcribi (quæ ſi male illi palpe-
tur maritus, criſtas ſibi aſſumens, recalcitret, vndi-
que tuta) & denique ſingulis ientaculis, prandiis, &
cœnis perpetuas ali diſcordias, oririque bellum
quaſi familiare de principatu, cum cauſa perfidiæ re-
ſpectu mariti cauſam ſit habitura perpetuam. Quod
autem de æquitatis paritete in medium profertur, id
178 hoc non pertinet, maxime † quia nec ignoti eſt iu-
ris, non ita maritum vxori reuerentiam exhiberi co-
gi, quemadmodum vxor ipſi exhibere obſtringitur, *l.*
uxia §.vlt ff ſol.mat.l.vnic.§.cum autem C.de rei vx act.
Plutarch.in præceptis connubialib.

Quartum argumentum Bald ita concludit: Mari-
tus ab initio alij dotem ſtipulanti eam promittere
cogitur, ſi ei hoc nihil nocet, *l.2 ff.ſol.mat.* Ergo ma-
ritus ſponte quoque pro dote ſeruanda fideiuſſorem
dare poteſt; nam vtrobique, vt ille ait, eadem eſt
ratio. Verum ipſemet Baldus *ibi numero* 8.ſibi re-
ſpondere videtur, dum arbitratur *dict.leg.2.* corrigi
per titulum *Cod.ne fideiuſſ.dot.dentur.* Ergo puto,
179 delegationem † cum fideiuſſione non debere con-
fundi. Quando enim maritus, muliere delegante,
alij dotem promittit, non inſimulatur perfidiæ,
quin potius fidei ſuę relinquitur: At quando fideiuſſo-
res dare cogitur, vel vltro offert, tum ipſius fidei de-
cedit, & cauſa perfidiæ generatur, cum fides pere-
grina domeſticæ præfertatur. Præterea maritus, cæte-
ris paribus, alicui dotem reſtituere neceſſe habet ſo-
luto matrimonio, quid igitur intereſt mulieri, vel alij
eam promittat, maximè quando nullum incom-
modum ſuſpectum habet? Nam ita generali ratione
legis naturæ receptum eſt, teſte Tullio *libro primo.*
Officiorum. Vt quidquid ſine detrimento noſtro alteri
poſſit commodari, id tribuatur cuique vel ignoto,
verum vbi fideiuſſorem dare vir obſtringitur, vel vl-
tra, & ſponte ſua offert, ad hoc, vt fauentem ſaltem

&

& morigeram coniugem retineat, nec fulmenta lectum ſcandant, vt vetus verbum eſt, teſte Lipſio *centuria prima, epiſtola trigeſimaprima.* id ſane ipſi incommodum eſt, & nocet, ergo nec cogi poteſt maritus, neque etiam ſponte ſua facile impellitur, vt fideiuſſores pro dote offerens, ſibique diffidat, &
180 † quod ſtultorum eſt, conditionem ſuam faciat deteriorem, *leg. 4. ff. quod vi aut clam. leg. cum de indebito § 1. de probat.* Atque ita ſtatuere malo, quam correctionem legum inducere: nam eadem ratione dici poſſet, nec pacta dotalia inter coniuges erigi poſſe, quia ſcilicet inde poſſit cauſa perfidiæ oriri, quod tamen non temere affirmauerim.

Reliqua Baldi argumenta nihil ad rem faciunt, nec merentur aliquam reſponſionem, cum quia vitio conſequentiæ laborant, tum etiam, quia ex ſupra dictis facile eludi poſſunt. Specioſior reliquis obiectio-
181 nibus eſt hæc, quod † fauori pro ſe introducto quilibet rectè renuntiare queat, *iuxta. leg. ſi quis in conſcribendo 29 C. de pact. l. paciſci. l pactum 46 ff. eod, l ſed etſi 4. §. quæſitum. ff. ſi quis cautionib. l ſi index 41. ff. de minor. l poteſt hæres. ff ad Falcid.* vnde dicendum videtur, maritum quoque prohibitioni *d. l. 2. C. ne fideiuſſ. dot. dentur.* ſponte obuiare poſſe. Sed prætérquam
182 † quod *ad d. ſi quis in conſcribendo*, multæ aſſignantur limitationes inſuper etiam hoc tenendum eſt, vt renuntiatio alicuius iuris pro aliquo introducti obtineat, neceſſario hæc tria interuenire, & cõcurrere debere, primo, vt ſit tantum ius poſitiuum, merè in alicuius ſolius fauorem introductum, non ſimul concernens publicam vtilitatem, *leg. nemo poteſt, D. de legat. 1. leg. ius publicum de pactis leg. nec ex prætorio 27. D. de regulis iur.* Secundò, vt renuntiatio non inducat aliquid contra bonos mores, nec det occaſionem ad delinquendum *l. alia. §. 1. D ſolut. matr.* Tertiò, vt renuntians talis ſit, qui ſibi præiudicare poſſit. Cum igitur *dict. leg. 2. C. ne fideiuſſ. dot. dent.* in publica vtilitate, in morum reuerentia, & vitanda occaſione delinquendi, apertiſſimè ſit fundata, ſicut ſupra euidenter euici, conſtat vtique, eius renuntiationem marito permiſſam non eſſe iuribus proximè adductis. Quare merito concludo, tertiam hanc limitationem non ſubſiſtere; A volente nimirum marito pro dote conſeruanda fideiuſſorem dari poſſe.

183 Et † proinde etiam doctorum iudicio reliquo, an ita diſtinctè, etiam de datione fideiuſſorum, accipienda ſit traditio Pauli Caſtr. *in conſilio 170. incip. In Chriſti nomine, Amen. Præfati promiſſores promiſerunt.* vbi dicit: Si maritus ab initio fuerit pactus, non aliter mulierem ad ſolutionem promiſſæ dotis teneri; quam ſi illa ante omnia rurius ſufficienter aſſecuraretur, quo tum dotem prius petere non poſſit, quam promiſſa impleuerit, cum ſibi acceptum ferre debeat; quod ſub hac conditione ſibi dotem promitti paſſus eſt, vel ad ſaltem per dationem pignorum, & hypothecarum obligari poſſit maritus, ſecundum ea, quæ dixi ſupra hoc ipſo capite, *numero 146. in fin. & cap. 5. num. 95.*

184 QVARTO † limitatur in marito, qui conſtante matrimonio vergit ad inopiam. Cum enim ab eo etiam dotem ipſam mulier repetere poſſit, quando ad inopiam vergit, vel ſubſtantia dotis male vti incipit, *leg. vbi adhuc l. rebus. C. de iure dotium. Nouell 67. de æqual. dot. §. illud. l. ſeruum dotalem 21. ff. de manumiſſ. Sebaſtian. Medices tract. de caſibus fortuit. part. 2. quæſt. 4. numero 54.* modo illud ipſum concludenter probet mulier, vt requirunt Bart. *in 1. quæſt.* & Ripa *ſub num. 16. & ſeqq. in l. ſi conſtante. D. ſol. matrim.* Petr. Auguſt. Morla *in Emporio iuris, part. 1. q. 12. num. 6. verſ. ſed dubitabilius*, provt etiam in Camera Imper. receptum eſt, teſtante illud ipſum præiudicio relato per dominum Barthium *in ſelect. Cam. ſent. de 6. Octobr. Anno 1593. lit. C.* his verbis: Neceſſitati nulla lex eſt imponenda, & ſi aliquis bona aliqua diuiſit, vt lupus teſtimonium dat in tantum, vt nec confeſſio ipſius mariti ad inopiam vergentis, hoc caſu admittatur, ſed potius pro colluſione in fraudem creditorum excogitata habeatur, *Alber. de Roſa, in d. l. ſi conſtante in princ. num. 4. Barnab. Cernazzanus decіſ. Rota Lucenſ. 95. n. 2.* Videtur vtique dicendum, multo magis fideiuſſorem pro ſeruanda dote eam exigere poſſe, *d. l. ſi conſtante, §. quoties.* vbi Bar. Alex. & Dd. not. & poſt eos Iaſ. ibid *n. 5. 6. 16. & ſeqq. ff. ſol. matr.* Spec. *in tit. de dote. poſt diuort. reſtit. §. fin.* Angel. *in auth. de æqualit. dot. §. illud.* Bal. Nouel. *d priuil. 21. num. 6.* idque nominatim extruunt Canoniſtæ ex decretali Pontificis *in c. per veſtras. ext. de donat. inter vir. & vxor.* vbi Panor. *nu. 13.* notat, hoc pacto ſingulariter limitari rubricam (*Ne fideiuſſ. dot. dentur.*) de quo etiam vide Ioſeph. Ludou. *dec. Lucenſ.*
185 *22.* præſertim *num. 11.* † & ſtatuta Lubecenſia *libr. 1. tit. 5. art. 10.* vbi dicitur; nullus ſit adeo contumax, vt vxorem ſuam aliquod malum præſumat, nec dotem in ſociis commendat non ludat, & ſi ob aliquod ex his delictis ſurgeret, & cum eo vxor in iſto caſu à dote releuandius eſt.

Miror autem Bartolum ſibi contrarium *in d. l. ſi conſtante*, ſcribere, fideiuſſorem hoc caſu non eſſe admit-
186 tendum, quia † ſcilicet fragilis ſit cautio *l. cogi. § idem quæret. l. qui ita §. 1. ff. ad Trebell.* & incertus cautionis euentus, *l. pupill. ff. quod falſo tutor.* vbi & hoc addidiſſet, quod ſatiſdatio propoſitum forte mariti maleuolum non mutet, ſed diutius graſſandi in re dotali facultatem præſtet, *l. 5. & 6. D. de ſuſp. tut.* Nam iſta Bartoli ſententia euertitur *per d. cap. per veſtras.* Vnde etiam Paulus de Caſtr. & Iaſon. *in dicta l ſi conſtante in princip. & nu. 18.* aſſerunt, Bartolum, & ibi in hoc caſu pueriliter eſſe locutum, & rectius alibi ſcripſiſſe, fideiuſſorem admittendum eſſe, quod etiam probat Gail. *lib. 2. obſeru. 83. num. 7. & obſ. 84. n. 10* neque igitur ab hac ſententia eſt recedendum, quæ in aper-
187 to, textu fundatur. Videat autem † Caſtrenſis, quomodo defendi poſſit, quod ipſe generaliter ſcribit *in l. ſi plures, §. præterea ſi quæritur, ff. de fideiuſſ.* concludens, ſiquidem maritus fideiuſſores dotis dederit, quantumuis poſtea ad inopiam vergere cœperit, mulierem tamen dotis reſtitutionem vel cõſignationem petere non poſſe, cum fideiuſſor adhuc eſt idoneus: nam niſi id intelligit in caſibus quibus pro dote ſeruanda dari poteſt fideiuſſor, falſum erit.

Velim tamen Lectorem attendere, hanc ipſam
188 quartam † limitationem non probari *per l. conſtante. § quoties, ff. ſol. mat.* provt tamen pleríque Dd. quaſi aliud agentes cateruatim concludunt: nam id ita demonſtro. Soluto matrimonio non ſtatim dos redditur quæ pondere, numero, & menſura continetur, neque etiam pecunia præſenti die redditur, ſed tribus penſionibus, & hodie vna penſione annua ex conſtitutione Iuſtiniani. Debetur igitur iure veteri dos in diem annuam, bimam, trimam, teſte Cicerone, *lib. 11. ad Attic.* & Vlpiano *lib. Regul. tit. de dotib. §. 8.* I.C. Proculus *in l. Attilicinus, ff de pact. dot.* ſtatutum legib. tempus appellat. Sed ſi interim, antequam exierit annus primus, ſecundus, & tertius, nequitiæ ſuſpectus maritus fiat, rectè aget mulier ad interponendam ſatiſdationem de reddenda dote ſuis diebus. Non poteſt ante diem agere ad dotem recipiendam, ſed ex iuſta cauſa audietur, ſi agat ante diem ad cautionem interponendam de dote reddenda, quam ſi non præ-

ſtiterit maritus, confeſtim dotem reddere compel-
litur, deducto commodo medij temporis, quod per-
cepiſſet interim. Nam vſuræ, & fructus, quæ quiye
obueniunt, iterim ad maritum pertinent, ſi præſtite-
rit cautionem, non minus atque ſi ſtaret matrimo-
189 nium. Et dicitur † commodum temporis, ſicut alibi
vſus medij temporis, *l. deducta. §. cum autem ff. ad Treb.*
190 & periculum † medij temporis, *l. 2. ff. ſi tutor. vel cur.*
vel mag. app. Vident itaque omnes, Vlpia. loqui de
ſatiſdatione, quæ poſt ſolutũ demum matrimonium
interponitur, quæque nullo modo, ne quidem per
nouiſſ. conſtitu. prohibita cenſetur, vt dixi ſupra *n. 147*
in 1. limit. non autem de ſatiſdatione, quæ exigitur
conſtante matrimonio, de qua hic eſt ſermo, quod
etiam aperte iuxta mecum aſtruit Ioa. Goddæus *d. t.*
9. concluſ. 23. n. 189. quãuis verba iſta, *Poſt certum tem-*
pus, accipiat de certo tempore per pactum cõuento,
iuxta l. Aiſilacinuſſ de paci. dot. non de annua, bima,
trima die, vt ego, de quo tamen cum quoquam a-
crius contendere non eſt animus, cum vtraq; ſenten-
tia tolerari ac ſubſiſtere poſſit.

191 Et quia † Papinianus *lib. 11. quæſt.* tractuit potiſſi-
mum de dotibus, *l. auunculeff. de condict. ſine cauſ. l. vir.*
39 l. dotalem 61. l. fin. l. 7. §. Papinianus ff. ſol. mat. l. vina
quoque l. vlt. ff. de rer. amot. ar. coniicio, cum idem hoc
libro ſcripſiſſe de dote, quod proditum eſt ab Vlpiano
in d. § quotiens nimirum quod cautio dotis reſtituen-
dæ ante diem nonnunquam peti poſſit, & quia iudi-
cium dotis eſt bonæ fidei, *l. ſed etſi 21 ff. ſol mat. l. in bo-*
na fidei. ff. de pecul. generaliter eum ſuoieciſſe. Id in
omnibus bonæ fidei iudiciis obſeruari, *l. in omnib. 41.*
ff. de iudic. quæ eſt ex lib. 11. Papiniani, & ſupra ſuo
loco *c. 5. n. 50.* expoſita, licet Duarenus contra exiſti-
met, ICtos non ſenſiſſe mulieri per hanc cautionem
ſatis eſſe conſultum, ſiquidem ſit fragilis, & melius
putetur rei quam perſonæ incumbere, *l. plus cautionis*
25. D. de regul. iur.

192 Extenditur autem † hæc quarta limitatio, vt non
tantum fideiuſſorem a marito ad inopiam conſtante
matrimonio vergente exigere poſſit mulier, verum
etiam facultatem habeat inſtandi apud iudicem pro
ſequeſtratione dotis ſuæ, quando maritus idoneum
fideiuſſorem dare nequit, Bald. Nouel. *d. priuil. 21. n. 7.*
Bart. *in pr. n. 4 & 20* Alex & Iaſ. *n. 6. in d. l. ſi conſtante,*
D. ſol. matr. Franc. Iamet. *in l. 1. de fideinſſor.* Andr.
Cludius *in tract. de ſequeſtr c. 5. n. 22. & 23.* Ioan. God-
dæus *in cap. 2. num. 25. extr. de ſequeſtr. poſſ. & fructuum.*
(qui tamen non requirunt, vt vxor ſimul ſit furioſa.)
Curt. *in tract. de ſequeſtr in pr. nu. 8. & facie. text. in d. c.*
193 *per veſtras de donat. inter vir. & vx.* idque ad † eum fi-
nem, non vt vxor dotem alienet, ſed vt in poſterum ex
fructibus, ſe, maritum, & liberos alat, ſaluis pactis do-
talibus, *l. mutus, §. manente ff. de iur. dot. l. ſi cum dotem.*
§ ſin autem. verſ. ſin vero. ff. ſol. mat. pulchrè, & exquiſi-
te And. Gul. *lib 2. obſeru 83.* vbi *nu. 11.* prudenter adii-
cit, quod prouida vxor tantiſper expectare non de-
beat, donec omnia mariti bona in fumum cineremque
que redacta ſint, ſed in tempore ſibi liberiſque ſuis
194 proſpicere. Et hæc † quæ dixi, quotidie practicantur,
maximè in fœminis nobilibus de quarum maritis tan-
quam ære alieno grauatis, interdum metus eſt, ne
creditoribus ingruentibus, feuda ipſorum non ſint
ſoluendo: tunc enim officio iudicis ſequeſtrantur in
feudo certa bona, vnde quot annis poſſint redigi tot
fructus, qui ſufficiant mulier pro dote, & donatione
ante nuptias, vel qui correſpondeant dotalitiis, ab
initio matrimonij conſtitui ſolitis, prout ſcribit præ-
ceptor meus Matth. Coler. *in tract. de proceſſ. execut.*
p. 1. cap. 2. num. 113

195 Qvinto † limitatur per Dd. concluſio prædicta,
vt ille, qui cum marito ſimul dotem accipit, ad eam
reſtituendam ſe obligare, etiam dato fideiuſſore,
poſſit. Ita aſtruunt Dyn. Cyn. & Accurſ. *in d. l. 2. C. ne*
fid. dot. dent. Bart. in d. l. ſi conſtante, §. quotiens, in princ.
Caſtr. *in conſ. 171. incip. Cum tempore contracti matrimo-*
nij. in antiq. impreſſ. Spec. *in tit. de dot. poſt diuor. reſtit. §. 1.*
nu. 8. verſ. illud quoque notandum. Bald. Nouell. *d. priuil.*
21. n. 11 Paul. de Citta *in tract. de iure patr. p. 3. cauſ. 2. poſt*
num 31. Qui quidem omnes opinionis ſuæ baſin col-
locant *in l. fina. C. de dot. caut. & non num.* vbi probari
volunt, quod duo rei conſtituantur in dote, & quod
vnuſquiſque in ſolidum obligetur, duo autem rei pro
ſe inuicem fideiubere cenſentur, *l. vir. vxori, ff. ad Vell.*
Et hanc communem opin. eſſe aperit M. Ant. Natta.
in conſ. 52. incip. vt oſtendatur. nu. 5. ſequitur Ioſ. Lud. *in*
comm. opin. concl. 3. ne fid. dot. dent. Gail. *lib. 2. obſ. 84.*
196 *nu. 11.* Verum † hoc ipſum fundamentum re uera in
aqua eſt poſitum. Primo; quia labefactetur *per d. l. 2.*
C. ne fid. dot. dent. quæ ſancit, nullam ſatiſdationem ab
omnib. qui dotem ſuſcipiunt, exigendam eſſe. Deinde
mirabilis eſt illa conſequentia: Duo ſimul dotem ſu-
ſcipiunt rectè; Ergo, licet maritus non præſtat fideiuſ-
ſorem, præſtat tamen is, qui cum marito ſuſcipit. Præ-
terea non poteſt dici, dotem datam diuidi, ita vt pars
apud maritum, pars apud ſuſcipientem permaneat.
Hæc enim tria membra ſaltem ſunt conſtituenda:
Aut dos datur ipſi marito, aut, ex voluntate eius alij,
vel ſubiecto iuri eius, aut non ſubiecto, vel denique
patri, *l. ſi cum dotem, §. tranſgrediamur ff. ſol. matr.* & ta-
men hoc caſu duo rei non conſtituuntur. Largior
duos reos promittendi fieri, non tantum verbis ſtipu-
lationis, ſed & cæteris contractibus, imo, & teſtamẽ-
to, *l. eadem, l. ſiue à certis, ff. de duob. reis* & hoc caſu vnũ-
quemq; obligari pro ſua rata, *l. reos, § cum tabulis, ff. de*
duob. reis At quod duo rei conſtituantur, ſi pater vel
extraneus voluntate mariti dotem ſuſcipiat, non me-
mini me legiſſe: alioquin planè falſum eſſet id, quod
ſcribit Vlpian. *in d. § tranſgrediamur.* Quærit enim Vl-
pian. aduerſus quem ſoluto matrimonio detur de do-
te actio: Reſpondet, palam eſſe, Aduerſus ipſum mari-
tum (intellige ſui iuris conſtitutum) competere, ſiue
ipſi dos data ſit, ſiue alij ex eius voluntate. Si verò ma-
ritus ſit filiusfamilias, tunc aduerſus ipſius patrem
agendum eſſe, ſiue ſtatim ipſi patri dos ſit data, vel
etiam filio, non habito reſpectu, vtrum id pater iuſſe-
rit, vel non, videtur enim ad patrem dos perueniſſe,
penes quem eſt peculium. Nunc ſi maritus, & ſuſci-
piens dotem eſſent duo rei, vt iſti volunt, tum ſanè
aduerſus vtrumque daretur etiam actio, cuius con-
trarium eſt verum, *d. § tranſgrediamur.* ſecundũ quam
intelligenda eſt *d. l fin. C. de dot. cau. non numerata, iun-*
cta l 19 & l. 59 ff. de iur. dot. l. 10. C ſolut. matrim.

Nec iuuabit labantem hanc opinionem, ſi vt ſeris,
in patre, & filio hoc poſſe admitti, cum pro vna per-
ſona reputentur. Apparet enim Vlpianum idem in
extraneo ſtatuere in illis verbis; *vel alij ſubiecto iuri*
eius, vel non ſubiecto. Quam autem hoc leue ſit, quod
aſſeritur, duos dotem ſuſcipientes pro ſe inuicem
fideiubere, *ex princ. c. 4. huius tract.* apparet, ideoque
in eo vim nullam pono, ſed finaliter ita concludo:
duos dotem ſimul ſuſcipere poſſe, neutrum tamen
ſatiſdatione onerari, nec vnum pro alio fideiubere,
197 *d. l. 2. Cod. ne fideiuſſ. dot. den.* Atque ideo † etiam
merito ſuſpecta eſt cantela Ang. Aret. & Pauli de
Caſtr. *in conſ. 147 & ſeqq. (aliàs allegatur pro conſ. 170.*
incipit. In Chriſti nomine, Amen. Præfati promiſerunt)
ſtatuentium; ſi aliquis abſente marito, dotem ſolus
recipiat, eamque ſoluere, & reſtituere promittat,
aſſeren-

Digitized by Google

aſſerendo, ſe id facere non precib. vel mandato mariti,
ſed à ſe ipſo ex ſua propria liberalitate, ſciens ſe ad
id non teneri, &c. hac arte prohibitionem legis ſiue
conſtitutionis eludi poſſe: Nam iuri eſt contrarium, no-
minatimque reijcitur ab Alexan. in d. l. ſi conſtante. §. quo-
ties. nu. 9. ff. ſol. mat. Ne dicam, quod fideiuſſori quoque
vel mandatori tali (qui mea opinione etiam admodum
ratus erit) omnimodo ſit periculoſa futura, cum vtique
is aduerſus maritum inſcium, & legis prohibitiuæ diſ-
poſitione tutum, pro quo interceſſit, maximè quia do-
nandi animo interueniſſe cenſetur, nullam actionem
ſit habiturus, l. 6. §. ſi paſſus. l ſi pro te. 40 ff. mandati. l.
ſi mulier. 19. § 1 ff. ad Velleian.
198 Sexta † limitatio Dd. hæc eſt, quod ſi extrane-
us pro muliere dotem promittat, rectè is à marito exi-
gat fideiuſſorem, l. vn. §. accedit. C. de rei uxor. act. quia
inter extraneum, & maritum ceſſat ratio perfidiæ, &
vt putat Iaſon, non ſequitur: Extraneus non confidit
de marito, ergo nec mulier, Iaſon poſt Bart. Alexan.
Ioan. de Imola. Ludouici. Roman. & Dd. in d. l. ſi con-
ſtante. nu. 59. ff ſolut. matrim. Bald. Nolus d. priuil. 21. nu.
ra. Hartvvig. Daſſelius in commentar. ad ſtatuta Luna-
199 burg. artic. 10. nu. 4 Sed pace † eorum dixerim, non
probatur mihi iſtud effatum. Et ſi enim extraneus no-
minatim ſibi reddi dotem à marito ſtipulari poteſt,
l. vnic. §. accedit. C. de rei vx. act. l. 3 C. de repudijs. non
tamen id efficit, vt, & fideiuſſorem rectè petat,
d. l. 2. C. de fideiuſſ. dot. dentur. Nam, & mulier ſibi
dotem reddi ſtipulari, l. 2. ſolut. matrim ſed tamen
fideiuſſorem pro dote exigere non poteſt. Neque ve-
rò ratio conſtitutionum non eſt, vt vitetur perfidiæ
occaſio inter dotem dantem, & maritum, ſed vt
præcidatur omnis maleuolentiæ anſa inter vxorem,
& maritum, nec video, quid interſit, maritus ne ipſi
vxori vel alij det fideiuſſorem, cum ſemper hoc ipſius
incommodo cedat, cuicunque tandem exhibeat.
Sed, inquit, extraneus poterit recuſare ſatiſdationem
ſi ipſi maritus non det fideiuſſorem, & ſic mulier in-
dotata fiet, melius igitur eſt, vt ſatiſdationem admit-
tamus. Reſpondeo, vanum hunc eſſe timorem, Cer-
tum enim eſt, quod permittendo dotem omnes obli-
200 gentur, adeo, † vt ad exactionem dotis, quam ſe-
mel præſtari placuit, etiã ex nuda pollicitatione rectè
agatur, l. promittendo. ff. de iur. dot. l. ad exactionem, C. de
dot. promiſſ. Quare ſi ſpontanea voluntate ab initio ex-
traneus dotem pollicitus ſit, vel ſponderit, omni-
modo compelli poteſt, confeſſionem ſuam adim-
plere, ne mulier fiat indotata, & ſic matrimonium
diſtrahatur, l. vlt. C. ad Velleian. Nec auditur is, ſi ſatiſ-
dationem exigat. Quis enim illi hanc exemptionem
conceſſerit, vt conſtitutionibus Imperatorum non
obediat, quæ nullam ſatiſdationem exigendam ſan-
ciunt? Nam vt Marcianus ex Demoſthene refert
τῶν ἰςιν νόμος ὑπάρχας ἀνθρώπους προσήκει πείθεσθαι l. 2.
ff. de legib. facit. l. 6. C. de poſtlim. reuerſ. l. C. de infir-
mand. pœn. cœlibatus. & quod imperatur, neceſſe eſt
fieri, cap. fin. 14 q. 5. Barnab. Cornazzan. deciſ. Rota
Lucenſ. 175. num. 19. Legum enim ordine omne homi-
num genus tenetur, l. vnic. C. de conductorib. & procu-
rat. lib. 11. pulchre Petrus Gilkenis in tract. de præ-
201 ſcript. part. 1. cap. 1. num. 24 Quatenus † vero extraneo
conſulatur, ſi maritus conſtante matrimonio ad ino-
piam vergat, conſule Baldum Nouellum, d. priuil. 21.
num vndecimo. & Iaſonem in dicta l conſtante. num. 56.
cum ſequen. ex quibus non tranſcribo, cum non ſit
huius loci.
202 SEPTIMO † limitant Dd. iſtam concluſionem
deſumptam ex l. 2 C. ne fid. dot. dentur. vt non procedat,
ſi diſpoſitioni iſtius conſtitutionis cum iuramento

fuerit renuntiatum. Ita tradunt Abbas & Ioan. de
Imoli, in c. cum contingat. memb. quæſt. 2. extra de iu-
reiur. Caſtrenſis conſ. 188 & ſeqq. lib. 1. & in l. ſi quis
pro. eo in prin. ff. de fideiuſſ. late Alexand. in l. ſi conſtan-
te. §. quoties. numer. 5. verſi. ſecundo limita. ff. ſolut.
matrim. Couar. in cap. quamuis. 2. part relect. §. 1, num.
9. de pact. in 6. vbi plures citat, & tandem commu-
nem dicit, nec diſſentiunt. Corneus in conſil. 13. nu-
mero 8. volum. 4. & Socin. in conſ. 103. numer. 6. vo-
203 lum. 3. (& generaliter † ibi aſſerens, quod legibus
etiam prohibitiue loquentibus poſſit eum iuramen-
to renuntiari) Bald. Nouell. d. priuil. 21. numer. 15. vbi
tamen numer. 18. mirabiliter diſtinguit: nouiſſime
quoque idem ſententiæ acceſſit Hartvvig. Deſſelius,
in comment. ad ſtatuta Lunaburg. artic. 10. numer Vtun-
tur iſti Dd. tali fundamento, quod hoc iuramentum,
cum non repugnet iuri diuino, aut naturali, nec
vllum peccatum contineat, & proinde abſque diſ-
pendio ſalutis æternæ ſeruari poſſit, inſuper ha-
bet non liceat, & per conſequens quoque fideiuſſor
rectè exhibeatur.
204 Sed † plerique in contraria vota abeunt, ſtatuen-
tes iuramentum illud non valere, cum ſit contra bo-
nos mores publicam vtilitatem, & maritalem reue-
rentiam, cum occaſionem perfidiæ nutriat, & deni-
que quia per id dolus futurus quaſi remittatur. Bart.
in l. ſi quis pro eo nu. 9. ff de fideiuſſor. Antun. de Butrio,
& Alciat. num. 311. in d. cap. contingat. de iureiur. Ioan.
Boſcheus in tract de nupt. lib. 4. num. 58. Additio Bart.
in l. ſi conſtante. §. quoties. 64. volum. 4. Seraphinus de vir-
tute iuramenti, priuilegio. 69. quorum ſententia licet
illi non adducant, præter ſuperius hoc num. 20. &
aliquod ſeqq. allatas prohibitionis rationes ſatis pro-
batur per l. quis inquilinos. §. vltimo. ff. de legat. 1. l. 7.
§ & generaliter. ff de pactis. l. 8. ff. de cond. inſtitut. l. non
dubium. C. de legibus. Auth. quod his permittitur. C. de
205 nuptijs. in quibus locis ſtatuitur, quod † iuſiurandum
contra vim legum, & auctoritatem iuris præſtitum,
nullius ſit momenti. Quo etiam reſpexit Ioan. Ne-
uizan. in conſilio vigeſimo primo numero vigeſimoſecundo,
num poſt Socinum, & Ioan. de Selua, ſcribit, iuramen-
206 tum † non firmare contractum contra fauorem pu-
207 blicum. Iurat † enim quis plerumque eadem facili-
tate, qua contrahit l. doli mali. verſic. diuerſum. ff de no-
uationibus. Bart. in l. ſi ex cautione. ad finem. C. de non
num pec. Neuizan. conſilio vigeſimoſecundo, numero deci-
mo. Moueor ego vltra iſtos auctores, quod ratio, imo
ferè nunquam, contingat; vt tam ſtultus maritus re-
periatur, qui iuri ſuo in ſuum præiudicium, etiam iu-
ramenti vinculo, renuntiet, cum natura maritis ſit
inſitum, ne facile in dote ſibi leges præſcribi patian-
tur. Ergo de raro contingentibus non eſt operæ pre-
tium prolixe diſputare.
208 Quid † autem dicemus, ſi de facto maritus fide-
iuſſorem de dote reſtituenda dederit, ille ipſe fide-
iuſſor ſe iurando obligauerit? Hic nonnihil ſubſiſto,
propter illa, quæ attuli infra cap 10. numero trigeſimo-
quinto, & ſequentibus. vbi probatur, quod pro obli-
gatione nulla, & legibus prohibito improbatoque
contractu (vt hic) fideiuſſor interuenire non poſſit,
ergo nec ſacramentum admitti certum eſt, per tex-
tum expreſſum, in dicto leg non dubium. in fin. Cod. de
legibus.
209 Contrariam † tamen ſententiam nouiſſimè de-
fendit; eamque probabiliorem eſſe ait Andreas Fa-
chineus, libro tertio controuerſ. iuris. capite decimooctauo
quę vt maximè argumentationibus quiſdam à ſimili
adductis de iure Canonico forſan ſuſtineri poſſit, ex
iure tamen ciuili patrocinium pro ſe non inueniet

210 Nec moror, quod † leges ciuiles non dedignentur
ſacros imitari canones, *capite final. extra, de ſecund.
nuptijs. capite primo. de nous oper. nunciat.* Id enim non
aliter verum eſt, quam ſi nominatim aliud in Canonibus, aliud in iure Ciuili ſit in indiuiduo expreſſa derogatio deprehendatur, alias cur ſtare prohibeatur, quod mutatum non reperitur? *l. præcipimus. C. de appellat. pulchre Menochius de præſumpt. libro ſexto præſumpt. 38. numero ſecundo, & ſequentibus.* Vbi vero in iure Canonico in terminis terminantibus deciſum, quod tit. *C. ne fideiuſſ. dot. dentur.* non obtineat, ſi ei mediante iuramento à fideiuſſore ſit renuociatum? Num igitur vt ſupra *numero* 150. dixi debemus vti argumentis ad euerſionem eius quod nominatim deciſum eſt, præſertim, quia etiam facillime probari poteſt non eſſe pares prohibitionis cauſas, *in dicto tit. C. ne fideiuſſ. dot. dentur. & in capite quamuis. capite cum contingat. ea. debitores. extra de iureiurando*, ſi ea in re aliquid vtilitatis ſitum exiſtimarem, quam tamen plane exiguam eſſe arbitraror, cum non magis fideiuſſor, quam maritus, tam demens ſit, & improuidus, vt huiuſmodi iuratæ fideiuſſionis onus, contra apertam legis prohibitionem, ſibi ſciens imponat.

211 OCTAVO † limitatur iſta concluſio, vt fideiuſſor dari poſſit, ſi ſit talis conſuetudo in aliquo loco. Ita videtur velle Ioan. Andreæ, *in cap. per veſtras. de donat. inter virum, & vxorem in addit. ad Speculat. tit. de dote poſt diuort. reſtit. numero 8. verſic. illud quoque notandum in fi.* expreſſe Roman. *in conſilio 302. numero ſeptimo.* Felinus *in cap quæ in eccleſiarum. poſt nume. 13. verſic. Cæterum quia de validitate. de conſtitut.* Decius, *conſilio trigeſimoſeptimo in cauſa rigoroſa colum. 1.* Cæſtrenſis, *conſilio decimoquinto. circa ea quæ ſuperius. & conſil. 80 quia per ſupraſcriptum. lib. 1.* Menochius, *de præſumpt. lib. 4. præſumpt. 190. numero quadrageſimotertio verſ. verum reſpondetur.* & qui id latius examinat
Baldus Nouellus, *in d. loc. priuil. 21. in 3. limitatione*, ſic
212 tandem † diſtinguens: Aut conſuetudo arctat virum
vel ſocerum ad fideiubendum pro dote reſtituenda, ita vt etiam inuiti cogi poſſint, & huiuſmodi conſuetudo non valet: Aut verò præciſè non arctat, ſed ſimpliciter promittit fideiuſſores dare, tunc ſi maritus vigore iſtius conſuetudinis fideiuſſorem ſponte dederit, tenetur, & valet conſuetudo.

213 Ego † primum huius diſtinctionis membrum
amplector indiſtincte, propter *l. 1. C. ne fideiuſſ. dot. dentur.* vbi conſuetudo illa, ex qua proficiſcitur lex, quæ iubet vt vir vxori fideiuſſorem dotis exhibeat, aboletur. Neque attendenda eſt cauillatio, ſi quis dicat, conſuetudinem præteritam aboleri, non autem fu-
214 turam; præterquam enim quod † conſuetudo illa,
vt fideiuſſores dotium dentur, non conſuetudo, ſed potius corruptela eſſe videtur; quæ neque ex longo tempore, neque ex longa conſuetudine confirmatur. *l. 11. in fine. C. de fund. patrim. lib. 11. Nouell. 134. capite primo. §. nulli. Ioſeph. Ludouic. deciſio. Peruſina 4. numero vigeſimonono. Decianus reſponſo 100. numero quinquageſimooctauo, volumine primo.* Inſuper, & hoc certum eſt, leges, & conſtitutiones futuris dare formam negotijs, *l. leges. C. de legibus. l. diua memoria. in fine. C de decurionibus. libro decimo.* maximè, quando prohibitionis ratio cauſam habet perpetuam, vt hic, quod probat textus. *in l vlt. C. de pact. pignor.* vbi pactum legis commiſſoriæ propter aſperitatem creditorum aboletur ſanctione Conſtantini, ita vt cum præteritis præſentia repellat, & futura prohibeat. Vnde etiam traditum eſt, quod dictum pactum legis Commiſſoriæ in pignoribus, nequidem per conſuetudinem ſuſtineatur. *Bald. in l. 1. C. quæ ſit. longa conſuet. Seraphin. de priuil iuram. priuil. 131. num. ſecundo. Ioannes Vincent. Hondedeus, conſult. 31. num. ſeptuageſimotertio, volumine primo.*

Quod etſi nominatim *in l. 1. C. ne fid dot. dent.* ad futura negotia ita non extenditur, vi ipſa tamen, in intellectu ipſo, vel vt Vlpianus, Stoicos imitatus ait, *in l. aduerſus. ff. de receptis.* νοουμένως futura quoque
215 reſpicit, & ad ea refertur. Docet † id verbum, Aboleri; nam quod ſemel aboletur, nunquam reuiuiſcit, *l. 1. §. rectius. C. com. de legat.* Et cum *dicta l. 1.* indefinite loquatur, conſuetudinem damnando, intelligitur re-
216 probata † omnis conſuetudo, tam præterita, quam
futura, *arg. l ſi ſeruitus. ff. de ſer. vrb. prædior. Bart. in l. ſi mihi, & tibi. §. fina. ff. de legat. 1. Canoniſtæ communiter in clemen. ſtatuũ. verb. conſuetudinem. de elect.* Et quod, cum improbatur conſuetudo, indefinite hoc porrigatur ad præteritam, & futuram pulchrè probat Abbas Panormitanus, *in capit. ſecundo, extra de probation.* Baldus. *in Authen. omnes peregrini. C. com. de ſucceſſ.* Rudolphus Schraderus, *de feud. part. 9. part. 2. ſectio. 4. nu. nonageſimonono.* Tiraquellus, *de retract. lignag. in præfat. nu. decimooctauo.*

217 Alterum diſtinctionis † membrum manifeſto laborat vitio. Nam ſupra oſtendi, nequidem ſponte, & vltro maritum fideiuſſores dare poſſe, etiamſi igitur is ſponte dare voluerit, propterea tamen non iuſtificabitur praua hæc conſuetudo, quæ introducit, vt fideiuſſores dotium dentur, & exhibeantur, per tradita à Tiraquello, *de iure primigen. gloſſa vigeſimaquarta, numero. vndecimo.* Iaſone, *in l. cum lex. numero decimoſeptimo. ff. de fideiuſſ.* Schradeor, *de feudis. part. 10. Sect. 20. numero. centeſimo quadrageſimoſeptimo.* Gabriel, Romano, *lib. 6. de clauſulis concluſio. tertio. numero quadrageſimoquarto.* Verum enimuero etſi hæc in puncto iuris ad eum modum merito admittantur
218 cum † conſuetudo non poſſit vincere legem aut
rationem, *l. 2. C. quæ ſit longa conſuetud.* maxime, ſi lex ſpecialem habeat clauſulam derogatoriam (vt hic) *Dd. in l. ſi non ſpecial. C. de teſtamen. tex. in l. eos. §. cæteros. verſic. nec liceat. C. de vſuris. Auth. Nauigia C. de*
219 *furtis.* & hoc amplius quod † non poteſt fieri per pa-
ctum, quia eſt contra bonos mores non poſſit etiam fieri per conſuetudinem vel ſtatutum *Bald. in l. 2. C. quæ ſit longa conſuet. Schurff. conſilio quinquageſimoſexto, num. vigeſimo. cent. 1. Roland. à Valle, conſilio tertio. numero trigeſimoſeptimo, cum ſequentibus, volum. ſecundo* VVe-
220 ſembecius † tamen, *in addit. ad Bart. in d. l. 2. numero*
tertio. C. ne fideiuſſ. dot. dent. dicit, quod illa lex hodie per conſuetudinem ſit antiquata, præcipuè inter nobiles, qui fideiuſſores dandæ, muniendæ, reddendæ, dotis dant, & accipiunt etiam loco iuriſiurandi, quod à filia renuntiante requiritur, Pro quo facit dictum Bäld. *in cap. Imperialem. §. præterea. de prohib feudi a-*
221 *lien. per Frider.* vbi aſſerit, quod nulla † lex ſit poſiti-
ua, quæ non poſſit contraria conſuetudine tolli: Qua ratione Idem Baldus *in l. 1. C. ad Velleian. & in conſilio 518. Quidam nobilis. volumine ſecundo.* quoque a-
222 ſtruit, conſuetudine † poſſe introduci, vt vaſalius feu-
dum in præiudicium domini alienet, vt refert Tiberius Decianus *in conſi. 124. numero. 5. volum. 3.* de quo præterea vide Henric à Roſenthal. *in elegantiſſimo ſuo tractatus Feudalica. 9. membro. 2. concluſ 58. per tot.* Schräd. de feudis. *p. 8. cap 2. num. 54.* Menoch. de præſumpt. *libr. 4. præſumpt. 190 numero 43. verſ. verum reſpondetur.* Ioan. Thom de Marinis *de feud generib. tit. 2. de feud ex pacto, & prouidentia antiquo. numero. 63.* Ioan. Kouppen *quæſt. 39. numer. 27.* Andream K hi. *in exercit. legalib. exercit. 2. numer. 37.* & quæ dixi infra *cap. 7. num. 202.*

Atque

Atque hæc ad materiam tituli *C. Ne fideiuſſ. dot. dent.*
(publicæ diſputationi à me in inclyta, & laudatiſſi-
ma Academia Baſilienſi ante annos quatuordecim
ſubiectam) dicta ſufficiant: ad quam præterea quoque
referri poſſunt nonnulla ex Riminald. *comment. tit.*
Inſtit. quibus alien. non licet. num. 343. & ſeq. Ozerio *nu.*
6. Portio *colum. 2.* & Iouenali à Coſtafurti, *nu. 1. & 2.*
Inſtit. de fideiuſſ.

223 Conſtat porro † ex prædictis quoque quam verum
ſit illud, quod ſcribunt Ant. Neguzan. *in tract. de pigno-*
ribus 2. par princ memb. 4. nu. 62. & cum ſecutus Ioan.
Schneidevvin. *in § fuerat. num. 45 Inſti. de action* priui-
legium nimirum tacitæ hypothecæ, quod habet mu-
lier in bonis mariti, ipſi etiam competere in bonis
fideiuſſoris, qui interceſſit ex parte viri pro dote re-
ſtituenda, in caſibus ſcilicet, quibus fideiuſſor pro do-
224 te reddenda interuenire poteſt, item, quod † fide-
iuſſor pro dote reſtituenda non poſſit agere vt libe-
retur, etiamſi diu ſtetiſſet in obligatione, cum caſus
ille reſtituendæ dotis nondum ſe obtulerit, *Cyn. Bald.*
& alij. in l. ſi pro ea. C mandati Bertazol. in tract. clauſul.
inſtrum. clauſ 43 gloſſ. 3. num 4. Item, quod mulier pro
dote reſtituenda fideiubens, beneficio SC. Velleiani
non iuuetur, ex Baldo Nouello, & Cephalo, Frideric.
Pruckman. *in l. in multis. part. 2. artic. 15. numero 30.*
ff. de ſtatu. hominum Quia enim illorum caſuum ple-
rique iure deſtituuntur, vt ſupra eſt oſtenſum, male
quoque ad eoſdem hæ Theoricæ applicari poterunt.
Sic, & veritas huius quæſtionis ex prædictis pateſiet,
22 vtrum † maritus, ſi fideiuſſorem dederit de dote
reſtituenda, eam iſto caſu alienare poſſit? quam mo-
uet Romanus *in ſingul. 251. incipien. Ego. habui* cum
quo tranſit Cardinal Albanus *in addit ad. Bart. in l fi-*
lius familias. §. Diui ff. de legat. 1. vbi vide, nec enim om-
nia propter anguſtiam temporis, & ne nimis difflu-
am, examuſſi examinare liber. Adi etiam Sebaſtian.
Medices, *de conſeruanda poſſeſſ num ro. 76. verſ. Quinto*
fallit. mihi fol. 455. lat. 2. qui concludit, maritum fun-
dum dotalem alienare poſſe, ſi fideiuſſorem dede-
rit.

226 Hoc † tamen coronidis loco addo, mihi plane ve-
riſimile fieri, id quod de dote dixi etiam ad dotali-
tium pro ratione conſuetudinis Germanicæ exten-
dendum eſſe, nempe, vt nec maritus pro conſtituto à
ſe dotalitio vxori ſuæ fideiuſſores dare cogatur, eſt
227 enim vtrobique eadem ratio. Maxime † quia dota-
litium in compenſationem, dotis conſtituitur, *Hart.*
Piſtor. qq. ſuarum. part. 1. quaſt. 4. numero 21. pulchre
Daniel. Mollerus, in comment. ad conſtitut. Saxonic. con-
ſtit. 42. par. 2. & ſoluto matrimonio vxori eſt loco dotis
reſtitutæ, *Hieronymus Schurff. conſilio 24. nume. 5. cent.*
1 & conſilio. 51. cent. 3. Nec memini aut legi vnquam,
præſertim in prouincijs Saxonicis, pronunciatum,
pro dotalitio à marito conſtituto mulieri fideiuſſorem
exigere licere. Nec obſtat, quod interueniente ſimul
conſenſu agnatorum in literis illorum expreſſo, ma-
229 riti † vt plurimum vxores ſuas ſigillatis inſtrumentis
coram ordinario magiſtratu de dotalium aſſecurare
cogantur, mulier habeat literas magiſtratus ſigillo
ciuitatis obſignatos ad hoc, vt mulier ipſa de ſua do-
te tuta ſit ſtante etiam fideiuſſore de dictis bonis do-
tis obligato. Sicut obſeruaui in ſuperiori Luſatia, ac
alibi quotidie fieri, memini que ſimilis in Marchia
Brandeburgenſi receptæ conſuetudinis Frideric. Pru-
ckman. *in conſilio. vigeſimoprimo. numero centeſimo vi-*
geſimoſeptimo Nam promiſſio talis facta in inſtrumen-
to multum à fideiuſſione differt, quandoque idem; vt
ſupra hoc capit. *numero centeſimo quadrageſimoſexto,*
& numero centeſimo octuageſimotertio. probaui, hac ra-
Antonius Heringius.

tione mariti fides in dubium non vocatur, nec extera
fides domeſticæ præfertur. Imo obligationis huius
effectus demum oritur marito mortuo, interim is pro
oneribus matrimonij fructibus dotis, & ipſius conſti-
tuti dotalitij, vtitur.

229 Mulierem † tamen ipſam habentem vſumfructum
in bonis mariti, quem dotalitium appellant, fideiuſ-
ſores dare cogi de vtendo, & fruendo arbitrio boni
viri, tradit Guido Papæ, *quaſt. 245. 249. & 250.* late
Chaſſan. *in conſuetud Burg. Rubric. 4. § 6. verb & ſera*
tenue. numero primo, ſecundo, quarto, & quinto. VVe-
ſembec. *conſilio nonageſimoprimo à numero decimoquin-*
to vſque ad finem. Ioan. Koppen in Rangeſdorff, *in*
deciſ. quaſtio. trigeſima tertia, numero duodecimo text. eſt
in l. hac edictali. § his illud verſ. nobilium vero. C. de ſe-
cund. nuptijs.

230 Quid † vero de donatione propter nuptias, & re-
bus paraphernalibus dicemus, num in his fideiuſſio-
nem marito impoſitam eſſe pronunciabimus? Non
231 puto. Et ſi † enim non ignoro multas eſſe differen-
tias inter dotem, & donationem propter nuptias, de
quibus alibi Doctores, & præſertim Natta, *in con-*
ſilio quingenteſimo ſeptuageſimoprimo. numero ſexto,
ſeptimo, & octauo. volumine tertio. regulariter tamen
232 † quod in dote prohibitum etiam in donatione pro-
pter nuptias cenſetur prohibitum, *Nouell. 61.* Et vi-
233 ce † verſa, quod permittitur in dote, id etiam in do-
natione propter nuptias permittitur, *l. vbi adhuc C. de*
234 *iur. dot. l. 19. l. 20. C. de donat. ante nupt.* Sicut & † dona-
tio propter nuptias eadem pacta recipit, quæ dos *No-*
uell. 97. cap. 1. Cum igitur donatio propter nuptias æ-
que ac dos apud maritum pro oneribus matrimonij
ſemper remanere debeat, præterea mulier pro tali
donatione tacitam hypothecam in bonis mariti ha-
beat, *leg. ſi conſtante. 19. § iur. 1. Cod de don. ante nupt.*
l. vbi adhuc. C. de iur. dot. Auth ſiue à me. C. ad Vellean.
Videtur vtique ei ſatis conſultum, etiam abſque fi-
deiuſſoribus, vt eadem quoque ratione occaſio per-
235 fidiæ vitetur. Quam rationem † ſimiliter in rebus
paraphernalibus, (ad quas Iulius Scaliger *lib. 3. poe-*
239 *tices. cap. 10.* refert mundum † muliebrem, aurum,
ſpintheres, ſtalagmia præterea pelues, pectines, ſpecu-
lum, ſandalia, atque id quæ alia) militare arbitror, *iux-*
ta vlt. C. de pactis conuent licet nonnihil contrarietur
textus, *in l. ſi ego. § vlt. in verb & plerumque cuſtodiam*
earum maritus repromittit. D. de iur. Sed quia noue
hæc dicuntur, malo iudicium aliorum potius expecta-
re, quam certi aliqui . decidere.

Supereſt circa perſonam mariti, & vxoris illa quæ-
237 ſtio, An mulier † male tractata à marito aufugiens
ſi deinde ad eum redeat, poſſit ab ipſo fideiuſſores ſiue
cautionem de non offendendo petere? Baldus præter
ea, quæ *in conſilio. 240. in 3. volum* (in hanc rem ſcri-
bit, expreſſius *in conſilio 176. volum. 1.*) concludit,
hoc iudicis arbitrio relinquendum eſſe, vt is conſide-
ret, an mulier iuſtè aufugerit, an maritus ſit zelotypus,
moroſus, ſæuus, &c. Communius tamen aſſeritur,
ſi metuatur ſæuitia viri, quod malè tractaturus ſit re-
uerſam vxorem, cautionem de non offendendo exigi
poſſe, idque per textum, *capit. ex tranſmiſſa. de reſti-*
tut ſpoliat facit. l. præſenti. §. penult. C. de his qui ad eccl.
confug Anton. Gomeſ *de delictis . capite 6. numero de-*
cimoſexto verſ. octauo fallit. Schurff *conſilio 42. cent 1.*
Colerus, *de proceſſ. execut capite 9. verſ. 6. notandum.*
Frideric. Boro Schenck à Tautenberg. *capite 1.*
§. quamuis numero 7. de vſufruct. de re alter. facta. Co-
ras. *libro 3. Miſcellan. capite 2. numero vigeſimo* Cuius
cautionis formulam docet Ioachim. à Beuſt, *in tract.*
de matrimon. capite 10. cui accedit Frideric. Pruckman.

in conſilio vigeſimaſexto. numero 2.3.*&* 4. idem quoque
ordinatione Conſiſtoriali Brandeburgica receptum
238 eſſe innuens: Quod † alij verum eſſe intelligunt, ſi
modo fideiuſſores dare poſſit, alias ipſum relinquen-
dum eſſe iuratoriæ cautioni autumant, vt ſcribit Ri-
minaldus, *in conſilio matrimon. ſpaſil.* 81. *numero* 37.
239 *& ſequentibus.* Quia porrò ſæpè tanta † eſt mariti
ſæuitia, vt vxor abſque diſcrimine vitæ, cum eo toto
cohabitare nequeat, & alias fragilis eſt cautio talium
virorum, qui plurima promittunt, & pauca præ-
ſtant, in quibus etiam non maior facilitas eſt in gra-
tia reconcilianda, quam fides in reconciliata, adeo,
vt Aymo Crauetta, *in conſilio trigeſimo primo, nume-
ro quarto.* ſcriptum reliquerit, mulierem non cogi,
vt huic cautioni fidem habeat quod placuit etiam,
Abbati Panormitano, *in d. cap. literas. num* 7. Ioan.
Cephalo, *in conſilio.* 384. *num.* 70. *volum.* 3. Ideo ob-
ſeruari ſolet, vt mulier committatur cuſtodiæ alicu-
ius honeſtæ matronæ, in loco, vbi vir vel parentes
eius non poſſint illi vim aliquam inferre, donec con-
trouerſia ſopiatur, vel acceptabilis, & idonea cautio
ſequatur, *d. cap. ex tranſmiſſa. & d cap. literas* De quo
articulo etiam non inutilia congeſſit præceptor meus
Ioan. Borcholten, *in conſ. ſuo* 16 §. *itaſ. ienti. &* 55.
ſeqq. Et vide nouiſſimum Bern. Græueum, *in concluſ.*
240 *pract. concluſ.* 17. *conſ.* 5. Poterit † autem mulier, ita
extra domum habitationis mariti conſtituta, iuſte pe-
tere ſibi alimenta à marito, præſtari *Ioan. Franc. à Ripa
in l.* 2. *num.* 2 *ff ſolut. matrimon. Aufrer. ad Capell Tholoſ.
deciſ* 77. *Ludouic. à Peguera in ſuis quæſt. quæſt.* 20. *nu.
vlt.* idque ex Theologis probauit etiam Chriſt. Peze-
lius, *in exam. Melanthoniano. loco de coniugio. mihi pag.*
668 Quanquam, & ipſi is fundi dotalis, alijs hominibus pro certa annua penſione elocari, vſumfructum
tamdiu loco alimentorum mulieri in Conſiſtorio ge-
neroſi Comitis noſtri aſſignatum memini, donec
controuerſia ſopiretur, cum metus eſſet, ne maritus,
qui vxorem domi profligauerat, interim bona illa diſ-
ſiparet, argumento eorum, quæ dixi ſupra hoc ipſo
241 capite, *num.* 194. Quibus adde ſtatutum † Lube-
cenſe *lib.* 1. *tit.* 5. *artic.* 11. vbi in caſu illo quando ma-
ritus obæratus eſt, ita ſtatuitur: ſi mulier contraxe-
rit æs alienum cum marito ſuo: ipſametmulier poteſt
repetere dotem ſuam ex bonis mariti, & ſi filium ha-
buerit tanto maius rationem habet vt illius bona tu-
ta ſint.

242 Idem † plane, quod ante de vxore dictum eſt, ob-
tinet etiam in quocunque alio, qui offenſam alicuius
timet, nam & huic ſatiſdandum eſt de non offendendo,
*l. denunciamus. C. de his qui ad eccl confug. l. ſi ſuper. C. de
tranſact. l. ſi ſeruus C. quod cum eo.* Bart. *in l. illicitas. §. ne po-
tentiores. ff. de offic. præſid.* Felin. *in Rub. de treuga, & pace.*
Pract. Ferra. *in forma inquiſitionis. verb. tranſeat. in ex-
emplum. nu.* 8. pulchre poſt alios Anton. Gomeſ. *de deli-
ctis capite* 6. *nu.* 16. *&* 17. Et hæc eſt receptiſſima om-
nium traditio, vt ait Petrus à Placa, *lib.* 1. *delictorum.
capite ſeptimo, numero primo.* Iulius Clarus, *lib. quinto,
ſent. §. fin. quæſt. quadrageſimaſeptima, numero ſecundo
& per totum* Franciſcus Viuius *Neapol deciſio.* 341.
num. 1. Bernhad. Greuæus, *in concluſ pract. concluſ.* 4. *&
conſiderat.* 1.

Quamquam autem controuerſum eſſe videtur,
verum hoc caſu præſtanda ſit fideiuſſio, vel an ſuffi-
ciat nuda repromiſſio, alijs aliter diſtinguentibus,
vt videre licet apud DD. *in d. l. denunciamus.* præſertim
243 Gullel. de Cuneo *ibidem* Tamen receptius eſt, hanc
cautionem præſtari cum fideiuſſoribus, aut certè da-
tis pignoribus. *cap* 1. *vbi Philip. Franc. num.* 3. *de homi-
cid. in* 6. *Salicet. in d. l. denunciamus. nume.* 2. *Alciat. in l.
aliud eſt capere.* 71. *num.* 13. *ff. de verborum ſignific. & in
l ſi ſuper poſſeſſione. num* 21. 22. 23. *&* 24. *C. de tranſac.*
244 Et ita † ſeruatur de conſuetudine, teſte Alberico,
in l. non eſt veriſimile. in prin. ff. quod met. cauſ. Dicitque
Iulius Clarus *d. quæſt* 47. *nu.* 5. quod viderit ſemper ita
245 † ſeruari, etiamſi pars multa bona poſſideret, nec
diſſentit D. VVeſenbec. *in comment. ff. quod met. cauſ.*
246 *num.* 3. Cui in terminis † terminantibus concor-
dat ſtatutum Lubecenſe, *lib.* 4. *tit.* 16. *artic.* 4. his verbis:
Dubium eſt, quod ſi oporteret exhibere teſtimonium,
de illo neceſſe eſt fideiubere quod ſtet iudicio, & ſi
non inuenerit fideiuſſorem ſibi ipſi de bonis ſuis debet
247 fideiubere. Quando † autem hæc cautio de non
offendendo interponi poſſit, ac debeat, item quam-
dio durct, vide Clarum *d. q* 47. *num.* 3 *&* 6. Iacob Me-
noch. *de arbit. iud. qq caſu* 140. *nu.* 3. *& caſu* 141. Camil.
Gal inium *de verb. ſignif. lib.* 5 *c.* 20. *nu.* 56. & Muſcatel-
lum *in pract fideiuſ par.* 1. *modo* 15. *per tot.*

248 Non ſolum autem † ſupra nominatis perſonis,
ſed & in quibuſdam caſibus ipſi iudici, vel officio fi-
deiuſſor dari ſolet, qui paſſim notantur, & eſt exem-
plum *in l. eum qui.* 17 *ff de in ius vocando.* Quemadmo-
249 dum † & adminiſtratores nonnunquam eandem fi-
deiuſſorum exigunt præſtationem. *l.* 1. *C. de adminiſtr.*
250 *rer. publ. lib* 11 *l. vlt. C. vt in poſſ. legatorum.* vt † & cu-
ratores Reipublicæ, *l. curatores. §. ex eodem. D de admi-
251 niſtr. rer ad ciuit. pertin.* nec non † magiſtratus alij,
252 *tot. tit. C. de magiſtr. conuent.* Circa † quæ tamen hoc
notari poterit, quæſtores ſiue præfectos ærario, ſi
forte pro reliquis tributorum à ſubditis fideiuſ-
ſiones, ſiue cautiones exegerint, & poſtea illorum
reliquorum indulgentia à principe concedatur, ne-
ceſſe habere, vt cautiones reddant ipſis à quibus re-
ceperunt, *Nouell.* 148. *cap.* 2. Sed de his prolixiorem
tractationem non inſtituo.

Venit, & hoc prædictis addendum, quod & ſi ferè
ſemper creditori fideiuſſor exhibeatur, vt dixi ſupra,
253 *hoc cap. in prin.* eſſe † tamen caſum, In quo ipſemet
creditor fideiuſſorem præſtare obſtringitur. Nam cum
contra tenorem iuris ciuilis. *in l ob æs, & quæ ibi notat.
Gothofred C de oblig. & actionib.* de iure ſcripto Saxo-
254 nico (quod vtique † ex ijs defendi poteſt, quæ tra-
duntur ab Aſinio, *in praxi iudicior §.* 7. *capit.* 5. *limitat.*
11. *num.* 1. *Anto. Gomeſio, libr. variar. reſolut. cap.* 11. *poſt
num* 51. *Petr. Peckio, de iure ſiſtendi. cap.* 4. *num.* 1. *An-
dreas Gail. lib.* 2. *de pace publ. cap* 2. *num.* 22.) licet ini-
quiſſimè ita ſtatuti, & valde crudele eſſe, arbitratur
Coletus *in deciſ. Germania, deciſ* 135. *num.* 2. Item iure
municipali Lubecenſi, *lib.* 1 *tit.* 3, *artic.* 1. condemna-
tio fit debitoris (nominatim hunc, vt & fœminam,
255 ex primo, non † in liberis eius, ac muliere, maximè
ſecundum mox allegaanda ſtatuta Lubecenſia, aliud
eſt receptum. *Nouell.* 134. *& ibi Cuiac. mihi pag.* 316.
in princ.) ad manus creditoris, iuxta textum iuris Sa-
xonici inhabilitatio, *lib.* 3. *artic* 39. *in prin.* & textum
concordantem, *artic.* 62 *circa finem.* Regulum *in pro-
ceſſu. cap* 103. *num.* 11. *Ioan. Koppen in Rangerſdor D. in
deciſionib. ſuis quæſtio.* 29. *num.* 2. *& quæſt.* 46. *num* 9. *&*
10. *Petrum Heigium, quæſt. iuris, par.* 1. *quæſt.* 35. *nu.* 38.
tum is, priuſquam abducat debitorem, tenetur vxori,
& liberis idonee ſatiſdare, datis pignoribus, aut fide-
iuſſoribus, de exhibendo, & alimentando condem-
natum, ad inſtar alterius ſuæ familiæ (de quo præci-
puè tractat Anton de Gamma. *deciſ Luſitan.* 261.) &
de non offendendo, vel quoquo modo lædendo ip-
ſum, ſed de reſtituendo ipſum incolum, poſt rece-
ptam ſatisfactionem, ita eſt glo. notabilis inhabilita-
tio *dicto artic.* 27. ſcire debet quiſque, quam poſt Lu-
douic. Fachſium differentia 10. & Benedict. Reinhart.
diffe-

differentia 86. ſequitur Matthæus Colerus, *de proceſſ. execut. part. prima, capit. 6. nu. 127. in deciſio. Germ inia, deciſ. 135. num. 5.* Probauit eandem quoqoe Ioann. Frideric Huſan. *in tractat. de proprijs hominibus 6. quaſ. princip. num.* 29. facitque Nouella 53. §. *quia verò.* Statutum Lubecenſe *dicto lib. primo. tit. 3. arti. 1. in verb.*
256 Quod ſit validus, & ſanus. Et quamuis hodie † adiudicatio iſta debitoris ſua culpa non ſoluendo exiſtentis, vt Saxo loquitur, debitor, aut ille, qui fregit pactum, in electoratu Saxoniæ eſt abrogata, inque eius locum pœna carceris publici introducta, per nouellam conſtitutionem Electoris Auguſti 22. *parte* 2.
257 In alijs † tamen prouincijs fortè adhuc practicari poterit, quemadmodum dictum ſtatutum Lubecenſe citato loco, *artic. primo. verſic.* euincit, & de Thuringia ſua atteſtatur Matthias Colerus, *dicto cap. ſexto num. 128. in fine.* Ideoqoe ad hanc ſatiſdationem, vt cumpellant creditorem, cauti eſſe debent debitoris coniunx, liberi, cognati, & aduocati,
Putauerim amplius, cum ex allegatis per Iacobum Menochium, *de arbitr. iudic. quæſt. caſu 183. numero tertio.* Bernard. Greuæum, *concluſ pract. Cam. Imper.*
258 *concluſ. 26. num. quarto.* conſtet, in † Gallia, item Hiſpania, & Florentiæ conſtitutum eſſe, quod non ſolum debitor ob æs alienum in carcerem detrudi; ſed etiam ad manus creditoris aſſignari poſſit, vt operas in compenſationem debiti præſtet, quod non inconuenienter etiam creditor in illis locis ad prædictam ſatiſdationem adigi queat. Vbi enim eadem eſt ratio ſtatutorum, ibi etiam ab vno ad aliud facilè extenſio fieri poteſt, *iuxta notata gloſſa in cap. primo de tempo. ordin. lib 6. & Bald. in capit. primo. §. porrò. columna 3. quæ ſit prima cauſa benefic. amis. Hieronym. à Laurent. deciſio. Auenionenſ. 96. numero quarto, verſic. nec obſtat.*
259 Non tamen † prædictus caſus confundi debet cum illo caſu, quando nimirum debitor ſpontaneo pacto ſe carceri aſtrinxit. Tunc enim creditor nullatenus cautionem præſtare tenetur de refundendo, ſi aduerſa valetudine forſan affligatur debitor, aut aliàs detrimenti quid capiat, prout nouiter tradidit Daniel Mollerus, *in comment. ad conſtitut. Saxon. con-*
260 *ſtit. 21. num. 3. par. 2.* Per quem adducor, vt † in priori quoque caſu, quoad ingruentem aduerſam valetudinem, idem quoque ſtatuendum exiſtimem. Non magis enim ibi, quam hic, creditor teneri poteſt, ſi-
261 quidem † ſanitas debitoris (modo neceſſaria alimenta ſubtrahat, *iuxta l. ſi victum. ff. de rei iud. l. necare. ff. de liber. agnoſc. l. iudices. 8 C. de Epic. audien* aut doloſè agat, *iuxta tradita per Anton. de Gamma, dec. Luſita. 35. in fin princ.*) in creditoris manu, & directionem non eſt ſita, ſed à ſolo Dei Omnipotentis nutu dependet, argumento eorum quæ tradit Hieron. à Laurent *deciſ.*
262 *Rota Auenio. 21. nu. 6.* dicens ibi, quod † hæres non tenetur reddere ſanum teſtatorem, ſed ſufficit, ſi illi adhibeat bonum medicum, cui tamen euentus mortalitatis quoque imputari non debet, *l. illicitas. § ſicuti.*
263 *& ibi glo. ff. de offic. præſidis.* Quod igitur † in d. ſtatutu Lubecenſi, *lib. 1. tit. 3. art. 1.* dicitur: Quod eius valetudini nullum malum aduenirt, omnino de damno dolo malo debitori datum intelligi debet, non de morbis, aut damnis à Deo Opti. Maxi. ipſi immiſſis, qui, tanquam [illegible], à nullo præſtari poſſunt, *l. ſi merces. §. vis maior ff. locati. l. fluminum. §. Seruus. ff. de damno infecto, l. 2 §. ſi eo ff de adminiſtr. rer. ad ciuit. pertin.*
264 Multo † minus creditores, qui iuxta ante citatam conſtitutionem Electoralem 22. part. 2. debitorem, ſua culpa non ſoluendo exiſtentem, in publicum cârcerem conijci petunt, ad cautionem aliquam
Anton. Heringius.

præſtandam, de ſeruando indemni debitore, cogi poſſunt, cum talis carcer publicus non cuſtodia, ſed pœnaſit, eoque nemo afficiatur, niſi qui dolo malo non ſoluendo factus eſt, ſi aliquis qui ſua bona decoxit. & pauper ſit effectus, vt ita creditores talem debitorem in carcerem conijciendi, iuſtiſſimam cauſam habent, Damnum autem quòd quis ſua culpa ſentit, ſibi, non alijs debet imputare, *cap. damnum de regulis iuris. in 6. l. quod quis ex ſua culpa ff. eodem tit. Daniel. Mollerus. in comment ad d conſtitut. 22. a. 10. part. 1. facit. l. bona fides. 31. in fin. princ. verſic, nam malo meritus ff. depoſiti, iunctis ijs quæ tetigi ſupra. cap. 5. num. 111. & ſeqq.*
265 Ampliatur † autem ſupra *num. 258.* adducta. Theorica, vt non tantum ipſe inops debitor, & decoctor, ſed & fideiuſſor eius non ſoluendo exiſtens, vna cum ipſo, ad creditori inſtantiam, eidem ad ſeruiendum addici poſſit, Caſpar. Baeza *in tract. de inope debitore. c. 5. numero quadrageſimoquarto. ad finem. & numero ſequenti.* Martin Monterus *in deciſ. Regni Arragon. deciſ. 5. numero vigeſimooctauo. verſic. Sicuti etiam in ſimil.* Vn-
266 de † infero, quod prædicta ſatisdatio quoque coniugi, aut amicis iſtius fideiuſſoris ad ſeruiendum addicti, à creditore ſit præſtanda, ne debitor, & fideiuſſor in pari hoc caſu ad impatia iudicentur, *argumen. l. 1. C. de capreſſ. lib. 11. Idem Martin. Monter. deciſ. 6. nu. 15.*

CAPVT VII.

Quæ perſonæ fideiubere poſſint.

SVMMARIA.

1 *Fideiubere pro ſe nemo poteſt, ad hoc vt ipſe obligetur.*
2 *Fideiubere apud eandem pro ipſo nemo poteſt.*
3 *Actio, & paſſio non poſſunt eſſe in vno ſubiecto.*
4 *Intra vnum non poteſt fieri, quod duos exigit.*
5 *Ioannis Bodini ſomnus taxatur.*
6 *Legatum non poteſt dari hæredi à ſemetipſo.*
7 *Duplam ſibiipſi nemo commodè præſtat.*
8 *Libertas nemini à ſemetipſo adimi poteſt.*
6 *Pecuniam ſibi debitam nullus intelligitur à ſeipſo exigere.*
10 *Seruus in ſuo peculio eſſe intelligi non poteſt.*
11 *Hæreditatem nemo videtur ſibiipſi reſtituere.*
12 *Beneficium nemo ſibiipſi dat, nec aliquid vendit.*
13 *Vaſallus ſui ipſius nemo eſt.*
14 *Nemo ſibiipſi imperare, nec ſe prohibere, nec ſe ligare, aut ſoluere poteſt.*
15 *Imperare ſibi maximum eſt imperium.*
16 *Res vna duplicem effectum vno tempore habere non debet.*
17 *Nemo vnus duarum perſonarum repugnantiam vicem ſuſtinere nequit. Et num. 18.*
19 *Res eadem ſimul venire, & pretium eſſe non poteſt.*
20 *Conſtituere pro ſeipſo quis poteſt, ſed non fideiubere.*
21 *Fideiubere in rem ſuam quid ſit?*
22 *Germanica locutio, quod fideiubere debet aut ipſi ſit fideiuſſor, quam vim habeat.*
23 *Fideiuſſoris obligatio per ſe eſt contractus, & ſua propria forma conſiſtit.*
24 *Fideiuſſoris conſenſus requiritur, antequam is obligatur. Et num. 25. & 27.*
26 *Conſenſus eſt contractus.*
28 *Conditionem alienam meliorem, ſed non deteriorem facere poſſum.*
29 *Fideiuſſorum intereſt, non tam cui teneantur, & cui ſoluant, ſed pro quo teneantur, pro quo ſoluant.*
30 *Fideiuſſorem me dare aut ſcribere, neſciente me aut nolente, nemo poteſt.*

31 *Debitor faciens ſcribi me abſentem in inſtrumento, tanquam fideiuſſorem, crimen falſi incurrit.*

32 *Fideiuſſoris conſenſus tacitus an ſufficiat, vel an expreſſus requiratur? Et expreſſum requiri oſtenditur, numero 35.*

33 *Præſens actui, quem impedire poteſt, intelligitur conſentire, etiamſi taceat.*

34 *Taciturnitas conceditur etiam in ijs, quæ præiudicium aliquod adferre poſſunt.*

36 *Fideiuſſionis cauſa efficiens eſt voluntas fideiubentis, diſertis verbis explicata.*

37 *Taciturnitas non ſufficit in ſtipulationibus.*

38 *Facto vbi eſt opus, verba non ſufficiunt.*

39 *Taciturnitas non præiudicat, quando quis ſcire potuit ius ſuum ſibi ſaluum permanere.*

40 *Silentium habetur pro diſſenſu, quando agitur de iuris noſtri imminutione.*

41 *Præſens, & tacens diſſentire videtur, quando tractatur de magno præiudicio. Et nu. 42. & 43.*

44 *L. 6. C. de fideiuſſor adducitur.*

45 *Actus poſitiuus declarat voluntatem eius, qui præſens eſt, & non contradicit,*

46 *Taciturnitas iuncta alteri rei indicatiuo conſenſus, præſentem, & tacentem obligat Et nu. 51. & 52.*

47 *Hieron. Marilianus in deciſ. Genuenſi 65. nu 25. reprehenditur.*

48 *Præſens in iudicio & fideiuſſor nominatus, iuſſuſque reſpondere, habetur pro conſentiente, etiamſi taceat. Et nu. 49. Quod tamen declara, vt nu. 50.*

53 *L. cum oſtendimus. ff. de fideiuſſ. tutor explicatur. Et numero 54.*

55 *Patientia geminata inducit fideiuſſionem, ſi quis ſe fideiuſſorem non ſolum nominari, ſed talem etiam ad acta referri patiatur. Et nu. 56. 57. & 58. Quod tamen declara, vt nu. 59 60. & 61.*

62 *Immunitatem habens, ſi de facto grauetur, appellare poteſt & debet.*

63 *Proteſtatio vtilis eſt ſi quis fideiuſſor nominatus in iudicio, fideiubere nolit.*

64 *Iuramento non eſt locus, vt quis iuret ſe non conſenſiſſe.*

65 *L. tribus heredibus. ff. de vſufr. ear. rer. quæ vſu conſu. explicatur.*

66 *Voluntas teſtatoris eſt ſectanda. Et nu. 67.*

68 *Fideiubere omnes poſſunt, qui ſtipulando obligari poſſunt*

69 *Fideiuſſionis contractus tacitum damnum ſecum adfert.*

70 Pupillus *fideiubere non poteſt. Quod tamen declaratur, nu. 71. 72. & 73.*

74 *Auctoritas tutoris interueniſſe non præſumitur, niſi probetur.*

75 *Auctoritas tutoris honorarij an ſufficiat pupillo fideiubenti? Et num. 80.*

76 *L. pupillum 49 ff. de acquir. hæred. & l. 4. ff. de auctor. tut. conciliantur.*

77 *Azonis in curia detegitur.*

78 *Tutori Prætor adminiſtrationem interdicere poteſt.*

79 *Stipulatio ius continet, non factum. Sed accipe, vt dicitur. nu. 81.*

82 Minor 25 *annis non eſt idoneus fideiuſſor. Et num. 84.*

83 *Alciatus obiter à mendo repurgatur.*

85 *Iuuenius à iuramentorum ac ſponſionum vinculis remouetur.*

86 *Minor curatorem non habens, etiam volenti creditori, efficaciter fideiubere non poteſt contra Cuiacium. Vulteium, Henricum à Suerin, & Borcholtum. nu. 87. 88. 89. 92. 94. & 95.*

90 *Iacobi Cuiacij laus.*

91 *Pubes etiam ſine tutoris auctoritate vouere poteſt impubes non.*

93 *Mulier olim fuit in perpetua tutela.*

94 *Tutores tantum adhibentur ad ſolennia iuris, non curatores.*

97 *Ioannis Goddæi traditio nonnihil in dubium reuocatur.*

98 *Inſcriptio l. puberes. 101. ff. de verb. oblig. tanquam vitioſa emendatur.*

99 *Minor ſe pro maiore gerens, fideiubendo obligatur.*

100 *Minoribus errantibus, non fallentibus, publica iura ſubueniunt.*

101 *Ignorantia probabilis, & iuſta excuſat.*

102 *Iuſte creditur, quod communiter creditur.*

103 *Minor mediante iuramento fideiubens omnino tenetur.*

104 *Minor in rem ſuam fideiubens, fit obnoxius.*

105 *Minorennitas iure Saxonico, non Lubecenſi, intra vnum & viginti annos concluditur.*

106 *Iuris quæ non ſunt, ſed facti, ad Iuriſconſultos non pertinent.*

17 *Electorum filij ex aurea Bulla Caroli IV. anno 18. ætatis ad plenariam adminiſtrationem Electoratus admittuntur. Poterunt igitur, & fideiubere.*

108 *Vt, & illi, qui anno vigeſimo impleto, ætatis veniam impetrarunt.*

209 *Legitima ætate impetrata licent illa omnia, quæ perſonam concernunt.*

110 *Venia ætatis etiam ante 20. annum impetrari poteſt, & ibi laus, & ac encomium Sereniſſimi Regis Daniæ Chriſtiani IV.*

111 Furioſus *non rectè fideiubet. Declara tamen vt numer. 114 & 115.*

112 *Furioſi defectus per ſynopſin quaſi enumerantur.*

113 *Verborum potiſſima pars eſt eorum mens, & ſignificatio.*

116 *Mente captus, Demens, & Fatuus an ex ſua fideiuſſione teneantur. Et nu. 117. & 118.*

119 Ebrii *an ex ſua fideiuſſione teneantur?*

120 *Ebrietas in primis amica eſt diabolo.*

121 *Ebrijs nulla ineſt ratio, nullus conſenſus.*

122 *Ebrij vitam edormire perhibentur.*

123 *Ebrij mortuis furioſiſque æquiparantur.*

124 *Ebrietas nihil aliud eſt, quam voluntaria inſania.*

125 *Ebrij teſtes nihil probant.*

126 *Ebrij matrimonium contrahere non poſſunt.*

127 *Ebrij contractus viribus non ſubſiſtit.*

128 *Ebrietatem allegans, eam debito modo vt probet, neceſſe eſt.*

129 *Ebrius, poſt diſcuſſam ebrietatem promiſſionem ſuam ratificans, tenetur.*

130 *Ratificatio etiam furioſo tribuitur.*

151 *Ebrius mane ſobrius factus, & iactans ſe elapſa veſpera aliquem promiſſione ſua eluſiſſe, obligatur.*

132 *Ebrietas magna, non leuis, in conſiderationem venit.*

133 *Hilaritas eſt ianua ebrietatis.*

134 *Caroli V. conſtitutio ebrios contrahentes ad obſeruantiam obligat. Et nu. 135.*

136 Prodigus *ad fideiubendum non admittitur.*

137 *Prodigus quis ſit?*

138 *Prodigus parum diſtat, ratione contractuum, pupillo, & furioſo*

139 *Prodigus quæ facere non poſſit, ſummarie oſtenditur.*

140 *Prodigalitas quomodo probetur?*

141 Mutus, & Surdus *pro fideiuſſoribus adhiberi nequeunt.*

142 *Balbus, & blæſus rectè fideiubent. Vt, & ſurdaſter.*

145 *Notarius ſcribens, præſente aliquo quid fuiſſe factum cum tamen is eſſet infans, dormiens, furioſus vel ſurdus, poteſt arbitrio iudicis puniri.*

144 *Nutu*

144 *Nutu, voce, ſcriptura ac ſignis conſenſum declarare, quando paria ſint.*

145 *Annuens in ſtipulationibus non obligatur, ergo nec fideiuſſorem pro tali obligatione datum, obligari certum eſt.*

146 *Mutus & ſurdus pro harede gerere poſſunt. Item, Procuratorem conſtituere. Quod tamen declara, vt num.147.*

148 *Mutus, & ſurdus hereditatem adire nequeunt.*

149 *Stipulationum, & pactorum ius in foro, & quotidiano vſu propemodum eſt confuſum.*

150 *Mutus hodie ſcriptura recte obligatur.*

151 *Mutus pro tutore fideiubere poteſt, ſi ſit locuples, ac ſcribere poſſit.*

152 *In Hiſpania humeris vel capite alicuius interrogationi annuens, hodie obligatur.*

153 *Mutus teſtis depoſitionem ſuam ſcriptis comprehendere poteſt.*

154 *Surdus ſi ſcribere ac legere poteſt, rectè fideiubet. Quod declara, vt num.155.*

156 Cæcus *à fideiuſſione non excluditur.*

157 *Cæcus ſponſalia celebrare, & vxorem ducere poteſt.*

158 *Cæcus valide ſocietatem contrahit.*

159 *Cæci nonnulli excelluerunt in Philoſophia, Theologia, & Iuriſprudentia.*

160 Miles *non eſt idoneus fideiuſſor.*

161 *L. milites. C. de locato. hodie non eſt in vſu, ſecundum Angelum, & Carocium.*

162 *Milites hodierni quales plerique ſint, pulchre oſtenditur.*

163 *Miles in rem ſuam fideiubens, obligatur.*

164 *Miles veteranus ex fideiuſſione ſua tenetur.*

165 *Miles cum prius fideiuſſiſſet, poſtea ſe militem ſcribi paſſus, non eximitur ab obligatione ſua.*

166 *Miles pro cauſa communi omnis ſui numeri cohortis, & ſocijs ſuis ac militibus fideiubens, tenetur.*

167 *Miles rectè fideiubet, & tenetur, ſi creditor non contrahat. Sed vide num 169.*

168 *Miles poteſt eſſe procurator, ſi pars tempore litis conteſtata nihil opponat.*

169 *Lege qui arcetur ab actu aliquo ob bonum publicũ, is ne volente quidem parte admittitur. Declara vt nu.170.*

171 *Militem ſi quis ignorans, tanquam paganum, pro fideiuſſore admiſerit, fideiuſſio valet.*

172 *Militia togata comparata eſt ad exemplum armata.*

173 *Omne ſimile claudicat, nec ſimile mox eſt idem.*

174 Corialis *non poteſt eſſe fideiuſſor. Et nu.175.*

176 *Curialium periculo fideiuſſor dari poteſt.*

177 *Curialis in rem ſuam fideiubens obligatur.*

178 *Curia, quales in iure deſcribuntur, hodie nulla amplius ſunt.*

179 *Decuriones noſtris Senatoribus aquiparantur.*

180 *Duumuiri Conſulibus ſunt ſimiles.*

181 Vaſalli, *& feudatarij an fideiubere poſſint, prolixe enucleatur, vſque ad nu.239.*

182 *Vaſalli abſque domini conſenſu feuda ſua alienare non poſſunt.*

183 *Actionem mandati habet fideiuſſor aduerſus debitorem.*

184 *Vaſalli minus honeſti ſunt homines ruſtici, opifices, mercatores, monopola. Euclíones ac verſutiſſimi fœneratores.*

185 *Vaſallus feudum abſq; domini conſenſu pignori obligare nequit.*

186 *Argumentum à venditione ad fideiuſſionem, validum eſt.*

187 *Argumentum à fideiuſſione ad nouationem ſubſiſtit.*

188 *Argumentum ab oppignoratione ad fideiuſſionem rectè deducitur.*

189 *Feudi hypothecatio eſt permiſſa. Sed contrarium defenditur nu.190.*

191 *Vaſallus fideiuſſione abſtinere non cogitur. Et nu.200.*

192 *Rei ſua quilibet eſt moderator, & arbiter. Et n.221. 222.*

193 *Executio in bona feudalia rectè fieri poteſt.*

194 *Alienationis actus vnus ſi permittitur, permittitur quoque omnis alius illi ſimilis.*

195 *Alienatione prohibita nihilominus concedi poteſt commoditas percipiendorum fructuum.*

196 *Alienare prohibitus, poteſt tamen locare fructus toto tempore vitæ ſua.*

197 *Vaſallus vtile dominium in feudo habet.*

198 *Alienationis verbum lat ſſimum eſt.*

199 *Alienare bona ſua, ac ſe ſuaque obligare paria ſunt.*

201 *Feuda libere alienari poſſunt in Gallia, in Ducatu Mantua, Marchionatu Luſatia Ducatu Glogouienſi, Sileſia, & Marchia Brandeburgenſi. n.202 & 203.*

204 *Fideiuſſiones vaſallorum indiſcretas generali aliqua conſtitutione prohibendas eſſe oſtenditur.*

205 *Cauſa cognitionem multa negotia requirunt.*

206 *Vtilitas publica ſeruit, vt homines liberi ſint à debitis.*

207 *Fideiuſſiones cum aliqua cauſa cognitione interponi vtile eſſet. Et nu.208 & 209.*

210 *Nobilitati merito omnes boni fauent.*

211 *Donatio inſinuationem requirit.*

212 *Imperium, & fiſcus abundant, ſi ſubiecti ſint locupletes.*

213 *Parta ſeruare difficilius eſt, quam acquirere.*

214 *Amaſis Regis Ægyptij lege cautum fuit, vt ſinguli quotannis profiterentur, vnde viuerent.*

215 *Homines de facultatibus ſuis amplius ſperant, quam par eſt.*

216 *Æ'ſ'ria, natiuitates, illuſtres mortes, teſtamenta, contractus, matrimonia, diuortia, & alia, ad acta publica referre, olim moris fuit.*

217 *Lege Tribunitia olim modus credenda pecunia præfinitus fuit.*

218 *Vaſalli ſemper lautius inſtructi eſſe debent, quam priuati.*

219 *Stipendia integra non fuerunt in manu militum.*

220 *Plautus Comicus omnem pecuniam ſuam mercimonijs ineptis amiſit.*

223 *Liberum quid eſt, ſed ſub certa lege, quod exemplis declaratur. num.225.226.227.228.229.230.231.232.*

233 *Militatum apud exteros ne quis eat, prohiberi poteſt.*

234 *Archiepiſcopatus Bremenſis nobilium inſtitutum ratione coarctata fideiuſſionis commendatur.*

235 *Donationibus modum ſtatuit Lex Cincia.*

236 *Legibus ſumptuariis gula, & luxuria fines præſcripti.*

236 *Ludere conceſſum vſque ad vnum aureum.*

236 *Henrici Iuij Ducis Brunſuicenſis, & Lunaburgenſis ſanctio de non grauandis bonis feudalibus, nisi emphyteuticis, laudatur.*

239 Clericus *fideiubere non poteſt. Et nu.140. & 242.*

241 *Clerici quinam ſint.*

243 *Monachi fideiubere nequeunt. Declara vt num.247. & 248.*

244 *Monachorum monialiumque voluntas ab Abbate, & Abbatiſſa dependet.*

245 *Abbas regulariter fideiubere non poteſt. Et nu.246.*

249 *Clericus fideiubens, & non repulſus in initio, obligatur. Sed contrarium docetur. num.251.*

250 *Multa, quæ de iure fieri non debent, facta tamen tenent.*

252 *Cap. peruenit. & cap. conſtitutus. ext. de fideiuſſoribus explicantur.*

253 *Faciens aliud, quam quod facere iuſſus eſt, nihil facit.*

254 *Clerici fideiuſſio in caſu neceſſitatis admittitur.*

255 *Archidiaconi traditio reijcitur.*

256 *Clericus poteſt compromittere, quoad modicum praiudicium Eccleſia.*
257 *Clericus pro vtilitate Eccleſia ſua rectè fideiubet.*
258 *Prælatus per tranſactionem poteſt res Eccleſia melioris conditionis efficere.*
259 *Canon Apoſtolorum.20. declaratur. Et nu.260.*
261 *Clerici pro ſe inuicem rectè fideiubent.*
262 *Clerici fideiubere poſſunt, habita licentia fideiubendi.*
263 *Clericus in rem ſuam rectè fideiubet. Vt & compromittit. numer.264.*
265 *Cardinales, Archiepiſcopi, Epiſcopi, Prapoſiti, Decani, Commendatores, Milites Cruciferi, etc. rectè fideiubent. Declaru vt nu.266.& 267.*
267 *Epiſcopus, aut Prælatus compromiſſurus, de conſenſu Capituli docere cogitur.*
269 *Sacerdotes, & Pueri hi Auguſtana Confeſſionis à fideiuſſione non arcentur.*
270 Fiſcus *non eſt idoneus fideiuſſor. Et nu. 271. 272. Sed declaru vt nu.276 & ſeqq.*
273 *Superior vbi loquitur, tacere debet inferior.*
274 *Conſiliary Principum non ſunt idonei fideiuſſores.*
275 *Fiſcus non eſt facilis conuentionis.*
277 *Fiſco non eſt ita fauendum, vt alijs iniuria fiat.*
278 *Altare vnum non eſt detegendum, vt alterum cooperiatur.*
270 *Fiſcus nullum habet priuilegium, niſi in caſibus expreſſis.*
280 *Fiſcus eodem vtitur iure, quo ſubditi vti debent.*
281 *Fiſcus ſemper ſoluendo eſſe præſumitur.*
282 *Fiſco fides attribuitur.*
283 *Executio fit etiam contra Principem debitorem, modo is non ſit Tyrannus.*
284 *Fiſcus Imperatores aliquid ſua fide eſſe iubens, obligatur.*
285 *Imperator, ſicut quilibet alius, ex ſuo contractu tenebitur.*
Quod ampliatur. numero 286.& 287.
288 *Princeps ipſe an teneatur, vel an eius officiales. Et num. 289 & 290.*
291 *Imperator ratione cauſarum ciuilium coram Comite Palatino Electore conueniri poteſt.*
292 Seruus *non poteſt eſſe fideiuſſor. Sed declaratur nu.295. 296.297 299.300.314.*
293 *Iulianus, & Alfenus fuerunt Sabiniani.*
294 *Serui, & filijfamilias in multis iuris articulis æquiparantur.*
298 *Dominus pro ſeruo ſuo fideiubere poteſt.*
301 *Seruus liberam peculij adminiſtratorē habens, quenam facere poſſit Et & numero. 302.383.374.305.306. & 307.*
308 *Seruus rem domini quatenus vendere queat. Et numero 309.*
310 *L.ſi ſeruus 34.ff. de vſucap.& vſucap. explicatur.*
311 *Inſcientia pro inſcitia, & ignorantia ponitur.*
312 *Articulus, IN, ſignificationem auget. Sed ſuo modo, vt num.313.*
314 Factores *habent poteſtatem fideiubendi. Et nu. 315.*
316 *Seruitutem gentium, & Romanorum veterem Germania ignorat.*
317 Coloni, & proprij homines, *Incola, & noui habitatores fideiubere poſſunt.*
318 *Proprij homines ſerui ſunt anonymi.*
319 *Proprium ulterius hominem, vel dedititium ſe non eſſe, qui adſcribi cupiunt ad numerum ciuiani probare is tenetur, qui in ciuium numerum adſcribi cupit.*
320 *Proprij homines teſtari poſſunt.*
321 *Proprij homines commercia exercere poſſunt.*
322 Libertus *fideiubere poteſt, Sed declara, vt num.324. & 326.*
313 *Libertus ad pleroſque actus liberorum hominum admittitur.*
325 *Vni non eſt ius ſuum auferendum, vt alteri proſimus.*
327 Filius fam. *maior 25. annis rectè ſit fideiuſſor. Ratio ponitur. nu.328.& nu.333.*
329 *Filius, ſi fideiuſſor acceptus ſit, obligatur pater de peculio.*
330 *Celſus I.C.30. libros Digeſtorum ſcripſit.*
331 *Hippolyti de Marſil. ſententia, cur filiusfam. fideiubere nequeat, reijcitur.*
332 *Poteſtas contrahendi à poteſtate agendi ſecernenda eſt.*
334 *Studioſus non eſt idoneus fideiuſſor. Limitatur numero 335.*
336 *Filiusfamilias pro extraneo rectè fideiubet.*
337 *Et multo magis pro ſuo parente. Quod ampliatur num. 338.& 339.*
340 *Balduinus Imperator filium Philippum ob accepti aris mutuum Venetis obſidem dedit.*
341 *Hippolyti de Marſil. opinio, cur filius pro patre fideiubere poſſit, examinatur, & nu.342.*
343 *Filiusfam. ratione contractuum habetur pro patrefamilias. Et nu.343. ac 346.*
345 *L.3. verſ. cæterum. ff de fideiuſſor. explicatur.*
347 *Socinus in conſ.23. vol.4 declaratur.*
348 *Filiusfamil. pro patre captiuo fideiubere tenetur, niſi exheredari malit. Quod exornatur num. 349. 350. 351. 352.353.354. 355.*
356 *Filiusfamil. pro patre captiuo fideiubere recuſans, etiam alimentis priuari poteſt.*
357 *Exheredare ex quibus cauſis integrum eſt, ex iiſdem etiam alimenta denegare licet.*
358 *Filius excuſatur, ſi pro idoneo fideiuſſore reputatur. Et num.363.*
359 *Parentes ſuos non amare impietas, non agnoſcere inſania eſt.*
360 *Emanuel filius Caloioannis Græcorum Imperatoris ſe pro patre ex carcere liberando Venetis oppignerauit.*
361 *Actum nihil videtur, quoties aliquid agendum ſupereſt.*
362 *Initia in Chriſtianis non quæruntur, ſed finis.*
364 *Filius iuſtam cauſam exhæredandi parentes ſuos habens, impunè pro illis non fideiubet.*
365 *Donatarius non admittit rem donatam, etiam ſi pro donatore fideiubere recuſet Et nu.366.*
367 Pater, pro filio *rectè fideiubet. Quod prolixe deducitur nu.368.69.370.371.372.373.& 378.*
374 *Pater pro filio interueniens quaſi extraneus interuenit. Et nu.375.*
376 *Filiusfamilias pro matre ſua fideiubere poteſt.*
377 *Mater pro filio validè non fideiubet.*
379 *Pater pro filio contrahente ſemper fideiuſſiſſe fictione iuris præſumitur. ex ſententia Baldi. Iaſ. Beer. Gothofredi, & Gilken. Sed illa opſis opinio in dubium reuocatur. nu 380.381.382.383 384.& 385.*
386 *Patre pro ſe, filiis, & familia ſua fideiubente de non offendendo, non comprehenduntur filij ſpurij. Quod tamen declara, vt nu 387.& 388.*
389 Mulier *fideiubere non poteſt. Cuius rei rationes ponuntur. nu.390.391.392.& 393.*
394 *SCtum Velleianum interceſſiones mulierum prohibet*
395 *Intercedere in SC. velleiano quid propriè ſit?*
396 *Mulier non aliter SC. Velleiano vti quam ſi pro alio fideiubeat, vel ſe obliget. Quod ampliatur nu 397.398. 399.400 401.*
402 *Mulier, quando ſe vna cum marito obligat, præſumitur ſumma tota perueniſſe ad maritum.*
403 *Pater, & filio contractum cum alio celebrantibus, to-*

tum præſumitur perueniſſe ad patrem, ſi modo ille filium gubernet.

404 *Cap. ex reſcripto. de iureiur. explicatur.*

405 *Pecunia mutuo accepta, pro qua maritus, & uxor ſimul fideiuſſerunt, ſi in vtilitatem vxoris ſit conuerſa, aut eius luxu, veſtitu aut illecebris dilapidata, mulier SC. Velleiano ſe tueri non poteſt.*

406 *Mulier, quæ vna cum marito negotiatur, tenetur ſoluere æs alienum mariti.*

407 *Statutum vel conſuetudo valet, quod vxor teneatur pro marito, ibique de conſuetudine ciuitatum Coloniæ, & Noribergæ, nec non Lubecæ, & Lunaburgi.*

408 *Ordinatio prouincialis Haſſica de ſolutione æris alieni cum marito facti adducitur.*

409 *Statuta Lubecenſia de eodem diſponentia proferuntur.*

410 *Enumerantur caſus, quibus mulier ex fideiuſſione ſua tenetur.*

411 *Repetere ab aliis dicta quatenus liceat.*

412 *Mulier, quæ in rem ſuam ſe obligat, non poteſt ſe tueri SC. Velleiano.*

413 *L. de die. §. qui mulierem ff. qui ſatiſdar. cogant. intellectus.*

414 *Accurſii antinomia inter d. l. de die. & l. ſciendum ff. qui ſatiſd. cog. tanquam minus vera reijcitur. Et num. 415.*

416 *Mulier ſibi ipſi contrahens, SC. Velleiani auxilio destituitur.*

417 *Mulier ante matrimonium contrahens quoddam debitum de eodem ſoluendo cautionem, vel fideiuſſoriam, vel iuratoriam, præſtare tenetur.*

418 *Mulier emens vel vendens non videtur intercedere. Quod fuſius declaratur nu. 419 420.*

421 *Tutor iudiciarius ex poſt facto contractum ratum habere poteſt, ſecundum Bald. Imol. Alex. & VVeſenb. Contradicentibus Ioan. de Arnono, Pioggia, Simoncello, Carocio, Mancino, & Dan. Meller. nu 422.*

423 *Mulier decipiendi animo intercedens non euadit immunis.*

424 *Mulier maior 25. annis pro extraneo vel marito ſoluens, non habet beneficium SC. Velleiani.*

425 *Mulierum genus eſt auarum.*

426 *Mulier inuita ad ſolutionem debiti maritalis cogi non poteſt.*

427 *Niſi ſponte ad id deueniat.*

428 *Aut tertiam partem bonorum mariti accipiat, quod tamen ibi ex conſtit. Electoris Auguſti declaratur.*

429 *Textus Speculi Saxonici lib. 1. art. 31. & 45 explicatur.*

430 *Muliere obligante ſe principaliter, & marito pro ea fideiubente, SC. Velleiano non eſt locus, contra Ioan. Vincent. Hondedeum, nu 431.*

432 *Falſa teſtantis verba veritati præiudicare non debent.*

433 *Mulier pro interceſſione pretium accipiens S.C. Velleiano non iuuatur, modo illa acceptio probetur.*

434 *Auaritia turpis, & damnata.*

435 *Quale quantumque pretium acceptum eſſe oporteat, vt mulier beneficio SC. Velleiani deſtituatur, in arbitrio iudicis conſiſtit.*

436 *Mulier an contrarium probare poſſit, ſe pretium non accepiſſe.*

437 *Mulier libertatis cauſa fideiubens omnino tenetur.*

438 *Manumiſſionem imponere quid ſit?*

439 *Beneficium eſt, & illud, quod non omnino eſt gratuitum.*

440 *Mulier, cui cum traditione pecunia promiſſa eſt indemnitas, ex ſua fideiuſſione tenetur. Secus ſi indemnitas præſtita ſit per pignora, nu. 442.*

441 *Fœmina ſicut mas mandatum ſuſcipere poteſt.*

443 *Mulier veteri debitori, pro quo antea expromiſit, ſuccedens, exceptione SC. ſe defendere nequit.*

444 *Reſtitutoria actio qualis ſit.*

445 *Actio, quæ alias aduerſus defunctum competebat, ex perſona hæredis non mutatur.*

446 *Inanis ſtipulatio nullius eſt momenti.*

447 *Aditione hæreditatis actiones inanes, & inualidæ confirmantur.*

448 *Mulier maior 25. annis elapſo biennio poſt primam interceſſionem ſe rurſus obſtringens, Velleiano SC. non iuuatur. Sed limita, vt nu. 449. & 450.*

451 *L. dolo. 19. ff. de nouat. intellectus.*

452 *Mulier pro dotis ſolutione fideiubens Velleiani beneficio deſtituitur.*

453 *Mulier pro viro ſuo dotem promittente fideiubere non poteſt.*

454 *Fauor dotium piam cauſam ſapit.*

455 *Mulier indotata an à viro repelli poſſit?*

456 *Franciſci Connani intellectus ad l. vlt. C. ad SC. Velleian. refellitur.*

457 *Matrimonium ſine dote eſſe poteſt.*

458 *Indotatam nemo ducere aut retinere cogitur.*

459 *Mulier dotem promittens ex nuda pollicitatione obligatur.*

460 *Imperatores non concedunt ſpecialiter, quod iam ante licet.*

461 *Puella pro proco ſuo fideiubens obligatur. Et numer. 464.*

462 *Conditio illa: Ducam te in vxorem, ſi donaueris mihi centum valet.*

463 *Donare difficilius eſt, & minus vtile, quam fideiubere*

465 *Mulier apud minorem pro alio fideiubens tenetur, ſi principalis non ſit ſoluendo.*

466 *Mulier SC. Velleiano renuntians, fruſtra eo deinceps vti contendit. Sed declara vt num 473 & ſeqq.*

467 *Renunciatio extraiudicialis num ſufficiat, oſtenditur, & num 468. 469.*

470 *Geminatio in terminis, auth. ſi qua mulier. C. ad Senatuſc. Velleian. nihil operatur.*

471 *Geminatio actus ex interuallo facta deliberatam intentionem agentis declarat.*

472 *Error non præſumitur actu geminato præcedente.*

473 *Renunciatio mulieris vt valeat illa prius de SC. Velleiano certiorari debet.*

474 *Certiorari ne debet mulier à creditore, vel à Notario, in quæſtionem deducitur.*

475 *Verba ſcripta à Notario in inſtrumento contractus præſumuntur vel partium.*

476 *Curioſi in alienis eſſe non debemus.*

477 *Notarius mulierem certiorare debet.*

478 *Clauſula inſtrumentis adjici ſolita plerumque contrahentibus ſunt ignota, ideoque Notarius partes de iis edocere debet. Et num. 479. & 480.*

481 *Clauſula finalis, Actum quis ſit effectus.*

482 *Certiorationem interueniſſe an ex ſolo dicto Notarij ita aſſerentis ſatis probetur? Et nu. 484.*

483 *Scripta in inſtrumento præſumuntur ſcripta voluntate partium.*

485 *Notarius interrogatus, & ignorans, quid ſit beneficium Velleianum, vtrum contrahentibus præiudicet? Et num. 490.*

486 *Notarius de eo tantum inſtrumentum conficere debet, quod propriis ſenſibus percipit.*

487 *Notarij multi ſimiles ſunt picæ, & pſyttaco, qui ſtant in palatiis dominorum, & neſciunt quid loquantur. Et num. 488.*

489 *Notarius ſcribens pecuniam eſſe numeratam, quæ eſt conſtituta, crimen falſi incurrit.*

491 *Teſtis deponens de fama, & interrogatus, quid ſit fama, reſpondens, ſe neſcire, nihil probat. Vide nu. 499.*

Digitized by Google

492 Fulgoſij, & Alexandri ſententia rejicitur, volentium, ignorantiam Notarij nihil obeſſe.
493 Notarius teſti æquiparatur.
494 Notarius aliquando duorum, vel trium teſtium numerum repræſentat.
495 Teſtis ex poſt facto non poteſt dictum ſuum perimere.
496 Renuntiationes plerumque ex leuitate animi fiunt.
497 Notarius vnus ſi fortè eſt doctus, reperiuntur viginti-quinque indocti.
498 Notariorum imperitia eſt valdè periculoſa.
500 Teſtis de facto interrogandus eſt, non de iure.
501 Medicus aſſerens aliquem mortuum apoplexia, non poteſt interrogari, quid ſit apoplexia. Sed declara vt num 502. & 503.
504 Practica mala non eſt ſeruanda.
505 Cautela pro Notariis circa SC. Velleianum. Et ibidem Statutum quoddam Lubecenſe inducitur.
507 Renunciatio iuramento firmata valet, etiamſi certioratio non præcedat. Sed declara vt nu. 509. 510. & 511.
508 Iuramentum eſt loco certiorationis.
512 Thomæ Grammatici lapſus detegitur.
513 Conſtitutio Nouella Electoris Saxoniæ 16. par. 2. declarationem accipit. Et num 514.
515 Læſio enormis quatenus iuuet mulierem, quæ, mediante iuramento, beneficio SC. Velleiani renuntiauit. Et num 516.
517 Reginæ, Duciſſæ, Comitiſſæ, Abbatiſſæ Imperij, & reliquæ mulieres Europææ, Regalia habentes, ex interceſſione ſua tenentur. Et num. 520. & nu. 522.
518 Abbatiſſæ Romani Imperij, quæ quatuor ſunt obiter enumerantur.
519 Mulieres regalibus, ac iuriſdictionis adminiſtratione munitæ virilia, & magna importantiæ negotia rectè ſuſtinere poſſunt, quod latius ibi deducitur.
521 Lex quod non dicit, nec nos dicere debemus.
523 Legem quærere, vbi habemus rationem, & ſenſum, eſt infirmitas intellectus.
524 Auguſta, Romanus Imperator iudicare nequit. Sed declara vt num. 525.
526 Mulier ex interceſſione ſua non tenetur etiam in foro poli. Et num. 530.
527 Mulieris ex interceſſione oritur naturalis obligatio.
528 Debitum naturaliter in foro animæ omnino præſtari oportet.
529 Lex humana, quoad obſeruantiam, ligat etiam in foro conſcientiæ.
531 Lex Moſaica in rebus politicis hodie non attenditur.
532 Bona temporalia, quæ tangunt, in his nulla eſt iuriſdictio Eccleſiæ.
533 Secularibus de rebus quoties agitur, toties Canones ipſi ſe iuri communi ſubjiciunt.
534 Obſides, & Captiui non ſunt idonei fideiuſſores.
535 Obſides, nec tranſigere, nec alienis negotiis ſe immiſcere poſſunt.
536 Captiui promiſſiones non habent magnam vim.
537 L. nam, & Seruius. ff. de negot. geſt. intellectus.
538 Captiuorum, & obſidum conditio hodie apud Chriſtianos melior, & tolerabilior eſt.
539 Captiui perſoluto λύτρῳ dimittendi ſunt.
540 Obſides, quem ad finem teneantur.
541 Obſides hodie contractus inter viuos celebrare poſſunt.
542 Obſides hodie teſtamenta rectè condunt.
543 Legati num fideiuſſionis negotium rectè in ſe ſuſcipiant. Et num 546.
544 Legati teſtamentum facere, conſtituere, compromittere, & emere poſſunt.
545 Legati, etiamſi legationis cauſa Romam venerint, ex qualibet cauſa fideiubere poſſunt.
547 L. cum furioſus. §. 1. ff. de iudic. explicatur. Et nu. 550.
548 Roma caput Italiæ, & communis patria.
549 Sed hodie aliter ſe res habet.
551 Negotia, quæ legationis munus impediunt, legato ſunt prohibita.
552 Legati feſtinare debent.
553 Ambaſſatores in legatione etiam priuatam vtilitatem procurare poſſunt.
554 Scæuola IC. mens in l. legatus 12. ff. de legationibus oſtenditur.
555 Contractus vnico ictu, & momento perficiuntur.
556 Accurſiana opinio quædam rejicitur.
557 Nuntij Apoſtolici ſunt legati Pontificis.
558 Nuntij Imperij, legati nos vocamus, an veteribus Romanorum legatis æquiparandi.
559 Deputati ad comitia Imperij, an pro legatis reputandi.
560 Andr. Gaylij, & Io. Lud. Benderi diſcrepantes opiniones ex ſententia Dn. Vulteij obiter conciliantur.
561 Legati Cæſarei, vulgo Cæſarei Commiſſarij meritò legatis veteribus æquiparantur.
562 Nomine quæ conueniunt, & re conuenire debent. Effectus nominis ad rem ſe extendit.
564 Nomine, qui non eximuntur, etiam fructu carere non debent.
565 Miſſi ad aulam Imperialem à Germaniæ Electoribus, & Principibus, an legatorum veterum nomine cenſendi?
566 Inferior ad ſuperiorem non facilè dicitur legatos deſtinare, & mittere.
567 Appellatio legati anguſtior eſt, quam appellatio. Quam curſores.
568 Legati Regum, ac Principum, qui Imp. Maieſtatem pro ſuperiore non recognoſcunt, non infulſe veteribus legatis æquiparantur.
569 Imperatorem omnes Reges, ac Principes pro ſuperiore recognoſcere de iure tenentur, ex ſententia Citramontanorum.
570 Imperator Romanus demum verus eſt Monarcha.
571 Ioannes Bodinus perſtringitur.
572 Reges, & Duces multi ſe Imperio ſubtraxerunt, & nominatim Rex Galliæ.
573 Rex Hiſpaniarum.
574 Exceptis Ducatu Burgundiæ, & aliis prouinciis.
575 Rex Angliæ, & Scotiæ.
576 Rex Luſitaniæ, vel Portugalliæ.
577 Reges Daniæ, Noruuegiæ, & Sueciæ.
578 Holſatia Ducatu tamen except.
579 Rex Neapolis, & Siciliæ.
580 Rex Poloniæ.
581 Dux Sabaudiæ, ſuo tamen modo.
582 Delphinus Franciæ.
583 Dux Mediolani.
584 Dux Ferrariæ.
585 Dux Venetiarum.
586 Florentiæ, & Magnus Dux Hetruriæ.
507 Genua.
588 Imperialis fortuna omnes ſupereminet alias.
689 Diſputare de Maieſtate Imperatoris nihil aliud eſt, quam Solem intueri, & detrimentum viſus accipere.
190 Procurator litigioſus, & cauilloſus non habetur pro idoneo fideiuſſore.
591 Procuratori litigioſo difficilius pecuniam, quam Herculi clauam extorſeris.
592 Procuratorum, & Cauſidicorum vaſſimorum egregia encomia κατὰ ταύτην enumerantur, vt & numer. 593.
594 Procurator litigioſus, pro idoneo fideiuſſore oblatus, citra metum actionis iniuriarum rejici poteſt.
595 Cauſis agendis, qui vocant, omnia mala nouerunt, & nihil curant, præter burſam hydropicam.

596 Item,

596 *Item, nequitias ſuas commentariorum pelago nutriunt.*

597 *Et verba importans, ac pecunia vendunt, vt Hermodorus.*

598 *Sexta Æbuic ſimiles ſunt hodie plerique procuratores, & cauſidici.*

599 Deportatus, *aut* Bannitus *pro idoneo fideiuſſore non agnoſcitur.*

600 Excommunicatus *fideiuſſionem in ſe ſuſcipere poteſt.*

601 *Excommunicatus capax eſt iuris gentium.*

602 *Excommunicatus poteſt contrahere.*

603 *Excommunicatus poteſt vſucapere & praſcribere.*

604 Socius *pro ſocio,* conſors *pro conſorte, &* coniuncta perſona *pro coniuncta perſona rectè fideiuſſor exiſtit Et num.*607.

605 *Societas non inducit fideiuſſionem mutuam.*

606 *Tribuni, Centuriones, reliquique Duces pro debitis, & victu militum in Rom. Imperio congregatorum ſponſione obſtringuntur.*

609 *Curatorem bonis abſentis poſtulare.*

610 *Procuratorem conſtituere.*

611 *Reſcriptum impetrare.*

612 *Tutorem petere.*

613 *Appellationem interponere.*

614 *Debitorem coniuncta perſona arreſtare.*

615 Frater *pro fratre interuenire, & fide ſua eſſe iubere poteſt.*

616 *Frater à fratre, ſi vterque in eiuſdem patris eſt poteſtate, non rectè quid ſtipulatur.*

617 *Fratres duo in eiuſdem patris poteſtate exiſtentes reſpectu extranei pro vna perſona non habentur.*

618 *Emancipatio non præſumitur, ſed probanda eſt.*

619 *Filij hodie tacito ferè iure è ſacris paternis exeunt.*

620 *Matrimonium de iure ciuili non diſſoluit patriam poteſtatem.*

621 *Nuptiis patria poteſtas ſoluitur apud Italos, Longobardos, Gallos, Hiſpanos, Luſitanos, Burgundos, Niuernenſes, Belgas, Neapolitanos.*

622 *Germanos itidem. Et num.*623.

624 *Doctoratus, aut Sacerdotium à patria poteſtate non eximunt.*

625 *Separatio Saxonica, diſceſſio vocatur, eſt loco emancipationis.*

626 *Textus ordinationis prouincia lib.2.art.19.per conſtit. Electoris Auguſti* 10. *par.2. abrogatus eſt.*

627 *Separati fratres, qui habent dominos particulares, & domus proprios patri communi pro ſe inuicem fideiubere poſſunt.*

628 Ciuitates, *& municipes pecuniam credere poſſunt.*

629 *Ciuitates, & municipes fideiubere poſſunt.*

630 *Argumentum à mutui datione ad fideiuſſionem valet.*

631 *Vniuerſitas eſt nomen iuris, & animum non habet, neque intellectum.*

632 *Vniuerſitas legitimè conuocata perſona vicem ſuſtinet.*

633 *Senatus Lubecenſis pro Principe Eccleſiaſtico, aut ſeculari fideiuſſionem in ſe ſuſcipere nequit.*

634 *Corpora integra, collegia, Capitula, confœderati, & ſocietates, rectè quoque fideiuſſiones in ſe ſuſcipiunt.*

HActenus oſtenſum eſt in duobus capitibus præcedentibus, quæ perſonæ fideiuſſores dare cogantur, & quibus fideiuſſores dari debeant, reſtat nunc illud, tanquam præcipuum huius diſputationis membrum, vt expediamus, quæ perſonæ fideiubere poſſint, fruſtra enim ſequentium tractationem inſtitueris, niſi prius perſpectum habeas, quinam pro fideiuſſoribus in iure noſtro admittantur, & qui viciſſim repellantur.

Et quidem initio non puto pluribus probandum
1 eſſe, quod † nemo pro ſe fideiubere poſſit, ad hoc vt ipſe obligetur: hoc enim perſpicuum faciunt Africanus *in l. hæres à debitore. §. ſeruo ff. de fideiuſſ.* & Seneca *lib.5. de benefic. cap.*10. vbi inquit, quod laudetur, & inter maxima humani generis bona colatur fides, ſed propterea tamen non dici, quenquam ſibi fidem præ-
2 ſtitiſſe, non magis † quam aliquis apud eundem pro eo ipſo interceſſiſſe intelligi poteſt, vt idem Africanus ſcribit *in l. tutor pupilli. in princ. ff ad Velleia. & vtrobi-*
3 *que Cuiacius.* Si enim iſtud concederetur, tum primum † actio & paſſio in vno ſubiecto eſſent, quod eſt *ἀδύνατον*, ſecundum Iaſ. *in l. debitori. nu.4. C. de pact.*
4 *& dixi c. præced. num.*75. Intra vnum † enim non poteſt fieri, quod duos exigit, & quod comparatur, vel iungitur, ſine altero non intelligitur, nec eſſe poteſt.
5 Hinc rectè dixit Iauolenus (non Pomponius, vt † errat Ioan. Bodinus, Germanicæ nationis acerrimus ſugillator, *lib.1. de Repub. cap.8. mihi pag.*134. *alias pag.* 85.) *in l. à Titio.*108. *§ vlt. ff. de verb. oblig.* nullam promiſſionem poſſe conſiſtere, quæ ex voluntate promittentis ſtatum capit. Et quidem illam ipſam *l. a Titio.* 108. *ff. de verb oblig.* eſſe ex libro 10 epiſtolarum Iauoleni, teſtatur Georg. Eberlinus *in l.2. cap.47. num.2. mihi pag.*383. *ff. de orig. iur.*

Atque ex hoc ipſo fonte quoque fluit, Primo, quod
6 † hæredi à ſemetipſo legatum dari non poteſt, *l. legatum* 116. *ff. de legat.1. l. Titia.*34. *§.1. ff de legat.2. § auferuo. Inſtit. eod. tit. Pariſ. conſ.*79. *nu.1. vol.2.*
7 Secundò, quod † parum commodè dicitur, quenquam ſibi ipſi duplam præſtare debere, *l. ſi ei.*41. *in princ ff de euictio* Rectè namque Seneca *lib.5. de benefic. cap.7. in fin. Nemo,* inquit, *ſibi debet. Natura prius eſt, vt quis debeat, deinde vt gratiam referat. Debitor non eſt ſine creditore, non magis, quam maritus ſine vxore, aut ſine filio pater.* Vide eundem ibid *cap.8. & 9. in fin.* vbi dicit: *Quod nemo dat: niſi alteri: quod nemo debet, niſi alteri; quod nemo reddit, niſi alteri.*
8 Tertiò hinc manat, quod † nemini à ſemetipſo libertas adimi poteſt, ſicut nec ſibiipſi à quoquam legari, *l. ſed ſi 6 § vlt. ff. de hæred. inſtit.* Nemo enim ſibi bene facit, non magis quam ſibi fauet, quam ſuarum partium eſt, *Seneca d. lib.5. cap.*10.
9 Quartò, quod † nullus intelligitur à ſeipſo pecuniam ſibi debitam exigere, ad hoc vt ipſe eam retineat, *d. l. hæres.*21. *§. vlt. l. tutor.*69 *ff. de fideiuſſor. l. ſi pupilli. §. vlt. ff. de nego. geſt. l. ſi negotia, ff mandat.*
10 Quintò, quod † ſeruus ipſe in ſuo peculio eſſe intelligi non poteſt, *l. Stychus in fin. ff. de pecul. legat. l. depoſui.*38. *§. Stychus. ff. de pecul.*
11 Sextò, quod † nemo videatur ſibi ipſi hæreditatem reſtituere, *l.1. § ſi autem collegium, ff ad Trebell.*
12 Septimò, quod † nemo ſibi ipſi beneficium det, quod nemo ſibi ipſi aliquid donet, vel vendat, quod nemo ſit ſuus frater, ſed alterius, quod nemo ſit par ſibi, ſed alicui, vt pulchrè oſtendit Seneca *d. lib.5. de benefic. c.*10. M. Anton. de Amatis *deciſ.*51. *num.*14.
13 Octauò denique, † quod nemo poſſit eſſe vaſſallus ſui ipſius, vt rectè tradidit Carol. Molin. *in conſuet. Pariſ. tit.1. §.13. gl.1. num.*70.

Deinde, ſi diceremus, debitorem pro ſeipſo fideiubere poſſe, tum ſequeretur, quod hac ratione ſe quia facere aliquid iuberet, aut facere prohiberet, cum ta-
14 men nec † imperare ſibi, neque ſe etiam prohibere, nec ſeipſum ligare, vel ſoluere (vt ait Luc. de Penna *in l. 1. nu.15. C. de his qui in exil. dat. lib.*10. quiſquam poſſit. *l. ſi de re* 51. vbi gl. *in verb. imperare.* dicit, *quod Imperatiuus careat prima perſona, ff. de recept. l. ille à quo §. tempeſtiuum. ff. ad Trebell. c. innotuit. §. quamuis autem. & ibi*

Digitized by Google

gl.verb.in parem.de electic. Ioan.Bodin. *de Repub.lib.1.c.*
8.*mihi pag*.134. Et proinde apte cenſuit.Seneca *lib*.20.
15 *Epiſtolar.Epiſt*.114. Imperare † ſibi,maximum eſſe im-
perium.

Tertiò, iſta ſententia commendatur hoc argumen-
to, quod eo modo quis vno eodemque tempore eſſet
eiuſdem pecuniæ, & fideiuſſor, & principalis debitor,
quod ſanè recta iuris noſtri ratio vix admittit,ſtatuens
16 † vnam eandemque rem duplicem effectum vno tem-
pore habere non debere, *l.cum qui ædes. ff. de vſurpat.*
17 Imò difficilè eſſe, vt vnus † homo ſimul in vna cauſa
18 duarum repugnantium (nam reſpectu † compatibi-
lium ſecùs eſt, *l.Romanius*.28. *ff. de tutor.& curat.dat.
ab his.l.ſi quis*.60.§.1. *ff. de ric.nupt.faciunt tradita per
Euerhard. in Topicis, loco, à tanquam, vel reſpectiuis,&
præſertim num*.29.) perſonarum vicem ſuſtineat, *l. ſi
plures. ff. de pact.d.l.ille à quo.§. tempeſtiuum. ff.ad Tre-
bellia.l. ſi mandauero.§.ſi tibi quorum.ff. mandati.* Quem-
19 admodum enim de re dicitur, † quod ſimul vendere,
atque etiam pretium eſſe per rerum naturam non poſ-
ſit, ſiquidem iſthoc poſito,neceſſario conſequitur,non
poſſe intelligi, quæ videatur res venisſe, & quæ pretij
nomine data eſſe, *l 1. ff.de rer.permutat.§.diuerſa ſcho-
la.Inſtit.de empt.& vendit.* Ita etiam ratio non patitur,
vnum hominem pro vna re duplici, & diuerſo reſpe-
ctu obligari, nimirum vt reum, & fideiuſſorem: quid
enim abſurdius eſſe poteſt, quam principalem locum
in re aliqua obtinere, & ſimul huic accedere? Ne di-
cam, iſtam principalis debitoris pro ſeipſo fideiuſſio-
nem planè nihil creditori commodare,qui ſibi ex ea-
dem cauſa, iam ante debitorem obligatum habet,*l.1.
§.ſi debitori ff.vt in poſſeſſ.legator.* Quorſum igitur con-
tractus iſte addititius, imaginarius, & inutilis, quem
ne cogitatione quidem aſſequi poſſis? *l. obligationes.*
27.*l.contractus*.54.*ff de oblig. & actio.* Quare veriſſima
eſt differentia conſtituti, & fideiuſſionis, quod etſi
20 quis † etiam pro ſeipſo conſtituere poſſit, nequeat ta-
men pro ſeipſo fideiubere,ſicut annotat Cuiac. *in d.l.
hæres. §.non eſt nouum.pag*.365. *ff. de fideiuſſor.*

Neque eſt prædictis contrarium,quod alibi legitur,
poſſe quem in rem ſuam fideiubere, *l.de die.*§.1. *ff.qui
ſatiſd.cog.l. ſed ſi fideiuſſor*.24 *ff. de pact.* Huic enim in-
commodo tali reſponſo occurro, quod diuerſiſſima
ſint pro ſeipſo fideiubere,& in rem ſuam fideiubere:ſi-
21 quidem hoc permittitur,illud minimè.Eſt namque † in
rem ſuam fideiubere nihil aliud, quam pro ſuo nego-
tio,vel in ſuam vtilitatem ſe obligare,*l.aliquando.§.ſi
mulieri*.22.*ff. ad Vellrian.* non aliter, ac procurator in
rem ſuam dicitur, qui alienas actiones ſuo commodo
exercet,*l.4.ff.de re iudicat.l.8 §.vlt.ff.mandat.l.4.C.de
procurat.* & alibi ſæpiſſimè. Hoc autem caſu, quando
ſcilicet quis in rem ſuam fideiubet, vnius tantum ſuſti-
netur perſona, quod ſe aliter habet in ſuperiori, vbi
quis, & rei,& fideiuſſoris perſonam ſimul in vna cauſa
ſuſtinere deberet,ſi modo id iura noſtra permitterent.

22 Non aduerſatur quoque prædictis vulgaris loquen-
di formula,qua dicimus,aliquem aut ſoluere,aut fide-
iuſſores dare, aut ipſummet fideiuſſorem fieri debere,
ſi aliquis mutuo accepit pecuniam ſecundum morem
ciuitatis verum, quæ eſſet contractum, alius inſurgit
dicens eum eſſe ſimulatum. Qui accuſat habet ter-
minum quatuordecim dierum ad probandum;& octo
ad ſoluendum, & ſi non ſoluat in illis octo diebus,vl-
tima dies,dum ſol eſt ſuper terram dare debet fideiuſ-
ſionem, aut ipſe ſibi ipſi ſit fideiuſſor. Nam illud vlti-
mum accipiendum eſt non de aliqua præſtatione fide-
iuſſionis, ſed de corporali detentione, aut perſonali
arreſtatione debitoris, qua opus eſt, vt de ſolutione
maturius cogitet.

Sequitur ergò ex prædictis debitori incumbere, vt
creditori ſuo, non quidem ſeipſum, ſed aliam perſo-
nam offerat, quo creditum fide ſua eſſe iubeat, & ad
23 obligationem principalem accedat; ita † tamen, vt
nihilominus huius fideiuſſoria obligatio non ob id
aliena contractus forma ſuſtineatur,ſed per ſe ſit con-
tractus, & ſua propria forma conſiſtat, ac ſolummodo
ratione ſubiecti acceſſorius dicatur, iuxta tradita per
Ioan. Goddæum *de contrah.ſtipulat.cap.5. concluſ.2 nu.*
24 6. verum † & huius perſonæ conſenſum requiri, an-
tequam vt fideiuſſor obligetur, non eſt ambigendum.
Cum enim per ſtipulationem fideiuſſor conſtituatur,
vt deinceps oſtendam,ſtipulatio autem,quę verbis fit,
niſi habeat conſenſum,nulla ſit, *l.1.§.2.D.de pact.l.3.§.
2.ff.de oblig.& act.l.5.ff.de tranſact.* Conſequens vtique
25 ſit, fideiuſſorem † neminem conſtitui poſſe, qui in il-
lud vinculum fideiuſſionis voluntariæ non conſenſe-
rit,*cont. ſunt in l.hæreditatem* 32.*ibi,præſens quis interro-
gatus fideiubeat. ff. mandati.l.item* 14. *§.Labeo.in verb.
fideiuſſorem volentem dederit. ff. quod met.cauſ.* Fuluius
Pacianus *de probat.lib.1.cap.19.nu.70.* Et ob id rectè di-
xit Caſtrenſ. *in l.ſi quis pro eo.nu.5.ff de fideiuſſor.* quod
26 † conſenſus ſit anima contractus, cui adſtipulantur,
Curtius iun.*conſil.53.num.7. part.1.* Erneſtus Corbman.
reſponſ.18. *num*.38.

Quod vel ideò magis admitti debet, cum non, vt
res noſtras obligare poſſumus,ſic etiam integrum no-
27 bis ſit alios † pro nobis dare fideiuſſores, niſi illi ipſi
creditori ſtipulanti ſpondeant *Gabr. Mudæus in l.con-
trahitur.num 6.in fin.ff.de pignorib.* Præterquam enim
quod propterea conſenſus fideiuſſorum interuenire
debet; quia nimirum circa eorum perſonas vt pluri-
mum quid verbis obligationis exprimi ſolet, *l.3.§.qui
fideiuſſerint. ff. de adminiſtr. rer. ad ciuit.pertin.* Inſuper
28 † etiam naturalis ſimul, & ciuilis ratio ſuadet, alie-
nam conditionem meliorem quidem etiam ignoran-
tis,& inuiti nos facere poſſe, deteriorem autem facere
non poſſe, atque ideò,quia ius fideiuſſorum imminui-
tur, exquiri debere,an conſentiant, *l.ſoluendo ff. de ne-
got.geſt.l.in concedendo ff.de aq & aqua plu.arc.act.* In-
29 tereſt enim † fideiuſſorum non tam, cui teneantur, &
cui ſoluant, quam pro quo teneantur, & pro quo ſol-
uant, malumus ſiquidem pro certis perſonis, vel aliis
caſibus fideiubere, quàm pro aliis perſonis, vel aliis
caſibus,*Iul.Pacius cent.1.legum conciliat.quæſt*.70 ſicut
etiam cum quis domino dare debet, non implet con-
ditionem dando ſeruo eius, niſi dominus conſenſe-
rit, adeò vt in tali ſpecie nemo conditionem neſcien-
te domino, vel nolente implere poſſit, *l.qui hæredi.§.
30 contra ff.de condit.& demonſt.* ita quoque nemo, † ne-
ſciente me vel nolente, fideiuſſorem me dare,aut ſcri-
bere poteſt, *facit.l.vlt.verſic.etenim abſurdum. Cod.de
31 auctor.præſt.* in tantum, vt ſi quis † debitor me abſen-
tem in inſtrumento tanquam fideiuſſorem ſcripſerit,
aut ſcribi curauerit,mihi quidem ignoranti nihil auſe-
rat,ſeſe autem criminis falſi obliget periculo,*l.qui ve-
luti. C.ad l.Cornel. de falſ.facit l.vlt verſic.iniquum. C.
de conuen. fiſci.debit.l.1.C.de fideiuſſor.lib*.10.

32 Verum expediamus † & hanc quæſtionem, verum
præcisè expreſſus conſenſus requiratur,vel an ſaltem
tacitus,& præſumptus ſufficiat? Puta, ſi debitor pecu-
niam mutuam à creditore accipiens, vel aliter cum eo
contrahens, dicat; Titium fortè præſentem pro ſe fi-
deiubere, qui tamen nihil reſpondeat, ſed taceat?
33 Quanquam autem dici ſolet, quod † præſens actui,
quem impedire poteſt, intelligatur conſentire, etiam
ſi taceat,*gl.in l.qui patitur.ff.mandat.l.ſæpè verſ ſed ſi-
lentibus.& verſ.cur autem,ff de re iudic.l.quidam.12.ff.
de euictio.c.2.de appell.in 6.Tiraq.de retract.§.1.gloſſ.9.
num*.113.

Digitized by Google

num.113.Octau.Cacheran.deciſ.62.num.19. Weſenb conſ.
35.num.14.p.1.Pet.Peckius de teſtam. coniug. lib.3. cap.3.
34 in princ. quodque † taciturnitas conſenſum inducat
etiam in iis, que preiudicium aliquod adferre poſ-
ſunt,c.1.§ fin.de deſponſat.impub.in 6.Dd.in l.quæ dotis,
ff.ſolu.mat.Bartol.in l.1.C.de relatio. Bald.in l.1.C. de
negot.geſt.Crauet.de antiquit.temp p.1.pag. 41.num. 20.
Fabius de Anna conſil. 57. num. 9. late Menoch. de
35 præſumpt.lib 6.præſumpt.99.nu.15 & ſeq. Tamen † eo
non obſtante,hoc in caſu commune eſt Dd.placitum,
fideiuſſorem quem inde non conſtitui, quod præ-
ſens, & non ignarus negotij audiat ſe a debitore
fideiuſſorem in iſto actu nominari, niſi & expreſſim
conſenſerit, Boer.deciſ.314.num.5. Et hanc ſenten-
tiam communem eſſe teſtatur Eman. Soarez in com.
opin.lit.F.num.143. Atque ideo Weſenb. in paratit. ff.
36 de fideiuſſ.num.3.recte ſtatuit: Cauſam † efficientem
fideiuſſionis eſſe, voluntatem fideiubentis diſertis
verbis explicatam.

Cujus primum hæc eſt ratio,quod in ſtipulationi-
bus,item in fideiuſſione, quæ fit per ſtipulationem,
37 verba requiruntur, nec † ſufficit taciturnitas, l.1.§.
ſi ſeu ita l.ſi ſtipulor.§ ult.ff.de verb obligat. Vacon. à
Vacuna lib.5.declar.iur.cap 69. Menoch.de præſumpt.
38 99. num. 52. non magis quam vel facto † opus eſt,
verba ſufficere dicuntur l 1 § idem 29. ff. de vi & vi
arm.l.9.C.de his quæ vi met.cauſ.Tiraq.de retract.§.1.
gl.19.num.6.

39 Deinde taciturnitas † in illis cauſis nunquam præ-
iudicium adfert,in quibus quis ſcire potuit,ius ſuum
ſaluum & integrum ſibi eſſe,ac permanere, l.ſicut §.
non videtur.ff quib.mod. pign. vel hypo. ſol. l. Titia. §.
Lucia.ff.de legat.2.l.Gaius ff.de pig.act. Pet. Peckius in
tract.de amortiz bonor.c.28.Quod etiam deferri poteſt
axioma illud Interpretum, quod nimirum quoties
† agitur de iuris noſtri imminutione, ſilentium ha-
40 beatur pro diſſenſu,& tacens pro inuito,& contradi-
cente,filiusfam §.inuitus ff. de procurat.l.inuitum,ff. de
ſer.urb.præd. Alex.in d.l.quæ dotis nu.28.& ſeq.ff.ſolut.
mat.late Cephalus conſ.235.n.29 lib.2. Pet. Gilkenius de
præſcript.part.1.c.6.n.215.& 226 Potius igitur ſuccedit
41 hic doctrina,quod quando † tractatur de magno præ-
iudicio, præſens, & tacens diſſentire videatur, l.
penult.ff.de furt.Georg.Natta in c.quamuis col 12. de pact.
in 6. Afflict.dec.58.nu 3.Myſing.conſ.2.num.34. decad. 1.
42 (cuius contrarium † tamen video placuiſſe Menoch.
in d præſumpt.99.n.15.verſic.cæterum & nu. 22. verſ. ex
his intelligimus cum antea lib.3 præſumpt.41.num.10 &
43 24.aliud ſcripſiſſet) quodque † in arduis explicandis,
inque re graui, & onoroſa requiratur expreſſus con-
ſenſus,nec ſufficiat taciturnitas abſque contradictio-
ne,prout notabiliter tenet Abbas Panor in c. in cauſis
col.2.dicit,bene notandum eſſe, de elect. & Feliu.in c.nonne
verſic.ultra ſcias.n.12.extr.de præſumpt. Petr. Peckius
de teſtam.coniug.lib.1.cap 43.n.12.idque probatur ulte-
rius per text.in l.6 C.de fideiuſſor. ubi Antonius Imp.
44 ita ſcribit: Sic pater tuus † pro Cornelio,cum pecuniam
mutuam acciperet,ſe non obligauit,fruſtra ex eo,quod ta-
bulas obligationis,ut teſtis ſignauit,conueniris Nec mul-
tum differt reſcriptum Impp. Dioclet. & Maximiani
in l.ſi non ſubſcripſiſti. C. de admin.tut. iuncta l. Gaius
Seius,ff.de pignor.act.l.mutua C.ſi cert.petat. l. 2. C. de
reb.alien non alien.

Quod verò ſupra dictum eſt, taciturnitatem pro
conſenſu haberi,etiam in illis,quæ præiudicium gene-
rare poſſunt,hoc quidem ſe ita habet;Si aliquis actus
45 poſitiuus † extrinſecus interueniat, qui declaret vo-
luntatem eius qui præſens eſt,atque ei, quod agitur,
non contradicit,iuxta doctrinam Crauettæ,conſil. 111.
num.5.Cachera.deciſ.132.num.1.10. & Menoch. d. præ-
ſumpt.99.nu.22.verſic.primus itaque caſus & lib.3.præ-
46 ſumpt.9.num.20. Nam ſi taciturnitas † eſt iuncta al-
teri rei iudicatiuæ conſenſus,tunc præſens,& tacens,
etiam in actu obligatiuo,videtur conſentire, auctore
Bartolo,quem ſequitur Matth.de Afflict.deciſ.308 nu.
47 14.Et † proinde Daniel Mollerus in comment.ad conſt.
Saxon.conſtit.32.num.14.15.16.17.& 18 part.2. merito
reprehendit Hieron. Marilianum deciſio. Genuenſ.65.
num.25. ſentientem,non ſufficere, ſi conſanguineus,
cui ius retractus competit,præſens cum venditio fie-
ret, ac tanquam teſtis ei adhibitus fuerit,ſed adhuc
neceſſe eſſe,etiam illi denuntiari,ut tempus, retractui
à ſtatuto præfixum, locum habeat.Non enim res hic
manet in terminis ſimplicis præſentiæ,& ſcientiæ,ſed
accedit talis actus,qui conſenſum ſufficienter arguat,
iuxta ea, quæ poſt Tiraquell. tradit Petr. Peckius
in tractat.de teſtament.coniug.lib.1.cap.43.numer.11. &
nouiſſimè Balthaſar Benedellus in tractat. de iure
protomiſeos,§.in primis num.44.& 45. quamuis in ter-
minis iisdem contrarium quoque voluerit Afflict.
in conſtit.Friderici de iure protomiſeos, §. ut intra 30.
dies num.13.

48 Quid ſi etiam præſens † in iudicio,& fideiuſſor no-
minatur,iubeatur à iudice reſpondere,utrum fideiu-
bere velit,vel nolit, is vero taceat? Habetur utique
49 pro conſentiente,cum iuſſus † loqui,ſi taceat,conſen-
tire videatur,l.de ætate.§.qui tacuit. ff. de interroga in
iure fac.non ſolum 39.in ſi prine ff. de procurator. cap. 2.
de confeſſ.in 6. Innoc.in cap. 1. de his quæ fiunt a maiori
parte capitul. Boet.in comment.ad Topica Ciceronis lib.
3. mihi pag. 297. verſic. prætor interrogat. niſi modo
50 † ſtatim poſt iuſſum iudicis præ indignatione,& cum
ob murmuratione abiret a loco iudicij, tunc enim
iſta abitio diſſenſum argueret,arg. l. quid ſit fugitiuus
ff.de ædil.edict.

51 Vel pone,Titius in iudicio † vel negotio præſens
a Meuio debitore fideiuſſor nominatur, cui nomina-
tioni Titius non modo non contradicit,ſed etiam no-
men ſuum in acta publica,vel inſtrumenta contractus
referri patitur. Equidem hoc caſu Titius perinde te-
netur, atque ſi iure legitimo ſtipulatio interpoſita
fuiſſet, ita textus eſt literam, in l.cum oſtendimus,§.
ult.ff.de fideiuſſor.tutor.ac facit l.ſi is qui 31.§.ult.ff.de
inoffic.teſtament l.2.in princ.ff.ad municip l.honores 7.§.
ult.ff.de decurio l.6.l.8.C.de remiſſ.pign.l.1.& 2.C.de
52 filiusfam.& quemad pro his pater ten.lib.10.Quid † enim
intereſt,expreſſa voce voluntatem ſuam quis decla-
ret,an rebus ipſis vel factis,voluntatem ſatis clare im-
portantibus? l. de quibus ff. de legib. l ſi debitor 45.§.
agnouiſſe ff.de fideicommiſſ.libert.l. 1. §. ſcientiam ff. de
tribut act.auth.ad hæc.ibi,ſciens eam duci tacuit ex ſtu-
dio. C.de lat.liber.tollend.

53 Etſi autem † controuertitur, utrum ſtipulatio illa,
cuius mentionem facit Calliſtratus in d.l.cum oſtendi-
mus ſit ſtipulatio a lege præſumpta, ut exiſtimauit Bal.
vel an ficta, ut voluit ibi gloſſ. & Bart.in l.1. num. 2. D.
de verbor.obligat Bolognet.in rubr.de verbor. obligat.
cap 29 num.14.licet ipſe poſt Alciatum, & Mandel-
lum ſcripſerit,nec fictam,nec præſumptam eſſe,ſed ex
æquitate quadam dari actionem,ac ſi ſtipulatio inter-
poſita fuiſſet:tamen veriſimilius eſt,fictam ſtipulatio-
nem eſſe habuit enim pro certo Calliſtratus, nullam
fuiſſe interpoſitam ſtipulationem,quorſum ergò eam
præſumptam diceres? Sed dixit,perinde teneri fide-
iuſſores,ac ſi iure legitimo,hoc eſt, ſolenniter præce-
dente interrogatione,& ſubſecuta reſponſione ſtipu-
latio interpoſita fuiſſet, quod etiam placere video
erudito Menoch.de præſumpt.lib.2.præſumpt.62.num.

Antonius Heringius.

4.& 5.Ioan.Goddæo *de contrah.ſtipulat.cap.5.concluſ.*
5.num.23.
Sed hoc loco prætermitti non debet, quoſdam ſta-
54 tuere † deciſionem *d.l.cum oſtendimus*, extra caſum
fauorabilem pupillorum non extendi, Bart.*d.l. cum*
oſtendimus. Io.de Imol.*in clem 1.n.19.de procura.* Peck.
de iure ſiſtend.cap.45.n.17. Camill. Borellus *controverſ.*
47.nu.81. Ant.de Gamma *deciſ. Luſitania 300.nu.2.* ex
Iaſon.*in l.1.n.7.ff.de verb. oblig.* communem dicens;
quod etiam attingit Menoch.*d.præſumpt.99. num.29.*
atque eam ob cauſam creditori in aliis cauſis, maxi-
me ſi non publicam, ſed priuatam ſaltem vtilitatem
concernant, vt innuit Menoch *d. præſumpt. 90. num.*
44. obſeruandum, vt fideiuſſores a debitore præſenta-
tos faciat ſolenniter per ſtipulationem ſe obliga-
re: quod etſi temere non reprehendo, non tamen
ſum neſcius ab aliis Dd.*d.l.cum oſtendimus, §.vlt.* gene-
55 raliter quoque accipi, & ex ea colligi, quod † gemina-
nata patientia fideiuſſionem inducat, puta ſi primo
quis taceat, & deinde nomen ſuum, vel ad acta, vel in
chirographum referri patiatur: Andr.Barbat. *in conſ.*
81.incip.nolito ſublimia in 5.col.part.1. Ioan. de Petru-
cia *in ſingul.4.incip quid ſi debeam.* Petr. de Rauenna
ſingul.199. Anton.Corſet.*in tract.de verb geminat.n.30.*
Carol.Ruin.*in l.1.ff.de verb.obligat* Bald.*conſ.204.vol.*
1. Viuius *lib 2.com opin.verb fideiuſſor.opin.111.* Boet.
deciſ.314. Burſat.*conſil.195.num.52.lib. 2.* Girard. Ma-
zollus *conſ. 26.num 8.* Ioan. Imbertus *forenſ inſtitut.*
lib.1.c.76 Franc Iamettus *in comment ad tit ff. de fide-*
iuſſ.in pr.fol.2.verſ.idem dicendum 6. Fuluius Pacianus
de probat.lib.1.cap.29.numero 33.34.& 35.
Vndè etiam Cardin.Zabarella *nu. 6.* Bonifac. de
Vital.*nu.31.* & Ancotan.*nu. 4. in 4 notab.in d. clem. 1.*
56 *de procurat.* concludunt, quod ſi † aliquis eſt arreſta-
tus, & cupit ſub cautione relaxari, offerens fideiuſſo-
res ſuper eo, quod ad requiſitionem iudicis aut aduer-
ſarij reuertetur, quod tales fideiuſſores obligentur,
etiam ſi ſolum fuerint præſentes, & ſeſe tanquam
fideiuſſores actis iudiciariiis inſcribi paſſi fuerint,
& tacuerint, licet ſe per ſtipulationem expreſſe non
obligauerint. Quod in primis procedere ſcribit Pa-
cianus *d.cap.29.nu.43. & 44.* ſi tales fideiuſſores ad
57 publicam vtilitatem accipiantur. Imo †, & ipſe
Pekius *in c.qui tacet.num.2.de reg.iur.in 6.* probat, ſi
quis accuſetur de aliquo crimine, & ab eo deſignetur
fideiuſſor, qui fuerit præſens, & dum ſcribebatur,
quod fideiuſſit, non contradixerit, quod talis fideiuſ-
ſor obligetur. Nam ex hiſce apparet, bonam occaſio-
nem eſſe, id quod *in d.§. vlt.* in cauſa pupillorum in-
troductum eſt, ad cætera quoque negotia, quæ ad
eandem tendunt vtilitatem, interpretatione produ-
cere, *iuxta l.non poſſunt.cum l.ſeq ff.de legib.* maxime, ſi
58 † huiuſmodi inſcriptiones palam fiant in iudicio, vbi
certe non ſomnolenter ſtertendum, ſed ad omnia ac-
curate aduertendum eſt; tunc enim iudicij vi, quam
noſtri calorem vocant, fomentantur, & maiorem vim
habent, quam ſi extra iudicium factæ eſſent, ſicut at-
teſtantur Dec.*in l.pacta nouiſſima.n.6.C.de pact.* Curt.
in l.tale pactum § qui prouocauit.num. 25 & 27.ff. de
pact. Affl & *deciſ.387.num.1.* Menoch. *d. præſumpt. 99.*
numero 45. Pacia *d. lib. 1. cap. 29. numero 35.38. & 39.*
Nicol. Valla *de reb.dub. tract.10.verſic. quinta erit*
cautio.
Quid autem dicemus, ſi is, qui iſto modo, tanquam
fideiuſſor, nomen ſuum ad acta referri paſſus eſt, ab
59 hac nominatione, & inſcriptione † intra legitimum
tempus, ſe grauatum eſſe dicens, appellare velit, an
admittendus erit, cum iure Pontificio etiam à quoli-
bet grauamine appellare liceat? Dubitationem
60 mouet, quod alibi legitur, eum, † qui à principe ſuo
vel iure contractus, vel per viam remunerationis ha-
bet priuilegium immunitatis à collectis, ſi ſemel ſciat
à magiſtratu loci ordinario ſe deſcriptum in commu-
ni æſtimo eorum, qui vocantur ad tributa, tamen in-
tra decendium rectè appellare, & ſi appellationem
non interponat, intelligi renuntiaſſe ſuo priuilegio,
Alciat.reſponſ.16.nu.13.lib.4.Robert. Marant.in Speculo
ſuo part.6.tit.de appellat.nu.325. Menoch. de præſumpt.
lib.6.præſumpt.41. num 4.Coler.de proceſſ.execut.par.1.
cap.2.num.7. Statuas igitur, debitorem iudicialiter
à creditore conuentum non aliter ambulare potuiſſe,
quam ſi daret fideiuſſorem, cumque Titium, forte
præſentem, nominaſſe, additis ampliſſimis promiſſio-
nibus, de conſeruando illum indemnem, & intra tres
vel quatuor dies offerendo in ſecuritatem certa pi-
gnora, ac Titium, hiſce illectum, nomen ſuum, vt
fideiuſſoris, ad acta referri paſſum, debitorem por-
ro nihil minus quam promiſſa ſeruaſſe aut ſeruare
61 velle, num appellationi locus erit; Et † crediderim,
appellationem non eſſe recipiendam, non ſolum, quia
hic nullum iudiciale vel extraiudiciale grauamen
Titio à iudice vel magiſtratu infertur, imo Titius
ſponte ſua ſibi ipſi hanc neceſſitatem impoſuit,
quorſum igitur appellatio? *iuribus vulgatis.* Verum
etiam quia illa ipſa nominatio, & inſcriptio habetur
loco reſponſionis ad ſtipulationem factæ, & ſic res
tranſit in contractum nominatum, quem vel per
pœnitentiam, vel per appellationem, re non amplius
& parte altera cui ius quæſitum eſt, inuita infringere
velle, nimis eſſe ridiculum, *l.ſicut initio. Cod. de*
obligat.& actio. & dicam plenius infra *cap. 20. §. 33.*
num.16.
62 Nec obſtat † ratio dubitandi, cum ibi appellare
volenti per magiſtratum de facto reuera grauamen
inferatur, eo ipſo, quod nomen ipſius in æſtimum re-
fertur, cum tamen ius immunitatis habeat, & ad tri-
buta vel collectas non teneatur, quod vtique abſque
cauſæ cognitione fieri non poſſe, iuris eſt explorati,
per ea, quæ tradit Roland.à Valle *in conſil.3.num.3.&*
multis ſeqq.vol.3. Feſtaſius de Collect.*part.5.quæſt.1.de*
renocat.immunit.n.9.14 & paſſim. Henric.à Roſenthal.
in tract.de feud.cap.5.concluſ.85.num.3.gloſſ. E. At in
caſu præcedenti res ſe aliter habet, vt modo dictum,
& ſuper ſunt Titio decepto alia remedia, nimirum
actio mandati, vel negotiorum geſtorum, quibus
ſuum conſequi, & indemnis ſeruari poteſt, vt liquet
ex infra dicendis, *cap.25.*
Ne igitur temere quis huiuſmodi periculo ſe expo-
63 nar, conſultius † eſt, vt in continenti contrariam vo-
luntatem, vel apud acta, vel quo alio modo conteſte-
tur, *l.2.in fin.princ.ff.ad municip.l.honores 7.§.vlt. ff. de*
decurio.l.1.§.ſcientiam in verb.ſi igitur ſcit, & non prote-
ſtatur, & contradicis tenebitur ff.de tributor l. 1. & 2. C.
de filiusfam.& quem pat.lib.10. Quid verò, ſi poſtquam
64 † inſcriptio facta eſt præſente eo, neq; contradicen-
te, iurare velit, ſe, vt maxime tacuerit, non conſenſiſſe,
an audiendus erit? Et difficile eſt, eum admittere ad
iuramentum, quomodo enim non videtur non con-
ſenſiſſe, qui præſens actum tam præiudicialem vel
vnico verbo impedire potuit, & non fecit? Pro qua
ſententia facit gl.elegans ordinat.*lib.2.art.6.in verb.in*
verſ.iur. quod notandum eſſe arbitror.
Indico tamen, id quod antea tractaui, nimirum ne-
minem fideiuſſionis nomine obligari poſſe, niſi aut
65 expreſſe aut tacite conſentiat, limitari † in caſu, *l.tri-*
bus hæredibus.ff.de vſufructu earum rerum quæ vſu con-
ſumuntur. quæ eſt Papiniani (*explicata etiam à Pinello*
in l.1.part.2.nu.76.C.de bonis maternis.ac Ioanne Petro
Surdo

*Surdo deciſ.*109.) & ſcribit Iuſtianus *ibi*, Teſtatorem, qui tres hæredes inſtituit,& vſumfructum quindecim millium Titio legauit, duobus hæredibus iniungere poſſe,vt pro Titio legatario fideiubeant: atque adeo quidem voluntati eos parere cogi, vt poſtea finito vſufructu,ſi ex cauſa fideiuſſoria conueniantur,mandati non poſſint agere,cum mandatum non ſuſceperint,ſed voluntati paruerint, & hoc amplius nullus ſit,cum quo mandati iudicium exercere queant.Hoc igitur caſu inuitus etiam quis fideiubere neceſſe habet,aut per ſe,aut per alium,*iuxta l.nunc §. ne autem hoc C.de caduc.tollend.* Atqui id videtur pugnare cum iis quæ ſupra *cap.5.nu.*209 *& ſeq.* ſunt adducta, cum probarem, teſtatorem cautionem vſufructuariam, quæ ex SCto deſcendit,remittere vel prohibere non poſſe: nonne autem hic cautio illa remittitur eo ipſo, quod teſtator legatarium ab onere ſatiſdationis liberat; Sic videtur,maximè,quia Papinianus *in fine d.l. tribus hæredibus*, dicit, ſecundum legatum, hoc eſt, cautionis(ſunt enim duo legata, legatum quindecim millium, & legatum cautionis) non eſſe hæredum, ſed vſufructuarij,item teſtatorem non hæredibus,ſed vſufructuario proſpicere voluiſſe, *vt, & in l.fideicommiſſa.§.interdum,ff.de legatis tertio.*

Verum Papinianus *in princ.legis*, in contraria eſt ſententia, & placere dicit, vtile eſſe cautionis legatum,nec refragari Senatuſconſultum.Cur ita?inquis. Reſpondet, propterea non refragari, quia ſcilicet cautio non impediatur: & ne principium petiiſſe videatur, duas, ſatis quidem recte,ſed tamen dignas Papiniani acumine,& grauitate,addit rationes. Prima eſt,quia ipſi hæredes inter ſe ſibi inuicem cauent, *vt in verſic.vſusfructus itaque nomine.* Altera eſt,quod etiam ipſe legatarius ad promittendum cogi poſſit, *vt in verſicu.illud etiam.* Ergo non tam cautionem remiſiſſe teſtator,quam ordinaſſe videtur,quomodo cautio fieri debeat.Sicut enim duo hæredes fideiubere damnati,tertio cohæredi ſuo ſatiſdant,ita quoque alter alteri ſatiſdat,& ne forte,quod de exemptione tertij iuſte conquerantur, habeat, idcirco ipſis ſimul promittit legatarius, ſe pecuniam reſtiturum, ſi vel mortuus, vel capite diminutus fuerit.

Et quanquam melius ageretur cum hæredibus, ſi legatarius alios fideiuſſores, ſuo periculo quæſitos, ipſis offerret,& non ipſi fideiuſſionis onere grauarentur,vtcunque ea ſit reciproca,& viciſſitudinaria: Tamen hæc priuata hæredum affectio voluntatem te-
66 ſtatoris impedire non poteſt, quæ † non tantum in fideicommiſſis,*l.fideicommiſſa.§.item ſi quis certam.ff. de legatis tertio.* verumetiam in legatis eſt implenda, *l.8.§.mortuo.ff de condi. inſtitut.* cum ſit plane indignandum,voluntatem defuncti decipi, & circumueniri,*l.4.in pr ff.ſi quis omiſſ.cauſ.teſt. l. Pamphilo.* 39. *in pr.ff.de legat.3.l.ancillam.C.de fideicom. liber.* Vide etiam præclare dicit Bart.*l.3. C. de liber præter.* quod
67 † voluntas teſtatoris ſectanda ſit,ſicut venator ſequitur leporem refert Ant.Piaggius *in tract.a. de tutor. & cur. quæſt.*12.*num.*2.& Vincen.Manzin. *in tract.de tut. quæſt.*6 *princ.num.*9. Sed de conſenſu fideiuſſorum hactenus.

Nunc tranſgrediamur ad ipſas perſonas, quæ fideiubere poſſunt, qua in re collocanda videtur regula
68 hæc generalis: Omnes † fideiubere poſſe,qui, & ſtipulando obligari poſſunt, auctoribus Azone *in ſumma,tit.C.de fideiuſſor.in princ.* Hieron.Treutlero *ſelect. diſputation. volum* 2.*diſputatione* 28. *theſi* 2.ſiue vt ait Angelius de Clauaſio *in ſumma ſua, verb.fideiuſſor. verſic.*2.Quilibet fideiubere poteſt,qui habet liberam administrationem ſuorum bonorum Eſt enim hoc edictum prohibitorum, ideoque qui ſpecialiter prohibitus non inuenitur,admiſſus cenſetur, *argum. l.*1. *§.*1.*ff de procurat.l.*12. *ff. de indic.* Nullaque eſt ratio, quæ a contractu fideiuſſionis aliquem arceat, ad alias autem obligationes,& contractus admittat, niſi modo extrinſecus quid interueniat, quod fidei interpoſitionem plane prohibeat,tunc enim fruſtra ſe admitti petit is, quem lex ipſa arcet, & tanquam inidoneum,inſufficientem non admittit, *arg.l.5.ff.de ſeru.export.*

69 Quia igitur fideiuſſionis contractus tacitum ſecum damnum adfert,non ſolum in eo, quod fideiuſſor,ſi debitor non ſit ſoluendo,tenetur, item, quod vno ex fideiuſſoribus ad inopiam redacto, pars eius ad cæterorum onus reſpicit: verum etiam, quia is nonnunquam ante principalem conueniri poteſt,idcirco quædam perſonæ ſunt, quæ per accidens à fideiuſſionis contractu arcentur, vtcunque ab aliis contractibus celebrandis non prohibeantur, quanquam,& aliæ quædam non tam per accidens, quam per ſe a fideiuſſione remouentur vt ex ſequentibus clare liquebit.

Prima igitur perſona,quæ fideiubere non poteſt,
70 eſt † Pupillus. Cum enim neque ſcire neque decernere talis ætas poſſit *l pupillus,ff.de acquir. hæred.* Imo,quod videt,ignoret,*l.*1.*§.impuberes, C. de falſ. mon.l.vlt.ff. Rempubl.ſaluam fore.* recte iura conſtituerunt, tales perſonas obligationi obnoxias non reddi,vt fuſe demonſtrant Dd. *in l. in negotiis, ff.de reg. iur.* Res tamen explicatione aliqua indiget, quare breuiter ſic diſtinguo.

71 Aut † pupillus eſt infans,hoc eſt,minor ſeptennio, *l.ſi infanti.*18.*C.de iur delib.* quem alibi imbecillitas infantiæ habere dicitur, *l.*1. *C.ſi ſec.nupſerit.mulier.* (nam de pueris recens natis,vt & puſionibus, adhuc dimidiata verba tentantibus,& loquelam ipſo offenſantis linguæ fragmine dulciorem,vt admodum eleganter loquitur Arnobius *lib.*8.*in princip.* fruſtra ſolliciti ſumus, iuxta ea, quæ tradit Cœlius Rodigin. *lection.antiqu.lib.*16.*capit.*14.) hic nec obligare alios, nec aliis obligari vllo modo poteſt, *§. pupillus Inſtit. de inut.ſtipul.l.*1.*§ ſufficit.D.de admin.tut.l.*5.*D. de reg iur.*

72 Aut † eſt proximus infantiæ,hoc eſt,ſeptennio maior,minor tamen vndecim annis, hic propter benigniorem interpretationem alios ſibi, etiam abſque tutore, obligare poteſt,*d.§.pupillus l.*1.*§.furioſum,ff. de oblig.& actio.d.l.in negotiis de reg.iur.§.*1.*Inſtitut.de auctor.tutor.* promittere verò, vel aliis obligari, & per conſequens fideiubere,non niſi cum tutoris auctoritate,*l.pupillus* 189. *ff. de regulis iuris l. pupillus ff. de acquirend rerum domin.l.oblig ff de obligation.& act.*

73 Aut eſt † proximus pubertati,hoc eſt,exceſſit annum decimum cum dimidio (de quo tamen Lector videat Menoch. *caſu.* 57. *numero* 44. Camillum Gallinium *de verbor.ſignif.cap.*20.*numero* 25.*liber.*5.) & hic alios quidem ſibi obligare, ſe autem aliis obligare, abſque tutoris auctoritate, & quidem per ſtipulationem, poteſt, *lege pupillus §. pupillus D. de auctorit.tutor.l.*1 *Cod.de inutil.ſtipulat.* interueniente autem approbatione tutoris, pure, & recte facta
74 (quæ tamen interueniſſe † non præſumitur,niſi probetur, *l.quacunque §. fin. ff. de Publiciana. Cephalus conſil.*256.*num.*66.*lib.*2.) obligatur pupillus, licet ipſe non expreſſe conſentiat,ſed taceat, *l.*2.*l.*8. *l. impuberes,ff. de actor. tutorum* latiſſime Hermanus Vulteius *libro* 1.*diſcept.capit.*7.16.Ioannes Goddæus *de contrahen ſtipulation.capit.*7.*concluſ.*12. vt ita inuicem iuſtæ

Antonius Heringius.

obligationis ſuccedat ex cauſa contractus auctoritatis iubentis, *argum. l.1. C. ſi in cauſa iud. pig. captum ſit*.

75 At quæri poteſt, anne ſaltem, tutore † honorario auctore, fideiubere poſſit? Anceps certe hæc eſt quæſtio, affirmatiuam ſuadente Africano *in l. pupillum. 49. ff. de acquirend. hæreditate*. dum ex Iuliani ſententia (nam id innuit verbum, Ait, interprete Cuiacio *in principio tractat. ad African.*) reſpondet: Pupillum, etiam eo auctore, qui tutelam non gerit, hæreditatem adeundo obligari. Cui tamen obſtat reſponſum Pomponij *in l.4. D. de auct. tut.* quæ negat pupillum alienare vendendo, & tradendo, honorario tutore auctore.

76 Sed placet Cuiatij † conciliatio, vt ea quæ ſunt animi potius, quam facti, vel adminiſtrationis, ſicut eſt aditio etiam tutore honorario auctorante recte fiant, quia animus facile quolibet tutore auctore ſuppletur, *l. pupill. D. de regulis iuris*. At venditio, traditio, ſolutio, quia ſunt facti potius, quam animi (verbo POTIVS comparate accepto, *l. conſilio, §. vltimo D. de curat. furioſ.*) ideo etiam auctoritatem eius tutoris deſiderant, qui negotia gerit, nec ſufficit honorarij, hoc eius, cui adminiſtratio tutelæ conceſſa non eſt teſtatore deſtinante, quis gerere debeat, & prætore id confirmante, *iuxta l.3. D de adminiſtrat. tut.* Nam quod
77 † Azo verba illa: *cui adminiſtratio tutela conceſſa non eſt* interpretatur, quaſi a prætore ei adminiſtratio fuerit interdicta, cuius auctoritas negatur ſufficere, in en μετέωρος eſt, & μετεωρίζειν ἀμφίβολα prodit, vt apertum fiet ex legione *d. l.3. D. de adminiſt. tut.* Et quam-
78 uis † Prætor tutori adminiſtrationem interdicere poſſit, *l. quod ſi forte, §.1 D. de ſolut.* non tamen *in d. l.3.* interdixit, & verò iſta tanquam diuerſa, non ſunt confundenda.

Num verò eandem diſtinctionem facti, & animi in fideiuſſoribus retinebimus? Hic equidem ſubſiſto.
79 Nam moueor primum eo, quod † ſtipulatio ius continet, non factum, *l ſi vnus §. pactus ne peteret. D. de pactis. l. ea quæ. 53. D. de acquir. rer. dom. l.1. §... D. de rer. diuiſ.* ſi ſtipulatio, ergo, & fideiuſſio, quæ fit per ſtipulationem, non facti erit, ſed iuris, & per conſequens auctoritas honorarij tutoris ſufficiet, *arg d. l. pupillum, D. de acquirend. hæred.* E contrario requiri videtur
80 † auctoritas veri, & gerentis tutoris, quia fideiuſſio ſi non principaliter, attamen in conſequentiam ius adminiſtrationis rerum infert, & æri alieno pupillum obligat, nec minus caute facienda eſt, quam venditio, traditio, ſolutio, mutuum, locatio, commodatum, & cæteri eiuſdem generis contractus: In his autem contractibus (quia ſunt facti magis, quam iuris, *d. l. conſil. §. vlt. ff. de curat. furioſi. Hottoman. in quæſt. illuſtr. quæſt. 41. ad finem.*) conſenſum honorarij tutoris ſufficere ſupra negaui, ergo in fideiuſſione quoque idem ſtatuendum eſſe videtur. Et vltimam hanc opinionem
81 crediderim magis tutam eſſe, maximè, quia & † ſtipulatio eatenus iuris eſſe dicitur, quatenus eſt iuris ciuilis, & modum acquiſitionis ciuilem conſtituit, *d. l. ea quæ. 53. D. de acq. rer. dom.* imo quia Accur. quoque exiſtimauit, obligationes eſſe iuris, contractus verò facti, *in l. ex hoc iur. D. de iuſt. & iur.* quem ſequuntur Cagnol Gozad. & alij, quos refert Zoannett. *in l.2. num. 84. C. de pact. inter empt. & vend.* Hugo Donellus *in l.1. num. 8. & 12. D. de reb. credit.* Dionyſ. Gothofred. *in l. Labeo 19. ff. de verbor. ſignif.*

SECVNDA perſona, quæ fidem ſuam pro alio interponere valens repelli poteſt, eſt MINOR XXV.
82 † ANNIS. Is enim, non ſolum lege Lætoria (non
83 Latoria, vt † corruptè ſcribitur apud Alciat. *lib. 16. Parerg cap. 16. in prin.*) non poterat ſtipulari, id eſt, ἐπερωτᾶν, vt ait Priſcianus *libro 8. mihi pag. 138.* ſiue ſtipulanti reſpondere, Pardulph. Pratæus *de legibus Romanor. littera L.* ſed nec hodie idoneo, & ſufficienti fideiuſſore reputatur, *l. de die §.1. D. qui ſatiſd. cog.* Octauius Simoncellus de decretis, *lib. 2 tit. 6. inſpect. 16. numero 133.* Auguſtin. Berous *in quæſtio familiar. quæſtio 115. numero 1.* Statuta Lubecenſia *libro 1. tit. 7. articul. 6. verſic.* aut ipſe ſi fideiuſſor, vel det idoneam fideiuſſionem per procuratorem, in integrum
84 reſtituatur. Ratio eſt quod † reſtitutionem in integrum petere poteſt, ſe circumuentum doceat, *l. ſi Titius 49. D. de fideiuſſor. l. ait. prætor. 7 §. non ſolum. D. de minoribus*, atque ideo ab initio non videtur fideiuſſorem dare, qui dat minorem, *leg. 3. verſic. cæterum D. de fideiuſſoribus*. Quinimo iuuentus
85 † iuramentorum & ſponſionum vinculis remouetur, vt auctor eſt ille à Velleio Paterculo *libro 1.* & Iuſto Lipſio *ibidem in Notis numero 24. & 25.* nec non Scipione Gentili *lib. 2. Parerg. cap. 3.* tantopere laudatus Homerus Iliad. γ vbi introducitur Menelaus, congreſſurus ſingulari certamine cum Paride, poſtulare ad fidem pactorum præſtandam ipſum Primum excluſis ipſius filiis, vtpote iunioribus, & per ætatem inidoneis, quia ætas iuuenibilis habet ſuperbiam, & cum leuitate perfidiam, ſi enim (citante ad idem propoſitum Alciato *in libello de ſingulari certamine. cap. 26. & lib. 4. Parerg. cap. 1.*) loquitur.

Ἄξετε δὲ Πριάμοιο βίην, ὄφρ' ὅρκια τάμνῃ
Αὐτὸς, ἐπεί οἱ παῖδες ὑπερφίαλοι, καὶ ἄπιστοι,
Αἰεὶ δ' ὁπλοτέρων ἀνδρῶν φρένες ἠερέθονται.

Latine ita ſonant, vertente Eobano Heſſo:

———fuerit tamen hæc ante omnia cura
Siſtere ad hæc Priamum populis ferienda duobus.
Fœdera, vt ipſe fidem præſtet, & præſtita coram.
Sacramenta ferat, ne forſitan irrita nati
Ipſius efficiant, vt ſunt vani atque maligni.
Semper enim iuuenes leuis inconſtantia verſat.

Cui adſtipulatur Seneca *in tragœdia. 8.*

Teneris inquit, *in annis haud ſatis clara fides.*

Verum id altiore indagatione opus habere puta-
86 tur; An † etiam minor abſque curatoris auctoritate fidem ſuam (poſito, quod ea à creditore probetur) pro aliis obſtringere valeat? Interpretes communiter concludunt, ſi minor curatorem habens contrahat ſine illo, quod contractus ſit ipſo iure nullus, ſin autem non habeat, quod tum contractus ſubſiſtat, licet is reſtitutionis beneficio ſubleuetur: ita per *l.3. C. de integr. reſt.* tradunt ibi Dd. vnanimiter, & præſertim ex recentioribus Ioan. Sichard. Item Iaſ. *in l videamus numero 17 ff. de in lit. iur.* idem Iaſ. Alex Caſtrenſ. Zaſ. Alciat. Duaren. Donel. *in l. puberes 101. ff. de verb. obligat.* & plures alij, vt fuſiſſimè non ita pridem oſtenſum à Ioan. Gœddæo *in l. princeps 21. ff. de verb. ſig. & in commen. de contrah. ſtipul. cap. 7. concluſ. 14. numero 270.* aſſerente, hæc communi Dd. decreto firmata eſſe.

Cæterum † ab aliis in contrariam itum eſt ſententiam, qui quidem pro fundamento præcipuo accerſunt reſponſum I.C. Modeſtini *in l. puberes. 101. de verborum obligat.* dicentis, *Puberes etiam ſine curatoribus ſuis poſſe ex ſtipulatu obligari.* Nam quod interpretes ac Goddæus eam accipiunt de puberibus curatores non habentibus, id minus rectè illi fieri exiſtimant,

monſtrante

monſtrante Cuiacio *in d.l.puberes.& lib.19. obſ. cap.*
33. Vulteio *1.diſcept.16.* Hen. à Suerin. *1.repetit. prælect.*
41.in fi. Borcholto *in tract.de iureiu.cap.3. num. 28. 29.*
& 30.

88 Deinde † etiam perpendunt *l.1.C.de inutil.ſtipulat.*
Cur enim, inquiunt, ibi de impubere hoc tantum
ſcriptum eſt, eum ex ſtipulatione non obligari ſine tu-
toris auctoritate, niſi quia aliud eſt in pubere, qui
89 † etiam in alijs rebus, quoad cauſam ſtipulationem,
plurimum inter ſe diſtant, *l. vltima §.1.D.de verborum*
obligat. & extra cauſam ſtipulationum in alijs quam
90 plurimis, vt oſtendit Cuiacius (quem, † teſte Iuſto
Lipſio *in commentar.ad Tacitum lib.1. Annal. num. 51.*
ſatis vnquam miratus eſt, qui cepit) *in d. l. puberes,*
& d.obſer.33. Quibus ego in cumulum hoc addo
91 † pubes etiam ſine tutoris auctoritate vouere poteſt,
& ex voto obligatur, *l.3. §. 1. D. de pollicitationibus*
Sforsia Oddo de reſtitut.in integr.qu.60.art. 6. Vincent.
Caroctus deciſio 94.n.12.& 13. Impubes autem nullo
modo, *l.obligari D.de oblig.& act.*

Deinde nimis poſterioris opinionis defenſores
92 arbitrantur, quia † in *l.neque.7.C.de contrahend. ſti-*
pul. dicitur, fœminam minorem 25. annis abſente
curatore ſibi ſtipulari poſſe quod inde mox ſequatur,
non poſſe eam minorem 25. annis ſtipulanti promit-
93 tere, ſine tutore ſuo (nam olim fuit † in perpetua tu-
tela ſicut ſcribit Seuerinus Boetius *comment. lib. 2.*
in Topica Ciceronis mihi pag.781.& pag.814. Cuiac *lib.*
7.obſer.cap.11.) vel hodie ſine curatore ſuo. Cur autem,
inquiunt, nominatim ſexait fœminam? niſi quia ma-
rem minorem 25. ſine curatore ſuo ex ſtipulatu obli-
gari poſſe verum eſt *d.l. puberes ff. de ver. oblig. d. l.*
obligari, ff. de oblig.& act. Quod ſi porrò ex ſtipulatu
ſine curatorum auctoritate obligantur puberes, ergo
certe ex fideiuſſione quoque, niſi modo quis inficiari
velit, quod affirmat.

94 Neque † vero textui *in l.puberes* quidquam (ſecun-
dum illos) obſtat *l.3.C.de in integ.reſt.* Quia non de
ſtipulatione loquitur, ſed de venditione, & alienа-
tione rerum minoris 25 annis, quæ ipſo iure eſt nulla,
cum rerum adminiſtratio non pertineat ad mino-
rem, ſed ad curatorem, quem habet *d. l.1. C.de in in-*
teg.reſtit. l.ſciendum 20 D.de ritu nuptia. l.in copulandis
Cod.de nupt. l.ſeruum 13 ff.de manumiſſ. Vnde etiam Pe-
trum Auguſtinum Morlam in Emporio iuris part.prima
tit.octauo queſt 10.

Non obſtare etiam autumant, quod fideiuſſio vi-
95 deatur ſapere dilapidationem rerum, quæ † ne qui-
dem cum autoritate curatorum minoribus eſt per-
miſſa, *l à tutoribus l.Lucius §.vlt.ff.de adminiſt.tut. l.ab*
agnato ff.de curat.furioſi. nam vt ſupra *cap. 1. num. 46.*
probatum eſt, is qui fideiubet, neutiquam donat, *l.1.§*
ſi fideiube. ff.ſi quid in fraud pat. neque igitur ſenten-
tiæ huic id quidquam officere poſſe putatur.

96 Accedit † quod ad ſolennia iuris quoque ſoli tan-
tum tutores adhibentur, quos maſculus pubes non
habet, curatores verò, quos habet, ad ea ſunt inuti-
les, *l.cum in vna § vlt.ff de appellat. l. curatorem ff.de*
auct.tutor. l.1.C. de acceptilat. Vincent. Manzinus de
tutela.q.6 nu 6. ſtipulationem autem fieri ſolenniter,
& verbis ſolennibus pluſquam manifeſtum eſt *l.7 C.*
de re. permut. Vnde etiam alibi, verborum ſolenni-
tate permittere, *l ſi in rem l.mutua. C. ſi cert. pet* &
verborum proprietas, hoc eſt, ſolennitas, *in l. 2. §. 1. ff.*
de oblig.& act. Fateor quidem verba conſueta, & ſo-
lennia ſtipulationum nunc ab aula receſſiſſe, *l. omnes*
C.de contrah.ſtip. l.ne in arbitrus §.vlt.ff.de arbitris §.1.
Inſt.de verb.obl. Sed id adiuuare hanc opinionem ma-
gis, quam euertere videtur.

Antonius Heringius.

Verum enimuero cum hiſce argumentis ſatis abun-
de à Io. Goddæo in ſupradictis locis ſit reſponſum,
religio mihi eſt, à communi opinione diſcedere, li-
ceatque mihi hoc loco contra Cuiac. cum IC. Celſo
dicere: Etiamſi magnopere me Tuberonis, & ratio,
& auctoritas mouet, non tamen à Seruio melius ſen-
tiente, diſſentio, *l.7.§.vlt ff de ſupel.leg.facit l.Styehis*
97 *39.§.pen.ff.de ſtatu lib.* Fateor † tamen duriuſculum
aliquo modo videri, quod de reciproco, Suis tradidit
idem D.Goddæus *d.concl.14.nu.270. & in l. princeps*
21.num.18 ff.de ver.ſig. Nec multum iuuare videtur,
quod Modeſtinus IC. Græcis ſcripſerit, & proinde
Græco quoque fuerit more locutus. Etſi enim idem Mo-
deſtinum multa Græca ſcripta poſteritati reliquiſſe,
vt liquet ex indice Pandect. Hetruſcat. ac Georg.
Eberlino, *in com.ad l.2.c.52.num.45.& ſeqq.D. de orig.*
iuris. non magis tamen ſequitur dictam *l. puberes*
101.D.de ver.obl. Græca fuiſſe, at ab interprete latine
verſam eſſe, quam ſequitur *l.nihil.12 D.de inoffi. teſta.*
l.qui ſuſpectum 20.D.de appell. l.non puto. 10. D de iur.
fiſc. l.diuiſſoria 106.D.de verb ſig. Græcas fuiſſe, ac in
latinam linguam ſimiliter verſas eſſe, & tamen omnes
ex Modeſtini libro ſingulari de præſcriptionibus
(hoc eſt, exceptionibus, & παραγραφῶν) ſunt deſumptę.
98 Vnde † etiam animum meum ſubit dubitatio, an non
vitioſa ſit inſcriptio, *d.l.puberes.* Siquidem ibi citatur
Modeſtini lib. 4. de præſcript. cum tamen conſtet
Modeſtinum ſaltem μονόβιβλον ſiue libellum ſingula-
rem de præſcriptionibus ſcripſiſſe.

Porrò quod dixi, puberem ſiue minorem 25 annis
ex ſtipulatu, & per conſequens etiam ex fideiuſſione
accedente curatoris conſenſu, obligari, id ampliatur
99 † vt multo magis procedat, ſi minor ſe pro maiore
gerat, animo decipiendi aduerſarium, & vt ſibi
promptius pecunia credatur, *iuxta l.ſi quis vxori.52.*
100 *§.ſeruus qui ſe liberum D. de furt.* Nam † iuxta
ſtatuta iuris, errantibus, non etiam fallentibus mino-
ribus publica iura ſubueniunt, *l.2. & tot. tit. Cod. ſi*
minor ſe maior. dixi. Cæterum ſi dolus minoris
ceſſet, imputandum eſt ei, qui contrahit cum eo,
cuius conditionem ignorat, *l.qui cum alio 19 ff de*
reg.iur. Siquidem contrahens cum alio, etiamſi ſit
forenſis, præſumitur habere notitiam eius, vt notat
Bald per illum text. *in l inciuile, C de furt.* & traduntur
plura apud Decium, & Cagnol. *in d l. qui cum alio &*
infra cap.8.

101 Plane ſi ignorantia eſſet probabilis, & iuſta, non
ſimplex, & vana, puta, quia publice paterfamilias ple-
riſque videbatur, ſic faciens præ ſe ferebat (citius n.
adoleſcit vnus, quam alter) ſic agebat, ſic contrahe-
bat, ſic muneribus fungebatur, tum bona fide con-
trahens excuſandus eſſet, *l.3.in pr. D. ad Macedo l.2.*
ſi ſeru aut liber.ad decur aſp.lib.10. Alex.co ſ.60.lib.5.
Caſtr.conſ.174. Cagnol.d.l.qui cum alio nu.11 & faciunt
nonnihil illa, quæ tradidi infrà *c.27.p.2.lim* 4. vt enim
102 † alibi iuſte creditur, quod communiter creditur,
ſicut Gothof. *in d.l.3.lit.H,* adductis exemplis decla-
rat: Ita quoque hoc caſu communis error atque pu-
blica opinio excuſat, neceſſitati enim & vtilitati publicæ
aliquid indulgeri æquum eſt, & ſolet, vt ex iis cauſis
geſta bona fide, & ſumma ſimplicitate teneant, *arg d.*
l.2.C.ſi ſeruus vel libert.ad decurion.aſpirar. lib 10. l.
Barbarius cum ibi not ff.de offic.prætor Quanquam ma-
gis ſecurum eſt, ne quis in hanc Charybdim incidat,
vt aliquanto diligentius in conditionem, & ſtatum
talium perſonarum inquirat, nec omni adfirmationi
temere credat, nam vt Tertul *lib. de præſcr.* in ſimili
ait: Originis, & ſucceſſionis Apoſtolicæ iactatores,
non ſtatim ſunt Apoſtolici.

Google

103 Secundò † ampliatur, vt multo magis minor ex
fideiuſſione ſua obligetur, ſi ea iuramento roborauerit,
vertitur enim hoc caſu ſalus animæ, quæ rebus
temporalibus omnino eſt præferenda, *Auth. ſacramenta
puberum*, vbi id omnes notant *Cod. ſi aduerſus vend.*
Iaſ *in l. 1. nu. 6. ff. ſi quis in ius voc. non ier.* rectè reprehendens
Angelum qui contrarium volebat.
Tertio fideiuſſio minoris probanda eſt, quando in
104 rem ſuam, puta pro procuratore ſuo, fideiubet,
l. de die. §. 1. vbi Ang. Fulgoſ. Caſtrenſ. & Rom. id notant,
*ff. qui ſatiſd. cog. Spec. in tit. de defenſorib. ciuit.
verſ. ſed pone fideiuſſer. Vincent. Caroc. de excuſ. bonor. p.
2. q. 22. nu. 34. & 35.* Et eſt ratio, ſecundum Iaſ. *in d. §. 1.*
quod tunc minor facit illud, quod quilibet maior facere
debet, quia releuat ſuum procuratorem, *§. ſi vero
aliquis. Inſt. de ſatiſd.* Quanquam, aliter in rem, hoc
eſt, in vtilitatem, & commodum ſuum fideiubere poterit
minor, quam ſi procuratore ſuo fideiubeat, puta,
vt patrem liberet, vt apud creditorem dilationem
ſolutionis impetret, &c. Illa verò diſputatio Iaſonis,
cum minor in caſu *l. §. 1.* habuerit curatorem, vel
non, mihi videtur eſſe otioſa, ex iis, quæ ſupra ad
longum ſunt deducta.
105 Quia † porrò de iure Saxon, (non Lubecenſi, *vt
patet ex lib. 1. tit. 7. art. 6. in prin.*) minorennitas (vt ita
loquar) non intra 25. ſed vnum, & viginti annos concluditur
(quod probatione longiori, cum non ſolum
ex textu *lib. 1. art. 42.* ſed etiam ex longæua conſuetudine
receptum, ac notoriũ ſit, opus non habet) ideò ſi
caſus contingat in minorem viginti, & vno annis fideiubente,
non dubito, quin iu eo ſupra adducta iura
communia etiam locum ſint habitura, niſi particularium
locorum ſtatuta, aut conſuetudines aliud ſuadeant,
iuxta tradita per Caſtr. *in conſ. 161. n. 2. p. 2.* Bart.
Caſſan. in conſuet. Rgun. *to. 2. tract. de reſtit. arti. 1.*
And. Kuich. *in comm. ad priuil. Sax. verb. Electorum. c. 5.
mihi pag. 56. & 57.* quod non tam eſt iuris, quàm facti,
atque ideo ad præſentem tractationem non pertinet,
*l. pen. in pr. ff. ad l. Fab. de plagiarijs l. cum quem temere
§. 1. D. de iud. l. mora ff. de vſuris Tuchar. conſ. 41. n. 1. p. 1.*
106 vbi probat, quod † ea quæ non ſunt iuris, ſed facti,
107 ad Iuriſc. non pertineant. Cum etiam † ex aurea
Bulla Imper. Caroli IV. Sacri Rom. Imperij Electorum
filij, anno ſuæ ætatis 18. ad plenariam, & totalem
adminiſtrationem Electoratus admittantur, vt fuſiſſimè
enucleauit And. Kuich. *in comm. ad priuil. Saxon.
verb Electorum. cap 5 per tot.* Ernest. Cothm. *reſponſo.
34. numero 14. & reſponſo. 44. numero 11.* ſimiliter non
eſt dubium, quin in illorum, vt & eorum, qui anno
108 † viceſimo ætatis impleto, veniam ætatis impetrarunt,
iuxta tit. *Cod. de his qui veniam ætat. impetr.*
Carol. Ruin. *conſ. 116. num. 6. vol. 5.* Ern. Cothman.
reſponſo. 44. per tot. perſonis, abſque vlla hæſitatione,
& multo magis ſtatuendum ſit, eas illo ipſo tempore
vt ſibi ſtipulari: ita & ſtipulationis, ac per conſequens
fideiuſſionis quoque vinculo ſe legitime, & cum
efficacia obſtringere poſſe, vt in terminis iuris communis,
& Statuti Genenſis probat Flam. Chartarius
in deciſ. cauſ. execut. Rota Genuenſ. deciſ. 64. numero 2.
109 Legitima † enim ætate impetrata liceat illa omnia,
quæ perſonam concernunt, vt & alienationes mobilium,
ac earum rerum, quæ ſine decreto alienari poſſunt,
*l. 1. 2. & 3. C. de his qui ven. ætat. impet. & ibi Dd.
Bertazol. conſ. 12. n. 10.* Ergò & fideiuſſionis actum permiſſum
eſſe, non debet ambigi, cum fideiuſſio, & alienatio
multum inter ſe differant, vt ſupra *cap. 1.* [illegible]is
copioſè eſt oſtenſum. Et quamuis *in d. l. 2. in princ. C.
de his qui ven. ætatis imperr.* dicatur, omnes adoleſcentes
ita demum ætatis veniam impetrare audere, cum
110 viceſimi anni metas impleuerint: ſciendum † tamen
eſt, id adeo ſtrictè non obſeruari, vt Sacræ Cæſareæ
Maieſtati, ex plenitudine poteſtatis, non liceat aliud
ſupplere, ac diſpenſatiue ſtatuere, & indulgere,
præſertim ſi cauſæ vrgentes talem diſpenſationem
poſtulent, cuius equidem indulti, & ſupplementi
memorabile exemplum habuimus in perſona Sereniſſ.
Regis Daniæ, Chriſtiani IV. herorum huius
ſeculi non poſtremi, cui Sacra Cæſarea Maieſtas
veniam ætatis, Anno 17. nondum impleto, ob
Regias dotes, & qualitates mature in eo elucentes,
per ſolenne decretum indulſit, 26. Aprilis, Anno
1593.
111 TERTIA perſona, cui fideiuſſione † interdicitur
eſt FVRIOSVS, qui iudicio caret. Furioſus enim,
112 † ſiue ſtipuletur, ſiue promittat, nihil agit, quia
nec aliud quidquam agere intelligitur, *l. 2. furioſus.
D. de iure codicill. § furioſus. Inſt. de inut. ſtip.* nec vllum
negotium gerere poteſt, *l. ſi à reo. § ſi a furioſo. ff de fideiuſſ.
l. 5. D. de reg. iur.* niſi ſaltem quaſdam reliquias admittas,
l. 8. ff. de his qui ſui. vel al. iu.) nullus conſenſus,
l. 2. C. de contrah. emp. nulla certa vox *l. ſancimus 7.
in prin. C. ad Trebell.* nec ſentire poteſt *l. 8. §. vnius D. de
opt. legat. l. qui ſeruum. 47. ff. de acqu. rer. dom.* & ſenſum
non habet, *l. 21. §. ſi maritus ff. ſolut. mat.* item mente
caret, *§ præterea, Inſtit. quibus non eſt permiſſ. fac. teſt.* &
fictè habetur pro mortuo, *l. 1. in fi. D. de bon. poſſ. furioſ.
l. bonorum D. rem rat. hab. l. 2. §. ſi pecuniam D. de donat.
l. qui certum, ff. locati.* Imo abſenti æquiparatur, *l. 1. § 6. ne vis
fiat ei qui in poſſ. miſ.* & abſentis vel quieſcentis loco
per omnia, & in omnibus habetur, *l. vbi. 124. D. de
reg. iur. l. 2. D. de procur. l. 3. § 1. D. de legit. tut. l. ſed ſi
vnius §. ploſam. D. de iniur. l. Iulianus ff. de diuor.* & hoc
amplius, infantibus, pupillis, ſurdis, cæcis, mutis, item
dormientibus (quorum omnino nullus eſt vſus nullum
pretium, vt ait Clem. Alexandrin. *in pæd. gogo.
lib 2. cap. 9. mihi pag. 66. in princ.*) vt plurimum in iure
comparatur, *l. Fulcinius §. plane D. ex quibus cauſis in
poſſeſſ. l. 3. §. ſurdus cum §§. ſeqq. D. ad Syllan. l. nunquam.
§. 4. ff. de vſucap. l. coram Titio D. de verb. ſig. l. 5. D. de
ſeruit. vrb. prædior. l. neque infantes, D. de fid. liber. l. 2. C.
de annali except.* Imo deterioris eſt conditionis, quam
illi, *leg. ſurdi ff. de manum. vind.*
Ex quibus omnib. ſatis ſuperque colligitur, furioſum
ſtipulando ſe obligare non poſſe; ſtipulatio enim
conſenſum, intellectum, vocem certam, item præſentiam
vtriuſque partis, requirit, alias ſtricto iure eſt
nulla. Et licet furioſus loquatur, tamen non intelligit;
113 potiſſima autem verborum † pars eſt eorum mens,
& ſignificatio, *l. 7. in fin. D. de ſupell. leg. l. 7. §. idemque.
Cod. ad Treb.* Quo ſi porrò ſtipulando ſe obligare
nequit, ſanè, & à fideiuſſione arcebitur, nam à quocunque
remouetur genus, remouetur, & quælibet
eius ſpecies, *Eberh. in Topicis loco a genere ad ſpeciem.
num. 1.*
114 Cæterum iſthæc intelligenda ſunt de eo, qui continuo
furioſus eſt, hoc eſt, qui continua mentis alienatione
omni intellectu caret, *l. Diuus D. de off.
præſid. l. cum prætor. D. de iudiciis*, qui indefeſſa laborat
infirmitate, ſiue interuallis, non debetur, vt
ſonant verba ſtatut. Lubecenſ. *lib. 1. tit. 7. artic. 6. §.*
Nam ſi plerumque ſit interuallis dilucidis ſenſu ſit
ſaniore, & à furore intermiſſionem habeat (quod
vocatur tempus intermiſſionis *l. 1. C. de contrah. emp.*
interuallum furoris, *l. cum dotem. § ſi maritus, ff. ſolut.
matrim.* interuallum inſaniæ. *Caius in frag. lib. 2. tit. 2. §.
vlt.* laxamentum *l. cum alijs C. de curat. furioſi* Induciæ
l. furioſus C. qui teſt. facere poſſunt. & conſpectus adumbratæ
quietis, *l. quod meo. §. ſi furioſo. D. de acquir. poſſ.*)

Certe

Certe eo tempore, quo furor intermiſſus eſt, rectè
paciſcitur, & contrahit, imo & teſtamentum facit,
*d.l.2.C.de contrah.emp.d.l.furioſum, C. qui teſt.fac poſſ.
§.furioſi.Inſtit.quib.non eſt promiſſ fac. teſt. Barcholtius
de pactis cap.3.num.3.4. & 5.Ioan. Goddæus, de contrah.
ſtipul.cap.7.concl.9.n.114.*
115 Et cum dubitatur, vtrum † actus à furioſo geſtus,
factus fuerit tempore furoris, an verò tempore inter-
miſſionis inſpiciendum eſt. Vtrum actus iſte more
ſapientis geſtus fuerit, nec ne: Priori caſu præſumi-
mus, furioſum eo tempore, quo actus factus eſt, fu-
rioſum non fuiſſe, poſteriori eum furore laboraſſe,
dicimus *Bald.d l.furioſum.Prapoſ.cap.dilectus, la 2.de
ſponſal. Iaſ.l.patre furioſo.nu.1.D.de his qui ſunt ſui vel.
al.iur.Curt.iun.conſil 15 num.7. And. Barba.conſil.58.
volum. 1.* & ita ſe habet communis opinio, teſte
Eman. Soarezo *in com. opin.litera F. numero 412.* de
quo plura videantur apud Alphon. Aluarez. *in ſpeculo
Rom. Pontif. cap. 63.* Ioſeph. Maſcard. *de prob. con-
cluſ 824.*
116 Quæ † autem de furioſo dixi, eadem etiam de
mente capto dicenda videntur, qui tamen, propriè,
loquendo à furioſo diſtat, vt probat Petr.Prateus,
in Lexico verb. Dementia & Borcholtius d cap 3.nu 8.
pulchre Ioan Godd.*de contrab ſtip. d.c.7.concl 9.* Ex
quibus porrò ſignis demens cognoſcatur, quam Græ-
ci *ἄνοιαν* appellant, dicendum eſt ex ... card. *de*
117 *probat. concl. 502. 826. & 1048* Imo † & fatuos,
h.e.ſimplices inſipientes, & ſtolidos, & mente captos
de quibus ſunt tex.*in l.2. D. de poſtulando l.pen.extra
quod met.cauſ.* Cum pueris, & infantibus non ſint ab-
ſimiles, eodem loco habendos cenſeo, iuxta tradita
118 per Io.Goddæ.*d. concl.9.nu.110.* Quanquam † & non
inſipientes ſæpè ſunt ſtulti, dum vel ſtulte aliquid
agunt, vel loquuntur, & ſic non morbo aut vitio, ſed
nimia temeritate laborant, ac valde acuti, ac Saperdæ
ſibi eſſe videntur, intus & incute tamen ſtulti, & Corpore
exiſtente, *l.3.D.ad l.Falcid l.regula, §.ſi quis ius,
ff.de iur.fact.ignor.l.4.D.quod vi aut clam.l ſi per impu-
dentiam,ff.de euict.l.vlt C.de fideicom liberta §.cæterum
Inſtit.quod cum eo, qui in al.pot.*

Cæterum non incommode etiam hic. QVARTO
119 loco † de EBRIIS tractari poteſt, vtrum & hi ex ſi-
120 deiuſſione ſua teneantur. Nam † quemadmodum
ebrietas, teſte Chryſoſtomo, in primis amica eſt Dia-
bolo, vt & vitium ebrioſitatis ſiue *οἰνοποσίας* multa
mala cauſatur, vt pulchre explicarunt ex noſtris Luc.
de Pen.*in Rubric. C.de leget.nu.14.lib.10 & in l.1.nu.7.
C.de erog.milit. annona lib.12* & D.1.Rurget. Ruland.
in tr.de commiſſar.par.1 c.2.. latiſſimè vero Iero Ioan.
Stobæus *ſerm.18.* Clemens Alexand. *in pædagogo l b 2.
c.2.per tot.* Ioan.Bocatius, *de caſibus viror.illud lib.7.c.
7.* Dominicus Nanus Mirabellius *in Polyanthea. verb.
Ebrietas.* facit Reformatio Imperij Politica de Anno
1548 ſub Rubric.ad bibendum. Atque, vt ille iocaba-
tur, nihil rectè ac pro merito facit, niſi quando ebrium
in lutum præcipitat, inque eo veluti ueni, volutat.
Ita etiam in ebriis ac Tricongiis illis, vel ſi mauis,
amphoris, ſpongiis, ac arenis Africæ aridiſſimis, quæ
ſemper ſitiunt (vt iocosè vocat Ioan Ludouic. Viues)
qui ſolem, vt Cic. ſcribit, raro occidentem, rarius
121 orientem vident, nulla dicitur † eſſe ratio, nullus
conſenſus, nullum vitæ gerendæ rectum conſilium,
122 imo illi ipſi vitam edormire perhibentur, *c. à crapu-
la.extra.de vita & hon.cler Gail.lib.2.obſ 110. nu.23.* &
123 † mortuis furioſiſque comparantur. *c.vener. 35. diſt.
c ſane.15.qu.9.* Vnde etiam Bal & Senec. (*lib.12. epiſt.
84.*) refert, *in l. quid ergo.§. pœna grauior. D. de his
124 qui not. infam.* quod † ebrietas nihil aliud ſit, quam

Antonius Heringius.

voluntaria inſania, ac Plato *libro de legib.* ebrium
comparat puero, inquiens non ſolum ſenem bis pue-
rum fieri, verum etiam ebrium, vt refert Dn. Bor-
cholt. *in tract. de pact. cap.3 num.14.* & pulchre dedu-
cit Nicol. Reuſnerus, *conſult. lib 1. conſult. 1. num.56.
cum 2. ſeqq.* And. Cludius *de ſequeſtrat. cap.7. numero
18.* Imo aptiſſime quoque de ebrietate dici poteſt,
quod de ſenio ſcribit Lucretius, *libro 2. de natura
rerum:*

*Claudicat ingenium, delirat linguaque mensq́;
Omnia deficiunt, atque uno tempore deſunt.*

Nec minus ſcite Ioan. Lud Viues ſcripſit: *Inebriari
eſſe ſenſuum facultates amittere, exire de poteſtate rationis,
iudicij. mentis: planè ex homine fieri, vel pecus, vel
ſaxum, loqui & neſcire quod loquaris, ea dicere propter
quæ te, & tuos in graue diſcrimen adducas, plus eſſe men-
tis in fele aut cane, quam in tali homine, dum vinum ha-
bes in ſcypho, illud eſſe in tua poteſtate, dum in corpore,
te eſſe in illius: habe etiam, non habere, quum bibis, te
tractare vinum pro tuo libitu, poſtquam biberis illud te
tractare pro ſuo.* Ob iſtas igitur cauſas noſtri tradunt,
ebrios non ſolum legum eſſe immemores, Accurſ.
*in l.fin. verbo quærere, C. in quib. cauſ. in int. teſt. non eſt
125 neceſſ.* Item ebrios † teſtes inutiles, cum ebrij
neſciant, quid loquantur. Panor.*in c.1. extra. de teſt.*
Maſcar.*de proba. concl 1358. nu.9.* quod tamen decl ra
juxta tradita per Ruian. *de commiſſ p.1.lib.5. c.20. n.2.*
126 Item, ebrios † matrimonium contrahere non poſ-
ſe. Decius *conſ.112.* Tiraq. *de pœn. cauſa* ... *in
tract.de ſponſal.p.2 c 2.§ ... num. vlt.* Sebaſt Medices *in
tract Mors omnia ſoluit.p.1.nu.118* C ... Cantiunc.
conſ.34 per tot. Verum etiam ... contractum ab
127 † ebrio factum, viribus non ſubſiſtere, voluerunt
Bald.& Alex. *poſt gl.in l.dolum.C.de dolo.* Vbi Alberic.
exemplum ponit de Hiſpanis, qui ipſum ad pran-
dium inuitarunt, vt pro illis fid iuberet) Tiraquel. *d.
cauſ.6.num.8* Ludouic.Roman. *in l.1 D de verb obl.per
textum in d c.ſane 15.q.1.* Ioan. Goddæus de contrah.
ſtipul. *c.7. concluſ.11.nu.106 & ſeqq.* Ioan Zangerus *in
tract.de except.part 3.c.11. nu.14.* Quod vtique multo
128 fortius procedit, ſi ebrietatem † allegans, debito
modo probet, ſe tempore initi contractus penitus
ebrium fuiſſe, juxta tradita per Bald. *in d.c.à crapula.
extra de vita, & honeſt.cleric* Franciſ.à Ripa, *in l.fin.80.
C de reuoc.donat.* Schraderum *de feudis.par.9 c 4.n.98.*
Vel etiam per creditorem ac debitorem ſtudioſe,
imo doloſe, adeo temulentum ſe eſſe factum vt quid
egerit vel promiſerit, ſobrius factus vix recordare-
tur, ſecundum allegata per Hector Schurffium *con-
ſilio 88.numero 14.cent.1.* Ioach.a Beuſt *in tract.de ſpon-
ſal.c.11.*

Crederem tamen iſtam aſſertionem limitari poſſe,
129 primo, † vt non procedat, ſi quis poſt diſcuſſam
ebrietatem, promiſſionem ſuam ratificet, fit enim
iſta ratificatio eo tempore, quo actus de nouo geri
poſſet, ergo valet, *cap. vnuſquiſque & ibi gl in verb.
Ebrius 22.q.1.l.pen.in princ ff. Rem rat.hab.* Ioan. Bapt.
*Plotus de in lit iur §.1.numer 8.9.10. & 11. Schrader de
feudis p 9 c 4.nu.99. verſic.eodem modo.* Quemadmo-
130 dum, & alibi ratificatio furioſo tribuitur, *in l. vlt.ff.
de bon.poſſ.*
131 Secundo limitari poterit ſi quis mane † ſobrius
factus, ſed oblitus interim iſtius vulgati Germanici
prouerbij: hilaris fuit, &c. glorietur, ſe elapſa veſpera
promiſſione ſua aliquem eluſiſſe, tunc enim illa glo-
riatio efficit, vt ratum habere videatur, quod egit,
argumento eius quod tradit Ioan.Franc. à Ripa, *in l.
vlt. nu.79 C de reuoc.don.* Iac. Menoc. *de arbit.ind.qq.
caſu.326.& 331.*

132 Tertio intelliguntur ſupra dicta † de eo, qui pro-
pter ebrietatem omnino non fuit mentis, & rationis
compos, qui duos Soles ſibi videre viſus eſt, vt dice-
bat Thebanus ille ebrius ſenex, iuxta *c. vinolentiam.*
35. diſt. & doctrinam Bal. *in l. 1. C. vnde vi* quam refert
Tiraq *in tract. de pœn. cauſa. 6. in fin.* Illius namq; ebrie-
tatis alienatione nutantis, & in piſcina quaſi natantis,
vt loquitur Clemens Alexandrin *in pædag. lib. 2. cap. 2.*
nec manus nec pes officium ſuum rectè faciunt, tan-
tum abeſt vt intelligat vel meminerit, quid Balbade
nare ſit locutus, quippe ebrioli, qui totos dies bibunt,
nihil præcipuum aut graue habent in animo, ſed ple-
ni ſunt gaudio, & ſocordia, vt ait Polybius, *lib. 8. mihi*
pag. 536. Videnturq; hunc ipſum graphice depinxiſſe
Xenophon, *lib. 8 Cyropadias ad fin.* his verbis: *Hac verò*
tempeſtate, quod vrcei non importentur, adhuc permanet.
Tantum autem bibunt vt pro importandis vrceis ipſi ex-
portentur, quoniam nequeunt amplius erecti ingredi, &c.
Et Cic. *lib. 2. de finib. Nolim* inquit *aſotos, qui in menſam*
vomant, & qui de conuiuiis auferantur. Deſcribunt eun-
dem quoque Scabini Lipſenſes in ſententiis ſuis poſt
his verbis. A. hilaris ac paululum ebrius (quod judi-
cis arbitrio, perpenſis circumſtantiis, definiendum
133 relinquo, vt enim Hilaritas † eſt ianua ebrietatis; ita,
& lubricus eſt gradus ab hilaritate ad ebrietatem,
difficulterque ſignatur hilaritatis meta) vt contrahe-
re, *Ang. de Clauaſio, in verb. Ebrietas, numero 5.* Ita,
& teſtari poteſt, juxta Caſtrenſem, *in l. ſi frater, Cod.*
qui teſtam. fac. poſſunt, Decium *conſil.* 112. Maſcardum,
concluſione 578. Quo pertinet, quod ebrietas leuis ne-
minem excuſat, vt ex Baldo, Firmiano, Angelo,
Felino, & Bianco refert Schraderus. *de feudis, part. 9.*
cap. 4. num. 49.

134 Imperator tamen Carolus † V. conſtituit, quod
non debeat ſuccurri illis, qui cum ebrij eſſent, cum
ſuo damno contraxerunt, ſicut teſtatur Gabriel Mu-
dæus, *in §. præterea. nu. 21. Inſtit. de actionibus.* Quem-
135 admodum † & eiuſdem edictis, Anno 1531. promul-
gatis, ad imitationem Pyttaci Mitylenæi, de quo
Eraſmus, *in Apophthegmatibus lib. 7.* Laertius *lib. 1. cap.*
5. & Alexand ab Alexand. *lib. 3. gen dier. cap. 11.* cautum
reperitur, quod affectata ebrietas duplici pœna coer-
ceri debeat, non ſolum propter nimiam frequentiam,
verum etiam quia principium delinquendi in ipſis
ebriis eſt, cum in ipſorum poteſtate fuerit ebrietatem
vitare, quæ delicti cauſa eſt, *Ariſtot. lib. 3. Eth. cor.*
cap. 5. & lib. 2. Politic. cap. 10. Bartholomæus Romul. in
compend. homicid. part. 2. nu. 178. D. Weſembec. in Parat.
D. de ſicarijs numero 25. Valentin. Francus de fideiuſſ. cap.
2. num. 41.

QVINTA perſona, quæ ad contractum fideiuſſio-
136 nis non admittitur, eſt † PRODIGVS, hoc eſt, is qui
neque finem, neque tempus expenſarum habet, ſed
137 † bona ſua dilacerando, & diſſipando profundit, *l. 1.*
Cod. de cur. furioſi. vel qui præter modum ac ſine vllo
delectu pecuniis vtitur, parumque omnino aut capit,
aut quærit, *Ioan. Iouian. Pontanus, de liberalitate, lib. 1.*
cap. 8. & 9. Quando aliquis bona ſua decoxit. § deco-
ctor, vt ait ſtatut. Lubecenſe, *lib. 1. titu. 7. articul 6.* §.
Quem Caius euerſorem vocat, *libro 1. Inſtitut. tit. vlt.*
Conſtantinus Imperator libidinum omniumque vi-
tiorum ſeruum, *in l. vlt §. 2. C. de ſenten paſſ. & reſtitut.*
Cicero verò *libro 2. Officiorum.* Eum, qui Epulis, & vi-
ſcerationibus, hoc eſt, largitione carnis, quæ publice
fiebat, *l. ſi puro. 54. D. de legat. 3.* Anton. Auguſt. *libro 4.*
emend. cap. 1. Alexan. ab Alexandro. *lib 5. gen. dier. c. 7.*
quam viſcerationem Paulus intelligere videtur, *in d.*
ciuitatibus. 122. ibi. aut quod ad diuiſionem ſingulorum
ciuium vel epulum, D. de legat. 1. vt & Caius *in l. de-*
monſtratio. 17. §. vlt. D. de de condit. & demonſtrat. licet
aliter interpretetur Iacob. Ræuard. *lib. 6. varior. 16.*) &
gladiatorum muneribus, ludorum venationumque
apparatu pecunias profundit; in eas res, quarum
memoriam aut nullam aut breuem eſt relicturus. In
libris noſtris per periphraſin Prodigus dici ſolet, is
cui bonis interdictum eſt. *l. is cui. 18 ff. de teſtament. l. 1.*
l. Iulianus 10. ff. de curat furioſi. l. ſi ab eo. ff. de vſucap. &
vſurpat. l. 18. §. 2. ff. de caſtrenſi pec. l 5. ff. de acquiren he-
redit. & interdictionis formulam habes apud Paulum,
lib. 3. ſentent. tit. 4.

Quia autem prodigus, quantum equidem ad con-
138 tractus (non ad delicta) attinet, tenuiſſimo filo † à
demente, & furioſo diſtat, quare etiam paſſim in iure
conjunguntur, vt monui ſupra *cap. 5. num. trecenteſimo*
quinquageſimotertio & ſequentibus, circa l. Marcellus. ff.
de fideiuſſoribus, & eſt textus in l. vlt. §. 2 C. de ſenten. paſſ.
§. furioſi. Inſtit. de curatoribus. atque hoc amplius cum
139 pupillo comparari ſolet, in amittendo † & alienan-
do, *l. certi condictio. §. ſed etſi ei, ff. ſi cert. pet.* quorum
omnium nulla eſt voluntas, *l. furioſi. ff de regulis iuris.*
ideo receptum eſt, quod is, cui bonis interdictum
eſt, teſtamentum facere nequeat, *d l. 18 ff. de teſtamen.*
non poſſit quidquam vendere, *l. ſi ſciens, ff. de contrah.*
empt. non poſſit promittendo ſe obligare, *l. is cui bonis.*
ff. de verborum obligationibus, non nouare obligatio-
nem, *l. 3. ff. de nouationibus,* non paciſci, Borcholtus
de pactis, cap. 3. numero nono. & denique nihil in alium
transferre, qui in bonis non habet, cum ei diminu-
tio ſit interdicta, *d l. Iulianus, ff. de curat furioſi.* quæ
ratione etiam à fideiuſſione abſtinere cogitur, ne
promittendo ſe obliget, & obligationem faciat
nullam, *d. l. is cui bonis, D. de verborum obligat.* latè
Ioan. Goddæus *de contrah. ſtipulat. cap. 7. concluſ. 10.*
per tot.

140 Neque verò difficile erit † probare, aliquem bo-
na ſua dilapidare, ſi modo teſtes deponant, aliquem
luxurioſè viuere, ludere, profuſe res ſuas donare,
pretiis vilibus bona ſua proiicere, & alienare, &c.
hæc ſiquidem ſunt hominis profligatæ vitæ, non dili-
gentis & ſtudioſi patrisfamilias, *l. cum de indebito, §. 1.*
D. de probationib. l. 1. Cod. qui & aduerſ. quos, &c. Ber-
trand. conſilio ducenteſimo vigeſimoſecundo, numero ter-
tio. volumine 3. Alexand. conſilio ſeptuageſimoſecundo,
numero nono. volumine primo. Gail. libro 2. obſeruat. 53.
numero decimoſexto. Maſcard. de probat. concluſ. 515.
Illud nunc vno verbo monuiſſe ſufficiat, quod ex
Nouella Imperatoris Leonis 39. à prodigo geſta va-
leant, ſi è re ipſius ſint: non autem, ſi imprudenter,
& temere quid fecerit, quod adductis exemplis ibi
declaratur.

SEXTO loco dicendum videtur, pro fideiuſſori-
141 bus adhiberi non poſſe † MVTVM & SVRDVM, quo
142 nomine tamen † non balbum aut blæſum, qui ex
Galeni ſententia dicuntur ψελλίζειν item τραυλίζειν,
vt refert Cœlius Rhodiginus, *libr. 7. antiq. lection. cap.*
vigeſimoquarto, de quo valde pulchra congeſſerunt
Alex. *in conſil. 12. lib. 1.* & Ioannes Vincentius Honde-
dæus, *conſultat. 37. volum. 1.* non itidem ſurdaſtrum,
qualis fuit M Craſſus, *vt eſt apud Ciceron. lib. 5 Thuſcu.*
quaſt. & Imperator Hadrianus, *teſte Cœlio Rhodigino,*
libro tertio, capite vigeſimonono, ſed eos, qui vel plane
nihil audiunt, vel nihil eloqui, aut, vt Arnobius *lib 1.*
aduerſ. gent. loquitur verborum articulos integrare
non poſſunt, intelligo. Sicut enim iſte verbis reſpon-
dere ſtipulanti nequit, ita, hic verba interrogantis
non exaudi, §. *mutum.* vbi Anton. Pichardo Vin-
uerſa. *num. 7. Inſtitut. de inutil. ſtipul. §. Item ſurdus. In-*
ſtitut. quibus non eſt permiſſ. fac. teſt. quorum vtrumque
tamen

tamen in ſtipulatione requiri juris eſt notiſſimi, *l.1. §.*
vltimo, D. de obligat. & act. l.1. D. de verborum obligat.
Franciſ. à Caldas. in l. ſi curatorem, verb. cum non abſimi-
lis, nu.58. C. de integ. reſtit. Anton. Gomeſius, tom.2. cap.
9. nu.5. Ioan. Goddaus de contrah. ſtipul. cap.7. concluſ.15.
Sane vbi non voce, ſed tantum præſentia, hoc eſt præ-
ſentis intelligentia, & conſenſu opus eſt, ibi equidem
mutus, intellectum habet, poteſt videri reſpondere,
vt & ſurdus, *l. vbi non voce 124 D. de regulis iuris, l.*
in quibuſcunque. 48. D. de oblig. & act. l. coram. 209. ff. de
verborum ſignific. vbi tamen ſcribit Rebuffus: Quod
143 ſi † notarius ſcribat, præſente aliquo quid fuiſſe fa-
ctum, cum tamen is eſſet infans, dormiens, furioſus,
vel ſurdus, poſſit arbitrio judicis puniri.

Nec aduerſantur. *l. non figura 38. C. de oblig. & actio-*
nibus. l. delegare, D. de nouationibus, l. ſi pater, D. de
adopt. l.1. §. adſignare, D. de adſig. libert. l. nutu. ff. de
legat. 3. l. & in epiſtola. C. de fideicom l pater. 93. §.1. & 2.
D. de aquiren. hered. l. ſurdi, D. de manumiſſ. vind. in
144 quibus locis probatur, paria † eſſe expreſſa voce, vel
nutibus (de quibus ſpecialem tractatum ſcripſit Ioan.
Bonifacius, *vt fatetur in tractatu de furtis. §. vel etiam*
vſus eius. num.21.) vel ſcriptura, vel ſignis, conſenſum,
& voluntatem declarare. Quod confirmatur illo ver-
ſu Ouidij, *lib.4. Metamor.*

Conſcius omnis abeſt, nutu ſigniſque loquuntur.

Nam in ſtipulationibus ſe res aliter habet, adeo,
vt ſi quis ſine verbis ſtipulanti annuat, nec ciuiliter
145 nec naturaliter obligetur, imo nec † fideiuſſorem,
pro tali putatiua obligatione à ſe datum, obligatum
relinquat, *l.1. §. ſi quis ita* vbi pulchre id explicat Go-
thofredus, *ff. de verborum obliga. Vacon. à Vacuna lib.5.*
declar. iur. cap69 Ioannes Goddaus d. conclu.15. numero
281. & 283. Et verò delegatio, adſignatio, legatum,
& iuſſus non adeo præciſe requirunt ſolemnium ver-
borum obſeruationem, & ritum, modo ſaltem ſuffi-
cienter conſenſus, qui interuenire debet declaretur.
Quinimo in adoptione, vt maximè verborum ſolen-
nitas, ratione eius qui vult adoptare, requiratur, *l.5.*
C. de ſuis & legit. Agellius lib. 5. cap. 19. non tamen
eius, qui dat in adoptionem, ſolennia verba aliqua
exiguntur, *d. l. ſi pater, ff de adopt.*

Non obſtat etiam, quod mutus, & ſurdus pro hæ-
146 rede † gerere poſſunt, atque ita hæreditatem acqui-
rere, *l. mutum, ff. de acquir. hæred.* Nam hic modus ac-
quirendæ hæreditatis neque auditionem neque ora-
tionem requirit, *l. pro herede. ff. de acquir. hæred* quem-
admodum & procuratorem ſibi conſtituere poſſunt,
qui mandatum ab ipſi ſuſcipiat cum illud etiam taci-
to conſenſu contrahatur, *l. mutus, ff. de procurat.* Intel-
147 lige tamen, hoc † ita demum procedere, ſi mutus, &
ſurdus actum rei, hoc eſt, quid agatur intelligant, *l.2.*
ff. de bonorum poſſeſſio. furioſ. &c. Nam ſi non intelli-
gant, vt non raro ſunt, qui his vitiis laborant, qui re-
rum imperiti ſunt, tum curator eis dabitur, & per cu-
ratorem hunc, non quidem hæreditatem, ſed bono-
rum poſſeſſionem adquirent, *l.3. §. vlt. ff. de poſtulando.*
l. ſeruo inuito, §. ſi pupillo, D. ad Trebellianum. Cuiac. lib.
1. obſeruat. cap.34. Petrus Gilkenius de præſcript. part.3.
cap 2. n.94.

Quod autem mutus, & ſurdus, vt maximè hæredi-
tatem acquirant, ſicut modo dictum, non tamen, &
148 hæreditatem † adire poſſint, haud inficias eo. Nam
mutus verba aditionis loqui non poteſt, quæ in ea exi-
guntur, *l. cum qui, 51. D. de acquirend. hæred. Vlpian. in*
lib. Regul. tit.22. Surdus itidem adire nequit quia non
poteſt audire teſtimonium ſibi perhibentes: & tamen
quia non aditur hæreditas, niſi teſtibus præſentibus,
qui appellantur ab eo, qui vult adire, hoc fere modo:
Vos Quirites in hanc rem teſtimonium perhibetote. Vt
conſtat ex Varrone, *lib.5. & 6. de lingua latina, ac innuit*
Cicero 13. ad Atticum, ergo etiam, vt ille exaudiat, ne-
ceſſe eſt, *Paul. l.3. ſenten. tit. de teſtamentis.*

Notari tamen debet, probabiliter dici poſſe, quia
149 hodie † jus ſtipulationum, & pactorum in foro, &
quotidiano vſu propemodum confuſum eſt mutum
150 † ſcriptura recte obligari, quod etiam placet We-
ſembeçio, *in §. Item inutilis. Inſtit. de inutil. ſtipul.* Ioan-
ni Saxonico *in conſuetud. Turon. tit.1. §.24. gloſſ.2. & 3.*
Ioanni Ferrari Montano, *in comment. Inſtit. de inutilib.*
ſtipulat. §. mutum Et ideò dicit Iodoc. Damhaud. *in*
tract. de patrocinio pupillorum, c. 6. numero 4. p.1. quod
151 mutus † pro tutore fideiubere poteſt, ſi ſit locu-
ples, ac ſcribere ac legere (quales muti, & ſurdi ali-
quando reperiuntur, vt liquet ex Phillippo Camera-
rio, *oper. ſucciſ. centur.1. cap.37.* atque ita animum ſuum
declarare poſſit, quod reſuit etiam Valentinus Fran-
152 cus *de fideiuſſ. cap. 2. num. 26.* Idemque † etiam ho-
die in Hiſpaniarum Regis territorio in vſu eſſe & ob-
ſeruari, vt nimirum is teneatur, qui humeris, vel ca-
pite, alterius interrogationi annuat, poſt Gregor.
Lopez ſcribit Anton. Pichard. *in dicto §. mutum numero*
decimotertio. Inſtit. de inutil ſtipula. Facit vlterius,
153 quod † teſtis mutus depoſitionem ſuam ſcriptis com-
prehendere poſſit, eaque in jure admittatur, Famin.
Chartar. *in tract. de ex[illegible] cap. barnle c.2.*
num.42. & 44. Ruland. *de comm ſſ. part.2. l.2. c.15. nu.8.*
& cap 16.

154 De ſurdo autem quin idem judicium eſſe debeat
quis dubitet? cum mutus, & ſurdus in [illegible]
nis ad paria judicentur, nec poſſit inter illos pro-
155 babilis conſtitui differentia. Intellige † tamen hoc
non aliter procedere, quam ſi ſurdus ſua ſponte ad
talem fideiuſſionem deueniat, nec à notario, vel
quolibet alio frauduleuter ad fidejubendum, vel
ſcribendum inducatur, cum tamen negotium non
intelligeret, per ea quæ tradit Alciat. *in l. ſenium, nu.3.*
de tranſact.

156 De † cœco porrò non eadem, quæ de ſurdo, &
muto, ſunt ſtatuenda. Cum enim ei ratione [illegible] ctus
loquelæ, & auditionis, nihil deficiat, cur non etiam
157 fideiubere poſſet? Maximè † cum, & ſponſalia ce-
lebrare, & vxorem ducere, *l. mutus 73 D. de iure dot.*
Bald. *in l. etiam, nu.2. D. de adopt* Æmilius Ferettus *in*
l. ſi qui, 15. num.91. D. de vſuca. comb. (in tantum vt &
cœci matrimonium cum cœca admiſerit D. Luthe-
rus, Anno 1528. vt epiſtola eius ad Nicol. Hauſman-
158 num ſcripta teſtatur) ac † ſocietatem contrahere
queat. Fulgoſ. *conſil.189.* Sebaſtian. Medices, *in tract.*
159 *de fortuitis caſibus part.2. quaſt.6 nu.53.* Imò † in Phi-
loſophia, Theologia, & Iuriſprudentia, nec non me-
chanicis artibus aliquando ad miraculum, & ſtupo-
rem vſque excellat, vt docemur exemplo Ioannis
Ferdinandi, & Nicaſij de Vœrda, referente Philippo
Camerario *d. cent. 1. cap. 37. ad finem.* ne Diodorum
Stoicum, Antipatrum Cyrenaicum, Aſclepiadem,
Lippum Florentinum, & alios commemorem.

160 Septima perſona, cujus fideiuſſio † probari non
ſolet, eſt Miles *l. de die, §. 1. D. qui ſatis cogantur.*
Cum enim ille, non magis, quàm tela in vſum vome-
ris ligoniſque conuertere poteſt, *argumento. l. vlt. C.*
de mancip & colon. patrim. fund lib.11. priuatis nego-
tiis occupari debeat, ad hoc, vt Rempub. à qua aliter,
ab omni bellorum neceſſitate defendat, idcirco fide-
juſſor, mandator fieri prohibetur, *l milites. & ibi*
gloſſa. C. de locato. iuncta. l.8. §.1. D. qui ſatiſdare cogant.
l. milites. 15. C. de re mil. & l. vnic. C. negot. ne milit. libro
12. l. ſcimus. Cod. de iur. deliber. Ioan. Schneidvvin. in §.

*fin.Inſtit.de fideiuſſ. Anton.Gomeſ.tom.2.variar.reſolut.
cap.13.num.19. in fin. Valentinus Francus cap.2.numer.
215. Ioannes Goddaus d.capit.7. concluſione 17. numero
300.& ſeqq.Arnold.ab Haerſorte in aduerſ.action. part.
1.action.10. num.3.* Quippe cinguli militaris præſum-
ptione creditoribus grauis exiſtere poſſet, quod judi-
ciorum vigor non permittit, *d.l.milites. C. de locat.l.
principalibus, ff.ſi cert.pet.*

161 Dicit tamen † ibi Angelus, deciſionem iſtius legis
hodie non eſſe in vſu, & adſtipulatur ei Vincentius
Carocius *in tractat.de locat.& conducto. par.1.ſub Ru-
bric.quibus non eſt permiſſ.conduct. eſſe numero* 8 Quod
162 verum † eſſe puto in pleriſque (nam de omnibus, &
bonis, vt & de iis, qui contra Turcam, & infideles, aut
permiſſu Conſtitutionum Imperij in Galliam, vel alia
regna ducuntur, falſo dixerim, *Francus dict.cap.2.nu-
mero 217.Goddaus dicta concluſ.17. numero 305. Anton.
de Gamma deciſ.Luſitan.365.numero 1 & 2.*) noſtris mi-
litibus, qui vano militiæ nomine inania tantum lucra
ſectantur, flagitia nimirum hominum, maculæ, & vi-
bices generoſi Martis. *l.per Illyricum, C.de cohortal.lib.
12.* illi raro in expeditione iuſti belli, qui ſub cælo, &
volatu Auium degunt, ſed poſteaquam, non obſer-
uatis iis, quæ Conſtitutionibus Statuum Romani
Imperij ſunt decreta, concurrerunt, in vaporariis de-
liteſcunt, aut miſeris agricolis inſidiantur, & moleſti
ſunt, imò, in tranſitu quoque plus damni plerumque
amicis, & confœderatis dant, quam ipſe hoſtis, imò
immaniſſimus Turca aut Scytha dare poſſet, vt hiſce
annis Germania aliquoties eſt experta, quos gloſſa
Latina *lib.1.artic.27.* & Ioan. Goddæus *d. concl.17.nu.
305.* merito vocant milites ad prædam, non ad juſti-
tiam, latrones, ſicarios, agrorum depopulatores,
graſſatores, & ſeditioſos. Nonne enim illi, cum de-
berent eſſe defenſores oppreſſorum, nunc eorum ſunt
domini? *contra l. ab hoſtibus 17. C. de poſtlim. reuerſis.*
O pudor, ô honos, quo iuiſtis! quàm exules facti
eſtis militiæ pleræque in Europa! Quam aliter apud
Romanos, vbi juſtitia, caſtitas, innocentia habitabat
in caſtris, & nonquam violenti, aut feroces, niſi in ho-
ſtem, erant, vt ait Lipſius. O quam verè egregieque
Ioannes Iouianus Pontanus *lib.2. Amorum, mihi pag.
3304.* vbi militiam huius temporis damnans ita
canit:

Militia quondam partes, ac iura fuerunt,
Tutari patria dulcia tecta ſua:
A ſociis arcere minas pepuliſſe tyrannos,
Hoſtis, & incurſus continuiſſe vagos.
At nunc quid bello petitur, niſi præda? nec hoſtem.
Sed ſocium vita eſt expoliaſſe decus.

Sed ab hiſce militibus (de quibus, & quatenus
cum veteribus militibus comparari queant, plura vi-
deat Lector apud Petrum de Andlo *in tract. de Roma.
Imperio lib.2.t.13 §. Et huiuſmodi milites mihi pag.*120.
Claud.Coter.*in tract.de iur.& priuil.milit.*Sfort.Odd.
in tract.de compend ſubſtit part.1. quæſt 3. in 3.præmiſſo.
Iuſt.Lipſium *de militia Romana lib.5.dialogo 20. & lib.
5.Politicorum, cap.*8. Rolan.à Valle *conſ.66.in fine vol.*1.
Ioan.Iouian Pontan. *proximè dicto loco.* Franciſc. Flo-
ridum Sabinum *de C.Iulij Cæſaris præſtantia, lib.1.mihi
pag.2.3.4.5.& 6.* Ioan. Vaudrun *var. quæſt.lib.1.qu.55.*)
ad *d.l.milites.* reuertamur, cuius deciſio primum lo-
163 cum non habet, quando † miles in rem ſuam fide-
jubet, *l.de die.§.1.& ibi Dd. ff. qui ſatiſdar. cogantur.
Ludouic.Roman.in ſingulari 123.incip.Tuſcis quod minor.*
Quemadmodum enim miles, qui alias à procurato-
rio munere arcetur, *d. l. milites, & l.militem, C.de
procuratorib.* procurator tamen eſſe poteſt, ſi in rem
ſuam id muneris ſuſcipiat, *l.filiusfamilias, §. veterani,
D.de procuratoribus, l.qui ſtipendia, C. eodem.* vel ſi in
liberali cauſa pro neceſſariis coniunctiſque perſonis
agat, *l.3.§.militi.ff.de liberali cauſa,* ita quoque iiſdem
caſibus eum fideiubere poſſe autumo.

164 Secundò *d.l.milites,* officium ſuum † perdere vi-
detur in veteranis: quia enim his licet emere, & ven-
dere, optimis negotiis pecuniam tractare, & merci-
monia agitare, *l. 1. in fin. C. de veteranis, lib.* 12. nihil
erit periculi, ſi dicamus eos quoque fideiubere poſſe,
cum & procuratoribus eis eſſe liceat, *d.l.ſi filiusfami-
lias, §.veterani, ff.de procuratoribus.*

165 Tertiò reſtringi poteſt *d.l.milites* in illis, qui † cum
prius fideiuſſiſſent, poſteà ſe milites ſcribi paſſi ſunt,
illi enim fideiuſſione non ſoluuntur, neque ſub ob-
tentu militiæ pretioſiores aduerſario ſe facere poſ-
ſunt, *argumento legis, qui vno, §. non omnes, D.de re
militari.*

166 Quartò limitari poteſt; ſi miles † pro cauſa com-
muni omnis ſui numeri, pro cohorte ſua; ac ſociis, &
militibus fideiubeat, tunc enim in conſequentiam in
rem ſuam fideiubere cenſetur, *argumento dicti. §. ve-
terani, iuncta l.1.§.in propria, ff quand. appell. ſit l pla-
cet.C.de Epiſc.& cler.*

167 Quinto, & vltimo † declarari poteſt diſpoſitio *d.
l.milites,* vt non obtinet, ſi creditor, cui miles in fide-
iuſſorem offertur, non contradicat, ſed eius fidem ſuſ-
ſcipiat, tunc enim obligabitur miles, & fideiuſſio te-
nebit. Sic namque fieri videmus, quod etſi miles non
poſſit eſſe in judicio, tanquam alterius procurator, *l.
militem, C.de procurat.l.ſi militem, C. de condict.ob cau.
168 dat.* Valeat † tamen iudicium cum milite procura-
tore celebratum, ſi pars tempore litis conteſtatæ nihil
oppoſuerit, *d.§.veterani.*Marſil.*conſ.10.num.13.& in l ſi
quis ne quæſtio.n.94.ff.de quæſtionib.*Decius *in l.in ambi-
guis, §.non eſt nouum, n.8.de reg.iur.* Menoch.*de præſump.
lib.2 præſumpt.46.n.8.*

Videndum tamen eſt, ne iſthæc declaratio labefa-
ctetur per *d.l.milites.* vbi Imperator Leo ob publicam
vtilitatem prohibet, ne milites fideiuſſores fiat: qui
169 verò † lege arcetur ab actu aliquo ob bonum publi-
cum, is ne volente quidem parte admittitur, *l. quos
prohibet, ff de poſtulando, gl.& Bald. in l libertorum, C.
de teſtib.*& tetigi infr.*n.251.& 252.* Quamuis ſi repelle-
170 retur fauore priuati, conſentiente † priuato, admitti
poſſet, ſicut Petr.Coſtalius *in d l. quos prohibet,* anno-
171 tauit. Sanè ſi quis ignorans militi, quaſi † pagano,
fidem habuerit, fideiuſſionem validam eſſe, proban-
dum eſt, non enim contemnit diſciplinam, qui igno-
rauit militem, *l.ſi ignorans, ff.locati.*

172 Etſi porrò † militia togata comparata eſt ad exem-
plum militiæ armatæ, *l.armati, C.de aduoc.diuerſ.ind.*
Herm.Vulteius *in l.2.numer.17.C.vbi de ratiocinat.agi
oporteat.* vnde etiam aduocati, patroni cauſarum, &
ſcholarum profeſſores militare dicuntur, non tamen
hos, vt nec Iuriſconſultos alios à fideiuſſionis nego-
tio arceri exiſtimo, cum alia ratio conſideretur in il-
lis, quam in hiſce togatis militibus, nec opus eſt, vt
quæ in vno aliquo conueniunt, ſtatim in omnibus
aliis quoque conueniant. Vt enim vulgo dicimus,
173 Omne ſimile † claudicat, nec ſimile mox eſt idem,
*l.Gaurus, §. Marcellus, D.de ſeruitut.vrban.prædior.
l.quod Nerua, ff. depoſi, c.capitulum ſancta crucis, ext.
de reſcript. Menoch. de arbitrar.iudic, quæſtio. caſu 57.
numero* 16. Si igitur ſcholarum profeſſores priuilegio
fori ſaltem renuntient, non minus, quam illorum
diſcipulos, pro idoneis fideiuſſoribus eos habendos
eſſe concludo.

174 Venio nunc Octavo loco † ad Cvrialem,
qui

qui non magis, quam miles fideiuſſor exiſtere poteſt,
Petrus Poncetus in tract. de iure municipali. nu. 28. mihi
pag. 97. Dicitur autem curialis, qui curiæ adſcriptus
eſt. Hermannus Wlteius in commen. ad l. 1. num. 6. C. vbi
quis de decuriali vel cohor. & alibi decurio appellatur,
l. penultim. C. de exact. tribut. lib. 10. ſi quis 12. l. parabo-
lani. C. de Epiſc. & Cler. Idque nominatim de curiali
proditum eſt leg. curialis Cod. de locato. gloſſ. cap. quod
quibuſdam. verb. fideiubeat. extr. de fideiuſſ. Martinus
Laudenſis in tractat. de offical. dominorum quæſtione 61.
175 Et ſi enim caſus dictæ l. curialis verè eſt ſpecialis,
quandoquidem de conductione tantùm loquitur,
pro quo facit leg. vnic. C. quib. ad conduction. prædio fiſc.
acced. non licet lib. 11. ſequi tamen malo Interpretes,
qui eam generaliter accipiunt, & ex ea ſicut dixi, col-
ligunt: Curialem fideiuſſorem exiſtere non poſſe.
176 Hoc planum eſt, † periculo Curialium fideiuſſores
dari poſſe per text. in l. 3. Cod. de om. agro deſert. lib. 11.
Et quia d. l. curialis, nominatim adiicit, pro alienis re-
177 bus curialem fideiubere non poſſe, credo † rectè
dici, eum pro ſuis rebus, & in rem vtilitatemque
ſuam fideiubentem, admittendum fore, argumento
legis vltimæ C. de om. agro deſert. lib. 11. ne curialem
deteriore loco ponam, quam militem in rem ſuam
fideiubentem, quos tamen plerunque coniungi non
obſcure in libris noſtris paſſim eſt obuium.

Cæterum omnis iſthæc diſputatio apud nos hodie
178 ceſſare videtur, cum † curias amplius non habea-
mus, Angelus conſil 17. num. 5. Franciſc. Mantica de
coniect. vltim. volunt. lib. 11. titu. 10. num. 1. Quid? quod
179 † veteres Decuriones noſtris ſenatoribus non malè
æquiparantur, l. omnes 33. C. de decurionib. lib. 10. ſicut
180 Duumuiri † Conſulibus, Anton. Vacca. ad l. ſi idem.
11 ff. de iuriſdictio. Cuiac. in Nouell. 15. de defenſor. ciui-
tat. Vtroſque autem fideiubere poſſe nemo eſt, qui
dubitet.

Quia verò militibus æquiparari ſolent vaſalli, &
feudatarij, non ineleganter hic NONO loco tracta-
181 bimus, An etiam † VASALLI fideiubere queant?
Primo equidem aſpectu dicendum videtur. Non
182 poſſe, quia feuda ſua † abſque domini conſenſu alie-
nare non poſſunt, nec directè, nec obliquè; atqui per
fideiuſſionem oblique alienatio introducitur, vt ipſa
experientia quotidiana teſtatur, ergo ab ea abſtinere
183 debebunt. Nec † obſtare videtur, quod actionem
mandati habent aduerſus principalem debitorem,
etiamſi feudum ipſis à creditoribus iudicialiter aufe-
ratur. Nam prætèrquam quod eam actionem ſæpiſ-
ſimè inopia vacui debitoris inanem facit, inſuper
184 etiam hac via principibus obtruduntur pro nobili-
bus vaſallis, homines ruſtici, opifices mercatores, mo-
nopolæ Eucliones, ac verſutiſſimi fœneratores, &
vſurarij (vt in ſpecie annotauit quidam in commenta.
in Matthæum. cap. quinto, mihi folio 60. b. & in commen.
in Lucam, cap. 18. mihi folio centeſimo decimo quarto.)
contra expreſſa iuris feudalis placita, quæ vt volunt,
quod domino feudi non poſſit alius vaſallus obtrudi,
quam quem ipſe velit: Ita quoque ſtatuunt, quod
vaſallus nullum commercium excogitare debeat,
per quod Imperij, vel dominorum minuatur vtilitas,
cap. Imperialis, §. hortatu itaque de prohibit. feud.
alien. per Lothar. c. Imperialem, de prohib. feud. alien.
per Frider.
185 Deinde certo iure † conſtitutum eſt, quod vaſal-
lus feudum ſuum abſque domini conſenſu pignori
obligari non poſſit, dicto capitu. Imperialem. Borchol-
tus de feudis, capit. octauo, numero quadrageſimo primo.
Colerus de proceſſ. execut. part. prima. capit. decimo num.
54. cum multis ſequentibus ergo nec fideiubere poterit,
186 cum non ſolum † à venditione ad fideiuſſionem,
l. cum lex, & ibi Dionyſium Gothofredus D. de fideiuſſorib.
187 item † fideiuſſione ad nouationem Gothofredus in
l. ſi Titius 48 §. primo gloſſ. C. ff. de fideiuſſoribus. verum
188 † etiam ab oppignoratione ad fideiuſſionem argu-
mentum deductum valeat. l. 28. ff. de pignoribus l. 2. D.
quæ res pign. obligat. poſſ. Neguſant. de pignoribus, mem-
bro 4 ſecunda partis num. 56, Burſatus conſil. 130. numero
17. lib. 1. Antonius Quetta conſilio 54. numero 4. verſic.
confirmatur.
189 Nec mutare videtur, quod † hypothecatio feudi,
quæ fit abſque traditione, permiſſa eſſe perhibetur
à Rolando à Valle conſil. 51. num. 11. volum. 2. Wurm-
ſero in pract. obſer. titu. de feudis obſer. 21. & Borcholto
190 d. cap 8. nu. 60. Quia † contrariam ſententiam tue-
tur Hotman. conſil. 3. in 1. volum. Sousbec. de feud. par.
11. numero 100. quam veriſſimam, & vſu ſeruari dicit
Weſemb. in tract. de feud. cap. 11. mihi pag. 113. per l.
vltim. Cod. de rebus alien. non alienand. qua de re fuſius
agit amicus meus D. Roſental. in tract. feud. cap. 9.
membr. 1. concluſ. 14 & maxime in gloſſ. D. Et hæc ita
moueri poſſunt.

Per contrarium autem dicendum videtur vaſal-
lum, vt quemlibet alium, rectè fideiubere poſſe, ex
191 his rationibus. Primo, quia † nuſquam ſcriptum
reperitur, quod vaſallus fideiuſſione abſtinere de-
beat, non igitur æquum eſt, facultatem contrahendi,
& fideiubendi homini libero adimere, l. non enim ff.
rer. amot. l. nemo exterus C. de Iudæis l. 2. ff. ſi à par. quis
fuerit manum Spec. in tit. de trenga, & pace. num. 5 non
magis, quam iuſtum eſt, vicinum prohibere vicinum,
quo minus agrum, quemadmodum velit, arer. l.
vicinus ff. de aqua plu. arcen. act. Immo tales conſtitutio-
nes, ſi abſque iuſta cauſa fiant, merito inciuiles dici
poſſent, l. moris, §. interdict ff. de pœnis. Et ideo dicit
Andre de Beſſetis in l. 1. num. 17 C. de ſacroſ. eccl. quod
192 quilibet † rei ſuæ ſit moderator, & arbiter, non ſo-
lum vtendo, verum etiam abutendo, quod probat
Æmilius Ferret. in l. ſi quis in fundo § Labeo n 15 ff. de
legat. 1. & in l conditio n. n. 35. mihi pag. 270. C. de pact.
refert. Vinc. Caroc. deciſ. 42. nu. 7.
193 Deinde † nemo non nouit, quod in bona feuda-
lia cæteris paribus, executio fieri poſſit, vt latiſſimè
explicant Andr. Gail. lib. 1. obſeruat. 117. & 118. & ibi
nuperrimè Bernh. Græueus Germanus in doctiſſimis
ſuis additionibus, præſertim conſideratione 1. Hartm.
Piſtor. par. 1. quæſt. 15. Weſenb. conſil 50. num. 7. cum ſeqq.
Colerus de proceſſ. execut. p. 2. cap. 3 num. 269. cum plurib.
ſeqq. Schraderus de feudis, par. 8. cap. 1. Ioan. Koppen.
quæſt. 39 Henric. à Roſental. d. c. 9. memb. 1 concl. 16. per
tot. & concl. 17. Quid igitur oberit, quo minus vaſallus
etiam fidejubere poſſit? Nam qui fatetur, vaſallum
contractu mutui, locationis, conductionis, emptio-
nis, &c. cauſari poſſe, vt in commoditates feudales
deinceps fiat executio, is vtique non negabit etiam
ratione factæ fideiuſſionis, executionem impetrari
194 poſſe. Si † cum permittitur vnus actus alienatio-
nis, permittitur quoque omnis alius illi ſimilis, &
eundem effectum habens, l. ſicut 8 §. ſed ſi permiſerit
quibus mod. pig. vel hypoth. ſolui. Pro quo facit etiam
195 communis noſtrorum traditio, † quod ſtante aliqua
prohibitione alienationis, nihilominus concedi poſ-
ſit commoditas percipiendorum fructuum, Alber. de
Roſate in l. Caius ff. d. annuis legat. Felin. in c. plerum-
que ff. de reſcrip. Bald. Nouell. in tract. de dot. priuil. 56.
Ludouic. Molina. lib. 1. c. 19. num. 33. & cap. 20. num. 12.
Fabius de Anna in conſ. 51. num. 15. Vnde, & Iaſon. in
l. filiusfamilias §. Diuini 2. lectura col. 11 in 12. limit ff. de
196. legat. 1. ſcribit, quod † prohibitus rem alienare,

poſſit tamen locare fructus toto tempore vitæ ſuæ,
nec diſſentit Lapus *alleg.7.incip.Deputauit.* Et magis
in ſpecie Clar. *in §.feudum.q.31.nu.9.* Weſenb. *de feud.*
c.8.num.6.& Ioan.Fichardus *in conſ.46.num. 5. part.2.*
aſſerunt, quod ſecundum communem opinionem
vaſallus bene poſſit commoditates feudi ad tempus
vel ad vitam alienare.
197 Tertio † id ſuadetur ex eo, quod vaſallus vtile
dominium, vel potius vſumfructum in feudo habet;
Quis autem docebit, vel vſufructuarium, maxime ſi
vſufructus ſit magnus, & pignus, ſicut ex Roderico
Soarezio oſtendit Petr.Peck. *de iure ſiſten.cap.45.num.*
12. Vel eum, qui in re aliqua vtile dominium habet,
fideiubere non poſſe? Neque enim ſimplici alienatio-
198 nis verbo, etiamſi † alias latiſſimum eſt (adeo vt
venditionem, locationem, donationem in emphy-
teuſin, dotationem, oppignorationem, legatum, do-
nationem, tranſactionem, permutationem, dationem
in ſolutum, & in vſumfructum, item compromiſſum,
in hoc theoremate contineat) vnquam fideiuſſio in-
telligi, & introduci poteſt. Qui enim alienat, qui
fideiubet, vt liquet ex dictis ſupra *cap 1. numero* 110.
& ſequentibus & vt maxime aliquando cum tacito
damno ſit coniuncta fideiuſſio, ſicut dixi ſupra *hoc*
ipſo cap.numer. 69. quis tamen propterea eam inter-
dictam eſſe pronunciauerit? Certe ſi quis id affirmet,
non obeſt, quominus etiam ſtatuat, vendere, & emere
non licere, propterea, quod ſæpe quis vltra dimidium
iuſti pretij decipiatur, *l.2.& ibi Doctor. Cod. de reſcin-*
199 *dend.vendit.* Et ideo † recte dixit Cæpolla *in conſilio*
e iuili 27.numer 4. quod alienare bona ſua, & ſe ac ſua
obligare, paria ſint, vbi lex illa non parificat, alias
ſecus eſſe.
200 Denique, † iſtam partem quotidiana conſuetudo
certam facit: videmus enim, paſſim nobiles vaſallos
fidem ſuam pro alijs nectere, vtinam ſaltem aliquan-
do prudentiores in eo eſſent, & in manibus ſuis quaſi
ligarent illud vulgatum. Sponde, noxa præſto eſt.
201 Equidem † in regno Galliæ, vt oſtendit Ioan.
Koppen *quæſtione 19.numero vigeſimo ſeptimo* Decium,
Boerium, Tiraquellum, & Rolandum Vallenſem, al-
legans, vt & in Ducatu Mantuæ, *Hieronymus Gabriel.*
conſilio 81. *numero* 21. *volumine* 2. & Marchionatu
202 Luſatiæ id expeditum eſt. Cum enim nobilibus va-
ſallis iſtic loci ex priuilegio diuæ memoriæ Impera-
torum Ferdinandi, & Maximiliani II. libera conceſſa
ſit facultas, feuda ſua quolibet modo alienandi, igi-
tur eos fideiubere poſſe, ne quidem dubitandum eſt.
203 Idem † de Ducatu Glogouienſi, nec non Sileſia, &
Marchia Brandenburgenſi atteſtantur Modeſtin.
Piſtor. *conſilio, 15.in fine. part.1.* Ioan. Dauth *in l.fina.*
numero 80.*C.de pactis* ac Ioan.Koppen *dicta quæſtione*
39.num 28. cui adde, quæ dixi ſupra *c.6.num.122. &*
Andr.Knich. *de veſtitur.paction.cap.2.nu.163.& aliquot*
ſequentibus.
Quia tamen hodierno tempore, propter indiſcre-
tas illas, ſæpe numero quoque ἐκ τῶν ἀδιαφόρων ...
interpoſitas fideiuſſiones, & debitorem extre-
mam perfidiam multa prædia dominos ſuos præmu-
tant, & cedunt in altera iura, vt vtar verbis Horatij,
lib.2.Epiſtol Epiſt.2. præterea non ſine dolore multi
hæredes bona paterna creditoribus relinquere, &
domus paternas deſerere coguntur, in quibus pater
defecit, ipſi creuerunt, in quibus maiorum imagines
aut non videre fixas, aut reuulſas videre lugubre eſt,
iuxta l.lex quatuores §.nec verò domum.& ibi elegan-
ter Dionyſ.Gothofred. *in gloſſ. Z.& A. C. de admin. ſt.*
tut. quibus denique eiiciendis, pro conſolatione ſiue
valedictione tantum occinitur illud Maronis:

———*Veteres migrate coloni.*
204 Idcirco † è Republica eſſe, generali aliqua con-
ſtitutione huic malo remedium quærere. Cum enim
205 † tam multa in iure noſtro cauſa cognita fiant, &
vero fieri debeant, *l.cum hi.ff.de tranſact. l. poſt legat.*
§.1.verſi.prohibendi.ff.de his quæ vt indignis, l.ſi credito-
res in princ.ff.de reb.auct.iud.poſſid.l.nequicquam D. de
206 *adop.cum multis ſimilib.* Et præterea † vtilitati publi-
cæ ſeruiat, & conueniat, vt homines liberi ſint a de-
bitis, Caball. *in milleloquia 338.* Mart. Monter. *deciſio*
Regni Arragon.deciſ.2.nu.42.& 49. Quid, quæſo, im-
207 pedit, quo minus dicamus, fideiuſſiones † quoque,
præſertim illas, quæ maiori ſubiacent periculo, & ad
ſummam aliquot millium ducatorum excurrunt, cum
quaſi quaſi ſaltem cauſæ cognitione fieri debere? Ita
208 vt in ea † potiſſimum vertetur, vtrum debita etiam
ſint probabilia, & honeſta; quæ facultates ſint eius,
pro quo fides interponitur; an vxorem, & quot libe-
ros habeant fideiuſſor, ne ex inconſulta patris fideiuſ-
ſione eorum ſpes diminuatur, cuius vitæ, & ætatis ſit
tam fideiuſſor, quam debitor, cuius etiam ſtatus aut
conditionis ſit creditor, vtrum prima, ſecunda, vel
etiam quinta, aut vlteri vice ſe obſtringat fideiuſſor,
&c. *argumento eorum quæ habentur in d.l.nequicquam.ff.*
de adopt.d.l.cum hi.§.ſed,& perſonarum,ff.de tranſact.
d l.poſt legatum.§.1.verſi prohibendi. D.de his quæ vt in-
dignis l.1.C.de præd.decur.lib 10.l.2.in prin.C. de debit.
ciuit.lib.11. Nec dubito, ſi iſthæc fierent, non viſum iri
tot domos deſolatas, & viduatas ſuis cultoribus, ac
cuncta tribunalia minus quoque quiritationum ha-
bitura. Fortaſſis, etiam, vt cecinit Lucanus *lib.3.Phar-*
ſal. diutius ſartum tectum maneret.
Quidquid parcorum mores ſeruaſtis auorum.
Nec eſt, quod quiſquam hic frontem caperet, mi-
209 hique † ſuccenſeat, perinde; ac ſi ego huic vel alteri
prætenſam ſuam libertatem alienandi vel contrahen-
di eripere, aut ſaltem veteres auias, ceu eſt apud Sa-
tyricum, ex pulmone reuellens, in ordinem eam redi-
gere in animum induxerim. Ingenua enim fateor, me
hoc caſu, ſi non ſuaſorem attamen monitorem ſaltem
eſſe, nec leges vllas ſancire, ſed tantum conſilium ſubij-
cere, & dominos feudorum rogare, vtrumnè ad eui-
dentiſſimam vaſallorum ſuorum vtilitatem ita velint
iubeantque? viderint illi, quid facto ſit opus, & anne
ex re multorum vaſallorum in res ſuas aliquando pe-
tulenter graſſantium eſſe putent, ſi talis cauſæ co-
gnitio ac inſinuatio actum fideiuſſoris, præſertim in
magnis ſummis, & negotiis (nam in re modica con-
ſiderationis forſitan aliud poſſet dici, iuxta ea quæ
tradit Pet. Peckius *de teſt.coniug lib.4.c.43.* Maſcard.
de probat.concl.1154.n.10 & 31.) procedat. Mihi vtique
hic nec ſeritur, nec metitur poſſumque me facile
conſolari exemplo Tiberij Cæſaris, qui quum de co-
ercendo luxu legem ferre velet, nec coerceri immo-
dicos ſumptus poſſe videret, ſatius duxiſſe fertur
omittere, quod aſſequi nequiret, quam tentare turpi-
ter, quod poſtea non efficere, Alex. ab Alexand *lib.3.*
genial.dier.c.11 in fi. Interim amici officio defungitur,
qui proximi infortunium cauet, & amolitur. Si enim
eripere telum, non dare, irato decet: quis vnumquam
vitio poſuerit, hoc caſu, & res ſuas prodigere volenti-
bus omnem auſam mature eripere, & præcidere? Vere
210 namque Cicero *in orat.pro Seſtio* dixi. *Omnes † boni*
ſemper nobilitati fauemus, quia vtile eſt Reipub. nobiles
211 *eſſe homines.* Sic in † donatione vltra 500. ſolidos
requiritur inſinuatio, item aliquando in pactis dota-
libus *Schn ff.conſ.6.center.1. Weſenb.ff. de pact. dotal.nu.*
4. in acceptilatione donationis cauſa facta, *Alex. in*
l.creditoris, C.de pact. Alciat.in l.vt reſponſum num. 14.
C. de

*C. de tranſact Ioan. Zanger. in tract. de except. part. 3.
cap. 5. nu. 40.* & in alijs cauſis nonnullis, de quibus per
Antonium Canar *in tract. de inſinuatio.* ad hoc, vt fraus
omnis caueatur, & contractus cum deliberatione
fiant, *pulchrè Petrus à Duennas regula 224. quis*
autem neſcius eſt, plures hoc tempore ad paupertatem
redactos eſſe ex fideiuſſione, quam ex donatione? Ne
212 dicam, imperium † & fiſcum abundare, vtentem
ſubiectis locupletibus, quod ſanè incrementum faci-
le percipient, ſi in priori fortuna, & patris opibus in-
demnes iudiciali prouidentia ſeruentur. *§. ſed & ma-
ior. Inſtit. de his qui ſunt ſui, vel alieni iuris, Nouell. 8. vt
indic. ſine quoque ſuffragio fiant. in præfat. §. 1. verſi. con-
ſiderauimus gl, verbo nulla in cap. ſi quis obiecerit. 1. quæſ.
3. glo lib. 3. artic 61. num. 1. in fin. Zaſius conſil. 5. nu. 79.
lib. 1. Erneſt Cothman reſponſ. 19. num. 13. 14. & 15.*
213 Quippè † difficilius eſt rem partam ſeruare, quam
acquirere, vt pulchrè deducit Philipp. Camerar. *in
oper. ſuccif. centur. 1. par. 2. & cent. 2. cap. 50.* quod etiam
Claudiano placuit, dum ait.

——— Plus eſt ſeruaſſe repertum,
Quàm quæſiſſe nouum.

Atque ideo omnium ætatum admirationem meruit
214 lex Amaſis, † Regis Ægyptij, quæ ſingulos quotan-
nis apud prouinciarum præſides, vnde viuerent, vel
qua arte, vel diſciplina ſe familiamque ſuam alerent,
profiteri iubebat, qui ſecus facerent, aut non legiti-
mè ſe viuere demouſtrarent, capite plectebat, vt ex
Herodoto *lib. 2. circa fin. mihi pag. 76.* retulit *Reinerius
Reineccius in hiſtoria Iulia, par. 1. pagina* 271. meminit
illius etiam *Hippolitus à Collibus in libello ſuo de increm.
vrbium, cap. 15. Ioan Bodinus de Repub. lib. 5. cap. 1. in fin.
Petrus Heigius part. 2. quæſtio. 27. nume.* 4. Sæpiſſimè
215 † enim homines de ſuis facultatibus amplius ſpera-
re, quam par eſt: (& quidni? cum bene dormiat, qui
ſentit, quam malè dormiat, & qui, vt cecinit Ouidius
lib. 11. Metamorph. de Mida:

Vix ſpes ipſe ſuas animo capit, aurea fingens
Omnia.)

locuples teſtis eſt poſt ICtum Caium, *in l. in fraudem.
10. ff. qui. & à quibus manumiſſ.* Imper. Iuſtinianus *in §.
in fraudem. Inſtit. quib. ex cauſis manum. non lic.* ex quo
id retulit Claud. Cantiuncula *in conſil. 1. num.* 121. item
Ioan. Neuizan. *in conſil. 51. num. 23.* Quid? quod non
ſolum illi ipſi auitorum poſſeſſionibus diſtractis, tan-
dem certare faciunt vſuras cum fructibus prædio-
rum; deinde ſorte diſſoluta, fortunas omnes momen-
to abliguriunt, & cum illos pecunia primum, deindè
fides deficit, rapto viuere, prædari, latrocinari non
dubitant: verum etiam, quod extremum eſt, innouare
omnia ſatagunt, mutationibusque ſtudent, & pertur-
bata ciuium quiete ſuam inopiam Reipub. ruina ſarci-
re intendunt, vt ingerit Ariſtot. *politicor. lib. 5. & Ioan.
Bodin. de Repub. lib. 5. cap. 2. mihi pag. 818. alias pag.*
530. quidam *in Cordiali Abrahami Bucholceri. pag.*
212. *b.* Phil. Camerar. *lib. primo oper. ſuccif. cap. 40.
pag.* 178.

Nec officit huic ſententiæ, etiamſi dicas, exinde
ſequi, contractus quoque ipſos, puta mutuum, emp-
tionem, venditionem, commodatum, &c cum cauſæ
cognitione fieri debere: non enim tam facile quis ex
iſtis deceptionem metuit, cum ſemper aliquid acci-
piat, quam facile ex fideiuſſione damnum ſentire po-
teſt. Vbi autem maius eſt periculum, ibi quoque cau-
tius eſt prouidendum.

216 Quod ſi etiam † olim moris fuit, ædificia, natiui-
tates, illuſtres mortes, teſtamenta, contractus, matri-
monia, diuortia, & alia, ad acta publica referre, vt de
illis eo melius conſtaret, ſicut prolixe oſtendit Iuſtus
Antonius Heringius.
Lipſ. *in comment. ad Tacitum lib. 5. nu. 6. mihi pag.* 122.
Ioan. Bodinus *de Repub. lib. 6. cap. 1. mihi pag* 973. *alias
pag.* 622. *in fin.* quidni etiam in fidiuſſionibus admit-
tamus? vt de illis dicere liceat, quod Iuuenalis de ma-
trimoniis ſcripſit:

Fient iſta palam, cupient, & in acta referri.

217 Quinimo olim, & à Tribunis plebis † & Impp.
certum credendi modum præfinitum, & lata lege
cautum fuiſſe, quantam ſummam credere liceret, gra-
uis auctor eſt Tacitus *lib. 6. annal.* & Alex. ab Alex. *lib.
1. genial. dier. cap.* 7. quam in vaſallis, & feudatarijs eo
218 magis merito renouaremus, quod † iſti ob ſalutem
Reipub, ſemper lautius, & promptius eſſe debent in-
ſtructi, quam priuati, *Pet. Heigius part. 1. quæſt. 18. num.*
22. ne propter eorundum inopiam Reſpub. quid dam-
ni capiat,

Quod equidem ex eo quoque amplius confirmatur.
219 quod veteribus † cautionem fuiſſe legimus, ne tota
ſtipendia eſſent in manu militari; ſed vt ait Vegetius
lib. 2. cap. 20. citatus ad hoc à VVolfgango Lazio,
commentar. lib. 7. cap 1. mihi pag. 797, diuinitus hoc in-
ſtitutum, vt dimidia pars ſequeſtraretur apud ſigna, &
ibidem ipſis militibus ſeruaretur, ne per luxum, aut
inanium rerum comparationem quod vel ideo minus
220 mirum alicui videri debet; cum, & Plautum † Co-
micum omnem pecuniam. quam ex ſcena conquiſiue-
rat, mercimomijs ineptis amiſiſſe legamus apud Agel-
lium. *lib. 3. cap. 3.*) à contubernalibus poſſet abſumi:
Præclarum certe, & diuinum inſtitutum, cum duplici
eoque aperto fructu, vt, & continentior abſtrictior-
que miles eſſet, minus in laſciuiam, epulas, & denique
turbas pronus, & vt maiore animo pro ſignis ſuis di-
micaret. Iuſtus Lipſius de militia Romana, *lib. 5. Dialo-
go 20. mihi pag.* 364. Idem de Græco Imperatore Iphi-
crate refert Polyænus, *lib. 3.* inquiens: *In mercedis ac ſti-
pendij ſolutione, quoque menſe ſubducens quartam par-
tem, velut pignus militum retinebat, ne facile deſerent ex-
ercitum: atque ita, & multos ſemper frequentesque habuit
milites, & eoſdem diuites, &c*, vide, & Suetonium *in
Domitiano cap.* 7.

Nec moror in hoc propoſito vulgatas illas impru-
221 dentis, & prodigi vulgi cantilenas, quod † quilibet
ſit rei ſuæ moderator, & arbiter, quod iniquum ſit in-
genuis hominibus liberam non eſſe rerum ſuarum ad-
miniſtrationem, quod grauis ſit iniuria, quæ inani ho-
neſtatis colore velatur, vt homines de rebus ſuis fa-
cere aliquid cogantur inuiti. Frideric. Pruckman. *in
§. ſoluta poteſtas cap. 4. memb. 2. effectu. 6. nu. 2. 3. 4. 5 & 6.*
Nam vt idem auctor iſthic loci, *num.* 41. & 43. rectè
222 dicit, illa omnia procedunt, quatenus † iure aut le-
ge non prohibemur: Si iure aut lege, cur non, & ra-
tione, in ipſa æquitate, & vniuſcuiuſque palpabili vti-
litate fundata? *Ripa lib. 2. reſponſor. cap. 25. nu. 11. Vin-*
223 *cent. Carocius deciſ. 42. nu.* 11. Præterea † ſæpe numero
aliquid liberum eſt, & manet, licet liberum ſit ſub cer-
224 ta lege. Sic † matrimonium liberum eſt, ſed ſub illa
lege, vt parentum conſenſus præcedat, & interueniat
225 *Inſtit de nupt in princ.* Sic tuum aliquid † eſt, etiamſi
tu lege vetante libere alienare non poſſis, *l. ſi pre diuus*
226 *C. de iure dot.* Sic donatio † & liberalitas vnicuiq; eſt
permiſſa, *l. donari ff. de donat.* verum inofficioſa nihilo-
minus lege prohibetur, *tot. tit C. de inoffic. donat.* Sic te-
227 ſtandi † facultas libera eſt, *l. 1. C. de ſacroſ. Eccl.* ſed
ſub certis legibus, *l. teſtandi C. de teſtam.* Sic mulieres
228 † virgines in terris Saxonicis libere quidem con-
trahunt ſed tamen abſque auctoritate maritorum aut
curatorum, ſiue Mundvvaldorum ſuorum, vel pro-
curatorum contrahere illis non eſt permiſſum, *conſtit.
Electoris Auguſti 15. part. 2.* conſonant tradita per

Ioan.Goddæum *de contrah. ſtipulat. cap. 7. concluſ.* 14.
*nu.*265.& Statut Lubec.*lib.*1.*tit.*10. *artic.* 1. his verbis:
Nulla mulier aliquid ex bonis ſuis nec vendere; nec a-
lienare poſſit, ſine conſenſu procoratoris. Similiter
229 † in Saxonia, & alijs quibuſdam locis permiſſum qui-
dem eſt vnicuique bona ſua oppignorare, cęterum lon-
gæua conſuetudine nihilominus inualuit, vt obligatio
bonorum immobilium, ſiue ſpecialis illa ſit, ſiue etiam
generalis, niſi coram iudice, cuius iuriſdictioni ſub-
iacent, vel coram domino directo facta ſit, non valeat,
conſtitut. Nouella Electoris Auguſti 23. *part.* 2. *Colerus*
30 *de proceſſ. execut. part.* 1. *num.* 194. *& ſeqq.* Eodem mo-
do vnicuique per viam publicam ire agere licet, imò
per pontes quoque flumina publica tranſire, verum
non aliter, quam exſoluto vectigali, vel telonio, *tot tit.*
231 *ff. & C. de publica*n. *& vectigalib.* Sic † patribus fami-
liarum, puberibus ſui iuris licitum eſt, res ſuas vouere,
l. 2. §. 1. *ff. de pollicitat.* Et tamen Imperator Auguſtus
conſtituit, ne quiſquam pro ſalute ſua, Imperijvè pu-
blica fortuna, quicquam vouere poſſet, quod ſupra
ſuas facultates eſſet, vt auctor eſt Dion. Caſſius *l. b.* 5. a.
232 & refert Alciatus *lib.* 5. *parerg. cap.* 9. Sic † militarum
ire, emere, ac vendere, vt & meſſem colligere, per ſe
233 eſt licitum: & tamen † magiſtratus certas leges
emptionum, & venditionum (de quo me ad ſtatura
monicipalia multarum ciuitatum refero) imò, & in
ſubditos pœnam conſtituere poteſt, ne quis ſine licen-
tia militer exteris, vel ſuos mittat, ne quis frumen-
tum, vinum, lupulum, victualia, & id genus alia, ita exi-
gente annonæ caritate alijs diuendat, vt euectionibus
crebris tandem ipſi egeant, ne meſſem, vel fruges col-
ligant abſque licentia domini, qui alias in decimis fa-
cilè defraudari poſſet. Roland. à Valle. *conſil.* 3. *num.*
19. *&* 17. *vol.* 2. Andr. Knichen. *in comment. ad priuileg.
Saxonic. cap.* 7. *ad fin.* Hieron. à Laurentijs *deciſ. Rota
Aueniensſ.* 40. *num.* 3. *&* 4. Vincent. de Franchis *de-
ciſio.* 117. idq; nominatim cauetur Statutis Lubecen-
ſibus *libro* 1. *tit.* 2. *artic.* 1. his verbis: Nullus ciuis Lube-
cenſis ad bellum incedere poteſt, ſine ſuorum ſupe-
riorum autoritate, & qui poſſidet arma in ſua domo
parata tenere debet, videatur, & text. *lib* 3. *tit.* 6. *per
tot.* Quanquam illud, quod de prohibitione militiæ di-
xi, aliquando à nobilitate Germanica, vt potè cum ab
ipſis prætenſa libertate Germanica pugnans, impu-
gnatum fuit, quod ego tamen hac vice indiſcuſſum re-
linquo. Quapropter appoſite Cicero *in orat. pro Cluen-
tio* dixit: *Ideò legum ſerui libenter ſumus, vt liberi eſſe
poſſimus.* Nec minus ſcite Seneca *lib.* 7. *de benefic. capit.*
15. *Non eſt,* inquit, *argumentum, ideò aliquid tuum non
eſſe, quia vendere non potes, quia conſumere, quia mutare
in deterius, aut melius non potes, Tuum enim eſt, etiam
quod ſub lege certa tuum eſt.* Pertinet huc etiam inſignis
locus apud Valer. Maxim. *lib.* 2. *cap.* 4. Nam cum M.
Antonius, & C. Flaccus Cenſores Duronium Trib.
plebis inſigni nota afficerent, quod ſuperiore anno
legem ſumptuariam, de conuiniorum ſumptibus ab-
rogaſſet, ita ad populum Cenſores: *Quam enim impru-
denter,* loquiunt, *Duronius roſtra conſcendit, illa dicturus
Freni ſunt iniecti vobis, Quirites, nullo modo perpetiendi
alligati, & conſtricti eſtis amaro vinculo ſeruitutis. lex
enim* (ita reſpondent Cenſores) *lata eſt, quæ vos frugi
eſſe iubet. Abrogemus igitur iſtud horrido vetuſtatis rubi-
gine obſitum imperium? Etenim quid opus eſt libertate, ſi
volentibus luxu perire non licet?* Quaſi dicerent, ſi hoc
liceret, nulla nobis libertas foret: refert Ioan. God-
dæus in *l. nepos Proculo.* 125. *num.* 4. *ff de verb. ſignific.* &
faciunt huc, quæ tradidit Ioan. Bodinus *lib.* 6. *de Re-
pub. cap.* 1. *mihi pag.* 980. *&* 981. *alias pag.* 627. *&* 628.
quem lector conſulat.

234 Non igitur non poſſum laudare † optimum inſtitu-
tum non ita pridem (vt ab illis accepi) in Archiepi-
ſcopatu Bremenſi à nobilibus iſtius Diœceſeos intro-
ductum, quod nimirum nullus in poſterum pro maio-
ri ſumma, quam centum Ioachimicorum, fidem ſuam
interponere debeat, aut poſſit. Sic enim fit, vt qui
mille Ioachimicos mutuo ſumere ſatagit, de decem fi-
deiuſſoribus conquirendis ſollicitus eſſe cogatur.
Quòd fortè plures culpauerint, quam laudauerint. Sed
illi ipſi ſciant, morem eſſe non riſu, ſed ſedula imita-
235 tione potius excipiendum. Nam † ſi donationibus
modum ſtatuit lex Cincia, *l.* 4. *&* 5. *C. Theodoſ. de donat.
Pardulph. Prateius in indice legum Romanar. verb. Cin-
239 cia.* Si † gulæ, & luxuriæ in veſtitu fines præſcripti per
Fanniam, Orchiam, Didiam, Oppiam, Corneliam,
Antiam, & Iuliam leges ſumptuarias, & nouiſſimas
Sacri Romani Imperij ſanctiones, Macrob. *lib.* 3. *cap.*
17. Agell. *lib.* 2. *capit.* 24. Alexand. ab Alex *lib.* 3. *genial.
dier. cap.* 11 Valer. Maxim. *lib.* 9. *cap.* 1. Si ſimiliter vſque
537 ad vnum aureum ludere conceſſum, ac permiſſum,
l. vlt. C. de religioſ. Lancellot. *de offic. prator. in cauſ. cri-
min. tit. de Luſorib. num.* 13. *&* 18. Cur non & fideiuſſio-
nibus certum modum, ac quantitatem præſcribere li-
238 ceat? Sanè † Reuerendiſſimus Princeps Henricus
Iulius, Dux Brunſvvicenſis, & Luneburgenſis, nobis
hic præit, qui 3. Aprilis Anno 1593. & 5. Aprilis, An-
no 1604. ſeueriſſimè, & ſub pœna amiſſionis ſanciuit,
& conſtituit, cuiuſcunque conditionis fuerit homo nõ
poterit pro hiſce debitoribus aduerſus creditores
ſuos aliquem formare proceſſum, vel aliam ſcriptu-
ram, vt ſolutio moretur. Quæ verba adeo generaliter
mihi ſonant, vt credam, etiam onerosas, & magnarum
ſummarum fideiuſſiones ijſdem prohibitas ſiue inter-
dictas eſſe, ſiquidem & hæ bona feudalia grauant, &
executionem in dorſo ſecum portant, quæ tamen in
prædictis mandatis creditoribus quoque denegatur,
dum ſtatuitur, homo qui aliqua bona conducit ſolue-
re debet cito ita etiam, qui certua eſt debitor, ſine ali-
qua exceptione, nequit obtinere literas moratorias
aduerſus quos eſt debitor. Sed de iſta quæſtione ha-
ctenus.

Decima perſona, cui fideiuſſione interdicitur,
236 † eſt Clericus, Is enim, ne per hanc occa-
ſionem ſanctis domibus damnum fiat, & ſacra mini-
ſteria impediantur fideiuſſor eſſe prohibetur: *Nouell.*
123. *de ſanct. Epiſcop. §. ſed neque fieri alias cap.* 6. *c. te qui-
dem* 11. *quæſt.* 1. *cap.* 1. *& ibi Hoſtienſ. Innocent. Ioan. An-
drea. Henric. Bohic. n.* 6. *Imola num.* 3. *c. quod quibuſdam.
extr. de fideiuſſorib.* Portius Imolenſis *in conſil.* 26. *num.*
31. Lælius de Zanchis *in tractatu de priuileg. Eccleſ. pri-
uileg.* 115. *num.* 1. 2 3. *&* 4. Conſtant. Harmenop. *lib.* 5.
240 *Epitom. tit.* 6. §. 8. Adeo vt Imperator † Leo *in Nouell.*
86. (*non* 96. vt vitioſe apud Dionyſium Gothofred.
allegatur) conſtituerit, clericos, qui ſpondendo de ſui
ordinis dignitate detrahunt, excommunicandos, &
ad tempus à ſacris celebrandis ſuſpendendos eſſe
quamquam pœnam ſaltem arbitrariam eſſe velit, Me-
noch. *de arbitr iudic. quæſtio. caſu* 435. *num.* 1. Et rectè
241 quidem iſti id conſtituerunt. Intellexerunt † enim
clericos (veluti ſunt presbyteri, diaconi, ſubdiaco-
ni, archidiaconi, lectores, exorciſtæ, oſtiarij, pſaltæ,
&c. ſecundum Cuiacium *in Nouella* 3.) quum diuino
miniſterio conſecrari, ab externarum rerum oc-
cupationibus, & moleſtijs liberos eſſe oportere, vt in
ſimili idem Imperator Leo ait *Nouell.* 68. *& eſt tex-
tus in cap.* 1. *extr. ne clerici vel monachi ſe ſecul. negot. im-
miſc. Ioan de Selua in tractat. de iureiurand. par.* 1. *nu.* 25.
Quare probo, quod Maranta in Speculo ſuo *part.* 6.
242 *de ſatiſdat. num.* 7. clericum † fideiuſſorem cum filio-
familias

familias fideiuſſore comparat, & neutrum idoneum
fideiuſſorem pronunciat. Sequitur illud ipſum Lælius
de Zanthis *d. cap. 115. nu. 8.* & in terminis Statuti Me-
diolanenſis probat Horat. Carpanus *part. 1. cap. 44. nu.
23. & 24.* Quid? quod Imperator Iuſtinianus *in d.
Nouell. 123. cap. 6.* ſanciuit, iudicem quoque pœnam
incurrere debere, qui clericum fideiuſſorem approba-
re auſus fuerit.
243 De monachis † porrò non eſt, quod dubitemus.
Præterquam enim, quod monachi frequentius æqui-
parantur ſeruis: Ioan. Schneidvv. *in fin. num. 4. Inſtit.
de iure perſonar.* Sebaſtian. Vantius *in Rubric. de nullit.
ex defect. iuriſdict. delegat. num. 76. 77. & 78.* Inſuper
244 monachorum † monialiumq; & ſeruorum voluntas
ab Abbate ſeu Abbatiſſa tanquam dominis depen-
det, *c. ſi religioſus. de election. in 6. cap. 2. de teſtament. in
d. c. non dicatis. 12. quæſt. 1.* Portius Imolenſis *conſil. 27.
num. 18.* Ioannes Goddæus *de contrahend. ſtipulat. cap. 7.
concluſ. 18. num. 307. in fin.* Valent. Franc. *de fideiuſſor.
245 cap. num. 218. & aliquot ſequentib.* Atqui † ipſe Ab-
bas regulariter fideiubere non poteſt, Angel. de Cla-
uaſio *in ſumma, verb. fideiuſſor. num. 7.* Ioan Saixon. *in
conſuetud. Turon. tit. 1. §. 24. gloſſ. 3. verſic. quarto decimo-
quinto.* Ergò multo minus fideiubere poſſunt eius mo-
nachi, iuxta tradita per Franciſc. Monaldum *in conſil.
40. num. 3. & 4. volum. 2.* quod probatur iure Gothico,
& Selandico, ſtatutis eorum *lib. 2. cap. 65. in verb.* ver-
bo Abbates & Monachi poſſint, eſſe fideiuſſores. Et
246 † ſi fortè Abbas fideiubeat, videtur id cum conſen-
ſu totius Conuentus, vel maioris partis eius fieri iux-
ta Innocent. *in c. ea. de his quæ fiunt à prælat.* & Lucam
de Penna *in l. principes. num. 5. C. de princip. agent. in reb.
247 lib. 12.* Angel. de Clauaſio *d. nu. 7.* Obtinet vero † hoc
præſertim in Franciſcanis, qui ex regulis B. Franciſci
præter vnam tunicam caputio, ſeu cuculla, & al-
teram ſine caputio, nihil proprij habere, nequidem
calceamenta portare audent, vt poſt text. *in cap. exiit
qui ſeminat. de verbor. ſignific. in 6. clement. exiui. de ver-
bor. ſignificat.* Camillum Borellum *controuerſia 17.* lepide
oſtendit Innocent. Gentilletus *in comment. aduerſus
Machiauellum in præfat. l. b. 2. mihi pag. 212. & ſeqq.*
Quorſum igitur tam lepidus fideiuſſor, cui per viam
executionis nihil aliud, quam cucullam, zonam, aut
ne quidem par veterum ocrearum adimere queas?
248 Meminerit autem meus lector, quæ † modo de mo-
nachis ordinis B. Franciſci dixi, ea nequaquam ad fra-
tres tertij ordinis B. Franciſci extendenda eſſe. Cum
enim iſti non ſint religioſi, nec clerici, nec renuncient
proprio, nec habeant aliquem ordinem clericalem,
ſed talem aliquem modum viuendi à Romana Ec-
cleſia approbatum præterea vxoribus cohabitent: id-
circo poſſunt teſtando, & contrahendo ad libitum di-
ſponere, imò & compromiſſum facere; quia ſuper iu-
ribus temporalibus habent velle, & nolle, liberum ac
abſolutū, vt meri laici, Bart. *in l. ſemper § quibuſdam.
ff. de iure immunit.* Speculat. *in tit. de ſtatu monach. verſic
37. Io. Andr. in clem. 1. de religioſ. domib.* Angel. *in conſil.
128 viſa narratione fact. col. 1.* Camill. Boreus *in trá-
ctat. de compromiſſ. § 1 gl. 1. num. 119. & 120.* quibus ad-
do Rodolph. Hoſpinian. *de origin. monachatus, lib. 6.
cap. 16.* Ioan Dauth. *in tract. de teſtam. nu. 73 verſic. dein-
de ex hiſce mendicantibus mihi pag. 106.*
Cæterum præmiſſa aliquot modis rurſus declara-
tionem recipiunt: Primo enim limitantur vt quamuis
249 † clericus ab initio fideiubere non poſſit, ſi tamen
fideiuſſerit, & contra eius perſonam nihil ſit exceptū,
fideiuſſio ſubſiſtat, & obligationis vinculum ſortia-
tur, ita tradit gl. *in d. c. te quidem. 11. quæſt 1. & in cap. 1.
verb. inſeruiens de fideiuſſor.* Angel. de Clauaſio *in ſum.*
verb. fideiuſſor. num. 6 Bart. *in l. qui ſatiſdare. ff. de fideiuſſ.*
Petr. de Rauen *ſi gul. 202.* Hippolyt. *in rubr. de fideiuſſ.
num 29.* Iaſo. *l. 1. num. 10. ff. ſi quis in ius voc. non ierit.*
Lud. Roman *conſil. 400. num. 7.* Ioan Iocob. à Canibus
in tract. de execut. vlt. volunt. part. 1. quæſt. 3. num. 22. M.
Mantua *conſil. 145. in præſenti. num. 49. & ſeq.* Anton.
Gomeſius *de contract. cap. 13. numer. 16.* & Menoch. *in
tractat. d. præſumpt. lib. 2. præſumpt 46. num. 25.* (quo-
rum ſententiæ etiam nouiſſimè ſubſcribere videntur
Bartazol. *in tractat. clauſul. inſtrum. clauſul. 39 gl. 2. num.
3.* & Valent. Francus *de fideiuſſ. cap. 2. num. 234.* nec
non Henric. Treutler. *in ſelect. diſputat. vol. 2. diſput. 28.
theſi 2. lit. E.* Ioan. Goddæus *de contrah. ſtipular. capit 7.
concluſ. 17. num 406.* Horat. Carpanus *ad ſtatut. Medio-
lan. par 1. cap. 44 num. 26.*) omnes moti per *c. peruenit.
& cap. conſtitutus. extr. de fideiuſſorib.* ac per eam ratio-
250 nem, quod † multa de iure fieri non debent, quæ ta-
men facta, tenent, vt Iaſon *in l. patre furioſo. ff. de his qui
ſunt ſui vel alien. iur. & conſil. 188. lib. 2.* Hippolyt. *d.
num 309.* Carol. Ruin. *conſil. 3. num. 9. & 10. lib. 3.* ad-
ductis exemplis declarant. Quod iure quoque Go-
thico, ac Selandico, in ſtatutis, & ordinationibus *lib. 2.
cap. 65.* receptum eſſe, ſequentia verba euincunt: Cle-
rici: Si aliquis Clericus, vel monachus fideiuſſerit pro
aliquo ciue, ipſa fideiuſſio tenere debet, &c.
251 Sed de limitationis † iſtius veritate non nihil du-
bito, cum. quia contra prohibitionem legis initi con-
tractus nullam vim habent, hoc eſt, quia ea, quæ lege
fieri prohibentur, ſi fuerint facta, non ſolum inutilia
ſunt, ſed pro infectis etiam habentur, licet legiſlator
fieri prohibuerit tantum, nec ſpecialiter dixerit, inuti-
le eſſe debere, quod factum eſt, ſicut apertè dicit tex-
tus *in l. non dubium. Cod. de legib* & tetigi quoque ſupra
hoc ipſo capite *num. 169. & cap 6 num. 158* tum etiam
quia nec *c. peruenit & c. conſtitutus extr. de fideiuſſorib.*
neque etiam ratio Hippolyti iſtam opinionem ſatis
252 ſubfulciunt. Nam † in d. *c. peruenit.* clericus pro alijs
duobus clericis fideiuſſit apud mercatores Bononien-
ſes, quo caſu admitti videtur fideiuſſio, non aliter at-
que admittitur, quando interſe mutuo fideiubent: hoc
autem in quæſtione non eſt poſitum, ſed illud, an Indi-
ſtinctè clericus obligetur, ſi fideiuſſerit, quod antea
negaui. Neque verò video, quomodo vitari poſſit
abſurditas, ſi dicamus, clericum fideiubere non poſſe,
& tamen ſi fideiuſſerit, teneri. Nam eadem ratione
dicere poſſem, pupillum, prodigum, furioſum fideiu-
bere non poſſe, & tamen ſi fidem ſuam interpoſuerint,
obligari, Item, de adulterio quidem paciſci non li-
cere, ſi tamen pactum ſit, tranſactionem, & pactionem
valere, cum tamen vtrumque ſit falſum. Nec obſtat
l. 3. verſic planè ff. de fideiuſſorib. procedit enim illo ſal-
tem caſu, quando ipſemet creditor ſciens inidoneum
fideiuſſorem accepit, & comprobauit; merito enim
ſibi hoc imputat, cum volenti non fiat iniuria, vt mon-
ſtrabo infra *cap 8. num. 11.* At alia quæſtio eſt, an cle-
ricus fideiubens ſimpliciter obligetur, quod antea re-
ctè negaui. Deinde etiam in d. c. *conſtitutus.* elucida-
rio quodam indigemus, qui oſtendat, Pontificem ibi
potius de clerico loqui, quam de laico, quem fideiube-
re poſſe, nemo negat. Regula porrò Hippolyti nihil
aduerſatur, cum omnia exempla ab ipſo adducta
talia ſint, vt fauor priuatorum in illis tantum verſe-
tur, non etiam vtilitas publica, cui renuntiari non poſ-
ſe, patet ex ijs, quæ ſupra *num. 169.* circa perſonam mi-
litis dixi. Ideoque crediderim, verius hic in clericos
253 quadrare illud Vlpiani; eum, † qui aliud fecit, quam
quod facere iuſſus eſt, nihil feciſſe, *l. ſi pupillorum. § ſi
prætor. ff. de reb. eor. qui ſub tut. vel cur. & c.* Io Godd. de
contrah. ſtipul. c. 9. concluſ. 2. nu. 10.

Antonius Heiingius.

Seeundo limitantur præcedentia, quæ de fideiuſ-
254 ſionis clericorum probibitione dicta ſunt, vt † non
obtineant, ſi neceſſitas aliqua fidei clericali obliga-
tionem requirat; tunc enim clericus ex pietate ſub-
uenire tenetur. & tunc obligatur in bonis, & fructib.
beneficij ſui. *glo. dicto cap. quidem. 11. quaſt. 1. glo. capit.*
quod quibuſdam verb. ſi fideiubeat. extr de fideiuſſor. Petra
Sancta ſingul. 100. num 5. Ioan. Saxon. in conſuetud. Turo-
nenſ. tit. 1. § 24 glo 3. verſi: quæro decimoquinto. Rebuff.
de priuil. ſcholar. priuil. 171. num. 5. per cap. non ſatis. 86.
diſtin. ex quo etiam diſces, quotuplex illa neceſſitas
255 eſſe poſſit. Et † quamuis Archidiac. *in cap. ſtatutum*
de reſcript. lib. 6. teneat, quod nec de fructibus beneficij
obligetur: tamen in eo communis opinio illi contra-
riatur, vt aſtruit Angel. de Clauaſiu in ſumma ſua
verb. fideiuſſor. verſic. 6. cui accedit, quod etſi cleri-
256 cus † non poteſt compromittere, quoad perpetuum
præiudicium Eccleſiæ, *cap. 2. cum tempore. cap expoſita.*
extr. de arbitr. de arbitr. cap. niſi extr. de præbend. poteſt
tamen quoad modicum præiudicium, puta de fructi-
bus, & in quantitate, quatenus potuiſſet donare, *Ca-*
mill. Borell. in tract. de compromiſſ § primo, glo. tertia,
num. 215.

257 Tertio limitantur, ſi † clericus pro vtilitate ſuæ
Eccleſiæ fideiubeat, *gloſſ. d. cap. quidem.* pro quo facit
text. & glo *in cap ex reſcripto. verb. monachos. extra de*
iureiurand. l. placet. C. de epiſcop. & cler. & d. Nouell. 123
cap. 6. verſic. ſi autē Eccleſijs Menoch de arbit. ind. quaſt
caſu 432. faciunt tradita per Canophylum *in tract. de*
258 *priuileg. Eccleſ. tit. de tranſact. priu. l. 2.* vbi ait, † præla-
tum per tranſactionem poſſe res Eccleſiæ melioris
conditionis efficere, quidni igitur, & per fideiuſſio-
259 nem efficere poteſt? Quod igitur in Canone Apo-
ſtolorum 20. dicitur: Clericus, qui fideiuſſionibus ſe
implicat, deponitor: (quamquam Antonius Contius,
& Anton Auguſtin. hunc Canonem non ad Apoſto-
los, ſed ad concilium Cantuarienſe, vel Carthagi-
nenſe referunt) id Zonaras, & Theodorus Balſamon
ſectē cenſent, intelligendum eſſe de clerico lucri gra-
tia, vel pro cauſis, quæ eum minus decent, fideiuben-
te, ac fideiuſſionibus ſe implicante: neque enim ad
hunc caſum id extendendum erit, ſi ob neceſſitates
Eccleſiæ fidem ſuam obſtringit, *d cap. ex reſcripto, de*
iureiurand. quod pluribus enucleauit Petrus Auguſti,
Morla *in Emporio iuris. par 1. num. 8. quaſt. 25. num. 34.*
260 Non † fruſtra autem prædictum Canonem pro vi-
ceſimo, & non pro decimo nono (iuxta editionem
Patinam, & Gothofredianam) allegaui. Nominatur
enim viceſimus ab Harmenop. *lib. 2. Epitom. tit. 6. §. 8.*
& in ſumma Conciliorum, edito per Barthol. Caran.
mihi fol. 4 Præterea apud Harmenop. illo loco ſcri-
ptum eſt: *ἐγγύας διδόναι*, h.e. vt ne clericus det ſe fi-
deiuſſorem, ſeu fideiubeat pro alio, vel vt habet Car-
ranxa dicto loco: *Clericus fideiuſſionibus inſeruiens abij-*
ciatur. prout etiam ſonat text. *in cap. 1. extr. ne fideiuſſo-*
ribus. Miror igitur, quid Dionyſium Gothofred. ac
Pac. mouerit, vt legerent: *Clericus, qui fideiuſſores dat,*
deponitor, cum illud pœnam depoſitionis, vel abie-
ctionis nullo modo mereatur, ſed ea ipſa demum in-
fligatur, ſi clericus ſe fideiuſſorem offerat, pro lucro,
eoque ipſo vſurariam prauitatem committat. Auguſt.
Morla *dict. num. 34.*

261 Quartò limitantur, ſi clerici † lite pulſati pro ſe
inuicem fideiubeant; eſt enim hæc vicaria fideiuſſio,
& manus manum fricat, *l. cum clericus. §. 1 l. omnes, §.*
præterea. cum § ſeq. C. de Epiſc. & cler. gloſſ. in d. c. te qui-
dem, in d. cap. quod quibuſdam.

262 Quintò † limitantur, ſi maior pars Capituli, vel
Abbas licentiam fideiubendi faciant, *d. cap. quod qui-*
buſdam. & d. cap. ex reſcripto. Ne autem hoc pugnare
videatur cum *dict Nouell. Leon.* 86. vbi traditur, nec
ipſum Epiſcopū, ne œconomum, nec alium clericum
cuiuslibet gradus, pro alijs cauſis fideiuſſores exiſte-
re poſſe, tantum ab eſt, vt ad eorum iuſſum id alius fa-
ciat clericus, idcirco intelligendum eſt, tum demum
id locum habere, quando licentia ſiue iuſſus Capitu-
li, & Abbatis fit ad vtilitatem Eccleſiæ, ſicut apertè
præſuppunitur *in d. cap. quod quibuſdam. verſic. niſi fortè*
in vtilitatem.

263 Sextò † limitari poſſunt, vt non procedant, ſi in
rem ſuam clericus fideiubeat argumento eorum, quæ
264 ſupra *num.* 103 de milite ſunt dicta. Nam † & in re
propria, ſi clericus compromiſſum faciat, valebit, vt
notatur in cap. dilecti. de arbitr. Hoſtienſ. in ſumma, tit.
de arbitr. § de quare. verſ quid de clerico. Camil. Borell.
tract. de compromiſſ. § 1. glo. 3. nu. 2 6.

265 Septimò † limitanda cenſeo in Cardinalibus,
Archiepiſcopis, Epiſcopis, Præpoſitis, Decanis, Com-
mendatoribus, Canonicis regularibus, militibus cru-
ciferis, puta Rhodijs, Melitenſibus, Teutonicis, Ioan-
nis, ac ſimilibus Prælatis. Cum enim hi de conſue-
tudine (de iure quid ſit, non diſputo) multum diff-
rant a veteribus clericis, inſuper etiam adminiſtratio-
nem rerum ſecularium habeant, imo pro principibus
& ſtatibus Romani Imperij nonnunquam reputentur,
non eſt dubium, quin hi, præſertim hodiernis tempo-
266 ribus, fideiubere poſſint, niſi † forte leges, quibus
ordini ſunt deuincti, ſint obſtaculo, argumento eo-
rum, quæ traduntur ab amico noſtro D. Roſenthal *in*
tract. feudali, cap. 7. concluſ. 10. n 8. & ſeqq. Proſpiciat ſi-
267 bi † tamen creditor, vt vna cum obligatione Archie-
piſcopi, Epiſcopi, Præpoſiti, aut Prælati, etiam conſen-
ſum Capituli nanciſcatur, per id enim multis cauil-
lationibus via obſtrui poteſt, iuxta tradita *in capi. cum*
tempore. de arbitris. & per Petrum Beuinend *decis.* 21.
nec non Anton. Capicium *decis.* 22. id quod ante hæc
tempora non leuiter ponderatum fuiſſe à dominis Aſ-
ſeſſoribus in cauſa Madeburgen, contra Saxones, &
Dominos Abenglen, & conſortes, ex lucubrationibus
domini Ioannis Neruij, Iuriſconſulti eximij, percepi.
Et ſi enim fideiuſſio per ſe non eſt alienatio, vt dixi ſu-
pra *cap. 1. nu. 113.* tamen ex fideiuſſionis actu, ex poſt
facto, & ſubſequente forte executione contra fideiuſ-
ſorem, poteſt ſequi alienatio, tutius itaque eſt, con-
ſenſum Capituli ſimul obtinere, prout moribus Ger-
maniæ vbique receptum eſſe videmus. Non aliter,
268 † ac Epiſcopus, aut Prælatus compromiſſurus, de
conſenſu Capituli docere cogitur, late Camillus Bo-
rellus *in tract. de compromiſſ §. 1 gloſſ. 3 num. 265. & ali-*
quot ſeqq. vbi numer. 370. hæc communem omnium
Doctorum concluſionem eſſe ait. Idque in Camera
Imperiali præiudicijs firmatum eſt in cauſa Burbur-
genſi, contra Caſelelium 23. Decembris Anno 98.
Item in cauſa Fuldenſi, contra Riedeſelium, & alios
relatos; in ordinar. præallegata.

269 Sed hæc ſcribenti mihi occurrit † dubium iſtud,
quid de fideiuſſione noſtrorum parochorum, & ſacer-
dotum, qui Auguſtanæ confeſſioni ſe addictos eſſe
fatentur, dicendum ſit, an, & his. veluti clericis ne-
gotio fideiuſſionis abſtinendum ſit, aut ſi fideiuſſerint
an fideiuſſio eorum vires habere debeat: Ego credi-
derim, iſtos à clericis hac in re ſeiungendos eſſe, non
ſolum quia ſecularibus negotijs, quoad honeſta com-
mercia, ipſis non eſt interdictum, verum etiam, quia
alia nunc illorum, quam veterum clericorum eſt con-
ditio, præterea hodie moribus noſtris vſufructuarij
ſunt magis, quam vſarij, in tantum, vt de fructibus
ſacerdotij ipſis optimo iure teſtari liceat, ſicut oſten-
dit D.

dit D. Philippus Melanchthon *in Ethicis ſuis lib. 2. Ioa.*
Dauth. in tract. de teſtam. Rubr. qui teſtamen. fac. poſſ. nu.
185. mihi pag. 228.
270 VNDECIMO loco adduco † FISCVM, quem
idoneam fideiuſſionem non poſſe præſtare, nonnulli
volunt, propterea quod is demum idoneus eſt fideiuſ-
ſor, qui poteſt obligari, & conueniri, *l. 3. in princip. &*
ibi gloſſ. ff. de fideiuſſ. l. 2. in princ. ff. qui ſatiſda. cog. Bald.
in l. ſententia. C. de fideiuſſor. Afflict. deciſ. Neapol. 88. *nu.*
1. *Anton. Sola ad conſtit. antiq. Sabaudiæ. Rub. de indul*
271 *gent. decret. abuſus. glo. 2. numer.* 6. Quam † difficilis
autem futura ſit cum fiſco litigandi facultas, ſatis li-
quere videtur. *ex tot tit. C. ne liceat potentiorib. l. 1. C. ſi*
rector prouinciæ. l. ſi per impreſſionem. Cod. quod met. cauſ.
272 *not. in l. pen. D. de hered. inſtit.* Neque † præterea ob-
ſcurum cuiquam eſt, nos potentioribus pares eſſe non
poſſe, *l. 2. ff. de alien. iudic. mut. cauſa facta.* Si enim hoc
casu Iurisconſultorum Reſponſis quis innitatur, illi
principum placita, tanquam caput Meduſæ, obijciunt
vt aliquando quidam Politicus iocabatur. Notum
præterea eſt, & illud vulgatiſſimum Baldi, vbi loqui-
273 tur † ſuperior, tacere debere inferiorem, relatum à
Petro Heigio *par. 2. quæſt. 25. num.* 14. Vnde etiam Re-
buffus *ad conſtit. regias. tom. 1. de ſent. execu. art. 1. glo.* 16.
nu. 17. & poſt eum Peck. *de iure ſiſtendi. cap. 4. nu.* 12.
274 ſcriptum reliquerunt, Conſiliarios † Principum, ob
maieſtatem ſuam non eſſe idoneos fideiuſſores, quod
probat Natta *conſi.* 142. *num.* 10. & expreſſe Matth.
de Afflict. *in conſtit. regni Sicil. in conſtit. quæ incipit, Hu*
manitate. in 4. notab. dicit, quod fideiuſſor in cauſa cri-
minali datus debet eſſe idoneus, & facilis conuentio-
275 nis, & ideo Fiſcus, ſecundum eum, non † admittitur
quod etiam probat Chaſſan. *in conſuetud. Burgund. Ru-*
bri. prima. §. quinto. in verb. S'il n'a grace. num. 171. verſ.
dicit tamen.

Sed iſtæ rationes non ſunt tanti momenti, vt non
potius ex ſequentibus contrariam ſtatuerim. Prima ra-
276 tio eſt, quia † cum fiſco litigare poſſumus ita vt in
dubio ſæpe contra fiſcum pronuncietur, *tot. tit. C. vbi*
cauſa fiſcal. l. nõ puto ff. de iure fiſci. Menoc. *de præſumpt.*
277 *lib. 2. præſumpt.* 62. Vtcunque † enim fiſcus eſt fauo-
rabilis, tamen ei non ita eſt fauendum, vt alijs iniuria,
& iniuſtitia fiat, *c. ex tenore de foro comp. c. nuper. §. quod*
autem. de donat. inter vir. & vxor. Alexand. *conſi.* 152.
colum. 2. volum. 5. Hieronymus Gigas *conſi.* 42. *nu.* 52.
278 Anguſola *conſ. 31. nu. 9. lib.* 6. Alias vnum altare † de-
tegeretur, vt alterum cooperiretur, contra text. *in c.*
apoſtolica. de donationib. c. cauſam. de praben. & cap. de-
nique. 14. quæſt. 4.

279 Altera ratio eſt, quia fiſcus † nullum habet priui-
legium, niſi in caſibus expreſſis. *gl. l. 1. C. de pet. here.*
Ludouic. Montaltus *de reproba. ſententia Pilati. artic.* 3.
280 *num.* 16. imo fiſcus † vtitur eodem iure, quo ſubditi
vti debent, *l. extat. l. placuit. ff. de iure fiſci.* Cæſar Con-
tardus *in l. vnica. quæſt. 21. ad verb. Fiſcus. nu. 5. C. ſi de*
moment. poſſ. atque ideò iudicialis auctoritatis formi-
dabili miniſterio (*vt in l. 1. C. ſi per vim vel alio modo.*)
parum ſe tueri poteſt.

281 Tertia ratio eſt, quia fiſcus ſemper ſoluendo † eſſe
præſumitur, & pro locuplete fideiuſſore habetur, quem
nemo facile reijciat, *l. §. ſi ad fiſcum. & ibi gl. ff. vt le-*
gat. nom. caueatur. l. 3. §. item ſciendum. ff. ſi cui plus quam
per l. Falc. gl. & Bal. in l. 4. C. de vſuf. Franciſc. Lucan de
priuil. fiſci. part. 1. nu. 14. Maſcard. concluſion. 806. *num.*
5. *& Cuiacius in Nouell. 1. de hered. & Falcid. mihi*
pag. 75.

282 Quarta † denique ratio eſt quia fiſco fides tribui-
tur, *toto titul. C. de fide & iure haſtæ fiſcalis. l. 2. C. de com.*
rerum alienat. quam quum etiam priuati ſeruare ſole-

ant, tantum abeſt, vt eam fiſcus per ſe labefactari vn-
283 quam velit. Hinc traditum eſt, etſi principalis debitor
ſit princeps vel eius fiſcus, quem conuenire ad mo-
dum difficile eſſe notorium videtur, quod tamen, ſi ſit
iuſtus is princeps, non tyrannus, talis difficultas non
impediat executionem *gloſſ. notab. in dicta l. ſententia*
C. de fideiuſſor. Roman. *ſingul. 641. incip. Scis quod hodie.*
Alex. Iaſ. & Decius *in l. fin. ff. ſi cert. pet.* Franciſ. Cre-
monſ. *ſingul. 44. incip. An fideiuſſor.* Decianus *conſi.* 37.
nu. 45. vol. 2.

284 Et hoc non ſolum † in fiſco alicuius principis vel
ciuitatis obtinet, verum etiam in fiſco Imperatoris,
285 qui fide ſua aliquid eſſe iuſſit. Imperator † enim, ſi-
cut quilibet alius, ex ſuo contractu tenetur, ne alio-
quin hi, qui cum ipſo contraxerunt, principali aucto-
ritate circumſcripti videantur, *argumento l. 1. C. de his*
qui veniam ætatis impetr. Lanfrancus Balbus *deci.* 321.
286 Idque † etiam tunc obtinet, quando cum ſubditis
ſuis contraxit. *Iacobinus de feudis. verb, Princeps. Fer-*
dinandus Vaſquius lib. 1. controuerſ. illuſtr. cap. 3. Cache-
ran. deciſ. 139. Weſenbec. D. de conſtitut. princip. in fine.
287 & multo magis, ſi contraxerit † cum non ſubdito,
neque enim fruitur priuilegijs principatus, ſed eo ca-
ſu pro perſona priuata cenſetur. Patiſius Cardinalis
conſ. 82. nu. 51. lib. 1. Menoch. *de præſumpt. lib. 2. præ-*
ſumpt. 10. nu. 18. qua de re latius diſſerit Frider. Pru-
ckmanus *in § ſoluta poteſtas cap. 4. memb. 2. effectu. 1. nu.*
6. & ſeqq.

288 Cæterum hoc addi velim, ſi † princeps ex ſuo
contractu teneatur, & obligetur, non tamen actionem
aduerſus eum dari, ſed aduerſus eius dominos, vel do-
muum procuratores, auctores, Iat. Cuiacio *in parat. C.*
de quadrien. præſcript. in fin. Vnde Alciatus quoque *re-*
ſponſ. 28. nu. 10. lib. 6. ſcribit, in ſ tract. obſeruari, quod
289 † nunquam Dux ipſe citetur, ſed tantum eius fiſca-
les, *l. 1. in prin. ff. de off. procurat. Cyn. & Dd. in l. ſi*
290 *procurator C. de eden.* Quanquam † id in Camera Im-
periali non eſt in vſu (maxime in cauſis illis, quæ im-
mediate ad Imperiale Tribunal pertinent) in qua etiam
vigore ordinationis, Iudex & Aſſeſſores (ſi forte Au-
ſtregis non ſit locus) media talia ad manum habens,
quibus etiam Principes alij vel magnates ad id præ-
ſtandum, quod debent ſub nomine Imperatoris cogi
poſſunt. *Ordinat. Camer. Imper. part. 3. tit.* 49. Quippe
291 † reſtituto Imperio Romano in Occidente à Caro-
lo Magno, paulatim conſuetudine eo deuentum eſt,
vt etiam Imperator ipſe coram Comite Palatino Rhe-
ni, ſacri Imperij Archidapifero, ratione cauſarum ci-
uilium conueniri poſſet, & reſpondere teneretur, non
tamen alibi, quam in aula ſiue Curia Imperiali, vbi
Imperator præſens exiſteret; de qua conſuetudine te-
ſtatur Carolus Quartus Imperator in χρυσόβουλλα ſiue
aurea Bulla *tit. §. Et quamuis Imperator, qui eſt in ordine*
quintus. in Germanica editione, ſub Rubric. ſtatum Pa-
latinatus ex quo id referunt Hermannus Volteius *in*
comment. ad l. 1. nu. 4. 5. & 6. C. vbi Senator. vel. Clariſſi-
mi. & Petrus Heigius *part. 1. quæſt. 4. num.* 29. quibus
ego addo Reſtaur. Caſtald. *in tract. de Imperatore: quæſt.*
8. *num.* 21. *& quæſt. 91. nu.* 8. Ludolph. Schrader. *in*
tract. feud. par. 10. ſect. 1. num. 55. Henning. Goden. *de*
auri. & argenti fod. in conſi. 3. nu 12. & Ioachim à Beuſt.
in l. admonendi, num. 194 mihi pag. 296. ff. de iureiurando.
Et quanquam non facile contingit, vt quis Impera-
torẽ vel publice vel priuatim in ius vocet, tamen nihil
impedit, quo minus id fiat, modo ne priuati homines
Imperatoriam Maieſtatem proſtituere animum indu-
cant. *Vulteius in d. l. 1. nu.* 7.

DVODECIMA perſona, quæ fideiuſſionis nomine
292 obligari non poteſt, eſt † SERVVS, *l. ſed etſi. 20. ff. de*

fideiuſſoribus.l.de die § ſi ſeruus ff. qui ſatiſd. cogant. cum
quia ſeruus conueniri vel conuenire non poteſt, *l.
quotiens.13.ff ſi quis cautionibus.* tum etiam, quia obli-
gatio ciuilis in perſonam ſeruilem non cadit, cui vix
vnquam eſt lyncea fides, & de ſe queri debet, qui fi-
dem ſequitur eius hominis, *l. in perſonam l. quod attinet.
l. cum ſeruo. ff. de regulis iuris.* Imo Schola Sabinianorũ
voluit, ſeruum ne quidem naturaliter obligari, ſi in-
ſcio domino extra cauſam peculiarem pro alio expro-
miſerit vel interuenerit, *l.3.§. ſed ſi filius. l. quotiens* § 1.
ff. de peculio. quam ſententiam Iulianus, & Iauolenus
293 probant, qui, & ipſi † Sabiniani fuerunt, *l. ſeruus.19.
cum l. ſequenti.* vbi Dionyſ. Gothofred *ff. de fideiuſſori-
bus* Cuiac. *lib.8 obſer.c.11. & ad African. tractat.7. mihi
pag.368. & 369.* Anton. Pichardo Venueſa *ad titu. In-
ſtit. de oblig. in princ. nu* 50. Ioan Goddæus *de contrah.
ſtip c.7. concluſ.6. nu.74*
294 Etſi enim † ſerui, & filiifamilias in multis iuris
articulis comparantur, *l ſeruus, cum aliquot legib. ſe-
quentib. D. de iureiuran. l 1 § poteſtatis. & paſſim illo titu-
lo, D. de peculio* (adeo vt ex Lactantio *lib.1. Inſtitut.* ap-
pareat, ex iure ciuili domini patriſque poteſtatem ita
eſſe vtriuſque conf ſione temperatam, vt inſit prope-
modum altera in altera, ac proinde ſit ferè idem filius,
ac ſeruus, dominus, & pater, ſed ita, vt quam mutent
differantque inuicem, facile intelligi poſſit. *Cuiacius
lib.10. obſeruat cap.16*) in hoc tamen ex Sabini, & Caſ-
ſij ſententia filius familias, & ſeruus a ſe inuicem di-
ſtant, *dict l 3 §. ſed ſi filius D. de peculio.* vbi generalis
quaſi hæc conſtituitur differentia inter ſeruum, & fi-
liumfamilias, vt pater obligetur de peculio, quacun-
que ex cauſa filius interuenerit, dominus non item,
niſi ſeruus in rem domini, vel in rem peculiarem in-
teruenerit.

Concluſum igitur eſt. Seruum fideiubere non poſſe:
295 quæ tamen limitatur; Primo, † ſi ſeruus in rem pecu-
liarem fideiubeat, tunc enim ipſe obligatur, & domi-
num quoque peculio tenus obligat *dicta. l. ſeruus.19.
D. de fideiuſſoribus. d. l 3. §. filiusfamilias ff. de peculio. l.
in perſona. §.1 ff. de pactis* Et hoc eſt, quod ait Vlpianus
*in l. tertia D. de fideiuſſoribus. Si quis dederit ſeruum fide-
iuſſorem, ex quibus cauſis de peculio actio non datur, dicen-
dum fore, non eſſe impletam ſatiſdationis ſtipulationem.*
296 Secundò limitatur, ſi † ſeruus in rem domini fi-
deiubeat, ſicut ex Sabino refert Paulus *in l. quotiens. §.
primo ff. de peculio.* Poteſt autem varijs ex cauſis in rem
domini fideiuſſor fieri & generaliter quidem, ſi ex ea
fideiuſſione vel domini conditio melior fiat, aut cer-
tè non deterior, *leg tertia §. & regulariter. ff. de in rem
verſo.*
297 Tertiò limitari † poteſt, ſi ſeruus iuſſu domini fi-
deiuſſerit, nam, & filius iuſſu patris fideiubere poteſt,
l. ſi vero 12. §. idem Marcellus. D. mandati. Quanquam
verò ſtipulatio iuris eſt ciuilis, cuius ſeruus eſt inca-
pax, tamen cum iuſſu domini promittit, tunc etiam ex
perſona domini obligatur, & qui antea erat ἀπρόσω-
πος ex domini ſui perſona χαρακτηρίζεται, vt vtar ver-
bo Theophil. *in princip. titu. Inſtitu. de ſtipulation. ſeruo-
rum.* Quod vel eò magis admittendum videtur, quia
298 & ipſe dominus pro ſeruo ſuo, vel in peculij, vel iu-
dicio ſiſtendi cauſa, fideiubere poteſt, *l. 1. § quid ergo.
D. quod iuſſu. l. 9. §. vltimo. D. de peculio. l ſi domina. D. ad
Velleianum. l 1. l. 2. §. 1. D. ſi ex noxali cauſa agatur. l ſi
mandator. C. quod cum eo.* Ioannes Goddæus *de contrah.
ſtipulat. cap.7 concl.6. num. 73.* etiam de iure Saxoni-
co, *text.* ſtatuti *lib 2. artic.32.* vbi habetur: Dominus
non tenetur pro ſeruo, niſi tantum quantum meretur
pro ſuo ſtipendio, & ſi plus contraxerit, det fideiuſ-
ſionem.

299 Quartò limitatur, † ſi ſeruo libera peculij admi-
niſtratio fuerit conceſſa. Etenim quodcunque iſto
caſu ſeruus gerit, videtur voluntate domini gerere,
quia voluntatem tacitam habet, non expreſſam, ge-
nerale permiſſum, non ſpeciale, *l. quarta D. de minorib.*
300 Secus eſſet, ſi ei peculium † conceſſum eſſet: nam
cui eſt conceſſum peculium, non etiam peculij libe-
ra adminiſtratio, is in re peculiari negotiatur, ſine vl-
la domini voluntate. *§ præterea Inſtitut. quod cum eo.
Iacobus Cuiacius tractat.7. ad. Africam. mihi pagina 298.*
atque ideo quoque fideiubere poteſt, & valet fideiuſ-
ſio, neque opus eſt præſumere, eam voluntate domini
factam eſſe, cum per ſe firma ſit, & ex perſona ſerui, à
domino (vt ita loquar) perſonari, valeat.

Quæ quidem vlterius confirmari poſſunt ex eo,
quod ſeruus liberam peculij adminiſtrationem habens:
301 Poteſt † quoque rem domini vendere, & tradere, *l. ſi
quis hac lege §. in. ff. de rei vendic l. ſi ſeruus D. de acqui.*
302 *poſſeſ.* poteſt ei rectè ſolui, *l. huic enim. D. de iureiuran.
l. non ideo ff de nouat. l. quod ſeruus. ff. de ſolut.* iuſiurandũ
303 † etiam deferri, *l. ſeruus 20. D. eod. titt.* habet ius no-
304 uandæ obligationis, *d. l. huic enim ff. de iureiurando,*
niſi modo hoc faciat animo donandi, *l. fin. ff. de nouat.*
305 poteſt † procuratorem conſtituere, *l. ſeruum. D. de*
306 *procurator* poteſt † paciſci, *l. contra iuris § vltim. D.*
307 *de pactis.* poteſt † delegare, *l libera §.1. ff. de pecul.* er-
go & fideiubere eum poſſe non dubito.
308 Benè autem notandum eſt, quod dico; Seruum li-
beram peculij adminiſtrationem habentem, rem do-
mini vendere poſſe. Nam *dicta l. ſi ſeruus. D de acquir.
poſſeſſ. & d. l. ſi quis hac lege D. de rei vindicat. l. penult.
§. ſed & ſi à filio ff de diuerſ. & tempor. præſcript* ea in re
exigunt, aut voluntatem domini; aut ſaltem liberam
peculij adminiſtrationem. Quare ſi ſeruus vendat
ignorante domino, aut adminiſtrationem peculij li-
beram non habens, nihil agit, imo furtum committit,
nam & res peculiaris, res domini eſt, *l. ſi liberam. Cod.
quod cum eo.* & furtiua ea res eſt, quam ex peculio ſuo
vendit ſeruus, ignorante domino. *Cuiac. lib.15. obſerua.*
309 *cap.18.* Hinc † in ſtatutis Lubecenſibus *lib.3. tit. 6.
artic.5.* ita ſtatuitur: Si ſeruus vendat bona domini:
de quibus ſi contentus non eſt de ipſa venditione,
oportet quod ſeruus iuret habuiſſe liberam auctorita-
tem vendendi, aliter furtum eſt, Dominus verò tene-
tur ſiſtere iudicio iuramenti.
310 Nec obſtat † *l. ſi ſeruus 34. D. de vſurpation. & vſu-
capion.* vbi ait Alfenus: Etiamſi ſeruus inſciente do-
mino rem peculiarem vendidiſſet, emptorem vſuca-
pere poſſe. Nam id ſuperioribus nihil fragatur. Vt-
cunque etiam dici poſſet, ſeruum etiam inſciente,
311 hoc eſt, ignorante (quemadmodum † inſcientia, pro
inſcitia, ac ignorantia ponitur, *in l. ſed, etſi 28. §. fin. D.
de iudicijs.*) domino vendere rem peculiarem poſſe, ſi
modo habeat liberam peculij adminiſtrationem, quo
ſanè caſu domino inuito, & inſcio non intelligitur
fieri venditio. *dicta l.4. ff. de minoribus. l. penultima ff. de
furtis.* & ſentit Accurſius *in d. l. ſi ſeruus.* Tamen alijs
magis probatur, inſcientem tibi dici, pro ſciente, ar-
312 ticulo, † Iɴ, ἐπιτατικῶς, & augendæ ſignificatio-
nis ergo accepto, quemadmodum veteres dicebant,
Inaudientem, inuncantem, Inſtipulantem pro eo, qui
audiat, qui vocet, qui ſtipuletur. Cuiacius *dicto lib. 15.
obſeruat. cap. 18. & in d. l. ſi ſeruus.* Gilebert Regius,
lib. 2. ἐναντιοφανῶν cap. 20. Scipio Gentilis *lib. primo
Parergorum cap.14 in princip.* Pard. Pratæus in *Lexico
verbo inſciens* vbi capitulum Legis Maniliæ citat, in
quo inſciens pro ſciente vſurpatur. Sed vtro modo
(cum vtroque poſſis) reſpondeas, non magnoperè
313 intereſt: quamquam iudicandum eſt, τὸ Iɴ, vt plu-
ſimum

imum tamen voci, cui præponitur, contrariam ſigni-
ficationem addere, vt in verbis, Indebitum, Innfficio-
ſum, Inſipiens, Indemnis, Inſons, Indoctus, Infectus,
&c. ſicut notant DD. maximè Iaſon. Socin. Franciſc.
Ripa, Bologuet, & alij *in l. Gallus. §. ille caſus. ff. de libe.
& poſthum.*
Extendenda porrò eſt hæc ipſa quarta limitatio, vt
314 multo magis procedat † in Inſtitutoribus, Procura-
toribus, vel miniſtris ditiſſimorum mercatorum qua-
les illi in Emporiis peregrinis habent, quos vulgo
vocamus œconomos, ac negotiorum geſtores. (vt in
ſtatutis Lubecenſibus *lib. 3. titul. 9. articu. 5.*) ſicut An-
tvverpiæ, Londini, Lubecæ, Hamburgi, Stockolmiæ,
315 Bergæ in Nuvvergia, ac alibi. Cum enim † hi regu-
lariter generale mandatum in promouendis mercan-
tiis, vel negotiis cum libera habeant, vt pulchrè oſten-
dit Ioannes Koppen in Rangerſdorff. *deciſion. ſuarum
quæſt. 51. in principio.* faciunt tradita per Coſerum *de
proceſſ. execut. part. 2. cap. 3. num. 354.* quis dubitet eos
etiam fideiuſſionis negotium ſuſcipere poſſe, præſer-
tim, quia aliàs quoque ſunt homines ingenui, vtpotè
316 † Germania noſtra veram crudelemque illam gen-
tium, & Romanorum ſeruitutem iam, Dei bonitate,
ignorante, teſte Ioan. Goddæo *d. c. 7. concluſ. 7. nu. 76.
in fin.* Ioan. Friderico Huſano *in tract. de propriis homi.
cap. 1. num. 34. & cap. 5. in princ.*
Qvinto limitatur ſupra *num.* 295. poſita con-
317 cluſio, vt non obtineat † in colonis conditione ſua
propria, vel origioaria colentibus, adſcriptitijs, & pro-
prijs hominibus, quod nos vulgo appellamus, quales
adhuc multi reperiuntur in Dania, ſuperiori Germa-
nia, Palatinatu, Pomerania, Ducatu Megapolitano,
VVeſtphalia, & patria mea, Comitatu nimirum Ol-
denburgico, &c. Hos enim Dominis ſuis poſſe ex ſti-
pulatu obligari, & vice verſa, tradidit Goddæus *dict.
cap. 7. concluſ. 6. num. 75. & 76:* Ergo idem quoque de
fideiuſſionis contractu ſtatuere mihi integrum pro-
culdubio erit. maximè quia Andræas Gail. *lib. ſingul.
318 de pignerat. obſeruat.* 8 ſcriptum reliquit, tales † pro-
prios homines potius eſſe ſeruus anonymos, de om-
nibus ſeruorum generibus aliquid participantes, quam
reuera ſeruos, aut adſcriptitios, vt tamen placuit
Goddæo dicto loco, & ante illum D. Zaſio *lib. 1. ſingu.
reſponſor. caput. 3. numero 76.* Guidoni Papæ *deciſ.* 312.
Bartholom. Blates. *in repetion. l. diffamari. cap. 2. numer.
23. mihi pag. 72. C. de ingen. manumiſſ.* Maſuerio *practica
ſua Rubr. de ſucceſſ. numer.* 15. à quibus rurſus diſcrepat
Ioannes Fridericus Huſanus *dicto capite 2 numero* 29.
antiquis libertinis dedititiis illos æquiparans, quos
Saxo colonus vocat, de quibus Reiner. Reineccius *ad
Annales de geſtis Caroli Magni, li. 4. mihi pag. 59. lit. B.*
319 vnde † etiam in pleriſque locis adhuc illi, qui in ci-
uium, aut tribuum numerum adſcribi cupiunt, qui cu-
pidus eſt ingredi aliquam ſocietatem bonum, & ma-
lum ſocietatis ferre debet hoc eſt, quod nulli tanquam
dedititij. libertini aut proprij homines ſint obſtricti.
320 Et quia prætereà verum eſt, tales † proprios homi-
nes teſtari poſſe, *gloſſ. in verb. aut ſerui Inſtitut. de iure
perſonarum.* Myſingerus *centu. 2. obſeruatione* 23. Iaco-
binus de S. Georgio *in tractat. de Raydis, numer.* 22.
Ioan. Dauth. *in tractat. de teſtament. Rubric. qui teſtam.
fac. poſſunt. num.* 341. nil obeſt, quo minus, & fideiube-
re queant, cum argumentum ab vltimis voluntatibus
ad contractus validum ſit, & ſubſiſtat. Accedit, quod
Zaſius *conſil. 19. num. 1. &* 4. ac Gail. *d. obſeruat.* 8. *nu.* 3.
321 *in fin.* aſtruunt, tales † homines proprios poſſe com-
mercia exercere, quidni igitur, & fideiubere poſſent?
Non leuiter quidem refragatur, quod in ſua poteſtate
nihil habere videtur, qui ipſe ſuæ poteſtatis non eſt,
Antonius Heringius.

ſed iuris dominici, *l. vlt. C. qui col. dom. accuſ. poſſ.* Ioan-
nes Frideric. Huſan. *d. loco. cap. 6. num.* 21. Verum cum
illum neceſſitate cogente res ſuas minus vtiles alie-
nare poſſe receptum ſit. Speculator *de feudis §. quo-
niam. num.* 35. Huſan. *d. loco numer.* 25. non eſt, quod ipſi
negotio fideiuſſionis interdicamus, niſi fortè alicuius
regionis conſuetudo aliud dictet, cui merito eſt ſtan-
dum, *Huſanus d. loco num.* 26.
322 Conſequenter † Decimotertio loco venit
explicandum, vtrum etiam Libertvs rectè fidem
ſuam interponat: Quia verò is per manumiſſionis be-
neficium ſeruus eſſe deſiit, *l. 4. ff. de inſtit. & iure.* & ho-
die ingenuus fit, non libertinus, maximè ſi manumiſ-
ſoribus patronatus remiſerit, *l. 3. C. de bon. libert. Nouell.
78. vt liberti de cætero, &c. cap. 1. Cuiac. lib. 4 obſ. cap. 5.*
Ideò non verebor affirmare, eum, ſicut alium quem-
libet liberum, ad fideiubendum admitti, ſi modo aliàs
323 per accidens non arceatur. Nam, & aliàs † ad ple-
roſque actus liberorum hominum admittitur: Si qui-
dem poteſt eſſe tutor. *l. libertum. l. nequaquam ff. de ex-
cuſ. tut. l. Libertus. ff. de tut. & curat. l. libertos. C. de excuſ.
tutor* poteſt eſſe excuſator. *Cuiac. lib. 17. obſeru. cap.* 30.
poteſt eſſe teſtis, prætèrquam in caſu, *l. 9 ff. de diuortiis.*
adde Cuiac. *lib. 8 obſeruat. cap. 26* & caſum *in l. liberto-
rum. C. de teſtib.* vt ſimilia prætercam.
Permittitur igitur liberto, vt fideiubeat, vel vt rem
ſuam pro alio pignori nectat, modo ne id fiat in ne-
324 cem patroni. Etſi enim iſto caſu † quando in ne-
cem patroni, hoc eſt, in damnum, & incommodum pa-
troni (*vt in l. ſumma. ff. de pecu. l. ſi prop ter. §. verſum.
ff de in rem verſo l. 4 ff. ſi quis omiſſ. cauſ. teſt.* Libertus
fideiubet, non ſubuenitur patrono aduerſus credito-
rem per actionem Fabianam, quum libertus interue-
niens pro aliquo, qui non fuit ſoluendo, creditori ni-
hil donet, neque etiam æquum ſit, vt ſubueniatur pa-
trono cum damno creditoris, qui pecuniam fortè fide
325 liberti numerauit, quis enim probet, vt † vni ius
ſuum auferamus, ad hoc vt alteri prodeſſe poſſimus,
*l. penult. ff quæ in fraud. cred. l. vlt. ff. de pactis. l. habere ff.
de euictionibus.* Poterit tamen conueniri debitor pro
quo fideiuſſum eſt, vel actione Fabiana, vel etiam man-
dati: conueniri, inquam, ab ipſo patrono, qui in frau-
dem ſuam, quo minus trientem bonorum liberti con-
ſequeretur, quid factum eſſe conqueritur, non autem
ab ipſo liberto, qui iam teſtato mortuus eſſe præſumi-
tur. Imò niſi fallor, dabitur, & Caluiſiana, ſi nimi-
rum libertus inteſtatus fuerit, *l. 3. §. ſi inteſtatus. ff. ſi
quid in frau. pat. l. 2. C. eod.* Dantur autem hæ tres actio-
nes ad vnum, & eundem finem, ſcilicet ad reuocan-
dū petendumq; id, quod debitorē ex cauſa fideiuſſionis
fideiuſſori dare facere oportet. & hoc amplius aliquā-
do Fabiana actio pinguius prouidet patrono, quam
326 actio mandati: Quid † enim ſi libertus donandi
animo fideiuſſerit? certè non datur actio mandati, *l. 6.
§ ſi paſſus. ff. mandati.* debet igitur iſto caſu patronus
ferre, quod eſt in actione Fabiana, vel Caluiſiana, *l.
quotiens. 41. ff de obligat. & act.*
Sed præcedens locus poſtulat, vt Decimoqvar-
to loco de fideiuſſione quoque Filiifamilias
pauca adijciam, ſiquidem hunc cum ſeruo magnam
ſimilitudinem habere iam ante hoc ipſo capite, *num.*
327 294. monui. Sic igitur habendum eſt, nullam rem
prohibere, quo minus filij familias maiores 25. annis
pro alis fideiubeant, *l. nulla C. quod. cum eo.* Hippol. *in
Rubr. c. de fideiuſſoribus. num.* 307. Boetius *ſingulari.* 11.
num. 2. Cuius equidem ratio non eſt obſcura, modo
328 attendamus, quod † filiusfamilias ex omnibus cau-
ſis, tanquam paterfamilias, obligetur, & ob id agi cum
eo, tanquam cum paterfamilias, poſſit, *l. filiusfamilias.*

ff.de oblig.& act.l.tam ex contractibus. ff.de ind.l.ſi quis
cum filio 44.ff.de peculio. Bernard. Waltherus, *lib.2.*
miſcel.cap.38. Ioan. Goddæus, *de contrab.ſtipul.cap.7.*
concluſ.1.num.7.& concluſ.5.num.58. vbi in allegatione
Hippolyti de Marſiliis σφάλμα Typographicum com-
miſſum eſt, cum debeat legi, *nu.307.non nu.407.* Qua-
re placet Sabini, & Caſſij ſententia, exiſtimantium, ſi
329 † filius fideiuſſor, vel quaſi interuentor acceptus ſit,
ſemper obligari patrem de peculio. *l.3.§.ſed ſi filius ff.*
de peculio. Et non eſt dubium, idem voluiſſe etiam
Celſum, cum tam apertè decidat, fideiuſſionem ſerui
non obligare dominum de peculio, ſi nimirum inter-
uenerit, non agens rem peculiarem, *d.l.3.§ ſi filiusfami-*
lias.ff de peculio nam in hoc diſtat filiusf m l.as à ſeruo
d.§.ſed ſi filius. Quod etiam euincit vlterius, *l.item 7.in*
prin ff ad Maceden. vbi ex Neratio *lib.1.& 2.reſponſo-*
rum. & Celſo *lib.4.* (ſcilicet Digeſtorum, nam triginta
330 nouem libros Digeſtorum † ſcripſit Celſus, vt ex in-
dice Pandectarum Florentinarum conſtat, qui ſimpli-
citer ab aliis Iuriſconſultis, vt plurimum citantur,
non addita voce, Digeſtorum, quanquam, & commen-
tariorum Celſi fit mentio, *in l.cum aurum §.Idem Cel-*
ſus 6.ff.de aur. & arg.legato. ex Celſo inquam, refert
Vlpianus; *ſi filiusfamilias fideiuſſerit, Senatusconſul-*
tum Macedenianum ceſſare, niſi modo in hac ipſa fideiuſ-
ſione celer ſit quæſitus, vt mox ex Iuliani ſententia adji-
citur.

331 Nec ad rem † pertinet, quod refert Hippolyt *in d.*
Rubric.de fideiuſſoribus num.407. propterea ſcilicet fi-
liumfamilias fideiubere non poſſe, quia non poteſt
agere in iudicio ſine conſenſu patris, is autem qui
non poteſt agere, non poteſt etiam fideiubere, quod
Brocardicum probari putat ille, *per l.2.§.1.ff qui ſa-*
tiſdat.cogant. Ideoque reſpondet cum Accurſio, tex-
tum *in d.l.2.* loqui in ſeruo, non autem in filiofamilias,
qui non penitus eſt excluſus à limine iudicij, ſicut
ſeruus: Nam hac in re primum me offendit, quod illi
minus conſiderare aſtruunt. *d.l.2.§.1.* loqui de perſo-
nis, quæ agere non poſſunt, & nihilominus fideiuſſo-
rem dare volunt, cum tamen verba Pandectarum Flo-
rentinarum ſatis ſint clara, & manifeſta, ibi agi tantum
de perſonis, quibus datur fideiuſſor, ſicut ante me
quoque vidit Dn. Goddæus, *de contrab. ſtipulat cap.7.*
concluſ.5. num.62. Hoc igitur fundamentum corruit.
Deinde etiam vitioſum eſt connexum; Filiusfamilias
non poteſt agere ſine voluntate patris, ergò non po-
332 teſt etiam fideiubere. Quin † potius poteſtatem con-
trahendi à poteſtate agendi ſecernimus, ſecuti ea in re
Iuriſc. *in d.l filiusfam.39.& l.filiusfamilias.8.ff.de obl &*
act. qui indiſtinctè contrahendi facultatem dant filio-
familias, licet non niſi in certis caſibus eum ſuo no-
mine actionem habere concludunt. Nec ſanè habebis,
quod ad ſupra dictas leges reſpondeas, ſi hanc diſtin-
ctionem omittas.

Cæterum ſtudioſè ſupra adiectum fuit; Filiosfa-
milias maiores 25. annis pro aliis fidem ſuam obſtrin-
333 gere poſſe. Quid ita? quia filiusfamilias, † ſi minor
25. annis pro extraneo fideiuſſit, in integrum reſtitu-
tionem implorare non prohibetur. Sed etſi pro patre
ſuo fideiuſſor extitit, eique diem ſuum functo non ſuc-
ceſſit in integrum reſtitutionem poſtulare poteſt, *leg.*
2.Cod.de filiofam. minore. l.aut. prætor.§.non ſolum.ff. de
minoribus.

Sed quid de filiofamilias ſtudioſo dicemus? Arbi-
334 trantur Interpretes, † hunc minus idoneum eſſe fi-
deiuſſorem. ob id quod priuilegio fori eſt tutus. *Dd.*
in l.ſi fide iuſſor.ff qui ſatiſd.cogant. Speculat. *in tit.de ſa-*
tiſdat.9.verum.verſ.ſed pone quod Scolaris. Hippolyt. *in*
Rubric. de fideiuſſoribus. numer.257. Petrus Rebuffus
de priuileg. Scholarium. priuil. 171. Ioan. Sichardus *in*
Auth.offeratur. num.17.C.de lit.conteſt Eandem tamen
335 † doctrinam ſic temperant, vt ſcholarem, tanquam
idoneum fideiuſſorem, admittant, ſi modo priuilegio
ſuo renunciet, quemadmodum renunciare poteſt, ſe-
cundum gl.& Dd. *in l.ſi conuenerit.ff.de iuriſdict.* tradit
Iaſon. *in l.1. numero 1.verſic. ſecundo præmitto. ff.ſi quis*
in ius voc.non ierit. Iulius Pacius *in repet. Auth. Habita.*
cap 9.numer.10.C.ne filius pro patre Herman. Vulteius
in comment.ad l.1. numer 127.& 128.C.de iuriſdict. vbi
tamen addit, ſi caſus inciderit, magiſtratum ſchola-
ſticum vix admiſſurum eſſe.

336 Quemadmodum autem filiusfamilias † pro extra-
337 neo fideiubere poteſt, ita multo magis pro † patre
ſuo apud extraneum rectè fideiubet, eumque in fi-
dem ſuam ſuſcipit, *l.ſi ex alio.C.quod cum eo.d.l.1.C de*
filiofam minore.l ſi dubitet.§ filiusfam.ff.de fideiuſſoribus
l.filius. vbi Bar. Bal.& Donellus *C.ad eod.l.ſi paternam.*
C.ad Velleian. Conſtantin. Harmenop. *lib.3.Epitom.tit.*
6. Socin.iunior *conſil.23.num.26.vol.2.* Roderic. Sua-
rez. *in declarat. ll. fori tit. de comperendinationibus. §.*
nunc oportune.num.10 Ioan. Goddæus *de contrah.ſtipu-*
338 *lat.cap.7.concluſ.5.num.9.* Non † autem ſi ſit eman-
cipatus, verum etſi adhuc in alterius ſit poteſtate,
dicta lex.ſi ex alio.Cod.quod cum eo l 2.§.quod ait prætor.
ff. qui ſatiſd.cog. iuſtæ tamen ætatis, & pubertatem aſſe-
cutus, *l.ſi ſeruus.141.§. pupillus.ff.de verborum obligat.*
339 Et hoc † amplius non tantum pro contractibus pa-
ternis, *d.l.ſi ex alio,& d.l.filius & d.l.ſi paternam.* Sed
& cum abſentem patre defendens, iudicatum ſolui,
petitori ſatisdare ex forma edicti debet, *l.ſi filiusfami-*
340 *lias.14.ff.qui ſatiſdare cogantur.* Cui † non abſimile
eſt, quod legimus, Balduinum Græcorum Imperato-
rem, filium Philippum, ob accepti æris mutuum, Ve-
neris obſidem dediſſe, ſicut commemorant Baptiſta
Egnatius, *lib 7.c.6.* Paul. Æmilius *lib.7.* Blondus *lib.7.*
Decad.2. Licet Sabellicus *lib.6.Ennead.9.* paulo diuer-
ſius hæc narret, & de Brugenſibus mercatoris accipiat.
341 Nec vrgere videtur † in contrarium, quod pater,
& filius reputantur pro vna, & eadem perſona, nemo
autem pro ſe ipſo fideiubere poteſt, vt in principio
huius capitis annotaui: Nam iſtum modum ſoluit
Hippolytus *in d. Rubric. de fideiuſſor. numero 308.* di-
cens, hoc in caſu patrem, & filium pro vna. & eadem
perſona non haberi, propterea quod iſthæc regula
vera eſt, quoad quid, non quoad omnia, ſic enim
loquitur cum Bartolo, *in dict.l.ſi dubitet.ff de fideiuſſor.*
Accurſius verò, *in dict.l.filius.C.de fideiuſſor.* putat pro-
pterea filiumfam. pro patre fideiubere poſſe, quia
quaſi dominus videtur viuente adhuc patre, *l. in ſuis.*
ff.de liber.& poſthumis. Quod adumbrare voluit Plau-
tus *Trinummo Scena.Quo illic homo.* vbi filius Lyſiteles
ad patrem Philtonem loquitur.

Lv. *Bene volo ego illi facere, ſi tu non abnuis. nempe*
Ph. *de tuo.*

Ly. *De meo, nam quod tuu'ſt, meu'ſt, omne meum eſt*
autem tuum.

Sed iſtæ rationes videntur rem magi operire, quam
aperire. Prima ſi quidem vix immunis eſt à ὑστερολο-
γίᾳ. Quid enim ſi quæram, cur filius pro patre poſſit
fideiubere? Tu reſpondeas, hanc eſſe cauſam, quia
in iſto caſu filius, & pater non habeantur pro vna per-
ſona, certe manet petitio principij. Cur non habean-
tur pro vna perſona, id enim in quæſtione eſt poſitum:
Altera ratio nimis eſt generalis: nam ex eadem ſequi
poſſet, filium familias vt contrahere, ita & agere poſſe,
quod tamen regulariter eſt falſum, *l.cum non ſolum. in*
fin.pr.verſ.neceſſitate. C.de bon.quæ liberis.
342 Veriſimilior igitur † eſt ratio, quod Iuriſconſul-
tus

tus *in d.l.ſi dubitet.§. filiusfamilias,ff.de fideiuſſorib.* ait:
*Si filius pro patre fideiuſſerit,non eſſe ſine effectu hanc fide-
iuſſionem.* Quamobrem? Primo, ſed ſui iuris effectus
filius poterit teneri in id, quod facere poteſt, quæ ra-
tio etiam ponitur,*in d.l.ſi ex alio.C.quod cum eo.* Dein-
de, quod &,dum in poteſtate manet,condemnari po-
343 teſt.Rectè. Nam † filiusfamilias ex omnibus cauſis,
præſertim ex contractibus, tanquam paterfamilias
obligatur, & ob idag; cum eo tanquam cum paterfa-
milias poteſt *dict.leg filius ,9 ff.de oblig & act.l.ſi.id 58.
§.2.ff.pro ſocio.l.ſi filius.21.ff.de dam.infect.* Si igitur Ac-
curſius dixiſſet, filium ratione contractuum habebit
344 † pro patrefamilias, rectè dixiſſet, *l.tenetur.§.pen.ff.
de empt.l 1.§.filiumfamilias ff.depoſiti.* Et hoc eſt,quod
in l.ſi quis.44 ff.de peculio dicitur: Eum cum filiofami-
lias contrahit duos habere debitores, filium in ſoli-
dum, & patrem duntaxat de peculio. Non igitur pa-
ter, & filius in contractibus filij, & reſpectu ex-
tranei pro vna perſona reputatur, ſed pro duabus,
ſiue pro duobus reis debendi, *leg.ſi pater 12.ff. quæ in
fraud.cred l.ſi prædia.58 §.vlt. ff.de don. int.vir.& vx.*
Cuiat. *lib.8 obſern.cap.*11 Ioan. Goddæus *de contrah.
ſtipulat.cap.2.num.34.& cap.7.concluſ.5.num.*59. Neque
propterea filius pro patre fideiubere poteſt, quod vi-
uente patre dominium rerum paternarum κατ' ἐλπίδα
h.e.in ſpe habet,quid enim hoc patrem à filio ſepara-
ret? ſed quia in contractibus filius pro patrefamilias
habetur, qui fideiubere non prohibetur,*l.3.in pr.ff.ad
SC. Maced.*

345 Nihil † etiam aduerſatur, *l.3.verſ.cæterum. ff.de fi-
deiuſſoribus* vbi ſtatuit Vlpianus, eum qui ſatiſdare pro-
miſit, ſi det filiumfamilias non implere ſatiſdationis
ſtipulationem. Prudenter enim addit Vlpianus, Id
tum demum verum eſſe, ſi detur in cauſis, in quibus
de peculio actio non competit. Etſi enim nuo. præ-
ced. dictum eſt eum, qui cum filiofamilias contrahit,
duos habere debitores, patrem, & filium, *d.l.44.ff.de
peculio.* Item filiumfamilias ſemper patrem de pecu-
lio obligare, quacunque tandem ex cauſa interueniat,
l.3.§.ſed ſi filius ff.de peculio. Tamen illa vera ſunt, ſi
etiam teneat obligatio, & talis ſit cauſa, ex qua dari
346 poſſit actio de peculio. Quid † o. ſi filiusf. mutuam
pecuniam accipiens, fideiubeat in rem ſuam, alio reo
dato, *vt in l.7.§.ſed Iulianus adjicit.ff ad Macedon.* vel
fideiubeat, cum nihil eſſet in peculio, nec aliquid fu-
turum ſperetur,*vt in l ſeruus tuus ff de dolo malo.l quæ-
ſitum ff.de peculio.* vel fide ſua eſſe iubeat animo donan-
di,*vt l.filiusfamilias.ff.de donat.l.contra iuris.§.vlt.ff.de
pactis.l.2.ff.quæ res pig.oblig poſſunt.* Certe ex his cauſis
nec duo ſunt debitores,neque etiam actio de peculio
dari debet: In reliquis verò firma manet deciſio, *d.l.
44.& d.l.3. §.ſi filius ff.de peculio.* quod etiam non la-
tuit Accurſium, *in d.l.3 verb.ſeruus ff.de fideiuſſ.*

347 Non † obſtat, quod Socinus *in conſilio.23.incip.
circa prædictum.vol.4.* multis oſtendit, filiumfamilias
pro patre ſuo non poſſe fideiubere,& ſi fideiuſſerit, fi-
deiuſſionem non tenere, quia is non in terminis iuris
communis,ſed ſtatuti Florentini loquitur, quo talis fi-
deiuſſio omnino prohibita fuit, vt ipſe ibi, *numero.
10. in fin.* fatetur, cuius etiam meminerunt Borgnin.
Caualcan. *deciſio 31. numero 26.* Horat. Carpan. *ad
ſtatut. Mediolan parte prima, capite* 416. *numero* 84.
Eodem modo etiam iure Gothico, & Selandico *lib.2.
capite* 65.

348 Porrò non eſt ſilentio † prætereundum, eſſe ca-
ſum,in quo filiosfamilias (nominatim hunc exprimo,
quia infra *numer.*198. aliud in filiofamilias receptum
eſſe ſubjiciam) etiam inuitus pro patre fideiubere te-
neatur, nimirum ſi patrem (quo nomine tamen, non
349 † obſtante, quod Iouianus Pontanus, *in libello de
obedientia lib.2.cap.2.* voluit,liberos patri magis debe-
re, quam matri, *iuxta mox allegandam Nouellam.115.§.
aliud capitulum in prin.* etiam matrem, auum,& auiam,
proauum, & proauiam hic complector) incluſum eſſe,
vel etiam captiuum alibi terrarum detineri contige-
rit,& filius,nepos, vel pronepos, niſi eadem impieta-
350 te † laborare velint, qua Gallienus Imperator, vt
ex Trebellio Pollone, in Gallieno, commemorat
Dionyſ. Gothofred, *in Nouella 115. cap.3. §. ſi vnum
de prædictis.litera P.*& ante illum Eraſm.*in Apophi.lib.
6 in Gallieno. mihi pag* 505. *&* 506. adeo neceſſe ha-
beot eum eoſve ſuſcipere, & redimere, vt niſi feſtinen-
ter fecerint, exhæredirari poſſint, ſicut diſponit, *d.
Nouel.115. cap.3 §.ſi quemlibet de prædictis. & § ſi vnum
de prædictis.* vnde ſumpta eſt Auth *ſi captiui C de Epiſc.
& Clericis.* Probatque Boerius, *deciſio* 118. *num.7. &
deciſ.122.num* 2. Viſillus *in addit. ad Afflict. deciſ* 308.
*num.*25. Horat. Carpanus *ad Statut. Mediolan.part.1.
cap.*416.*num.*85. gl. Saxonica in ſtatutis *l.2. a tit.17. in*
51 *verb.* ſi hæredes nollent, & † ordinatio prouincialis
Haſſica publicata, Anno 1497. tit 9 Eodem etiam
reſpexit Georgius Bemelu Auguſtanus, in tractatu
ſuo ad formulam teſtamenti, mihi pag 57. §. ad diem
nonam & pag 61. § cum filij, dum inquit ſi quis ma-
iorum parentum.vel autorum captiuis apud hoſtes deti-
neretur, & quod onus ex hæredibus, nollet ex bonis
hæreditaris illum liberare, vel eſſet carceratus cogen-
353 di ſunt, &c. Et ſanè, cum † Agnellus Tridentinus
Antiſtes perpetuam laudem promeritus ſit, propterea
quod à Brunechilde, Francorum Regina, captiuos,
quotquot inueniri potuerunt, etiamſi ſanguinis con-
iunctione illum non attingerent, propria pecunia re-
demit, vt teſtis eſt M. Antonius Coccius Sabellicus.
Ennead 8.*lib.5.mihi pag.*302. Quanto magis opera dan-
da eſt piis liberis, vt tam bene de ſuis parentibus pro-
mereantur. Nec poſſum non laudare leges Athenien-
354 ſium,iuxta quas Cimon Miltiadis† filius ob mulctam
patris in vinculis mortui non diſſolutam, iiſdem de-
tentus eſt vinculis,neque emitti potuit,niſi pecuniam,
qua pater mulctatus eſſet,ſoluiſſet, vt refert Probus *in
Cimone*, & Carol.Sigonius, *lib 3. de Repub. Athenien-
355 ſium.* Quid dicam † de Antigono Demetrij Poliocre-
tis filio? Hic equidem patris ſui captiuitatem grauiter
ferens, ſumpta veſte lugubri, ad Seleucum Syriæ Re-
gem, qui eum ceperat,ſupplex ſcripſit, & quicquid ſi-
bi in Græcia regni ſupererat, pro patre redimendo
obtulit. & ſe ſimul obſidem, auctoritate Plutarcho *in
Demetrio*, & Sabellico *Ennead 4.lib* 8.

Arbitror autem hanc ipſam concluſionem amplia-
356 ri poſſe, vt † non tantum talis filius, & cæteri liberi
iuſte exhæredari poſſint, ſed etiam ius alimentorum
eis denegari, & adimi poſſit. Eſt enim hæc communis,
357 lippis,& tonſoribus nota opinio. quod parens † poſ-
ſit ex illis cauſis filio alimenta denegare, ex quibus
eum exheredare ipſi integrum eſt, ſicut poſt viginti
tres Doctores enumeratos tradit Anton. Corduba de
Lara,*in l ſi quis à liberis.§.idem iudex.num.1.ff.de liber.
agnoſcend.* & conferunt illa quæ habentur apud Ebe-
rhard *in Topicis. loco* 29 & Claudium de Battandier,
in tract.de legitima artic 8. *nu.12.& artic.13.num.7.*

358 Quid autem † fiet, ſi pater, auus vel proauus, pe-
tant,filius, & cæteri liberi etiam feſtinantes paratoſ-
que ſe offerant, ſed is, qui patrem eoſve incluſos deti-
net, nolit filium, nepotes, vel pronepotes, tanquam
minores aut aliter inidoneos, ſuſcipere? Credo
equidem eorum perſonas excuſatas eſſe, *per d.Nouell.
115. §.ſi quemlibet.in illis verbis. In quantum eſſe, qui pe-
titur,probatur idoneus. iuncta l.cum quidam. § ſi pupillo.*

verſ. quid enim poteſt imputari ei, qui ſoluere, etiamſi velles, non potuit. ff. de vſuris. Id quod etiam præſuppoſuit Georgius Bemeln. *d. loco pag. 57. in verb.* ſibi ipſi, *& in verb.* ſi in ipſo anno in ver. vt bona in ſua poteſtate.

359 Ne † tamen debitam pietatem filius (de reliquis idem eſt iudicium) omiſiſſe videatur, ſiquidem, teſte Seneca, parentes ſuos non amare impietas eſt, non agnoſcere inſania, debet ex abundanti (vt ait text. *in l. cauſam ff. de manumiſſ.*) aut ſeipſum pro obſide & pignore
360 (ad exemplum † Emanuelis filij Caloioannis Græcorum Imperatoris pro patre ex carcere liberando, ſe Venetis oppignorantis, ſicut narrat Chalcocondyles, *lib. 1.*) aut alios offerre fideiuſſores idoneos: nam
361 † nihil actum videtur, quoties aliquid agendum ſupereſt, *l. fin. C. de his quib. vt indig. l. ædificia. 139. §. perfecta. ff. de ver. ſig.* Quippe dimidium ſaltem facti, qui
362 bene cœpit, habet *l. 1. ff. de orig. iur.* Vndè † etiam illud D. Hieronymi. *In Chriſtianis non initia quæruntur, ſed finis* Vincen. Caroc. *dec. 88. num. 2.* Et vero parum intereſt, vtrum ipſi fideiubeas, vel an aliis pro te, & tuo nomine fideiubere mandes, *l. 6. §. paſſus. ff. mandati.*
363 Quod † ſi ne tunc quidem liberatio ſiuè redemptio ſequi velit, conſultum eſt, vt filius, ad demonſtrandam omnem a ſe inceſſanter adhibitam diligentiam, totum negotium, imo, & literas tam ſuas ad eum, qui parentem in carceribus detinebat, forte perlatas, quam eius ad ſe remiſſas, in publicum inſtrumentum, vel etiam ad publica acta, debito more redigi curet, vt ſi forte parens liberatus nihilominus eum poſtea exhæredem ſcribere intendat, hæredeſque ſcriptus probationem talis prætenſæ ingratitudinis in ſe ſuſcipiat, *iuxta l. liberi. 28. & l. omnimodo. 30. C. de inoff. teſtam. facit l. vlt. C. de reuoc. don.* Semper in promptu habeat, quod loco legitimæ depulſionis ad obtinendam abſolutionem opponere queat. Et iſta declaratio *ad d. Nouell.* 115. & præcitatam ordinationem Haſſicam bene eſt notanda.

364 Quibus † tamen locum eſſe non arbitror, ſi forte ipſe filius vel cæteri liberi iuſtam cauſam exhæredandi parentes cæteroſque habent, *iuxta d. Nouell. 115. c. 4.* Si enim quem exhæredare iure permittente poſſum, quomodo non etiam impune pro illo non fideiubeam, vtcunque illum incluſum eſſe vel captiuum detineri contingat? Cui enim quod plus eſt licet, non debet id, quod minus eſt, non licere, *l. non debet 21. l. qui poteſt inuitis. ff. de reg. iur.* Num verò eadem dicenda ſint, quo ad priuationem feudi, ſi vaſallus pro domino carceri incluſo vel captiuo fideiubere nolit, explicabo infra
365 *cap 29.* vbi vide. Donatorem † certe non poſſe à donatario, tanquam ingrato, rem donatam reuocare, ſi is forte pro ipſo fidem interponere recuſet, extra dubium eſt, cum *in d. l. vlt, C. de reuoc. don.* quinque tantum ingratitudinis cauſæ, & quidem limitatiuè per verbum, Tantummodo, ponantur, propter quas donationes euerti poſſunt, non igitur pœnarum extenſio fieri debet, *in d. l. vlt. C. de reuoc. don iuxta c. odia. c. in pœnis de reg. iur. in 6. l. factum. §. in pœnalibus. ff. eod.* Nec obſtat *d. l. vlt. in princ. in verb. Si non donationis acceptor ingratus circa donatorem inueniatur. C. de reuocan. donat.* Qualem enim ingratitudinem intelligat Imperator. id ſubiecta exempla ſtatim declarant, ad quæ denegationem fideiuſſionis non niſi violenter detorſeris. Et
366 † quanquam communis opinio ſtatuit, quod etiam ob alias cauſas, quam ibi expreſſas liceat reuocare donationem: modo illæ cauſæ ſint ſimiles his, quæ ibi exprimuntur, aut maiores, vt refert Ripa, *in d. l. vlt. quæſt. 41. ſub num. 137. & ſequen.* cum quo tranſit Paneirolus *in conſ. 42. num* 8. Tamen illa ſimilitudo aut maioritas, vt ita loquar, in denegatione fideiuſſionis nullatenus conſiderari poteſt.

Ne quis verò arbitretur filium quidem pro patre ſed non per contrarium parenti pro filio fideiubere poſſe, iudico DECIMOQVINTO loco merito adiici-
367 mus: PATREM etiam † pro FILIO fidem ſuam
368 obſtringere poſſe, non habito reſpectu, vtrum † fili-
369 us ſit emancipatus, *l. 1. C. ne filius pro patre.* Vel † in ſacris paternis conſtitutus, *l. ſi mandator. C. quod cum eo.*
370 Vtrum adultus † vel minorennis, *argumento l. 1. C. de mun. & honoribus non continuan. lib. 10. L. Lucius. §. Imperatores ff. ad municipal. tex. in l. parte. § vlt. ff. fam.*
371 *herciſc.* & denique, vtrum † obligatio deſcendat ex contractu, vel maleficio, *d. l. mandato. & l. in eum 19. § Taberna. ff. de inſtitoria. Nouell. 115. cap. 4 § his caſibus etiam cladem.* pulchrè Rodericus Suarez *in cauſa cri-*
372 *minali. num* 4. vbi firmat, quod † pater pro filio eſt idoneus fideiuſſor, quando venit imponenda pœna pecuniaria.

373 Quod autem pater pro filio ſuo fideiubere † poteſt, non hanc habet rationem. quia eſt paterſamilias, qua vius ſum ſupra, agens de fideiuſſione filij: Mera enim eſſet *ἀδολεσχία* ſi diceres; patremfamilias obligari, quia eſt paterfamilias: Sed hæc eſt vera ratio,
374 quod † pater pro filio interueniens quaſi extraneus interuenit, quem obligari veriſſimum eſt, *leg. 1. §. quid ergo. ff. quod iuſſu.* Atque eo reſpexit idem Vlpianus, *in l. ſi quis reum. §. vlt. ff. de liberat. legat.* inquiens,
376 † patrem qui pro filio fideiuſſit, ſi ei liberatio ſit legata, pacto liberandum, quaſi patrem non eſſe patrem, ſed extraneum.

377 Nominatim autem de patre dixi. Nam etſi † ipſe filiuſfamilias pro matre ſua fideiubere poteſt, *d. Ct.*
377 *Nouell. 115. §. ſi quemlibet.* mater † tamen pro ipſo, forte contrahente, non idonee fideiubet, ſed exceptione Senatuſconſulti Velleiani ſe tueri poteſt, *leg. 3. Cod. ad Vellean.* non aliter, atque filia pro patre ſe obligare non poteſt, *leg. ſi paternam. Cod. eode. tit.*

Cæterum non tantum pater rectè pro filio fide-
378 iubet, ſi filius id petat, ſed etſi filio meo † mandaſſes, vt pro te fideiuberet, ego nihilominus in gratiam filij mei mandatum explere, liberandæ eius fidei cauſa, & quia is forte commodè non poſſit, pro ipſo fideiubere poſſum, *leg. mandaſti. ff. mandati* quando quidem in rei veritate tua nihil intereſt, filiuſne an ego fideiubeam, quemadmodum nec intereſt, ſi filio mandaueris, vt pro te ſolueret, ego ſoluam, an filius *l. ſi ſeruo. 12. § ſi filiofamilias ff. mandati.* Eſt tamen in libero patris arbitrio, vtrum ipſe pro filio fideiubere, vel an, vt alij ſua voluntate intercedant, permittere velit, interimid, quod agitur, nihilominus comprobaſſe videtur, *leg. ſed ſi paterfamilias, 9. §. non ſolum. ff. ad Macedon.*

379 Sed † & hoc incidenter hic diſpiciendum videtur; Num pater pro filio contrahente ſemper fictione iuris fideiubere cenſeatur? Quod equidem voluerunt Baldus, *(in l. qui filij. ff. de hered. vel actione vendita & Iaſon. leg. 3. §. ſi filius meus. numero quinto. D. quod cuſque iuris.)* quibuſcum ſentire videntur Boer. *deciſio. 221. numero tertio.* Dionyſ. Gothofred. *in dicta l. qui filij gloſſa. f.* & Petrus Gilkenius *in tract. de præſcript. parte 4. cap. 6. num. quinquageſimo primo.*) expreſſe ibi affirmantes, quod quando filius contraxit, ſe alij obligando, ipſe cenſetur vt principalis, & pater ratione peculij, vt fideiuſſor, vel imaginem fideiuſſoris ſuſtinens: Mouentur autem *per l. cum filius. 49. D. de verborum oblig.* qua tamen moueri non debuiſſent,
380 cum ad iſtā diſputationē nō pertineat. Fateor, † quoties filiuſfam. voluntate patris decurio creatur vni-

uerſis muneribus, quæ decurioni filio iunguntur, pa-
trem eſſe obſtrictum, quaſi fideiuſſorem pro filio, *leg.*
2. ff. ad municipal. leg. 1. Cod. de decurion. l. 1. C. de filij
fam. & quemad pater. lib. 10. Petrus Poncetus *in tract. de*
iure municipali. numero. 35. mihi pag. 122. *&* 123. & attigi
ſupra *cap. 5. num 322.*

381 Sed ſi † aliter filius contrahat, nec expreſſe pro eo
pater fideiubeat, nequaquam fideiuſſor eſt cenſendus,
imo nec eſſe quidem poteſt, niſi expreſſe fidem ſuam
obſtringat, quod ſatis euincitur, *ex l. ſi quis reum. 5.*
§. vlt. ff. de lib. legat. l. in eum. 19. §. Taberna. ff. de in-
ſtitutoria. leg. prima §. quid ergo iuſſa. & pluribus com-
probat Card. Pariſius, *in conſilio nonageſimotertio. nu-*
mero trigeſimo nono & ſeqq. volum. 1. Aliud enim eſt
382 † teneri de peculio, aliud eſſe fideiuſſorem. Pater
regulariter ſemper tenetur de peculio, *dict. leg. 2. §.*
ſed ſi filius. ff. de peculio. non autem tenetur, vt fide-
iuſſor. niſi quando conſentit, & fidem ſuam interpo-
ſuit *dict. leg. 5. ff. vlt. & d. §. Taberna. & d. l. 2. ff. ad*
municipalem.

383 Præterea quando † pater pro filio fideiubet, vel
mandat, vt alij pro ipſo contrahente fideiubeant,
tum directo cum patris perſona agere poſſum, nam
eius perſonam in contrahendo ſpectaui, *l. vlt. ff. pro*
ſocio. l. 1 ff. quod iuſſu. §. vlt. inſtit. quod cum eo. Vbi
384 † verò filius; patre ignorante, contrahit, non directo
agitur cum patre, ſed cum filio in ſolidum, *leg ſi quis.*
44 cum l. ſeq. ff. de peculio. leg. 39. ff. de obligat. & act.
385 Denique † ſi pater ſemper eſt filij contrahentis fi-
deiuſſor, cur filio in re peculiari contrahente, & pro-
pter læſionem in integrum reſtitutionem petente,
non prodeſt idem quoque auxilium patri? *l. 3. §. ſed*
vt. um. ff de minoribus. quod tamen minoris decepti fi-
deiuſſori non denegatur, *leg. ſecunda. Cod. de fideiuſſ. mi-*
nor. Vnde manifeſtum ſit, Baldi & Iaſonis ſententiam,
adeò generaliter acceptam, de iure ſubſiſtere non poſſe.

386 Sed ponamus, patrem † pro ſe, filiis, & familia
ſua, fideiubere, vel cautionem præſtare de non offen-
dendo, num etiam ſpurij hac promiſſione compre-
hendentur? Et dicendum videtur quod non, per ea
quæ tradunt Palæotus, *in tract. de Noth. & Spuriis.*
cap. 59. Vincent. Carocius, *deciſio. 8 numero 9. & ſe-*
quentibus niſi forte conſuetudo loci aliter obſeruet.
Palæotus *d. loco. cap. 60.* Carocius *deciſio. 41. numero*
387 *4. 5. & 7.* Nec † mouet quod Rimiuald. iunior
in conſilio 442 num. 69. libro 4. contrarium firmauerit,
nimitum pacem factam pro ſe, & filiis, ex offenſione
facta per naturalem rumpi. Nam eius opinio, non eſt
tuta, cum non poſſit extendi in præiudicium patris
promittentis, licet aliud ſit, quoad præiudicium
ſpurij. Herculan. *de caut. de non offen. capito. 34. numero*
10. Vulpellus *in tract. de pac. quæſt. 16* Tiber. Decian.
reſponſo. 88. numero 16. lib. 5. Ioan. Vincent. Honde-
388 dæus *conſult. 95. numero 93. part. 1.* voluit † tamen
Hieronym. de Monte *variar. quæſtion. libr. 1. quæſt. 8.*
patrem cogi poſſe ad fideiubendum de non offenden-
do pro filio naturali, & ſpurio, cuius dicto rationem
ineſſe exiſtimo, cum ab huiuſmodi filiis ſæpè nume-
ro plus moleſtiæ ſit expectandum, quam à naturali-
bus, & legitimis ſimul, vt exemplis, niſi odioſa eſſent,
demonſtrari poſſet.

389 Decimasexta † perſona quæ fideiuſſionis mu-
nus obire, & pro aliis intercedere non poteſt, eſt Mv-
lier, *l. de die. § 1 ff. qui ſatiſd. cogantur. leg. 3. ff. de fide-*
iuſſoribus. Horat. Carpanus *ad Statut. Mediolan. part. 1.*
cap. 44. numer. 29. adeo vt interceſſio mulieris per ſe
emptioni litigioſi prædij, & liberi hominis, quæ ipſo
iure eſt nulla, comparetur, *l. bona fide. §. 1. ff. ad Velleian.*
390 Cum enim † ſexus ille admodum ſit leuis, & imbe-
cillis (vnde muliebris fides apud Plautum. *Milite glo-*
391 *rioſo. Scena. Inde ignem.*) & hoc amplius mulieres † na-
turali quodam vitio imprudentes ſint magis, quam
viri, atque mendacea, proindeque fluxæ prorſus fidei.
Ariſtot. *libr. 9. de hiſtor. animal. cap. 1.* Andr. Barbat.
conſil. 54 colu. 11. verſ. capio nunc. lib. 1. Petrus Royzius
deciſ. Lituanic. 3. num. 538. pag. 88. verſic. Nam, vt quidam
392 *auctores.* eiuſque † contra propria commoda laboret
conſilium, *l. 2. §. verba. ff. ad Velleian. l. ſi pater. C. de ſpon-*
393 *ſalibus.* & præterea † propter pudorem fœminini ſe-
xus exemplo graue ſit, vt mulier aliorum defenſiones
in ſe ſuſcipiat, proque alijs fideiubendo ſe virilibus ne-
gotijs immiſceat, *l. 2. ff. de reg. iur. l. alienam. C. de pro-*
curat. l. ſi paternam. C. ad SC. Velle. Idcirco Senatuſc.
Velleiano ſuccurrint mulierib. quæ pro aliis interceſ-
ſerunt exceptionis, replicationis, condictionis ope.
Exceptionis, ſi nundum ſoluerint, *l. tamen ff ad Maced.*
Replicationis, in caſu *l. vir vxori. §. 1. l. fin. § Item ſi mu-*
lier. ff. ad Velleia. Conditionis denique, ſi ſoluerint, *l.*
qui exceptionem. ff de condict. indeb. l. quamuis. §. ſi mu-
lier. & §. interdum l 31. ff. ad Velleian. Cuiac. ad Afric.
tract. 4. mihi pag 91.

394 Et quia † Senatuſconſultum Velleianum, factum
Marco Silano, & Velleio Tutore Coſſ. interceſſiones
mulierem prohibet, totuſque eius ſermo ad petitio-
nem non dandam aduerſus ipſam mulierem ſpectat,
l. vlt. §. ſi mulier. ff ad Velleia. ob id etiam vocatur Sena-
tuſc. de interceſſionibus, *d l. qui exceptionem.* & Sena-
tuſconſultum, quod de interceſſione fœminarum fa-
ctum eſt, *l. 15 l quidem. 29 § v't. ff. ad Velleian. l 2. l 10.*
l. 19. C. eod. Æmil Ferret. *in Parat i intit ff. de Senatuſc.*
Velleian. in pr. ad differentiam ſe. Senatuſconſulti Vel-
leiani de aſſignatione libertorum, quod factum eſt
Claudianis temporib. Velleio Ruffo. & Oſterio Sca-
pula Coſſ. *de quo in l. 1. ff de aſſignand liber is* Ac de in-
terceſſionib. fœminarum μονόβιβλον ſcripſit Paulus,
Hinc etiam dicitur interceſſionis exceptio, *in l. 7. §.*
1. ff. de except.

395 Porro intercedere hic nihil † aliud eſt, quam re-
cipere alienam obligationem veterem aut nouam,
l. quamuis. § 1. ff ad Velleian. l. fœminæ. C. eod. Veterem
recipiunt mulieres, aut participando, aut eam in ſe
transferendo, *l. 4. C. eod.* Participando, vt ſi fideiube-
ant, vel conſtituant pro alio, vel ſi mandent alij pecu-
niam dari, vel ſi res ſuas aut ſibi obligata pignori o-
bligent pro alio. Nouam recipiunt, vt ſi cum alius eſſet
pecuniam mutuam accepturus, interpoſita ſit mulier,
quæ acciperet. Et generaliter veterem obligationem
recipiunt, ſi obligationem quæ in alio principali
conſiſtit, recipiant conſtituendo, mandando, expro-
mittendo, defendendo, res ſuas pignori dando; No-
vam vero, ſi eam quæ in alio nondum conſtitit, reci-
piant, non tantum mutuum accipiendo, ſed etiam
promittendo, vel quocunque alio genere contrahen-
do pro alio, *l. 8. §. ſi cum eſſem ff. ad Velleian. l. non diſtin-*
guemus. §. 2. ff. de receptis. l. redemptores. §. 1. ff. de rei vin-
dicatione. l. 1. §. 1. ff. de conſtitut. pec.

396 Recte vere dico, pro alio. Nam † non aliter hoc
beneficio mulier vti poteſt, quam ſi ſe pro alio obli-
get, *l. 2. § vlt. D. eod l. 4. C. eodem.* quo caſu etiam nil re-
397 fert, obliget † ſe mulier pro patre ſuo, vel filio, vel
fratre, vel aliis coniunctis perſonis, vel an pro extra-
neo, datur enim nihilominus amplisſimi ordinis bene-
ficium, *l. 3. ſi paternam. C. ad Velleian.* Bald & Salycet.
in Authen. ſi qua mulier. C. ad Velleia. Franciſc. Præl Iu-
riſconſultus Germanus, *in caſi. 27.* Anton. Teſau-
rus *deciſ. 223. num. 5.* vbi dicit, vidiſſe ſe ita Ivdica-
298 ri. Quinimo, etſi † maritus ſe pro vxore ſua rectè
399 obligetur, *l. 3. C. ne vxor pro marito.* Vxor † tamen nec

pro marito ſiue in ciuili, ſiue in criminali cauſa, *l.2 in
prin.& §.vlt.ff ad Velleian.l.1.C.ne vxor pro marito.Ia-
ſon.l.2.§.prætor ait.num.3.& in l.de die.§ qui mulierem.
numer.3 ff.qui ſatiſd.cogant.& in l ſi conſtante.numer.25.
ff.ſolut.mat.* Mynſ.*reſponſ.52. numero* 28 *&* 29. Anton.
Theſſaurus *d.deciſ.223.numer.*7.late Auguſtin. Berous
*conſil.*48 *per tot.vol.*1.& M. Anton. de Amaris *dec.62.
per tot.* Ant.Gomeſ *ad l.61.Tauri.num* 2.*& ſeq.* (quos
omnino vide) Raph.Sai erus *in ſelect.Cam Imp.ſenten-*
400 *tiis* 16. *Auguſt. Anno* 1531. ne quidem † per interme-
diam perſonam, *l.ſi vxor.C.ad Velleian.* Sicut nec filia
pro patre incarceraro, *vt in Nouell.* 115.*c.*3.*ſi quem-*
401 *libet.in fin.& ſupra nu.*348. neque etiam † cum mari-
to ſe pro alio obligare poteſt, *d.l.4.verb.participaunt.
C.eod.l.vir.vxori.§.vlt.ff eod.*

402 Cur ita? Quia cum mulier † vnam cum marito ſe
obligat, præſumitur potius ſumma tota perueniſſe ad
maritum, nec mulier, quæ interceſſit, tenetur, niſi rea-
liter probetur, dimidietatem perueniſſe ad eam,
Auth.ſi qua mulier. vbi Bart Bald.Salycet.Sichard.&
alij, *C.ad Velleian.* pulchre Menoch.*de præſumpt.lib.3.
præſumpt.22.* Ioan.Goddæus *de contrah ſtipulat.cap.7.
concluſ.16.num.287.&* 288. Anton. Teſſaur. *deciſ.*212.
*numer.*14. M.Anton. de Amaris *deciſ.27.num* 11.*&* 12.
lariſſime Ioan. Vinceo. Hondedæus *conſult 45 per tot.
vol.1.p.3.* (vbi de veriori, & magis recepta opinione
atteſtatur) Anton.de Gamma. *deciſ.Luſitania.*131. *per
tot.* Et faciunt huc ea, quæ ſcribit Fabian. de Monte
S.Sabini, *in tract.de empt.& vendit.3.q princip.nu.*64.
Cachetan *deciſ.*140. Petrus de Vbald.*in tracta.de duo-
bus fratribus 9.part.princip.poſt num* 3. Crauetta *conſil.*
91.Soarezus *in com. opin. lit.V.num.*112 & VVeſemb.
403 *ff. de fundo dotali.nu.*7. Non aliter, ac cum pater † &
filius ſimul contractum cum alio celebrant, totum
præſumitur perueniſſe ad patrem, ſi ille filium guber-
net, vt poſt Cynum tradit Nicolaus Boerius *in conſue-
tud.Bituricenſ.Rubric.de ſtatu perſonarum.§.5.gloſſ.*1. ac
pluribus explicat Benuen.Stracha *in tractatu de merca-
tura tit.de contract.mercatorum num.*10.

404 Neque † obſtat *cap.ex reſcripto.de iureiurando.* vbi
Abbas.Tremenſis nobilem Vincentium, & eius vxo-
rem fideiuſſores dedit, & ſcribit ibi Pontifex, tam vi-
rum, quam vxorem compellendos eſſe, vt conuentio-
nem adimpleant, ex quo ſequi videtur, mulierem cum
marito ſuo ſe obligare poſſe: quia litera iſtius decre-
talis epiſtolæ non obſcuræ præſupponit, mulierem in
iſto caſu vna cum marito, & quidem in fauorem ter-
tij erga alium, mediante iuramento ſe obſtrinxiſſe, ſi
enim non iuraſſet, nec illæ circumſtantiæ adeſſent,
non vtique teneretur. Anton.Theſſ. *d. deciſ.223. num.
8. & num.*16. Quamquam ex ſtatuto Genuæ ne qui-
dem ſi contractus ſit iuratus, mulier ſe pro marito
obligare poteſt, vt oſteoſum à Flamin. Chartario *in
deciſ. cauſ execut. Rota Genuen.deciſ.*81.

405 Quod ſi tamen † manifeſtè probaretur, pecuniam
fortè mutuo acceptam, pro qua mulier, & maritus fi-
deiuſſerunt in vtilitatem etiam mulieris conuerſam,
aut eius luxu, veſtitu, aut illecebris (vt non raro fit)
dilapidatam eſſe, mulier exceptione Senatuſconſulti
Velleiani, aut beneficio Authent.*ſi qua mulier.Cod.ad
Velleianum.* ſe defendere non poſſet, vt pulchrè de-
claraot Gailius *lib.2. obſer.*89. & Frideric.Putckman.
*in l.in multis.par.2.artic.15.num.13.verſic.vix tamen.ff.
de ſtatu* §.*om.*Bolog.*conſil.45.nu.*4. Ioan.Vincen.Hoo-
406 dedæus *d.conſultat.45.num.9.* Sic enim & † mulier,
quæ vna cum viro negotiatur, tenetur etiam ſoluere
æs alienum mariti. Simon Piſtoris *conſil.3.in 2.quæſtio.
num.9.* & ita paſſim in Germania receptum eſſe pro-
bat Gail. *d.lib.2.obſer.90.numer.5.* per pulchras ratio-
nes: Quibus adiunge Anto. de Gamma *deciſ.Luſitan.*
186. *deciſ.*188.*numer.*1. deciſ.200. & deciſ. 366. vbi in
praxi admodum vtilia de debitis communibus viri,
& vxoris, & eorundem ſolutione, ac executione con-
geſſit.

407 Eodem † modo valet etiam ſtatutum vel conſue-
tudo loci particularis, quod vxor teneatur pro ma-
rito, & quod ſimul cum marito debita ſoluere ne-
ceſſe habeat. Myſingetios *centuria prima, obſeruatio.*
29 *Gail. libro primo, obſeruatio. trigeſimaſexta, numero
ſecundo, & dicta obſeruatio. nonageſima, numero primo.
Colerus de proceſſ.execut.parte prima, cap.tertio, numero
trigeſimonono, & in deciſio.Germaniæ.deciſion.trigeſima-
prima.* vbi teſtatur talem conſuetudinem etiam Co-
loniæ, & Noribergæ vigere. Qua de re vide vlte-
rius gloſſ. *capit. trigeſimeprimo.* Myſingerum *reſponſo
trigeſimooctauo. numero tertio.* Georg. à Rodtſchitz. *in
proceſſ tit.cum quis. §. alicui domino ſeruire promittit.*
Statuta Lubecenſ. *libro primo, titulo quinto, articulo ſe-
ptimo, & libro tertio, titulo primo, articulo nono, & deci-
mo*, Statuta Lunæburgen. *articul. vigeſimoſecundo*, &
ibi Hardi VVig. Daſſelium *in commentariis.* Daniel.
Moller. *libro ſecundo, ſemeſtr. capit.quadrageſimoprimo
numero octauo.* Andr. Rauchbar. *part. prima, quæſt.36.
num.12.*

408 Si aliquæ perſonæ ſint, quæ aliquod mutuum reale
ſoluere inſimul tenentur, ſi mercator vel hoſpes, qui
hoſpitatur, & curam gerit rerum, quæ in domo ſua
late ſunt, vel in mercato ſedent, & bona ſua in mer-
catura exercent, vxoreſque emunt, & vendunt, ac lu-
crantur, vt ſeſe alant mulier cum marito tenetur, &
obligataque eſt in omnibus.

409 Ad idem † propoſitum ſpectat etiam ſtatutum Lu-
becenſe *lib.3. tit.6. artic.21.* vbi dicitur: Mulier exer-
cens mercaturam, emitque, & vendit pondere, &
menſura quid facit attendere debet, vt lucretur, & ſi
ipſa aliquid emat, tamen cautum eſt, quod fideiube-
re non poſſit coram Iudice ordinario, præter duos,
vel tres libras, &c. Item ſine mandato, & iuſſione,
ac permiſſione procuratoris, poteſt promittere, vt
ſoluat, nec cæteris contradicere videatur.

410 Operæ † vero iam pretium eſt, quia ſupra *nu.*389.
dixi, mulierem ex fideiuſſione ſua non obligari, vt
nunc fallentias illas, in quibus regula iſta officium
ſuum perdit, quam breuiſſime ſubjiciam. Etſi enim
411 † de his non ineleganter diſſeruit Æmylius Ferret-
tus *in Paratitul.ad titul.ff ad Senatuſconſultum Velleia-
num.* & poſt eum multo prolixius politus, & terſus Iu-
riſconſultus Fridericus Pruckmannus *in repetit.l.in
multis.parte 2.articulo 15.ff.de ſtatu homin.* atque eam
ob cauſam fortaſſis mihi quiſquam objiciat illud Ho-
mericum, Odyſſ. M.

----ἐχθρὸν δέ μοί ἐστιν

Αὖτις ἀριζήλως εἰρημένα μυθολογεύειν, hoc eſt:

----odi ego porro

Recte dicta aliis iterum ſermone amplecti.

E ſegete tamen is ad ſpicilegium mihi reliquit ſti-
pulam, vt vtar verbis Varronis, & Petri Pithœi, *libro
primo aduerſar. cap.6.* Nec illi magis liberum eſſe au-
tumo, hæc ad *dictam leg.in multis.ff.de ſtatu homin.* pro-
ponere, quam mihi huc congerere, vbi certe ex pro-
feſſo de iſta materia aliquid eſt dicendum.

412 Primus igitur caſus, quo † mulier ſeſe per exce-
ptionem tueri non poteſt, eſt, ſi in rem vtilitatemque
ſuam ſeſe obligauerit, puta, ſi hæreditatem emat, &
æs alienum hæreditarium in ſe tranſcribat, ſi pro fi-
deiuſſore vel procuratore ſuo intercedat, ſi denique
ob aliam quamcunque euidentem vtilitatem ſe obli-
get, ſicut probant text. *in l.3.l.aliquando.l.vir vxori.§.
vlt.*

*vlt. l. bona.fide §.vlt.ff.ad Velleianum.*ex Afflicto,& Rebuffo Hotat.Carpao.*ad ſtatuta Mediolan.part.1.c.44.*
4 19 & elegans† eſt exemplum *in l.de die. §. qui mulierem.ff.qui ſatiſd cogantur* per quam textum Dd præſertim Iaſon,& Coſtalius,ibidem concludunt, vt maximè mulier non poſſit fideiubere pro marito, ſicut ſupra *nu.398.* eſt dictum, quod tamen poſſit in cauſa fundi dotalis, ſi à marito fundus dotalis petatur. Tunc enim in rem, hoc eſt, vtilitatem ſuam fideiubet, ne ſi fundus marito auferatur, illa ex parte, aut etiam prorſus, indotata fiat, *l.ſi donaturus ff. de condition.cauſ.dota.* Nec verò plane inutilis iſthæc eſt fideiuſſio. Nam præter fundum dotalem, habere vt plurimum ſolet etiam mulier res alias, vt paraphernales, *l.ſi ego.§.cæterum ff.de iure dotium: l.hac lege. C.de pactis conuent.* earum igitur rerum & ratione cautum eſt petitori, ſi forte contingat, maritum ſe iudicio non ſiſtere, vt nimirum ex his verum intereſſe conſequatur, *l.ſecunda. §.vltimo. l.3.D. qui ſatiſdare cogantur.l.fin.in principio. D.de eo per quem factum erit* hoc tum demum procedere, ſi petitor fideiuſſionem mulieris probet. Quid enim, ſi maritus, à quo fundus petitur cum ſatiſdare promiſiſſet, vxorem ſuam offerat? Certe non eſt impleta ſatiſdationis ſtipulatio, niſi petitor mulierem admittat, *iuxta l. 3. D. de fideiuſſoribus.*

414 Fruſtra† porro *dict. l.de die.§. primo. & l.ſciendum, § ſi fundus.D.qui ſatiſdare cogantur.* inter ſe, tanquam contrarias, committit Accurſius. Nam ſi ibi pro verbo, Poſſeſſionem, ſubſtituas,Petitionem, in hanc ſententiam præeunte Cuiacio *lib.* 10. *obſeruat. capite trigeſimo ſecundo.* (ne ἀδολεσχίαν vitium committamus, dicendo,eos propter poſſeſſionem poſſidere tum ſenſus erit; Tam vxorem, quam virum, in aliis cauſis ſatiſdationis onere releuari, quia tam viro,quam vxori fundi dotalis petitio, hoc eſt, vindicatio datur aduerſus extraneum, & propter eam petitionem vterque etiam poſſeſſor intelligitur, qui ſatiſdare non compellitur, *dicta l.ſciendum in princ.* Eſtque ea ratiocinatio ornata Climace.Ex poſſeſſione enim oritur dominium, Hotoman. *in quæſt. illuſtr. quæſt.* 11. ex dominio oritur petitio, hoc eſt, rei vindicatio, *l.in rem actio.D.de rei vindicatio.* ex petitione denique ſatiſdationis releuatio, *d.l.ſciendum.§ ſi fundus.D.qui ſatiſdat. cogant.*

Sed hoc nihil ad reſponſum Pauli *in d. § qui mulierem.* ibi namque pro ipſo fundo dotali ſatiſdandum eſt, cum è contra *in dicto § ſi fundus.* fundus dotalis à ſatiſdatione releuare dicatur. Sunt igitur hæc planè diuerſa, neque opus eſt, vt contrarietatem aliquam
415 multo minus † Accurſianam illam diſtinctionem, (quam etiam Iulius Pacius *centur. 1. antinom. iuris. q.* 68 veriſſimam ſibi videri aſſerit) quod nimirum vxor *in dict.§ qui mulierem* ſatiſdederit ſponte: *in dicto §.ſi fundus.* verò ſatiſdederit coactè admittamus. Non facile enim quis reperitur, qui ſpontanea voluntate ſatiſdationis nexibus ſe implicet, imo illa ipſa iudicio ſiſti ſatiſdatio non minus in inuitum redditur, quam iudicium ipſum, *l.ſi fideiuſſor.§.ſi neceſſaria ff.qui ſatiſd. cog.l.inter ſtipulantem.D.de verb. oblig.*

416 Secundò limitatur prædicta † concluſio ſi mulier ſibi ipſi contrahat,puta, ſi emat conducat, permutet, mutuam pecuniam accipiat abs creditore ignorante; quod eam alii tradere velit, aut famulum ſuum contrahere iubeat,&c. Quia enim iſto caſu mulier non decipitur, ſed colore quæſito ex propoſito libenter decipere vellet, idcirco Senatuſconſulti auxilio deſtituitur, *l.ſi mulier 32.in principio ff. ad Velleianum. l.ſi aduerſarius.C.eodem.* Idque adeo verum eſt, vt ſi mu-

417 lier † ante matrimonium contrahat quoddam debitum, & de eodem ſoluendo, cautionem, vel fideiuſſoriam, vel iuratoriam, præſtare teneatur. Guido Papæ *dec.* 447 Camillus Borellus *controuerſ.54.n.8.* Imo ſi aliter diceremus, nemo cum fœminis contraheret, quia ignorari poteſt, quid ſint acturæ, *l.4.* vbi pulchrè Coſtalius *l. ſi mulier 11. l. ſi domina. ff. ad Velleianum.facit l quod ſi minor.§. non ſemper.ff. de minoribus,* Vveſenb.*in paratit.ff.ad Senatuſconſultum Velleian.n.6. Coler in dec.Germ. dec.67.n.41.& 42.* Id quod exemplo declarandum erit.

Ex facto enim tractata eſt talis quæſtio. Maritus multo ære alieno grauatus, quotidie à creditoribus, & fideiuſſoribus ad ſolutionem præcipitabatur, & vrgebatur. Id ægre ferens ipſius vxor, vt tandem vexam mariti redimeret, cum creditoribus, & fideiuſſoribus mariti ſibi pro certa pecuniæ ſumma venderent, ſe enim facile, vna cum dotalitio ſuo, illud debitum ex bonis mariti, vel iure retentionis, vel aliter conſecuturam. Annuerunt creditores, erecto inſtrumento ſuper iſto contractu, ſed poſtea, vigore huius inſtrumenti, conuenta mulier excipiebat, primo, ſe pro marito ſuo interceſſiſſe, atque ideo ſeſe per Senatuſconſultum Velleianum defendendam eſſe. Deinde inſtrumentum contractus à tutore iudiciario (Saxones vocant procurator vocatur) non eſſe ſubſcriptum, neque ſigillatum, imo illum ne quidem conſenſiſſe ſibi, cum creditoribus ad iſtum, quem dixi, modum, contrahenti, atque ideo contractum plane eſſe inualidum. Quærebatur igitur, num mulier interceſſiſſe videatur, & an contractus pro nullo, ob deficientem tutoris iudiciarii ratificationem, eſſet habendus?

Et ſecundum ea, quæ proponebantur, reſponſum fuit, mulieris intentionem, quoad exceptionem Senatuſconſulti Velleiani, & hoc in caſu non eſſe fundatam, ex his rationibus. Primo, quia nominis emptio non magis prohibita cenſetur mulieri, quam em-
418 ptio cuiuſuis alterius rei, quando † autem mulier emit vel vendit,non videtur intercedere,ſed ſuo nomine obligationem facere, & ſuum negotium gerere, *d.l.ſi mulier.11. l.ſi domina §.vlt.l. bona fide. § vlt.ff.ad Velleian.l ſi mater.6 C.eodem.* Idque ita ſe habere primum docet Gaius *in l.aliquando.ff eod.* inquiens: Mulierem ſi hæreditatem emerit,& æs alienum hæreditarium in ſe tranſcripſerit,SCto non adiuuari. Nec diſſentit Pomponius *in l. ſi mulier 32. in pr.ff ad Velleian.* dum ait: Si mulier hæreditatem alicuius adeat, vt æs alienum eius ſuſcipiat, vix eſſe, vt ei ſuccurri debeat, hoc eſt,nullo modò ei ſuccurrendum, *vt in l.tutor.in fin.princip.D.eodem.* Cedo, ob quam rationem? quia, inquit Pomponius, loco minoris 15. annis circumſcripti per omnia non habenda mulier. Denique omnium clariſſimè id ſtatuitur ab Africano *in l.tutor.§.denique ſi ponamus D.eodem.* Ibi namque mulier emit hæreditatem,atque eo nomine damnum patitur, quod debitores hæreditarii non ſunt ſoluendo. Num locus erit SCto? Reſpondet Africanus,ſe putare, quod,nulla dubitatio ſit, quin SCto locus non ſit, etiam maximè creditoribus aliquantum præſtiterit.

Vergebat quidem mulier, vxorem non poſſe fideiubere pro marito, item, ſe propterea exceptione adiuuandum eſſe, quod veterem mariti obligationem in ſe ſuſceperit, *per l.2.in principio. l quamuis.8.§.primo. ff.eodem.* Sed in promptu fuit depulſio, eam emiſſe, non interceſſiſſe, ſi quidem ea mente ab initio non fuit, vt pro marito principaliter intercederet, ſed vt nomen mariti pecunia ſua emeret, ac proinde Senatuſconſultum locum non habebit, *l.tutor. §. in propoſita D.*

eodem. ex quo textu rectè Cuiacius ibi aſſerit, eam,
419 quæ per conſequentias † venit, interceſſionem, non
autem ſit principaliter, non pertinere ad Senatuſcon-
ſultum Velleianum. Et quamuis videatur prima facie
mulier alienam hic ſuſcepiſſe obligationem, reuera,
tamen ſuam obligationem ſuſcepit quum ſuum ne-
gotium principaliter geſſerit, *leg. aliquando in princip.*
ff. eodem.

420 Secunda † ratio fuit petita ex reſcripto Imperato-
ris Alexandri, *in l. 4. C. ad Velleianum.* ibi etenim Imp.
Alexander permittit; quod mulier maior viginti-
quinque annis prædia ſua vendere, & pro marito pe-
cuniam ſoluere poſſit, quodque iſto caſu Senatuſcon-
ſulti auxilium deficiat. Quod ſi igitur per actualem
ſolutionem maritum ab impetitione creditorum li-
berare poteſt, nec exceptionem interceſſionis habet,
cur non alio quoque modo, puta datis fideiuſſori-
bus, vel pignoribus, aut aliter creditoribus ſatisface-
re poſſet? Nec enim puto, mariti intereſt, per quam
viam ab iniuria creditorum liberetur, *leg. quinta. ff.*
ad Velleianum.

Tertiò loco dicebatur, mulierem hanc interceſſio-
nis exceptione propterea deſtitui, quia ex hac nomi-
nis maritalis emptione non fieret pauperior, *l. ſi pro*
aliquo. in princip. ff. eodem. l. ſi fœnebris C. eo. Imo etſi
fieret pauperior, adhuc tamen teneretur, *d. l. tutor. §.*
denique. ff. eodem.

Quartò adducebatur *dict. l. ſi pro aliquo. §. 1. ff. eodem.*
Ex illo enim probatur, quod quoties mulier aliquid
facit, vt patrem à vexatione ſolutionis liberet, toties
etiam non ſit tuta Senatuſconſulto, quod mulierum
oneribus tantum ſucceſſerit, non autem earum libe-
ralitatem impedit, quæ alias vice miraculi eſt, vt dicit
Baldus, ex quo id refert Tiraquellus, & eum ſecutus
Borcholtus *in tract. de feudis. cap. 5. num. 42.* Quia
verò hic nulla eſt differentiæ ratio inter patrem, &
maritum, filiam & vxorem, *argumento l. ſi paternam.*
C. ad Velleianum. imo maior præſumitur eſſe affectio
inter maritum, & vxorem, quam inter patrem & fi-
liam: Ergo idem quoque obtinebit, mulier nomen
mariti emat, ad hoc ne maritus eius propter ſolutio-
nem vexetur. Præbetque huius rei memorabile exem-
plum Agrippæ maioris coniunx Cypris, ceu legimus
apud Ioſephum *lib. 18. antiquitatum Iudaicarum, c. 12.*
non 8. vt vitioſè ſcriptum eſt apud Zvvingerum *in*
theatro, volum. 3. lib. 2. mihi pag. 671.

Denique in propoſita ſpecie conſiderabatur etiam
bona fides creditorum, qui bona fide perſonam mu-
lieris in contrahendo eſſent ſecuti, & quorum nullus,
vel fraude, vel precibus induxiſſe mulierem ad con-
trahendum probaretur *l. vir vxori. in fin. princip. verſic.*
quoniam quidem. leg. bona fide. l. ſi mulier. 32. in princip.
ff. Velleianum. bonam fidem ſi mulier rumpere liceret,
tum Senatuſconſultum ſubueniret fœminis decipien-
tib. non deceptis, quod non admittendum eſt. Et ſe-
cundum hanc ſententiam pronunciatum 20. Octob.
Anno, &c. 88.

Nam quod auctoritatem, & ratificationem tuto-
ris attinebat, quæ in interceſſionib. mulierum, maxi-
mè de iure Saxonico, requiritur *ex Nouell. Conſt. Elect.*
Auguſt. 16 p. 2. dictum fuit, eam in hoc caſu non deſi-
derari, cum nulla ſit interceſſio, maximè de iure ciui-
li, vtcunque contra diſputari poſſit *ex Nouel. Elect.*
421 *Conſtitut. 15. §. part. 2.* Quamuis † tota iſta diſputatio
reuera ſublata fuerit, ſi quidem ex poſt facto tutor
contractum illum ratum habuit, & confirmauit, ſicut
potuit, *per l. fin. ff. ad Macedon.* tradunt Bald. *in l. 1. C.*
qui admitt. ad bonor. poſſeſ. Bald. Imol. Alex. & alii Dd.
in l. ſi quis mihi. §. iuſſum. ff. de acquirend. hæred. Dn.
Præceptor Weſenbec. *in parat. D. de auct. tutor. nu. 5.*
422 contradicentibus † tamen Ioan. de Arnono *ſingul. 32.*
Anton. Piaggio de tutore, & curatore, *quæſt. 15. num. 98.*
Octau. Simancelior *de decret. in præfat. num. 36. & 37.*
Vincentio Carocio *deciſ. 74. num. 21.* & Vincentio
Manzino *in tractat. de tutela, quæſt. 6. num. 12.* quorum
ſententiam vſu receptè eſſe aſſerit Daniel Moller *in*
comment. ad d. conſtit. 15. num. 35. 36. 37. 38. 39. 40. & 41.
part. 2.

423 Tertiò limitatur generale † iſtud διάφορα vt non
procedat, ſi mulier decipiendi animo, vel cum ſciret,
te non teneri, pro aliquo interceſſerit, *l. ſi fideiuſſores.*
cum l. ſeq. ff. ad Velleian. Senatus namque deceptis non
decipientibus opitulatur. *l. 2. §. ſed ita demum D. eod.*
eaque, quæ in fraudem huius Senatuſconſulti exco-
gitata probari poſſunt, rata non habet, *l. quidam. §. fin.*
ff. eod. Et hoc amplius, actionem, quæ in dolum mu-
lieris competit, non excludit, *l. ſi mulier. 23. l. ſi deci-*
piendi. ff. fœminis. C. eod. l. ſi mulier. 11. C. de diſtract. pig-
nor. Frider. Pruckman. *in d. l. in mulier. part. 2. princip.*
artic. 15. n. 8. 9. & 10.

424 Quartò fallit, ſi fœmina † maior 25. annis pro ex-
traneo, vel marito ſoluat, deficit enim Senatuſcon.
auxilium, *l. 1. in fin. l. 4. in fin. l. quamuis. C. ad Velleian.*
Matth. Cuno *lib. 1. de pact. cap. 10. num. 4.* quia Senatus
obligatæ mulieri ſuccurrere voluit, non donanti, &
hoc ideo, quia facilius ſe mulier obligat, quam do-
nat, *l. ſi ego. cum l. ſeq. l. 8. §. 5. l. debitrix. ff. ad Velleian.*
425 mulierum † enim genus eſt auarum, vt inquit Cicero
in l. de inuent. & auariſſimum, vt dicit Accurſius *in l.*
Neſennius. verb. e contrario. D. de negot. geſt. imo, vt an-
te dixi, vice miraculi eſt, cum mulier donat, quod la-
tiſſimè proſequitur Maſcard. *de probat. concluſ. 1080. n.*
29. & 30. nec non Petrus Royzius *dec. Lituan. 3. n. 5. &*
426 *mihi pag. 87. & 88.* Plane vxor † inuita ad ſolutionem
debiti maritalis nullo modo, vrgeri poteſt, niſi mo-
do, vel communis negotiatio, vel ſtatutum, vel con-
ſuetudo loci id poſtulet, vt dixi ſupra, *n. 406. 407. 408.*
& 409. quibus iunge Pariſien. *de vſuris, quæſt. 38. num.*
427 *592.* vel niſi † ſponte ſua ad id deueniat, *l. ſi propriis.*
C. de donat. inter. vir. & vxor. l. 1. C. ne vxor pro marito.
428 aut † niſi tertiam partem bonorum bonorum mariti
accipiat, vt voluit Zobelus *in addit. ad libro 1. artic.*
24. quod tamen Conſtitut. prouinc. Electoris Augu-
ſti. 50. *part. 3.* vix admittere ſed mulierem ab hoc o-
nere potius eximere videtur. Et ob id *in l. 1. C. ad le-*
gem. in l. de vi public. reſcribunt Imperatores, eos, qui
ob debitum viri vel ciuile munus res vxoris pignori
capiunt, vim contrahere videri: niſi debitum primi-
pili excipere velis, *iux. l. 4. C. in quib. cauſ. pign. vel hy-*
poth. tac. contrah. l. 3. Cod. de primipilo. lib. 12. l. 1. de pri-
uileg. fiſci.

429 Nec aduerſatur huic † opinioni textus, ſtatuti
illa mulier *lib. 1. artic. 31. in princip. & artic. 45. §.* ille
homo vbi dicitur, & Si mulier non habeat bona indi-
uiſa hoc eſt, quod poſſeſſio bonorum ſit penes vtrum-
que pro indiuiſo: ex quibus verbis quidam colligunt,
cum bona ſint communia, vxorem vigore iſtius clau-
ſulæ pro marito ſoluere debere. Nam vt Zobelus ibi
notat, illi, qui hoc ſentiunt, vere hallucinantur, ſiqui-
dem, etſi bona ſunt communia quoad uſum, tamen ea
maritus pro ſuis debitis in ſolutum dare nequit, ſed
ſemper ſalva manent vxori, quod latius declarat. Dn.
Præceptor Colerus *de proceſſ. execut. part. 2. cap. 3. n. 350.*
cum multis ſeqq. Antonius de Gamma *deciſio. Luſitana*
162.

430 Quintò † fallit, quando vxor ſe obligat principa-
liter, & maritus pro ea fideiubet, puta, ſi mutuam pe-
cuniam ſub fideiuſſore marito accipiat; tunc enim
obli-

obligatur, nec interceſſiſſe, videtur, etiamſi maritus
poſtea ordinem interuertere velit, forte in teſtamento
cauendo ſe eam pecuniam vniuerſam debere. per tex-
tum clariſſimum in l. Seia mancipia. ff. ad Velleian. ſe-
431 quitur Franciſci. Marcus quæſt. 508. num. 11. licet † in
contrariam partem ſecedere videatur Ioannes Vin-
cent. Hondedæos conſuleat. 45. numer. 20. exiſtimans,
hoc caſu nihilominus mulierem pro viro fideiubere,
& tantum colorem quæſitum eſſe, quod tamen non
aliter verum eſſe credo, quam ſi de fraude, & collu-
ſione aliquo modo conſtet, & ſic etiam intelligo An-
ton. Teſſaur. dec. 223. n. 2. & 4. Quanquam, & hic non
proprie in terminis Senatuſconſulti Velleiani, ſed in
terminis Authenticæ, ſi qua mulier. C. ad Senatuſc. Vel-
leian. loquitur. Vt enim ipſa mulier ex ſumptione mu-
tuæ pecuniæ optimo iure obligatur, l. ſi fœnoris. C. ad
432 Velleian. ita quoque † falſa teſtatoris verba veritati
præiudicare non debent, l. Gaius. 39. in fin. ff. de pignor.
action. l. verba teſtamenti. 6. C. de teſtam. neque omnis
moriens dicitur Ioannes Baptiſta, vt ſcripſit Bald.
in tit. de pac. conſtantia. verb. vaſalli noſtri. maxime, ſi
illa aſſertio vergat in præiudicium tertii, cui iam ius
eſt quæſitum, Bart. in l. ſi quis in graui. §. 1. ff. de Sena-
tuſc. Syllan. Alciat. de præſumpt. regul. 3. præſumpt. 4. n.
7. Barthol. Brixenſ. in quæſt. 32. num. 6. Menoch de præ-
ſumpt. lib. 3. præſumpt. 7. n. 9. Quod igitur alibi dicitur,
acta ſimulata, velut non ipſe, ſed eius vxor compara-
uerit, veritatis ſubſtantiam mutare non poſſe, l. 1.
& 2. C. plus valere quod agitur. l. 6. C. ſi quis alteri vel
ſibi l. nec ignorans. C. de donat. l. ſi cum pater. 17. C. ad
Velleian. id etiam in hac ſpecie proculdubio locum
habebit.

433 Sexto † fallit, ſi mulier pro interceſſione pretium
accipiat, idque vel euidenter appareat, vel alias ſuffi-
cienter ex inſtrumento contractus, & interceſſionis
per ſtipulationem probari poſſit; tunc enim omni-
modo tenetur, per text. in l. antiqua. C. ad Velleian. vbi
id latius explicatur, ſequitur, Menoch. de præſumpt. lib.
3. præſumpt 21. n. 4. Roman. ſingul. 323. Anton. Teſſaur.
d. dec. 223. n. 15. ex Duareno, & Sichardo Ioan. Zan-
gerus de exceptionib. part. 3. cap. 9. num. 44. Quænam
enim hic imbecillitas, vel infirmitas, quodnam peri-
culum rei familiaris, quando mulier interceſſionis
ſuæ præmium accipit, & auguſtiſſimum prudentiſſi-
mi Senatus priuilegium pretio nummario æſtimat, ac
quaſi dehoneſtat? argu. l. 1. §. preinde. ff. de extraord.
434 cognit. Quin igitur merito pœnam auaritiæ ſuæ (quæ
alibi profanus ardor, piaculare flagitium, & omnium
malorum radis vocatur, & ſæpiſſime damnatur, l. ſi
quenquam. 31. C. de Epiſcop & cleric. l. ſi quis 33. C. de in-
offic. teſtam. l. cum proponas. C. de naut fœn. l. 3. §. fin. auth.
C. commun. de legat. Rutg. Rulaod. tract. de commiſſ.
part. 1. lib. 1. c. 24. Hieron. de Laurentiis dec. Auenien.
108. num. 1. hanc patiatur, vt poſtea fruſtra Senatuſcon-
ſulti exceptione vti tentans, magis doleat pro amiſſis,
quam gaudeat pro acquiſitis, argumento eorum quæ
leguntur in c. hi qui diſtinct. 47. & apud Tib. Decian.
reſp. 4. n. 55.

435 Sed quale quantumque † illud pretium eſſe debeat,
quod mulierem accipere oportet, ad hoc vt beneficio
Velleiani priuetur, nuſquam in iure noſtro diſerte eſt
traditum. Putauit igitur Matth. de Afflict. in c. 1. num.
21. ex quib. cauſ feud. amitt. id iudicis arbitrio relin-
quendum eſſe, quem ſequitur Menoch. de arbit. quæſt.
caſu 234. relatus ad hoc à Friderico Pruckman. in d. l.
in multis part. 2. art. 15. n. 32. & 33. ff. de ſtatu hom. Re-
ctiſſime. Non enim poteſt id certa regula reuera com-
prehendi, cum pro re nata variet vt plurimum, vtcun-
que ab initio Iuſtinianus quantitatem aliquam ex-
primere potuiſſet. Arbitrabitur tamen ita iudex no-
ſter, vt ſemper æqui boniq; normam ante oculos ha-
bens, priuſquam pœnam infligat, accurate inquirat,
& conſideret, an etiam creditoris dolus in illaquean-
da muliere concurrat, quæ fortaſſis minus ad rem at-
tenta non uſque adeo animaduertit, vbi unius vel al-
terius aurei oblatione ſe interuenientricem ſcribi paſſa
eſt. Dolus enim ſuus nemini prodeſſe debet. Atque ita
nouiſſime quoque viſum fuit Ant. de Gamma dec. Lu-
ſitania 121. licet aliud tueatur Ioan. Zanger. in tract. de
except. part. 3. c. 9. n. 44.

436 Sed iam quæſtionis † eſt, ſi in inſtrumento publi-
ce confecto, & à tribus teſtibus conſignato, inuenia-
tur ſcriptum, mulierem pro interceſſione aliquid ac-
cepiſſe, an admittatur mulier, ſi contrarium docere
velit, ſcilicet nihil ſe accepiſſe? Et quia præſumptio,
militans pro inſtrumento publico, eſt iuris, & de iure,
quæ probationem in contrarium non admittit, l. cum
precibus. C. de proba. Menoch. de præſump. lib. 1. quæſt. 60.
& quæſt. 65. n. 8. ideo ſtatuitur contra hanc præſum-
ptionem non admitti probationem in contrarium, ne
quidem per teſtimonium quinque teſtium, gl. d. l. anti-
qua. verb. eſſe credendum. Bald. in teſtium nu 2. C. de te-
ſtib. Alciat. de præſumpt. in prælud. §. videndum. 6. Me-
noch. de præſumpt. lib. 1 quæſt. 63. n. 2. & lib. 3. præſumpt.
21. n. 4. Ioan. Zanger in tract. de except. part 3. c. 9. n. 44.
niſi modo ſtipulator, cui mulier fideiuſſit, ipſemet iu-
dicialiter fateatur, mulierem non ſpe præmii, ſed ſua
ſponte interceſſiſſe, iſta namque confeſſio reperitur, &
mulier SCto iuuatur, cum à ſtipulatoris voluntate, &
poteſtate pendeat, an ob præmium acceptum aduer-
ſus exceptionem mulieris vigore inſtrumenti replica-
re, vel mulieri conuenire velit, prout multis auctori-
tatibus Dd. probatur: Menoch de præſumpt. lib. 1.
quæſt. 61. n. 2. & 5. ac Ioan. Cephal conſ. 101. n. 27. lib. 1.
Zinger. d. cap. 9. n. 46.

437 Septimo † SCtum Velleianum tacet, & mulier
omnimodo tenetur, ſi quis, vt ſeruo ſuo manumiſſio-
nem imponat, mulierem acceperit, obnoxiam ſeſe pro
certa quotitate facientem: Satis enim acerbum eſt,
& pietatis rationi contrarium, dominum ſerui, qui
credidit mulieri, & libertatem ſeruo imponere, & ſuũ
famulum perdere, & ea minime accipere, quibus fre-
tus, ad eiuſmodi venit liberalitatem, l. verum 24. C. ad
Velleia. Eberhard. in Topic. loco, à libertate ad piam cau-
ſam. n. 2. Frid. Pruckman. d. l. in multis part 2. art. 15 nu.
438 31. ff. de ſtat. hom Dicit Imp. manumiſſionem † impo-
nere. Id fit, vt opinor, locutione Græca: Eſt enim
idem, quod vindicta manumittere, vel vindictam im-
ponere, l. filius. 32. ff. de dolo. l. penult. §. non tamen. ff. de
caſtrenſ pecul. l. 2. C. ſi aduerſ liber. l. 12. §. poteſt. ff. de lib.
cauſ. l. apud eum. 14. §. 1. ff. de manu. vel vindicta liberta-
tem imponere, l. diſcretu. C. qui teſtam fac. poſſ. Qui au-
tem occaſione Imp. manumiſſionem vocet liberalita-
tem, explicari poteſt ex iis quæ dixi ſupra c. 6. n 89. &
90. cum explicarem l. filio. ff. vt legat. nom. caueat. Nec
mouere nos debet, quod non videatur eſſe liberalis,
qui neceſſario, & tanquam debitum, quid præſtat, qui-
que non aliter quam promiſſa certa quantitate ma-
numittit, l. 1. §. penult. D de aq. & aq. plu. arc. act. proxi-
me conſtitutum. 50 ff. de rit. nupt. l. vnum ex familia. §. 1.
D. de legat. 2. l. 18. D. de adiment. legat. Crauett. conſ. 6.
num. 80.

439 Nam reſpondendum, eſt quod † omnino gratuitum
non eſt, nihilominus beneficium eſſe, vt in ſpecie pro-
bat l 3. D. de obſeq. par. & pat. præſt. Sic feudum ex be-
neuolentia, & amore domini datur, etiam ſi mediante
pecunia à domino redimatur, quia iſthæc tan-
tum remunerandi cauſa interuenit, c. vnic. de feud.

dat.in vic. legis comm ff.l.ſi remunerandi. ff. mandati. &
à potentiori ſemper fit denominatio. Nam, vt maximè
ſeruus, & vaſallus pecuniam obtuliſſent, potuiſſet
nihilominus dominus libertatem, & feudum dare,
vel etiam non dare *c.vnic. §. in primis in quibus cauſ.
feud. amitt.*
440 Octauò fallit, ſi mulieri † fideiubenti promitta-
tur indemnitas, non quidem cum ſimplici promiſſio-
ne, ſed cum traditione pecuniæ, tunc enim valet fide-
iuſſio, auctore Bald. *in l.1.in princ.C. ad Senatuſc.Vel-
leian* Angel. *l.1.§ fin.ff.de pig io.* Hippolyt. *in rubr.de fi-
deiuſſor.nu.*315. Frider. Pruckman. *in d.l.in multis par.*2.
*artic.*15. *num.* 27. nam prohibitio interceſſionis facta
eſt ob vitandum periculum rei familiaris, & quidem
præcipue *l 1.§ 1.ff. ad Vellei*a nullum autem hic peri-
culum, ſi mulieri tantam quantitatem dedero, quan-
tam ipſe debebam creditori meo, illa verò eam, vel
per negligentiam non ſoluat, vel etiam interim in
vſus ſuos eam conuertere volens, apud ſe retineat, &
pro me expromittat. Certe ſicut ob receptionem meę
pecuniæ mihi obligatur mandati: neq; enim dubitan-
441 dum eſt, quin fœmina ſicut † mas mandatum ſuſcipe-
re poſſit, *l.ſi mulier.*22 *ff. ad Velleian.* ita quoque ex ſti-
pulatione ſua obligatur ei, cui expromiſit, cum quia
apud ſe habet, vnde indemnitati ſuæ conſulere poſſit,
& ideò reuera in rem ſuam per expromiſſionem obli-
gata eſſe cenſetur, *dict. leg ſi mulier. & leg.ſi mulier.*16.
in princ.ff.eod. tum etiam, quia ex illa expromiſſione
ſiue interceſſione nec fit pauperior *leg.ſi pro aliquo ff.
ad Velleian.* neque etiam inuoitur decepta, ſed potius
de lucro agit, eo ipſo, quod bonam fidem ratione ſuſ-
cepti mandati non agnoſcens recuſat ſoluere id, quod
tamen tanquam non debitum accepit, *l.ſi.mulier ſol-
uero.D.ad Velleian.*

Et hæc ita ſe habent, ſi mulieris indemnitati per
442 præſentē pecuniam fuerit proſpectum: ſin vero † in-
demnitas præſtita ſit per pignora, opinatur Lud. Ro-
ma *in ſing.*340. *incip. Tuſcus quod mulier non poteſt.ob-
ligari.* mulierem exceptionem Senatuſconſulti oppo-
nere poſſe, *per l. quidam.*19 *in princ.ff.ad Velleian.* ſe-
quitur Pruckman. *d.ct. artic.*15 *n* 28. Et poteſt diffe-
rentiæ ratio hæc eſſe, quod per pecuniam numera-
tam melius & pinguius prouiſum eſt mulieri, quam
per pignora, quæ fortaſſis creditor non ſit ſuſceptu-
rus in ſolutum, alias etiam emptorem non facile in-
ueniant, *leg.cum à quo.C.de ſolut.Coſtalius in l.ſi mulier
contra* 14 *ff. ad Velleian.*
443 Nonus † caſus, quo mulier exceptione Senatuſ-
conſulti ſe defendere nequit, eſt, cum mulier veteri
debitori ſuccedit, pro quo antea expromiſit; tunc
enim vel directa actione, nimirum ex ſua expromiſ-
ſione, vel vtili, hoc eſt reſtitutoria, qua defunctus te-
nebatur, conueniri poteſt, *l.quamuis. §.planè ſi mihi.ff.
ad Velleian Cuiac.lib.*15.*obſeruat.cap.*11. *Frider. Pruck-
man. d. artic* 15. *num.*35. *&* 36. Dico, pro quo antea
expromiſit. Nam non ſimpliciter ibi mulierem debi-
tori ſuccedere, veri etiam pro eo antea expromiſiſſe
præſupponendum eſt, non ſolùm ob ſubiectam iſtius
tituli materiam, ſed & ob directam actionem, quæ ex
444 cōtractu mulieris nata eſt. Reſtitutoria porrò † actio
eſt actio prima, actio vetus vel priſtina, quæ & vtilis,
ſiue reſciſſoria vocatur, eaque ex contractu debitoris
oritur, ideoque vel in ipſum, vel in eius hæredes reſti-
tuitur, *l.quamuis.§, quoties, & §.Marcellus.l.*9. *l.ſi mu-
lier.*14.*& paſſim illo tit.ff ad Velleian. l.ſi mulier.*16. *C.
eod.* Directa vero eſt, quæ competit aduerſus ipſam
mulierem intercedentem, vel expromittentem, &
quidem tunc in primis, quando nec nouam, nec ve-
terem obligationem ſuſcipit, ſed ipſamet nouam ali-

quam facit, *l.quamuis.§.*1. *l.aliquando, & paſſim.ff. ad
Velleian.* quemadmodum, & Iuſtinianus Imper. *in l.
antiquæ §* 1.*Cod.eod.* ita eleganter inter has duas actio-
nes diſtinguit.

Vt igitur directa actio competat aduerſus mulie-
rem, neceſſe eſt, eam etiam ab initio cum creditore
contraxiſſe, vel expromittendo, vel intercedendo,
vel conſtituendo, aliquin vetus actio, hoc eſt, reſtitu-
445 toria ſufficeret, cum ex perſona † hæredis non mute-
tur actio, quæ aduerſus defunctum alias compete-
bat, *l* 2 *§.ex his ff.de verbor. obligat. l.*2. *§ in certam.ff.
de prætor.ſtipulat.l.cui fundus ff.de condit.& demonſtra.*
Sed iam ponamus, vt ponendum eſt, mulierem ex-
promiſiſſe creditori: inanis certe eſt obligatio, *l.
quamuis. §. Marcellus ff.ad Velleian.* quomodo igitur
Vlpianus dicit, mulierem directa actione conuenire
446 poſſe? cum certum ſit, vt † inanem ſtipulationem, *l.
penult ff.de concl. ob turp. cauſ.l. vir. vxori.*39 *ff.de do-
nat. inter vir. & vxor.* ita & inanem obligationem
nullius eſſe momenti, ſi quidem efficax demum obli-
gatio actionem parit, *l.licet.§.ea obligatio ff.de procu-
rat.* Huic incommodo ita occurrendum videtur. In
caſu noſtro mulier expromiſit, & ſucceſſit. Ratione
expromiſſionis inanis quidem eſt obligatio, & actio,
quæ verò ratione ſucceſſionis, atque eam præceden-
tis aditionis in mulierem tranſlata eſt onere hæredi-
tario actio, ea eſt efficax, cum mulier debitori cum
447 effectu obligatio ſucceſſerit. Inter cætera † enim
hoc peculiare habet hæreditaris aditio, vt obligatio-
nes, quæ propriis viribus non ſubſiſtunt, hoc eſt, quæ
inanes ſunt, & facile exceptionibus eliduntur, neque
iudicis officio, neque prætoris imperio, neque legis
poteſtate confirmantur; aditione tamen hæreditatis
confirmentur, quaſi ſcilicet noua eis accedat cauſa,
nouumque robur ex ſucceſſione in locum eius, qui
efficaciter tenebatur, *l.Stichum.*95. *§. additio.ff. de ſo-
lut.Cuiac.d.libro* 14.*obſeruat.cap.*11. Et hæc eſt ratio,
cur Vlpianus dicat, mulierem ex vtili, hoc eſt, reſciſ-
ſoria, & directa, hoc eſt, ex ſtipulatu, vel alia ex quo-
uis contractu orta ratione, conueniri poſſe, & hoc
amplius, eius nihil intereſſe, qua actione conuenia-
tur, cum tantùm ſit in vna, quantum in altera, *l.actio
ff. de negot geſt.*
448 Decimus † caſus, quo mulier beneficium Vel-
leiani non habet, eſt, ſi mulier perfectæ ætatis conſti-
tuta, hoc eſt, maior 25. annis (ſic enim dicendum vide-
tur, *ex l.ſi relinquero ff.de legit.tut.l. minor.*32.*ff de mi-
norib. l.ad rem publicam ff de munerib. & honorib.* vt-
cunque multiplicem intellectum habeat perfecta æ-
tas, vt colligitur *ex l vlt.Cod. de his qui ven. ætat. im-
pet.*) poſt primam interceſſionem elapſo biennio rur-
ſus ſe obſtringat: quia enim quo ſæpius cogitare po-
terat, & euitare, non fecit, ſed vltro firmauit, videtur
ex huiuſmodi temporis prolixitate non pro aliena
obligatione ſe illigare, ſed propria cauſa aliquid age-
re, *l.ſi mulier.C.ad Velleian.Guidus Pancirolus conſ.*44.
*num.*10. *Maſcard.de probat.concluſ.*1080.*n.*10. *Frider.
Pruckman.d.l.in multis.part.*2.*artic.*15.*n.*34 *Petrus Au-
guſtin. Morla in Emporio iuris.part.*1.*tit.*3. *quæſt.*1.*n.*8.
*Petrus Gilkenius de præſcrip.part.*2.*memb.*1 *c.*4.*n.*103.
*Ioan.Zangerus in tractat.de exceptionib.part.*3 *c.*9. *nu.*
38. eaque eſt præſumptio iuris, & de iure, ſicut affir-
mat Ioan.Andr, *in addit.ad Specul. tit. de præſumpt §.
ſpecies. num.*5. neque admittit probationem in contra-
449 rium, niſi ex confeſſione † ſtipulatoris, puta, ſi is
iudicialiter fateatur ſponte ſua, quod vel mulier intra
biennale tempus interceſſionem repetierit, vel etiam
quod omnino non renouauerit priorem obligatio-
nem, per ea, quæ tradit Menoch. *de præſumpt.
lib.*

Digitized by Google

lib.1.quæſt.61.& lib.2. præſumpt.21. num.2.
450 Quinimò † voluerunt Baldus, & Salycet. *in d. l ſi*
mulier. in hoc caſu mulierem ne quidem de benefi-
cio Senatuſconſulti certiorandam eſſe, quos ſequitur
Menoch. *de præſumpt. lib.3. præſumpt. 21. n.3.* & credo
eos moueri per text. *in d. l. ſi mulier. verſic. ſibi imputet,*
ſi quod ſæpius cogitare poterat, & euitare, non fecit, ſed
vltro firmauit. quo etiam ſpectat *l. vlt. in fin. C. de plus*
pet. l. cum notiſſimi. §. imò & illud. in fin. C. de præſcript.
30. annor.
451 Neque † obſtat prædictis, *l. doli 19. verſic. diuerſum.*
ff. de nouationib. vbi Paulus ait, mulierem, quæ itera-
to promittit, nihilominus exceptione Senatuſconſul-
ti defendendam eſſe, cum & in ſecunda promiſſione
ſit interceſſio. Nam illud, quod ibi proponitur, à quæ-
ſtione noſtra eſt planè diuerſum, & ἀπροσδιόνυσον.
Multum enim intereſt, mulier vni, & eidem creditori
bis promittat, an verò iterato promittat duobus, &
quidem diuerſis. Pone, mulier pro alio nomine in-
terceſſorio pecuniam mutuam accedit, & ſtipulanti
creditori promiſit, quæ promiſſio eſt nulla: deinde
creditor iſte mulierem debitricem alii creditori ſuo
cuius delegat, cui mulier denuo promittit, verum, &
iſta promiſſio eſt nulla, quia adhuc ex conſequentia
ſua fragilitatis in ſecundam iacturam incidit, & vtro-
bique eadem ratio eſt concedendæ exceptionis, ſi-
quidem ex prima promiſſione non facta eſt debitrix;
ſi igitur non debitrix, neutiquam etiam potuit dele-
gari, *l. quamuis. §. ſi mulier apud l. debitrix. ff. ad Vel-*
leia. At quando mulier vni, & eidem creditori denuo
promittit, licet ab initio aliquin prima promiſſio fue-
rit inanis, tamen ex ſecunda iſta promiſſione primæ
inualidæ robur accedit, & omnem fragilitatem, & im-
becillitatem excludit, vel quod magis eſt, repetita
iſthæc interceſſio non retrotrahitur, ſed vires ſumit à
die repetitæ confirmationis auctore Salycero, *in d. l.*
ſi mulier. ac Baldo, *in auth. ſi qua mulier. in fin. C. ad*
Velleian.
452 Vndecimo † mulier Senatuſconſulto Velleiano
non iuuatur, ſi maior 25. annis pro qualibet muliere
453 (nam pro † viro ſuo dotem promittente, fideiubere
non poteſt: Bart. *in l. iubeius & l. fin. C. ad Velleian.*
latè Iacob. Bertetta *conſ. 48. per tot. lib.1.* ſequitur Io.
Vincentius Hondedæus *conſultat. 45. num. 24.*) cum
qua matrimonium licitum eſſe poteſt, dotem pollici-
ta ſit, vel ſpoponderit; tunc enim omnino confeſſio-
nem ſuam idimplere compellitur, *l. vlt. C. ad Velleian.*
ſiue illa mulier ſit propria filia, *l ſi dotare. C. eod. l. cum*
is. § mulier. ff. de condict. indeb. ſiue etiam quælibet ex-
tranea, *d. l. vlt. in verb. qualibet muliere.* latè Bald. No-
uell. *in tractat. de dote, part. 6. priuil. 12.* Cephalus *conſ.*
408. num. 9. verſic. 10. lib. 3. Anton. Theſſau *d. deciſ. 223.*
num. 15. Ioan. Petr. Surdus *deciſ. 164. num. 3. & 4.* M.
Anton. de Amatis *deciſ. 43. numer. 11.* Natta *conſil 52.*
num. 15 lib. 1. Pruckman. *d l in multis. part. 2. artic. 15. n.*
29. 39. & 40. Ioan Vincent Hondedæus *d. conſultat.*
45. num. 23. Ioan Zingerus *in tract. de except. part 3.*
cap. 9. num. 42. Fabius Arcas Romanus *in deciſ. dotalib.*
deciſ. 2. Anton. Gomeſius *ad l. 36. Tauri. num. 2. verſ. 3.*
quod ſi mulier. mihi pag. 193. colum. 1. Et hæc eſt com-
munis opinio interpretum, ſicut pronuntiat Coraſius
in l. qui liberos. nu. 122 ff. de ritu nupt. aſſeclam habens
Eman. Soarezum *in com. opin. lit. D. nu. 319.* Etſi enim
Velleiani SCti magnus & fauor, in iſto tamen per
454 † fauorem dotium, tanquam piam cauſam, ei eſt de-
rogatum, *d l. vlt. & ibi Sichard numer. 12.* Eberhard. *in*
Topic. loco, à libertate ad piam cauſam. n. 2. pulchrè M.
Anton. de Amatis *deciſ. 42. num 10. & 11.* Vincent. de
Franchis *deciſ. 237.* cuius ſanè cauſa ſemper, & ubique
præcipua eſt, cum publicè interſit dotes mulieribus
conſeruari, quæ ſi non habeant dotes, non facilè nu-
bunt; ſi non nubunt, non ſunt matrimonia; ſi non
ſunt matrimonia, non ſunt liberi homines; ſi non
ſunt liberi homines, non ſunt ciues; ſi non ſunt ciues,
non eſt quoque ciuitas: ciuitas enim eſt ciuium mul-
titudo. Cum itaque hoc in loco mulierem illam, cu-
ius nomine dos promiſſa eſt, quaſi caſu fortuito in-
teruiente indotatam fieri, & ſic fortiran à viro repelli
455 (quod † tamen, num rectè fiat, docet Gayl. *lib. 2. obſ.*
87.) & diſtrahi matrimonium, non ſit ferendum, id-
circo neceſſe eſt, mulierem ſuis promiſſionibus ſatiſ-
facere, vt quod ab initio ſponte ſcriptum aut in polli-
citationem deductum eſt, hoc poſteà ab inuita com-
pleatur, *d. l. vlt. C. ad Velleian.*
456 Nec † aduerſatur, quod Franciſc. Connanus di-
cit *in d. l vlt.* mulierem non intercedere, nec aliam vl-
lam eſſe obligationem, quam mulieris, hoc eſt, mulie-
rem promittere dotem pro alia, quæ non erat obliga-
ta, cum & matrimonium ſine dote eſſe poſſit, *l. iube-*
mus in prin. C. de rei ud & tamen requiri, vt mulier in-
tercedat pro alio, qui ſit obligatus, vt dixi ſupra *num.*
396. Nam fac ita eſſe, mulierem uti SCto Velleiano, ſi
pro alio interceſſerit, veterem obligationem in ſe
transferendo, aut participando, non tamen inde effi-
cies, mulierem quoque nouam obligationem in ſe re-
cipere non poſſe, & ſi receperit, SCti beneficio deſti-
tutam eſſe.
457 Sed iſta ad rem nihil pertinent. Etſi enim † matri-
monium ſine dote eſſe poteſt, ſiquidem nuptias non
dotes faciunt, ſed coniunctorum affectus, *Nouell 18.*
458 *cap. 3. l. nuptias. ff. de regul. iur.* quia tamen † nemo in-
dotatam ducere, aut retinere cogitur, & maximè in
caſu, quo illi dos ab initio promiſſa eſt, *d. l. vlt. l. ſi do-*
naturus §. fin. ff de cond. cauſ d. tit. l. 1 in fin. princ ff. qui
pot. in pign hab. l. ſi dos ſocero. ff ad l. Falcid. l. fin. §. 1. ff.
quæ in fraud. credit. l pure. § ſi cum. ff. de except. dot.
Conſtat vtique, vxorem marito ſuo, qui eam abſque
dote ducere velle non præſumitur, nomine dotis taci-
tè obligatam eſſe, atque ita in conſequentiam mulie-
rem pro obligata perſona interceſſiſſe: Ceſſat igitur
Connani obiectio, cum mulier, ſiue veterem, ſiue no-
uam obligationem ſuſcipiat, nihilominus intercedere
dicatur, *l. quamuis. §. 1. ff. ad Velleia.* eique *in d. l. vlt.* ge-
neraliter beneficium Senatuſconſulti adimatur.
Nihil etiam mouet, quod Connanus fauorem do-
tis, cuius fit mentio *in d. l. vlt.* conſiderari ait, non ra-
459 tione SCti Velleiani, ſed ratione eius, quod † mu-
lier ex nuda pollicitatione ſine ſtipulatione obliga-
tur, ex qua detur actio contra ordinationem iuris ci-
uilis; *l. 7. §. ſed cum nulla ff. de pact.* à qua ſententia non
videtur alienus Ioan. Corraſ. *lib. . Miſcell. c vlt. num. 4.*
Oldendorp. *in lib. de iure ſingulari, cap de priuil. piar.*
cauſar. num. 3. Nam Connanicus iſte intellectus apertè
refellitur per verba finalia *d. l. vlt.* ex cuius præterea
contextu ſatis conſtat, collationem ibi inſtitui inter
fauorem interceſſionis, & fauorem dotis; vnde quod
maximè à parte aduerſa vrgebatur, illud ipſum ab
Imp. Iuſtiniano præceditur, dum conſtituit, in iſta fa-
cti ſpecie omnino SCtum Velleianum ceſſare debe-
re, qua pars rea ſe defendere conabatur. Et quorſum
de nudæ pollicitationis prærogatiua hoc mouere re-
tuliſſet, cum iam ante ex conſtitutione Impp. Theo-
doſii, & Valentiniani obuium eſſet omnibus, ex nuda
pollicitatione dotis actionem dari, *l. ad exactionem. C.*
de dot. promiſſ.
460 Quid? quod non eſt moris Impp. id † ſpecialiter
concedere, quod iam ante licet, *gloſſ. verb. fruſtra*
in l. Imperatores. ff. de priuileg. credit. l. vnic. C. de thr-

ſatris. lib.10. l.ſi quis. 21. in fin. D. de capt. l.3. C. de tut. qui ſatis non dedit. l.2. C. quib. non objicit. longi temporis præſcript.

461 Sed hic † non ineleganter quæri poſſet, ſi procus
quiſpiam, in præſentiarum parata pecunia deſtitutus,
interim tamen honeſto genere, & familia non indi-
gna natus, cum puella diuite ſponſalia contrahat, ſub
hac, & quidem interpoſito iuramento (vt Veneti
noſtri nepotuli aſſolent) corroborata conditione:
Ducam te in vxorem, ſi in hac mea neceſſitate con-
tradendæ pecuniæ, quæ mihi iam incumbit, pro me
apud quendam mercatorem fideiuſſeris, num condi-
tio iſthæc valeat, & ſi mulier cum renunciatione
SCti Velleiani fideiuſſerit, num ex interceſſione ſua
obligetur? Dubium mouet, quod in effectu mulier
iſta pro marito quaſi intercedere videtur, quodque
Senatuſconſultum interceſſionem mulierum, etiam
pro propriis maritis, tam in criminali, quam in ciuili
cauſa improbat. *l. ſi mulier 16. §.1. D. ad Velleian.* &
probatum eſt ſupra hoc ipſo capite *num.* 399. Ergo
habetur conditio illa pro impoſſibili, *leg. contra
legem. D. de legibus.* ſub qua ſponſalia contracta non
valent, vt notant Canoniſtæ *in tit. decretal. de condit.
appoſ.*

Verum ego, etſi in hac quæſtione neque [illegible],
neque [illegible] habeo, auſim tamen credere, condi-
tionem illam nequaquam pro turpi, & impoſſibili
habendam eſſe. Si enim fauore dotis mulier inter-
cedens obligatur alterius nomine, *d. l. vltim.* & dixi
ſupra *num.* 452. cur etiam non obligetur, ſi nomine
proprio, & in ſuum commodum fidem interponat?
Reuera namque hoc caſu ſuum negotium gerit. *l.
aliquando. D. ad Velleian.* Deinde non admitto, con-
ditionem iſtam impoſſibilem eſſe: quin etiam eſt
poſſibilis, cum quia mulier beneficio ſuo ſciens re-
nuntiare poteſt, *l. vltim. §. penult. D. ad Velleian.* tum
461 etiam quia talis † conditio valet; Ducam te in vxo-
rem, ſi donaueris mihi centum, *cap. de illis extr. de
462 condit. appoſ.* Detur igitur ratio diuerſitatis, cur po-
tius centum donare, quam pro centum fideiubere li-
463 ceat. Mihi certè videtur, difficilius † & minus vtile
eſſe donare, quam fideiubere. *l. 1. § ſi fideiuſſit apud me.
D. ſi quid in fraud. pat. l. 7. D. de donat.* vtcunque Poe-
ta dicat:

Extra fortunam eſt, quidquid donatur amicis,
Quas dederis, ſolas ſemper habebis opes.

Vnde etiam egregie M. Antonius apud Rabirium
Poetam, cum fortunam ſuam tranſeuntem alio vide-
ret, & ſibi nihil relictum præter ius mortis exclamat:
Hoc habeo, quodcunque dedi: vt refert Seneca *lib. 6.
de beneſic. cap.* 3. Nec reddat hic quenquam ſollici-
464 tum, ratio dubitandi *num.* 461. mota. Eſt † enim no-
tabilis diuerſitatis inter hæc duo, vtrum mulier pro
marito fideiubeat, vel an puella, maiorennis tamen,
& plenis iam nubilis annis, pro proco ſuo fidem in-
terponat, ſub conditione, vt illam poſtea in vxo-
rem ducat. Primò enim caſu pro retinenda beneuo-
lentia mariti, & ad euitandas rixas domeſticas facil-
limè inducitur mulier ad fideiubendum, & vt maxi-
mè recuſare vellet, non tamen id ſatis tutum eſſet:
non igitur mirum beneficio SCti Velleiani locum
eſſe. Altero vero caſu, puella liberam ab initio, &
minimè coactam voluntatem habet, vtrum fideiubere
velit, nec ne, quod ſi verò huic libertati vltrò, &
ſponte renunciat, quidni obligationem, interceſſio-
nemque eius ratam eſſe dicamus, maximè cum, &
adoleſcens hoc modo ex libero ſeruus, & captiuus
fiat, nec implemento præſtitæ fideiuſſionis ſubſecu-
to pœnitere, & à iuratis ſponſalibus recedere poſſit?
*d. cap. de illis, & ibi gloſſ. in verb. ſi tantum extr. de
condit. appoſit.*

465 Duodecimo † limitatur, ſi mulier apud minorem
pro alio interceſſerit tunc enim, ſi debitor principalis
non ſit ſoluendo, ob maiorem minoris fauorem Vel-
leiano, non iuuatur *l. ſi apud D. de minor. Bald. in fin. n.
3. C. ad Velleian. Frideric. Pruckman. in l. in multis. par.
2. artic. 15. D. de ſtatu hom.* de quo vide vlterius Lam-
bertengum *de contract. lib. cor. &c. n. 119. & 121.* Surdum
dec. 164. n. 8.

466 Decimotertiò † limitatur, ſi mulier SCto Velleia-
no renunciauerit, tunc enim æque, ac alius interceſ-
ſor tenetur. Glo. Barto. & communiter DD. *in d. l.
fin. C. ad Velleian.* vbi Albericus dicit, totum mundum
ſeruare, quod mulier huic beneficio renuntiare poſ-
ſit, *per l. fin. D. ad Velleian. l. ſi mulier. 22. C. eod. authent.
mari, & auia. inſtit. l. vltim. C. quand. mul. tut. offic.* Et
quamuis Bart. Felin. Grammat. relati à Pruckmanno
mox allegando loco, nec non D. VVeſenbec. *in pa-
ratit. D. ad Senatuſcon. Velleian n. 9* item Gomeſius *to-
mo 2. cap. 13. num. 19* & ibi Soarez. *in addit.* Petrus Co-
ſtalius *in l. 11. D. ad Macedon. & in d. l. fin. D. ad Sena-
tuſconſ. Velleian. Bologn. conſil. 45. num. 6 & ſeq. Ioann.
Vincent. Hondedaus conſult. at. 45 num 18. & Ioann. Si-
chard in comment. ad Rubr. C. ad S. C. Velleian. num. 7.
Ioan. Zang in tract. de except par. 5. cap. 9. num 47.* ve-
467 rius † eſſe putent, renunciationem extraiudicialem,
tam indiſtinctè factam, mulieri non nocere, non ſo-
lum, quia eadem eſt leuitas renunciationis, quæ in-
terceſſionis, ſiquidem eo ipſo decepta videtur, quod
incogitanter renuntiat, *l. interdum 19. D. de minor.*
verum etiam, quia SCtum Velleianum non ſolum-
modo in fauorem mulierum, ſed ex parte etiam ob
publicam honeſtatem eſt introductum, quamobrem
indiſcreta illa renunciatio quoque non permittitur:
468 attamen † conſuetudinem, & leges repugnare, hoc
eſt, non ſolum iudicialem, ſed etiam extraiudicialem
renunciationem admittere, perſpicuè voluerunt
Dionyſ. Gothofred. *in d. l. fin. ff. ad Velleian. Hieron.
Treutler in ſelect. diſput. volum. 1. diſput. 25. theſi 4. lit. F.
& volum 2. diſp. 28. theſi 2. lit. B. Frideric. Pruckman. in
d. l. in multis part. 2. artic. 15. num. 12. ff. de ſtatu hom.*
vbi ait: Singulis ferè diebus ita in praxi obſeruari.
Cui collega Matth. Cuno *lib. 1. de pact. cap. 10. nume-
ro 31.* ſuccenturiatur, inquiens. In Marchia Brande-
burgenſi ſimplices mulierum renunciationes non
attendi.

469 Quidquid † ſit mihi certè videtur, quod VVeſen-
becii, & aliorum ſententia, non ſolum aliquid ratio-
nis habeat, vt viſum Gothofredo: verum etiam non
infringatur, *per dicta l. vltim § fin. D. ad Velleian.* Non
mulier æquè, ac quilibet alius, exceptionem ſibi
competentem in iudicio negligere, & non opponere
poteſt, *Ludouic. Roman. conſ. 151. incip. præfati conſulto-
ris. n. 1.* Sed quid hoc ad extraiudicialem renunciatio-
nem, vbi abſente iudice, creditor pro libitu mulie-
rem ad renunciandum inducere poteſt. Præterea *d. l. ſi
mulier 22. C. eod.* nihil ſtringit: aliud enim eſt promiſ-
cuè, & repentino animi motu extraiudicialiter re-
nuntiare; aliud poſt biennium ſe rurſus (non tamen
470 † vna cum proprio viro, *iuxta Authen. ſi qua mulier.
C. ad Velleian.* tunc enim geminatio nihil operatur,
Anto. Teſſaur. *dec. 223. n. 6.*) obſtringere, vbi certè nul-
la fragilitas, ſed deliberatus animus adeſſe præſumi-
471 tur: nam generatio † actus ex interuallo facta deli-
beratam intentionem: gentis declarat, *Iaſon in Ru-
brica n. 11 ff. de verbor. obligat. poſt Doctor. in l. Baliſta. ff.
ad Trebellian. Menoch. de præſumpt. lib. 2. præſumpt. 21.
num. 12.*

472 *n.12. Modeſtin. Piſtor. conſ.15. n.9.* & † error non præſumitur, actu geminatio præcedente. *per gloſſ. in c. ex literis. extr. de diuor Curtius ſen. in conſil.53. n.13. vbi communem dicit Ruinus conſ 10. n. 12. volum 3. Hiero. Grutus conſ.12. n.34. lib.1. Muſcard. concl.347. n.40.* Denique ad *d. autheu. matri, & auia.* reſpondet VVeſenbec. eam renunciationem fauore pupilli ſpecialiter permitti, de quo etiam nonnulla videbis apud Bernh. VValtherum, *lib.1. Miſcell. c.22.*

473 Vt igitur renunciatio † illa valeat, inprimis requiritur, vt mulier eius ſit ætatis, vt in rem intelligat, ac in ſpecie mulier de beneficio SCti Velleiani certiorerur, quale nimirum illud ſit, & qua prærogatiua ſit ſuffultum, Andr. Gail. *lib.2. obſer 77. num.2. & 3. Ioann. Goddaus de contrah. ſtipul. c.7. concl.17. n.298. Frideric. Pruckman. d.l. in multis. part.2. artic.15. nu.12. Porticus Imolenſis conſ.36. n.36. Franciſcus Burſatus conſ.149. nu. 42. lib.2. Henric. Dreulaus in tract. de renunciat. fi. iar. cauſa 3. n.4. & 5.* Niſi enim certiorata fuerit, ſiquidem ſpecialia ſua iura ignorare præſumitur, renunciatio nullius eſt momenti, gloſſ. & Doctor maximè Roma. Alex & Iaſ. *in l. ſciendum ff de verb oblig.* Dyn. Bart. Roma & Iaſ. *in l. in repudiandu ff. de acqui. hered.* Panor. & Felin. *in c. ſi diligenti exc. de for. compet.* & latiſſimè Ioan. Nicolaus Arelat. *in addit. ad Aleiat lib. 1 præſumpt 42. lit. A.* Menoch. *de præſumpt. lib.3 præſumpt 83 n.7.* Maſcard. *de probat. concluſ.1080. num.20.* Ratio rationis eſt, quod matura deliberatio non cadit ſuper his, in quibus cognitio non interuenit, M. Anton de Amatis *dec.81. num.5.* At ſi certiorata fuerit, renunciatio omnino valet, & eſt prorſus firma, *Decius num.30. Alciat. num.43 in l. penult. C. de pact. Capella Tholoſ & ibi Aufrerius dec.37. Io. Crotus in d. l. ſciendum. n 43. ff. de verb. oblig.* de quo vlterius vide Anton. Theſſau. *decif.222. per tot.* Probauit id etiam ex Græcis Conſtantinus Harmenopul. *lib.3. Epitom. tit.6.* & communem hanc eſſe Doctor. opinionem profitetur Eman. Soarez. *in com opin. lit. V. n.5.* quibus iunge tradita per Ant. de Padilla *in l. ne paſſim. n.7.8. & 9. C. de iur. & facti ignor.*

474 Verum hic † indagandum erit, à quo mulier certiorari debeat, an à creditore, vel à Notario? Nam de eo mirum apud Doctores, alioquin latè in hoc articulo ſeſe diffundentes, & ſilentium, cum tamen vtiliter illa quæſtio proponatur. Quid enim ſi mulier non ſit certiorata, an culpa erit creditoris, qui ſibi non vigilauit, vel an agendum cum Notario, quaſi non fideliter officio ſuo functo? Res dubitatione non caret, nam contrahentes legem dicunt contractui, & ideò dicitur, Verba † ſcripta à Notario in inſtrumento contractus cenſeri verba partium quæ per Notarios loquuntur, vt ſcribit Baldus *in l. mutet. n.6. C. de rei vindicat.* Ludouicus Romanus *in conſ.172. n. 2.* & ibi Mandoſ. *in addit. verb. præſumuntur.* Socinus ſenior *conſil.159. colum.4. lib.2.* Decius *conſ.450. n.3 & in l. ſi librarius. num.4 ff. de reg iur.* Ioan. Vincent. Hondedæus *conſultat. 23. num.41. 42. & 43.* vbi plures citat. *vol.1.* Quis igitur ferat curioſitatem Notarii, qui certiorationis officium in ſe vltro ſuſcipiat? Fieri enim vix poteſt, vt id vel mulieri, vel etiam creditori non
476 ſit ingratum, in alienis autem curioſi eſſe † non debemus, *l. doli in fin. ff. de nouat.* neque etiam alienis partibus imprudenter nos inſerere, *l vlt. m. C. de appar proconſul lib.12. l. culpa eſt. ff. de regulis iuris.* Hoc amplius, ſicut non eſt Notarii, ſed creditoris, vt ſit curioſus, & diligens, quando in mulierem obligationem alienam transfert, *l. vir vxori. in fin. princip. ff ad Velleianum* ita veriſimiliter quoque eius erit, ſi mulierem ad renunciationem adigere velit, vt eam de beneficio SCti Velleiani certiorem reddat, neque id à Notario expectet, cuius, ſanè nihil intereſt, mulier renunciet, nec ne, *argumento l.7. in fin. princip. ibi, Sed ſi alias caueri non poſſit, prædicendum ei, non vſurum cum priuilegio, ſi conuenimtur ff. qui ſatiſd. cog.*

477 Quidquid tamen ſit, non abs re erit † probare, Notario potius id oneris incumbere, vt mulierem, quæ intercedere debet, de huiuſmodi beneficio ſibi competente inſtruat, quam, vel creditori, vel tutori mulieris iudiciario, vt in ſpecie annotat Hippolytus *in*
478 *Rubric de fideiuſſoribus. n.38.* Nam quia † clauſulæ illæ, quæ inſtrumentis adjici ſolent, vt plurimum contrahentibus ſunt ignotæ, & tamen ſecundum conſuetudinem fori, & ſtyli eas non bene omittere poteſt
479 Notarius, niſi † ipſemet inſcitiam ſuam prodere, & partibus ad intereſſe teneri velit, ob omiſſas ſolennitates, & alias clauſulas, ex uſu quotidiano adjici ſolitas per ea quæ tradunt Bartolus, & Alexander *ibi in apoſtilla, in l. finali. C de magiſtra conuen* Ioannes Baptiſta Plotus *de in l tem iurau. §.28. n. 6.7. & 8* Idcirco
480 tutius videtur, vt Notarius contrahentes † edoceat, quæ clauſulæ pro ſubiecta materia in hoc vel illo contractu apponi conſueuerint, & antequam inſtrumentum conficiat, eos interroget, num & ipſi eaſdem in ſuo contractu adjici, velint, nec non de ſingulis eas diligenter erudiat, imò, & confectum inſtrumentum ipſis intelligibili voce prælegat, ne deinceps partibus integrum ſit, cauillari, eas clauſulas appoſitas eſſe, ſe non intelligentibus, quid ageretur, iuxta tradita per Bartolom, Decium. & alios allegatis a Tiraquello *in l ſi unquam. num.126. C. de reuocand donat.* Colerum *de proceſſ. execut. part.1. cap.10. num. 391. cum ſequent.* Vincent. Caroc. *dec.22. num 21. verſic. & licet magis.* Ioannem Vincentium Hondedæum *conſulat. 33. n. 45.*
481 *& 46 volum.1.* vbi agit de vi, & † effectu illius clauſulæ finalis in obligationum calce adjici ſolitæ, Actum, dicens, eam oſtendere, inſtrumentum fuiſſe lectum partibus, & teſtibus à Notario. Neque eſt, quod Notarius iſtam diligentiam, curioſitatem ſapere metuat: eſt enim diligentia non ambitioſa, ſed quam Notarii officium requirit, maximè, quia & eam ob cauſam partes non contentæ priuatis ſcripturis, quas ſua manu minus forſan accurate conſcripſerunt, ad Notarium accedere ſolent, vt per inſtrumentum publicum ſibi melius proſpiciant, quas tali aliquo prætextu decipi non eſſet ferendum, *argumen. l. non eſt ferendus ff. de tranſact.*

482 Nunc † pone, Notarium ſcripſiſſe in inſtrumento, mulierem de ſuis beneficiis, & nominatim de Senatuſconſulto Velleiano, certioratam eſſe, num ſtabitur dicto Notarii, vel an militabit præſumptio pro muliere, quod non ſit certiorata? Breuiter reſpondeo, potiores partes eſſe Notarii. Habet enim primum pro ſe præſumptionem, quod & bene & rectè exerceat officium ſuum, *l. ſi quis decurio. C. de falſ. c. ad audientium de præſcript Bart. in l. Diuus. num.8. ff. de cuſtod. reor. Pariſius conſ 88. num.21. libro 3.* Deinde, cum Notarius ex ſuo capite nihil ſubſtantiale, vel accidentale ſcribere poſſit in inſtrumento, ſed de omnibus debeat eſſe
483 rogatus, præſumi certè debet, quod omnia † ſcripta in inſtrumento fuerint voluntate partium ſcripta Bald. *l. errore C. de teſtamen.* pulchrè, & latè Menoch *de præſumpt lib.2 præſumpt.79. num.2 & per tot.* Pancirolus *conſ 88. num.16. & conſ.111. num. 4.* Vincent. Caro-
484 cius *de. iſ 122. num. 13.* Qui igitur contrarium † dicit, illi onus probandi incumbit, ſecundum Menochium *d. lib.2. præſumpt.44.* & ita in ſpecie tradit Lanfrancus *in c. quoniam contra in princ. n.24 extr de proba.* Alciat. *de præſumpt. reg.3. præſumpt.13 nu.4* & commu-

nem eſſe ait Alexand. *in l.ſciendum.n.33.ff.de verb.obli-*
gat Alciat. *reg.3.præſumpt.13. num.4.* Eman.Soarez. *in*
theſauro commu. opinion.lit. V.num.6. Menoch. *d.pra-*
ſumpt.79.num 5. & in conſ.37.n.145. Vincentius Caro-
cius *d.deciſ.122.n.7.*

485 Quid † autem ſi Notarius iſte, qui illud inſtrumen-
tum conſcripſit, inque eo falſus eſt, mulierem in be-
neficio Senatuſconſulti Velleiani certioram eſſe prius-
quam ei reounciaret, poſteà interrugetur, quid ſit Vel-
leianum, iſque ignorer, vel obmuteſcat, num inſtru-
menti fides vacillabit, ac perinde erit, ac ſi ſcriptum
non eſſet, mulierem certiorem factam eſſe? Et ſanè af-
firmatiuam communiter DD. placere video, proba-
runt enim eam Alberic. de Roſate *in l.omnes. C.de hæ-*
reticis.& in l.vltim §.penult.ff.ad Velleianum. (vbi di-
cit, ſe ita practicaſſe, & obtinuiſſe) Hippol *in Rubric.*
de fideiuſſor. n.39. (quo loco latè hanc quæſtionem
examinat) *item in ſingul.661.* Gail. *libr.2.obſeru.77.n.7.*
qui Alberici opinionem iuri, & æquitati conſenta-
neam eſſe dicit, eandemque communem pronuntiat.
Burſatus *conſ.149.n.42.volum.2.* multas auctoritates
accumulans. Item Franciſc. Viuius *libro 1. opin.220.*
Eman.Soarez *in commun.opin. litera V.num 7.* Ripa *in*
l.1. num.41.ff.ſi cert.petat. & in l.Centurio. num 88 ff.de
vulg.& pup. Frideric.Pruckman. *in d.l.in multis par.2.*
artic.15.n 13.

Ratio eorum hæc eſt, quod Notarius non potuit cer-
riorare partes de eo, quod ipſe tum ignorauit, & ad-
huc ignorat. *Felin.in c ſi diligenti.n.14. de foro compet.*
486 *facit l.2. C. deberet.* quandoquidem Notarius † de
eo inſtrumentum tantum conficere debet, quod in
ſua preſentia geritur à partibus, & ab eorum conſen-
ſu pendet, cuiuſque notitiam, & ſcientiam habet pro-
priis ſenſibus viſus, & auditus, ſicut expreſsè probat
Nouella Iuſtiniani 44. *de tabellionibus. §. nos autem. in*
princ. quidam Gal. *in conſuetud. Pariſien tit.1.§ 5.n.51.*
Ne dicam eum, quodammodo ſuſpicionem doli mali
incurrere, quem committit in negotio, quod geritur,
ſcribens id factum eſſe, quod tamen tam verè fa-
487 ctum non eſt, quam † verum eſt, eum eſſe ſimilem
picæ, ac pſyttaco, qui ſtant in palatiis dominorum, &
neſciunt quid loquantur, vt vtar verbis Ludouici Ro-
mani *in ſingul.53. incipien. Quid operatur clauſula con-*
ſueta. Quo etiam reſpexit Eraſmus in Apophtheg. *lib.*
4.in Antigono.num 13. Nec diſſimile eſt, quod ſcri-
bunt Alexan. *conſ.208. num.3. lib 6.Cyn. & Bald. in l.*
iam hoc iure.ff.de vulgar. & pupill. Caccialuppus in re-
pet.l.precibus n.80.C.de impub.& aliis ſubſtit. dicen-
487 tes; *Notarios, vt plurimum ignorare vim clauſularum,*
ac eſſe ad inſtar Cantorum, qui bene cantant per practi-
cam, & neſciunt rationem ſui cantus. retulit Iacob. Mar-
chiſellus *in ſylua quæſt. pract. quæſt 3.n.10.* M Anton.
de Amatis *deciſ.10. nu.16.* Quid? quod alibi tradi-
489 tur, Notarium, † qui deſcribit in inſtrumento pecu-
niam numeratam eſſe, quæ tamen eſt conſtituta, cri-
men falſi incurrere, Bald. *in Rub. C.de fid. inſt.in 4.col.*
Ioan. de Arnono *in dialogo.73.* & faciunt tradita per
Alexan. *conſ.70.incip.Viſo proceſſu inquiſitionis formatæ.*
volum.1.

490 Etſi autem † Fulgoſius *in d. l. fin. §. vlt ff. ad Vel-*
leianum contrarium ſententiam tuetur, quod etiam
facit Alciat. *de præſumpt. d.præſum.13. n.5. & 6.* Alex.
in d.l.ſciendum.n.33.ff de verb.oblig. dicens, ſe eam con-
tra Albericum in profuncto defendere velle, quem ſe-
quitur Cardinalis Albanus *in addit.ad Bart. in l ſi quis*
in graui, §.1.n.2.ff.de Senatuſc.Syllan. & Maſcar. *de pro-*
bat.concluſ.744.n.2.& 3. Cagnol. *in l ſi librarius.nu.35.*
ff.de reg.iuris. Anton. de Padilla *in l. ne paſſim. num.15.*
C.de iur.& fact.igno. Vinc.Caroc. *deciſ.122.num.7.* Ta-
men ſuperior de iure eſt verior, pro qua etiam facit
doctrina Iulii Cæſaris *in pract.crim.§ fin. quæſt 6. n.18*
491 dicentes, quod † ſi teſtis deponat de fama, & interro-
gatus, quid ſit fama, reſpondeat ſe neſcire, nihil pro-
bet, qua in re aſtipulatur ei poſt alios idem Maſcardus
de probat. concluſ.749.n.32.

492 Neque verò † quidquam aduerſantur, quæ Fulgoſ.
Alexander, & alii pro confirmanda ſua opinione ad-
ducunt. Nam quod primo dicunt, propterea opinio-
nem præcedentem ſubſiſtere non poſſe, quia eſſe in
poteſtate Notarii, ita ex poſt facto ius partis tollere, &
diuerſa duobus ex imprudentia præbere teſtimonia,
contra l.eos.§.1.ff ad l.Corn.de falſ.facit l.26 ff. de arbi-
tris. hoc valde eſt infirmum. Quis enim Notariorum
ſibi ipſi tam turpem inſcitiæ notam propria confeſ-
ſione impingens, ſidem ſuam ancipitem vacillantem-
que redderet? *argumento eorum, quæ traduntur in au-*
thent.contra qui propriam.C.de non num pecu. & in ſpe-
cie conſiderat Hippolyt. *in rubric.de fideiuſſoribus.n.39.*
Sed eſto. Notarium ex poſt facto ius partium tollere
non poſſe: quæſo te, quid iuris potuerit creditori quæ-
ri ex renuntiatione mulieris, quæ non intellexit ius,
cui renunciauit? Equidem nihil, vt vere aſſerit Ioan.
Oldendorp. *in lib.de iure ſingular.cap.de priuil mulier.*
fideiub n.13.

493 Atqui regerunt, Notarium † teſti æquiparari (quod
probare cupiunt per *l. Domitius. ff.de teſtament.* licet
ea ab hac hypotheſi διὰ πασῶν, quod aiunt, diſtat,
atque in ea opinione laudantur Dd. *in l. Imperator.ff.*
de ſtatu hom.& in l ſi librarius ff.de reg.iuris. Alex. *conſ.*
494 89. *col.2 verſ.Notarius enim.vol.3.*) imo † numerum
quorum, quandoq; etiam trium teſtium repræſentare
Calcaneus *conſ.48* Chil Koning. *in proceſſ c.90. num.1.*
Ioan. Franciſc. Parauin. *in ſuo tract.de viſitat.part.2.*
quæſt.4 n.36. M.Anton.de Amatis *deciſ.7.n.4.* de cuius
tamen dicti veritate vide Menoch. *de arbit. iudic.*
495 *quæſt.caſu 105 n 39.& 40.* Teſtis autem ex † poſt facto
non poteſt perimere dictum ſuum, adeo, vt ſi poſt de-
poſitionem in iudicio factam, extraiudicialiter fatea-
tur, ſe falſum teſtimonium dixiſſe, non poſſit tamen
parti, pro qua teſtimonium perhibuit, præiudicare,
c.præterea.extr.de teſtibus cogend. Anton.Gabr.Roman.
lib.7.conclu.tit.de maleficiis.concl.32.Gail.lib.2.obſ.104.
n.7. Ergo nec Notario licebit.

Ad iſtam obiectionem facilis eſt reſponſio. Neque
enim Notarius ob id interrogatur, vt dictum ſuum
perimat, ſed vt de voluntaria, & deliberata mulieris
renuntiatione iudex inſtruatur, quem ſi Notarius non
poſſit inſtruere, quomodo ſodes, inſtruere potuit par-
tes, literas ignorantes, quas tamen certioratas eſſe
ſcripſit, *vt eſt textus in Nouella 44.de tabellionibus.c.1.*
in illis verbis: interrogati à iudicibus poſſint, quæ ſubſe-
cuta ſunt, cognoſcere, & reſpondere. Eſt enim veriſſi-
mum, quod ſcribunt *Menoch.conſ.27 numer.37 & 38.*
lib.1. nec non *Tiraquel. in l.ſi vnquam. n.122 Cod.de*
reuocan.donat. Barnab. Cornazza dec.Rota Lucenſ 169.
num 17. nec non *Andr. Gail. lib.2. obſerua.77. num.6.*
496 renunciationes † plerunque leuiter, & cum parua
cauſæ cognitione, magiſque ex conſuetudine, & me-
ro capite, ac ſtylo Notariorum, quam partium con-
497 ſenſu fieri ſolere, & ſi † reperitur vnus doctus Nota-
rius, & expertus, reperiuntur viginti quinque indo-
cti nullam habentes notitiam, teſtante in Hippol. *in*
dict. Rubr. de fideiuſſ. nu 39. pulchrè illud ipſum com-
probarunt Cagnol. *in l.ſi librarius. num.2 ff de reg.iur.*
M.Anto. de Amat. *deciſ.49. num.29. & 30.* ac Vinc.
498 Carocius *deciſ.22. num 1. & 2.* dicentes, quod † No-
tariorum imperitia ſit periculoſa, & ponat conſcien-
tias proborum in magno diſcrimine, item quod illo-
rum

rum ignorantias aliis lucrum, aliis damnum indebi-
tè adferat,& denique, quod ſicut Italus linguam Teu-
tonicam, ita, & Notarii efficaciam clauſularum ne-
ſciant. Reuera igitur, vbi Notarius naturam iſtius
S. ti ignoret, non ipſe, ſed iudex vim iſtius clauſulæ
annihilat,& extinguit.
499 Non obſtat etiam, † quod ſi teſtis dicat, ſe vidiſſe,
quod aliquis tenuerit, vel poſſederit iſtum fundum,
neſciat tamen, quid ſit poſſeſſio, nihilominus iſtius
dictum valeat, *prout notatur in l.ſtipulatio iſta 38.§. hac
quoque.& ibi Dynus ff de verb. oblig. Iacob. Butrigarius
in tract. de teſtamentis. num 62.* Eſt enim illud à noſtra
500 quæſtione alienum. Teſtis † namque de facto ipſo
eſt interrogandus, non de iure, quod certum eſt, item
de eo tantum, quod nouit,& veriſimiliter ſcire poteſt,
quodque per ſenſum aliquem corporis rectè, & verè
percepit,& cognoſcere potuit, *l.qui teſtamento. §.pe-
nult.ff.de teſtament l.teſtium 14.C.de teſtibus. Barto. l.3.
§ eius,n.2.ff.eodem Bald.in addit.ad Spe.ut.tit.de teſte.
§.nunc videndum,in princ.& in cap.1.n.4.de noua forma
fidelitatis.* Hartman. Piſtor. *par.1.quaſt.26.n 23. in fin.* de
quo plene agit Maſcard. *de probat. concluſ.* 1200. *per
tot.* Matth. Cuno *de pactis lib.1.c.2.n.45.* ubi vide. At
Notarius de ſuo proprio facto interrogatus, non tan-
tum reſpondere debet, quod certiorem mulierem de
ſuo beneficio reddiderit, verum etiam idoneam cau-
ſam addere cogitur, quomodo id ſit factum, vt apud
omnes eſt in confeſſo.

Non obſtat etiam, quod alibi dicitur, Medicum
501 † examinatum ſuper cauſa mortis, & deponentem,
mortuum eſſe aliquem ex Apuplexia, non poſſe in-
terrogari, quid ſit Apuplexia, cuius opinionis aucto-
res præter alios laudantur Franciſc. Purpurat. *in l.1.n.
72.ff ſi cert.petat.* & Maſcard. *de probat.concl.*430.n.4.
502 Nam valde † dubito, an etiam hæc doctrina tam
indiſtinctè ſubſiſtere poſſit, maximè, quando ſuſpi-
cio eſt de inſcitia Medici, & ideo verius eſſe arbi-
tror, eius depoſitionem, tanquam vagam, ambiguam
& vacillantem, nullam vim habere, ſi dicti ſui ratio-
nem reddere nequeat. Interim tamen cum ſale aliquo
503 hæc ſunt accipienda. Sicut enim à Medico † non
requiro ſcholaſticam aliquam Apoplexiæ definitio-
nem, modo rem ipſam dextre explicare poſſit, ita
quoque minimè Notarium vrſerim, vt ſpecialem de-
finitionem beneficii Velleiani recitet, modo ſaltem
viuo colore rem delineare, & depingere valeat, *ar-
gument.l.ſi ita 126.§ Chryſogonus.in fin.ff. de verb. obl.
l.ſi cui ff.de ſeruitut. l.pen ff. ad exhib.* Nam, & Pædius
lib 1. de ſtipula. nihil referre ait, proprio nomine res
appellent, an vocabulis quibuſdam demonſtretur,
l.certum ff.de reb credit. Et præterea non adeo refert, ſi
forte hic ad manum non ſit Zeno Stoicorum pater,
qui exactam nobis vocis eius definitionem tradat, vt
in ſimili iocatur Franc. Florid. Sabin *lib.2.lection.ſuc-
ciſ. cap. 23.*

Denique non elabetur Notarius, ſi dicat, in appo-
nendis illiuſmodi clauſulis ſe cómunem fori ſtylum,
& conſuetudinem ſecutum, atque ob id excuſandum
504 eſſe. Nam † mala practica non eſt ſeruanda. Bald.
in l.ſed licet ff.de offic. præſid. Euerh. Præſes *in loc. à lege
ceſſante.n.1.* ac conſuetudo, quantumuis inueterata,
non poterit excuſare Notarium, ſi ex inconſiderata
ſua confeſſione, partibus non intelligentibus, ma-
gnum præiudicium inferatur, ſecundum ea, quæ tradit
Bald. *in Rubr.C.de fid.inſtr.* Hoſtienſ. *in c.quanto extr.
de his quæ fiunt à prælat.* Ludouic. Roman. *in ſingul.*361.
incip. Fui interrogatus, ſunt hic tres,&c.
505 Diſcant † igitur Notarii, vt mulieres intercedentes
primum de beneficiis ſuis, & nominatim de Velleia-
no edoceant, ac poſteà ad tollendam omnem futuræ
diſputationis anſam, effectum S.cti Velleiani paucis
verbis in inſtrumentis adjiciant, quemadmodum con-
ſuluit. Bartho Cæpol. *in cautel.195. incip. Notarius
ſcripſit.* vnde etiam vidi cautos Notarios hac forma
vti: quod renuntiat beneficio ſen. con. vel l. quod
prohibet ne mulieris ſeſe alicui contractui obli-
506 gent,&c. Idem † etiam requirit nominatim ius mu-
nicipale ſiue ſtatuarium Imperialis vrbis Lubecæ,
lib.1. tit.5. art 7 in fin. his verbis: aut ſit iuriſdictio,
mulierem ipſamet debet auxiliari ad ſoluendum.
507 Quod tamen † ſupra dictum eſt, mulierem renun-
tiantem non aliter obligari, quam ſi certioretur, id
fallit in renunciatione corporali iuramento firmata,
text. & gloſſ. *verb.& uxorem.in c. ex reſcripto.extr.de
iureiur.* Tiraq. *in l.ſi vnquam.in præfat. n.136. Cod. de
reuoc. donat.* Anton.de Padilla *in l.ne paſſim. num.12.C.
de iur.& fact.ignor.* Ioan.Goddæus *dict.cap.7 concluſ.
16.nu.198.* Hoc enim caſu iuramenti virtute efficaci-
ter mulier obligatur, etiamſi non ſit de Senatuſcon-
508 ſulto Velleiano certior reddita, quia † iuramentum
eſt loco certiorationis, cum ad iuriſiurandi interpoſi-
tionem maiori deliberatione, quam ad renuntiandum
perueniatur, niſi fortè quis conſcientiam ſuam inſu-
per habeat, vt ex Simoncello reſoluit Frideric Pruck-
man. *in l.in multis part.1.art.13. num.15 ff. de ſtatu hom.*
cenſeturq; mulier huius virtute omni legum, & iuris
auxilio renuntiaſſe, ſi non in ſpecie, attamen in gene-
re Ioannes de Amono *in commentar.66.* Eberhard.
in Topicis.loco a vi iuramenti.n.36. Hartm. Hartman-
ni *in pract. obſeruat. titu. de fideiuſſoribus. obſeruat.2.*
Gail *lib.2. obſeruat.77. num* 10. Maſcard. *de probat.
concluſ.*1080.*num.*21. Matth.Cuno *lib.1. de pactis.c.10.
num.*16.17.18 & 19. Et ita vulgo iactatur auctore
Franc.Turzano *concluſ.132. num.1 & 2.* Eman. Soare-
zo *in com.opin.lit.V.num.8.* Etiamſi Signorolus, Fulgo-
509 ſius, † Bolognetus, Iaſon & alii contrariam ſenten-
tiam tueantur, putantes etiam in caſu quo iuramen-
tum interuenit, certioratione opus eſſe, vt referunt
Scard. *de probat. concluſ* 1080. *num.*22. & Ioan. Nicol.
Arelat *ad Alciat.de præſumpt.lib.1.præſump.*42 Quod,
510 ad omnem † quoque tollendum ſcrupulum adhiberi,
tutius eſſe putat Frideric. Pruckman. *in d.l. in multis
part.2. artic.15 num 17.ff. de ſtatu hom.* Nec diſſentire
videtur Anton. Theſſaurus *d dec.222.num.12.verſ Et
511 hæc opinio.* Contra † quot tamen prædicta ratio fa-
cit, ac præterea reſpectu numeri Doctorum, magis
communis quoque opinio, vt apparet ex Hippol. de
Marſil. *in pract.crim.§.2.quaſt num.64.* Pet.à Duennas
in reg.325.verſ.ſed nihilominus prima opinio.in fin. An-
to. de Petrucia *in tractat. de virtut. iuram. effectu.*10.
Alexand. *conſ.222.viſa facti narratione num.4 lib.2.* Io-
ſeph Ludouico *in com. concluſ. concluſ.34. num.1.2. &*
10. vbi vide Ioach. à Beuſt. *In l.1. num.248 ff.de iureiur.*
& multis aliis relatis apud Anton.Theſſaut. *d. deciſ.*
512 222. *num.* 11. Quanquam † autem Thomas Gram-
mat *deciſ.76.num.*20. aſſerit, communem opinionem
eſſe, quod mulier Senatuſconſulto Velleiano, ne qui-
dem cum iuramento renunciare poſſit, Cynum, &
Calcaneum pro eaſtabilienda allegans, ea tamen neu-
tiquam eſt communis, ſed potius communiter repro-
batur, teſte Afflicto, *deciſ. Neapol.*311.*num.*4. (quem
ſequitur Vincent.de Franchis *dec* 84. *num.*4.) Daniele
Molleto *in comment. ad conſtit. Saxonicas. conſtit.16.
num.10. par. 2.*
513 Cæterum † ſecundum Nouellam conſtit. Electo-
ris Auguſti 16. *par.2.* renunciatio Velleiani etiam abſ-
que iuramento, imo & abſq; vlla certioratione, ſecun-
dum Mollerum *in d. conſtit.16. num.18.* valet, ſi modo

vxores viduæ, & virgines natu maiores, auctoritate
ſuorum curatorum, ac procuratorum in iudicio bene-
ficiis ſuis renuntient: Quamquam, & iuramentum ac-
cedere poſſe credo, cum per illam Nouellam non pro-
hibeatur, idque de iure communi adeo verum eſſe au-
514 ſim affirmare, vt ſi mulier † ſola cum iuramento in
loco iudicii renuntiauerit, non adhibito conſenſu tu-
toris, nihilominus renunciatio, & contractus valeat,
non obſtante ſtatuto, quod mulierem, abſque conſen-
ſu tutorum, vel propinquorum, contrahere vetat, vt
communis ponit Bologner. *repet. l. omnes populi n. 97.
ff. de iuſtit. & iur.* Thomas Ferrarius *cautela* 6. Fran. Vi-
uius *lib. 1 opinion.* 197. Eman. Soarez. *in com opin. lit. M.
num.* 248. & 250. quæ declaratio ad d. conſtitutionem
16. bene eſt notanda, quamuis eam in ſpecie non attin-
gerit Daniel Moilerus *vbi ſupra.* & Frideric. Pruckm.
in d. l. in multis par. 2. art. 15. n. 25. in aliam ſententiam
deflectere videatur.
515 Sed † admonendum etiam eſt, mulierem, quæ me-
diante iuramento renuntiauit huic ſuæ renunciationi
ex DD. ſententia contraueuire poſſe, ſi ſe enormiter
læſam, & planè, ac in totum, non pro dimidiata parte,
indotatam reddi probet. Afflict. *deciſ.* 342. Alex. *conſil.
42. numer. 6. lib* 1. M. Anton. de Amaris *dec. 46 num.* 3.
& dec. 62. num. 14. & 15. vbi bis communem vocat.
Gail. *lib. 2. obſeruat. 77. num.* 11. Ex enormi enim læ-
ſione dolus præſumitur, *l. omnes. § Lucius. ff. quæ in
fraud. credit.* & renunciatio, licet iureiurando munita
ſit, caſus tamen inſolitos, & incogitatos non com-
prehendit, Alex. *conſ. 28. colum. pen. lib.* 1. & faciunt tra-
dita per eundem Gail *lib. 2. obſ.* 147. Myſing. *cent. 1. ob-
ſeruat* 36. Ioan. Cephal. *conſ. 34. num. 22 & conſ. 142. lib.*
1. Ioſeph. Ludouic *in comm concluſ. concluſ. 34. num.* 11.
516 Scio † equidem contrarium non ſolum Ioanni Lupo,
Boetio, Afflicto, Alciato, Burſato, Rolando à Valle,
Anton. Solæ relatis ab Anton. Teſſauro, & quidem
ipſi quoque Teſſauro placuiſſe, *in dict. dec. 223. num.
12. & 13.* Verum etiam in prouinciis Electoris Saxo-
niæ obſeruari, *per conſtit. 35. par. 2.* atque ea, quæ lucu-
lenter tradit Daniel Molletus, *in d. conſtit. 16. num. 6.
part.* 2. Sed fortè in aliis locis à prædicta DD. ſenten-
tia recedere vix tutum eſſet, licet eam ipſam falſam,
& ab Alciato quoque refutatam eſſe affirmat quen-
dam Gall. *in additio. ad Decium. conſil.* 180. quem ſe-
quitur Daniel Molle*r*us *d. loco.* ſatis firmis rationibus
illud ipſum ſtabiliens, cui, veritate rei coactus aſſen-
tiri cogor. Videat lector quoque Ioan. Zangerum, *in
tract. de excep. par. 3. c. 9 n.* 42.
517 Decimoqvarto † limitandum cenſeo conclu-
ſionem noſtram *ſupra num.* 389. poſitam, vt non ob-
tineat in Reginis, Duciſſis, Comitiſſis Abbatiſſis, aut
aliis illuſtribus mulieribus, Europæis, Regalia, & Iu-
riſdictionalia habentibus quales fuerunt Ioanna Sici-
liæ Regina, Eliſabetha Angliæ Regina; Margarita
Daniæ Regina, Maria Regina Hungariæ, & Margari-
ta Parmæ, & Placentiæ Princeps, Belgii Gubernatri-
ces, Imp. Caroli V. & Regis Hiſpaniarum proreginæ
ſive vicariæ, & quales adhuc multæ reperiuntur Ab-
518 batiſſæ † in Imperio Romano Germanico, quæ pro
Statibus Imperii vigore matriculæ habentur, vt Ab-
batiſſa Princeps. Quales Abbatiſſa Quæliburgen-
ſis Haſſiæ in diœceſi Argent. Lindauienſis Handenſ-
pheim, & Ethbarenſis. Cum enim hæ mulieres
519 † virilia, & magnæ importantiæ (vt loquimur vulgo)
negotia recte ſuſtinere, in ſpecie vero pro tribunali
ſedere, ius dicere, commiſſiones perficere, arbitri offi-
cium ſuſcipere, laudum proferre, in iudicio procura-
re, legationis munus obire poſſint, *c. indemnitatibus.
42. de electionib. in* 6. *c. dilecta. de arbitris. c. cum dilecta.
de confir vtili & inutili.* Corraſ. *lib 2. Miſcellan. c. 27.
n. 7. &* 8 Ludolph. Schrader. *de feud. part. 10. sect. 1. n. 5.
&* 6 Camill Borell. *in tract. de compromiſſ. § 2. gloſſ 4.
n* 6 Rutger. Ruland *de commiſſ. part. 1. lib. 1. c. 29. num* 6.
Arnold. de Reyger. *in proceſſu iudiciali diſput. 1. theſi
29. lit. G* Frideric. Pruckman. *in repetit. l. in multis
memb. artic. 1. n. 4. & art 2. num. 10. ff. de ſtatu hom.* Pro-
copius *lib.* 8. Franciſcus de Vayer *in tractat. de legato
c. 9 mihi pag. 13. lat.* 2. Heim. Kirchnrius *in tract. de le-
gato. c. 3. n. 37. 38 39.*

Præterea in haſce heroinas non facilè aliqua im-
prudentia, aut imbecillitas conſilii cadat quas ſupra
num 300 *& ſeqq.* in tenuioris fortunæ, & ſtatus mulie-
ribus, conſiderauimus, non credo ambigendum, quin,
ſi fidem ſuam interpoſuerint, non aliter ac viri ex ſua
520 fideiuſſione teneantur, maximè † quia is, qui illarum
fidem ſecutus eſt, in illis non tam naturam muliebrem,
quam Regalem, aut illuſtrem dignitatem, adminiſtra-
tionemque, per omnia virili adminiſtrationi ſimilem,
reſpexit, eſſetq; ſanè harum illuſtrium fœminarum de-
terrima conditio, ſi poſſent, quæcunque cæteri Reges,
Duces, Comites, & Barones in ſuis Regnis, ac Princi-
patibus poſſunt, non poſſent autem eodem modo ma-
ſcule fideiubere, non enim ei, cui maius licet, non de-
521 bet minus non licere. Nec obſtat, quod lex † non di-
cit, id nec nos dicere debere, quodque ſine lege Ic-
qui erubeſcendum ſit, *§ conſideremus Auth. de triente,
& ſemiſſe. l. diſſentientis. C. de repud.* Euerhard *in loco à
lege ceſſante. n* 1 Frideric. Pruckman. *in repetit. l in mul-
tis. 1. part. princ. memb. 1. artic. 1. num. 15. ff. de ſtatu hom.*
nullibi autem cautum eſſe, quod Reginæ, Duciſſæ,
Comitiſſæ, Abbatiſſæ, principalem dignitatem haben-
tes, & cæteræ illuſtres heroinæ, ſi fideiubeant, Sena-
tuſconſul. Velleiano ſe tueri non poſſint: Et proinde
hic locum habere illud Baldi, *in capit. nihil circa fin de
elect. quod lege non cauetur, nec in practica habetur.* Præ-
522 terquam enim, † quod, tempore conditarum legum
Romanarum, Iuriſconſulti, & Imperatores, ne qui-
dem per ſomnium, ſibi imaginari potuerunt, tales Re-
ginas, Duciſſas, Comitiſſas, Abbatiſſas, quales rerum
potiri vidimus olim, atque etiamnum hodie cerni-
mus, vt hoc reſpectu profecto multum interſit inter
illud, quod olim fuit, & quod nunc eſt, vt dixi infra
c 11. num. 65. Inſuper etiam vel tyronibus notum eſt,
eum non loqui ſine lege, qui allegat rationem. Eber-
hard. *d. loco à lege ceſſante. num. 2. & 3.* Iam verò ratio-
nem naturalem, & ſufficientem protuli, cur in huiuſ-
modi heroinis, & viraginibus, aliud ſit ſtatuendum,
quam in plebeis illis, & minorum gentium mulieru-
523 lis. Quærere † igitur legem, vbi habemus rationem,
& ſenſum, imo ipſam experientiam rerum Magi-
ſtram, eſt infirmitas, ſeu debilitas intellectus. Baldus
in Rubrica. ff. de rer diuiſion Euerhard. *d. loco. num.* 3 Ni-
524 hil etiam negotii faceſcit, quod † ipſa Auguſta iudi-
care nequeat. Pruckman *d. part. 1. memb 1. artic. 1. num.*
15. Ergò nec Reginas, ac cæteras illuſtres, & Princi-
pes fœminas melioris conditionis eſſe debere. Re-
ſpondeo enim, Auguſtam, viuente adhuc Imperatore
marito, per ſe à iudicando arceri, niſi fortè ſit conſti-
525 tuta † vicaria, vel vicem tenens, *Frideric. Pruckman.
in d. l. in multis. par. 1. memb. 3. art. 11. num* 6. quæ prohi-
bitionis ratio in reliquis illuſtribus fœminis facilè
ceſſat. Vbi igitur diuerſa eſt ratio, ibi etiam diuerſum
ius eſt ſtatuendum. Cæterum quia hæc nullum præ-
uium ſequens, ac magiſtrum memetipſum habens,
*(vt ait Hieronymus in Catalogo Scriptorum Eccleſiaſti-
corum in prin.)* in medium profero, ſatius eſt, vt æquo
lectori liberum iudicium ſuper illis permittam. Et
tantum de præcipuis limitationibus in quibus ex-
ceptio

ceptio SC. Velleiani locum non habet, de quibus
videri poterit Ang. Aret. *in §. item ſi in iudicio. Inſtit. de
except.* Vincen de Franchis, *deciſ.* 279. Antnn. Theſſau-
rus *d. deciſ.* 223. vbi hunc articulum etiam pulchrè
examinauerit.

Pro complemento ſaltem materiæ huius, quæro;
Num mulier ex interceſſione ſua, ſi non in foro ſecu-
526 lari, ſaltem in foro conſcientiæ obligetur? † Intri-
catum ſatè attingimus hic ἀπροσδόκητον, in quo quidem
certi aliquid ſtatuere, non tam difficile, quam perſcu-
527 loſum eſſe videtur. Ex † interceſſione enim mulie-
ris oritur naturalis obligatio, vt ait Accurſ. *in l. quia
528 naturalis ff. ad Maced.* Quod † autem naturaliter de-
betur, id in foro animæ omnino præſtari oportet, vt
tradunt Abbas, *in c. quia plerique col. pen. extra de immu-
nit. Eccleſ.* & Anchanau *in c. poſſeſſor. q. 1. de reg. iur. in 6.*
Vnde etiam ſcribentes hanc ponunt regulam: Quod
529 † lex humana ſiue ciuilis, quoad obſeruationem, li-
get etiam in foro conſcientiæ. Iac. Marchiſellus *in re-
collectis ſiue ſylua pract. quæſtio. quæſt. 46. num. 2.* Ferdi-
nan. Vaſquius *lib. 1 controuer. c. 29.* Eman. Soarez. *in the-
ſauro com. opin. lit. L. n. 136. cum ſeq.* Petr. Peckius *de te-
ſtam. coniug. lib. 4. c. 24. n. 3.* Petr. Gilkenius *de præſcript.
part. 2. memb. 7. cap. 3. num. 44.* Cæterum; ſi ingenue
vni alicui opinioni omnino calculum adjicere opor-
530 teat, exiſtimauerim, non ſolùm † in foro poli mulie-
rem exceptione SC. Velleiani bona, ac tuta coram
Deo conſcientia vti, & denegare poſſe ſolutionem
eius, quod intercedendo promiſit, ex firmiſſimis ra-
tionibus adductis, per Menoch. *de præſumpt. lib. 1. præ-
ſumpt. 80. per tot.* Tiraq *in l. connub. gloſſ. 4. num. 16.* nec
non Frideric. Pruckman. *in l. in multis part. 2. artic. 15.
num 3. ff. de ſtatu hom.* Valentin. Francum *in tract. de
fideiuſſ. cap. n. 155.* Ioann. Goddæus *in comment. de con-
trah. ſtipulat. cap. 7. concluſ 16. num. 289. & ſeqq.* Martin.
Benekendorff *in l. 1. memb. 4. part. 4. limit. 1. num. 129.
ff. de reg. iur.* quas, qui volet, inſpicere poterit. Nec de-
bet mulierem intercedentem terrere, ſatis in lege
Moſaica conſtitutum inueniri, quod fideiuſſor quili-
bet ſine ſexus differentia promiſſioni ſuæ ſtare, ac
531 ſatisfacere debeat: Non † enim lex Moſaica eo ex-
tendi poteſt, vt docte explicat Ioan. Godd. *d. loco. num.
292. 293 & ſeqq.* ſed ſufficit, Senatum, legumlatores, ac
Impp. Romanos mulierum fideiuſſiones à regula
propter graues cauſas excepiſſe, & infirmaſſe, quibus
merito eſt obediendum, iuxta tradita per Ioan. Cal-
uin. *in tractat. de Principe. cap. 2. pag. 52. & ſeq.* Nam vt
dicit Lucas de Penna, *in l fin. col. 7. verſ. cum ergo pro-
532 miſſa. C. de incolis. lib.* 10. In † his quæ bona tempora-
lia tangunt, nulla eſt iuriſdictio Eccleſiæ. Accedit;
533 quod † quoties de rebus ſecularibus agitur. Canones
ipſi ſe iuri communi ſubjiciant. *c. cum ad verum. 96.
diſtinct.*

Reuertamur nunc ex diuerticulo quaſi ad perſonas
illas, quæ fideiubere non poſſunt. DECIMOSEPTIMO
534 igitur loco dicimus † obſides, & captiuos idoneos non
eſſe fideiuſſores, imo ne quidem fideiubere poſſe. Cum
enim obſides hoſti fidem dederint, capiteq; minuti, &
ciuiliter ſint mortui; vnde & Cicero obſidis, vt pig-
noris, voce frequenter vtitur. *Baldevvinus de pignor.
535 & hypoth. c. 2. in princip.* certè † nec tranſigere, nec fi-
deiubere, nec alienis negotiis ſe immiſcere poſſunt;
nec denique quicquam tentare, quod hoſtibus, quo-
rum fidei ſe commiſerunt, præiudicium adferat, *l. obſi-
des. ff. de teſtamentis. l. facere. 10. ff. de teſtam. milit. l. Di-
uus Commodus. cum l. ſeq. ff. de iure fiſci. Franciſ. Vayerius
Gailus in tract. de legato, legatorumque auctoritate. cap. 6.
mihi pag. 15.* De captiuis porrò vide textum, lib 3. ar-
536 tic. 41. qui in effectu ſatis probat, captiui † promiſ-
ſiones tempore captiuitatis factas, non magnam vim
habere iunctis tamen iis. quæ tradit Hippol. *in pract.
crimin §. attingam. n. 22. & in ſingul. 106.* item Menoch.
537 *conſ. 1. n. 271 & 273. lib. 1.* Nec † aduerſatur. *l. nam. & ſer-
uius. ff. de negot. geſt.* vbi duo captiui pro tertio dimiſſo
pecuniam ſoluere potuerunt, ergo & fideiubere po-
tuiſſent, quia plana eſt reſponſio id volentibus Luſi-
tanis factum eſſe. Nam ſi captiui in eorum præiudi-
cium, ante præſolutum λύτρον, quid egiſſent, procul-
dubio prohibiti eſſent.

538 Quia † tamen hodie captiuorum, & obſidum con-
ditio, inter Chriſtianos melior, & tolerabilior eſſe cœ-
pit, cum non mutent libertatem, nec ſeruire compel-
539 lantur, ſed † captiui, perſoluto λύτρῳ victori, veniam
recedendi impetrent, *Alciat. in l. hoſtes. 118. n. 6. D. de
540 verb. ſignif.* Obſides † vero tantum ad eum finem
teneantur, vt, timore peioris coerctionis, & cuſtodiæ,
ſtrictius teneantur capitulationes, & conditiones pa-
cis, *cap. ſuppliciter 23. quæſt. 8 glo. in cap. expoſita. verb.
obſidum. extra de arbitris. Bald. in l. 2. n. 9. C. de pat. qui
fil. diſtrax. Felin. cap. ex reſcripto. num. 2. extr. de iureiur.*
Ioann. de Arnono *in commen. 65. Gail. de pac. publ. lib.
541 2. c. 2. n. 11.* Ideo tradunt Doctor. obſides † noſtros
etiam contractus inter viuos celebrare, Auguſtin.
Beræus *conſi. 159. num. 16. volum. 3.* & teſtamenta
542 † facere poſſe. Bart. *in d. l obſides. D. de teſtam.* Bald.
l. 1. n. 19. C. de ſacroſ. eccleſ.

Non tamen (quod DECIMOOCTAVO loco mo-
nere volo) cum obſidibus vel captiuis confundendi
543 † erunt LEGATI, qui apud exteros (quos voco non
tantum hoſtes: ſed etiam fœderatos, amicos, ſocios,
præeunte Cuiacio, *lib. 18. obſer. cap. 23. in fin.*) legatio-
ne funguntur. Nam multum differre argumento eſt,
544 *l. 1. in prin ff. de legat. 3.* Sicut enim illi † teſtamentum
facere, *l. qui à latronibus. § 1 ff. de teſtam.* conſtituere, *l.
8. ff. de iudic. l. cum qui. § 1. ff. de conſtitu. pec.* compro-
mittere, *l. 32. § item ſi qui Romæ. D. de arbitris.* & do-
mum reſve alias ſibi emere poſſunt, *l. legatus 12. D. de
545 legationibus. l. 25. D. de iudiciis.* Ita † etiam ſi legationis
cauſa Romam venerint, ex qualibet cauſa fideiubere
poſſunt, *l. cum furioſus. § 1. D. de iudiciis.* quia priuile-
gio ſuo vti non poſſunt, ſi Romæ conueniantur, cum
Romæ contraxerint, *d. l. 1.* Cuia. *lib. 13. obſ. c. 17.* Coua.
lib. prac. quæſt. c. 5. n. 2. verſ. legatus. Coletus *de proceſſ.
execut. part. 2. c 3. n* 188. Ruland. *de commiſſ. part. 1. lib. 8.
c. 10. n. 5. 6. 7. & 8.*

546 Sed obſtare videtur Senatuſconſultum, quo † pro-
hibentur legati, ante perfectam legationem, negotiis
vel priuatis rebus obſtringi, ſiue illa negotia ſint pro-
pria, ſiue aliena; Neque enim in rem ſuam quicquam
agere (ergo nec fideiubere. *iuxta l. Labeo. 19 ff. de verb.
ſign.*) poſſe videntur, ſine fraude publicæ rei, quam
agendam, aut defendendam ſuſcepetunt. *l. Paulus. 8. §.
vlt in. l. legatus, 10. l. ſi abſenti. § 1. l. legatus. 12. D. de le-
gationibus.* vbi mentio fit huius Senatuſconſulti, licet
nomen non exprimatur, ſicut & alia multa ſunt Sena-
tuſconſulta, quæ proprium nomen non habent. Quo-
547 modo † igitur illud ſtare poterit, quod *in d. l. cum fu-
rioſus. D. de iudiciis.* dicitur; Legatum ex qualibet cau-
ſa fideiubere poſſe: Item quod habetur *in l. de eo 26. D.
de iudiciis.* Legatum, qui hæreditatem adiit, lega-
tariis more aliorum hæredum ſatiſdare compelli, niſi
eos in rerum hæreditariarum poſſeſſionem mitti ve-
lit? Accurſius *in d. l. cum furioſus,* diſtinguere videtur;
Vtrum Romæ, vel an alibi legatus fideiubeat: ita vt
Romæ, & fideiubere, ibique conueniri poſſit: In alia
autem prouincia, ante legationem perfectam, nec fi-
deiubere, neque etiam conueniri queat, ſed habeat
ius reuocandi domum. Nec omnino friuola videtur

iſthæc conciliatio, maximè quia toties Romæ men-
tionem in hac ipſa materia faciunt Iuriſconſulti, pro-
548 culdubio innuentes. Romam † eſſe caput Italiæ,
Liuius *lib.*1. Dionyſ. Halicarnaſ., *lib.*4. Plinius *lib.*3.
*natur. hiſtor. cap.*5. (vnde etiam Dionyſ. Afer. *in ſua*
*περιηγήσει. mihi fol.*9. *lin.*13. eam appellat *μητέρα πασῶν*
πόλεων. P. verò Pithœus *lib.*2. *aduerſ. cap.*18. *τὴν ἁπάν-*
των ἐπιτομὴν imo, & communem patriam, *l. Roma.*
D. ad municip. l. 2. *§. ſed & ſi Cod. de vet. iur. enu-*
*cleando. lib.*3. *C. de conſulibus. lib.* 2. ita ſanè apud pri-
ſcos celebratam, vt dicerent, Orbis in vrbe, vt teſti-
monio Senecæ aſſerit M Anton. Bardus, *in tracta. Pro-*
thimiſ. in princ. & Benedellus *in eod. tracta. in Rubrica.*
549 *num.* 3. *&* 4. Et quanquam ſe † hodie aliter res ha-
bet, vt poſt Conaru. Mantuam, Alciat. Cuiat. & Fari-
nac. oſtendit Ioann. Bonifac. *in tract. de furtis. §. con-*
trectatio. num. 33. De quo etiam poſt Decium, Fe-
lin. Roman. Alciat. & Gomeſium, Vincent. Manzin.
*in tracta. de tutela. quæſt.*7. *princip. num.*10. quanta ta-
men maieſtas vrbis Romæ ab antiquo fuerit, admo-
dum eleganter deduxerunt Iuſtinus *lib.*43. *& Iuſt. Li-*
*pſius de magnit. Romana lib.*1. *cap.*2. vbi Romam vocat
mundi caput, mundi miraculum, Arcem nationum,
ac regum, lumen gentium, vocat & Dominam simpli-
citer Arnobius, *lib.*2. *aduerſ. gent. mihi pag.*511. Ludo-
uicus Quartus Romanorum Rex, in ſuo ſigillo, ſiue
aurea Bulla quoque ab vna parte vſus eſt in hac in-
ſcriptione:

Roma caput mundi regit orbis frena rotundi.

Hinc Rotvvita nobilis Monialis in panegyrico de
geſtis Otthonum, *mihi pag.*194.

Poſſidet vt Romam polleati iure ſuperbam,
Quæ ſemper ſtabilis, ſummum fuerat caput orbis.

Guntherus Ligurinus, *lib.*3.

Inde caput mundi Romam petit, atque viterbam.

Vbi Iacob Spigelius ex traditione poetarum ſub-
jicit, diu quæſitum eſſe, qua tandem poneret arce ter-
rarum fortuna caput, viſumque tandem ſuperis, nihil
poſſe huic rei Roma aptius reperiri. Rebus igitur ſic
ſtantibus, quorſum is, qui Romæ eſt in patria, in
aliam prouinciam, & patriam reuocatur? Sanè hoc
caſu privilegium reuocandi domum ceſſat, ne pote-
ſtas detur legatis, ſub hac ſpecie ex patria in patriam
reuocandi, *d. l. cum furioſus. §. de iudic.* Idque etiam ſa-
tis obſcurè innuere videtur Aegid. Bellamera *in cap.*
*Romana n.*24. *de foro competenti.*

Verum ne ſic quidem ſatis expeditum eſt, cum le-
gatis Romæ magis fideiubere liceat, quam in alio lo-
co, de quo tamen præcipuè dubitatur. Saluo igitur
aliorum melius ſentientium iudicio, exiſtimauerim,
550 non † eſſe diſtinguendum, vtrum legatus Romæ,
vel alibi fideiubeat, ſed vtrobique efficaciter cum fi-
dem ſuam obſtringere poſſe. Quia enim fideiuſſio ſo-
lam voluntatis declarationem requirit, & breui ad-
modum temporis ſpacio expediri poteſt, neque etiam
negotium Reipubl. impedit, vel differt, non magis,
quam ſi cum amico ſuo conſilium participet legatus,
idque etiam non incidit legatus fideiubens in Sena-
tuſc. quod prohibet, ne ante legationem perfectam
negotiis vllis ſe obſtringat, vel interponat: Nam il-
551 lud † ita intelligendum eſt, ſi negotia illa Rempub.
impediant, & legatum, quo minus officium ſuum di-
ligenter exerceat, in alienas, & peregrinas cogitatio-
nes auocent, vt animaduertit Martinus de Caraziis
relatus à Zaſio *in conſil.*20. *num.* 25. *&* 26. & Alberic.
Gentil. *lib.* 2. *de legationibus cap.*22. licet ibidem *cap.*16.
de contractibus legatorum diſſerens, nullam tamen
huius quæſtionis mentionem faciat. Quid enim, ſi
alios defendere, procurator eſſe, debitores ſuos con-
uenire, mercimonia exercere, & alia quæcunque tra-
ctum temporis requirentia peragere velit? Certè iſta
prohibentur Senatuſconſulto, *d. l. Paulus* 8. *§. vlt. l.*10.
l. 11. *§.* 1. *l.* 12. *D. de legationibus. Herm. Kirchnerus de le-*
gato lib. 2. *c.*9. *num.*17. 18. *&* 19. & facit eleganter. *l. non*
552 *alias. §. vltim. ff. de iudic.* Debent † enim Legati feſti-
nare, *l. his, & ibi Luc. de Penna. Cod. de curſu publ. lib.*12.
*Zaſius conſ.*20. *num.* 9. *lib.* 1. Neque facilè credendum
eſt, duabus rebus neceſſariis vnum ſufficere; nam cum
vni adfuerit, alteri abſtrahi neceſſe eſt, ſicque nulli
eorum in totum idoneus inuenietur, *l. memor.*14. *C. de*
aſſeſſoribus.

Et pro illa diſtinctione facit, quod tradit Accurſ. &
eum ſecutus Bald. *in l. non vere. ff. ex quibus cauſ. maior.*
553 Ambaſſatores † in legatione etiam priuatam vtilita-
tem procurare poſſe, puta impetrare officium, præ-
bendam, inueſtituram, & ſimilia, quæ ſaluis negotiis
legationis expediri poſſunt, quod etiam probat Mar-
cellus Mantua Bena. *lib.* 4. *obſe. legalium. obſer.*40. Nec
554 dubito, † quin eadem diſtinctio ſit ex mente Scæuo-
læ, *in d. l. lega. ff. de legat.* vbi ait Scæuola, legatum qui
Romam venit, & ſi nondum perfecta legatione do-
mum emat Nicopolitanam, cum in ciuitate Nicopo-
li alioquin legatus reſidentiam haberet, non tamen
Senatuſc. teneri, quo prohibentur legati ante perfe-
ctam legationem negotiis priuatis obſtringi. Quid
ita? Quia ad emptionem nihil aliud requiritur, quam
conſenſus, merx, & pretium. Conſenſus porrò vno
verbo declarari potuit, neque per anfractus iudicia-
rios negotia legationis impediit, vnde etiam Burſat. *in*
555 *conſ.*172. *n.*21. *lib.* 2. dicit: quod contractus † vnico ictu,
& momento perficiantur. Deinde etiam facilè pre-
tium numerari potuiſſet, ſi modo illud ad manum ha-
buiſſet emptor, quanquam id non exprimit Scæuola,
556 neque opus fuit, vt exprimeret. Quod † igitur Accur-
ſius ait, in domo eſſe ſpeciale, & legatis permiſſum eſſe
domum emere, non autem res alias, nihil ſtringit: Si
quis enim à Scæuola quæſiuiſſet, num in Senatuſc. in-
cideret legatus, qui fundum, vel ſeruum tempore le-
gationis emit, fuiſſet vtique Scæuola idem reſponſu-
rus, quod in domo reſpondit, neque enim inter iſtas
res probabilis diſtinctionis eſt ratio, *l. ſi legationis.*25.
ff. de iudiciis. Petrus Poncetus in tract. de iure municí-
*pal. n.*57. *mihi pag.* 217.

557 Cum autem † Nuntii Apoſtolici, vt vocantur, ſint
legati Pontificis, ſicut tradit Specul. *in tit. de Legato. §.*
1. *num.*3. & latius Raphael Cylenius, *in tract. de Legat.*
Pontificis. firmiter ſtatuo, in illis idem ius ſtatuendum,
quod modo de legatis in medium attuli, maximè,
cum tales nuntii raro ſint Monachi vel Clerici, ſed
Cardinales, Archiepiſcopi vel Prælati, quos, & olim
legatos fuiſſe ad ciuitatem Regiam, vel alium quem-
libet locum teſtatur Nouell. 123. *c.*26.

558 Quid † autem dicemus de ſelectis illis viris, qui
hodie à Principibus, aut Ciuitatibus Imperialibus,
vel ad aulam Imperatoriam, vel ad Comitia indicta,
vel denique ad Deputatos Imperii Conuentus mit-
tuntur, & ablegantur, qui olim Nuntii, *vt in tit. de pa-*
ce Conſtantia, & in aurea Bulla Caroli IV. Hodie le-
gati agentes procuratores appellantur, ſicut in Re-
ceſſ. Imperii, eorumque ſubſcriptionibus, paſſim
videre licet. Eruntne hi etiam in prædictis cum vete-
rum Romanorum legatis comparandi? Et ſanè,
559 quatenus † Deputatos ad Comitia, vel alios Impe-
rii Conuentus attinet, etſi non tam, vt Legati (pro-
priè loquendo iuxta tradita per Herm. Kirchn. *in*
tractat. de legato. cap. 3. *numero* 28. *& cap.* 1. *nu.*
20. *&* 21.) quem vt ipſemet Principes, & ciuitates
Imperiales compareant, eorumque locum, & ſubſellia
occu-

occupant, ſententiamque ſuam rogati, eam non aliter, ac ſi Princeps ipſe coram adeſſet, depromunt, & aperiunt, & ſic eandem exercitationem iuriſdictionis ordinariæ habent, quam is, qui ipſos miſit, ſi comparuiſſet, habet in collegio Electoratus Villis, & Ciui-
560 tatibus, Imperij, vt † Andræ. Gall. *lib. 1. obſer. pract. 155 num 6.* & Ioan. Lud. Beuderi, *in tract. de reuiſione, concluſ. 4.* ſententias diſcrepantes in puncto reuiſionis temperauit D. Vulteius *in l. 1. nu. 94 95. & 96. Cod. de iuriſd.* ad Romanorum tamen legatos proximè accedunt, atque ideo ſunt digni, qui ex prærogatiua ampliſſ. Nationis Germanicæ, priuilegiis quoque Legatorum Romanorum, cæteris paribus, vtantur.
561 Arbitror autem hoc ipſum multo fortius in † Legatis Cæſaris, quos vulgo appellamus, procedere, præſertim, quia nomen Legati etiam Commiſſarium continet. Aug. de Clauaſio *in ſumma ſua verb. legatus, num. 2* Raph. Cylenius *in tract. de legato Pontificis.* Autger. Ruland. *de commiſſ. p. 1. lib. 1. c. p. 5. num. 3. & lib. 2.*
562 *cap. 25. nu. 10.* Quum igitur † nomine conueniant,
563 & re aliquando conuenire debent, ſiquidem † effectus nominis ad rem ſe extendit, vt ex Menochio re-
564 fert Ruland. *d. cap. 5. num. 3.* Et qui † nomine non eximuntur, etiam fructu carere non debent, *l. à nullo. ſ. de feriis.* à contrario ſenſu, ne ſi diuerſum ſtatuamus Cæſareos Legatos, ſiue Commiſſarios deteriore loco collocemus, quam legatos Principum, aut vrbium Imperialium, quod certè non eſſet purpuram iuxta purpuram diiudicare, ſed Paridis ſuffragium ferre, cum tamen idem honor debeatur adminiſtratori, qui debetur Domino, pulchrè Anton. Quetta *in conſ. 1 nu. 6. verſi. ſed. & hoc.*
565 Demiſſis † porrò Germaniæ Electoribus, Principibus, & Statibus reliquis ad aulam Cæſaream ma-
566 ior ſuboritur dubitatio, cum inferior † ad ſuperiorem non facilè dicatur legatos deſtinare, mittere, vt apud Franciſc. le Vayer, *in tractat. de legato legatorumque auctoritate, cap. 7. in prin. & Alber. Gentil. lib. 3. lect. & epiſt. cap. 1. in prin. Herman. Kirchner. in legato cap. 1.* prolixè legere licet. Cæterum, quicquid ſit, conſuetudine recepta tamen, & hi vocantur legati, ſiue legati, & Nuntij, quamquam in re veritate ſubtilis quædam inter haſce appellationes poteſt ſtatui differentia,
567 vt nimirum appellatio † Nuntius Auguſtior ſit, quam appellatio procurator, & Proinde quidquam diſcriminis hic ſtatuere mihi nō eſt permiſſum Quam
568 aſſertionem † amplio, vt multo magis admitti debeat in illorum Regum, ac Principum Ambaſſatoribus, ac Legatis, qui Imperatoriam Maieſtatem pro ſuperiore non recognoſcunt, & tamen eoſdem ad Cæſaream aulam mittunt, & ablegant. Etſi enim grauis, & acerrima eſt diſputatio inter Doctores, an
569 † omnes Reges, & Principes Imperatorem pro ſuperiore recognoſcere de iure ſint obſtricti, prout cenſuerunt communiter Gloſſatores, & Citramontani, & poſt illos Anton. Quetta in conſ. 1. num. 8. 9. 9. & 10. vbi admodum pulchre hac de reſcribit Fridericus Baro. Schenck à Tautenberg. *in cap. vinc. in princip. de feud. Marchiæ. Reſtaur. Caſtald. in tract. de Imperat. quæſt. 12. Franciſc. Zoanet. de Romano Imperio. num. 149. verſicu. ſecundum proinde cum ſeq. Michael Vlenran. in quæſtio 3. part. 2. de regimine mundi Hieron. Bald. in lib. coronatione mihi pag. 17. Fulnius Pacia de prob. lib. 2. cap. 53. num. 52. Lancel. Corrad. in templo omn. ind. tit. de Imperat. quæſt. 2. Regul. in proceſ. ſuo cap. 104. num. 2. Hier. Muſco de iuriſd. n.* 128. quorum ſententiam ante aliquot annos IC. quidam in conſilio quodam pro Georgio Lorichio aduerſus ciuitatem quandam Holſatiæ ſcripto, per 20. rationes conſtantiſſime *Antonius Heringius.*

defendit: Tamen de facto contrarium contingere
570 paſſim videmus. Sic † enim auguſtiſſima Cæſ. Maieſt. Domini totius orbis, ex teſtimonio ſacrarum litterarum veri demum Monarchiæ, *c. futura 12. qu. 1.*
571 (quidquid † etiam contra oggániat Io. Bodinus, ob id rectè à Dreſſero, Franckenbergero, & aliis repre-
572 henſus) imperio ſe ſubtraxerunt, Rex † Galliæ. *c. noult. de iudic.* Bald. *conſ. 217. & 2 8 vol. 3. Chaſſan. in Catalego gloria mundi p. 5. conſiderat. 30. & 31. Oldr. conſ. 69. Ial. in l. 1. n. 10. C. de ſumma trinit. & fide cathol. Purpurat. in l. 1 nu. 13. de iuriſdict. om. iudic.* dicens ibi quod de Rege Franciæ nihil aliud poſſit dici, niſi quod dicitur de polo Antarctico, qui non eſt noſtri hemiſpherij. *Ioan. Igneus in quæſt. An Rex Franciæ ſubſit Imperatori, quam poſuit poſt repetitionem Anthen. ex cauſa. Cod. de lib. præter. Petr. Rebuff. in l. vnica. n. 52. C. de ſent. quæ pro eo quod intereſt. profer. Ferd. Vaſq. lib. 1. contr. illuſt. c. 22. n. 11. Franc. Duaren. de feud. c. 1. Fab. de monte S. Sabini in tract. de emp. & vend. 4 quæſt princ. q. 22. n. 32. contradicente tamen Alciat. in practica tit. de appellat. verſ. ad quem ſit appellandum. vt refert. Ceph. conſ. 97. n. 28. lib. 1. vide quoque Lupold. de Bebenb. de iuris Regni, & Imper. Roman. c. 7. verſ. Præterea ſi d carmen mihi pag.*
573 50 Rex † Hiſpaniarum *gloſſ. in c. Hadrianus d. ſt. 36. Didac. Couar. in c. peccatum 2. par. relect. § 9 de reg. iur. in 6. Gomeſ. in §. fuerat. n. 5. Inſt. de action. Petr. de Moncada in ſupplemento tract. Ioan. Cron. de teſtib. p. 9. n. 389. Pariſienſ. in conſuet. Pariſior. in prin. n. 20 Vigli. in Rubr. Inſt. de milit. teſta. Alphen. Alpharex in ſpec. lo. Rom. Pontif. c. 31. num 2. & c. 41. num. 4. & c. 55 in fi. & c. 63. n. 1.*
574 *& 2.* Exceptis † Ducatu Burgundiæ, & aliis prouinciis *And. Gail. de arreſtis Imperij c. 6. n. Euerhar. in Topic. loco. de tanquam vel reſpectiuus n. 20. verſ. 31* Rex
575 † Angliæ, & Scotiæ. *Benuenut. Stracha. in tract. de mercatura p. 4. n 27. Franc. Sonsbecius de feud. p. 6 n. 4 in fi. Petr. Gilkenius de preſcr. p. 3. c. 6. n 56. Petr. de Moncada*
576 *d. loco n. 389. in fin.* Rex † Luſitaniæ vel Portugalliæ. *Affiict. in c. 1. in 1. notab. de feudo Marchiæ. Franciſ. Purpurat. in Rubric. ff. de iuriſdict. n. 10. Fulnius Pacianus d. lib. 2. cap. 35. n. 66. & ibi Franciſc. Calleſtus in additionib.*
577 *lit. C.* Reges Daniæ, † Noruuegiæ, & Sueciæ. *Laurentius Kirchouius tomo 4. variar. conſilior. Germaniæ conſil.*
578 *17. n. 28.* intellige quoad † regnum ipſum, non quoad Ducatum Holſatiæ, *Andr. Gail. de arreſt. Imperij cap. 6.*
579 *nu. 16.* Rex † Neapolis, & Siciliæ. *Matth. de Affict. dec. 128. n. 4. Camillus Borellus controuerſ. 1. num. 51. 52. & 53. & in tract. de compromiſſ. §. 3. gloſſ. 1. nu. 47. ac in commentariis de Catholici Regis præſtantia. Iacob. de Franchis in præludiis feudor. c. 2. n. 3 Robert. Maranta in ſpeculo part. 6. verb. Et quandoque appellatur num. 349* Rex
580 † Poloniæ. *Petrus Royzius deciſ. Lituanica 3. n. 3 Mat.*
581 *Cuno de pactis li. 1. cap. 6. num. 246.* Dux † Sabaudiæ. *ſecundum Claud. de Battandier. in tract. de legitima aet. 13. n. 34. Iaſon. conſ. 227. colum. 10 volum. 2. Anton. Gabr. Rom. lib. 5. concl. tit. de acquir. rer. domin. concl. 3. n. 17. de quo tamen conſule Ant. Teſſaur. in præf. n. 13. Ant. Solam ad conſtit. antiq. Sabaudiæ in proœm. gl. 1. n. 16. & 17. Caccheran. dec. 155.* qui certe vicarium Imperij perpetuum vocant, vnde etiam in ſubſcriptionibus Receſſuum Imperij reliquis Statibus annumeratur Delphinus
582 Franciæ *Steph. Bertran. conſ. 42. col. 1. & ſeqq. vol. 1.*
583 Dux † Mediolani. *Carol. Ruin. conſ. 83. col. 1. & ſeq vol.*
584 *3. Maſcar. de probat. concluſ. 139 n. 11.* Dux † Ferrariæ. *Carol. Ruin. conſ. 21. col. 2. & conſ. 31. col. 7. conſ. 175 col. 2. & 3. vol. 1. Petr. Dominic. Magdalon. de nu. teſt. in teſta.*
585 *requiſit. c. 22. n. 7. par. 1.* Dux † Venetiarum. *Ioan. Cephal. conſ. 32. n. 5. lib. 1. Anton. Gabriel. Roman. lib. 5. concluſ. tit. de acquir. rer. dom. concl. 3. n. 10. Maranta d. loco.*
586 *n. 254.* Florentia, † & hodie, multo magis ipſe Ma-

Digitized by Google

gnus Dux Hetruriæ,Florentiæ.*Rolan.à Valle.in tract.*
de Iner.dotis q.3.n 4 Gabriel.Roma.d.loco n.12.cum ſeq.
Andr.Knichen.in comment.in ius Saxon. verb. Ducum
587 *Saxoniæ c.1.mihi p.67.*Genua † *Bart.in l. infamem. ff.*
*de pub.iudi.iis.Rolan.à Valle à loco n.7.*vt de reliquis in
præſentiarum nihil dicam, accuratiorem huius the-
matis examinationem aliis relinquens, ſalua tamen
ſemper in omnibus,& per omnia Imperatoriæ Maie-
588 ſtatis dignitate. Imperialis † enim fortuna omnes
ſuperueniet alias,*l.cum multa in fin.C.de bonis quæ lib.*
Deditque ei DEVS plurima,& multorum Dominum
eſſe *Nouell.7.cap.2.§.1.Thomas Ferrat.cautel.16.num.1.*
589 *Petrus de Andlo.de Roman. Imper.lib. 2.cap.8.* Ac
† diſputare de eius Maieſtate nihil aliud eſt, quã in
Solem ipſum intueri,& detrimentum viſus accipere.
Claud.Cantiuncula conſil.1.num.129.& conſ.17.num.45.
Sed horum iam deſinamus, & ad materiam noſtram
regrediamur.

590 DECIMO NONO igitur † non habetur pro idoneo
fideiuſſore,procurator litigioſus, & cauilloſus. Bart.
Coſtalius,& alij Dd.*in l 2.in pr.ff. qui ſatiſd. cogan.* Iaſ.
in l.2.n.19.in pr.legis ff ſol.matrim. Hippol.*in Rubr.de*
*fideiuſſ.n.257.257.*Natta *conſ.143.n.10.*Anguſola *conſ.40*
in materia contractuum n.9 Ioan.Saixon.*in conſuet.Tu-*
ronenſ tit.1.§.24.glo.3.verſ. quaro tertio. mihi pag. 28.
Roderic.Suarez *in declar.ll.fori.tit.de comperendinat.*
§.nunc oportune reſtat.n.19. vbi dicit, ita obſeruari de
conſuetudine E man.Soarez.*in com.opin.lit. E,nu.134.*
591 Quippè † ab his procuratorib. annoſis, calumnias
praxeos,& fori anfractus expertibus,difficilius pecu-
niam,quam ab Hercule clauam extorſeris, vt loqui-
tur Petr Rebuff.*in l.ſi ita ſtipulatus col.4 ff.de verb.ſign.*
592 Proinde † etiam tales cauſidicos,procuratores, &
aduocatos,Bart.ex Plato *in Menachinis. Scana vt hoc*
*vtimur.in prin.*vocat canes curiarum,& deuoratores:
Plato accipitres pecuniæ:Seneca *in ludo de morte Clau-*
dij; venale genus: Demoſthenes contra Æſchinem,
philodicos, & τῶν ἀγορῶν περίτριμμα, quaſi fori va-
ſtamenta:Ariſtophanes τοὺς ποπονηροὺς ἰχθῦς ...
...:Quintilianus Rabulas,& Latratores, Germani
noſtri Apuleius togatos vultures: Iuſtus Lipſius *cen-*
*tur.l.Epiſt.8.p.49.*coruos fori; Et *in notis ad politica,*
viperas ſibilantes:Ioan.de platea. Linguoſos,murio-
ſos, & pauperum dilaniatores :Heningus Goeden *in*
conſil.10.n 18.Iuramenta non curantes magis, quam
antiqua,& ruinoſa domus fumum. Weſenbecius de-
nique *in paratit ff de poſtulando n. 7.* improbos Syco-
593 phantas,& Phormiones. Plura † eorundem enormia
qui deſiderat,is legat D. Bernardum ad Eugenium,
*lib.1.cap.9.*Caſſiodorum *ſuper Pſal.73.*Dominic. Na-
num Mirabellium *in ſua Polyanthea.verb.Aduocatus.*
*mihi fol.13.*Ammian.Mercellin.*lib.* 30. Tiraquell. de
Nobilit *c.29.*Caſtritium *in addit.M.ſuerij.tit.de pro-*
cur.in alleg.n.4 Bernard.Græu.*in conci.pract. concl. 45.*
*conſider.2.num.4.*Eilhar.Lubin. *in elegantiſſima Satyra*
ſua in ſeculi noſtri male doctor.fol.3. Petr. Heigium
pag.2 quæſt.7.in princ. Camillum Borellum *in præfa-*
tione controuerſiarum ſuarum num.18.& ſeqq. Eſt igitur
594 † magis tutum,vt nequiſquam,nitro,& carbonibus
acetum affundens, ſibi encomia cum talibus locute-
leis, & tabulis, lucroſæ, & ſaginantis eloquentiæ
candidatis, qui ὑπὲρ τοῦ ὄνου σκιᾶς (vt eſt in prouerbio)
tinnulis nugis,tetriſmarum ſtrophis, ſophiſmatum,
caſſibus,captiunculis formularum,ſutelis, ſycophan-
tiis, technis concenturiatis, & factitiis fabricis in
labyrinthos,mæandroſque litium æternarum clien-
tulos ſuos imprudentes intrudunt, attrahat,ſed alios
fideiuſſores ſibi exhiberi modeſte poſtulet. Qui
595 † enim circa cauſas verſantur, illi omnia mala no-
uerunt, & nihil curant præter burſam hydropicam,
*l.ſi §.1.& ibi gloſſ.C.mandati.*Colerus *in deciſ.German.*
*deciſ.115.nu.12.*Curtius ſenior.*conſi.55.nu.11.* Hiero.de
Lauren. *deciſ. Rota Aneno 11.num. 4.* nequitiaſque
596 † ſuas commentariorum pelago nutriunt, Zaſius *in*
l.2.ff.de origin. iuris. Vincent. Caſtellanus *de officio*
597 *Regis,lib.3.cap.24.*Et verba † important, ac pecunia
vendunt,vt Hermodorus, *Eraſ.in Chiliad.2 cent.6.*
adagio vltimo. Hinc Plinius ſecundus *Epiſt.lib.2.ad*
Nepotem: *Nos*: inquit, *qui in foro verisque litibus*
terimur,multum malitia(quamuis nolimus)addiſcimus.
Et pulchre Artemidorus, referente D. Eberhardo à
Wethe, forum iudiciale, & Aduocatos viſos in
ſomnis, anxietates denuntiare exiſtimabat. Ac
598 † ſane hodiernis temporib.Sextum Æbutium(quem
Cicero in oratione pro Cæcina commendat, quod
fuerit defenſor litigioſus,concitus ad rixam, & ſedi-
tioſorum omnium eloquentiſſimus, &c.) non plane
interiiſſe, ſed multos æmulos, eoſque præcones
actionum, cantores formularum, & aucipes ſyllaba-
rum(vt Cicer.1.*de Oratore.* appellat)iniuſtas cauſas,
teſtante poſt Zaſium Camillo Borello,pro paſcuis ſuis
habentes, poſt ſe reliquiſſe quotidiana experientia
ſatis atteſtatur. Adeò vt verum fiat illud Plauti *in*
Pœnulo.Scen.Item tenes.

Hodie doctiores non ſunt qui lites creant, quam hi ſunt,
Qui,ſi nihil eſt litium,lites ſerunt.

Item illud Baptiſtæ Mantuani *Ecloga 6.*

Stultorum eſt aliud genus immedicabile quoddam,
Cauſidici,latratores,rabulæque forenſes,
Nummorum aucupium docti,legumque tyranni,
Ære patrocinium vendunt,producere cauſas,
Et lites pendere diu,vindemia quadam eſt.

599 VIGESIMO † pro fideiuſſore idoneo neuti-
quam habetur,qui vel deportatus eſt,vel cui aqua, &
igni interdictum,vel qui in bannum Imperij ab ipſo
Imperatore,aut à Camera Imperiali, aut etiam Co-
mitiis Principum, ac Statuum Imperij Romano.
Germanici eſt declaratus. Cum enim talis ſtipula-
tionem non recte contrahat,vt erudite demonſtrauit
Io Godd *de contrah ſtipul.c.7.concluſ.3. & 4.* non du-
bium eſt,quin eodem modo non ſolum ipſo iure è
fideiuſſione arceatur,ſed & a nemine quoque pro ſuf-
ficiente fideiuſſore facilè ſuſcipiatur. Cuius namque
effectus eſſe illius fideiuſſoris ſatiſdatio ſiue cautio,
qui protectione Imperij eſt eiectus, qui priuatus eſt
omnibus bonis,fortunis,ac iuribus,cui cunctis com-
merciis eſt interdictum: cuius tam corpus,quam bo-
na omnibus diripienda lacerandaque exponuntur,
per ea,quæ tradam infra *cap 16.num.6.* atque ea,quæ
non minus accurate, quam docte congeſſit Petrus
Gilkenius *de præſcript.par.3.c.6.n.55.& ſequentib.* quo
Lectorem,breuitate ſuccincta gaudentem.& ad tæ-
dioſas tranſcriptiones nauſeantem, remiſiſſe, operæ
pretium eſſe exiſtimo.
600 Quod autem VIGESIMO PRIMO † decimus de
excommunicatio, num & hic fideiubere poterit; Sic
volunt Dd.*in c.cum inter.de exceptionibus.*Et cum ca-
601 pax † nedum iuris gentium,ſed & iuris ciuilis,ſecun-
dum notata Bartoli *in l.publicorum num.7 ff. de publi.*
iudic.& ad idem propoſitum plures alij allegantur à
Petro Gilkenio *de præſcript.par.3.cap.6.num 77.* Præ-
602 tereà † poteſt contrahere.Alex.*in l.1 § ſi quis nu.4.*
ff.qui ſatiſd cogant. Ioan.Saixon.*in conſuetud. Turon.tit.*
603 1.§.24.*gl.4.verſic.quaro quarto* Item, vſucapere † &
præſcribere,præterquam,ſi pro crimine hæreſeos ſen-
tentia excommunicationis notatus ſit, iuxta Hoſti.
Guid.

Guid. Papæ,& Peregrinum allegatos à Gukenio *aut. par.3.r.6.n.77.* quidni igitur,& fideiuſſor exiſtere poſ-
ſet? Cæterum qui talem fideiuſſorem admittat,& re-
cipiat,non credo fore ex millibus vnum.

Hiſce perſonis enumeratis exceptis,exiſtimo om-
nes alias ad fideiubendum admitti, modo ne per
accidens inidoneæ eſſe reperiantur. Quare &
604 † VIGESIMO SECVNDO ſocius pro ſocio,conſors
pro conſorte, rectè fidem interponet , cum res ha-
beant communes , & quiſque ſeipſum reſque ſuas
obligare queat,argumento eorum,quæ pulchrè tra-
dit Petr.Peckins *in tractatu de iure ſiſtendi.cap.3.nu.8. & 9.* Cæterum hoc ita intellige,ſi expreſſe ſocius pro
ſocio fideiuſſerit : Nam ſi non fideiuſſerit,tunc ex ne-
gotio per alterum ſocium geſto conueniri quidem
poteſt , vt ſocius,ſed non vt fideiuſſor . Societas
605 † enim non inducit fideiuſſionem mutuam,vtcun-
que tantum præſtet ſocietas,quantum fideiuſſio mu-
tua,vt rectè contra Ioannem docuit Iacobus Cuiac.
tract.4 ad Afric. mihi pag.111.inſi. Et non magis ſocij
tacite inuicem fideiuſſiſſe intelliguntur,quàm plures
natiem per ſe exercentes inuicem ſui magiſtri viden-
606 tur, *l.ſi tamen.in princ.ff.de exercitor.* Circa quæ † in
praxi hic quoque caſus obſeruandus eſt,quod quo-
tieſcunque cohortes militum in imperio tollerantur:
toties etiam Tribuni,Centuriones reliquique Duces
pro debitis,& victu militum teneantur,& ſponſione
obſtringantur. *Text.eſt in Reform. Imperij de Anno 1548.ſub Rubr.* Capitanei & milites *in fin.retulit.Petr. Denayſ.in libello de iure Cam.Imper.Rubr. militum toties §.7.& tetigi ſupr.c.5.n.264.*

607 Quod porro † de ſociis dictum eſt,id non incom-
mode quoque ad perſonas ſanguinis vinculo coniun-
ctas porrigitur,vt ſcilicet,& hæ,nô obſtante affectio-
ne,pro ſe inuicem fideiubere poſſint, *l.1.ff.qui ſatiſd*
608 *regan.* ſiquidem etiam illis † permittitur, ſine man-
dato agere,nomine coniunctæ perſonæ, *l.non ſolum ff. ſolut.matr.l.ſed & hæ.ff.de proc.l.manifeſtiſſimi.§.fi.C.de*
609 *furtis.* Curatorem † bonis abſentis poſtulare, *l.3. C.*
610 *de capt.& poſtli.reuer.* Procuratorem † conſtituere,
611 *l.exigendi C.de procur.* Reſcriptum † impetrare, *Felin. in cap.nonnulli §.ſunt.& alij col.16 de reſcrip.* Tutorem
612 † petere, *l.quod dicit ff.qui dare tutores.* Appellatio-
613 nem † interponere, *DD. in cap.auditis de elect.* Et
614 denique † coniunctæ perſonæ debitorem arreſtare,
vt probat Pet.Peck *de iure ſiſt.c.3.nu.10.* Et ne quis men-
615 dicatis ſuffragiis vti videar , probat † id in ſpecie
Marcellus *in l. Lucius Titius 24.ff.de fideiuſſ.* aſſerens
ibi,quod frater pro fratre interuenire poſſit : & ſu-
perius hoc ipſo capite, *n.337.& ſeq.* latius demonſtraui,
cum diſpicerem , num pater pro filio , & filius pro
patre fideiubere poſſit. Habemus quoque huius rei
memorabile exemplum apud Sleidan. *lib.19.commen. mihi pag.582.* vbi tres generi , nimirum Elector Bran-
deburgicus,Mauritius Saxo,& Wolfgangus Palati-
nus pro ſocero Landtgrauio fideiuſſerunt , eandem-
que fideiuſſionem reuocata ſponſione confirmarunt
ann.1552.ceu auctor eſt idem Sleidan. *lib.24.comment. imibi pag.784.*

616 Nec refragatur,quod † frater à fratre,ſi vterque in
eiuſdem patris ſit poteſtate , non recte quid ſtipula-
tur,cum reſpectu huius patriæ poteſtatis pro vna ea-
demque perſona habetur , vnde & fideiuſſione illos
abſtinere debere dici poſſet; ſiquidem impoſſibile,
abſurdum ſit , vt ſibi ipſi pro ſe ipſo quis fideiubere
cenſeatur,ſecundum Io. Goddæus *de contra.ſtipul.c.*
617 *7.conc.8.n.85.* Nam reſpectu extraneæ perſonæ † duo
fratres,etiam in eiuſdem patris poteſtate exiſtant,&
pro ſe inuicem fideiubeant,pro vna , & eandem per-

Antonius Heringius.

ſona non habentur, *d.l.Lucius Titius 24.ff.de fideiuſſor.*
618 At ſi † vnus frater patri pro altero fratre fortè fide-
iubere velit,ſint autem adhuc ambo in ſacris paternis
conſtituti nec emancipati, quod quidem non præſu-
mitur,ſed probandum eſt. *Menoch.de præſum.lib.1.q. 48.n.21. Maſcard.de prob.concl.598.* non credo talem
fideiuſſionem de iure ciuili ſubſiſtere poſſe,ob ratio-
nes tactas à Ioan.Goddæo *de contrah.ſtipul.c.7.concl. 8.n.80 & 81.* vide hac de re etiam Petr.Auguſt. Morl.
619 *in emporio iuris par.1.tit.8.q.2.* Sanè hodie tacito fe-
rè iure,conſenſu parentum (ſicut, & olim interdum
factitatum eſſe apparet *ex textu l.poſt mortem vbi Bal. ff de adopt.l.1.C.de patr. poteſt.*) filij e ſacris paternis
exeunt,idem in caſu ſolutionis,aut liberationis, quæ
per nuptias contingit,parum habet dubitationis. Etſi
620 † enim de iure ciuili per matrimonium non diſſolui-
tur patria poteſtas, *l.1.& 2 ff.de lib.exhib.l.2.§. quod ſi patris ff ſol.mat.l.1.ff.de lib.agnoſ.dixi ſupr.c.6.nu.214.*
621 Non ſolum † tamen contrà matrimonio patriam
poteſtatem diſſolui,apud Italos.Longobardos , Gal-
los,Hiſpanos,Luſitanos,Burgundos,Niuerſenſes Bel-
gas,Neapolitanos,obſeruatur.Nic. Boerius *deciſ.197. num.3.* Caſſan. *in conſuet.ad. Burgand. Rubr 6.§. 3. nu.13. verſ.emoncipe de ſon pere n.1.& ſeq.* Pet.Gregor. *in ſyn-tagm.part.2.lib.11.cap 10.nu.10.* Petr. Peck. *de teſtam. coniug.lib.2.tit.12.n.5.* Anton. Guibertius Conſtanus *de dotib.cap 5.num.9.* Arius Piuellus *in l.1 part. 1. num.34. 39.52.& 57.Cod.de bonis maternis.* Ferdinan. Soarez. *in theſaur.commun.opin.lit.F,num. 303.* Anton. Gomeſ.
ad l.47. Tauri num. 2. Petrus Gockenius *de præſcript.*
622 *part.3.cap 3.num.30.& multis ſeq* verum etiam † mo-
ribus , & conſuetudine Germanorum eſt receptum.
Herman.Vulteius *in.Inſtitu quib.mod. ius pat. poteſt. ſol.in fin.* Nicol. Reuſner. *deciſ. lib.1.deciſ.10. num.9.* Henric. Breulæus *de renuntiat filiar. cauſa 4 cap.10. num.17.* Quando enim apud noſtrates filijfamil pro-
prium alunt focum , hoc eſt , domicilium propter
nuptias alios transferunt , propriam alunt familiam,
patre patiente extra domum,& panem patris nego-
tiantur , & ſe à parentibus ſeparant , aut ſeorſim à
parentibus habitant,iuxta text. *in l 5. § pen. verſ. ideo ff.de oblig & act.§.3.Inſtit. de oblig. quæ ex quaſi delict.* Alex. *in conſ 48.nu.4.verſ.& ita eſt.lib.1.* Maſcard. *dict. concluſ.598.nu.5.* tunc pro emancipatis habentur,& ſui
623 iuris fiunt,vnde † dicere ſolemus de eo,qui nuptias
contrahere vult : & debet eſſe dominus,& dominus,
& ſolus. Tiraquell. *de præſcrip.gl.4.verſ.7 §.ſuperiorib.* Ioan.Sichard. *in Rubric.C.qui admitti ad bon.poſſ.nu.7.* Iacob Rickius *de vniore prolium.cap.9.num.24.* vt hac
quidem ratione auguſtior, ac maior ſit effectus nu-
624 ptiarum, quam Doctoratus † aut ſacerdotij quæ
duo à patria poteſtate non eximunt. Bald. *in l.ſi mari-tus C.de patria poteſtate c.indecoram de ætat. & quali. gloſſ.penult.in c circumcelliones 23.q.5. per text. in c. ſi ſeruus 54.diſtin.* Ioan.de Arnono *dialogo 68. & 69. vbi communem Dd.opinionem ita habere teſtat.* Catel.Cot-
ta *in memorab.verb Sacerdotium* Horat.Carpan *ad ſta-tut Mediolan.par.1.c.416.nu.12.* Quod in locis illis qui
iure Saxonico vtuntur, euiorem recipit dubitationẽ
ſiquidem dando filius ſe ſeparat à parte, facta dicitur
625 emancipatio filij, quam † ſeparationem ſiue ema-
cipationem etiam Saxo diſceſſionem appellat, vt ita
nec legitima ex lege XII. Tabularum , nec Anaſtaſia-
na,nec Iuſtinianeâ emancipatione amplius ſit opus,
conſtit. *lib.1.art.10.11. & 13.* Ludouic. Fichſius *differ. Saxon.6.* Wezenbec. *in Paratit.ff de his qui ſunt ſui vel alieni iuris num.5.* Ioach.à Beuſt. *in l.1 num.126.ff.de iu-reiurando.* Colerus *in deciſ.Germania.deciſ 41.num 8.& 9.* Schneidevvinus *dict. tit. Inſtitut.quib.modis.ius pat.*

Digitized by Google

poteſt.ſoluitur §.ſi ob hoſtib.numero 3. Ioan. Dauth.in
tractat.de teſtament.ſub titu. qui teſtam. facere poſſunt,
num.158.& 159.mihi pag 205.206.207.Conſtitutio Ele-
ctor. Auguſti 10. pars. 2. & ibi Daniel Moller. in
comment. Hardtvvig. Daſſel. in comment. ad Statut.
Lunaburgenſ.art.1.num.10.& art. 2.num 8. ſubiiciens
tamen nu 9.verius videri,vt ſeparatio tantum iudi-
cialis, qua pater filium ſui iuris eſſe iubet,& à ſe
ſeiungit emancipationem de iure Saxonico inducat,
non etiam extraiudicialis per textum conſtit. lib. 2.
626 art.19. Quod tamen per † dictam conſtitutionem
Electoralem 10.par. 2.verſ. Villipenſus hodie aliter
627 obſeruatur. Si igitur † tales ſeparati fratres patri
communi pro ſe inuicem fideiubeant,quin fideiuſſio
viribus ſuis ſubſiſtat non puto operæ pretium eſſe,vt
pluribus inculcem,ceſſant enim iſto caſu omnes ra-
tiones fideiuſſionis prohibitiuæ, vnde & ipſam pro-
hibitionem eiuſque effectum ceſſare non eſt dubium.
Euerh.in Topic.loc.ceſſante cauſa,&c.
628 Quemadmodum † etiam nemo dubitat, quin ci-
uitates,& municipes pecuniam credere,l nihil intereſt.
ff.ad Macedon.l.etiam 30 ff.de vſuris.l.reſcripto §.1.ff.de
muner.& honor.ſiue etiam mutuam accipere poſſint,
l.ciuitas ff. de cert.pet.l.4.ff.quod iuſſ. Coler. de proceſſ.
exec p.2.c.3 nu.337.cum ſeq. Ita quoque VIGESIMO
TERTIO loco firmiter credendum eſt, ciuitates, &
629 municipes † fideiubere poſſe, c. quod quibuſdam.
extr. de fideiuſſor.§.l.6.1.ff.vt legat.nom caueatur. Hart.
Piſtor.par.1.q.57.n.& 60. Ita tamen, vt in illa fideiuſ-
ſione eæ ipſæ interueniant ſolennitates,quæ in mutui
datione,vel acceptione interuenire ſolent: de quibus
Dd.in d. l. ciuitas, & accurate Piſtor. & Coler. ſupra
630 dictis locis. Neque enim fideiuſſio † & mutuidatio
adeo inter ſe differunt,vt ab vna ad aliam argumen-
tari non liceat,per tex in l.2.§.1.ff.ad Velleian. Neque
631 obſtat prædictis,quod † vniuerſitas eſt nomen iuris,
& animum non haber,neque intellectum, l.2.l.ſicut.
§.fin.ff.quod cuiuſque vniuerſ.nom.l.an vſusfructus.ff. de
vſufructu. Vnde etiam alibi dicitur, municipes con-
ſentire non poſſe,l.1.§ ff.de libert.vniuerſit.l.1.§. vlt.ff.
632 de acquir.poſſeſſion. Nam illud non procedit † in vni-
uerſitate legitime conuocata, quæ perſonæ vicem,
fictione quadam,ſuſtinet, l.mortuo ff.de fideiuſſ.l. me-
tum 9.§.animaduertendum.ff.quod met cauſ. Et vt ma-
xime ipſa vniuerſitas,quatenus in iure conſiſtit nul-
lum poſſit præbere aſſenſum,l.ſed & ix dolo,§.1.ff.de
dolo. Decuriones tamen,& illi,qui res vniuerſitatis ad-
miniſtrant,probe conſentire poſſunt; Intelliguntur
enim municipes ſcire,quod ſciunt hi,quibus ſumma
Reipub.eſt commiſſa, l. municeps, 14 ff.ad municip.l.
municipib 97.ff.de cond.& demonſt.l.tigni.§.item. ff. ad
exhib.l,3.§ a municipib.ff.de bon.poſſ.l.aliud.§. refertur.
ff.de regulis iuris. Illi enim, per quos corpora, quæ ex
diſtantibus membris conſtant, vt populus,exercitus,
Senatus,efficiuntur,iure aut officio cohærent, natura
diducti,& ſinguli ſunt.Seneca epiſt.102.Petrus Denay-
lius in adſertione iuridic.Cameral.contra Spirenſes mihi
p.114. Et ſic declarandum eſt, quod ait Poſthumius
apud Liuium decad.1.lib.9. Iniuſſu populi nihil ſanciri
poſſe,quod populum teneat. De quo loco valdè argute
Alber.Gentil.de armis Roma.lib.2.c.6.mihi p.166.& 167
Scite tamen concluſiuè volo Lectorem meum,hæc
in ampliſſima Repub. Lubecenſi aliam habere deter-
minationem. Iure enim Municipali ibi receptum eſt,
633 quod † Senatus Lubecenſis nullo modo pro Princi-
pibus Eccleſiaſticis,aut ſecularibus fideiuſſionem in
ſe ſuſcipere debeat. Verba ſtatuti lib.2.titu.3.art.4.ita
ſonant: Nullum conſilium de fideiuſſione, pro ali-
quibus principibus Eccleſiaſticis, vel ſecularibus,
nullum SCtum ſecretum factum ſit,vt fideiuſſionem
præſtent.
634 Quæ autem de Ciuitatibus,& municipibus modo
dixi,illa in praxi extendi poſſunt,vt locum etiam ob-
tineant,ſi integra corpora,collegia,capitula, confœ-
derati, & ſocietates fideiubeāt. Quod ſub Imperio,&
in circuitu Imperij,vel circa Rhenum, & adiecturus
regiones, &c. per ea quæ in ſimili tradit Ruland.
de commiſſ.par.2.lib.5.c.4.n.5. & facit Receſſus Imperij
de Anno 1500.in §.circumueniri promiſerunt ſoluere
de pecuniis loci.

CAPV VIII.

De qualitate,& idoneitate fideiuſſorum.

SVMMARIA.

1 *Fideiuſſoribus ſemper eſt cauendum.*
2 *Fideiuſſor nullus,aut inidoneus detur,nihil intereſt.*
3 *Promittere planè indebitum, vel debitum inexigibile, parua ſunt.*
4 *Fideiuſſores idoneos ſe dare fallaciter dicens,de dolo tenetur. Et num.20.*
5 *Fideiuſſores idoneos dare non eſt facilè, ſed ſaltem poſſibile.*
6 *Idoneus paries eſt,qui oneri ferendo eſt aptus.*
7 *Idoneus tutor eſt,qui eſt ſoluendo, quatenus ſunt facultates pupilli.*
8 *Idoneus eſt ciuis,qui nihil antiquius habet ſalute communi.*
9 *Iuſtus Vas apud Sext. Feſtum Pompeium idoneus eſt ſponſor.*
10 *Debitor non tenetur creditorem de qualitate,& idoneitate fideiuſſorum certiorem reddere. Et num.11.12.13. & 15.*
14 *Animi humani difficilis coniectura eſt.*
16 *Fideiuſſorem inidoneum ſi creditor accipiat, ſibi imputet.*
17 *Creditor in dubio præſumitur ſciuiſſe fideiuſſoris qualitatem.*
18 *Creditor de idoneitate fideiuſſoris dubitans, aſtringit debitorem aſſerentem, ad illam qualitatem probandam.*
19 *Fideiuſſor in dubio non præſumitur idoneus.*
21 *Contrahentes decipi non debent.*
22 *Conſilij in modum,& effuſo ſermone fideiuſſoris idoneitatem extollens,quatenus teneatur.*
23 *Laudator alicuius facti, à monitore,& ſuaſore non multum differt.*
24 *Perſuaſio nimia habet vim coactionis.*
25 *Debitor fideiuſſorem idoneum eſſe temere adfirmans, tenetur creditori ad intereſſe, ſi damnum patiatur.*
26 *Iudex ad idoneitatem fideiuſſorum oblatorum etiam diligenter aduertere debet,alioquin in ſubſidium tenetur.*
27 *Iudex arbitratur de tempore, intra quod ſit examinatio,an fideiuſſores ſint idonei.*
28 *Fideiuſſores idoneos eſſe, qui aſſerit, illud releuanter probare tenetur,ex præiudicio Auguſtiſſimæ Cameræ Imperialis.*
29 *Arbiter ad probandam fideiuſſorum qualitatem olim datus fuit Iudex,& Epiſcopus loci,& Patres ciuitatis.num.48.*
30 *Statuta pleraque Italiæ dant Officialibus poteſtatem probandi,approbandi, taxandi, & recipiendi ipſos fideiuſſores.*

31 *Arbiter*

31 *Arbiter ex voluntate parentum electus eandem poteſtatem habet.*

32 *Arbiter tutela vocatur Iudex.*

33 *Accurſij error detegitur, qui prædictum Arbitrum vocat iudicem delegatum.*

34 *Arbitri huius approbatio, & improbatio quantæ auctoritatis. Et num. 37.*

35 *Fideiuſſores à Iudice recepti eo ipſo conſentur approbati, quod non ſint reiecti.*

36 *Iudex ex officio, partibus non concordantibus, fideiuſſores pro idoneis acceptare poteſt. Idémque relata nonnulla Cameræ Imperialis decreta.*

38 *Appellare ab arbitrio, fideiuſſores pro idoneis approbante, vel eoſdem improbante, licebat. Quod num. 40. ex ordinatur etiam ad reſtitutionem in integrum, & reductionem.*

39 *Sententia hæc: Fideiuſſores eſſe idoneos: eſt interlocutoria appellabilis tamen.*

41 *Iudex ſuperior, etiam non interpoſita appellatione, huius arbitri ſententiam approbatoriam improbatoriamque corrigere poteſt.*

42 *Arbiter in approbatione vel improbatione fideiuſſorum perfunctoriè verſari haud debet.*

43 *Adprobator fideiuſſoris tenetur, vtcunque fideiuſſor non ſit idoneus. Et num. 44. & 45. Declara tamen, vt num. 46.*

47 *Adprobatio fideiuſſoris debet fieri, præuia citatione partis aduerſæ*

49 *Adfirmatores, certificatores, & adprobatores quomodo conueniant.*

50 *Cognitio ſufficientiæ, vel inſufficientiæ fideiuſſorum per viam commiſſionis, etiam remota appellatione, in Camera Imperiali demandata aliquando.*

51 *Qualitas fideiuſſorum eſt eorundem idoneitas, vel inidoneitas.*

52 *Qualitas fideiuſſorum primaria conſiſtit in eorundem diuitiis, ac paupertate.*

53 *Idoneus quis ſit?*

54 *Fideiuſſor non poſſidens ſufficientia immobilia, vel etiam mobilia, quæ tamen facilè auferri nequeant, non habetur pro idoneo.*

55 *Fideiuſſor habens ſaltem bona prohibita alienari, non dicitur idoneus. Et num. 56.*

57 *Fideiuſſor non poſſidens alia bona, quam ſuper quibus litem futuram timet, non reputatur pro idoneo. Declaratam euvi, n. 58.*

59 *Fideiuſſor probatæ quidem fidei, & honeſtæ vitæ exſiſtens, nihil autem præterea in bonis, vel certè parum proprij autem bona reſtitutioni obnoxia, litigioſa, obærata, hypothecata, extra Romanum Imperium, aut territorium debitoris ſita, mere feudalia, inobligabilia periculis euidentibus obnoxia, ſterilia, vilia, tenuia, abſque titulo, & mala fide poſſeſſa, &c. habens non agnoſcitur pro idoneo. Et num. 65.*

60 *Nummus improbæ ſpeciei, & iniuſti ponderis ad liberationem non proficit.*

61 *Membrum inutile non reputatur pro membro.*

62 *Nec oculus inutilis pro oculo, nec manus arida pro manu habetur.*

63 *Paria ſunt, non eſſe, vel inutiliter eſſe.*

64 *Epiſcopi illi, qui ſcribunt ſe de locis in terris Turcarum, titulo tantum tenus ſunt Epiſcopi.*

66 *Honeſto viro egenus opponitur.*

67 *Nemo pro idoneo fideiuſſore habendus, qui mediocres facultates non poſſideat.*

68 *Nobilis poteſt dici pauper, quamuis poſſideat illa bona, quæ ſi ruſticus haberet, diceretur diues.*

69 *Caſtrenſis. Baldi, Guiel. Benedicti, Iaſonis, Marſilij, Saxonij ſententia, exiſtimantium, fideiuſſorem etiam pauperem, modo ſit probatæ fidei, idoneum eſſe, refellitur. Et num 70.*

71 *L. ſuſpectum, ff. de ſuſpect. tutorib. intellectus.*

72 *L. ſi quis ſtipulatus 112. ff. de verb. obligat. explicatur.*

73 *Gloſſa in l. vnic. ff. de ripa munienda, enucleatur.*

74 *Bona opima homini tutior pecunia.*

75 *Perſonarum magnum eſt diſcrimen.*

76 *L. legitimos ff. de legit. tut. intellectus.*

77 *Pauper. & nihil habens diues fieri poteſt.*

78 *Fortuna incertus eſt exitus.*

79 *Res familiaris facilè deteriorari, facile etiam augerè poteſt.*

80 *Fortuna non habet ſuperiorem.*

81 *Fortuna à ſententia appellari non poteſt.*

82 *Somnus Alberici de Roſate, & Alberici de Maletis excutitur.*

83 *Gloſſa elegans in Conſtit. lib. 2. artic. 5. numero 3. adducitur.*

84 *Paupertas non eſt ex genere malorum, ſed eſt bonæ mentis ſoror.*

86 *Teſtator hæredi ſuo in teſtamento iniungere poteſt, vt fideiuſſore paupere ſit contentus. Sed contrarium defenditur, numer. 87. reiecta ſententia Baldi. Salyceti, Angeli, & Hippolyti.*

88 *L. 2 ff. qui ſatiſd. cogan. & l. 1. ff. in ius vocati, vt eant. latiſſime explicantur vſque ad nu. 96. incluſiuè.*

89 *Carnem ſuam nemo odio habet.*

90 *Error Doctorum, Bartoli, Baldi, Hippolyti, Matth. de Afflictis, Roderici Suarez. & M. Mantuæ detegitur. ex ſententia Coraſij VVeſenbecij, & Valentini Franci.*

91 *Neceſſitudo in ius vocantis, & vocati, non vocati, & fideiuſſoris in conſiderationem venit.*

92 *Affinis quoque dari poteſt fideiuſſor.*

93 *Peſſimum dando vbi liberari poſſumus, nunquàm optimum damus.*

94 *Coſtalij argumentationibus ad defendendum Coraſium obuiam itur.*

95 *Qualiſcunque fideiuſſor intelligitur tantum ratione facultatum.*

96 *Actus agentium debent eſſe in agente bene, & apte diſpoſito.*

97 *Fideiuſſor minus idoneus admittitur, ſi principalis ipſe ſit multum diues.*

98 *Clerici liberantur, ſi pro fideiuſſoribus dent propriæ Eccleſiæ defenſores, & hi pro idoneis habentur.*

99 *Arbitrio eius, qui habet prædia locare, committitur, quantum exigatur, vt fideiuſſor idoneus dicatur.*

100 *Fideiuſſor non debet eſſe forenſis.*

101 *Ciuis tempore neceſſitatis principi mutuo dare cogitur.*

102 *Ciuis pro principe fideiubere poteſt.*

103 *Ordinatio Carolina de pœnis, articulo decimo quarto inducitur.*

104 *Conſiliarij principum, ſi principi pupillo dentur tutores, dant fideiuſſores, quos poſſunt, non autem præcisè alios principes. Et num. 105.*

106 *Ruſticus pro ciue fideiubere poteſt.*

107 *Ruſticus de beneficijs ſibi, vt fideiuſſori, competentibus eſt certiorandus. Et num 113.*

108 *Ruſticus peritiores conſulere debet.*

109 *Ruſtici, & mulieres vt plurimum in iure æquiparantur*

11 *Ruſticitas innocens, & quieta. Sed hodie vix, numer. 111.*

112 *Ruſticos ignorantia iuris communis non excuſat, ſed bene iuris poſitiui vel ſtatuti.*

Antonius Heringius.

114 *Ruſticus de beneficio l.2.C.de reſcind.vendit.eſt certio-randus,niſi forte iurauerit.*
115 *Contractui iurato contrauenire velle, eſt contra ſtimulum calcitrare.*
116 *Iudæus poteſt eſſe fideiuſſor pro Chriſtiano. Etiam iure Bohemico,num.122.*
117 *Iudæus Chriſtiano vendere,& ab ipſo emere poteſt.*
118 *Iudæus ad ſocietatem Chriſtiani admittitur contrarium tamen aſtruente Ioſepho Ludouico.*
119 *Iudæus poteſt eſſe procurator Chriſtiani.*
120 *Sed non arbiter inter Chriſtianos.*
121 *Iudæus poteſt de iure Saxonico eſſe Chriſtian. VVarendator.*
123 *Iudæus Iudæo pro alio Iudæo fideiuſſor fieri poteſt.*
124 *Iudæus inter alios Iudæos recte iudicat ac arbitri offi.io fungitur.*
125 *Fideiuſſor debet eſſe honeſta vita,& fama.*
126 *Infamia iuris omnem fidem eneruat.*
127 *Homines leues non habentur pro idoneis fideiuſſoribus.*
128 *Arbiter ignominioſus admittitur.*
129 *Fideiuſſor debet eſſe facilis conuentionis.*
130 *Nobiles potentes, & impetuoſi, arces inexpugnabiles inhabitantes,non cenſetur idonei fideiuſſores , contra Angelum. Iacobin de S.Georgio Hieronymum Gratum,& Roland à Valle E.t.n 132.*
131 *Vbi leo figit pedes,ibi cætera animalia quieſcunt.*
133 *Potentes quinam proprie dicantur. Et n.134.*
134 *Potentes faciunt quod volunt,& quando volunt.*
136 *Iudex loci on ſit idoneus fideiuſſor , ſi à ſubdito pro fideiuſſore offeratur ? Rationes dubitandi mouentur, num. 137.& 138. Sed affirmatiue concluditur,num. 140.*
139 *Potentiori mutuo dare periculoſum eſt.*
141 *Vis,& concuſſio in bene conſtitutis prouinciis , & ciuitatibus raro locum inueniunt.*
142 *Curia Neapolitana,ac Burdegolenſis, non admittunt iudicem Curiæ,vel Aduocatum Procuratorem,vel cauſſa,pro fideiuſſore.*

ETſi ex præcedentibus luce meridiana clarius apparet , quaſdam perſonas per ſe a fideiuſſionis
contractu prohiberi,quaſdam etiam per accidens ; vt
tamen omnia dilucidiora fiant,inſtituo in hoc ipſo
capite ruſſus tractare de qualitate fideiuſſorum accidentali,quam vt plurimum Idoneitatem appellamus.
1 Nam vbicunque Iuriſconſulti † ſufficientem cautionem deſiderant,quæ fit vel pignoribus, vel fideiuſſoribus,vt dixi ſupra *cap.5.n.92.& probat Menochius de arbit.iudic.quæſt.caſu 142. Andr. Cludius in tract. de ſequeſtrat.cap.10 num.3.* ſemper, & quidem non ſine
ratione,adiiciunt,cauendum eſſe fideiuſſoribus idoneis, *l. reſcripto.§. plane D.de numerib. & honorib. l. penult.D.de peric.& com.rei vendit.l.locatio D. de pu-*
2 *blicanis.*Nihil enim † intereſt,nullus detur fideiuſſor,
an vero detur inidoneus , *l.6. D qui ſatiſdar.cogant.l. quamuis §.ſi conuenerit.ff.ad Senatuſc. Velleian.3. D. de*
3 *fideiuſſor.*Non aliter ac paria ſunt,Promittere † plane
indebitum,vel debitum,quod eſt inexigibile,*Hieron. Schurff.conſ.36.n.7.cent.* Idque adeo verum eſt,vt ſi
4 † quis dixerit,ſe idoneos fideiuſſores daturum , nec
dederit,etiamſi furtum non faciat,nec furti teneatur,
verbis tamen fraudem adhibeat, & fallax ſit , atque
ideo ob deceptionem,& dolum de dolo teneatur , *l. falſus,§. ſi quis nihil ff. de furtis.* Quanquam Angel.
Caſtrenſ Iaſon, Alexand. Marſil.& Cagnol , prout eos
refert Bertazolius *in tract.clauſular.inſtrum.clauſul,39. gl.3.n.2.in fin.*velint,hoc caſu ſaltem ad intereſſe agi,
non autem,aut alius detur fideiuſſor.

Hinc idonea cautio,& ſatiſdatio *in l.4.§.1.ff.de administrat.tut.l.1.§ ſi pecunia,ff.de poſit.l.1.§. penult. D. quod legator.l.59.in fin ff.mandati.* & idonee cauere,*l.ſi quo 41 ff.de pet.hæred.* item,idonea ſatiſdare,*l.3.C. de poſtlim.reuerſ.*& digna fideiuſſio pro idonea,*in Nouel. 119.cap.5.*ſicut , & idoneum vel non idoneum pignus
5 dicimus,*l.creditor.28 ff.ſi cert.petat.*Fateor † quidem
fideiuſſorem idoneum dare non eſſe paſſim facile,
ſed poſſibile,& vtcunque nuda repromiſſio facile fiat,
cautionem tamen cum fideiuſſore onerosam eſſe,quia
fideiuſſor idoneus inuentu eſt difficilis , *Nouell.88.de depoſit.in fin.Odofred.in tractat.de curatore bonis dando, nu.70.Cuiacius lib.22.obſeruat.cap.30.*

Verum enimuero,qui fideiuſſorem dare promittit,
aut idoneum dare,aut ab inutili , & inſufficiente datione plane abſtinere debet : neque enim promiſſionem,impleuiſſe dicitur,ſi ſaltem offerat,quem habere creditoris nihil intereſt,*d.l.3.D.de fideiuſſorib.Ioan. Imbertus forenſ.inſtitut.lib.1.c.70.Franciſc. Iametus in commentariis ſuis ad tit.ff.de fideiuſſor.mihi fol.2. in fin. Bertazolius in tract.clauſul.inſtrum.clauſul.39 glo.3.n.2. Afflict.in conſtitut.Regni,rubr.10.de his qui fideiuſſ.n.4. lib.2 Horat.Carpanus ad Statut.Mediolan par. 1. cap. 44.n.28* Et nulla eſt differentia,non interueniat fideiuſſor,an fruſtra adhibeatur,*argum.l.2 ff. de actor. tut.*
6 Sicut namque † is demum idoneus paries dicitur,
qui minime vitiatus oneri ferendo eſt aptus,*l.harum. 9.ff.ſi ſeru.vindic.l.ſcientiam §.vlt ff.ad leg. Aquil.l.in parietis 35.cum duab.legib ſeq.ff.de damn infect.*Præterea
7 † is idoneus tutor dicitur,qui eſt ſoluendo,quatenus
ſunt facultates pupilli , *l.1.§. idoneos & ibi Bart.D.ad Tertyllian.Bald.in l.mulier.C.de iur. dot.* Similiter is
8 † vere idoneus eſt ciuis, qui nihil antiquius habet
ſalute communi,vt ex Vlpiano , & Varrone probat
Scipio Gentilis *lib.1.parerg.n.26.* Et in genere is idoneus dicitur,quem virtus probat,*l.5. C. de condit. in public.horreis lib.10.l.probrum 42.in fin. D. de verbor. ſignif. Maſcard.de probat in verb.idoneus.*Ita quoque is
demum verus ſiue iuſtus,& idoneus eſt fideiuſſor,qui
9 creditorem ſecurum reddit : Iuſtum † enim vadem,
Feſtus idoneum ſponſorem vocat.

Conſtat itaque fideiuſſorem idoneum præſtandum
eſſe,quod etiam aſtruit Purpurat *in conſ* 178.ſed oritur
10 † tamen dubium,an debitor creditorem de qualitate
fideiuſſoris certiorem reddere debeat. Et certe,quia
11 is,qui † cum alio contrahit,vel eſt,vel eſſe debet non
ignarus conditionis eius,cum quo contrahit hoc eſt,
vtrum ſit bonus vel malus,diues vel pauper : (nam
reſpectu rerum ſeu bonorum,de quibus contrahitur,
hoc eſt,an ſint affecta , & hominum commercio
exempta, nec ne, regulam mox ſequentis *l. qui cum alio D.de regul.iur.*non procedere : poſt Crotum,&
Curtium iunior.vlt.Ioan.Petrus Surdus *decis.13.n.38.)* *d.l.qui cum alio D.de regul.iur.Bart. l. ſi patronus. D. de confir.tutor.Bald.in l.inciuilem C.de furt.& pulchris exemplis declarat. Menoch.de præſumpt.lib.3.præſumpt. 88* & tetigi ſupra *cap.7.num.*102.Neque præterea deſiderandum eſt à debitore,vt nobis nomina facturis
conditionem ſuorum fideiuſſorum aperiat vltro , &
ſponte ſua,atque ita ſibiipſi,noſtrum negotium quaſi
gerens, obeſſe , cogatur,ſi forte oblati fideiuſſores
non recipiantur , *argu.l.vlt.in prin.D de exercit.actio.*
Idcirco probo , quod ſcribit Iaſon.poſt Bartolum *in l.ſi fideiuſſ.n.4. D.qui ſatiſdar.cogantur.*
12 Debitori † nimirum incumbere , vt fideiuſſorem
coram creditore perſonaliter exhibeat , cui ſi de habilitate nulla per creditorem moueatur quæſtio non
opus eſſe,vt vlterius debitor eum certiorem reddat,
nec diſſentium à Iaſone,Hippolyt.*in rub de fideiuſ.nu. 73.ver-*

73.verſic. alias imputet ſibi creditor. Petr. Peckius in
tract. de iure ſiſtend. cap. 45.num.13. nec non Bettazolius
d.tracta.clauſular.inſtrument.clauſul.39.num. 2. verſic.
tamen in dubio dicendum mihi pag. 998. pro quibus
13 † etiam induci poteſt text. in l. ſi Titius 48. de fideiuſ-
ſoribus vbi creditori imputatur, qui à debitore fœ-
minam cum viro fideiubentem accipit, quam ſcire
potuerit, aut ignorare non debuerit, mulierem fru-
ſtra intercedere.

Nec eleuat iſtam ſententiam, ſi dicas, creditorem
quidem ſibiipſi merito acceptum ferre quod mulie-
ris fidem ſuſcipere voluerit; potuit enim ſexum faci-
le agnoſcere, veruntamen id ad alias qualitates, &
conditiones non ſtatim eſſe trahendum, quæ in cre-
ditores oculos non incurrunt, tantum abeſt, vt dini-
nare eas potuerit, leg. vlt. Cod. de contrah. empt. leg. 4.
6. ſin etiam quæſt. D. de excep. doli mali. leg. fideiuſſorib.
14 §. 2 ff. mandati. Recte namque Plato ait: Difficilis † ho-
minis animi coniectura eſt, vt refert Seneca lib. 4. de be-
nefic. capite 32. Quippe facilis eſt reſponſio, hoc in
caſu ſupinam, & craſſam deprehendi creditoris igno-
rantiam: nonne enim locus, & tempus plenius delibe-
randi conſilium patiebatur, vt facili de conditione
fideiuſſorum diſpicere, & ſic contrahere potuerit?
15 leg. 1. in princ. ff. de exercitoria. Paria † enim ſunt, ſcire,
vel diligenter inquirendo notitiam conſequi poſſe, l.
penult. ff. Macedon. l. regula § ſed facti. ff. de iur. & facti
ignor. l. quod ſeruus 11. ibi, ſi potuerit ſuſpicari, iuſta ſcilicet
ratione motus, D. depoſiti l. 1 § cauſa, ibi, potuit enim ea
nota habere, ff. de ædil. edict. Nec multum abeſt, quin
deperditum, & nimium ſecurum hominem merito
eum vocare queas, qui fideiuſſorem antea forte non
viſum, ſed in oculis ſuis reputabilem ſuſcipiat, nec
tamen ſimul de ipſius qualitate, & ſufficientia dili-
gentius inquirat, l. 3. l. nec ſupina, ff. de iur. & facti ignor.
Quemadmodum enim ſtultus eſt, qui equum em-
pturus, non ipſum inſpicit, ſed ſtratum eius ac frenos:
ſic ſtultiſſimus eſt qui hominem aut ex veſte, aut ex
conditione, quæ nobis veſtis modo circundata eſt
æſtimat, Seneca lib. 6. epiſtol. epiſtol. 47.
16 Et ideo † in plurimis iuris noſtri locis traditum eſt,
creditorum minus idoneum fideiuſſorem ſuſcipien-
tem, & de qualitate conditioneve eius non inueſti-
gantem, ſibiipſi præiudicare, & ſuæ facilitati id ex-
penſum ferre debere, l. ſi ab arbitro 10 § 1. ff. qui ſatiſd.
cogant. l. 3. in fin. ff. de fideiuſſor. l. 3. §. vlt ff. vt in poſſeſſ.
legator. l. 1. §. item quæritur. D. de ſeparat. & fruct. l. iura
tamen. § nunc videamus, ff. iudi. ſolui. Hippolyt. in rubr.
de fideiuſſorib. num 66. Menoch. de præſumpt. lib. 3. præ-
ſumpt 88. num. 6 Nam vt Alex ad Bart. in d. l. 3. in 2. ad-
17 dit. ff. de fideiuſſorib. recte ait, creditor † in dubio præ-
ſumitur ſciuiſſe fideiuſſoris qualitatem, cum eum ac-
ciperet, quare etiam optimo iure ſomnolentiæ ſuæ fert
pœnam, non minus ac is, qui ab initio vitioſas ædes
conduxit, l. qui bona § de illo D. de damno infect. facit
textus in l. nam ſi actor. 16 ff. de rei vindicat. de quo ta-
men vlterius eundem Alexan. videas in conſil 60 in 5.
volu. conſi. 34. vol. 7 ac in terminis Vincen Caro. de ex-
cuſſ. bonor. part. 2. qu. 54 nu. 2. & 3 Rebuff de ſent. ent. exe-
cut. artic. 1 gloſſ. 16. nu vigeſimo quinto. Horat. Carpan. ad
Statut. Mediolan. part. prima. cap. quadrageſimo quarto
num. 21.
18 Planè, ſi † creditor, ſubdubitans de qualitate fide-
iuſſoris, diligenter inquiſierit, eumque debitor ido-
neum eſſe adfirmauerit, nolit tamen id creditor cre-
dere, tunc debitori incumbit, vt aſſertionis ſuæ fun-
damentum probet, & fideiuſſorem idoneum eſſe do-
ceat, Bart in l. ſi vero §. qui pro rei num. 6. & ibi Cardin.
Alban. in addit. num. 14. ff. qui ſatiſd. cogant. Purpurat.
Antonius Hettingius.

conſil. 143 numer. 11. part. 1. Maſcard. de probat. concluſ.
781. Colerus de proceſſ. execut. part. 1. capite 6. num. 147.
19 Fideiuſſor † enim in dubio non præſumitur idoneus;
ergo illa qualitas eſt probanda, Bald. in leg. 4. Cod.
quando fiſcus, vel priuat. & in cap. fin. col. 2. de præſumpt.
Natta conſ. 143. n. 11. tomo 1. Parisius de probat. 1. cap.
54. nu. 19. Horat. Carpanus ad Statut. Mediolan. part. 1.
cap. 44 num. 19.
20 Imo † & aduerſus debitorem actio, & quidem de
dolo (quam Cicero omnium malitiarum euerricu-
lum vocat, ſicut Tertullianus appellat legem Iuliam,
ſecuritatem omnium libidinum, Marquard. Freherus de
fama lib. 2. cap 17. num. 3.) datur, ſi cum ſciret fide-
iuſſorem facultatibus labi, ſui lucri gratia adfirma-
uerit creditori interroganti, eum idoneum eſſe, l. 8.
ff. de dolo. l. pen ff. de iur. dot. l ſi quis 25. §. cum Titio ff. de
furt. Hippolyt. in rubr. de fideiuſſor. num. 73. Bart. conſil.
56. incip. & quidem viſo puncto verſic. 2. Guilhel. Ouscin-
cus quæſt. 35 num. 3. Roland à Valle in tract. de lucro dot.
quæſt. 14. num. 26. Vincent. Carocius deciſ. 1. num. 8. & 11.
21 & deciſ. 116. num. 27. neque † enim contrahentes de-
cipi debent, l. ſed pupillus §. conditio ff. de inſtitoria, ma-
ximè, ſi quid celetur, & occultetur, cum idipſum dili-
gentiſſime eſſet quæſitum, l. 1. §. 1 ff de actio. empt. l. ea
quæ. §. v. 1. ff. de contrah. empt. l. traditio §. 1. ff. de acquir.
rer. dominio.
22 Quanquam ſecus eſt, ſi debitor † per modum con-
ſilij, & effuſo ſermone abſque fraudulentia id face-
ceret, tunc enim non teneretur, conſilij, ff. de regul.
iur. c. nullus ex conſi de regul. iur. in 6. l. eleganter. § fin. l.
quod venditor ff. de dolo l. 2 ff de proxenetis. Paris de Pu-
teo in tract. Syndic. mihi fol. 51. verſic ſi index. numer. 11.
Gerard. Mozollus conſ. 26. nu. 6. & 7. meo tamen iudi-
cio tutius eſt, ab huiuſmodi conſilio, & collaudatio-
ne abſtinere, per ea, quæ dixi ſupra cap. 6. num. 28. &
23 infra cap. 18. num. 12. Laudator enim † alicuius facti
à monitore, & ſuaſore non multum differt, l. 1. ff de
ſer. corrupt. Gothofred in l. 1. §. licet. lit. Q. ff. de peric. &
com. rei vendit. Robertus lib. 3. ſentent. cap. 12. neque in-
tereſſe putat Cicero in 2. Philippica, inter laudatorem
facti, & probatorem, vt refert Petrus Peckius de te-
ſtament. coniug. lib. 1. cap. 5. num 6. Præterea perſuaſio
24 † nimio habet vim coactionis, l. 4. §. ſi quis volentem,
ff. de lib. hom. exhib. imo plus eſt ſollicite perſuadere,
quam quenquam ad aliquid faciendum impellere, l.
enim qui C. de appellat. 1. C de raptu virgin. Cravetta
conſ. 461. n. 16 Anton. Sola ad conſtitut. nouiſſ. quæ. Saband.
decret. nullum volumus gl. vnic. num. 11. & 12. mihi p. 355.
Quid autem dicemus, ſi & ipſe debitor fideiuſſorem
ſuum bonæ frugi idoneum, & ſufficientem eſſe cre-
dens, eum creditori offerat, & idoneum adfirmet,
25 quum tamen is plane eſſet minidoneus? Et magis † eſt,
vt creditori damnum propterea paſſo, ad intereſſe
teneatur. Nec enim debuit facile, quæ ignorabat, ad-
ſeuerare, neque facilis etiam eſſe ad temerariam in-
dicationem, l. Iulianus §. quid tamen ff. de actio empt. l.
præcipimus ff de ædil. edict. & tetigi ſupra num. 4.
26 Verum enimuero ſecundum † ſupradicta non cre-
ditor ſolummodo diligentiam aliquam in ſuſcipien-
dis idoneis fideiuſſoribus præſtare neceſſe habet, ſed
& iudex in caſu, quo ipſi fideiuſſores exhibentur, vel
ipſemet ex officio ſatiſdationem admittit, & decernit
habita matura minuſque præpropera deliberatione,
cautus, & diligens eſſe imo partem aduerſam, cui fide-
iuſſio præſtanda eſt, citare debet, ad videndum ob-
latos fideiuſſores fidem ſuam interponere, vel ad op-
ponendum contra illorum perſonas, ſi quas habeat,
exceptiones, &c. ne, ſi minus idoneos acceperit,
is in ſubſidium parti, cum exceptionibus ſuis non

auditæ, ad intereſſe teneatur, *leg. fin. & ibi Doctores Cod. de magiſt. conueniend.* Hippolyt. *in rubrib. de fideiuſſoribus numer.* 345. Bodius *in pract. criminal. titu. de carcerat fideicommiss. num.* 7. Iulius Clarus *§. fin. quæſt.* 46. *num* 12. & Menoch. *in conſilio* 145. *num.* 67. *lib.* 3. vbi etiam alios citat, ac nouiſſime Ioſeph. Ludouic.
27 *deciſ. Lucenſi 33 per tot.* Quod † vtique tanto facilius facere poterit, cum ipſe arbitrari queat de tempore illo, intra quod ſit examinatio, fideiuſſores ſint idonei, *Bart. in l. ſi is à quo nu.* 3. *ff. vt in poſſeſſ. legator. Ioan. Nevizan. conſ.* 56. *num.* 4. *Menoch. de arbitr. iudic. quæſt.*
28 *caſu* 10. *num.* 4. Et nunc † in Camera Imperiali aliquando pronunciatum fuit, eum, qui, fideiuſſores non eſſe idoneos, allegat, id releuanter probare debere. Sententia extat apud Dn. Chriſtianum Barthium *in ſelect. ſentent. Camer. Imper.* 19. *Auguſti, Anno* 1530. *lit. E.* in hæc verba: conſortiis, qui non ſunt ſufficientes ad fideiubendum ab ipſa obligatione ſunt releuandi prius audita parte.

Quo autem creditoribus melius proſpiceretur, ſi forte de idoneitate fideiuſſorū diſputatio orta eſſet: (quam diſceptationem, & dubitationem ſæpenumero præceſſiſſe, colligitur *ex l.* 5 *§.* 1. *ibi, ſi dubitetur ff. qui*
29 *ſatiſd. cogan*) ideo arbiter † ad fideiuſſores probandos, eorumque vires excutiendas, per iudicem dari ſolebat, cuius rei veſtigia extant *in l. ſi vero §.* 1. *l.* 9. *& l.* 10. *ff. qui ſatiſd. cogant. l.* 2. *C. de vſur. & fruct. legator.*
30 vnde fortaſſis etiam fluxit, quod vigore † multorum ſtatutorum Italiæ officiales habent poteſtatem probandi, approbandi, taxandi, & recipiendi ipſos fideiuſſores, quo caſu quoque fideiuſſorem præſtare apud officium iudicis, nihil aliud eſt, quam ipſi iudici præſtare, per text. *in leg. eum pro quo in* 1. *reſponſ.* & ibi notant Bart. Bald. & omnes *ff. de in ius voc.* Angel. *in l. emancipati. verb. apud pro conſulem. ff. de adopt.* Marian. Socin. *conſ.* 94. *nu.* 2. *vol.* 1. 1. & vide Ioſeph. Lu-
31 douic. *d. deciſ Lucenſi* 33. *per tot.* Imo † & arbitrum ex voluntate partium electum ſpectabat, vt pronunciaret, quemadmodum ſatiſdandum eſſet quibuſque fideiuſſoribus, *l. non diſtinguemus* 32. *§. quæſitum. in fin. ff. de recept.* Et quanquam iſte arbiter non dabatur ad cognoſcendum, ſed tantum ad vires fideiuſſorum, vt dixi, æſtimandas, vocatur tamen à Iuſtitiano arbiter pedaneus, *in l. reſtituenda* 6. *in princ. C. de aduoc. diuerſ.*
32 *iudicum* ſicut † & arbiter tutelæ iudex vocatur, *l. fin. § fin. D de appell. l.* 2. *&* 3. *C. arbit. tutela.* Nihil autem aliud ſignificatur, quam virum bonum à prætore ſpecialiter delectum eſſe, cuius arbitratu fideiuſſores probarentur, quemadmodum, & in quam plurimis aliis cauſis, quæ arbitratu boni viri æſtimandæ definiendæque eſſent, arbiter dari conſueuit, *l. pro ſocio. l. vicinus* 24. *ff. de aqu. & aqu. pluuial. arcend. l. illud in fin. D. de tributoria l. de modo D. finium regundor.* & ſæpiſſime. Nec male pedaneus vocatur arbiter: nam de plano, fortuito cæſpite, & humile negotium diſceptabat, ſicut reliqui pedanei iudices, *l. vlt. C. de pedan.*
33 *iudic.* Et haud † recte Accurſius *in l. arbitro D. qui ſatiſd. cogant.* cum delegatum iudicem appellat: iudex enim, eſt iſte arbiter valde differunt, *l.* 7. *in princ. D. ad l. Iul. repetundar.*
34 Huius porrò † arbitri approbatio tantæ erat auctoritas, vt ſi fideiuſſorem iudicio ſiſtendi cauſa datum, idoneum approbaſſet, is & pro locuplete haberetur, *l. ſi ab arbitro D. qui ſatiſdar. cogant.* nec reiici poſſet, niſi reiiciens actione iniuriarum teneri mallet, *dic. l.* 5.
35 *§.* 1. *D. qui ſatiſ. cogant.* Cui non diſſimile eſt, † quod fideiuſſores à iudice recepti, eo ipſo cenſeantur approbati, quod non ſint reiecti, ſecundum gl. fin. *in l. filius familias D. ad Macedon.* Marian. Socin. *in d. conſil.* 94. *num.* 3. *mihi fol.* 176. *colum.* 3. *libro* 1. Quanquam
35 † & iudex ex officio, partibus non concordantibus, fideiuſſores pro idoneis acceptare, & reo iniungere poſſit, vt obligationem ſufficientem in authentica forma producat. Qua in re præiuit nobis Domini Aſſeſſores Camer. Imp *in ſentent ſelect. D. barthij, de Anno* 1530. *die* 14. *Ianuar. lit. G, in verb.* qui fideiuſſit, an ab ipſa fideiuſſione debeat releuari, Et 14. Ianuarij, lit B, in verbis: Quod Doctor Fridericus Rolth. in cauſa N. fuit vocatus fideiuſſor, & alius ad ſententiam ſe obligat in authentica forma. Idem plane continetur quoque in ſententia 13. *Septem. Anno* 1531.
37 *lit. F, & 7. May, Anno* 1539. *lit. B,* vice † verſa eiuſdem arbitri improbatio hunc habeat effectum, vt nemo taliter improbatos accipere cogeretur, quanquam ſi quis improbatos probaret, contentus his eſſe tenebatur; quia ſcilicet ex ſua voluntate accepiſſet, *d. l. ſi ab arbitro, §.* 1. *D. qui ſatiſd. cogan.*
38 Ceterum ſi ille ipſe arbiter in alterutram partem iniquum arbitrium forte tuliſſet, tum proinde ab eo, atque ab iudicibus, appellare licebat, *l. arbitrio D. qui ſatiſd. cogant. l. vlt. D. a quib. appell. licet.* Iaſ. *in l. nemo poteſt. in* 2. *lect. nu.* 67. *D de legat.* 1. Guid. Papæ. *conſ.* 75.
39 (vbi dicit, quod ſententia, fideiuſſores eſſe idoneos, ſit interlocutoria, appellabilis tamen, quod etiam placuit Felin. *in Rubr de re iudic. n.* 20. Horat. Carpano *ad Statut. Mediolan. part.* 1. *cap* 41. *nu.* 49.) Euchard. Brunckhorſt. *cent.* 1. *quæſt.* 42. Iul. Pacius *cent.* 1. *concil. legal quæſt.* 59 Myſing. *cent.* 4. *obſer.* 68. *verſic. vel conſtet. de coactione.* Arnol. de Reyg. Conſil. Brandeburgicus *in proceſſ. iudic. diſput.* 4. *theſi.* 46. Et hoc amplius
40 † approbatio quoque non impediebat, quo minus minor ab eo probatus integrum reſtitutionem peteret, ſi modo ſe circumuentum doceret, *l. ait prætor. § non ſolum. D. de minor.* Pomponius quidem in iſto caſu diſtinguebat, arbiter minorem probaſſet, an verò aduerſarius, ita vt ſi aduerſarius probaſſet, ſuccurrendum foret, non autem ſi arbiter, Verum Vlpianus iſta diſtinctione ſublata, ſemper ſuccurredum minori arbitratur. Si enim minor etiam aduerſus rem iudicatam in integrum reſtitutionis auxilium implorare poteſt, *leg. minor.* 8. *D. de menor.* multo magis vtique implorare poterit aduerſus approbationem arbitri.
41 Interim † præter prouocationis, & appellationis remedium credo quoque aliter querelam ad competentem iudicem deferri, eumque, etiam ſine appellatione, arbitri ſententia approbatoria improbatoriam ve corrigere potuiſſe, *d. l. vlt D à quib. appell. licet.* Noſter enim arbiter officio boni viri in probandis fideiuſſoribus fungi debet, quandoquidem, & alias bona fides fere ſemper exigit, vt tale arbitrium in omni ad probatione præſtetur, quale viro bono conuenit, *l. ſi in lege D. locati.* de quo reſponſo egregie Cuiac. *lib.* 23. *obſer. cap.* 33. At boni viri non eſt ſi ei mandetur, vt vires alicuius excutiat, renuntiare eum idoneum eſſe, & alterius decipiendi gratia falſo eum laudare, *l ſi mandauero* 42. *D. mandati l.* 8. *D. de dolo. l. cum in plures §. mandaui, D. locati.* Qua propter
42 † etiam animaduertendum eſt arbitro, vt ne perfunctorie in approbatione fideiuſſorum verſetur, ſed diligenter in ipſorum perſonas, & facultates inquirat; alias enim occaſio erit agendi cum ipſo, cur eos idoneos renuntiauerit, *iuribus ſupra num.* 26 *allegatis.*
43 Idque propterea † moneo, quia Doctores noſtri hanc tradunt cautelam, quod iudex, vbi fideiuſſor nō eſt notorie idoneus, debeat curare, vt ei detur adprobator, qui illum probet & idoneum eſſe teſtificetur: nam quamprimum conſtituerit talem fideiuſſorem,

non

non eſſe ſoluendo, tenebitur adprobator, *l. cum oſtendimus, §. vlt. ff. de fideiuſſ. & nom. tutor.* Et hanc caute-
44 lam † admodum bonam eſſe, & per totam Italiam
ſeruari, dicit Marian. Socin. *in c. qualiter, & quando. nu. 236. extr. de accuſat.* Alberic. *in tract. ſtatutor. part. 1. quaeſt. 59.* Gerard. Mazoll. *conſ. 26. num. 6. & 7.* lite Hippol. *in rubr. de fideiuſſ. nu. 345.* vbi Alex. Angel. & plures alios laudat Ioan. de Arnou *in commentar. 174.* Clar. *§. fin. quaeſt. 46. nu. 12.* & nouiſſime Camill. Borell. *conſ. ſiue controuerſia 47, n. 5.* Adeoque ſumme notandum
45 † eam eſſe contra approbantes fideiuſſores fiſcales,
monet Franciſc. Lucanus *in tract. de priuileg. fiſc. par. 1. nu. 65.* nec diſſentit M. Ant. Peregrin. *de iure fiſc. lib. 6.*
46 *tit. 5. num. 38.* Licet † ea vere tum demum locum habet, quando approbator è publico eſt electus, vel approbatio coram iudice, aut per iudicem ipſum (qui
47 † vtique antequam talem approbationem fideiuſſorem interponat, & deſuper declaratoriam ſententiam ferat, omnino partem aduerſam citare cogitur, aliàs illa declaratoria eſt nulla, *Roman conſilio 72. M. Anton. Peregrin. de iure fiſc. lib. 6. titul. 5. numero 39.*) eſt facta, alias enim approbator non obligatur, *Fulgoſ. Alex. numer. 4. & Iaſ. numer. 2. in l. ſi vero. §. qui pro rei ff. qui ſatiſd. cog. Alberic. in l. cum oſtendimus §. vltim ff. de fideiuſſor. tut. Menoch. conſ. 179. num. 1. lib. 2. Ioan Cephal. conſil. 437. vol. 3. Petr. Bellnga Hiſpanus in Specul. princ. Rubr. 31. §. quamuis num. 17. Camill. Borell. d. contro. 47. num. 76.*

46 Admonendi tamen, & hoc † ſumus, olim, ſi exactores de fideiuſſorum fide, facultatibus, aut cautione dubitarent, Epiſcopum loci, & Patres ciuitatis ac defenſores conuenire neceſſe fuiſſe, vt illi decernerent, an idoneus fideiuſſor videretur, vſque ad quantitatem, qua contentio erat, ſicut probat text. *in l. de his 26. §. neque vero fideiuſſionis 6. C. de Epiſcop. audient. l. vlt. §. ſed neque C. de ſportul. Cuiac. lib. 12. obſer. c. 22.* Praeterea
49 † etiam à praenominatis arbitris non multum differre videtur adfirmatores, hoc eſt, qui idoneos tutores eſſe adfirmant; ideoque fideiuſſorum vicem ſuſtinent, quos Galli certificatores appellant, de quibus *in d. l. cum oſtendimus § fin ff. de fideiuſſ. tutor.* Et qui ex Diui Hadriani reſcripto alio nomine dici poſſunt, Electi ad aeſtimandas tutorum ſatiſdationes, *iuxta l. 1. §. Diuus Hadrianus ff. de magiſt. conuen* quomodo autem ob negligentiam vel dolum conuenire licuerit, habes *in l fi. & ibi in Dd. commentarius, Cod. de magiſt. conuen. Bald. in reperto. verb approbator. ſecuritatis.*

Verum pro Coronide huius tractationis non ine-
50 leganter, & hoc quaeritur, vtrum per viam † commiſſionis demandari poſſit cognitio ſufficientiae vel inſufficientiae oblatorum fideiuſſorum? Et breuiter dicendum eſt, quod ſic, in tantum, vt, & appellatione remota, fieri queat. Praeiudicium notabile reliquit nobis Raph. Seiler. *in ſelect. Camer. Imp. ſentent. 15. Martij, Anno 1512.* his verbis. Quanti exiſtimanda ſit cautio N. data in Senatu Auguſtano, &c. Cognitiſque quod ex duobus fideiuſſionibus, an bonae ſint, nec ne, & caſu quod N. ſupranominatus idoneus non eſſet, alios fideiuſſores dare oportet, Qui ſint de ciuitate, ac cogniti in eodem loco ſine aliqua appellatione, & ita decretum eſt.

Recta nunc, vt paucis ſubijciam, in quibus igitur qualitas, & idoneitas illa fideiuſſorum verſetur, quam
51 vſque adeo attendendam eſſe monui. Voco † autem QVALITATEM, conditionem fideiuſſorum, quae eos modo idoneos, modo etiam minus idoneos reddit, *argum. l. teſtamento 17. §. vlt. cum l. ſeq ff de teſtam. tut.* quam alio nomine ſufficientiam dicere poſſis; ſicut, & rerum qualitas eſſe dicitur, quatenus ad commercium hominum poſſunt, aut non poſſunt accommodari, vt in Rubric. *D. de diuiſ. rer. & qual.* item, qualitas negotij, *in l. 41. D. ad l. Iul. de adult.* & qualitas materia, *in l. ſi ſterilis, 21. §. quamvis, D. de actio. empt. Ioan Goddaus de contrah. ſtipul. cap. 5. n. 57.*

52 Quare † ſic habendum eſt, in qualitate fideiuſſorum PRIMO conſiderari, an ſint pauperes, vel diuites: Luc de Penna *in l. quicunque 7. n. 2. C. de fund. patrimon. lib. 11.* Eo ipſo enim, quod dico, fideiuſſores idoneos dandos eſſe, ſatis abundeque demonſtratur, nec egenos, *l. 3. §. vlt. D. vt in poſſeſſ. legat.* nec tales, qui ob paupertatem ad litem non ſufficiant, *l. ſi quo 41. D. de petit. heredit.* ſed omnino locupletes dandos eſſe, qui, & obligari, & conueniri queant, *l. 5. §. qui pro rei, ff. qui ſatiſd. cogant. l. 3. ff. de fideiuſſor. Ioan. Ludou. Benaerius de*
53 *reuiſ. conclus 6. n. 56.* Idoneus † namq; is demum eſt, qui eſt locuples, & ſoluendo, *l 2. ff. de fundo dotali, l pair. 27. §. penult ff. de minorib. l. auferitur, §. vlt. cum l ſeq. ff. de iure fiſci. l. 3. C. de vſur pupillar.* & ſimiliter locuples dicitur, qui ſatis habet pro magnitudine rei, quiq; locorum, hoc eſt, agri vel poſſeſſionum, eſt plenus, *l. quos nos hoſtes, §. locuples, & ibi Ioan. Goddaus ff. de verbor. ſignificat. l. vlt. ff ſi cert petat. l. 3. ff de manumiſſ. l. ſi locuplet. 57. ff. de manum. teſtam. Agellius lib. 10. cap. 5. Plinius lib. 18. cap. 3. Quintil. lib. 5. cap. 10 Seuerin. Boetius in commentariis in Topica Ciceronis lib. 1. mihi pag. 773. Cuiac. ex Cicerone in Nouell. 4. mihi pag 44.*

Quae quidem reſpexit Vlpianus *in l. 1. in princ. ff. qui ſatiſd. cogan.* aſſerens, fideiuſſorem locupletem datum videri, non tantum ex facultatibus, ſed etiam ex conueniendi facilitate: eumq; communiter Doctores ſe-
54 quuntur, dum aiunt, fideiuſſorem † non poſſidentem pro cautione actoris vel creditoris ſufficientia immobilia, neque etiam mobilia, quae tamen facile auferri non poſſunt, nequiquam pro idoneo habendum eſſe, lata. Hippolyt. *in rubr. de fideiuſſ. nu. 227. & ſeqq.* Ioan. Saxon *in conſuet. Turonenſ. tit. des droits de baſſe iuſtice. art. 24. per tot.* Chaſſan *in conſuet. Burgund rubr. 6. §. 6. in verb. en baillant bonne nu. 1 & 2.* Petrus ad Duennas *regul. 321.* Clarus *§. fin. quaeſt. 46. num. 12.* Roderic. Suarez. *in declarat. L.L. fori, tit. de comperendinationib. §. nunc oportune reſtat. num 1. 2. & 3. mihi pag. 178.* Petr. Peck. *de iure ſiſt. cap. 45. num. 12.* Francus *in tract. de fideiuſſ. cap. 4. concluſ. 1. per tot.* Ludolph Schrader. *de feud. part. 10. ſect. 10. nu. 352.* qui admodum pulchre, & exquiſite hoc explicarunt.

55 Proinde † etiam ille, qui habet ſaltem bona prohibita alienari non dicitur idoneus fideiuſſor, ad releuandum procuratorem ab onere ſatiſdandi (ad quod alias tenetur, vt dicam infra *cap. 10.*) vt voluit Bartol. *in rubric ff. iudicat ſolui. num. 6.* Anguſola *conſ. 40. in materia contractuum, n. 4.* Neq; obſtat, ſi dicatur eum, qui poſſidet bona ſuppoſita fideicommiſſo conditionali, haberi pro poſſeſſore immobilium, & releuari ab onere ſatiſdandi, *Angel. in l. ſciendum, §. ſi fundus. & ibid. Iaſo. in 2. notab D. qui ſatiſd. cogant.* Nam reſpondetur Angelum, & Iaſonem loqui de ſatiſdatione de judicio ſiſti, quae introducta eſt ſolum, ad tolendam ſuſpicionem fugae, non autem vt actori ſit cautum, *Bart. d. l. ſciendum, nu. 4 Angel. in princip. Caſtrenſ. ib d. nu. 8.* & quae exſpirat lata ſententia, adeo vt fideiuſſor non patiatur executionem rei judicatae, *l. Graecè, §. & poſt litem, D. de fideiuſſor* At quando agitur de ſatiſdatione, de judicato ſoluendo, quae inuenta eſt, vt actori conſultum ſit pro executione ſententiae, & propter quam in fideiuſſorem ſit executio rei judicatae, abſque nouo proceſſu, *Bart in l. 1. D. iudic ſolui.* tunc non releuatur quis, licet poſſideat talia immobilia ſubjecta reſtitutioni, *Anguſola d. conſ. 40. numer. 5.* Ratio rationis eſt,

quod in ſatiſdatione de iudicatum ſoluendo non habetur in conſideratione, an fideiuſſor poſſideat immobilia, nec ne, ſed ſolum an ſit ſoluendo, & habeat bona, quæ poſſint obligari, *Io.Fab.in d.§.ſi vero aliquis n.8.Inſt.de ſatiſd.Alexand.conſ.*160 *lib.*5.*n.*5 Et ad hoc conuenit, quod ſcripſit Baldus *in l.1.circa fin.ff.in ius vocat.vt eam.* quod ſcilicet, vbi fideiuſſio non impletur mero facto ſiſtendi, ſed deſiderat ſolutionem pecuniarum, fideiuſſor debet eſſe idoneus, & ſoluendo. Is † autem, qui non poteſt, diſponere de bonis ſuis, quia grauatus eſt poſt mortem reſtituere, non dicitur ſoluendo. *Ripa in l.2.in princ.n.*53.*ff.ſolut.matrim. Anguſola d.conſ.*40.*n.*6.7.*&* 8 *Franc.d.c.*4.*n.*10.

57 Hinc conſequens eſt, cum † quoque, qui nulla alia bona poſſidet, quam ſuper quibus litem futuram timet, non vſquequaque idoneum fideiuſſorem eſſe, id quod in ſpecie etiam annotauit Anguſola *d.conſil.*40.*num.*10. Francus *de fideiuſſ.cap.*4.*num.*22. Quod tamen
58 cum mica † ſalis intelligendum eſſe exiſtimo, ita vt hæc diiudicatio non ab eius cui cautio ſiue ſatiſdatio præſtanda eſt, ſed ab iudicis arbitrio dependeat, argumento eorum, quæ tradunt Rebuffus *ad Conſtitut. Regias artic.*1.*gloſſ.*15.*num.*3. & Anton. Sola *ad Conſtitut. antiq.Sabaud. Rubrica de conclu.in cauſ.decret.vt.nihil. gloſſ.*1.*partis tertia.* Alioquin enim, & vetis de minis, quibus forſan ab alio contradictio moueatur, negotium facceſſere integrum eſſet, idque toties obſeruatu dignum eſt, quoties ex hoc capite, pro impedienda executione contra inſufficientiam cautionis excipitur, vt coram auguſtiſſimo Cameræ Imper. tribunali in graui quadam cauſa (quanquam ex hoc capite fruſtra, vtpote decreto refutatorio de ſuper lato) factum eſſe memini.

59 Quod † igitur debitor talem fideiuſſorem dare velit, qui quidem probatæ ſit fidei, & honeſtæ vitæ, qui vero non exiguam pecuniam ab aliis ſub vſuris creditam iam apud ſe retineat, *iuxta gl in l.2.ff. ſoluto matrimonio* aut planè nihil in bonis, vel ſaltem bona reſtitutioni obnoxia, vt bona coniugis ſuæ, imò, & litigioſa, aliis iam ante ſatis ſuperque hypothecata, extra Imperium Romanum, vel territorium debitoris ſita, periculis euidentibus obnoxia, ſterilia, vilia, tenuia, abſque titulo, & mala fide poſſeſſa (vt patet ex Franco *dict.cap.*4.*num.*15.*& ſequentibus.*) vel etiam bona merè feudalia, & nulla allodialia, eaque ipſa etiam fortaſſis ob conuentiones prohibitiuas (de quibus ſupra *capit.*1.) inobligabilia, vt ita loquar, habeat, non poſſum adduci, vt ſtatuam creditorem inuitum cogi poſſe, vt huic fideiuſſori oblato fidem habeat, qua in re ἐμοσήφιος habeo. Alberic. Alex Socin. *num.*3.*& alios in d.l.*1.*ff.qui ſatiſd.cog.* Alex. Aret. & reliquos *in l.ſi quis ſtipulatus ff.de verb.oblig.* Roderic. Soarez. *in declarat.ll.fori.tit.de comperendinationib. nu.*13.*mihi pag.*179. Eman. Soarez *in com.opin.lit. F, num.*134. Proſp. Farinac. *in titu.de carcerib.& carceratis pag.*524.*numer.*79.*& ſequentibus.* Ad quid enim talis fideiuſſor proficiat, contra quem, ſi principalis non ſit ſoluendo, propter inopiam, vt & defectum conſenſus domini feudi, vel agnatorum, aut vxoris, inanis futura ſit actio? *l.namus nullam ff. de dolo l. quod ſi poſſeſſor. ff.de pet.hered l.videamus ff.de adil.edict.c.cum tu.ext. de vſuris.* cum tamen ideo fideiuſſor obligationi accedat, vt eo magis creditori debitum in tuto conſtituatur, vtque is fideiuſſore ſuum conſequi poſſit, ſi debitor facultatibus fuerit lapſus. §. *vlt. Inſtit. de replicat.* Id quod etiam à dominis Aſſeſſoribus Cameræ Imperialis in cauſa Bermundi contra Bermundum in puncto oblatæ cautionis accuratè conſideratum eſſe perſpexi.

60 Sanè † ſicut nummus improbæ ſpeciei, & non iuſti ponderis, pro proba moneta non habetur, nec ad liberationem cauſandam expendi poteſt, etiamſi principum effigiem ferat, *l.* 1. *Cod.de vet.num poteſt lib.*11.*leg.eleganter §.qui reprobos ff.de pignor. act gloſſ. in leg.*2.*Cod.de heretic.* quam valde elegantem dixit Alex. *conſilio* 104.*ſub numero* 6.*verſic.pro hoc volum.* 1.
61 Nec † membrum inutile pro membro reputatur. *Bald.in l.*1.*numero* 16.*Cod.de adilic.edicto.* Nec oculus
62 † inutilis pro oculo, nec manus arida pro manu habetur. *Bald.in auth.ſed noua iure.col.fin.Cod.de ſer.fug. Vincent Caroc.deciſ.*106.*numer.*10.11.*&* 14. Ita quoque iſte fideiuſſor debitori parum vtilis eſt, qui præter
63 almam fidem nihil in bonis habet, cum † paria ſint, non eſſe, vel inutiliter eſſe, latè Vantius *in tract. de nullit. Rubr.quoties, & intra quod tempus num.*26.*cum*
64 *multis ſequentibus.* Imò † talis fideiuſſor ſimilis eſt Epiſcopis illis, qui ſcribunt ſe de locis in terris Turcarum, de quibus Bald. *in l. vnica. Cod. nude iure. Quirit.toll.* faciunt tradita per Andream Knichen. *in comment.in ius Saxon.cap.*3.*mihi pag.*102. Vnde etiam apud Homerum rectè Vulcanus Neptuno pro Marte, in adulterio cum Venere deprehenſo, ſpondere volenti obiicit, *Odyſſ.*8.

δειλαί τοι δειλῶν γε καὶ ἐγγύαι ἐγγυάασθαι. hoc eſt vertente Eobano:

------miſerorum incerta videtur
Ipſa fides, miſera eſt miſerorum ſponſio factis

65 Nec † ſcio, an ex iure produci poſſit locus vllus, ex quo probetur, eum locupletem vel idoneum verè dici, qui quidem innocentia, & probitate laudabilis, honeſtæ vitæ, bonæque ſit fidei, ſed præterea nihil, quam anguſtum larem, curtamque habeat, & tenuem ſupellectilem, *l.*2.*§.idoneos ff.ad SC.Tertullia l* 8.*§.nihil*
66 *intereſt ff.de tranſact.* Imo † honeſto viro egenus opponitur, quaſi honeſtum virum non videatur mihi exhibuiſſe, qui egenum ſubiecit, *l.ſi quis* 52.*§. cum Titio ff. de furt. Marquar. Frehr.in tract.de fama. lib.* 2. *cap.*13. *num.*2. Conſiderant porrò alij hanc quoque rationem, quod ſi moreretur talis fideiuſſor, qui erat inops, ſed tamen fidelis, hæres verò eius, nec fidem, nec bona vlla haberet, tum non eſſet ſatis cautum creditori, qui tamen ab initio eam ob cauſam fideiuſſorem acceperit. Ita poſt Bald. Iaſ. & Alex. ratiocinatur Hippol. *in rubr.de fideiuſſor. num.* 239. quem ſequitur Vincent. Caroc. *in tract.de iuram. litis deciſorio q* *aſt* 1.11.*quaſt. princip.num.*17. In ſumma, opinor ego, præſertim hoc exulceratiſſimo ſeculo, quo manus oculatæ ſunt, & tantum id credunt, quod vident (vnde etiam *in*
67 *Nouell.*3.*in præfat.* creditores increduli vocantur) neminem pro idoneo fideiuſſore habendum eſſe niſi qui mediocres habeat facultates, ita vt earum ratione, & obligari, atque etiam conueniri queat, *d.l.*2.*ff. qui ſatiſd. cog. l.* 3. *ff. de fideiuſſ. Bergnin. Canalcan. in tract.de curato.num.* 192. *Horat. Carpan. ad Statut. Mediolan.part.*1.*cap.*44.*nu.*17. Nimis verè enim in prouerbio fertur: Mendico ne parentes quidem amici ſunt, vt refert *Adag.Chiliad.*4 *centuria* 2.*adagio*
68 51. Et † poteſt nobilis dici pauper, quamuis poſſideat ea bona, quæ ſi ruſticus haberet, diceretur diues. *Menochius de arbitr. iudic. quaſt. caſu* 63. *numero* 7. *Maſcardus concluſio* 154. *numero* 14. *Auguſtin. Merla in Emporio iuris par.*1.*tit.*12.*q.*12.*n* 6.*verſ.illud tamen.*

69 Non † ignoro Caſtrenſem *in l.ſi quis ſtipulatus ſit Stychum. §.fin.ff de verb.oblig.* Bald. *in.l. abſtinendum C.quor.appell.non recip.* Guil. Benedict. *in c. Raynutius in verb.adiecta impuberi.n.*25.*ff.de teſtam.* item Iaſonem *in l.*1.*n.*19.*ff.qui ſatiſd.cog.& in l.iubemus num* 14.*C.de*

iudiciis

indiciis item Hippol. *in Rubrio. de fideiuſſ. num.* 180. *& clarius num.*238. vt, & Ioan. Saxonium *in conſuetud. Turonenſ. tit.* 1. §. 24. *gloſſ.* 3. *verſ. quere ſecundo & tit.* 15. §. 26. *gloſſ.* 2. *verſ.* 7. *facit cum* 2. *verſ. ſeqq.* contrariam ſententiam cum aliis ibi allegatis, defendere, quibus
70 tamen † poſt Francum *in tractat. de fideiuſſ. capit.* 4. *concluſ.* 1. *num* 30. non conſentio, cum veritatem ſententiæ, à me laudatæ, argumenta ab ipſis adducta non infringant.

71 Nam † primo non obſtat *l. ſuſpectum ff. de ſuſpect. tut.* qua Iaſ. nititur. Non enim vt ob probatos mores, fidelitatem, & diligentiam, tutori pupillum præcipuè credimus, *l. ſcire oportet.* §. *vlt. ff. de tutor & curator l.* 8. *ff. de confir. tut. l. ſi creditores* §. 1. *ff. de reb. auctor. iud. poſſ.* Ita etiam debitoribus noſtris ob virtutes fideiuſſorum, pecuniam credere ſolemus, ſed ſola fideiuſſorum bona, non verò animi dona, nos ad credendum alliciunt. Quo referendum eſt, quod ſup. *cap.* 2. *nu.* 25. ex Acrone Horatij interprete retuli, abſcedentem fortunam etiam fidem ſecum auferre, teſtante illud ipſum quoque Lucano *in* 3. *Pharſalia.*

Cum fato conuerſa fides.-----

Et eleganter Seneca *lib.* 1. *de benefic. in pr. Nomina facitur, diligenter in patrimonium, & vaſa debitoris inquirimus.* Nec minus pulchre Iuuenal. *Sat.* 4.

Quantum quiſque ſua nummorum condit in arca,
Tantum habet, & fidei.

Etalter.

Scilicet vxorem cum dote, fidemque, & amicos,
Et genus, & formam regina pecunia donat.

Et rurſus:

Et genus, & virtus, niſi cum re, vilior alga eſt.

72 Nihil etiam † aduerſatur, *d. l. quis ſtipulatus* 112 *ff. de verbor. oblig. vbi Iaſon nu.* 5. perperam aſſerit, duplicem eſſe idoneitatem, Diuitiarum nimirum, & fidei. Neq; enim ibi dicitur, quod vel ſolum patrimonium, vel etiam ſola fides nos idoneos promiſſores faciat, ſed eo ipſo, quod ICtus inquit; *Nos plerumq; idoneos non tam patrimonio, quam fide quoque æſtimari,* ſatis innuit, vtrumque ſimul concurrere debere, vt ita *ἐντιδυρχομένω* (vt verbis Homeri vtar) fiducia maior exurgat, quod etiam innuit Luc. de Penna *in l. ad ſubeunda n.* 1. *C. de decurion. lib.* 10. & Soder. Suar. *d. loco n.* 13. *verſ. nam textus.* Idque vel in primis tunc obtinet, & locum ſibi vendicat, quando non tam perſona, quam res, ob certitudinem futuræ ſatisfactionis, conſideratur, *l. quos nos hoſtes* §. *locuples ff. de verb. ſign. l. Iulianus* §. *item ſi conuenerit ff. de act. empt.* vt rectè dixerit Auguſtinus *in lib. de diſciplina Chriſtiana: Quantum habebis, tantum eris.* Idem ſtatuit etiam Horatius inquiens:

Nil ſatis eſt, quia tanti, quantum habeas ſis.

73 Præterea, quod † ex gl. *in l. vnic. verb. qualitatem ff. de ripa munienda.* adfertur, nimirum honeſtam, probatamque vitam ſufficere pro cautione, id ſponte ſua euaneſcit. Nam primo Accurſ. illic loci tantum refert, quoſdam ita ſentire, ſed in eorum ſententiam ipſe tamen non ſtatim it pedibus. Deinde etiam qualitas perſonę ibi non accipitur pro virtute aliqua hominis, vt voluit Bald. *in c.* 2. *in* 5. *col. extr. de indiciis* Sed qualitas ibi conditionem ſignificat, ſecundum quam, aut ſuo, aut alieno nomine, quis diuerſimode cauere tenetur, *iuxta l.* 1. §. *ſtipulatio itaq; ff. de prat. ſtipul. l. prætor.* 7 *ff. de dam. infect.* eoque nihil eſt certius.

74 Sed eſto, Bonam † opinionem homini tutiorem eſſe pecunia, & creditorem poſſe accipere talem fideiuſſorem, qui fide quidem, nullo autem patrimonio ſit idoneus, quandoquidem, & Iro, aut Telepho, & Telenico, adde & Pauſoni, vel Codro, vel ſectori Zonario, abſque fideiuſſore, pecuniam ſuam credere poſſet, iuxta illud Senecæ *lib.* 4. *ff. de benef. cap.* 10. *Ideo locupletem, ſed indignum præteribo, pauperi vero bono dabo. Erit enim in ſumma inopia gratus, & cum omnia illi deerunt, ſupererit animus.* quis tamen inde efficiet cum cogi, vt probatæ fidei tantum, & non ſimul poſſeſſionatum fideiuſſorem inuitus recipiat? *contra l.* 2. *in prin.*
75 *ff qui ſatiſd. cog.* Fateor † equidem, magnum eſſe diſcrimen inter perſonas, quædam enim ſunt minus honeſtæ, & vulgares, homines nimirum viles, diabolares, nugatorij & vappæ, *l. legitimos* §. 1 *ff. de legitim. tutorib.* item humiles, calumniatores, turpes, notæ nequitiæ, *l.* 3. §. *Iulianus ff. de liber. exhibend.* & deploratæ, *l. ſi quis* 6. § 1. *ff. de edend. l.* 11 *ff. de dolo.* Quædam vero ſunt omnibus modis probatæ, item auctoritatis prudentiæ, fidei exploratæ, *d.* §. *Iulianus* honeſtioris loci, *l* 8 §. *ſi in annos ff. de tranſact.* & denique vitæ ſobrietate laudabiles, *l. teſtamento.* 17. § *penultimo ff. de teſtament. tutel.* quare etiam his plus fidei, quam illis habendum eſſe, nemo eſt, qui ambigat, *d. l. legitimos* cum fidelitas, & integri mores nonnunquam præualeant diuitiis, & dignitatibus, *l. ſcire.* §. *cum reliquis ff. de tutor. & curator. datis ab his. Angel. in* §. *nouiſſimo. Inſtit. de ſuſpect. tutor. Bald. in c. ponatis. de probat.* Vnde etiam fit, quod licet fideiubere tenetur non poſſidens immobilia, non tamen teneatur nobilis, etiam immobilia non poſſidens *Tiraquellus in tractat. de nobilitat. cap.* 20. *n.* 389. *Horat. Carpan. ad Statu Mediol. par.* 1. *c.* 44. *n* 40. Verum hinc nullo adhuc modo ſequitur, idoneitatem fidei inuito creditori pro ſufficientia facultatum obtrudi poſſe, neque illud per nonnullas a contrarium ſentientibus adductas leges euincitur.

76 Nam † quod *l. legitimos ff. de legit. tut.* quam producit Iaſon, attinet, nemo non videt, Iuriconſultum VLpianum ibi de patrono eiuſque liberis agere, quibus merito ſatiſdatio ob debitam reuerentiam remittitur, ſi & ſubſtantia pupilli ſit modica, & patroni quoque perſona honeſta, *argum. l. filio ff. vt legat. eau.* Si enim illa ipſa prærogatiua gaudent alij tutores bene probati, idonei, & honeſti, *l.* 17. §. 1. *ff. de teſtam. tut. l ſcire oportet.* §. *pen. ff. de tut. & cur.* cur patronum, quem vitæ fideque honeſtas commendat, ſatiſdare iubeamus?

77 Nihil quoque vrget, quod † qui iam non habet facultates, poteſt tamen eas poſtmodum acquirere atq; ita locuples fieri, *l. ſi defunctus C. arbit. tutela. Iaſon l.* 1. *n.* 10. *verſic. in ea gl. ff. ſi quis in ius vocat. non ierit.* non ſecus, ac fieri poſſunt ἐκ πτωχῶν ἐνίων ταχὺ πλουσίους. καὶ ἀδόξων ἐνδόξους, καὶ γνωρίμων, vt ait Demoſthen. *in* 4 *Philipp.* hoc eſt, vt ſcribit Tacit *lib.* 1 *annal.* ex pauperibus diuites, ex contemptis metuendi: vel vt Arnobius *lib.* 8. ex egentibus diuites, ex ſeruientibus Reges. Nam
78 ſanè incertus fortunæ eſt exitus, *l. ſancimus* § *vltim C. de donat.* Et quæ à fortuna geruntur, incerta ſunt, & ineuitabilia. *Polybius lib. mihi pag.* 531. Imò imprudentium iſta fiducia eſt, fortunam ſibi ſpondere, *Seneca li.* 4. *de benef. c.* 33. Et ſicut filiorum procreatio in fortunæ muneribus iacet, *vt ait Nouell.* 22. *de nuptiis c.* 23. Ita quoque diuitiæ à fortuna, ſi qua extra prouiden-
79 tiam Dei eſt, dependent, adeò † vt rem familiarem inopinato fortunæ impetu facile amittere, *l.* 4. *vt in poſſeſſ. legat. l.* 8 *ff. de confirma. tutor.* (ſiquidem, vt fertur in prouerbio, non eſt tuum, fortuna quod fecit tuum, *Seneca lib.* 1. *epiſt. epiſt.* 8. *in fin.*) & rurſus ex voto honeſtis rationibus patrimonio noſtro incrementum adiicedere poſſimus, *l. cura* §. *deficientium ff. de man. & hon.* pulchrè Ioan. Iouianus Pontanus *in lib. de fortuna. cap.* 14. Seneca *lib.* 6. *de benefi. cap.* 33. Seuerin. Boetius *de conſolat. lib.* 1. *proſa.* 1. *&* 2. Dominic. Nanus Mirabell, *in ſua Polyanthaa. verb. fortuna.* vnde, etiam Plato *lib.* 9.

de legib. ſcriptum reliquit; quod nullus legiſlator
poſſit imperare fortunæ. Et dicit Hieron. Magnus
in deciſ. Floren. 144. *num.* 4. *&* 5. Fortunam non ha-
80 bere ſuperiorem, † & poſſe nobis nocere, quodque
de ea conqueri non valeamus. Arnobius *dict. lib.* 8.
Diues es, inquit, ſed fortunæ malæ creditur. Huc
Auſonius *Epigram* 140.

Fortuna nunquam ſiſtit in eodem ſtatu,
Semper mouetur, variat, & mutat vices,
Et ſumma in imum vertit, ac verſa erigit.

Quod etiam pertinet, quod alibi ab interpetibus
81 traditum eſt, à † ſententia fortunæ appellari non
poſſe. *Sebaſt. Medices de caſib. fortuit. par.* 2. *q.* 10. *n.* 142.
Et certè noſtro tempore creditores ita ſunt compa-
rati, vt ſpem pretio non emant (quam alias quoque
cum Platone, Siagirite, & Æliano ſomnium vigilan-
tium eſſe ſciunt, pulchre ex noſtri Petr. Peck. *de teſta.
coniugum. lib.* 1 *cap.* 31. *num.* 12.) nec ſomniatis theſau-
rus Pœni illius C..ellij Baſſi (vanum Imperatorem
Neronem ſecuti) inhient, inani ſpe, & diuitiarum
expectatione veteres ſuas opes interim conſumentes,
vt auctor eſt Tacitus *lib.* 16. *annal. in princ.* ſed potius
cum Terentiano illo Sannione, quicquid poſſunt, au-
ferant in præſentia. Huc alluſit etiam Cherea in
Eunucho: *Fac nunc promiſſa, vt appareant.* Collineat
eo quoque Cicero in Topic. inquiens: *Opulentos
dignos, quibus credatur, putant, non rectè fortaſſis, ſed
vulgi opinio mutari vix poteſt.*

Hoc amplius nihil mouebit, ſi dixeris, Fideiuſſio-
nem à fide dici, atque adeo ad id, quod principale eſt,
reſpectum habendum eſſe, ſicut, & Alberic. de Roſate
82 † *in tract. de teſtib. §. videndum eſt. poſt num.* 14. aſſerit,
fideiuſſorem locupletem dari ex fide, quem ſequitur
Albericus de maletis *eod. tract. de teſtibus cap.* 5. *nu.* 26.
Nam hoc nihil aliud eſt, quam principium petere, hoc
eſt, illud ipſum, de quo controuertitur, tanquam pro-
batum aſſumere. Fidem enim habemus, non propter
fidem tantum fideiuſſoris, ſed præcipue propter eius
ſufficientiam. Et vt maximè detur, fideiuſſorem fi-
delem, qui ſpopondit, nihil magis in votis habitu-
rum, quam vt fidem ſuam ſeruet, quomodo tamen
eam liberabit, ſi facultatibus omnino ſit deſtitutus?
Planè iſthæc fideiuſſio erit de vento, vt loquuntur, &
nullum producet effectum, non magis, quam ſi ab
initio idoneus quidem fideiuſſor exiſtens, poſtea fa-
cultatibus labatur.

83 Quare † non poſſum non probare id, quod ait gl.
conſtit. *lib.* 2. *artic.* 5. *num.* 3. Si aliquis pauper, dum-
modo bonus ſit, ac in verbis verax, melius eſt eum
pro fideiuſſore accipere aut pignus. Cogita illius
voluntate, & conſcientia. Quo procul dubio etiam
referendum eſt illud Baptiſtæ Mantuani *Ecloga quar-
ta in princip.*

Qui non credit, inops fidei, ſed pignore tutum.
Te faciam duo tela mea depromè pharetra.

Nam abſit, vt aliquem ſolo paupertatis (quæ nec
84 † ipſa cum bonæ mentis ſemper ſit ſoror, teſte Ioan.
à Wovver *in tract. de Polymachia. cap.* 31. *mihi pag.* 283.
ad fin. eſt ex genere malorum, alioqui etiam Sancti
illam abhorruiſſent. Ioan. Bonifacius *in tract. de furtis,
§. eſt, num.* 56.) onere grauatum, mendacem etiam, ac
perfidum ſtatim pronunciemus, vel paupertatem
prorſus indignam cenſeamus, cui credatur, vt ait
Lucas de Penna *in l. quicunque* 7. *num.* 2. *Cod. de fund.
patrim. lib.* 11. Verè enim ille apud Terent. *in Phorm.
act.* 6. *ſcen.* 6.

Heu quanta, quanta hæc mea paupertas eſt, tamen
Adhuc curaui vnum hoc quidem, vt mihi eſſet fides.

Quod etiam innuit Sinon Virgilianus, *Aen.* 2.

-----non ſi miſerum fortuna Sinonem
Finxit, vanum etiam mendacemque improba finget.

Nec diſcrepat locus Plauti *in Perſa. Scena. Quæret
bene*; vbi ait.

Quamquam ſi res noſtræ ſunt pauper paupercula,
Modica, & modeſta, melius eſt tamen ita viuere,
Nam vbi ad paupertatem acceſſit infamia,
Grauior paupertas fit, fides ſubleſtior

85 Ex quibus tandem veram † hanc concluſionem
conficio: Dari oportere fideiuſſorem idoneum: Ido-
neum, inquam, non tantum fide, ſed etiam patrimo-
nio, & facultatibus; Cui ſententiæ etiam adſtipula-
tur. Ioan. Brechæus *ad l. habere* 188. §. *cautum* 5.
ff. de verbor. ſign. vbi dicit: Oportere, vt fideiuſſor
idoneus eſſe cenſeatur, eum fortunæ copiis eſſe
inſtrumentum.

Cæterum iſtam concluſionem DD primo reſtrin-
86 gunt, vt non procedat, ſi teſtator † in teſtamento hæ-
redem grauauerit, vt ab vſufructuatio, (quem ſatiſ-
dare cogi ſupra *cap.* 5. *num.* 196. dixi) fideiuſſorem pau-
perem accipiat. Tunc enim hæredem tali fideiuſſore
contentum eſſe debere opinantur Bald. *num.* 11. Sali.
n. 5. *in l.* 1. *C. de vſufru.* *Ange. Areti. in* § 1. *n.* 5. *in fin. Inſti.
de vſufructu, & in tract. de teſtam gloſſ.* 93. *n.* 1. *Hippol. in
Rubr. de fideiuſſ. num.* 244 *per l. Titius ff. de vſufructu.
ear. rer. quæ vſu conſumuntur. Francus d. cap.* 4. *num.* 34.
87 Sed quidquid his alias famigeratis, auctoribus † pla-
cuerit, exiſtimo ego, iſtam limitationem planè infir-
mam eſſe, nec compelli poſſe hæredem, vt accipiat
fideiuſſorem inopem, vel aliter non idoneum, vt an-
tea quoque docuerunt Ioan. Hannibal. *in l. nemo poteſt
num.* 484 *ff de legat.* 1. Arius Pincelius *in l.* 1. *p.* 2. *n.* 76.
ad fin. C. de bon. mat. Andr. Gail. *lib.* 2. *obſer.* 145. *num.* 13.
Neque verò quidquam ad rem facit *dict. ..trib.* Sicut
conſtabit illis, quæ ſupra *cap.* 7. *num.* 65. 66. *&* 67.
ad eam ipſam legem fuerunt annotata, quorum
repetitionem hoc in loco, tædii euitandi gratia, in-
termitto.

88 Secundò prædicta † regula limitatur communiter,
ſi fideiuſſor detur ab illo Reo, cui ſanguini vinculo
eſt coniunctus. Hunc enim fideiuſſorem oblatum
qualiſcunque tandem ſit, hoc eſt, etiamſi quantum
ad facultates omnino ſit inidoneus, & ſic non locu-
ples, modo ſit neceſſarius rei conuenti, nihilominus
accipiendum eſſe contendunt gloſſ. & & DD. omnes,
in l. 2. *ff qui ſatiſd. cogan. & in l.* 1. *ff. de in ius voc. vt eant.
Part. in l. ſciendum ff qui ſatiſd. cogant. Bald. in l. filius
ad fin ff. de his qui ſunt ſui, vel alien. iur. Hippol. in Rubr.
de fideiuſſ. num.* 229. Matth. de Afflict. *in tracta. de iure.
Prothimiſeos in Rubr. num.* 23. *in fin.* Rodericus Suarez.
Suarez. *in declar. ll. fori. tit. de comperendinat* §. *nunc
oportunè numer.* 7. *&* 8. *pag. mihi* 279. Eiuſque rei
eam eſſe rationem ſibi perſuadent, quod neceſſarius
neceſſarium in obligatione non eſt relicturus, ſed
cum quam primum eximet, & liberabit, cum nemo
89 † carnem ſuam odio habet *cap. non ſatis* 86. *diſtinct.
cap. non aſtimemus* 13. *q.* 2. *l.* 2. *ff. de receptator bus l.* 1. *ff.
de bon. eror. qui ante ſent. l.* 4. *ibi contra ſanguinem ſuum
ff. de inoffic. teſt. Hieron. de Lauren. deciſi. Rota. Auenion.*
22. *num.* 8. Licet igitur alias fideiuſſor pauper non
eſt idoneus, erit tamen idoneus, ſi modo ſit conſan-
ſanguineus rei conuenti, nam obligatio ipſius breui
tempore eſt duratura, nec feret reus ſiue debitor,
vt tam coniuncta perſona ſuo nomine moleſtetur.

Hæc

Hæc eſt explicatio, quam *ad d.l.2.& d.l.*1. vnanimiter interpretes concinnarunt, atque ita ſe in facto obtinuiſſe, gloriatur M.Mantua *in ſingulari* 334. *incip.*
90 *Statuta habemus*. Ego † vero Ioannis Corraſij *lib.*4. *Miſcell.cap.*10.& VVeſenbecij *in d.tit.ff.in ius voc.vt eant.* necnon Valent.Franci *in d.cap.*4.*n.*27.& 28. ac Arnoldi ab Haerſolte *in aduerſ.act.part.*1.*actio.*10.*nu.*4. veſtigia ſecutus, iſtam expoſitionem, nec textuum verbis conuenire, neque etiam ratione iuuari, atque adeo Iuriſconſultorum verba longe alia ſenſu, quam hactenus factitatum eſt, accipienda eſſe, modeſtè ſtatuo. Hoc enim primo mihi datur neceſſe eſt, vtrobique de ſatiſdatione iudicio ſiſtendi cauſa agi, quæ non niſi datis fit fideiuſſoribus. Id quod Roderic. Suarez. *prædicto loco num.*8.*verſ.& aduerſe, quia propriè*, apertè fatetur, & concedit. Quod ſi igitur vocatus in iudicium ire nolit, non aliter domi ſuæ relinquitur, quam ſi vocanti ſatiſdet, cogitur namque ex duobus hiſce vnum eligere, aut in ius ambulare, aut ſatis iudicio ſiſti dare, nullum ſiquidem eſt tertium: ſicut liquet ex Rubri, *ff.in ius vocat. vt eant.vel ſatiſdent*, qua ſignificatur, non ire eum, qui ſatiſdat, & inuitum ire eum, qui non ſatisdat, auctore Cuiat. *lib.*7.*obſeru.cap.*16.*in princ.*

Ponamus nunc impetrata, & data venia, in ius vocari parentem, Patronum, Patronam, Liberos, & ſimiles neceſſarias perſonas: hæ vtique ſi paratæ ſint cauere iudicio ſiſti, ne ducantur audiendæ erunt. Qualem autem dabunt fideiuſſorem? Sanè ab aliis in ius vocatis pro rei qualitate locuples fideiuſſor eſt dandus, *d.l.*1.*in princ ff.in ius voc. vt eant.* Sed quia prædictæ perſonæ neceſſariæ ſunt, & ſibi inuicem ſanguinis ratione, atque præcipuæ reuerentiæ vinculo coniunctæ, ideo in honorem, & memoriam iſtius affectionis, non habent neceſſe (vt maximè etiam poſſent) fideiuſſorem locupletem dare, ſed liberantur, ſi modo qualemcumque, hoc eſt, etiam nō locupletem offerant, quem equidem in ius vocans velit nolit accipere obſtringitur, *d.l.*1.& *l.*2.*ff. de ius voc.vt eant.l* 2.§.*prætor ait.ff qui ſatiſd. cogant.* Cuiat. *lib.*10.*obſer.cap.*10.*Roderic.Suarez.d.loco nu.*10.*verſ. Et in tantum. Pardulph. Prateius in Lexico verb. Locuples, fideiuſſ. Arnold ab Haerſolte in aduerſ. de act. par.*1.*act.*10. Nam vt Paulus, pro locuplete accipitur qualiſcunque fideiuſſor in neceſſariis perſonis, *l.quoniam, ff in ius voc.vt ean.* Deinde etiam merito in vocantem pœna ſtatuitur, qui cum ſciat neceſſitudinē, quæ ſibi cum perſonis in ius à ſe vocatis intercedit, eam tamen inſuper habens, fidem extraneam ſecuritati, & fidei domeſticæ, atque adeo amori filiali, debitæque reuerentiæ, præferre conatur, *l.*2. *ff.in ius voc.vt eant.facit.l.*1.& 2.*C.de fideiuſſ. dot.dentur.*

91 Quid † igitur DD. in mentem venit, vt arbitrentur, hic agi de coniunctione inter reū ſiue in ius vocatum, & fideiuſſorem? cum, mea vt fert ſententia, nemo non facilè perſpiciat, Iuriſc. agere de neceſſitudine, quæ vocanti cū vocato intercedit; vt enim hic dat, ita ille accipit fideiuſſorē, & quidem qualemcunque h.e. ēt. non locupletem, & facultatib. carentem. Si enim explicaueris, Qualemcumq. h.e. neceſſarium & coniunctum, nihil magis à toto diſputationis ſcopo alienius erit? Quotus enim quiſque reperietur, qui non poſſet dare coniunctam perſonam? Adeo vt Alex. *in l.*2.§.*Prætor ait, n.*1. *ff.qui ſatiſd.cogant.* dicat eum qui tenetur fideiuſſorem dare, poſſe etiam proprium filium dare. Et hoc amplius Roder. Suar. *ſu-*
92 *pracitato loco n.*8. aſſerat, poſſe quoq; dari † affinem, & neceſſitudinem, quæ hic conſideratur, extendi ad omnes illos coniunctos, qui inuiti teſtimonium di-

cere non coguntur. Certè, qui liberari poteſt dando fideiuſſorem coniunctum inidoneum, nunquam tam
93 ſtultus erit, vt det idoneum, cum potius † natura ſic comparati ſimus, vt ſi cubili betari queamus peſſimum dando, nunquam optimum dare in animum inducamus, *l. fideiuſſorem* 52. *ff. mandati. Cuiac. ad Afric tract* 8.*mihi pag.*489.

Et velim perlibenter mihi reſponderi ad Nouel. 115.*cap.*3.§.8. vbi pater incarceratus filium fideiuſſorem offert, quem tamen creditor pro perſona patris incarcerata, vel ipſius debito ſuſcipere non cogitur, niſi in quantum, vt ibi dicitur, filius idoneus eſſe probatur. Si enim perſona coniuncta aliam perſonam coniunctam, etiam nō locupletem, dando liberari poſſet, non huic contrarium, in caſu etiam tam priuilegiato, ſtatuiſſet Iuſtinianus. Imò, ſi Prætor, & Iuriſconſul. ſolam neceſſitudinem in ius vocati, & ab ipſo oblati fideiuſſoris conſiderare voluiſſent, tunc potius ſimpliciter dixiſſent: Fideiuſſorem neceſſariū accipi debere: neque enim, opinor, eo caſu retuliſſet, imò nequidem opus fuiſſet, quidquam de facultatibus fideiuſſorum diſputare, quod tamen Vlpianus, edicti prætorij interpres, diligenter obſeruauit, in *d. l.*2.§.*quod ait prætor.ff qui ſatiſ.cogant.*

94 Sed audiamus † nouiſſimum Coſtalium *in d.l.*1.*ff. ius vocati vt eant.vel ſatiſdent.* qui à veterū opinione non eſſe recedendū cenſens, duob. argumentis Coraſium oppugnat, Primo, inquit, dicitur *in d.l.*2. vocātem, qui cum ſciret neceſſitudinem perſonarum, non accepit fideiuſſorem qualemcunq; iudicio quinquaginta aureorū obnoxium fieri. At hoc non pōt intelligi de neceſſitudine perſonarū vocantis, & vocati, nemo n. præſumitur eſſe tā ſtupidus, qui nō ſciat, quo gradu pater, mater, liberi, & ſimiles ſint coniuncti, *l.*8 *ff.vnde cog.l.de tut.C.de integ.reſt.* Ergò accipiendum eſt de neceſſitudine vocati, & fideiuſſoris. Sed facilis eſt reſponſio. Cum enim Paulus, & Calliſtratus *in d.tit.ff.in ius vocati vt eant.* non de aliis perſonis neneceſſariis loquantur quam quarum Vlp. mentionem facit *in d.l.*2.§.2.*ff.qui ſatiſd.cog.* quem equidem ibi neceſſitudine vocati, & vocantis loqui conſtat, quid opus eſt anxie diſputare de computationem graduū, quos vt maximè ſciat vocans, forſan tamen ex proteruia non vult ſcire, & ita pœnam incurrit? *d.l.*2.*in verb.qui non acceperit.cum ſciret ff.in ius voc.vt eant.* quæ verba apertiſſimè ſcientiam præſupponunt.

Præterea, inquit Coſtalius, prætor *in l.*2 §.2. *ff.qui ſatiſd.cog.* egit de coniunctione inter vocatum, & vocantem, in tit. verò: *In ius vocati vt ean.* locutus eſt de coniunctione inter reum, & fideiuſſorem. Sed & hoc diuinatorium, & potius verum eſſe cenſeo, vnū fuiſſe edictū quod ſibi Tribonianus pro more ſuo ſtillatim diſſecuerit, & in diuerſos titulos retulerit. Et vt maximè concedā, Paulum, Vlpianum, Modeſtinum, Calliſtratum, & alios, ad verba iſtius edicti aliis verbis ſcripſiſſe, apud omnes tamen ſenſus manſit idem. Et ſicut Vlpian. *lib.*5.*ad edict.* huius edicti verba procuLdubio in primis explicauit, vt colligitur *ex l.*4.*ff. de in ius voc.l.*1.*ff qui ſat.cog;* ita & de illis egit Paulus *lib.*1.& 4.*ad edictum*, vt conjicere licet *ex l.*11.*l.*5.*l.*9.*l.*11.*l.*19.*l.*21 *ff de in ius voc.l.*1.& 3.*ff.in ius voc.vt eant. l.*4 *ff qui ſatiſ cog.* Coniecturam quoque non leuem inde duco, quod Paulus fere eaſdē perſonas enumerat, quas Vlpianus, adhoc amplias etiam rationem explicat, quare qualiſcumque fideiuſſor ſufficiat, quam Vlpianus aut non adiecit, aut à Triboniaco tacitè eſt omiſſa.

Verum in his iam dudum hæreo, tranſeo igitur ad
95 alia prius tamen † adjiciens, quod dicitur. Qualem-

Digitized by Google

cunque fideiuſſorem ſufficere,id ratione facultatum
accipiendum eſſe,ſicut interpretatur Vlpianus *in d.l.
2.§.quod ait Prat.ff.qui ſatiſd.cog.* Etſi enim quoad fa-
cultates qualiſcunq; fideiuſſor dari poteſt debet tamē
nihilhominus ad minimū habilis eſſe,ita vt conueni-
ri poſſit:Quod ſi igitur,cum à filio vel liberto in ius
vocatus eſſes, dare ipſi velles pro fideiuſſore,furio-
ſum,pupillum,militem,clericū, & ſimiles,dares qui-
dem qualemcunque fideiuſſorem, ſed iſta datio am-
bulationem in ius non impediret,vt rectè ſentit Iaſō
in l. 2.§.Prator ait.nu.3.ff. qui ſatiſd.cog. multis ſimi-
libus ibidem idipſum confirmaus. Rationem ego ad-
do,quod etſi hoc in caſu aliquo modo cauere ſuffi-
cit, non tamen ſufficit omnino nihil cauere, quod
96 etiam Paulus & Vlpianus minimè ſtatuunt. Et ſanè
actus † agentium debent eſſe in agente bene,& aptè
diſpoſito, *l.C.de hared.inſtit.§.legari.Inſtit.de legatis.*
97 Tertiò † limitatur ſupra *num.* 85. conſtituta con-
cluſio in eo,quod fideiuſſorem da re obſtrictus, ſi
præſtet minus idoneū, tamen iuri ſatisfecerit,modo
ipſemet principalis ſit multum diues,*Bald. in ſingul.
ſuo 31.incip.Quaro,aliquis debens. Alexand. in l. 2. in
princip.num.4.ff.qui ſatiſd. idque per text. & glo. in l.
mulier.C.de iure dotium.* (qui tamen textus,quantum
ego perſpicio, hoc non probat)ſequitur Francus *de
fideiuſſ. cap.4.n.14. & 25.* & pluribus explicat Rode-
ric. Suarez *in declarat.l. fori. titul.de comperendina-
tionibus. num.* 14.15.& 16. Horat. Carpan.*ad Statut.
Mediolan. part. 1. cap. 44. num.* 45.

Quartò limitatur in caſu *l.omnes. 33. §. praterea
98 eum in prouincijs C. de Epiſcop. & Cleric.* ſiquidem † ibi
Statuitur,quod Sacerdotes, Clerici, & Monachi, in
proprijs cauſis contractibuſque pulſari,liberentur, ſi
propriæ Eccleſiæ defenſores præbeant fideiuſſores,
ne dum executoris pertinax,& auara proteruitas ex-
trancos,& idoneos fideiuſſores flagitat, multiplex
99 innoxiæ paupertati inflagitatur incommodum.Sanè
† in terminis *l. quicunque.7.C.de fund.patrimon.lib.
11.* committitur arbitrio eius,qui habet prædia ipſa
locare, quantum exigatur, vt fideiuſſor idoneus di-
catur, ſiquidem, & ipſe defectu tenetor, Lucas de
Penna *ibidem. num.1. argumente l. 1. in fin. ff. de iure
delib. & c. de cauſis de efficie de legati.*

100 Secvndo loco † in qualitate fideiuſſorum con-
ſiderandum eſt,vtrum ſint forenſes,vel incolæ,& ci-
ues iſtius loci,in quo fideiuſſio præſtatur.Si namque
non ſint de iſto foro,in quo res ſita eſt,vel contrahi-
tur,tunc pro idoneis non habentur.*gloſſ. in Authent.
de exhi. reis.§. ſancimus Bened. de Plumbino alias de
Barzys in tract.diſcuſſ. quaſt.12. Caſtrenſ. in l. ſi filius
ff. qui ſatiſd. cogant.Bartol.in l. fina.C. de prie. agent.
in rebus. lib. 12. l. 1. & ibi Dd ff. ſi quis in ius vocat.
non ierit.Anton.Gameſius de contract.cap.13.num* 8.Sed
qoia de eo infra *cap.* 14. latius ſum acturus, idcirco
filum hic abrumpam, & ſaltem vnum atque alterū
notabo, quod dubitationem fortè mouere poſſet.

Quum enim ſtatuam,fideiuſſorem de foro contra-
hentium eſſe debere,non inelegāter quęritur,an prę-
cisè requiratur,vt eodem modo creditor,debitor &
fideiuſſor vnius,& eiuſdē quoque ſint ſtatus,& con-
ditionis?Vel vt clarius dicam,An pro principe ciuis,
pro ciue ruſticus, pro Chriſtiano Iudæus, fideiuſſor
eſſe poſſit?Noua quidē hæc eſt quæſtio,ſed explicatu
facilis. Si enim ciuis principi pecuniam ſuam,vel res
101 alias credere,imò † ad id quoque tempore neceſſi-
tatis(nam abſit, vt Ferdinandi Regis Neapolitani,
de quo Cominæus *lib.2.de bello Neapolit.mihi p,*787.
ſcribit,factum probem)rectè cogi poteſt, vt ex ſen-
tentia Ioannis de Platea,Angeli,& aliorum conclu-
dit Octau.Cacher.*dec 95.n.51.* Ferdin.Vaſq. *lib.1.con-
trouerſ.illuſt.c.6.n.7. & lib.1.de ſucceſſ.§.6. n.*21. Cha-
ſan.*in conſ.Burg.rub.4.§.23.n.*27. poſt Alberic.*in Rub.
C.de vſuris, n.1.* & credendi generalis eſt appellatio,
102 *l.1.ff.ſi cert.pet.* non † vtique dubitandum eſt, quin
pro eodem ſimiliter fidem ſuam rectè interponat,
id quod pluribus demonſtrare non eſt opus, cum
quotidiana experientia plus quam liquido probet,
103 Recordor † tamen conſtitutionis Carolinæ,in titu-
lo de pænis *art.*14.ex quo colligitur,quod ſi à prin-
cipe Eccleſiaſtico aut ſeculari,vel etiam à commu-
nitate aliquis criminaliter accuſetor,debeat ab ipſis
dari alius eiuſdem ſtatus, & conditionis, cuius eſt
accuſatus,qui cum ipſo tam diu in vinculis detinea-
tur,donec idoneam ſatiſdationem præſtent, de qua
dixi ſupra *cap.5.n. 251. & ſeqq.*
104 Huc etiam † ſpectat quod quamvis impuberes
Principes per tutores regātur,*c.grandi extra de ſuppl.
neg.Prelat. in 6.* prolixe Ludol. Schraderus *de feudis
part.10.ſect.19.num.43.* Andr.Knichen *in comment.ad
priuilegium Saxon.verbo Electorum.cap.5.in princ.* nō
tamen ſtrictiſſime opus ſit,vt illi ipſi tutores ſint etiā
principes,vt tamen placuit Eroeſto Cothmanno *in
reſpon.42.num.*20.vbi dicit,nos eo iure in Sacro Ro-
mano Imperio vti,ſed,& Proceres ac Conſiliarij de-
functi Principis iuniorum Principum tutores eſſe
poſſunt:qui hoc amplius dant fideiuſſores, quos poſ-
ſunt,non præciſe verò alios principes,ſecundum Al-
ber.de Rotate *in l.de creationibus,C.de Epiſc.aud.Ia-
cobin.de feudis,verb. Carolus n.3. & 4. Damhaud. de
patrocinio pupil.c.6.n.10. p.1. Martin. Laud. in tract.
ſuo de feudalibus domin. in 4. notab. Chaſſan. in conſ.
Burg.Rubric.6.§.1.in verb.caut. ſuffiſante n. 4.* faciunt
tradita per Roderic.Suarez.*d.tit. de comperend. n.18.
verſ.vnum tene menti.* vbi ex Baldo *in fin.C.de Magiſt.
105 conueniend.* adducit,quod † ſi pupillus ſit ita diues,
vt difficile futurum ſit,inuenire fideiuſſorem,qui ipſi
in diuitiis equaliter correſpondeat poſſit tolerari
etiam minus ſufficiens,*per text in l. fin. ſed ſiquidem,*
ibi,*tunc etiam fideiuſſio,in quantum poſſibile eſt, ab eo
expleretur. C.de curat.furioſi.*
106 De ruſtico † quoque, quin pro ciue fideiubere
poſſit,non magnopere eſt dubitandum; nam,& alij
contractus inter ruſticos,& ciues ſunt permiſſi,*l.2.ff.
de nundinis.Auth.agricultores,cum 2.ll.praced. C.qua
res pig oblig.poſſ.Nouell.*34. Cæterum intellige, hoc
tum demum procedere,ſi modo eum creditor haud
ægre ſuſcipere velit,poteſt enim fieri,vt probabilem
eum recuſandi cauſam ſe habere iactet, puta,ſi parū
ſit idoneus,ſi ſub domino impetuoſo,& nemini iuſti-
tiam faciente habitet, &c. argumento eorum quæ
107 mox dicentur.Sed poſito, quod creditor † ruſticū
pro fideiuſſore oblatum ſuſcipiat,eritne eodē modo
iſte de ſuis beneficiis,ſicut mulier certior reddendus,
Scripſit vtiq; Bald.*in l.cunctos populos,C. de ſum. trin.
& fide Cath. & in l.3.C.de iur.delib.* quod ſicut mulie-
res,& ruſtici ad ciuitatē pro feſtiuitatibus,& ad ſyl-
108 uā pro lignis ſe conferunt:Ita etiā pro † conſiliis
aduocatos accedere, & peritiores conſulere debeāt.
Ergo videtur dicendum, ipſum ruſticum, antequam
fideiubeat,operam dare debere, vt de ſuis beneficiis
inſtruatur,*argumento l.regula,§.ſed facti, ff.de iure,&
109 fact.ignor.* Verum † quia vt plurimum in iure noſtro
mulieres,& ruſtici æquiparantur,& hi iura ſua igno-
rare præſumuntur,*l.cum de indebito,§.1.ff.de prob.l.1.
in fi ff.de edendo, l.2. vlt, ff. de iure fiſci.* vnde etiam
110 † alibi innocētes,& quieta ruſticitas vocatur,*l.vlt.
111. C. defenſorib.ciuitat.* (quæ tamen † hodiernis tem-
poribus nigro cygno eſt ſimillima,per ea quæ tradit
Menoch.

Digitized by Google

Menoch. *de arb. ind. q. caſu* 194. *in prin.* Benazolius
in repet l. ſi quis maior. q. 7. C. de tranſact. Hiero. à Lau-
rent, *deciſ. Rota Auenion.* 79. *num.* 7. Additio marginalis
lis Boxdorfij ad *gloſ. lib. 2. art.* 28. *in fin.* vbi ait, quod
112 in pratica † minus frequenter admittatur, vt ruſtici
iuris ignorantia ſe excuſent, aſſerentibus tamen è
contrario Alciat. *de præſumpt. reg.* 1. *præſumpt.* 37. &
Ioan. Bapt. Plot. *de in lit. iur. §.* 11. *n.* 11. quod ruſtico er-
ranti ex ignorantia iuris poſitiui vel ſtatuti parcatur)
113 ideo etiam † communiter in hanc ſententiam tran-
ſeunt Doctores, vt ruſticum æque ac mulierem cer-
tiorandum eſſe cenſeant. *Hippol. in Rub. de fideiuſ. nu.*
114 36. *Gail. lib. 2. obſer.* 77. *nu.* 3. Pro quo † facit deciſio.
Alex. *in conſ.* 126. *verſ. tamen quando minor iurauit vol.*
2. vbi quærit, an ruſticus de beneficio legis 2. *C. de re-
ſcin. vend.* certiorari debeat? Reſpondet, quod non ſit
opus certioratione, ſi ruſticus iurauerit, quia contra
115 † contractum iuratum venire velle, eſt contra ſti-
mulum calcitrare, ergo ſi non iurauerit, à contrario
ſenſu colligitur, ſecus eſſe. Quod etiam ſtatuit idem
Alexander, *in conſ.* 42. *incip. ſuper præmiſſo themate.
num.* 5. *vt refert Marc. Ant. de Amat. deciſ* 46. *nu.* 8.
116 Denique Iudæum † quoque pro Chriſtiano fidem
ſuam interponere poſſe arbitror. Inter eos enim
117 recte celebratur contractus emptionis, & vendi-
tionis. *l. nemo exterus. C. de Iudæis.* ex Ioan. de Anania,
Alexan. Riminaldo iuniore, Barnabas Cornazzanus,
deciſ. Rota Lucenſis. 127. *nu.* 3. Et in Receſſ. Imp. de An-
118 no, &c. 1551. §. admittitur † etiam Iudæus ad ſocie-
tatem Chriſtiani, ſi ſaluum conductum habeat, quod
probant Decius, *conſil.* 51. Boer. *deciſ.* 179. Gabr. Mu-
dæus *in Rubr. ff. pro ſocio nu.* 4. & Corſet. *in ſing. ſuis
verb. ſocietatis.* Licet eam opinionem periculoſam, &
de rigore iuris haud veram eſſe, pronunciet Ioſeph.
Ludou. *in com. concluſ.* 53. *nu.* 243. 244. *&* 245. Poteſt
119 † eſſe procurator Chriſtiani. *Bart. in l. ſpadonem. §.*
120 *iam autem. ff. de excuſat. tutor.* Non † tamen arbiter
inter Chriſtianos, *Camill. Borellus in tract. de compriſſ.*
121 *§.* 1. *gloſſ.* 4. *nu* 105. Et denique † iure Saxonico Iudæ-
us, ſi Chriſtiano quidquam vendiderit, ipſius Vuaren-
dator vt vulgo indigetant, eſſe poteſt, ſi modo vt Chri-
ſtianus in iure reſpondeat, *l.* 3. *art.* 7. Si igitur permit-
titur vnus contractus, cur prohibeatur alius, maximè
vbi nulla prohibitionis eſt cauſa? *argumento l. ſicut re.
§. ſed ſi permiſer. ff. quib. mod. pign. vel hypothec. ſol.* atque
eius quod expreſſe traditum eſt à Ludouic. Rom. *in*
122 *conſi.* 489. Sed † & ſecundum ius Bohemicũ, Iudæus
pro Chriſtiano poteſt eſſe fideiuſſor de iudicio ſiſti, ſi
caueat, quod tanquam Chriſtianus reſpondere velit.
Ius Bohem. *art.* 6. Vitus Ophthalmius *in proceſſ. iuris
municipal. Pragenſ. tit.* 9. *mihi pag.* 41. quod vt ante dixi,
123 iuri Saxonico planè conſonum eſt. Quin † porro Iu-
dæus Iudæo pro alio Iudæo fideiuſſor fieri poſſit, ne
124 quidem dubitationem meretur. Nam † & Iudęos
inter ipſos Iudæos iudices ac arbitros fieri poſſe nõ
ambigitur, *l. Iudæi. la* 1. *C. de Iudæi.* Guil de Ludo. *in
ſingul.* 12. Sebaſt. Vantus *in tract. de nullita. proceſſ.
Rubr. de nullitat. proceſſ. ſenten. ex defectu iuriſdict. ae-
legat. n.* 51. Camillus Borellus *d. loco nu.* 106. *&* 107.
125 Tertio † ad qualitatem fideiuſſoris pertinet, vt
præter facultates, etiam ſit honeſtæ vitæ, h. e. non le-
uis, nec perfidus, & notæ nequitiæ, ſed fidei probatæ,
qui, ut Eumenes Alexandri Magni ſcriba dicebat,
vitam potius poſiturus ſit, quam fidem. Quod ſi igitur
vel infamia iuris laboret, vel aliter ipſius opinio in
diſcrimẽ, & dubium vocetur, non vtique pro fideiuſ-
ſore idoneo, & omni exceptione maiore haberi pote-
126 rit. Infamia † enim iuris, vt loquit Bald. *in l. prima,
nume. quinto. C. de Summa Trinitate, & fide Cathol.* om-

Anton. Heringius.

nem fidem, quæ tamen in fideiuſſore prælucere de-
bet, eneruat & infamis infamia iuris fide caret, cum
ab honeſtorum cœtu ſit ſegregatus, & ſcelere ac tur-
pitudine vitæ inquinatus, *l. ſecunda. C. de dignitat. l.* 12.
Steph. Aufrer. in addit. ad Capella Tholoſa. deciſ 173.
Hinc Rebuffus *ad conſtitu. regias tom prim. de ſentent.
execut. art. primo. glo. decimaſexta. numer.* 17. in ſpe-
127 cie † tradidit, leues homines pro idoneis fideiuſ-
ſoribus non cenſeri, etiamſi enim cum his litem ex
lite facias, eoſque quotidie fidei ſuæ admoneas, late-
rem tamen lauabis, ſiquidem illi ſemel verecundiæ
fines tranſgreſſi, ſuſque deque ferunt, qualis rumor
de ipſorum fide per compita manet. Quo etiam per-
tinet ordinatio Electorum Saxoniæ Mauritij, & Au-
guſti, ſub Rubrica: Quod mediator ſit inter homi-
num probum, & improbum, & Statuum Lubecenſ.
lib. 4. *tit.* 14. *in verbis.* Quod non ſit ſimilis alijs bonis
128 viris. Nec † obſtat *l. Pedius.* 7. *in princ ff. de recepti.*
vbi etiã ignominioſus arbiter admittitur, quod pro-
bant Lanfranc. de Oriano *in tract. de arbitris. §. nulle-
nus column.* 3. & Camill. Borellus *in tract. de compro-
miſſ. §.* 2. *gloſſa.* 4. *nu.* 45. Arbitrium enim fit ex com-
promiſſo partis vtriuſque: At fideiuſſor infamis al-
teri parti inuitæ non poteſt obtrudi.
129 Qvarto † in qualitate dati fideiuſſoris, & hoc
requiritur, vt talis offeratur, qui conueniri queat. Fi-
deiuſſor namque locuples videtur dari non tantum
facultatibus, ſed etiam ex conueniendi facilitate,
l. 2. *in prin. l.* 7. *in princ. ff qui ſatiſd. cog. l.* 3. *ff. de fideiuſſ. l.
Imperator.* ibi, *vel ſoluendo fuit quo tẽpore conueniri po-
tuit. ff ad municipalem.* Quid ſi enim debitor creditorẽ
130 † ſuo nobiles potentes, & impetuoſos, qui arces
inexpugnabiles inhabitent (*de quibus in l.* 3, *verſ. aut
arcem tenuerit ff. ad legem Iul. maieſtat. lib.* 2. *art.* 71.)
& nemini iuſtitiam faciant neque, etiam commodè
conueniri poſſint. pro fideiuſſoribus dare velit? Hoc
ſanè caſu non ſolum creditoris conditio duriſſima
redditur, *d. l.* 2. *ff. qui ſatiſd. cogant.* notum enim eſt illud
131 vulgatum: vbi leo figit † pedes, ibi cętera animalia
quieſcunt, *Capicius deciſ.* 27. *num.* 35. *Claudius Can-
tiuncula conſ.* 3. *nu.* 19. Verum etiam illi ipſi pro ido-
neis fideiuſſoribus non reputantur, *Cartol in tractatu
de Tyrannia. nu.* 10. *Capella Tholoſ deciſ.* 197. *Hippolyt.
in Rubric. de fideiuſſoribus, nu.* 10. *Gail. lib.* 1. *obſeru.* 17.
num. 25. *Eman. Soarezus in com. opin. lit. F. n.* 132. *Anton.
de Gamma Luſitanus deciſ.* 11. *num.* 3. *Menoch. conſil.* 2.
num. 112. *volum.* 1. *Horat. Carpanus ad Statut Mediola-
nenſ. part.* 2. *cap.* 44. *num.* 18. Ac licet Angel. *in d. l.* 2 *ff.
qui ſatiſd. cogant.* affirmet, quod tale nobiles ſint ido-
nei fideiuſſores, modo ſubſint illi principi, qui faci-
le caſtrum expugnare poſſit, quem ſecuti ſunt Iaco-
bin. *in l. ſi de vi. ff de iudicijs.* Hieronym. Giaruſ *conſil.*
18. *num.* 29. *lib.* 1. & Roland à Valle, *conſil.* 1. *num.* 78.
132 *volum.* 1. Eorum tamen † ſententiam refutauit Boe-
rius *deciſ.* 238. *colum. penul.* dicens contrariam ſenten-
tiam magis eſſe communem, quam etiam auctoritate
Roderici Soarez ſecuriorem appellat. Vincen Caro-
cius *de excuſſ. bono. part.* 2. *queſt.* 30. *nu.* 5. vbi ſatis acri-
ter in Domicillos noſtri ſęculi inuehitur. Et vſus ſum
133 generali vocabulo potentium, quia propriè † po-
tentes definiuntur, qui opibus, & gratia valent ac
conuentu ſunt difficiles, vt in tit. *C. liceat potentio-
ribus* vbi Cuiac. *l.* 1. *C. de cõmercijs l. vnic. & ibi Herman.
Vulteius num.* 70. *C. in quib. cauſ. militant. fori præſc. vt
poſſ. l.* 2. *C. de annali except. l. tunc conuenit.* 15. *C. de ac-
cuſat l. vlt. in prin. C. de præſcrip.* 30. *annorum.* quique
tam impotenter ſe gerunt, vt omnibus ſint terribiles,
l. ne quicquam. §. pen. ff. de offic. proconſ. l, 2. *C. ne ruſticani
&c. lib.* 11. *l. volumus.* 22. *C. de teſtamen.* Qui denique

134 † vt Plato in Hyppia (*mihi pag.* 270.) ait faciunt quod volunt, & quando volunt. Quo etiam ſpectat illud Fulgentij *lib.* 1. vacat hoc tempore potentibus opprimere, primoribus rapere, priuatis perdere, miſeris flere. Item illud Ariſtotelis *lib.6.Politic.cap.3.in fin.* ſemper qui imbecilliores ſunt, æquum & iuſtum quærunt, qui plus poſſunt, iſta non curant. Quid?

135 quod & potentioribus † annumerantur, ob fori priuilegium, Clericus ſimplex, Miles, Curialis. eques Hieroſolymitanus, Ciuitas, Comes, Princeps, vt & is, qui magnates pro propinquis, & affinibus habet, vt oſtendit Frideric. Pruckman. *in conſil.* 36. *n.*107.*ac aliquot ſeqq.*

136 Hinc non † immerito quæri poſſet, an iudex, vel magiſtratus loci ſit idoneus fideiuſſor, ſi à ſibi ſubdito tanquã fideiuſſo, creditori aut auctori vel ſubdito quoque, aut etiam planè extraneo, offeratur. Certè

137 emptiones † publicè, vel priuatim ab adminiſtrantibus prouinciã factæ, principalibus conſtitutionibus omnino irritantur, quod eas venditiones ab eiuſdem prouinciæ, ciuitatis, vel loci hominibus plerumque extorqueant per vim, concuſſionem, impreſſionem officij ſui poteſtate freti, *l. non licet.* 46. *l. qui officij* 62. *ff. de cõtrah. empt. l. non licet,* 46. *l. quod aufertur, §. quod a præſide, & ibi Bart. ff. de iure fiſci prolixe Petr. Aug. Morla in Emporio iuris, p.1.tit.9. in* 20. *præmiſſo, n.*91. *Cuiac. lib.*16.*obſerſ. C.*13. Et dicit Salyc. *in l. unic. C. de*

138 *contract. iud per illum tex.* Quod prætores & † prouinciarum rectores non poſſunt per ſe, vel per alios, contrahere in loco ſibi commiſſo, niſi pro neceſſitate victus, & veſtitus: quod iuuatur etiam *per l. principalibus, ff. ſi cert. pet.* ſiquidem ea innuit, eos, qui prouinciam regunt, ab omni negotiatione abſtinere. Hinc eorum concuſſio, *tot. tit. ff. de concuſſ.* Impreſſio, *l.*1.*C. de apoch. pub.* Poteſtas, *l.*1.*C. de immun. nem. conc.* & concuſſionum dominatio *in l. neminem, C. de ſuſceptoribus, lib.*10. Et immerito Plautus *in Ciſtellaria, Scena. Credo ego amorem in fin.*

-----æqua lege pauperi cum diuite
Non licet.

Quo etiam reſpicit Homerus *Illiados* 9 inquiens:

Οὐκ ἂν ἐγώγε Διὶ Κρονίωνι μαχέσσαιμι.

hoc eſt

Cum Ioue ego ſanè nolim certamen inire.

139 Alludit † ſimpliciter eo Ioan. Lauterbach à Noſcho vvitz poëta Germanus ſequenti epigrammate:

Qui nummos credis rogitanti ignare Potenti,
Hoc bene ſeruato tutior eſſe potes.
Sit tibi conſultus, formetur vt Actio Iuris,
Textus, & interpres conſcia corda facer.
Tertius at validis miles circumdatus armis,
Auferat expugnans æra negata diu.

Si igitur iudices, & adminiſtratores loci contrahere prohibentur, concludendum videbatur, eos quoque non eſſe idoneos fideiuſſores. Veruntamen

140 † quum Paulus *in l. ſi Præſidis, §.*1.*ff. ſi cert. petatur.* ſcriptum reliquerit, præſidem prouinciæ mutuã pecuniam fœnebrem ſumere non prohiberi, atque ea ratione ſe creditor obligare, nõ male aſſerimus, eundem quoq; pro alio fidem ſuam obligare poſſe, plus enim eſt mutuã pecuniam ſumere, quam ſimpliciter fideiubere; Quinimo aliquando poſſet eſſe vtilius accipere Iudicem, loci pro fideiuſſore, quam conciuẽ, quia multo promptius ad ſoluendum adiget debitorem is, quam alius priuatus fideiuſſor. qui ſæpenumero fruſtra pro ſolutione fienda inſtabit.

141 Quod porrò ad metum vis † & concuſſionis attinet, facile reſponderi poteſt in bene conſtitutis prouinciis, & ciuitatibus raro huic locũ inueniri, *per l. vlt ff. quod metus cauſ.* 2. *C. eod. l.* 1. *C. de his qui per met. iud. non appell. Æmylius Ferretus reſponſo* 34. *num.* 2. Quippè cuique tam pauperi quam diuiti principem compellare, eique ſupplicare licet, ſi quam vim ſuſtineat, ac à violento magiſtratu conficiãt, vt præclare inquit Imp. Leo *in Nou.* 84. Quo caſu de iure Saxonico obſeruari quãdoque videmus, maximè in iudiciis paganorum, ſi iudex ipſemet conueniatur, quod ex loco iudicij ſurgere, & proximo. Scabino baculũ iuriſdictionalem porrigere neceſſe habeat, ſecundum glos. Conſtit. debet iudex *lib.*1.*art.*59. *verſic.*

142 Pro coronide tamen hic notandum † eſt, Paridem de Puteo, *in tract. Syndicatus, ver. fideiuſſor. col.* 2. *verſ. an iudex. & Boerium in deciſ.* 315. *num.* 2. in ea eſſe ſententia, quod iudex, conſiliarius curiæ aduocatus, vel procurator, non poſſint eſſe fideiuſſores, de iudicio ſiſti, vel iudicato ſoluendo, per rationes ab ipſis allegatas, idque de ſtylo curiarum Neapolitanæ, & Burdegalenſis, maximè locum habere, cum quibus tranſit Vincent. Carocius *in ſingu. ſuis ſingul.* 290. relatus à Rutgero Rulando, *de commiſſ. part.* 4. *lib.* 6. *cap.* 4. *num.* 8.

CAPVT IX.

Quot fideiuſſores dare opus ſit.

SVMMARIA.

1 *Perſonæ quot in aliquo actu requirantur, ſæpè quæritur.*
2 *Teſtes quot ſint neceſſarij, ſecundum ſubiectam materiam diiudicatur. Et num.*3.
4 *Artifices quot?*
5 *Procuratores quot?*
6 *Notarij adiuncti quot?*
7 *Medici quot?*
8 *Chirurgi quot?*
9 *Obſtetrices quot?*
10 *Interpretes quot?*
11 *Mercatores quot?*
12 *Agrimenſores quot?*
13 *Pictores quot?*
14 *Architecti quot?*
15 *Æſtimatores quot?*
16 *Lapides in materia finium regundorum quot?*
17 *Peritos quot mulier conſulere debeat?*
18 *Conſiliarij, vel Aſſeſſores quot in ſententia ferenda adeſſe debeant?*
19 *Sponſores, vel patrini in Baptiſmo quot admittantur?*
20 *Doctores quot requirantur in examine doctorandi?*
21 *Campanas quot in conuentibus religioſorum habere liceat?*
22 *Abſolutiones quot requirantur ratione plurium iuramentorum?*
23 *Fideiuſſores plures, vel pauciores dantur pro arbitrio iudicis, aut partium.*
24 *Debitores duo vnum fideiuſſorem dare poſſunt.*
25 *Iaſonis quædam traditio indubium vocatur.*
26 *Vnus fideiuſſor idoneus, & locuples ſufficit in ciuilibus. Fallit tamen, vt num.*27.
28 *Nemo omnes, neminem vnquam omnes fefellerunt.*
29 *Numeri minores additi maioribus eos multiplicant, & viciſſim multiplicantur ipſi.*
30 *Creditorum in gratiam receptum eſt, vt diuerſo ordine plures de eadem re ſe obligent.*
31 *De pluralitate fideiuſſorum nonnulli adducuntur textus. Et num.* 32. *&* 33.
34 *In cauſis criminalibus pro qualitate delicti, & perſonarum plures fideiuſſores exiguntur. Et n.*35. *&* 36.

37 *In*

37 *In cauſis criminalibus vnus locuples fideiuſſor ſufficit, ex ſententia Lucæ de Penna.*
38 *Locatio pluralis, datis fideiuſſoribus, etiam in vno fideiuſſore verificari poteſt. Quod ampliatur. num. 39.*
40 *Notarij duo ſi requirantur, nec ſit eorum copia, poteſt inſtrumentum ab vno confici.*
41 *Quintius Caſo capitis poſtulatus decem vades dedit.*
42 *Quinquaginta tamẽ, & dati ſunt aliquãdo, ex Saluſtio.*
43 *Obſidum numerus ſemper fuit vagus, & arbitrarius.*
44 *Aretini 120. obſides acceperunt Samnites 600. Equites Romanos.*
45 *Pelopidas Thebanus filium Reginm, & 30. pueros nobiles, tanquam obſides, abduxit Thebas.*
46 *Volſci 300. obſides dare coacti.*
47 *Vnum fideiuſſorem dare promittens, non poteſt dare duos, quorum quilibet ſe obliget pro parte dimidia.*
48 *Creditor ſi agat contra plures fideiuſſores, qui promiſerunt de defendendo, poteſt illos compellere ad conſtituendum vnum procuratorem.*
59 *Ex duobus cautionibus oblatis cogitur quis vnam eligere ex decreto Cam. Imperalis.*
50 *Ex tribus oblatis fideiuſſoribus vnũ eligi debere, ſub pœna aliquoties imunxit Auguſtiſſima cam. Imperialis.*
51 *Vnus fideiuſſor, tanquam idoneus a Magiſtratu admiſſus, fideiuſſionem in ſe ſuſcipere poteſt.*

1 SÆpenumerò † in iure noſtro quæſtio inſtituitur,
quot perſonæ in hoc vel in illo actu requirantur,
2 vtpotè cum inquirimus quot teſtes † ſint neceſſarij, vt in terminis, *ſcripturas, C. qui pot. in pign. habil. teſtium. cum Authen. ſeq. C. de teſtib. Citat. in Nouell. 90. l. fin. C. de mort. cauſ. donat. l. ſi C. de codicillis. Nou. 73 cap. 7. Nouel. Electoris Auguſti conſtit. 43. part. 3. cap. unic. quot teſtes ſint neceſſarij. Ruland. de commiſſ. par. 2, lib. 2. cap. 10. num 4. & ſeqq. Colerus in deciſ.* 180. item,
3 Quot † teſtes requirantur, in probatione matrimonij, quem articulum accuratè examinat Alberic. Gentilis *de nupt. lib. 7. cap. 6. mihi* 751. *& ſeqq.* Item, Quot
4 † artifices, Ruland. de commiſ. p. 1. *lib. 4. c. 5.* Quot †
5 procuratores. Idem d. loco *cap. 13. n. 12.* Quot † ad-
6 iuncti Notarij. Idem d. loco *c. 14. n.* 20. Quot Me-
7 dici. Item d. loco *c. 15. n. 4.* Quot † Chirurgi. Idem
9 d. loco *c. 16. n. 4.* Quot † obſtetrices. Idem *c. 17. n. 9.*
10 Quot † Interpretes. Idem *c. 18. n. 9.* Quot † merca-
11 tores. Idem *cap. 19. num. 3.* Quot † agrimenſores.
12 Idem *capite* 20. *numer.* 4. Quot † pictores.
13 Idem *cap.* 21. *num.* 6. Quot † architecti, vel fabri.
14 Idem *cap.* 22. *num.* 6. Quot † æſtimatores. Idem
15 *cap.* 24. *num. 3. & 5.* Et denique † quot lapides ad-
16 mittendi. Idem *part. 2. lib. 6. cap. 3. num.* 17. Idem, Quot
17 peritos † mulier conſulere debeat, de quo paſſu eleganter Anton. de Padilla *in l. ſi emancipata nu.* 23. 24.
18 25. 26. *&* 27. *C. de iur. fact. ignor.* Quot † Conſiliarij, vel Aſſeſſores adeſſe debeant in ſententia ferenda, Æmillius Ferretius *reſponſo* 48. *num.* 1. Petrus Denay-
19 ſius *in iure Camer. §. Senatum deſcriptio.* Quot † ſponſores, vel patrini in baptiſmo admittantur, *c. in catechiſ. c. non plures de conſecr. diſt.* 4. Angel. de Clauaſ.
20 *in ſumma verb. baptiſmus.* Quot Doctores † requirantur in examine Doctorandi. Bartol. & Doctores *in l. Medicos. C. de profeſſoribus, lib. 10. Fuluius Pacian.*
21. *de prob. lib. 2. c. 41. num.* 104. 105. *&* 106. Quot † campanas in religioſorum mendicantium conuentibus habere liceat. *Extrauag. Ioan. 22. tit. de offic. cuſtodis,*
22 Quot † abſolutiones exigantur, ratione plurimum iuramentorum. Menoch. *conſil. 24. num. 5. Ruland. de commiſſar. par. 1. lib. 6. cap. 11. num. 10.* vt ſimilia omiſſa faciam. Quamobrem in præſenti capite quod ne attingam, Quot fideiuſſores dare opus ſit, breuior tamen ero, quam in reliquis, cum propter materiæ
23 paucitatem, tum etiam, quia † quot fideiuſſores dare oporteat, partim iudicis arbitrio, partim contrahentium voluntati relinquitur, de vtroque autem nulla certa regula tradi poteſt. Nam hac in re variè iura loquuntur, modo vnum, modo plures fideiuſſores requirentia, *l. prima. l. arbitrio cum l. ſeq. ff. qui ſatiſdare cogantur, l. 3 §. vltimo, ff. iudicat. ſolui. l. cum duo, ff. de*
24 *condict. indeb & dixi ſupr. cap. 2. num.* 19. Sicut † & ex *l. cum duo ff. de fideiuſſoribus, l. quæſitũ* 53. *ff. mandati,* colligitur, duos debitores vnum fideiuſſorem dare poſſe.

Antonius Heringius.

25 Quod † verò Iaſon aſſerit *in l. 1. nu. 6. in fi. ff. ſi quis in ius voc. non ierit.* quod nemo cogantur duos fideiuſſores dare, nimis generale, & probatu difficile
26 eſt. Verius eſſe ſtatuo, † vnum, & idoneũ & locupletẽ fideiuſſorem ſufficere in ciuilib. *l. 2. 3. 4. & 5. §. 1. ff. qui ſatiſd cog. l. quos nos hoſtes, §. locuples, ff. de verb. ſign.*
27 Arnold. de Reyger. *in proceſſu ſuo iudiciario, diſp. 4. theſi* 27. modo † ne creditor duos, tres, vel quatuor exigat, quod fortaſſis, vt ego opinor, etiam tutius eſt.
28 Nam, vt ait Plinius *in Panegyrico: Nemo † omnes, neminem vnquã omnes feſellerunt, melius omnib. quam ſin-*
29 *gulis creditur.* Ac † veluti numeri minores additi maioribus eos multiplicant, & viciſſim multiplicantur ipſi, vt ait Plutarchus, ſic & fideiuſſoria obligatio addita aliæ fideiuſſoriæ obligationi, maiorem ſecuritatem cauſatur. Et ob id etiam rectè dicit Franciſcus Iamerius *in commentar. ad titul. ff. de fideiuſſoribus in*
30 *principio.* In gratiam † creditorum receptum eſſe, vt diverſo ordine plures de eadem re ſeſe obligent: Et
31 de † pluralitate fideiuſſorum textus ſunt *in leg. 9. leg. 10. leg. inter. leg. ſi plures, l. cum is. 36. l. amiſſi, § primo, & ſecundo, leg. fideiuſſores 63. §. primo, cum ſimi-*
32 *libus, ff. de fideiuſſoribus.* Et † dicit Gothofredus *in l. Græce. 8. § vltimo, gloſſa T. ff. de fideiuſſ.* pro fideiuſſore fideiuſſorem primo, ſecundo, tertio, & deinceps (quanquam id raro accidat) accipi poſſe.
33 Spectat † denique eo quinque Saturum Lubecẽſe *lib.*
34 *lib. 3. tit. 5. artic. 2. in princip. in verb.* In cauſis † autem criminalibus pro qualitate delicti, & perſonarum plures exigi, *l. 1. leg. Diuus, ff. de cuſto. reor. Marant. in ſpeculo part. 6. tit. de ſatiſdat. n. 7. in princ.*
35 *VVeſenb. in parat. ff. qui ſatiſdare cogan. nu. 7.* Iſque † communiter placuiſſe ſcribit Hier. Treutler. *ſelect. diſput. vol. 1. diſput. 5. theſi 7. lit. H.* Et facit tex. *in l. in prin. C. de priuil. ſcholarium lib.* 12. vbi habetur
36 quod ſi ſcolares ex cauſa ciuili conueniantur liberentur, ſi modo numerarium ſuæ ſcholæ dent fideiuſſorem. Ac ſi criminales ſint cauſæ, tunc quinque alios primates, ex triginta viris à primicerio vſque ad triginta retro numerandi, vna cum numeratio, fi-
37 deiuſſores dandos eſſe. Quid? quod † Lucas de Penna *in l. quoties, numero 2. C. de dignitat. libro* 12. aſſerit, etiam in criminalibus vnum locupletem fideiuſſo-
38 rem ſufficere, adeo, vt licet † in plurali numero dicatur. Datis fideiuſſoribus cauendum eſſe, adhuc talis locutio etiam in vno verificari poſſit *argum. l. non eſt ſine liberis* 148. *l. proximi, l. in vſu* 158. *ff. de ver. ſign. l.*
39 *eos, §. ſuper his, C. de appell.* Quod ego multo † magis admittendum cenſeo, ſi lex vel ſtatutũ duos vel tres fideiuſſores requirat, ſed non niſi vnus, præſtari poſſit tunc enim ille vnus dũmodo ſit idoneus, admittitur.
40 Pro quo facit, ſi † duo Notarij debeãt interuenire, ad conficiendum inſtrumentũ, quod poſſit ab vno confici, ſi duorum copia non ſit. *Angel. in Nouell. de non alien. rebus Eccleſ. Carol. Ruinus conſi. 3. vol. 2. Æmyl. Ferrett. tit. l. Si cum qui n. 24. ff de legat.* 1. Memoriæ
41 tamen † proditum eſt, olim Tribunos plebis, cum

Quintius Cæſo capitis poſtularetur, finiiſſe, vt de-
cem vades darentur, quod vadibus etiam tum accu-
ſator vadatus eſt reum auctor eſt Livius *deciſ.1.lib.3.*
41 imo † & quinquaginta vades aliquando datos fuiſſe,
teſtis eſt Saluſt. *in bello Iugurthino*, quem citaui ſupra
„ *cap.3.numero* 44. cujus hæc ſunt formalia verba: Igi-
„ tur, quanquam in priori actione ex amicis quinqua-
„ ginta vades dederat (intellige Iugurtha) regno ma-
„ gis quam vadibus conſulens, clam in Numidiam
„ Bomilcarem dimitit.
43 De obſidum numero † planè idem dicendum eſt,
cum & is inſtabilis, vagus & arbitrarius fuerit, vt
conſtabit ea dicendis, *cap. ſequenti numero 289. & ali-*
44 *quod ſequentibus.* In tantum, vt ab Aretinis † cen-
tum viginti obſides acceptos, à Carthaginenſibus
trecentos nobiliſſimos pueros, Samnitibus vero ſex-
centos equites Romanos obſides datos fuiſſe, com-
memorant Liuius *decad.1.lib.9. & decad...* lib. 7. &
Appianus Alexandrinus *in lib. de bellis Punicis. mihi*
45 *pag.* 58. *&* 59. † Pelopidas Theban. inter Ptolo-
mæum Ægypti, & Alexandrum Macedoniæ Reges
diſceptator, & index accitus, controverſiam finiuit, &
Philippum Alexandri fratrem, obſidem prætereaque
pueros triginta alios ex primoribus accepit, atque
46 Thebas duxit. *Plutarc. in Pelopida. Diodorus lib.* 15.
Sic Volſci † trecentorum Principum filios à Cora, &
Pometia obſides dederunt. *Mar. Anto. Coccius Sa-
bellicus lib. 8. Ennead.2.* vt reliqua ſimilia exempla
ſilentio prætercam.
47 Bene porro notandum eſt, quod † promittens da-
re vnum fideiuſſorem, non poſſit dare duos, quorum
quiſque ſe obliget pro dimidia, Ioan, Franc. à Ripa
in l. 2. §. mutui datio num. 21. ff. ſi cert. pet. Ioan. Pet.
Surdus *deciſ.* 174. *num.* 31. addens hoc ita procedere,
propter intereſſe creditoris, cui magis conuenire
poteſt vnus fideiuſſor, quam duo, vel ratione loci,
vel cautionis, vel quantitatis. Sequitur illud ipſum
Bertazolius *in tract. clauſul. inſtrument. clauſ. 42. gl. 3.
num. 2.* cui iungantur illa, quæ in ſimili tradit Ru-
48 land. *de commiſſar. par. 1. lib. 2. cap. 24. num. 6. 7. 8. & 9.*
Sic fieri † videmus, ſi creditor agat contra plures
fideiuſſores, qui promiſſerunt de defendendo, quod
illi compelli poſſint ad conſtituendum vnum pro-
curatorem, ne creditor in vna inſtantia, & quidem
lite cum defuncto incepta, cogatur litigare contra
plures, *l. tam tamen §. penult. ff. iudicat ſolui. Alciat.*
49 *in l. 2. §. Cato ff. de verb. obligationib.* Cui † aliquo
modo concordat præiudicium relatum apud Seile-
rum *in ſelect. Cam. ſentent. 2. Novemb. Anno* 1534. his
verbis: in cauſa, &c. iudicatum eſt, quod N. & talis
dare debent fideiuſſionem, & objiciam accipere
ſine aliqua altercatione, &c. Si enim ex binis cautio-
nibus hæc vel illa ſit ſufficiens, cur amplius ferret
ſodes actoris, vel rei tergiuerſationes inanes, & ca-
uillatorias, cum alterutro modo ſatis ſit cautum,
argum. l. pen. ff. ad exhibend. L. 2. tractari ad S.C. Ter-
50 *tullia. l. ſi ſeruos in fine, ff. de pig. actio.* Ad idem † pro-
poſitum pertinet etiam interlocutoria alia apud
eundem. Sailerum 30. *Ianuary, anno* 1542. & apud
Dn. Barttium *in ſelect. Cam. Imp. ſenteut. 8. Octob. lit.
B. & 22. Decembris lit. I. Anno* 1539. vbi actrici, &
Duci ſub pœna iniungitur, vt intra certum tempus
ex tribus oblatis fideiuſſoribus vnum eligant cap-
51 tiuumque relaxent. Sanè † ſi vnus forte fideiuſſio-
nem in ſe ſuſcipere velit, eumque magiſtratus tan-
quam idoneum admittat, quin hæc fideiuſſio ſit
ſufficiens, non eſt dubitandum. Confirmatur illud ip-
ſum auctoritate Cam. Imperialis *in ſelect. ſententiis
Barttj. de 14. Ianuary lit. C, anno* 1536. his verbis: ſi
duo tres, vel quatuor parati ſint pro Cautione præ-
ſtanda, ex vocatis meliores eligendi ſunt, &c. Quod
vltimum non ſine myſterio ponitur, cum iudicis in-
terſit, ratione idoneitatis, & ſufficientiæ cuncta ma-
ture rimari, & perpendere, vt dixi ſupra *cap. praece-
denti num. 26. & ſeq.*

CAPVT X.

In quibus cauſis fideiuſſio interponatur.

SVMMARIA.

1 *Fideiuſſor omnis generis oblationibus accedere poteſt. Et num. 2.*

3 *Pignus, & conſtitutum etiam naturali tanti obligationi recte accedit.*

4 *Fideiuſſor obligationem ad antidora quoque in ſe ſuſcipere poteſt, ſecundum Pertium, & Bertachinum, Sed improbatur ex Antonio Pichardo.*

5 *Ciuilis obligationis nomine comprehenditur etiam Prætoria, Ædilitia, & Tribunitia.*

6 *Contractuũ, quorum nomine obligatio mandati conſiſtit, eorum nomine etiam fideiuſſor obligari poteſt.*

7 *Literarum obligatio antiquis fuit incognita, ex ſententia Petri de Bellapertica, Bartoli, Borcholtii, Feliciani de Solis, Antonij Pichardi. Contrarium aſtruente Eman. a Coſta, vt num. 8. Quod declara, vt num 9 10. & 11.*

12 *Pro eo, quod debetur mediante iudicis officio, fideiuſſor peti, & accipe poteſt.*

13 *Officium iudicis nullam obligationem præſupponit.*

14 *Pignus pro quacunque cauſa necti poteſt.*

15 *Obligatio, niſi ſit ſubſiſtens, efficax, iure aliquo munita, fideiuſſor obligari nequit. Et num. 18.*

16 *Verborum non tantum, ſed etiam rerum delectus in fideiuſſionis negotio eſt habendus.*

17 *Statuta de creditore, ac debitore loquentia, de vero, ac efficaci, non autem de eo, qui legitima exceptione repelli poteſt, ſint intelligenda.*

19 *Fideiuſſor inefficaciter accedit obligationi nulli.*

20 *Fideiuſſor fruſtra adhibetur obligationi inutili.*

21 *Satiſdatio iudicialis non tenet, vbi non tenet iudicium.*

22 *Annullata principali obligatione, annullatur quoque fideiuſſio.*

23 *Fideiuſſio non tenetur, ſi principalis nulliter promiſit.*

24 *Principalis poſtquam non tenetur, non tenetur quoque eius fideiuſſor.*

25 *Fideiuſſor nullitatem obligationis allegare, & ſe, ac principalem hoc modo defendere poteſt.*

26 *L ſi debitori 47 ff de fideiuſſ. explicatur.*

27 *Fideiuſſio pro mortuo, & deportato eſt inutilis.*

28 *Deportatio morti æquiparatur,*

29 *L. poſtquam ff vt legat. non cau. inducitur.*

30 *L. vlt. ff. de duob. reis, & d. l. ſi debitori 47. ff. de fideiuſſ. conciliantur.*

31 *Hereditas non adita perſona vice fungitur, atque ideo fideiuſſor accipi poteſt mortuo reo promittendi.*

32 *Reis duobus conſtitutis, nihil refert, an ab vtroque, vel ab alterutro fideiuſſor detur, cum, & inſolidum accipiatur, ſi ab vno ſit datus.*

33 *Solutio rei debitæ proficit vtrique reo.*

34 *Perſonalia perſonas non egrediuntur.*

35 *Obligatio debet eſſe honeſta, licita, & auctoritate legum, ſiue corpori iuris inſertarum, ſiue particularium alicuius regni roborata, ad quam fideiuſſor accedat. Et num. 36. & 52.*

37 *Rei, cuius nullum eſt principium, nullum quoque eſt conſequens.*

38 *Venditio ſi dolo malo metuve extorta ſit, & fideiuſſor interueniat.*

interueniat, is non tenetur.

39 *Fideiuſſor non poteſt accedere contractui ſacte ab iniuſte carcerato.*

40 *Maleficiorum fideiuſſor accepi nequit. Et num.41. & 340.*

41 *Sepultura mortui debitoris non poteſt à creditore tamdiu impediri, donec ipſi detur fideiuſſor, contra Lucā de Pena num. 43. Sicque hodie obſeruatur in Anglia, Francia, Hiſpania, & Belgio, num.44.*

45 *Angeli Aretini opinio ratione ſequeſtrationis cadaveris exploditur.*

46 *Rex Ægypti Aſyches inſtituit pignus in parentum cadauera, & ſepulchri poteſtatem in creditorem tranſtulit.*

47 *Pollentina plebs ob impeditum funus cuiuſdam primipilaris à Tiberio Cæſare grauiter punita.*

48 *Sepultura inlluque adſinnia, non niſi magnorum ſcelerum damnatis, prohibitum.*

49 *Mulieres in ſcena detentæ non poſſunt cogi dare fideiuſſorem, quòd complebunt impiam operationem.*

50 *Fœminæ in ludum ſcena, & Orcheſtra deſcenderunt.*

51 *Fideiuſſio præſtita de dando honorario, adhoc, vt quis probet electionem Epiſcopi, Simoniaca, & nulla eſt.*

53 *Hiſpanorum regia lege pater ampliorem quantitatem dotis nomine pro filia promittere non poteſt, quam ex parte legitima illi obuentura eſt.*

54 *Priuilegium quoddam Norbergenſe inducitur, & explicatur.*

55 *Fideiuſſor an teneatur, non expreſſa cauſa, pro qua interuenire debeat? Et num.56.57.59.60.61.62.63.*

58 *Fideiuſſionis cauſa ceſſante, debet etiam ceſſare ipſa fideiuſſio,*

64 *Fideiuſſor in tantum ſummum, & quantitatem, quantam vult, interuenire poteſt.*

63 *Fideiuſſor tam in partem pecuniæ, quam rei, dari, & accipi poteſt.*

66 *Imo & pignus ita dari, & accipi poteſt.*

67 *Fideiuſſor minorem ſummam debere poteſt, quam principalis.*

68 *Zobelus in addit ad Conſtit.lib 2. art.10. declaratur.*

69 *Fideiuſſionum inſtrumenta conficientes, caute ſcribere debent quantitatem, pro qua fideiuſſum eſt.*

70 *Fideiuſſor etiam recte interuenit pro ſumma certa modo calculis factis certificari queat.*

Fideiuſſio rei incerta plane nulla eſt. ibid.

71 *Fideiuſſor interuenire poteſt pro ſumma incerta, de proximo tamen certificanda. Et num. 72.*

73 *Captura concedi poteſt pro debito incerto, conditionali, vel in diem, adhoc, vt quis ſatiſdet de ſtando iuri.*

74 *Fideiuſſio etiam in cauſa inæſtimabili debet præſtari de certa quantitate expreſſa.*

75 Futurorum nomine recte paciſcimur.

76 *Procuratorem damus.*

77 *Cauemus.*

78 *Fideiubemus.*

79 *Futura pendent, & ſunt incerta, quod pulchrè ex Seneca Polybio, & Arnobio exornatur.*

80 *Vſurarum futurarum nomine non cauetur.*

81 *Futura, vt ſpei ac obligationis: ita & actionis futuræ fideiuſſor accepi, & dari recte poteſt.*

82 *Futuri operis fideiuſſor recte accipitur.*

83 *Operis quoque in futurum demoliendi.*

84 *Damni infecti nomine. Etiam in feudalibus, num.85.*

76 *Præſens ex cauſa agitur occaſione eius, quod aliquando in obligatione erit.*

97 *Conſilium Actoris, ne quis ratione futuræ obligationis in immenſum teneatur. Et adducuntur exempla num.90. & 91.*

88 *Clauſula: Non expreſſa quantitate pecuniarum, quam reculuſa reijcitur.*

89 *Iure Lubecenſi exprimenda eſt ſumma, pro qua quis fideiubere debet.*

92 *Fideiuſſor, qui iurauit, tenetur etiamſi obligatio nulla ſubſit. Sed auctor à communi ſententia diſcedit. num.94. & ſeqq. & num. 100.*

93 *Iuramentum facit valere actum omni meliori modo, quo poteſt. Declara, vt num.106.*

95 *Iuramentum non confirmat actum ſimulatum.*

96 *Pacta, quæ nullam vim habitura fuiſſent, ſola vi iuriſiurandi non accipiunt.*

97 *Iuramentum fingit aliquem eſſe maiorem.*

89 *Iuramentum non fingit aliquem eſſe prudentem, & ſagacem.*

99 *Iuramentum appoſitum recipit naturam, & conditionem eius contractus, cui apponitur.*

101 *Stoliditatis eſt rebus perſpicuis immorari, & contradicere rebus ſtultis, ſtultitia eſt maioris. Et nu. 105.*

102 *Doctores noſtri multas quæſtiones ſuperuacuas tractarunt.*

103 *Inutiles quæſtiones debet ſilentium ſoluere.*

104 *Tiberius Cæſar nugatoriis quæſtionibus Grammaticos exercuit.*

107 *Confirmatio non confirmat, quod nullum eſt.*

108 *Cauſato non plus ineſt efficax, quam in ipſa cauſa.*

109 *Cauſa vbi non eſt efficax, nec cauſatum efficax eſſe poteſt.*

110 *Sententia confirmans ſententiam nullam, & ipſa nulla eſt.*

111 *Iuramentum quidem validat contractum, ſed non facit quem obligari vult intentionem.*

112 *Fideiuſſor obligatur, quando de eius enixa voluntate conſtat, velle eum obligari, licet obligatio principalis non ſubſiſtat.*

113 *Fideiuſſio pro cauſis iudiciariis quatenus interueniat; Et num.114.*

115 *Satiſdatio de lite proſequenda, & de expenſis refundendis, quomodo præſtetur, non ſolum iure communi, ſed etiam iure Saxonico, num.116. & num. 118. Contra Bartolum, Speculatorem Vantium, Ordendorpium, Baronem Schenk VVenb Treutlerum, & Arnold de Reyger. num.117.119.120.121.*

121 *Ordinatione Moguntina, Palatina, Monaſterienſi, Brunſuicenſi, Pomerana, Selmenſi, Butzbacbenſi, Francofurtenſi & Lippienſi eadem ſatiſdatio de lite proſequenda, &c exigitur.*

122 *Vt, & ſtylo regni Neapoli.*

123 *Ciuitatis Lucanæ.*

124 *Et Mirandulana, ac Ducatus Mediolanenſis.*

125 *Prohibitus audiri, quia non eſt ſubiectus iuriſdictioni debet præſtare fideiuſſorem de reficiendis expenſis in caſu, quo ſuccumbat, &c.*

126 *Satiſdatio de proſequenda lite fit, aut fideiuſſoribus, aut pignoribus. Sed declara, vt num. 127.*

128 *Iudex prædictam ſatiſdationem de iure Saxonico ex officio exigere non poteſt. Secus de iure communi, num 129.*

130 *Iuratoria cautioni quando hoc caſu ſit locus, oſtenditur.*

131 *Is cui lites expenſæ decretæ fuerunt, non præſtat ſatiſdationem de iis refundendis in caſu ſuccumbentiæ. Et num.133. Sed declaratur, vt num. 134.*

135 *Epiſcopi lite pulſati non præſtant ſatiſdationem iudicialem.*

136 *Diffamatus non conſtringitur præſtare ſatiſdationem in iudicio diffamatorio de refundẽdis expenſis in caſum ſuccumbentiæ.*

137 *Guaranda in foro Saxonico quando præſtetur.*

238 *Guaranda in fauorem rei eſt introducta.*

139 *Guaranda non poteſt ab Actore recuſari.*
140 *Guaranda tam in criminalibus, quam ciuilibus eſt neceſſaria.*
141 *Guaranda in iudiciis executiuis non requiritur.*
142 *Guaranda hodie ſtipulata manu, vel actu aliquo corporali, promittitur. Et num. 134.*
144 *Satiſdatio iudicatum ſolui, quando & à quibus præſtetur remiſſiue.*
145 *Defenſori omnis cautionis de iudicato ſoluendo præſtatio incumbit.*
146 *In cauſis ciuilib. ſemper coniunguntur cautio de ſtando iure & ſoluendo, quidquid fuerit iudicatum, non autem in criminalib. Quod declara, vt ibi.*
147 *Cautio de parendo mandato alicuius iudicis, quatenus æquiparetur cum cautione de iudicio ſiſti, remiſſiuè ex Muſcatello.*
148 *Satiſdatio iudicatum ſolui an adhuc hodie ſit in vſu? Et num. 149.*
150 *Textus iuris Saxonici Conſtit. lib 3. art. 11. exponitur.*
151 *Iuramentum iudiciale in continenti, aut præſtandum, aut referendum eſt de iure communi. Secus ſe res habet de iure Saxonico, num. 152.*
153 *Statuto ſi negetur Actori audientia, niſi fideiuſſerit, & obiiciatur exceptio non præſtitæ ſideiuſſionis, non dicitur reiecta illa exceptio per proceſſum ad vlteriora*
154 *Ius Bohemicum circa ſatiſdationes iudiciales quid ſtatuat oſtenditur.*
155 *Actor prima inſtantia petens, pro præmio deſcriptorum Actorum cauere cogitur.*
156 *Appellatio in pleriſque iudiciis Germaniæ non prius admittitur, quam præſtito iuramento de non malitioſe appellando, & dato fideiuſſore, aut pignore de refundendis expenſis, & reſarciendis damnis, in caſum ſuccumbentiæ. Et num. 157.*
158 *Appellans ſi iuret ſe tempore inſinuatæ appellationis priuilegio Imperiali per pignora, vel fideiuſſores ſatisfacere non potuiſſe, ad iuratoriam cautionem admittendus venit.*
159 *Appellans ſi tale iuramentum, talemque cautionem coram iudice, à quo non præſtiterit, poterit præſtare coram iudice ad quem.*
160 *Formula cautionis fideiuſſoria pro appellante interponenda inſeritur.*
161 *Priuilegia Statuum Imperij de non, niſi certis ſolemnitatibus ſeruatis appellando obiter attinguntur.*
162 *Priuilegia de non appellando ciuitatum Imperij, ſcilicet VVinshemij, Francofurti, Memmingæ, Lubecæ, & Hamburgi, explicatur. Vt & num. 188.*
163 *Obligatio, qua ſponte promiſi, quid importet. Et num. 167. & 168.*
164 *Oratio reſpiciens plura determinabilia, ea pariformiter determinare debet.*
165 *Copulatiua requirit concurſum vtriuſque copulati.*
166 *Oratio vnica, quæ regitur ab eodem verbo, in dubio neutiquam debet conſeri diuerſo iure.*
169 *Carcer obedientiarum, pollicitatione ciuium facta, quis ſit?*
170 *Affinatus, vel domi ſuæ arreſtatus, etiam in carcere eſſe dici poteſt.*
171 *Verba priuilegiorum reſpectu tertij ſunt ſtricti iuris. Quod ampliatur. num. 172. & 173.*
174 *Verbum, detentio polyſimon eſt.*
175 *Qui non habet in ære, luit in corpore.*
176 *Appellatus conditionalis eſt creditor.*
177 *Fortunam aduerſam hominis liberi ſpectari, neque ciuile, neque naturale eſt.*
178 *Corpus liberi hominis æſtimationem non recipit.*
179 *Libertas bonum eſt ineſtimabile.*
180 *Incarcerare aliquem per ſe eſt illicitum,*
181 *Carceris ſupplicium mortalibus eſt grauiſſimum,*
182 *Carceratio libertati repugnat, & vſum motumque membrorum impedit.*
183 *Carceratio habetur pro iniuria perſonali.*
184 *Carceratus longo tempore ob æs alienum non ſolutum, aliqualem infamiam incurrit.*
185 *Carceratus ſingulis diebus de nouo grauári dicitur.*
186 *Conſtitutio Electoris Auguſti 21. part. 1. explicatione iuuatur.*
187 *Pactum factum ſub duabus conditionibus copulatiue, locū non habet, niſi prius probetur copulatiue euentus ipſarum duarum conditionum.*
190 *Interpretatio ſemper ineſt diſpoſitioni de neceſſitate.*
191 *Interpretatio eſt ſpiritus ſcripturæ.*
192 *Facilius impeditur, quod nondum factum eſt, quam reuocatur, quod factum eſt.*
193 *Textus in l. ſi ſtipulatus 15. verſic. intereſt enim, ff. de fideiuſſor inducatur.*
194 *Melius eſt prouidere, ne homines nimia potentia augeantur, quam poſtea contra auctos remedium quærere.*
195 *Facilius qui repellitur ab obtinendo, quam ab obtento.*
197 *Prima interlocutoria Senatus Hamburgenſis.*
198 *Altera eiuſdem Senatus.*
199 *Tertia per eundem prolata.*
200 Mutui *contractus fideiuſſionem admittit. Quod ampliatur num. 201. 202. & 203. Et declaratur num. 203.*
204 *Mutuam pecuniam occultè accipere, eſt accipere incertis nominibus.*
206 Commodati, & depoſiti *contractibus fideiuſſor rectè accedit. Et n. 207. Quod tamen declarationem recipit n. 208. 209. & 210.*
211 Locationi, & conductioni *fideiuſſor citra repulſam adhibetur.*
212 *Redemptores operis alicuius fideiuſſores præſtare tenentur.*
213 *Pro obligatione operarum rectè fideiuſſor interuenit.*
214 *Vt, & pro colonis publicorum prædiorum.*
215 *Officiales, Capitanei, & Iuſtitiarij omnes in Regno Neapolis, & Siciliæ cogantur præſtare fideiuſſores de bene adminiſtrando, & de ſtando ad Syndicatum finita adminiſtratione.*
216 *Gubernator alicuius arcis datis fideiuſſoribus cauere obſtringitur de arce rectè cuſtodienda, & reſtituenda, &c.*
217 Societatis *contractui etiam fideiuſſor adhibetur.*
218 Emptionis & venditionis *contractus fideiuſſoris dationis etiam non reſpuunt.*
219 *Fideiuſſor non eſt de ſubſtantia emptionis, & venditionis.*
220 *Cætera venditionis, litis, cognitionis, aulæ, quænam ſint. Et n. 221. 222. & 223. Reliqua conductionis num, 224.*
225 *Emptor fideiuſſorem accipit à venditore.*
626 *Et venditor ab emptore.*
227 *Pretij nomine venditor ab emptore fideiuſſorem accipit.*
228 *Fructuum ſecundo venditori maturitatis tempore reſtituendorum cauſa fideiuſſor datur.*
229 *Euictionis nomine etiam præſtatur fideiuſſio. Quam ampl[ia], vt n. 230. Et limita, vt n. 2[3]1.*
232 *Fideiuſſoribus non eſt denuntiandum litem agitari, adhoc, vt de euictione conueniri poſſint.*
233 *Fideiuſſori redhibere poteſt, ſi in omnem cauſam ſit fideiuſſor.*
234 *Iure Lubecenſi venditor non poteſt exigere fideiuſſorem, poſtquam emptori rem tradidit, habita fide de pretio, excepto vno caſu.*

235 *Ven.*

235 *Venditor, qui rem tradidit, habita fide de pretio, nec accepto fideiuſſore, non habet amplius regreſſum ad rem, ſeu rei poſſeſſionem, ſed tantum pretium petit.*

236 *Dominij quaſtio, ſi ante pretium ſolutum in limine contractus moueatur, pretium emptor ſoluere non cogitur, niſi fideiuſſores idonei eius euictionis nomine offerantur. Quod egregie declaratur, num. 237. & 238.*

239 *Fideiuſſor vtrum debeat promittere tantum euictionem contra illum, qui in præſenti mouet litem, vel an contra quoſcunque: Et pro poſteriori opinione concluditur, n. 240. & 244. contra Baldum, n. 242.*

241 *Propter periculum iam inſtans ſolum: ſed etiam propter metum periculi cautionem rectè petimus.*

243 *Baldus habuit cerebrum quod voluebatur ſicut auis in aere.*

245 *Euictio ſi immineat in ipſo limine contractus, an fideiuſſio præſtanda ſit ab eo, qui actorem diuitem habet, qui iudicium ſuſcipiat, ex Hondedeo.*

246 *Pacto interueniente inter emptorem, & venditorem, quod emptor non teneatur ſoluere pretium, priuſquam venditor fideiuſſorem dederit, nihilominus emptor pro præterito tempore ad vſuras, ratione perceptorum fructuum, tenetur.*

247 *Euictionis nomine datus fideiuſſor non tenetur, ſi contractus reſciſſus fuerit remedio, l. 2. C. de reſcin. vendit.*

248 *Res ſemper remanent penes venditorem, omiſſa quacunque executione contra venditorem eiuſque fideiuſſorem libere agi poteſt.*

249 *Euictione imminente in limine contractus, ſi venditor fideiuſſores nullos inuenire queat, adigi poteſt, ſi modo alias eſt idoneus, vt vel ſub hypotheca reliquorum ſuorum bonorum ſe obliget pro creditis, quæ in futurum detegi vel apparere poſſint, ex Carocio.*

250 *Vel, vt pretium reponatur in emptionem bonorum immobilium, quæ emptori in caſum euictionis nihilominus hypothecata maneant, ex Cacherano.*

251 *Vel vt pretium apud virum bonum ſequeſtretur, ad venditoris tamen vtilitatem, ex Cacherano, & Caualcaneo.*

252 *Vel, vt fructus currentes ſiue annua penſio ſint venditorio: ipſa autem ſors principalis ſtet pro ſecuritate emptoris, ex Carocio. Quæ opinio, tanquam æquior, probatur num. 253. cum annexa tamen declaratione, numero 254.*

255 *Fideiuſſor venditioni fundi dotalis adhibitus an teneatur de euictione, necne diſcutitur. Et negatiue concluditur num. 256. & 257.*

258 *L. ciſi 15, C. de præd. minor. explicatur.*

259 *Gloſſa quando dat aliquam expoſitionem, & in ea ſe non firmat, ſed tranſit ad aliam, non poteſt ſuper prima expoſitione fieri fundamentum.*

260 *Caute eſt mercandum.*

261 *Muliere fundum dotalem alienante, & pro euictione fideiuſſorem dante, datio eſt nulla. Sed cum reſtrictione poſita, n. 262.*

273 *Fideiuſſor in contractu venditionis pro quolibet pacto, cuiuſcunq; tandem id ſit modi, interuenire poteſt.*

264 *Vt, & in terminis iuris* [illegible]

265 *Quaſi* contractibus *etiam fideiuſſor rectè adhibetur. Vt:*

266 *Negotiorum geſtorum.*

267 *Tutela.*

268 *Tutela etiam contractus vocatur.*

299 *Dotiſdatione.*

270 *Statutum dicens, quod viuis fideiubens pro extraneo non teneatur, fallit ſi pro dote fideiubeat.*

271 *In iudicio familiæ herciſcundæ*
272 *In aditione hæreditatis, eiuſq; petitione.*
273 *In iudicato*
274 *In actione de peculio*
275 *In conſtituto*
276 *In re iudicata. Et num. 277.*
(271–276:) *rectè interuenit fideiuſſor.*

278 *In fœderibus conſtituendis non adhibentur fideiuſſores. Et 280.*

289 *In fœderibus eſt conuentio.*

281 *Obſidibus datis firmantur conuenta, & ſtabiliuntur, vt neutri parti à conuentis recedere integrum ſit.*

282 *Obſides in vicem ſponſorum fideiuſſorumve prebentur.*

283 *Obſes in eam cauſam datur, vt pro captiuo fideiubeat, aut capite luat.*

284 *Philippus Rex Macedoniæ Romanis dedit obſides, & inter alios quoque filium Demetrium.*

285 *Antiochus 20. dedit obſides non minores 18. nec maiores 45. annis.*

286 *Carthaginenſes arbitratu Scipionis 100. dederunt obſides, non minores 14. nec maiores 30 annis.*

287 *Antipater 50. pueros pro obſidibus, ſed fruſtra, poſtulauit.*

288 *Phrahates Rex Parthorum quatuor filios, & eorum vxores duas, cum filiis item quatuor pro obſidibus Imperatori Augusto obtulit.*

289 *Vologes Corbuloni obſides quoque exhibuit.*

290 *Crancer Peleo.*

291 *Cleomenes Ptolomæo Ægyptio.*

292 *Alexander Illyrius, Darius Alexandro Magno.*

293 *Ioan Franciſcus Sanſeuerinus pro Franciſco de Andalot liberando.*

294 *Antigonus ſeipſum Seleuco Syriæ Regi.*

295 *Ludouicus Rex Neapolis ſeipſum Catellanis pro parte Carolo II.*

296 *Franciſcus Rex Galliarum filios duos Imp. Carolo V.*

297 *Imperator Fridericus II. Gregorio Papa filium Conradum.*

298 *Taſſilo Rex Boiariorum Carolo Magno.*

299 *Fœminas olim, & puellas nobiles pro obſidibus dederunt Romani, Germani, Italiæ populi, & Metapontini.*

300 *Fœdera firmata inuiolabiliter ſeruare decet. Et numero 302.*

301 *Fœdera confirmata ſemel ſeruare decorum eſt.*

303 *De fœdere, fœderatis populis, confœderationibus principum, & modis ineundorum fœderum remiſſiue.*

304 *In* Vltimis voluntatibus *fidem interponere eſt permiſſum.*

305 *Legatum ad pias cauſas peti nequit, niſi cautione præſtita, de eo in eaſdem conuertendo.*

306 *Mulier, cui relictum eſt aliquid à marito, ne ſecundas ineat nuptias, capit legatum, ſi præſtat cautionem de re cum fructibus reſtituenda, ſi contra fecerit. Sed hæc opinio reprobatur.*

307 *Tribonianus homo auarus, & ad omnem innouationem facillimus.*

308 *Viduitas genus pudicitiæ eſt, ſed Reipublicæ inutilis.*

309 *De cautione Mutiana remiſſiue.*

310 *In materia tit. ff. ſi cui plus quam per l. Falc. cauendum eſt.*

311 *In collatione bonorum.*

312 *In fideicommiſſis, legatis, donationibus cauſa mortis.*

313 *L. iubemus, §. in ſupradictis. Cod. ad SC. Trebell. prædicta oſtenditur.*

314 *Legatum vniuerſitati factum non ante præſtatur, quam cautionem fecerit, de ea pecunia in vſus à teſtatore deſignatos impendenda.*

315 *Fide*

Digitized by Google

315 Fideicommiſſarius compellere poteſt hæredem, vt non tantum deſcribat bona, ſed etiam det fideiuſſorem de non deteriorando.

316 Subſtitutus ab inſtituto ſub conditione cautionem exigere poteſt, de hæreditate non diminuenda.

317 In petitione hæreditatis etiam peti poteſt deſcriptio fructuum, & cautio de non minuendo.

318 Fideiuſſionem non minus, quàm Falcidiam, teſtator relaxare poteſt.

319 In iudiciis poſſeſſoriis etiam nonnunquam præſtanda eſt fideiuſſio. Quod in interdictis. Quod legatorum, Vti poſſidetis, De ripa munienda, & in cauſa Status, exemplificatur. n. 320. 321. 324. 325.

322 Ciuitas, quæ à principe priuilegia habet, in quibus ab eo inquietatur, poteſt contra illum agere interdicto Vti poſſidetis, adhoc, vt in futurum à turbatione deſiſtat, eóque nomine ſatiſdet.

326 Victor in poſſeſſorio cogitur cauere de reſtituenda poſſeſſione, ſi ſuccumbat in petitorio, quod præiudicio confirmatur.

327 Præiudicium Cameræ Imper. notabile in cauſa Bermundi contra Bermundum adducitur.

328 Spoliatus caſtro munitiſſimo non reſtituitur ante omnia, etiamſi caueat, ſe illud reſtituturũ, ſi ſuccumbat in petitorio, ex Boerio, Menochio, Mynſingero, Bendero, & Vaſquio. Sed contrarium adſtruit auctor ex Pariſio, Rolando a Valle, Cephalo, Zaſio, & Cacherano, num. 331. & 332.

329 Præiudicij irreparabilis cauſa conceditur, quod alias eſſet prohibitum. Et num. 330.

333 In cauſa Oldenburg contra Kniphauſen à Camera Imperiali vlterior paritio victis iniuncta, non obſtante difficultate mota reſpectu reſtitutionis arcis Kniphauſanæ.

334 Tertio poſt latam demum ſententiam, eámque in rem iudicatam tranſlatam, ſe opponente, non tantum executio impediri non poteſt, ſed etiam ſine cautione indemnitatis ſententia executioni mandari debet.

335 In cauſis criminalibus etiam rectè fideiuſſor interuenit. Declara vt num. 359.

336 Fideiuſſor tenetur, etiamſi ex delicto oriatur actio.

337 Delictum quando vocant Iuriſconſulti, etiam quaſi delictum preſſo orationis genere intelligunt.

338 L. 1 ff. de obligatio, & actionibus intellectus. Et num. 339.

340 Maleficiorum nulla eſt fideiuſſio.

341 Pro furti actione in duplum)
342 Pro eo, qui in legem Aquiliam commiſit, } fideiuſſor accipi poteſt.
343 Pro eo, qui ex naufragio quid diripuit,)

344 Peccatis puniendis tres ſunt cauſæ.

345 Peccantium multitudo creſcit, cum redimendi ſpes datur, & facile itur ad culpas, vbi eſt venalis ignoſcentium gratia.

346 Pro pecunia, quæ in trãſactione ſuper criminali promittitur, rectè fideiuſſor interuenit.

347 An pro pecunia data pro remittendo iure vindictæ fideiuſſorem dare ſit permiſſum, diſcutitur. Et n. 356.

348 Conſuetudo, quæ homicidia, abſque diſcrimine, pœna ſaltem pecuniaria punit, minimè eſt probanda.

349 Per tranſactionem, data aliqua pecunia, ſanguinem ſuum redimere, & interfecti propinquos ab vlteriori vindicta remouere licitum eſt.

350 Fiſcus ratione ſui intereſſe ad partium concordiam non eſt alligatus.

351 Pœna pecuniaria non ſolum ad agnatos, verum etiam ad cognatos pertinet.

352 Iure Longobardico, & Saxonico ad ſolos agnatos pertinuit. Et num. 353. & 354.

355 Singuli hæredes, cuiuſcunque ſexus, & ætatis ſint, necem defuncti vindicare, pacem componere, & ex compoſitione huiuſmodi pecuniam conſequi poſſunt.

357 L. nec quicquam, 56. ff. pro ſocio explicatur.

358 Popularium actionum nomine fruſtra fideiuſſor exigitur.

360 Cauſæ criminales, & ciuiles quænam propriè ſint.

361 Pœna ſi petatur applicari parti, iudiciũ dicitur ciuile.

362 Sin fiſco, criminale eſt.

363 Si vna pars pœnæ fiſco, altera parti, mixtum perhibetur.

364 Iure Saxonico ea ſolum cauſa reputatur criminalis, in qua corporalis pœna infligitur.

365 Perſonæ qualitas efficit, vt reus vel ſub fideiuſſoribus fiat, vel iuratoria ſua cautioni relinquatur.

366 Viri illuſtres in criminalibus ſatiſdatione non onerantur. Sed in practica id hodie vix obſeruatur, n. 367.

368 Præiudicium Cameræ Imperialis de nobili relaxando, & in diuerſorium remittendo.

369 Regni conſuetudo conſideranda eſt in relaxatione captiuorum.

376 Nobilis Hiſpanus, Hydalgus vocatus, in carcerem mitti non poteſt.

371 Limita tamen in tribus caſibus.

372 Stephanus Rex Poloniæ, ſpecialem conſtitutionem Varſouiæ ſanciuit, ſecundum quam nobilis, aut capi, aut ex carcere relaxari, & dimitti debet, aut non.

373 Illuſtriores perſonæ antiquitus in libera cuſtodia manebant,

374 Cuſtodia militaris quænam propriè olim fuerit, ex Lipſio & Pardulpho Prateo.

375 Delicti.

366 Vt, & vulneris qualitas in relaxatione captiui in conſiderationem venire debent.

377 Certis tantum caſibus in cauſis criminalibus reus ſub præſtatione fideiuſſorum dimitti debet.

378 Roberti Marantæ opinio commode explicatur.

379 L. nullus in princ. C. de exhib. reis, intellectus.

380 In criminalibus cauſis quando fideiuſſor interuenire poſſit à quibus ſit tractatum, remiſſiue.

381 Fideiuſſor, quando in cauſis criminalibus adhiberi poſſit, à iudicis arbitrio fere totum dependet.

382 Pœna pecuniaria vbi tantum infligenda venit, carceratus ſub fideiuſſione relaxari debet.

383 Etiam de iure Saxonico. Et num 384.

385 Limitatur primo, ſi carceratus eſſet confeſſus vel conuictus de crimine. Diſtingue tamen vt num. 386.

387 Limitatur ſecundo, quando reus ſero offerat fideiuſſorem.

388 Dilatio non ſemper eſt vtilis.

389 Reus fideiuſſorem, etiam finito ferè iudicio offerens audiendus eſt.

390 Differtur aliquid, non tamen aufertur.

391 Finita nondum per ſententiam cauſa, non dubium eſt omnes defenſiones integras eſſe.

392 Limitatur tertio, quando reus ſemel aufugiſſet. Ratio ponitur, n. 393. Declaratur rurſus. nu. 394. Et ampliatur, n. 395.

396 Limitatur quarto ſi is, qui pro crimine commiſſo pecuniariam pœnam ſoluere debet, fuiſſet repertus in ipſo actu, vel flagranti crimine.

397 Etiam in foro Saxonico.

398 Dn. Ioannis Goddæi traditio tract. de contrah. ſtipul. concluſ. 23. numer. 408. commoda interpretatione mollitur.

399 Limitatur quinto, ſi reus commiſit crimen falſi, pro quo venit imponenda pœna pecuniaria. Sed intellige, vt num. 400.

401 Limi-

401 *Limitatur ſexto, quando crimen eſt notorium, vel publicum, Sed reijcitur à Io. Goddaeo, vt nu 403.*

402 *Negatio partis non inficit notorium, nec facit cauſam dubiam.*

404 *Limitatur ſeptimo, quando ſtatutum indiceret quidem pœnam pecuniariam, ſed tamen vellet reum cauſam dicere ex vinculis.*

405 *Limitatur octaue, ſi contra aliquem actum eſt de aliquo crimine, & contra eum proceditur; tunc iudex poteſt ipſum capere ante aperturam atteſtationum, & non committitur fideiuſſoribus.*

406 *Textus Cenſtu. lib. 3. art 13. adducitur.*

407 *Iure Saxonico is, qui criminaliter in iudicio pulſatur, ſi ibi nec hæreditatem habeat, nec fideiuſſorem præſtare poſſit, eamdiu perſonaliter detineri poteſt, donec fideiuſſorem præſtet.*

408 *Pœna corporalis vbi eſt infligenda, non relaxatur incarceratus, etiamſi mille dare vellet fideiuſſores. Ratio ponitur, num. 409. Et declaratur hæc ipſa concluſio, num. 410. & 411.*

412 *Iure Lubecenſi nõ relaxatur ſub fideiuſſoribus, qui crimen corporali pœna luendum commiſit, niſi illum totus Senatus Lubecenſis liberet, & dimittat.*

413 *Pœna ictus fuſtium, fuſtigationis, funis, &c. ſi infligi debeat fruſtra reus pro relaxatione affert fideiuſſorem*

414 *Mulierem, qui impudicitiæ gratia interpellauerat, perfectoque flagitio capite plectendus erat, ſub cautione fideiuſſoria non fuit relaxatus, ex Hieron. à Laurentiis.*

415 *Qui non ſua, ſed aliorum cauſa detinetur, vt ex illis crimen probetur, non ſunt ſub fideiuſſoribus dimittendi.*

416 *Delictum capitale confeſſus fruſtra laborat, vt ſub cautione fideiuſſoribus committatur.*

417 *Carceratus de proximo relaxandus impetrare poteſt, vt fideiuſſoribus committatur.*

418 *Statutum, vel conſuetudo ſi adſit, quod à carcerato pro crimine corporalem pœnam ingerente, fideiuſſor præſtari poſſit, fideiuſſio admittenda eſt, contra Couarruuiam. Et num. 419.*

420 *Obligatus ſe tanquam cuſtos carceris, fideiuſſoris locus eſt.*

421 *Cuſtos carceris eadem pœna punitur, qua carceratus aufugiens.*

422 *Sponte comparens coram iudice, præſtitis fideiuſſoribus debet relaxari.*

423 *Spontanea præſentatio regulariter innocentiam arguit.*

424 *Pœna arbitraria vbi eſt infligenda, an reus ſit relaxandus ſub fideiuſſoribus.*

425 *Tortura pro arbitrio prudentis iudicis repeti poteſt.*

426 *Reus propter variationem ſuam iter torqueri poteſt.*

427 *Reus bis, terue tortus quomodo relaxandus, ſi nihil penitus ſit confeſſus. Prima opinio illorum, qui eum penitus abſoluendum eſſe, volunt.*

428 *Anton. de Gamma à mendo Typographico in deciſ. 280. num. 1. purgatur.*

429 *Altera opinio eorum, qui condemnandum eſſe contendunt, ſi non pœna mortis, tamen aliqua alia.*

430 *Tertia opinio eorum, qui relaxandum eſſe concedunt, ſed tamen non aliter, quam ſub fideiuſſoribus.*

431 *Quarta opinio eorum, qui abſolutionem ſtatuunt ſub clauſula: Rebus ſtantibus prout ſtant.*

432 *Per torturam omnia indicia purgantur.*

433 *Iudices plerique, qui in tormentis modum excedunt, grauiſſime taxantur.*

434 *Torti ſæpenumero, vt cõpendio mortis longos cruciatus euitent, in ſummet ipſum ſanguinem mentiuntur.*

435 *Salus innocentum defendi nequit, ſi parcatur nocentibus.*

436 *Satius, & ſanctius eſt nocentem abſoluere, quam innocentem condemnare.*

437 *Melius eſt de miſericordia, quam de ſeueritate rationem reddere.*

438 *Tortura ſæpius repetita non minor eſt cruciatus re ipſa, quam pœna capitalis.*

439 *Cruciatus corporis morti æquiparatur.*

440 *Torturæ ad hoc inuentæ ſunt, vt veritas indagetur, non vt homo enecetur.*

441 *Tormenta exhibenda veritatis fides.*

442 *Reo ſæpius torto debet iudex in cauſa ſuperſedere, & pronuntiare ſibi non liquere, contra Salicetum, Angelum, & Paridem de Puteo. Ex Menochio, Geneſio, Nouello, Romuleo, & Antonio de Gamma, num. 443 & 444.*

445 *Reus non tantum ſimpliciter abſoluendus, ſed diffinitiue abſoluendus venit, ſi ter tortus nihil confiteatur, ſecundum nonnullos.*

446 *Qua de re iudex cognouit, de eadem etiam pronuntiare cogendus eſt.*

447 *Ex præſumptionibus nemo eſt condemnandus,*

448 *Occulta ſunt Dei iudicio relinquenda.*

449 *Communis practica Italiæ eſt, vt reus tortus, & nihil confeſſus abſoluatur quidem, ſed non aliter, quam datis fideiuſſoribus.*

450 *Communior, & verior praxis eſt, vt reus, quando innocentiam ſuam per torturam purgauit, abſoluatur, non tamen diffinitiue, nec datis fideiuſſoribus, ſed ſub clauſula: Stantibus rebus prout ſtant.*

Et num. 452.

451 *Atque ita obſeruatur in Hiſpania, Gallia, & Ducatu Mediolanenſi.*

453 *Anton. de Gamma declaratur.*

454 *Hominem torquere, & pila ludere, non ſunt paria.*

455 *Alphonſus Villagut à Neapoli reprehenditur.*

456 *Statutum, Lex, Decretum, Ritus certa ſi exiſtet, præcipiens, quod hoc vel illud fieri, admitti, aut concedi nõ debeat, niſi in tali cauſa prius præſtita fideiuſſione neceſſe eſt, vt præſtatio fideiuſſionis præcedat, non ſequatur.*

457 *Ablatiuus abſolutus importat conditionem.*

458 *Et formam.*

459 *Imo veram, & expreſſam conditionem.*

460 *Formaliter implere oportet conditionem Statuti, legis, Decreti, vel ritus, quando iſtius beneficio quis iuuatur vel fruatur.*

461 *De ſubſtantia actus eſt, quidquid pro forma actus gerendo conſtituitur.*

462 *Defectus conditionis debet annullare actum.*

463 *Forma ſtatuti non obſeruata actus corruit.*

464 *Statuto, quando ſatisfactum eſt, eius diſpoſitio locum habere debet.*

465 *Lex dans ordinem in procedendo, cenſetur formam apponere.*

466 *Fundans ſe in decreto debet probare, ſe obſeruaſſe formam decreti cum ſuis qualitatibus.*

467 *Ritus alicuius beneficio, qui frui vult, ille cum ſuis qualitatibus vti debet.*

468 *Dictio, Prius, quando a lege exprimitur, inducit ordinem quo peruerſo, actus fieri nequit.*

469 *Dictio, Niſi, eius natura eſt, vt quando præcedit oratio negatiua negans potentiam, illa ponat potentiam tantum, actum.*

470 *Articulus* Niſi, *facit exceptionem.*

471 *Potentia licentiaue faciendi, contrahendi, fruendi, auferendi, liberandi, abeundi, tollendi, &c. tum demum ponitur, quando præceſſit fideiuſſio.*

473 *Dictio*

472 *Dictio*, Non antequam, *cuius ſit effectus.*
473 *Dictio*, Poſtquam, *quid operetur.*
474 *Dictiones*, Ita demum, Tantum, Dummodo, Nullatenus, Non aliter, nec alio modo *dictiones ſunt taxatiua, negantes omnes alios modos.*
475 *Dictio*, Si, *quid importet. Et ibidem de dictionibus*, Tandiu, Donec, Quoad, Quouſque, Quamdiu. *num* 476.
477 *Vocula Germanica, hoc eſt, donec, cuius efficacia.*
478 *Vocula, in primis, & aliquando, quid importent.*
479 *Vocula Germanica contra quid denotet, & operetur.*
480 *Actuum correſpectiuorum natura, & efficacia qualis.*
481 *In actibus correſpectiuis poſito vno ponitur & aliud.*
482 *Fideiuſſorem verbaliter offerre non ſufficit.*
483 *Volens facere, non dicitur facere vel feciſſe.*
484 *Dixiſſe aliud eſt, aliud feciſſe.*
485 *Qui promiſit in futurum facere, non præſumitur facere velle in præſenti.*
486 *Promittens facere, non facit.*
487 *Verba cum effectu, non verbotenus ſunt accipienda.*
488 *Fideiubere aliquem allegare non ſufficit, ſed illius obligatio legitima eſt exibenda.*
489 *Debitor offerens pro debito illiquido fideiuſſoriā cautionem, etiam verbalem ſaltem, auditur, quando agit de damno vitando, ſecus ſi de lucro captando.*
490 *Fideiuſſio præſtanda ſecundum terminos Auth. hoc niſi, C. de ſolut. præſtari debet tempore oblationis bonorum inſolutum, nec ſufficit, ſi aliquis vellet illam poſtea præſtare.*
491 *In terminis, l. vniuerſa, C. de precib. Imp offerend. realiter fideiuſſio præſtanda eſt.*
492 *Fideiuſſio ab illo præſtanda eſt, qui mediante iudicis ſententia ſibi quid ſolui expetit, quod alij debebatur.*
493 *Etiamſi ſtatutum vel lex dicat, non aliter valere actū, niſi prius cautio vel fideiuſſio præſtetur, non tamen idem vitiatur propter omiſſionem, niſi à parte fideiuſſio, vel cautio petatur.*
494 *Exceptio fideiuſſionis non præſtita non poteſt opponi, niſi initio iudicij.*
495 *Beneficia legis alicui conceſſa accipiunt hanc tacitam conditionem, ſi eis vti velit.*
496 *Offerens ſe ad impletionem, ſi alter ſuſcipere recuſet, liberatur, ſufficitque talis oblatio.*
497 *Diſpenſare poteſt magiſtratus, ſi forte fideiuſſio petita non fuerit præſtita in principio, vt tamen poſſit præſtari de nouo.*

1 MAteria circa quam, & cui, fideiuſſor accedere poteſt, ſunt † omnis generis obligationes, ex quibuſcunque ortæ contractibus, non modo primæ, vel principales: ſed etiam ſecundariæ ſiue acceſſoriæ, *l. 1. l. Græce, §. 1. ff. de fideiuſſor, § in omnib. Inſt. de fideiuſſ. VVeſenb. in parat. n. 4. eod. tit. Iulius Pacius in l. ſi quis pro eo, 56. §. 1 ff. eod. Ioan. Goddæus de contrah. ſtipul. cap 6. concl. 23. n. 351. Fabius Arcas in dec. dot. deciſ. 5. Anton. Gomeſ. ad l. 61. Taurt. n. 1.* Cardin. Pariſius *in conſil. 162. n. 25. volum. 4.* dicens ibi, quod fideiuſſionis ſubſtantia ſit principalis, aut honoraria obligatio.
2 Nec † refert ciuilis an naturalis ſimul, vel ciuilis tantum aut naturalis tantum, diuidua vel indiuidua, certi, vel incerti ſit obligatio, cui fideiuſſor adjicitur, *d. §. in omnibus*, vbi pulchrè Anton. Pichard. poſt alios commentatores, *Inſtit. de fideiuſſor. l 6 § vlt l. 7. de fideiuſſor. 16. § fideiuſſor ff. de fideiuſſor. Franciſ. Iametius in comment. ad l. 2. mihi fol. 6. 7 8. 9. & 10. ff. de fideiuſſor. Daniel. Mollerus in comment. ad conſt. Electorales conſtit. 15 n 59. part. 2. Hieron. Treutlerus ſelect. diſp. vol. 2. diſput. 28. theſi 3. Goddæus d. n. 351.* cum &
3 pignus, & conſtitutum vtrique obligationi accedat, *Cuiac. ad Afric. tract. 7. mihi pag. 68. Ludol. Schrade. in comment ad l. vnic. ff. de condic. ex lege n. 22.* ut tantum vt & pro muliere in terris Saxonicis cum alio, ſed abſque curatore, ſiue mundualdo, contrahente, quo caſu naturaliter ſaltem obligatur, ſi fideiuſſor interuenire poſſit,
4 *Daniel Mollerus d. loco n. 60 & 61.* Imo † & obligationi ad antidora (*de qua in l. ſed etſi 25. §. conſuluit ff. de petit. hæred. cui adde Arium Pinellum in l. 1. part. 3. n. 6. C. de bon. mater.*) accedere poteſt ſecundum Prag. Port. *in l. 1. cum ibi notat. ff. de fideiuſſ.* Bertachin. *in repert. verſ. fideiuſſor quibus cauſis accedat. mihi pag. 174. lat. 2.* quod tamen nominatim improbat Anton. Pichard. *in d. §. in omnibus, n. 14. Inſtit. de fideiuſſor.* cui aſſentior.
5 Ciuilis † autem obligationis nomine compræhendo etiam prætoriam, ædilitiam, ac tribuniciam, *d. l. Græce, §. pro eo etiam ff. de fideiuſſor.* nam, & tribunitiæ quædam ſtipulationes fuerunt venientes ex plebiſcitis, qua de re prolixius iam iam non ago, videantur ſaltem Ferdinand. Mendoza *lib. 1. diſp. iur. ciuil. cap. 2.* & Ant. Pichard. *Inſtit. de oblig. §. omnium, per tot.*
6 Et in ſumma, quorum † contractuum nomine obligatio mandati conſiſtit, eorum nomine etiam fideiuſſor obligari poteſt, vt ait Iulianus *in l. ſi hæreditatem, 32. ff. mandati.* Quod quidem magis clarum faciunt allegati iam textus *in l. 1. l. Græce, §. 1. ac §. & generaliter ff. de fideiuſſ. §. in omnibus, Inſt. eod. tit.* vbi dicitur: *In omnibus obligationibus adſumi fideiuſſores poſſe*: hoc eſt, ſiue re, ſiue verbis, ſiue literis, ſiue conſenſu contractæ fuerint. Nec id immerito. Cum enim ideo fideiuſſoria obligatio fuerit introducta, quo diligentius creditoribus cautum ſit, neceſſe eſt, vt illis ipſi creditores in omni genere obligationum ſecuri reddātur, cum in omni genere obligationum debitores obſtrictos habeant, ſicut animaduertit Ant. Pichard. *vbi ſupra n. 5. & n. 18.*

Aduerte tamen *in d. l. Græco, §. 1.* nullam mentionē fieri literarum obligationis, ſicut nec fit *in l. 1. §. 1. l. 4. in fin. ff. de obligat. & actionib. & l. 1. § 1 ff de nouation.*
7 Ideoque † his rationibus moti Petrus de bella Pertica (quem vt plurimum genuinum intellectum aſſecutum fuiſſe teſtatur Bartolus) imo ille ipſe Bartolus, & nuuiſſime Borcholtus *in tract. de oblig. cap. 1. n. 18.* voluerunt, literarum obligationem antiquis incognitam fuiſſe. Quod igitur dicitur, fideiuſſorem admitti poſſe, etiam tunc, quando literis obligatio eſt contracta, ea iure Iuſtinianæo, non autem ex iure veteri eſſe videtur, quo incognita fuit hæc obligatio literarum, prout pluribus oſtenſum eſt à Feliciano de Solis *in tract. de cenſib lib. 1. cap. num. 11.* Ant. Pichardo Vinuela *in commem. Inſtit. ad tit. de liter. obligat. in princ. tit. n. 19. 20. 21. & 22. & in tit. de obligat. §. prius num. 2.*
8 Verum † Petticenſis, & Bartoli opinionem grauiſſime refutauit Emanuel à Coſta *in l. ſi ex cautione in princ. n. 1. 2. & 3. C. de non numerat. pecun.* arbitratus, literarum obligationem non ſoli Triboniano, ſed veteribus quoque Iuriſconſultis cognitam fuiſſe, *per l. non figura, ff. de obligat. & action.* Et quia expreſſe Caius in fragm. *lib. 1. tit. 9 §. literis obligatio & in princ. iſtius tit* literatū obligationē inter genera contractuū collocauit. Quid igitur in hoc opinionum conflictu
9 ſtatuemus? Paucis aperiam. Fateor, † apud Iuriſconſultos nuſquam diſerte poni literarum obligationē, interim tamen illa ipſa obligatio, quæ fit literis, fuit iiſdem notiſſima: quam plerumque ſcripturam ſimpliciter, vel etiam menſæ ſcripturā, *l. qui tabulas, §. inde poteſt, ff. de furt. Vlpian. in lib. Regularum.* (*illo loco*

Manumiſſus

Manumiſſus inter amicos omnia, tanquam ſeruus, acquirebat manumiſſori, vel ſi quid ſtipulabatur, vel ſi per ſcripturam acceperat.) nonnuoquam obligationem no-
10 minum appellant, *l.1.ff.de annuis legat* Et ita † *in l.a.ff. de obligat. & actionib.* obligationes, quæ conſenſu fiunt, neque verborum, neque ſcripturæ vllam proprietatem deſiderare dicuntur: Verborum dicit Iuriſconſultus, vt eas remoueat ad obligationibus, quæ verbis fiunt, ſcripturæ, vt ab his, quæ oominibus fiunt, ad menſam argentarij vel nummularij, citra ſtipulationem, quæ in literis fieri dicuntur, *l.6.C.Theodoſ.de denunt.reſc.Cuiac. lib.22.obſeruat.cap.4.*
11 Quanquam (iogenue loquor) veriſimilius † videtur, quod dicitur, obligationes, quæ conſenſu fiunt, ſcripturæ proprietatem nullam deſiderare, commodius explicari poſſe, de ſcriptura, quæ facilioris probationis gratia fieri conſueuit, non vero de ſcriptura menſæ, & ita perſuaſum mihi habeo ex eodem Caio *in l.contrahitur. ff.de pignor.* cuius ſententiam elegantet, & eloquenter expreſſit Caſſiodorus *libro.vndecimo variar.* Hoc amplius dici poteſt, Vlpianum in *l.2.§. penult.ff. ad Velleia.* dum ait, omnem obligationem Senatuſconſulto Velleiano comprehendi, ſiue verbis, ſiue re, ſiue quocunque alio contractu mulieres interceſſerint, ſub illis verbis, quocunque alio contractu, etiam obligationem, quæ conſenſu vel literis contrahitur, complecti. Atque ita conſtat, iure quoque vetere oon ſolum pro obligatione, quæ vel re, vel verbis, vel conſeoſn, ſed, & pro ea, quæ literis contracta eſſet, fideiuſſorem interuenire potuiſſe.
12 Imo † & pro debito eo, quod debetur mediante vel nobili, vel mercenario iudicis officio (quod vt plu-
13 rimum † obligationem nullam præſupponit, ſiquidem obligatio eſt iuris neceſſitas, quod autem arbitrio iudicis committitur, non ſubjicitur iuris neceſſitatis, *l.non quidquid ff.de iudic.text.in l.qui per colluſionem §.1.ff.de act.empti.l.deducta.in princ.ibi, quæ in obligatione vel officio iudicis fuerunt.ff.ad Trebellia.Cuiac ad African.tract.3.pag 74.*) fideiuſſor peti, & accipi poteſt, ſecundum Iaſon. *in l.centum Capuæ per illum text. ff.de eo quod certo loco, & in l.1.num.*101 *ff.de legat.1.item in l.6. num.6.ff.de verb.obligat.* Bartol. & Alexand. *in l. Marcellus.ff.de fideiuſſorib.* Bart. & vulgo Doctores *in l. cum quis.38.§.4.ff.de ſolutio.* Bald. *in l penult.C.quod cum eo.* Rebuff. *in l.pecunia.§.perſecutionis.col.3 ff.de verbor. ſignific.* Bertazolium *tract.de clauſul.inſtrument.clau.39. glo.1.num.10.* Ludulph. Schrader. *in tract.de feud part. 10.ſect.6. num.100.* Anton. Gomez. *de contract. cap.12. nu.1.* Hieronym. Treutlerum *in ſelect.diſputat.volum.2. teſi 3. lit.C.*
14 Porrò, quemadmodum cauſam, pro † qua pignus nectitur, quod attinet, nihil intereſt, an ob mutuum, an verò ob aliam quamcunque cauſam pignus nectatur, *l.res hypotheca ff. de pignoribus* modo tamen illa ipſa principalis cauſa, & obligatio ſubſiſtat, *gloſſa fin in l.2.ff. de condict.ob turp.cauſ.Iaſon.in l.ſi dari.nu. 3. ff.de verbor.obligat Neguz. de pignorib.par.3.memb.1. num.8.& 9.Gabriel Mudaus late in d.l res.hypoteca.nu. 2 3 4.& ſeqq.ff. de pignorib.* ita quoque, vt dixi, nihil
15 refert, pro qua obligatione † fideiuſſor accedat, verum eam ipſam obligationem per ſe ſubſiſtere, & iure aliquo firmam munitamque eſſe oportet. Non enim
16 † verborum tantum, *vt capite ſeqq.in principio dicam:* ſed etiam rerum delectus in hoc fideiuſſionis negotio eſt habendus, *Franciſc.Lametius in commet.ad l.1.fol.4.*
17 *pag.2.de fideiuſſoribus.* Qua in re † illud ſimile eſt, quod ſtatuta, & leges de creditore, & debitore loquentia, de verò, & efficaci intelligenda ſunt, non autem de eo, qui legitima exceptione repelli poteſt: Ioan. Bap-
Antonius Heringius.

tiſta Aſinius *in tract.de execut.in princ.num.1.* vbi iura, & auctoritates citat.
18 Niſi † igitur obligatio efficax ſubſit, fideiuſſor obligari nequit, *l.fideiuſſor obligari.l.qui contra.vbi Bart.ff. de fideiuſſor. l.1.§ debitum. l.eum qui Epheſi ff.de conſtit. pec. gloſ. in cap. grauis extr. de cenſib. Summa Angelica. verb.fideiuſſor. verſic.1. Mantua ſingul.500. num.3. Surdus deciſ.118. num.10. Plotus in l.ſi quando. num.265 C. vnde vi. Alex. Raudenſis.de Analogis.lib.1.cap.34.num. 21.Petr.Faber in l.nihil.120.§.cum principalis.mihi pag. 290 ff.de regul.iur. Horat.Carpanus ad ſtatut.Mediolan.*
19 *part.2.cap.189.num.25.* Fideiuſſor † namque inefficaciter accedit obligationi nulli, vt ait Petr. Follerus *inter conſil.criminal Zilletti, conſil.75.num 8.volum.2.* non aliter ac obligationi nullæ, & pignus accedere non poteſt, *Neguzant.de pigno.in memb.3. partis, numero 8.*
20 *Vincent.Carocius deciſ.106.nu.6.* ſicut † & inutili obligationi fruſtra adhibetur, *Cephal. conſil.164 num.20. Proſper.Farinac lib.1.tit.4. quæſt.30.num.69.& quæſt.35. Borgin. Caualcan. part.1. deciſ.31. num.156.& ſeqq.* nec
21 † tenet ſatiſdatio iudicialis, vbi non tenet iudicium, *Alex.in l 2.§.ſi quis.nu.2.ff qui ſatiſd cogant.* atque ideo
22 † annullat principali obligatione, annullatur quoque fideiuſſio, *Seuin.conſ.173.in præſenti.col.1. lib.2. Decius conſil 366 col.penult.Iaſ.conſ.131.vol.3.Ant. Quetta conſilio 54.num.1.& 2. Afflict. in conſtit.humanit.col.5. Nouizan.conſil.51.num.17. allegans l.fin.ff de conſtit.pec & c.*
23 *tranſlato.de conſtit.* Fideiuſſor † quippè non tenetur, ſi principalis nulliter promiſit, vt ait Portius Imolco-
24 ſis *in conſil.5.num.11.* Denique † poſtquam principalis non tenetur, non debet quoque teneri eius fideiuſſor: Rebuff. *ad conſtit. Regias, tomo.1 de chirog.recognit. art.2.num.27.* Fab. de Anna *conſil 82.num.5.* vbi plures
25 allegat. Idque adeo verum eſt, vt ipſe † fideiuſſor hanc nullitatem allegare, & ſe ac principalem hoc modo defendere poſſit, *Caſtrenſ.& Iaſ.in d l.2. §.1.ff. qui ſatiſd.cogan.Ioan.Goddæus de contrah.ſtipu.cap.6.concl.2. num.358.& 359.*
Ne verò traditio hæc exemplis careat, vnum atque alterum erit proferendum. Iuxta illud enim, quod dixi, fideiuſſorem non poſſe accedere, vi nulla ſubeſt
26 obligatio, poſt Iulianum ſcripſit Papinianus: *Si debitori deportatio irrogata ſit, quaſi tota obligatione extincta, fideiuſſorem pro eo accipi non poſſe, l.ſi debitori.47. ff.de fideiuſſorib.* Cur ita? Quia deportatione tollitur tota obligatio, hoc eſt, etiam naturalis atque ideo, ſicut
27 † qui pro mortuo, *l.creditore.ff ad Maced.* ita qui deportato interuenit fideiuſſor, inutiliter interuenit, cum eo caſo obligationi extinctæ accedat: *Cuiac.ad African.tract.9. mihi pag.578 Gothofred.in d.l. ſi debitori per l. quoties. 14. in fin. D. de nouat.* Deportatio
28 † enim morti æquiparatur, *l 1. §.penultim.ff. de bon. poſſeſ.cont.tab.§.deportato Auth.de nup Sebaſt.Medic. tract.mors omnia ſoluit.part.2.concluſ.65.num.208.* Nec
29 † multum differt, quo idem Papinianus *lib.8 quæſt o* ſcriptum reliquit, ex quo deinde ſumpta eſt *l. poſtquam.in princip.ff.vt legat.nom. caueat.* ibi hærede ab hoſtibus capto, conditio legati, cuius nomine propoſita ſtipulatione cautum fuerat, extitit. Negauit Papinianus, fideiuſſores interim teneri, quia neque ius, neque perſona eſſet, ad quam verba ſtipulationis dirigi poſſint.
30 Sed prædicta *l.ſi debitori.* pugnare † videtur cum *l.vlt.ff de duobus reis.* ibi duo eandem pecuniam debuerunt, & vnus capitis diminutione exemptus eſt obligatione, alter certè non liberatus: imo etſi alicui aqua, igni interdictum ſit tamen fideiuſſor poſtea ab eo datus tenetur. Accurſius, vt hoc tellum effugiat dicit, *in d.l.ſi debitori.ff.de fideiuſſorib.* fideiuſſorem te-

Digitized by Google

neri quidem,ſed ſine effectu, vt ita ſenſus *l.*°*vlt.ff. de duobus reu* ſit, fideiuſſorem pro deportato datum teneri, ſenſus vero *d. l.debito*·*i. ff. de fideiuſſorib.* non teneri cum effectu. Verum diuinatorium hoc eſt. Tentauerim ergo, ex diuerſitate ſpecierum vtrobique tractatarum antinomiam illam rectè diſſolui poſſe, *in d. l. ſi debitori* Vna rantum eſt perſona, hoc eſt, vnus eſt debitor, quo deportato, & ſic mortuo quaſi, obligatiu tota extinguitur,& nulla obligatio, aut ciuilis,aut naturalis, ſupereſt *leg.creditorem D.ad Macedo.* item obligatio tam rei, quam perſonæ extinguitur, *dicta l.poſtquam,*& *dicta l. quoties. in fine ff. de ſolutionibus l. cum quis.38.in princ ff. de ſolutionibus* Rectè igitur ſenſit Papinianus, iſto caſu fideiuſſorem accipi non poſſe.

Cui equidem non refragatur *l.ſecunda. §. hi qui ff.de capit minut.* vbi Vlpianus docet,eos qui capite minuuntur, ex his cauſis, quæ capitis diminutionem præceſſerunt,manere obligatos naturaliter, ſi naturaliter,ergo fideiuſſor accedere poterit. Nam *in princip.dict.l.2.* Vlpianus annotat, hoc edictum pertinere ad eas capitis diminutiones,quæ ſalua ciuitate contingunt. Ceterum ſiue amiſſione ciuitatis (vt in deportatione *l quinta. ff de capitis minut.*) ſiue libertatis amiſſione contingat capitis diminutio, ceſſare edictum. Et proculdubio huc collineauit Seneca *libr. 4. de benefic.c.29.* dum inquit: *Effice vt idem ſtatus ſit, cum exigis, qui fuit cum promitteres.*

Non officit quoque ſupradictis,quod dicitur; Mortuo reo promittendi ante aditam hæreditatem, fideiuſſorem accipi poſſe,*l.mortuo. ff. de fideiuſſorib.* Cum tamen ſupra deciſum ſit,pro mortuo fideiuſſorem fruſtra interuenire,*creditorem.ff. ad Macedon.* Hæreditas
31 enim † non adita perſonæ vice fungitur, *dicta.l. mortuo.* perſonæ inquam, non hæredis futuri, ſed defuncti,*§ ſeruus.Inſtitut de hæred. inſtitu.l. non minus. 31. §. vltimo ff eodem* ideoque domini loco habetur,*l.ſi are. 15.D. de interrogat actio.*& dominus dicitur, *in l. liber homo 13.§.ſi ſeruus.D.ad leg. Aquil.* dominæque locum obtinet,*l.denique.§ quaſitum.ff. quod vi aut clam* In tantum,vt ſicut nobis ex re noſtra per eos,qui liberi, vel alieni ſerui bona fide ſeruiunt, acquiritur.Ita hæreditati quoque nōdum aditæ ex re hereditaria acquiratur, *l.eius qui in prouincia.ad finem.ff ſi certum petatur.* Vbi autem eſt perſona,quæ obligetur,vt hic, cur negemus fideiuſſorem interuenire, & adhiberi poſſe ? *d.l.quotiens ff.de nouationib.*& *d.l. poſtquam. ff. vt legati nomine caueatur* Quando verò nulla ſupereſt perſona,nec vera nec ficta,non poteſt etiam fideiuſſor accipi, *dicta l. creditorem.*& *dicta l.ſi debitori.* Et hæc dicta ſint de explicatione legis,*ſi debitori ff.de fideiuſſoribus.*

In *l.vltima ff. de duobus reis.* porro duo debitores eandem pecuniam debent, quo caſu io vnius etiam perſona in ſolidum conſiſtit obligatio,hoc eſt,vna potius propriaque obligatio, & vna ſumma eſſe cenſetur, in quam vnuſquiſque eorum in ſolidum eſt obligatus,*l.3.§ vltimo.l 9.§ vltimo.ff.de duobus reis.l.vltim.*
32 *C.eodem.* adeo vt licet † duo rei ſint conſtituti, nihil tamen referat,an ab vtroque, vel ab alterutro fideiuſſor detur, cum, & in ſolidum accipiatur, ſi ab vno ſit datus,*l.cum duo ff de fideiuſſoribus.* Et ſi igitur vnius perſona per deportationem obligationi eximitur,res, tamen obligata manet,imo vt alter reus, qui non eſt deportatus, obligatus ita, & ipſa obligatio in ſuo ſtatu remanet, ideoque eius ratione fideiuſſor dari poteſt, & datus tenetur,*Granius.§.ſed cum duo rei,verſic.igitur alterum.D.de fideiuſſoribus.* Atque iſtam reſponſionem ipſe Pomponius inouit *in d.l.vltima.D.de duobus reis.* dum multum intereſſe ait, vtrum res ipſa ſoluatur,vel an perſona liberetur, duobus reis promittendi conſti-
33 tutis. Solutio † enim rei debitæ proficit vtrique reo, *d.l.Granius.*& *dicta l.3.§.vltimo.ff.de duobus reis.* Liberatio verò perſonæ ei tantum reo proficit, cuius perſona liberatur,nec alterum reum quidquam iuuat,cum
34 perſonalia † perſonas noo egrediantur, *l.ſi duo. 10. D. de duobus reis l.quia tale.D ſolute matre.*

Aliud exemplum habetur *in l. 1. §.2. ff. de verborum obligationibus.* Nam pone,aliquis ita te interrogat, Dabis? Tu reſpondes, Quidni ? Es vtique in ea cauſa, vt obligeris. Contra ſi ſine verbis audiuiſſes,non tantum autem ciuiliter,ſed nec naturaliter obligatis, & ideo rectè dictum,non obligari pro te ne fideiuſſorem quidem.

Cæterum prædictis addendum eſt,non ſolum opus eſſe, vt ſubſit aliqua obligatio,adquam fideiuſſor accedat,
35 ſed requiri etiam,vt † illa ipſa obligatio ſit honeſta, licita, & auctoritate iuris roborata. Neque
36 † enim proillicita,& ob rei naturam, quæ non eſt in hominum commercio,legibus improbata,aut turpi ac inhoneſta, aut impoſſibilis rei vel facti obligatione, fideiuſſor interuenire,poteſt,*l.cum lex l.ſi à reo.§.vltimo.ff.de fideiuſſoribus. Alciatus in l.pacto quæ contra numer quadrageſimonono C.de pactis.Franciſcus Iameti in dicta l.1 fol.4.pag 2.ff.de fideiuſſoribus vbi Alciatum citat. Franc. de fideiuſſoribus. cap 3. numero. 334.* Cuius
37 enim rei nullum eſt principium, nullum, etiam conſequens eſt, *Ioan Goddæus de contrah ſtipulat.cap.6.concluſ.23.nu 354.* Quare ſi venditio † dolo vel metu facta fuit extorta, proque ea fideiuſſor interuenerit, fideiuſſor, non tenetur, cum propter contrahentis odium principalis per exceptionem doli mali ſit tutus, *gloſ. dict.l.cum lex.l.ſi donationis.C.de his,qui met.cauſ.Bartol.in l.ſi quis.pro eo in princ.num.15.D.de fideiuſſoribus.*& *in l.ſi prædium.numero 5 verſic.ſed pone.C.de iure dotium.* Quod etiam in Camera Imper. Dominos Aſſeſſores ſecutos fuiſſe, apparuit in cauſa Iacob Lubingeri contra hæredes Prioris, & Monachorum Fuldenbachij Ann.1569. 11. Februarij, vt videre licet in ſententijs Cameræ Imperialis, per D.Chriſtianum Barthium,Aſſeſſorem laudatiſſimum, & eruditiſſimum e-
39 uulgatis. Vnde † in ſpecie traditum eſt, quod fideiuſſor oon poſſit accedere contractui facto ab iniuſte carcerato,quia obligatio eſt inualida, *l qui carcerem. vbi DD ff. quod met.cauſ. Affl ct.dec.149.Gerardus Mazollus conſil.81.nu.5. Matth.Cuno lib,1.de pactis.cap. 22. num.126.* faciunt tradita per Auſer, *in additionibus ad Capell. Tholoſan. quæſtion. 399.* Camillum Borellum *in tract.de compromiſſis.§.1.glo.3. verſic.vigeſimonono quære num. 205. & ſeqq.* Pertinetque ad hoc propoſitum elegans locus apud Liuium *decad. 1.lib.9 mihi pag.201.* vbi ita Conſul. Poſthumius loquitur: *Quid tandem ſi ſpondiſſemus vrbem hanc relicturum populum Romanum? ſi incenſurum? ſi magiſtratus, ſi ſenatum, ſi leges non habiturum? ſi ſub Regibus futurum? Dij meliora,inquis. Atqui non indignitas rerum ſponſioni vinculum leuat.*
40 Sic † ſi cum aliquo contraham,quod velim illi dare centum,ſi Titium occidat & dederim alium reum, datio iſtæc nullius eſt momenti, cum quia ipſo iure tale mandatum propter rei turpitudinem nullum eſt, *l ſi remunerandi §.rei turpis.l. ſi mandauero. 22. §. qui ædem ff.mādati.l.quod ſæpe § primo ff.de cōtrahend.emption.* tum etiam,quia vulgodictum eſt, maleficiorum
41 fideiuſſorum accipi noo poſſe, *d.l.ſi à reo.§.vltimo ff.de fideiuſſor* quodq; generaliter nouimus, turpes ſtipulationes à iure plane improbari, *l. generaliter.26. cum l. ſequēti.l.ſi flagitij.122.ff.de verborum oblig.§. quod turpi ex cauſa.& ibi Anton.Pichard Vinneſa Inſtit.de inutil. ſtipul cap.in malis de reg.iur.in 6* Etiam ſi iuramentum accedat.*Cauar.inc.quamuis.par.1.§ 6 numer 6. & part.*

2.in

*princ.nu.1.Pichard.d.loco.nu.2.Io.Goddans de contrah.
ſtipul.c.6.concluſ.13.nu.168.& ſeq.*
42 Hoc amplius, ſi debitoris mei † ſepulturam (contra legem Iuliam de vi publica, *l.ſepulchri. 8. ff. de ſepulch. viola. Alciat.lib.10.parerg cap.4.in prin.l.ne corpora.ff.de religioſ.& ſump.funer. Æmyl.Ferret.reſponſo 33.nu.5.& 6.Conſtant.Harmenop.lib.3. Epitom. titul.5. Rubrica de temeritate creditorum*) impediam, nec aliter eum humari permittere velim, quam ſi fideiuſſorem mihi dent ipſius hæredes, aut pignora, non ſolum pignora reddenda ſunt, ſed abſoluuntur etiam fideiuſ-
43 ſores, & omnia ſine vlla innouatione (quidquid † etiã dicat Lucas de Penna *in l.Circenſium.nu.2. C. de decurionibus libro decimo.* aſſerens, debitorem non poſſe ſepeliri inuito creditore, niſi ei prius ſatisfiat, & allegans *c.1.diſtinct.63.* vbi verbum nullum hac de re) in priſtinum ſtatum reducuntur; *l.cum ſit iniuſtum cum duabus authen.tic.ſequentibus C.de ſepulch.violat.Iacob. Cuiac.in Nouella 59.* Vide Angelum de Clauaſio *in ſumma.verb.ſepultura.nu 34.* Boerium *deciſ. 187.nu.2. & 3.* Ludolph.Schrader.*de feudis part.9.cap.4 nu. 112.* Henricum a Roſenthal.*in tractat.de feudis tomo 1.cap. 10.concl.20.num.14.& 15.* Thom.Grammat.*deciſ.82.* Pet. Peckium *de iure ſiſtendi.c.5.a.23.* (vbi admodum pulchre hæc tractat) Anton.Gomez.*de contract. tomo*
44 *2 c.12.nu.36.* Et quamuis † olim in Anglia aliud forte fuerit obſeruatum ceu conſtat ex Peck. *dict. num. 23.* quemadmodum etiam Petr.Rebuffus *in l.ſi cui.12.mihi pag.108 ff.de verborum ſignif.* ſcribit: Illa iura de ſepulchro violato, in Francia non obſeruari. Tamen hodiernis temporibus non ſolum in Anglia, & Francia: ſed etiam in Hiſpania & Belgio ex Conſtitutione Caroli V. ad iuris ciuilis diſpoſitionem eſt reditum. *Peck.Grammat & Gomez.vbi ſupra.*
45 Idque adeo verum eſt, vt † merito quoque reprobetur opinio Angeli, & aliorum, exiſtimantium, creditorem, qui ex pacto vel vigore inſtrumenti guarandigionati poteſt iubere debitorem ſuum comprehendi, poſſe etiam illius cadaueris ſepulturam cum iudicis licentia, ſequeſtro impedire. Eſt enim iuri, rationi, & vtilitati publicæ contraria. Marſilius *ſingul. 199.inci. In iure expreſſum.* Ioan.Boniſac.*de furtis §. animo lucri faciendi.nu.76.in fine.* Contradius Lancillottus *de officio prætor in cauſis criminalibus Rubric.de captur an.12,* Matthæus Coletus *de proceſſ.execut part.1.cap.6.num. 105.cum ſequentibus* Grammaticus *d.deciſione 82. num. 6.* aſſerens, ſuo tempore per 30. & plures annos in magna curia Regum Domus Arragonum, nunquam ſecundum Angeli opinionem iudicatam eſſe.
46 Diſcrepat tamen ab his Ægyptij † Regis Aſychis inſtitutum, qui, vt mutuandi frenaret leuitatem, in parentum cadauera pignus ſanciuit, & ſepulchri poteſtatem in creditorẽ contulit, vt auctor eſt Herodotus *in Euterpe.mihi pag.68* Eo etiam reſpexit Ambroſius *in libro Tobia.cap.10.* dum inquit: *Quoties vidi à fœneratoribus teneri defunctos pro pignore, & negari tumulum, dum fœnus expoſcitur. Sicut refert Hottomanus*
47 *in quæſtio. illuſtr. q.26.mihi pag.167.* Sanè, † cum Pollantina plebs funus cuiuſdam Primipilaris non prius ex foro miſiſſet, quam extorta pecunia per vim hæredibus, ad gladiatorum munus, Tiberius Cæſar cohortem ab vrbe, & aliam per diuerſas portas in oppidum immiſit, ac partem maiorem plebis, ac decurionum in perpetua vincula coniecit; vt refert Sueton.
48 *in vita Tiberij.mihi pag.133.* Et † in genere, ſepultura luctuque ad finem prohiberi, non niſi magnorum ſcelerum ſuſpendios (puta parricidij, perduellionis) ſemque ſuſpendioſos, non moris apud priſcos. Inualuit ſub tyrannis tandem, vt auctor eſt Iuſtus Lipſius *in*

Antonius Heringius.

comment. ad Corn.Tacit.lib.6. annal.n.70.
49 Pariter, ſi † à mulieribus in ſcena detentis fideiuſſor exigatur, quod nimirum obſeruabunt, & impiam complebunt operationem pœnitentiæ tempus non habentes, fideiuſſor quidem ſine obligatione recedit, & nulla infertur ei neceſſitas perſonarum harum præſentationis, *l.ſacram.39.C.de nupt.l.ſacram. 33. Cod.de Epiſc.and.Nouell.51.*
50 Fœminas † porro in ludum ſcenæ, & orcheſtræ deſcendiſſe, & in publico depugnaſſe, donec id prohiberetur à Seuero, teſtantur Iuſt. Lipſius *lib.2.Saturnal. c.4.ac in comment. ad Tacitum.lib.15.annal. num.49. & Hippol.à Collibus in lib.de increm.vrb.c.19. Imò, & Papinianus noſter in l.10. D.ad l.Iul.de adult.*
51 Sic ſi † quis, vt ſuffragio ſuo aliquem in Epiſcopum eligat, vel aurum, vel cautionem, vel pignorum, & fideiuſſorum dationem. ac oblationem ſuſcipiat, non ſolum talis fideiuſſio vacat, ſed etiam ſi quid acceperit, id ipſum cum altero tanto reddere cogitur. *Nouell.123.de Sanctiſſ Epiſc.cap.2.in fin.* ex qua ſumpta eſt Authent *quod pro hac, C. de Epiſcopis, & Clericis*, cui conſonat traditio Hieronymi Gabrielij *in conſ.43.n.27* vbi dicit; Quod fideiuſſor pro eo, quod quis debet, non intelligitur obligatus pro debito inefficaci, ſubiiciens tandem in ſpecie *n 28.* quod in pactis ſimoniacis non obligetur fideiuſſor, cum illa ne quidem naturaliter obligent.

Neque verò hæc, quæ dixi, ſolummodo procedunt, ſi contractus, vel factum lege aliqua corpori iuris in-
52 ſerta improbentur, ſed † etiam locum habent, quando ex lege aliqua particulari alicuius Regni, Ducatus, Prouinciæ, vel Ciuitatis contractus factumq; pro improbatis habentur. Exempli gratia: Ex lege Regi,
53 Hiſpanorum † ampliorem quantitatem pater dotis nomine pro filia promittere non poteſt, quam ex parte legitima illi obuentura eſt, etiam meliorando eam (quod aiunt) in tertia ac quinta parte bonorum. *Couar.de ſponſalib.2.partic.cap.3.§.9.nu.3.Ioan. Oroſcius in l.omnes popul.nu.147.D.de iuſtitia, & iure.* Et patre contra faciente, poterunt hæredes ipſius dotem illam, veluti inofficioſam, ad legitimum modum reſtringere, *l.vnica.C.de inofficioſ.dot.* Quod ſi igitur parens ampliorem dotem ita promittens, quàm illi ex lege illa, licet fideiuſſorem det, neque parens, neque fideiuſſor obligabitur, *per text.in d.l.cum lex. D. de fideiuſſoribus.* alioquin non rebus, ſed verbis lex impoſita videretur, *contra l.2.C.commun.de legatis.* atque ita notabiliter tradit Anton.de Padilla *in authent.res quæ.n.18. & 19.C.communia de legatis.* Sic ordinatione Regni Luſitaniæ, *lib.4.tit.66* interdictum eſt quibuſdam perſonis, inter alias autem etiam adminiſtrationibus. Capellarum, ne pecuniam, vel aliquid accipiant pro ingreſſu conceſſionis emphyteuſeos. Anton.de Gamma *deciſ.Luſitan.55. num 2.* Neque igitur pro tali pecunia fortè promiſſa fideiuſſorem accipere poterunt, ſiquidem contractus planè eſt nullus, & pro tali quoque declarari debet. Faciunt tradita per Aluarum Valaſcum *de iure emphyt.q.10.*
54 Aliud † exemplum ſumi poteſt ex priuilegio Noribergenſibus ab Imperatore Friderico, Anno Chriſti 1464 Noostaſij conceſſo. Cum enim ibi ſtatutum ſit, quod Magiſtratum Noribergenſis, ſi deprehendant quenquam ciuium, poſt mortem parentum, bona ſua perdidiſſimè abligurire, alienare, oppignerare, vel quouis alio modo grauare, & contractus damnoſos inire, huic illico curatores ordinare debeant, ac poſſint, & quod omnia taliter ſine conſenſu parentum, vel curatorum geſta ſint prorſus nulla, & inutilia, ſeu vt verba formalia ſonant, nullus ſit, qui nec poſſit, nec

Digitized by Google

velit, aliquid ſoluere pro illis omnia enim acta ſint
irrita quo in his cauſis facta erunt, &c. conſequens
lauè ſit, & hoc caſu fideiuſſoris darionem inutilem,
& prohibitam eſſe, *d.l. non dubium. C. de legibus.*

55 Sed iam † pone, Fideiubet aliquis ſine expreſſione
alicuius cauſæ, hoc eſt, nulla mentio fit eius negotij,
quod vltro citroque geritur, vel eius obligationis, pro
quo quave fideiuſſor interuenire debeat, an nihilomi-
nus fideiuſſio illa valebit? In hac quæſtione prima
fronte Hippolytus *in Rubric. de fideiuſſoribus. nu.* 518.
dicendum putat, non valere talem fideiuſſionem, quia
56 † promiſſio ſine cauſa eſt inualida, & ſimiliter obli-
gatio ſine cauſa eſt inualida, *l. cum de indebito. § fin. ff. de
probationibus. cap. ſi cautio. de fide inſtrument.* Vnde e-
tiam Alexand. *in conſil.* 181. *incipiente, Lectis, & pondera-
tis.* dicit, quod nedum debet eſſe cauſa in obligatione,
ſed etiam requiritur, vt ſit apta, & intelligibilis, quia
57 paria ſunt, † cauſam non exprimere, vel exprimere
58 quidem, ſed non apta, vel intelligibiliter. Imo † fide-
iuſſionis cauſa ceſſante, debet etiam ceſſare ipſa fide-
iuſſio, vt ſenſerunt Bartolus *in l. in omnibus. ff. de adept.*
Tiraquellus *in tractat. ceſſante cauſa. part. 1. numer.* 12.
Surdus *deciſione* 276. *& deciſione* 276. *num.* 7. Saxon.
in conſuet. Turon. ꝯ. titul. 1. *§* 24. *glo.* 3. *verſic.* 6. *facit. mi-
hi pag.* 27.

59 Ipſe tamen Hippolytus † *d. loco. num.* 519. diſtin-
guit, vtrum talis fideiuſſio facta ſit extra iudicium, aut
an in iudicio, ita vt primo caſu propter calorem iudi-
ciorum, valeat, & confirmetur. Secundo verò caſu
non item: eamque ſententiam iuxta ſecum tenere di-
cit Speculat. & Baldum *in locis ibi allegatis* Sed religio
60 † mihi eſt, ponere talem diſtinctionem, cum aperto
iure deſtituatur. Et magis probo ſententiam Alexand,
in conſil. 25. *colum. vlt. & in conſil.* 197. *num* 12. *lib.* 2. vbi
61 reſpondit, fideiuſſorem præſumi † fideiuſſiſſe pro cau-
ſa, de qua fuerat tractatum in actu præcedenti, de qua
certè præſumitur præciſè actum, quando in continen-
ti contractus eſt ſecutus: & Alexandro adſtipulantur
Alciatus *de præſumption. regul.* 2. *præſumptione* 24 *nu.*
2. Socinus ſenior *in conſil.* 275 *colum.* 4. *verſic.* 2. *quia.
lib.* 2. Menochius *de præſumption. lib.* 3. *præſumptione*
49 *numer.* 4. *& lib.* 6. *præſumption. præſumptio.* 12. *numer.*
10, Ioſeph, Maſcard. *de probat. concluſio.* 614. *num.* 4. De-
cianus *reſponſo* 72. *num* 8. *volum.* 2. Stipulatio enim, &
promiſſio recipiunt interpretationem à cauſa antece-
dente. *gloſſ. in verb. cogitauerit. in l. triticum. & ibi Bart.
& Alex. nu.* 5 *ff. de verbor. oblig.* Et à primordio tituli
poſterior formatur euentus, *l. 2. Cod. de impon. lucrat. de-
ſcript.* latè Menoch. *de præſumpt. lib.* 3. *præſump.* 49. De-
nique actus præſumitur factus in executionem præ-
cedentis cauſæ, *glo. in l. quædam mulier. & ibi Bart, Al-
beric. Angel. & Caſtrenſ. ff. de rei vindic. Crauetta conſi.*
231. *num.* 12. *& conſi.* 226 *num.* 5. *Cacheran. deciſ.* 51. *nu.*
17. *Menoch. de præſumpt. lib.* 2. *præſumpt.* 74. *num.* 3. *lib.* 3.
& præſumpt. 134 *num.* 30. *Vincen. Carocius deciſ.* 113. *nu.*
16. 18. 19. *&* 20.

Nec aduerſatur ratio Hippolyti, quod promiſſio
62 ſine cauſa non valeat, fallit † enim, vbi ſtipulationem
præceſſit aliqua cauſa, ad quam ſtipulatio, vel promiſ-
ſio referri poſſit, *gloſ. & Dd. in d. l. Triticum. ff. de ver-
bor oblig. Fel. in c. ſi cautio. nu.* 14. *&* 12. *fallentia. extra, de
fide inſtrum. Cephalus. conſil.* 108 *n.* 1. 2. *&* 3. *lib.* 1, *quibus
iunge ea, quæ ſcribis Menoch. de arbitr. iud. q. q. caſu* 470.
Eman. Soarez. lib. 1. *obſer. cap.* 25. *& in com. opin. dit. S. nu.*
204 *Ioan. Goddæus de contrah. ſtipul. cap.* 3. *num.* 74. 75.
76. 77. *&* 78.

63 Plane, ſi † omnino nulla ſubſit cauſa, ad quam re-
ferri poſſit obligatio, ſed quæ cauſa ab iuſto errorem,
& ignorantiam habeat, tum fateor fideiuſſionem nul-
lam eſſe, & tam fideiuſſori, quam reo, ſi conueniantur,
exceptionem dari debere, *per text. in l. ſi ſtipulatus eſſes*
15. *in princ. ff. de fideiuſſoribus. Ioan Goddæus. d. loco. nu.*
73. Nam finge, dominum referre in ſuas rationes,
ſe debere ſeruo tuo, cum omnino neque mutuum ac-
ceperit, neque vlla cauſa præceſſerit debendi: profe-
cto nuda ratio cum debitorem non efficiet, *l. non ſolum
§. vltim. ff. de pecul. iuncta l. nuda ratio ff. de donat.* quod ſi
igitur dominus fideiuſſorem dederit, tanquam debi-
tor, atqui equidem tenebitur is, niſi seruus probet, ex
qua cauſa dominus debuerit, aut quod tantam pecu-
niam ei donare voluerit, *Goddæus d. capit.* 3. *nume.* 57.
& 73.

64 In quam † verò ſummam, & in quam quantitatem
fideiuſſor interuenire debeat, & poſſit, nuſquam, quan-
tum recordor, in iure noſtro, aut apud interpretes eſt
expreſſum. Dicitur quidem *in l. cum clericus. § memo-
rati, C. de Epiſcop. & cleric.* quod Eccleſiæ Oecono-
mus, vel defenſor pro clericis ſuæ Eccleſiæ fidem ſuam
interponere, vſque ad quinquaginta libras auri (hoc
eſt, vſque ad 3600. aureos, 72. nimirum aureis pro vna
libra computatis, *iuxta l. quotieſcunque C. de ſuſcept. &
arca. lib.* 10. *Iaſon. in fin.* §. 1. *ff. de in ius voc.*) fideiuſſor
exiſtere poſſit. Sed id regulam non facit vniuerſalem,
vnde & in maiorem ſummam alij fideiuſſores ſe obli-
gare poterunt.

65 Verum enimuero † fideiuſſores, & in partem pe-
cuniæ, & in partem rei rectè accipi poſſunt, *l. fideiuſſo-
66 res* 9. *ff. de fideiuſſoribus.* Sicut & † pignus, *l. res hypo-
theca. verſic. ſed. & non ſolum de ff. de pignor,* ita vt non
67 ſit opus, vt † eandem ſemper debeat ſummam fide-
iuſſor, quam debet principalis, cum & minorem de-
bere poſſit, *§ fideiuſſores. inſtitu. de fideiuſſionib.* qua de
68 re infra *capit.* 24. plura ſum dicturus. Quod † igitur
Zobelus *in addit. ad conſtit. lib.* 2. *artic.* 10. *lit. B.* dicit, de
iure Saxon. in ciuilibus præſtandum eſſe fideiuſſorem
ad totam cauſam, in criminalibus verò vſque ad
VVerigeldum tantum, &c. verum eſſe poterit, ſi &
fideiuſſor pro tota cauſa interuenire velit, *iuxta d. l.* 9.
ff. de fideiuſſoribus.

69 Cæterum illi, qui inſtrumenta † fideiuſſionum con-
ficiunt, cautè dent operam, ne in ſcribenda quantita-
te, pro qua fideiuſſum eſt, aberrent, alias enim illi te-
nebuntur *iuxta l. vltim. C. de magiſtratib. conueniend. l.*
1. *§.* 8. *ff. eodem tit. l. mulier. C. de iure dot.* & vtrobique
70 notauit Dionyſ. Gothofredus. Præterea † ſupradicta
locum habent, non ſolum, ſi in obligatione ſit ſumma
certa, ſed etſi incerta, quæ tamen calculis factis certi-
ficari queat, ſi quidem ſatis certa eſt obligatio, quæ po-
teſt ex relatione ad aliud verificari, *l.* 4 *§. ſi iudex ff. de
re iud. l. pen. C. de ſent. quæ ſine certa quantit. profer.* Alias
minimè ambigui iuris eſt, quod rei incertæ fideiuſſio
planè nulla ſit, *l. ita ſtipulatus. ff. de verb. oblig. Fride.
Prukeman conſ.* 15. *n.* 23 Atque † inde in ſpecie conſu-
71 luit Tiberius Decianus *conſ.* 72. *nu.* 10. *&* 11. *volum.* 2.
(cuius dictum approbat Pruckman. *d. conſ.* 15. *nu.* 24.)
pro ſumma incerta, ſed de proximo certificanda, fi-
deiuſſorem interuenire poſſe, pro quo facit text. *in l. ſi
ita ſtipulatus à Seio ff. de fideiuſ. & in l. vbi autem* 75. *§.
qui vero à Titio ff. de verb. oblig* vbi Cuiac. videto, & te-
gi infra *cap.* 24. *num.* 23. Dicitur enim certa, etiamſi
veniret certificanda ex futuro euentu, ſiue per relatio-
nem, ad aliud, expreſſioque requireretur pro forma,
vt pulchrè deducit. M. Anton. de Amatis, *deciſ.* 4. *num.*
72 39. Sic etſi † incerta ſumma fideicommiſſi ſit, nihi-
lominus, tamen ad arbitrium eius, qui cognoſcit, fa-
cta taxatione fideiuſſores petuntur, *l. ſi quando.* 6. *D. vt
legat. non. caueat.*

Quadrant eodem quoque, quæ tradit Conrad.
Lanca-

Google

Lancilotus *de offic. prator. in cauſ. crim. Rubr. de captu-*
73 *ra num.21. & 22.* vbi eleganter demonſtrat, quod † cap-
tura concedi poſſit pro debito incerto, conditionali
vel in diem, ad hoc vt quis ſatiſdet, de ſtando iuri.
Huc etiam ſpectat traditio Bartoli, *in l. non ſolum. §. ſi*
74 *ſtatus. ff. de procurat.* vbi inquit: Quod fideiuſſio † e-
tiam in cauſa inæſtimabili debeat præſtari de certa
quantitate expreſſa, quam ſequitur Bertach. *in reperto-
rio. pag. 470. colum. 2. in prin. per l. 2. in fin. ff. qui ſatid.
cogantur.*
75 Quinimo † vt de futuris paciſcimur, *l. pactum. 46.*
76 *ff. de pactis.* Et ad litem futuram † procuratorem da-
77 mus, *l. 3. ff. de procur.* Item de futuris † tignis non immit-
tendis cauemus *l. egi. 12. ff. ſi ſeruit. vind.* Ita quoque
78 † ratione futurorum fideiubere poſſumus Hierony-
mus Trenderus *ſelect. diſputat. volum. 2. diſputat. 28.*
79 *theſ. 3. & in gloſſa F.* Vtcunque enim † futura pendent,
& ſunt incerta, & hoc amplius caduca eſt memoria
futuro imminentium, Seneca *lib. 3. de benefic. cap. 3. &
4.* Vnde Polybius *lib. 11. mihi pag. 627. & lib. 2. pag. 103.*
rectè ſcriptum reliquit. Multa futura humana pru-
dentiam fugere. Item: Nunquam de futuris rebus
velut iam factis conſulendum eſſe, neque ſpem in iis
prælocandam, quæ euenire aliter poſſint. Nulla quo-
que futurorum poteſt exiſtere comprobatio, cum
hæc ſit conditio futurorum, vt teneri, & comprehendi
nullis poſſint anticipationis attactu, vt ait Arnob. *libr.
1. adue. gen.* Nec futura, & incerta poſſideri poſſunt, *l.
3. §. incertam ff. de acquir. poſſ.* vlterius nec de futuro iu-
dicium eſſe poteſt, *l. non quemadmodum. ff. de iudic. inte
80 verſ. non peti poſſ. ff. de verb. oblig.* neque etiam pro †
vſuris futuris cum nondum debeantur, caueatur. *l. 1.
§. 2. ff. de vſuris.* Ex quibus textibus generaliter con-
cludit Raphael de Raymundis *in conſi. 36. inter conſilia
criminalia Ziletti. num. 2. volum. 1.* Iudiciales ſatiſda-
tiones non ſuper delictis, & obligationibus futuris;
81 ſed ſuper præteritis interponi ſolere: futuræ † tamen
vt ſpe ac obligationis: ita & actionis fideiuſſor acci-
pi, & dari rectè poteſt, *d. l. non quem admodum. & l. eo
tempore. in fin. pr. ff. de peculio. l. 4. l. 6. §. vlt. ff. de fideiuſ-
ſorib. l. ſi vſusfructus mihi ff. vſufruct. quem cautat.* Ferdi-
nand. Vaſquius *illuſt. controuerſ. cap. 40. num. 8.* Licet
Bartolus *in d. l. 4.* ſubijciat, hodie non eſſe in vſu, vt
pro futura actione fideiuſſor detur, ſed præſtari pro-
miſſionem, indemnitatis. Et futuræ actionis ele-
gans exemplum ſumi poteſt, *ex l. ſpem futuræ. C. de
donationib.*

Memineris tamen hæc, quæ dixi, non ſolum proce-
dere ratione futuræ obligationis, & actionis, ſed &
82 aliarum rerum, futurarum Sic enim † operis futuri
fideiuſſor rectè accipitur, *l. ſtipulatus eo opus 44. ff. de fi-
83 deiuſſoribus.* Item † operis in futurum demoliendi, *l.
vnic. C. de nou. oper. nun. l. prætor. ait. §. deinde. ff. eod. l. egi
84 12. ff. ſi. ſeruit. vind* Et denique † damni infecti, hoc eſt,
eius quod quidem nondum factum eſt, ſed quod futu-
rum metuimus, *tot. tit. ff. de dam. infect. gloſ. ger. lib. 2. art.
65. num. 3.* Ioan Brechæus *in l. habere. 88. §. cautum. nu.
3. ff. de verb. ſign* vbi dicit, quod hæc cautio iudicis of-
85 ficio petatur. Et quidem † non tantum in allodiali-
bus, ſed & in feudalibus præſtanda venit. *Ripa in l. ob-
ligatione. num. 38. ff. de pignorib. Petr. Nicol. Mozzius de
contract. ti. de pignorib. ſub Rubr. de reb. qua pig. dari poſſ.
num. 25.* Itaque ſi vicinus ex cauſa damni infecti mit-
tatur in feudi poſſeſſionem, ob cautionem à vaſallo
non præſtitam, etiamſi vaſſallo poſtea moriente, feu-
dum ad alium deuoluatur, non tamen immiſſus dece-
dere tenebitur, niſi ſucceſſor ei damnum datum, ſi-
mul etiam impenſas, ſi quas fecit, reſarciat inſuper
de futuro damno, ſi quod etiamnum timetur, caueat
Antonius Heringius.

*l. ſi finita. §. item videamus. & §. ſi iam ruerint. l. cum po-
ſtulaſſem. §. damni. & ibi Bart. Ioan. de Imol. ff. de dam.
infect.* Andreas Kohl. Gemma *in exercit. legal. exercit. 2.*
86 *num 61.* Suntque paſſim † alia quoque in iure noſtro
exempla, in quib. ex cauſa præſenti agitur occaſione
eius quod aliquando in obligatione erit, *l. quod in diem
verſ. Si autem non venerit. ff. de petit. hered. in l. Aquilia.
ff. ad l. Aquil. l. quidam tabularum. ff. de furt. l. locum. §.
condemnatio. ff. de tab. exhib.*
87 Nolim tamen † ego cuiquam auctor eſſe, vt tam
indiſcrete, & indiſtincte fidem ſuam obſtringat, ſed
ſuadeo potius, vt diſertis verbis explicet, in quam
ſummam ſe obligare velit. Nam ſi fideiuſſor non ex-
preſſerit certam futuræ obligationis quantitatem, po-
terit poſtea in immenſum teneri, *l. ſi ita ſtipulatus. 55. ff.
de fideiuſſorib.* præſertim ſi res ſit indiuidua, cuius reſ-
pectu fideiuſſio præſtari debet pro toto, non pro parte,
tunc enim non releuat, *Horat. Carpanus ad Statut. Me-
diolan. par. 1. cap. 111, n. 103.* Hinc illud monitum ſapien-
tis Romani, *lib. 4. de beneficijs. cap. 39. Sponſum, ait, hoc
eſt. ad ſponſionem deſcendam. quia promiſi, ſed non ſi in in-
certum ſpendere iubebis, ſi ſiſte obligabis.* Quanquàm
eius præcepti immemor Alciatus *in l. vlt. n. 15. ff. ſi cert.
petatur.* aſſerit: Quod fideiuſſor etiam in caſum incer-
88 ti accipi poſſit. Et proinde † valde periculoſum eſt
meritò, ſi pecuniæ ſumma (pro qua quis fideiuber)
conſulto in contractus formula non exprimatur, ſed
indefinite ſaltem nominetur, Quia pecuniæ quanti-
tas eſt exprimenda. Si enim creditor deinde aliquam
ſummam petat, quam debitor accepiſſe, item, pro qua
fideiuſſor ſe fidem ſuam interpoſuiſſe inficientur, vn-
de, quæſo, ſumet probationem ſummæ adnumeratæ,
ſi nec teſtes forte numerationi interfuerint? Quis edo-
cebit etiam iudicem, an moneta fuerit minuta vel
groſſa, an thaleri vel floreni, an hi ipſi probi, pondero-
ſi, & vſitati, vt tamen neceſſitas, requirit, iuxta tradi-
ta per Colerum *de proceſſ. exe. ut part. 1. cap. 10. num. 3.*
86 *in princip. ac nu. 4. cum multis ſeqq* Et proinde † pru-
denter ſtatuerunt Lubecenſes, *lib. 4. Statutor. tit. 11.
art. 4.* Quando vnus pro altero fideiuſſionem facit,
ſummam pecuniæ pro qua eſt fideiuſſio venit expri-
menda.

Exemplum aliud ponamus in ſocietate. Si quis
90 enim pro † vno ſociorum fideiuſſor extiterit, non te-
netur quidem ad certam aliquam ab initio quantita-
tem, ſed ex poſt facto certificandum eſt id, in quo fide-
iuſſor eſt obligatus, puta ſi ſocius ille negligens fue-
rit, vel quid aliud egerit in ſocietatis incommodum:
tunc liquidari primo debet, quæ lucra, quæ damna ra-
tione iſtius ſocij obuenerint, vel obuenire potuerint,
vt exinde intelligatur, quatenus teneatur fideiuſſor,
vt ait Petrus de Vbaldis, *in tract. de duobus fratribus. in
15. quæſt. princip. numer. 8. per l. 1. ff de tut. & rat. diſt. l. 1.
ff. de fideiuſſ. tut.* Verum quia ex iſta liquidatione
facillime damnum pati poteſt fideiuſſor, conſultius
eſt, vt ab initio exprimat, an in omnem cauſam, vel
an in partem tantum rei teneri velit, *iuxta d. l. 9. ff. de
fideiuſſ.*
91 Sic ſi Dominus † Caſtrum, vetuſtate ſiue alio quo-
dam vitio paulatim procumbens, alicui in Emphyteu-
ſin concedat, ſub cautione fideiuſſoria, vt id Emphy-
teuta reconcinet, ſarciat, vel etiam collapſum re-
ſtituat, & poſtea impetu fluminis, præter ſpem, & ex
improuiſo omnia rapientis, illud ex poſt facto diſſipe-
tur, vel ſimili fortuito caſu diſijciatur, vel ab hoſte ex-
cindatur, non tamen tenetur Emphyteuta, vigore præ-
ſtitæ cautionis, de ſuo reædificationis ſumptus ſuſti-
nere, ſiquidem cautionem de meliorando, expreſſam
aut tacitam, ad incogitata referri inhumanum eſſet,

l.fluminum,14 §.hac ſtipulatio.l.damni. 43. ff. de damno infecto. Petrus Gilkenius in tract de impenſis, par. 2. cap. 9.nu.19 & 20.

Hactenus itaque oſtendi ſatis diligenter ad hoc vt
fideiuſſor efficaciter obligetur, omnino præuiam ali-
quam obligationem(non diſtinguendo inter obliga-
tionem dandi vel faciendi, ſecundum Iaſonē *in l.ſi ita*
ſtipulatus.nu 8 ff de verb.oblig.) eamque honeſtam,&
certam requiri. Cæterum hanc doctrinam limitant
Dd.noſtri, vt non procedat, ſi fideiuſſor iurauerit,
9b † tunc enim eum obligari volunt, etiamſi nulla ſub-
ſit obligatio, non quidem vt fideiuſſorem (quia hoc
repugnat naturæ fideiuſſionis) ſed vt expromiſſorem,
qui etiam pro non obligato intercedere poteſt. Bar-
tol.Angel.& Imol *in l.ſi quis pro eo ff de fideiuſſ.*Ludo-
uic.Roman,*conſ.373. incip. in caſu propoſito. circa med.*
Hippol.*in Rubr.de fideiuſſo.numero.321.* Alex. *conſilio.*
102. in 5. volum. Paris. *conſilio. 18. numero. 118. & 119.*
vbi communem dicit, *vol.2.* Natta *conſilio. 262.* Ioſe-
phus Ludouic. *deciſio. Peruſina 27. numero 2. part. 1.*
Guidus. Pancirolus *conſilio. 45. numero. 38.* Decianus
conſilio.72. numero. 9. vol.2. Eberhard.*in Topic. loco à*
vi iuramenti.nume.22 Marcus Anton. Baueria *in tract.*
de virtut.iuram.in prin.numero 1.& plures alij ab ipſis
laudati.Qui præterea hoc quoque argumento nitun-
93 tur,quod iuramentum † faciat actum valere omni me-
liori modo,quo poteſt, *Bald.in l.ſi prædium C.de iure*
dot. Bart.l rationes.num 4.C.de probat.Eberh. in Topic.
d.loco à vi iuram numero 22.Ioan.Sichar.in l. magnam.
C.de contrah.ſtipul.VVeſenbec. conſil. 23. nu. 29. part. 1.
94 Sed duo † in iſta opinione me offendunt. Primum
eſt,quod vix aut ne vix quidem in vita humana con-
tinget caſus, in quo intelligi poſſit fideiuſſor, nulla
præcedente obligatione.Quis enim acceſſorium quid
eſſe dicat,ſine principali, cui accedat? *l ſi à reo. §. vlt.*
ibi,in quibus caſibus illa ratio impedit fideiuſſorem obliga-
ri, quia ſcilicet in nullam rationem adhibetur ff. fideiuſ-
ſor. Aut igitur valde inepta hæc eſt conſultatio, aut
non intelligo, quid ſit, de quo quæratur, vt in ſimili
inquit Celſus,*in l.Demitius.ff de teſtamen* Neque enim
memini,me vnquam in iure legiſſe,hanc eſſe virtutem
iuramenti,vt aliquid eſſe faciat fingatque,quod tamen
nuſquam ſit, neque ſaltem in futurum eſſe poſſit Si
95 enim verum eſt,vt eſt verum,† quod iuramentum non
confirmet actum ſimulatum, & gl. & Dd.*in l. 3.C.plus*
valere quod agitur Menoc. *de præſumpt.lib.3.præſumpt.*
12.num 44. & multi alij relati ab Ernesto Cothmanno
96 *in reſponſo 18. num. 89. 90. & 91.* Item quod † pacta
conuentu,quæ nullam vim habitura fuiſſent, ſola vi
iuriſiurandi non accipiant, vt contra Alexan.ſtatue-
runt Molinæus & Ioan. Bodinus, *de repud. lib.1. cap.*
8. mihi pag. 135. alias pag. 86 Riminald. iunior. *conſil.*
239.num 70. & ſeq.lib. 3. Ioan. Vincen. Hondedæus
conſultat.31 num.95. volum.1. non video certe quomo-
do contractum,qui omnino nec eſt, nec intelligi po-
teſt,fingere queat, iuxta tradita per Erneſt. Cothman
in d.reſponſo.18 nu.57.
97 Sic etſi iuramentum † fingit quidem aliquem eſſe
maiorem, *Auth.Sacramenta puberum.& ibi Dd.C.ſi ad-*
*uerſ vendit.glo.l.ſi prædium.C.de iur.dot.*Ioan Vincen.
Hondedæus *conſultat.18.nu. 9. volum.1.*(de quo pari-
ter vide Anguſolam,*in conſi.38.in materia contractuum.*
98 *nu.25.*) non tamen † fingit aliquem eſſe prudentem,
& ſagacem quia nemo talis à natura naſcitur,*Bald in*
Rubric.C.de rer.permut. Mynſing.conſil.56.nu.14. Hoc
99 amplius, iuramentum appoſitum † recepit quidem
naturam,& conditionem eius contractus, ſuper quo,
interponitur, addit quoque ad conſenſum in contra-
ctibus vinculum religionis, exactiſſimaque obſeruan-
tiæ,& impletionis,*l.vlt.C.de non nu pec. Felin.in Rubr.*
de præſcript. & in c.ſi diligenti col.4. verſ. ſecundum
corolarium. eodem tit.Iaſon.l ſi pecuniam.in prin.n.25 ff.
de condid. cauſa dat. Socin. regul. 254. fallent. 5. Natta
conſi 426.n.20.tom.Bauerius de virt.iuram.n. 136. Mo-
deſtin. Pictoris. conſi. 21. nu. 26. & 27. volum.1. Sed ta-
men nouum contractum fabricare non dicitur, qui
etiam ſub intellectum non cadat.
100 Alterum † quod moleſte fero,eſt,quod aiunt fideiuſ-
ſorem qui iurauit, teneri,non vt fideiuſſorem, ſed vt
expromiſſorem,qui etiam pro non obligato intercede-
re poteſt. Quam enim hoc axioma firmum, credo
cuilibet patere ex ijs,quæ de expromiſſore ſupra *cap.*
*4.nu.41,& ſeqq.*ſunt dicta,Nam ibi ſatis prolixe pro-
batum eſt, expromiſſorem quoque,eum rectè dixi, qui
aliquam efficacem obligationem in ſe ſuſcipit, vt ita
quoque manifeſti erroris merito arguatur, Flaminius
Chartarius *in deciſ.cauſ execut.Rotæ Genuenſis,deciſ.51.*
num. 26. qui inter expromiſſionem, & fideiuſſionem
hanc differentiam conſtituit, quod fideiuſſio fiat ſti-
pulatione, expromiſſio verò ſine ſtipulatione: Item,
quod fideiuſſio fiat pro obligato, expromiſſio verò
pro nō obligato.Quod ſi igitur is expromiſſor eſt,qui
pro non obligato fideiubet,quid,quæſo,opus eſt iura-
mento,cum ſola expromiſſio ſufficiat? Sed reprimam
me,& ne Arnobij,*lib.1.aduerſ gentes*(*mihi pag.459.&*
& 476.in edit. Baſilienſi,de Anno 1560.) reprehenſio-
101 nem dicentis;*Stoliditatis eſſe,† rebus perſpicuis,& nul-*
lam deſiderantibus defenſionē diutius immorari.Imò con-
*tradicere rebus ſtultis, ſtultitiæ eſſe maioris.*incurrā,hanc
quæſtionem ad alias quæſtiones ſuperuacuas ac iriti
acuminis,referam. In quibus Dd.noſtri,ex mera chre-
ſtomathia,operam, & oleum perdiderunt, inutiliter,
102 & præpoſtero ſtudio diſputantes de ijs, quæ, vel
dubitationem ſiue *ἀπορίαν* nullam, vel etiam in vita
communi nullum omnino fructum,vel vſum habent,
quæ (*vt inquit Petrus Rebuffus in præfatione ad Cardi-*
nalem Verallum in praxi beneficiaria) nunquam,aut ra-
riſſimè in actionem hominum, vel forum veniunt,vt
cum inquirunt,an reſurgens à mortuis teſtamentum
prius rumpat,Clarus *in §. teſtamentum. q.* Sebaſtian.
Medic. *in tractat. Mors omnia ſoluit.par.1. numer. 145.*
Item,cuius ouum fiat,quod à varijs Gallinis poſitum
eſt, de quo, poſt Signorol. de Hodcis, Boerius *ad*
conſuetud. Bituricenſ.tit.10.§. 5. gloſſa 1. in fine. Vtrum
hæreditas vſucapiatur, vel ea quæ in hæreditate ſunt,
de quibus Iureconſultorum ineptijs Seneca *lib. 6. de*
*beneficijs cap.5.*Nam rectè Clemens Alexandrin.*in pæ-*
dagoge.lib. cap.6.in fin.& poſt eum Vincentius *de vita*
103 *ſpirituali. capite 2.* inquiunt: Inutiles † quæſtiones
(quæ neque ſcire compendium,neque ignorare detri-
mentum eſt vllum) debere ſilentium ſoluere. Sunt
enim vt Ariſto Chius dicere ſolebat, ſimiles aranea-
rum, quæ plurimum habent artificij, minimum vtili-
104 tatis. Tiberium tamen † Cæſarem huiuſmodi nu-
gis, & quæſtionibus, quæ nimirum mater Hecubæ?
Quod Achilli nomen inter virgines fuiſſet? Quid Si-
renes cantare ſint ſolitæ? expertum fuiſſe Gramma-
ticos, teſtis eſt Suetonius *in vita Tiberij capit. mihi*
185 *pag. 286.* De quibus, ſi ſincere † iudicare liceat, di-
xerim equidem cum ſupra citato Arnobio *libr.5. pag.*
*639.*ſtultitiæ partem eſſe,& talia dicere, & huiuſmo-
di rerum iudicia poſtulare. Vide ſimilia exempla
apud amicum noſtrum VVaremund. de Erenberg *in*
meditam.pro fœder.pag.3.num.39.mihi pag. 323(vbi in-
primis videt laborem eorum,qui in acinis ceraſorum.
150. imagines exprimere poſſunt) Et Io. à VVouver
in tractatione de Polymathia capit.10.& capit.19. mihi
pagina 160.

Quod

106 Quod ad tertium attinet, nimirum † iuramentum
efficere, vt actus valeat omni meliori modo, quo po-
teſt, largior id libenter, ſi dextre intellexeris; Sed in-
de non ſequitur, iuramentum facere valere actum, qui
107 tamen non ſit, hoc eſt, non actum; Confirmatio; † ſi-
quidem non confirmat, quod nullum eſt *cap. auditis.*
extra, de electionib. c. i. ter dilectos. verſ. cum igitur. & ibi
Felin. de fide inſtru. text. in l. obligationes 27. ff. de oblig. &
actionib. Anchar. conſ 382. Viſis diligenter. Cacheran. dec.
34. num. 12 Cephalus conſil 152. num 9. lib 2. Myſing. re-
ſponſo 47 num. 21. decad. 5. Io. Goddæus de contrab. & com-
mit. ſtipulat. cap. 6. concluſ. 16. nu. 204. Et vt dicit Bald. *in*
l. falſus col. 2. C. de furtis. & in l. 2. col. 2. C. de liber pater.
Confirmatio non eſt actus quidam per ſe, ſed requirit
aliquid, quod confirmetur, inde inferens, quod vbi
non eſt confirmabile, ibi, nec confirmationi locum
108 eſſe. Alias plus † eſſet in cauſato, quam in ipſa cau-
ſa, *contra text. in c. cum dilecta. extra de confir. vtili. &*
109 *inutili.* Cum † tamen vbi cauſa non eſt efficax,
neque cauſatum efficax eſſe poſſit. *l. cum quis dece-*
dens. & ibi Bart. ff. de legat. 3 Gail. lib. 2. obſer. 1. num. 8.
Vnde etiam illa notabilis Dd. theorica. Quod ſen-
110 tentia † confirmans illam ſententiam, quæ nulla eſt,
& ipſa nulla ſit. Guid. Papæ *conſil. 2. num* 8 Myſing. *d.*
reſponſo. 47. num. 29. Eman. Soarez. *in theſ. com. opin. lit.*
S. num. 75.

Atque ideò etiam ſcripſit Guidus Pancirolna, *in*
111 *conſil. 68. numer. 25.* quod † iuramentum quidem vali-
det contractum, ſed non faciat quem obligari vltra
intentionem, nec ampliet fideiuſſionem; citans De-
cium *in conſ 240. nu. 2. & conſ. 351. nu. 8. & conſ. 366 nu. 8.*
Fac igitur ita eſſe, quod iuramentum faciat contra-
ctum valere, omni meliori modo, quo poteſt, non ta-
men inde efficies, vt faciat valere contractum, quem
nuſquam aſſequi queas, hoc eſt, contractum non con-
tractum, hæc enim *ἀντιφατικῶς* dicuntur, & ſimul ſta-
re non poſſunt. Roman. *conſil. 12 Viſo facto. num. 4.* Sera-
phin. *de priuil. iuram. priu 73. nu. 77. verſic. ſexto limita.*
M. Antonius de Amatis *deciſ. 7. numer. 15.* vbi docent,
quando ſtatutum inualidat obligationem, vel contra-
ctum factum abſque certa ſolennitate, quod non poſſit
talis contractus iuramento firmari.

Non inficias eo tamen, nonnullos docuiſſe, quod
112 etſi obligatio † non ſubſiſtat ex quacunque legitima
cauſa, quod tamen ex eo non dicatur liberatus fide-
iuſſor, quin teneatur, quando de eius enixa, & clara
voluntate conſtat, velle obligari, & teneri, licet obli-
gatio principalis non ſubſiſteret. *Couar. poſt multos*
alios in relect. cap. quamuis §. 5. nu 6. verſic. quamobrem.
de pactis. in 6. Ioſeph. Ludouic. deciſ. Peruſin. 27. num. 11.
part. 1. Horat. Carpan ad Statut. Mediolan. par. 2. cap.
189. *num.* 26. quod an ſemper verum ſit, patebit ex præ-
dictis, atque iis, quæ attuli ſupra *cap. 5. nu. 352 & aliquot*
ſeqq. & infra *cap. 20. §. 22.*

Hiſce ſummatim ita explicatis, & oſtenſo, quod
materia circa quam, & cui fideiuſſor accedere poſſit,
ſemper ſit aliqua præexiſtens obligatio ſiue in dando,
ſiue in faciendo, deinceps breuiter oſtendam, quate-
nus in iudiciariis cauſis, item in contractibus, vel
quaſi contractibus, in vltimis voluntatibus, in iudi-
ciis petitoriis, & poſſeſſoriis, & denique in cauſis cri-
minalibus (quæ quidem omnia ſemper obligationem
præſupponunt) fideiuſſor interueniat. Ac primo quod
113 ad cauſas iudiciarias † attinet, non vnius generis fi-
deiuſſiones in illis præſtari ſolent, vt inter alios ſatis
accurate oſtendit Leopold. Dickins *in ſua Oeconomia*
114 *pag. 226. 227. 228. & 229.* Primum † exemplum peti
poteſt ex tit. *ff. & C. qui ſatiſdare cogant. & de ſatiſdan-*
do, quos titulos adeò eleganter explicauit VVeſenbe-
cius, vt ſufficiat beneuolum lectorem ſaltem ad iſtum
auctorem remiſiſſe. Si enim omnia iſta in hunc tra-
ctatum de fideiuſſoribus inſarciri deberent, tempüa
& charta mihi deficerent.

Interim operæ pretium eſſe puto, pauca quædam
de ſatiſdatione in foro Saxonico vſitata, item de Gua-
tanda, hunc in locum conjicere. Sciendum igitur eſt,
115 † actorem, volentem reo porrigere libellum, non
prius audiri, quam ſi idoneam præſtiterit cautionem,
de lite proſequenda vſque ad finem, de eadem intra
duos menſes conteſtanda, & de expenſis litis refun-
dendis, ſi eum iniuſtè litem mouiſſe appareat. *Auth.*
generaliter. C. de Epiſcop. & cler. Auth & qui iurat. Cod.
de bon. auth. iud. poſſ. Lancellottus de offic. prætor. tit. de
ſatiſd. num. 1. exquiſite Ioan. Emeric. à Roſbach. in proceſſ.
116 *iur. tit. 45.* Eamque † ſatiſdationem vulgo vocant.
Georg. *in proceſſu ſuo. art. 12.* Colerus *in deciſ. Germania.*
deciſ. 105. num. 5.
317 Etſi † enim Bartolus, & cæteri Dd. *in dicta Auth.*
generaliter. teſtantur, iſtam ſatiſdationem, præualente
conſuetudine contraria, hodie non obſeruari, quibuſ-
cum idem ſentiunt Speculat. *in tit. de ſatiſda §. 1.* Se-
baſt. Vantius *de nullit. proceſſ. Rubric. de nullis. ex de-*
fectu proceſſus. num. 46 Oldendorph. *claſſ. 1. act. 7. in fin.*
Baro Schenck. *in virid. concluſ. Rubric. de ſatiſdat. quæ*
in iud. præſt. numero. 4 VVeſenbec. *in Paratit. C. de ſa-*
tiſdando. numer. 5. Ioan Zangerus *in tract de exception.*
part. 1. cap. 10. Frideric. Prückmannus *in conſil. 43. nu-*
mer. 72. Treuletus *in ſelect. diſputat. volum. 1. diſputat. 5.*
theſ. 3. lit. G. Arnold. de Reyger. *in proceſſu iudic. diſpu-*
118 *tat. 4. theſ. 41. lit. C.* Tamen † quidquid illi dicant,
conſtat adhuc hodie de iure Saxonico, & conſuetu-
dine multorum iudiciorum Germaniæ iſtam ſatiſda-
tionem poſtulari ac vſurpari. *lib. 2. artic. 9* Aufrer. *ad*
Capell. Tholoſan. queſt. 138. verſic. Et ita de tempore meo
Regulus *capit. 46. numero 2. verſic.* Reinhard. *differ. iu-*
dic. 2. Fachſ. *diffe. 40.* Coletus *in deciſ. Germaniæ. deciſ.*
119 105 *num* 4. 5. & 16. imo † & in Camera Imperiali ali-
quando hanc cautionem actori ex officio iniunctam
eſſe, innuit Sailerus *in ſententiis Cam Imp. de Anno. 34.*
die 20. Aprilis. his verbis: Cognita Cauſa N. ſummarie
præſtitit, & dedit cautionem, & fideiuſſionem ſuaque
bona obpignorauit.
120 Idque † nominatim ſancitum eſt, Iudices ſtatue-
runt cautionem eſſe præſtandam idoneamque fide-
iuſſionem: conquerenti fuit reſponſum coram iu-
dice, quod pars compareat, ſi vult pro ſe, & ſuos,
eam accipere in tecto, & ex ſententia iudicis, ſi non
expectabit, quod fuerit iudicatum, & ſi vnus ex ipſis
erit condemnatus ad expenſas, & damna etiam te-
121 netur. Idem † etiam conſtituitur, & probatur, In
Electoratu Palarinatua, ac in multis aliis conſtitu-
tionibus, & ordinationibus Imperij, quo de hac
122 re ſtatuerunt. Item quoque † Regno Neapolitano
communiter practicari teſtis eſt. Ioan. Bernardin.
Muſcatellus *in practica fideiuſſoria. parte. 1. modo* 11.
123 *numer. 1.* Non aliud etiam † in ciuitate Lucana. Et
124 † Mirandulæ, imo & in Ducatu Mediolanenſi, in
viridi eſſe obſeruantia, patet ex Horatio Carpano
mox allegando, ac Barnaba Cornazzano *deciſ. Rota*
Lucenſ. num. 1. ex Decio, Alexandro, & Franc. Ripa
125 ibi oſtendente, quod † prohibitus audiri, quia non
eſt ſubiectus iuriſdictioni, debet præſtare fideiuſſorem
de reficiendis expenſis, in caſu quo ſuccumbat, eo-
que non præſtito, proceſſus ſit ipſo iure nullus, ma-
ximè ſi pars aduerſa hunc defectum opponat, iuxta
Alex. *in conſil. 37. col. 2. libr. 2.* Et prolixiſſime Horat.
Carpanus illud ipſum pertractauit, *ad Statut. Medio-*
lan. part. 1. cap. 44.

126 Fit autem ſatiſdatio illa aut fideiuſſoribus aut pi-
gnoribus, intellige, ſi in loco iudicij actor nulla im-
mobilia bona poſſideat, nam ſi tantum bonorum poſ-
ſideat, quantum vno VVerigeldio, h. e. vigintiquatuor
ſexagenis antiquis, ſiue viginti Thaleris æſtimari po-
teſt, & in quantum expenſæ litis probabiliter excur-
rent, tum ſatiſdatione iſta ex fori Saxonici Practica
non oneratur, *lib. 2. art. 5. & 6.* Regulus *d. c. 46. num. 2.*
Ludouic. Fachſius *different. Saxonica* 40. Colerus *d.*
deciſio. 105. *num.* 8. *&* 9. Et iſtam declarationem præ-
dictæ Electorales ac Ducales ordinationes fere omnes,
quo ad expenſarum quantitatem admittunt. Sed VVe-
ſenb. *in d. tit. ff qui ſatiſd. cog. num* 11. recte cenſet, id
127 † tum demum procedere, niſi cauſæ magnitudo ac
perſonarum qualitas maiorem vno VVerigeldio ſum-
mam exigat, quod iudicis arbitrio relinqui tutius eſt,
Ioan. Zangerus in tract. de except. part. 2. cap. 20. num. 14.
Quid porrò in ditione Electoris Saxoniæ obſeruetur,
docebit lectorem conſtit. prouic. 5. *par.* 1. & Daniel
Mollerus, *lib.* 1. *Semeſtrium, cap.* 2. nec non in com-
mentariis lectione digniſſimis *ad d. conſtitut. 5. numer.*
10. *&* 11. quem videre poterit. Interim tamen prudens
128 † ſit actor, præſertim in foro Saxonico, ne vltro
hanc ſatiſdationem offerat, ſed petitionem rei expe-
ctet, qui ſi eam ante litem conteſtatam petere negle-
xerit, & ad vlteriora proceſſerit, iudex ex officio eam
exigere nec etiam pars præſtare tenebitur, *l. Pompo-*
nius 40 *§. ratihabitionis ff. de procurat. Regul. d. c.* 46.
nu. 2. *ad fin. verſ. Zobelus in addit. ad d. l. lib.* 2. *art.* 5. *Co-*
lerus d. deciſ. 105. *nu.* 10. 11. 12 *&* 13. *Ioan. Zangerus de ex-*
ceptionibus. part. 2. cap. 20. tit. de except. ſatiſdat. & gua-
129 *randa.* Licet † ſe res aliter habeat de iure ciuili com-
muni, *iuxta Aufrer. deciſ. Capell. Tholoſ quæſt. centeſima*
trigeſimaoctaua.

130 Quod ſi etiam † actor iurare velit, ſe, poſt adhibi-
tam omnem diligentiam, talem cautionem ſiue fide-
iuſſionem præſtare non poſſe, tunc ad iuratoriam cau-
tionem admitti debet, per ea quæ dicam infra *capit. de-*
cimooctauo. Id quod etiam conceditur in prædicta or-
dinatione Moguntina, §. dum dicitur: Qui conqueri-
tur, ſuo iuramento affirmet, quod facit ſecundum
quod poteſt: & tum det cautionem, & fideiuſſionem;
& ſi non & hoc facere poſſit iuret de præſtanda fide-
iuſſione, &c. *part. 2. tit. 6. §.* Item in ditione Brunſui-
cenſi, & in illius ordinat. & apud Lipſienſes.

Sed quum de expenſis ſupra egerim, quæritur nunc,
131 ſi aliquis † condemnetur, vt alteri, cum quo litiga-
re intendit, ſumptus litis, & expenſas præſtet, pro-
pterea quod talis (cæteris tamen paribus; nam alias
quilibet ribaldus poſſet facere alteri quæſtionem, &
ſic interim obtinere alimenta expenſaſque iudicij)
præſumptionem pro ſe aliquam habet, *vt in caſu l. ſi*
inſtituta §. de inofficioſo. ff. de inoffic. teſtamen. & multa alia
exempla protulit Menochius mox allegandus, (cui ad-
de Hartm. Piſtor. *part.* 1. *quæſtio.* 20. Andream Cludium
in tract. ſequeſt. cap. 10. *numer.* 24. Iacob. Marchiſellum
in ſylua quæſt. practicarum. quæſt. 26.) Vtrum hoc caſu
opus ſit, vt præſtet cautionem is cui alimenta, & litis
ſumptus decernunt, de eis reſtituendis, ſi forte con-
132 tingat eum in lite ſuccumbere? Fuit quidem in † ea
ſententia Didacus Couarruuias (Hiſpanorum Barto-
lus, vt ſcribit Petr. Auguſtin. Morla *in Emporio iuris.*
part. 1. tit. 8 quæſt. 25. num 46.) *pract. quæſt. cap. 6. num.* 5.
Sed quia verum eſt, eum etiam ſi ſuccumbat, non ta-
men alimenta, & litis ſumptus reſtituere, *l. 3 §. intereſſe*
ff ſi mulier. vent. nom. in poſſ. calum. cauſ. eſſe dic. *Afflictus*
deciſ. 152. *num.* 4. *Boerius deciſ.* 324. *num.* 3. *Maſuerius in*
practica tit. de poſſeſſorio. num. 27. Idcirco etiam non eſt
133 dubitandum, minimè neceſſariam † eſſe cautionem,
de eis reſtituendis, Menoch. *de præſumpt. lib. 1. quæſtio.*
35. *num.* 38. Iacob. Marchiſellus *d. quæſtio* 26. *numer.* 8.
vbi dicit, quod opinio Boerij pleroſque concordan-
tes habeat, ſitque paupertati fauorabilior, ideoque ſe-
quenda.

134 Quod † ſi forte dubitet iudex, & fraudem vel ca-
lumniam ſubeſſe metuat, cautionem præſtari faciet,
hac ſimili interlocutoria vſus: Eſſe quidem illi decreta
alimenta, & litis ſumptus, ſed ſi in cauſa ſuccubuerit,
quod tunc reſtituere debeat, quatenus de iure ad id
eum adſtrictum eſſe compertum fuerit, vt pulchrè ſcri-
bit Ludouic. Molina *lib. 2. de Hiſpan. primogenit. cap.* 16.
135 *nu.* 45. Poterit † tamen obiter, & hoc notari, ab iſta
ſatiſdatione iudiciali, de qua ſupra *nu.* 115. dictum eſt,
Epiſcopos lite pulſatos liberari, *ex nouel. conſtit. Iuſtin.*
136 123. §. *ſi quis vero. c.* 22. Quemadmodum & † diffa-
matus non conſtringitur præſtare ſatiſdationem in iu-
dicio diffamatorio, de refundendis expenſis in caſum
ſuccumbentiæ: vt notat Ioan. Bernardin. Muſcatel.
in praxi Regni Neapol part. glo. expenſis num. 12. ſequi-
tur Bernad. Græuæus *in concluſ. practic. concluſ. 9. conſ.* 1.
num. 5.

Quod guarandam attinet, qua in foro Saxonico ni-
137 hil eſt frequentius, ſic habendum eſt, poſt † præſti-
tam ſatiſdationem actorem quoque cogi, vt libello
porrecto, & ante litem conteſtatam reo petenti (alias
enim de neceſſitate non requiritur, Regul *in proceſſu*
cap. 53. *in princ.* Conrad. Mauſerus *in proceſſu ſuo tit.* in
titulo de armis *in princ.*) *Guarandam præſtet, vulgo,* &
in ordinat. armorum *lib.* 1. *artic.* 63. *lib.* 2. *artic.* 15. *&*
lib. 3. *artic.* 14. *& artic.* 40. *in fin. & articul.* 115. Hubert.
Giphanius *de cautionib. iudicial. theſ.* 5. Colerus *in deciſ.*
138 *Germania. deciſ.* 109. *num.* 2. *&* 3. Quæ cum † in fauo-
rem rei ſit introducta. Regul. *cap* 48. *num.* 1. non po-
teſt etiam ab actore recuſari, ſi modo, vt dixi, ante li-
139 tem † (prout opus eſt, iuxta ea quæ tradit Daniel
Mollerus *in comment. ad conſtitut. Electoral. Saxonicas,*
conſtit. 3. *nu.* 8. *part.* 3.) conteſtatam, imò & in primo ſta-
tim termino reus eandem petat. niſi forte actor reum
ab inſtantia abſolui, & ſe in expenſas condemnari
malit Georg. *in ſuo proceſſu, articul.* 13. Neque verò
140 † in ciuilibus tantum, ſed & in criminalibus cauſis
præſtatio Guarandæ eſt neceſſaria, auctore Regulo
141 *cap.* 48. *num.* 2. Exceptis † iudiciis executiuis. Vtcun-
que enim in his ſatiſdatio, & quod debetur peti poſſit,
Guaranda tamen non recte petitur, cuius rationem
vide apud D. Colerum *de proceſſ. execut. part. 4. cap.* 3.
nu. 12. *&* 13. Iacob Schultes *in addit. ad Colerum in dec.*
Germania. deciſ. 109. *nu.* 14. 15. *& ſeqq.* vbi D. Colerum
nonnihil perſtringit.

Nunc dubium oritur, quomodo Guaranda promit-
142 ti debeat? Multi putarunt † datis fideiuſſoribus eam
promittendam eſſe, & ita olim pronuntiarunt Scabi-
ni Magdeburgenſes, vt refert Zobelus *in addit. ad con-*
ſtitut. lib. 3. artic. 14. lit. B. Verum hodie id non obſerua-
143 tur, ſed † ſufficit Guarandam ſtipulata manu, vel
actu corporali, quæ virga iuſtitiæ eſt (ſicut etiam in
Camera Imperiali in præſtationibus iuramentorum
fieri ſolet) promittere, Zobelus *ad lib. 2. artic. 15. lit. B.*
Regulus *cap.* 48. *nu.* 2. Ioan. Zangerus *in tract. de except.*
part. 2. cap. 20. num. 21. Iacob. Schultes *d. loco. num.* 13.
Actum autem corporalem propterea requiro, quia
verba cum effectu ſunt intelligenda, nec ſufficit, nude
verbotenus tantum Guarandam promittere, Zobelus
in addit. ad lib. 3. articul. 14. lit. A. quod probat conſtit.
Elect. Auguſti 4 *par.* 1. *& ibi Daniel Mollerus in com-*
mentariis. dum dicitur *actu corporali.*

144 Alterum † exemplum fideiuſſionis (poſt citatio-
nem tamen, libellique oblationem demum) in iudi-

cio

cio præſtandæ, præbet, *tit. ol. ff. iudicatum ſolui.* ad quem
ſimiliter pulchrè ſcripſit VVeſenbecius. Omni
145 † enim defenſori cautionis de iudicato ſoluendo
præſtatio incumbit, vel vt nos vernacula lingua loquimur: *Modeſtinus Piſtor. conſil. 17. numer. 60. volum. 2.*
Frideric. Pruckman. conſil. 24. nu. 41. Quæ autem ad explicationem huius materiæ porrò pertinent; ea compleri, & ſumi poterunt ex Antonio Gabrielio Romano, *lib. 3. concluſionum. tit. de fideiuſſoribus. concluſione 4.*
Cuiacio *lib. 10. obſeruation. capite 29.* Ioanne Zangero. *in tractat. de exceptionibus. parte 2 cap. 20. numer* 15. 16.
17. 18. Bernhardino Muſcatello *in practica fideiuſſoria. part. 1. modo duodecimo. per totum.* quorum poſtremus
luculenter id explicauit, ibidem *numer.* 18 *&* 19. aſſe-
146 rens, quod † in cauſis ciuilibus ſemper coniunguntur cautio de ſtando iuri, & ſoluendo, quidquid fuerit
iudicatum, non autem in cauſis criminalibus (niſi fortè condemnatio eſſet ad pœnam pecuniariam) tunc
enim requiritur tantum cautio de iudicio ſiſti, ſeu ſtando iuri, iuxta doctrinam Bartoli, & Caſtrenſis *in l. neque impuberes §. finali. ff. de in ius vocando.* Afflicti *in dec.*
147 *170. & 254.* ac Boerij *deciſ. 314.* Quatenus † porrò
cautio de parendo mandato alicuius iudicis cum cautione de iudicio ſiſti æquiparetur, vel illa hac pinguior
ſit, idem Muſcatellus explicat, *d. loco. in modo 13. n. 1. 5. 6. & ſeqq.* vbi vide.

Hanc verò ſatiſdationem iudicatum ſolui præſtat
ipſemet reus, vel procurator, aut defenſor eius, etiamſi
filius, vel pater ſit, *l. filiusfamilias. ff. qui ſatiſdare cogant.*
eaque adeò præiudicat, vt ſi reus ſua ſponte ſatiſdet
de iudicato ſoluendo, in iudicem alias incompetentem regulariter conſenſiſſe videatur, ſicut docui ſupra *cap. 5. num. 170.*

148 Cæterum, † quod ad ius nouum attinet, arbitrantur
plerique, hodie non eſſe neceſſe, vt reus ſatiſdationem
iudicatum ſolui præſtet, ſed ſufficere, ſi caueat iudicio
ſiſti, & ſe ad finem vſque in lite perſeueraturum. VVeſenbecius *dicto titul qui ſatiſdare cogantur. n. 6.* Oldendorpius *claſſe 1. act. 6. in principio.* Regulus *cap. 46. n. 3.*
Termineus *in proceſſu. titulo de Guaranda.* Roſbachius
in proceſſu, titulo. 45. numero 9. quod etiam, reſpectu fori Saxonici probat textus Conſtit. *lib. 2. articulo 9.* vbi
dicitur: Iudex debet habere fideiuſſorem, de actore, &
reo ad hoc, vt onus iudicis perfectum ſit ex quo text.
iſ apertè aſtruit Fachſius *differen. 40.* nec diſſentit
Georgius à Rodeſchita *in proceſſu ſuo. art. 12. §.* Vide
pulchrè hac de re ſcribentem Myſingerum *reſponſo 71. numer. 17. 18. 19. 20. & 21.* nec non Hieronymum
Treulerum *in ſeiect. dißput. volumi ad ſput. 5 theſ. 4. & 5.*
Arnold. de Reyger. *in proceſſu ſuo ludi vario diſputat. 4.*
149 *theſi 44. 45.* Certè † viſitatis mandatis procuratoriis
adhuc hodie in Camera Imperiali inſeritur clauſula
illa: quod conſtitutum ſit vnus rectum, vt faciat, quod
placeat, & pro altero caueat, &c. præſertim ſatiſdationibus de iudicio ſiſti, & iudicatum ſolui, ſoleat quæ
quod debet, & tenetur.

150 Tertium † exemplum fideiuſſionis, quæ in iudicio præſtatur, ſumo ex text. Iuris Saxonici conſtit. *lib. 3. articulo. 12.* Nam pone, quod actor in iudicio dicat,
reum conuentum obligatum ſibi eſſe in centum, reo
e contra debitum abnegante. Rurſus pone, actorem
deſtitutum probatione reo iudiciale iuramentum deferre, vt iuret, ſe nihil debere: eamque conditionem
à reo acceptari, promittendo, ſe intra certum tempus
iuramentum præſtare velle. Hoc equidem caſu dilatio danda eſt reo, ita vt non cogatur in continenti
iuſiurandum præſtare, modo tamen datis fideiuſſoribus caueat, ſe ad præſtitutum diem iurare velle. Etſi
151 † enim de iure communi expeditum eſt, iuramentum iudiciale incontinenti, aut præſtandum, aut referendum eſſe, ſecundum Bartolum *in l. non erit ratum ff. de iureiurando.* Bart. & Bald. *in l. generaliter. C de rebus credit.* cuius regulæ limitationes vide apud Vincentium Catocium *in tractat. de iuramento deciſorio 6.*
152 *quæſtione principali.* In † prouinciis tamen Saxonicis
obſeruatur, vt poſtquam reo per ſententiam iudicis iurandi neceſſitas eſt impoſita, ipſe intra octo dies à lata
ſententia actorem citari faciat, ad præſtandum iuramentum calumniæ: & poſtquam illud eſt præſtitum,
deinde intra ſex ſeptimanas, & tres dies iuramentum
iudiciale præſtet, aut ſi conſcientiam probationibus
purgare malit, intra eundem terminum articulos ſuos
probatorios producat conſtit. *primo articulo. 62. Regul. in proceſſu. cap 66. num. 2. verſicul.* Fachſius *different. 53.*
Conſtitut. prouinc. 12 part. 1. pulchrè Colerus *in deciſion. Germania. deciſione* 116. Obſeruent igitur iuniores aduocati actoris, poſtquam reo iuramentum illud iudiciale fuerit delatum, iſque dilationem petat, vt iſtam
ſatiſdationem ab eo exigant, *d. artic. 11. conſtit. lib 3.* vbi
etiam in text. & gloſſa videbis, quomodo fideiuſſor
iſte conueniatur, ſi reum intra terminum, ante præſtitum iuſiurandum mori contingat, iunctis iis, quæ
tradit Gail. *lib 2. obſ. 42.*

153 Generaliter tamen hic † quoque circa ſatiſdationes iudiciales obſeruandum, ſi ſtatuto negetur actori
audientia, niſi fideiuſſerit, & obiiciatur exceptio non
præſtitæ fideiuſſionis, non dici reiectam illam exceptionem per proceſſum ad vlteriora Decius *conſil 326. num. 4.* Menoch. *conſil. 24 num. 30 lib. 1.* & faciunt illa,
quæ dicam infra hoc cap. *num. 41. & ſeqq.*

154 Sed † vt Lectori etiam conſtare aliquo modo poſſit, quid ſecundum ius Bohemicum, ratione fideiuſſionum in iudicio præſtandarum, obſeruetur, non inutile
fore exiſtimaui, ſequentia ex iure municipali Bohemico ſub tit. de conſtit. ſic dicens ſi aliquis forenſis, &
extraneus litem intentauerit cum aliquo ciue: ipſe cuiuſ quæſtioni more renunciare debet: nec reſpondere
ipſi ad vere ſi non habet, quod fideiubeat cautione
idonea, & ſi fideiuſſionem non habet, Iudex debet eum
repellere, & non acceptare.

155 Sed venit † & hoc notandum, quod is, qui à ſententia lata ad Cameram Imperialem appellauit, ſtatim poſt interpoſitam appellationem à iudice prioris
inſtantiæ debito modo acta, & actitata poſcere, & pro
præmio deſcriptionis, ſiue laboribus, vt vocant, Cancellariæ, cautionem præſtare debeat, prout diſponit
textus *in Ordinatione Cameræ. part. 3. tit. 31. §.* hoc etiam.
156 Verum † enimuero, in pleriſque iudiciis Germaniæ
non ita facilè prouocanti ad prædictum beneficium
appellationis proſilire licet, ſed antequam ad illud
admittitur, certa ſolennia implere neceſſum habet.
Non ſolum enim certam pecuniæ ſummam deponere cogitur, eius periculum facturus, ſi eum temerè
appellaſſe contingat, vt dixi ſupra *capite ſexto, in fine.*
Verum etiam iuramentum de non malitioſè appellando, imo & fideiuſſionem ſiue pignus, aut ſaltem cautionem iuratoriam de refundendis expenſis, & ſarciendis damnis in caſum ſuccumbentiæ, præſtare ob-
157 ſtringitur, ſicut in ſpecie † conſtitutum eſt. In variis conſtitut. Imperij, his verbis, §. de quibus ſententia eſt habenda. & an appellandum ſit, nec ne, Qui
interponit appellationem habeat fideiuſſionem. Eadem planè ſanciuntur etiam, ſub *tit. 43.* & in Ordinatione iudicij prouincialis Ducatus Holſatiæ (ex
priuilegio Imperatoris Maximiliani Secundi, & Regis Friderici Secundi, ac Ioannis & Adolphi, Ducum
Holſatiæ de Anno 1568. Mercurij, poſt omnium Sanctorum.) *par. 4. cap. 1.* Hoc amplius in Ordinatione

iudiciali Francofurtenſi, *titu.* 42. §. 10. & 11. nec non
in ordinat. Epiſcopatus Brunſuicenſis, & in eius cu-
ria, Item in ordinat. loci. *tit.* 31. & 32. vt de reliquis
nihil dicam Id quod etiam in ampliſſima Republi-
ca Argentinenſi receptum eſſe, teſtatur Georgius
Obrechtus, *de iuramento calumniæ. cap.* 8. *num.* 12. Cui
adiunge, quæ copioſiſſimè in terminis Statuti Me-
diolanenſis Horatius Carpanus, *par.* 1. *cap.* 131. ibi-
dem ex profeſſo hanc ipſam materiam pertractans,
158 Idque adeo verum eſt, ſi appellans † iuret, ſe tem-
pore inſinuatæ appellationis, priuilegio Imperiali
per pignora, vel fideiuſſores ſatisfacere non potuiſſe,
tunc ad iuratoriam cautionem admittendus veniat.
Auctorem huius axiomatis laudo auguſtiſſimam Ca-
meram Imperialem in ſententia relata apud Domi-
num Barthium, vigeſimooctauo Auguſti, litera D.
Anno milleſimo quingenteſimo trigeſimoprimo, In
hæc verba: Si apppellans interponat appellationem,
& eam obtinuerit præſtet iuramentum. Ampliatur
hoc ipſa in praxi bene obſeruanda doctrina vlterius,
159 vt ſi † appellans coram iudice, à quo tale iuramen-
tum, talemque cautionem non præſtiterit, adhuc co-
ram iudice ad quem, & ſic in Camera Imperiali ad
eiuſdem iuramenti cautioniſque præſtationem per de-
cretum cogi poſſit, vt patet ex ſententijs Domini Saſ-
leti, & Domini Barthij, 13 Septembris, Anno 1569.
his verbis: Cognita appellatio, quod recta ſit, an iu-
ſtè de eo pro quo fecit iuramentum præſtet cautio-
nem, item 17. Decemb. Anno 1565. ac 11. Octobr. anno
1566. & 17. Auguſt. ann. 1571.
160 Formula porrò cautionis † prædictæ communi-
ter eſt talis: Hos concedimus, caſu quo appellatio
ſit bona, & voluntaria coram Iudice, & ſi non com-
pareat ille, in ſtatuto tempore ſententia promulgetur.
161 Qui verò in ſpecie ſcire cupit, quinam † Status Im-
perij talia priuilegia, nimirum intra certam ſummam
& non niſi præſtito iuramento, præſtitaque cautione,
vel ſatiſdatione, prouocandi, ſiue appellandi habeant,
is videat libellum à Ioanne Theobaldo Schonvver-
tero nuper anno 1602. Francofurti publicatum, cui
titulus, In priuilegijs libertatis à Cæſare datis.
162 Præ reliquis † equidem Statibus, & Ciuitatibus
Imperij hæc in re ab Imperatoribus Maximiliano I.
& Carolo V. aliquid ſingulare obtinuerunt VVins-
heimenſis, ann. 1499. Francofurtenſes, anno 1500.
Memmingenſes, anno 1521. Lubecenſes, ann. 1544.
& Hamburgenſes anno 1554. In iudicijs enim harum
ciuitatum non ſolum is, qui vltra ſummam appella-
tioni præfinitam appellare intendit, florenum vnum
monetæ Rhenanæ, item Lubecenſis, & Hamburgen-
ſis exſoluere, præterea iuramentum de non temere, &
malitioſè appellando, nec iudicium ſubterfugiendo,
ac dilatando, præſtare; Verum etiam fideiuſſores, aut
pignora dare, aut ſi dare non valeat, pars aduerſa
aliter conſentire nolit, mediante iuramento, & ſub
obligatione proprij corporis, hoc eſt, vt verba for-
mália ſonant: oblige meipſum promittere cogitur,
quod in caſum ſuccumbentiæ, rei in prima inſtantia
iudicatæ ſatisfacere, & omnes adiudicatas expen-
ſas, omniaque damna refundere, & reſarcire
velit.
163 Cæterum, non † immeritò dubitatur, quod dici-
tur: prædictus appellans præſtare debet fideiuſſionem,
aut obligare ſua bona: & ſi non inueniat, qui fideiu-
beat, bona quæ habet, ac ſeipſum exponat, an hoc
intelligendum ſit, quod appellans, ſi fideiuſſorem,
vel pignora ſufficientia dare nequeat, ſed iuratoriam
cautionem præſtet, propter copulam, ſiue quoque
corpus ſuum ad carcerem, vel arreſtationem, & quidem
ſtatim, in ipſo momento, interpoſitæ, & admiſſæ ap-
pellationis, realiter, ſiue actualiter obligare teneа-
tur?
164 Atque ita quidem dicendum videtur, quam † ora-
tio reſpiciens plura determinabilia, ea quoque pari-
formiter, ac æqualiter verificare, & determinare de-
beat, præſertim quando eorum, quæ in vna determi-
natione ſuot poſita, eadem eſt ratio. *DD. in l. iam hoc
iure. ff. de vulgar. & pupillar. ſubſtit. Zaſius conſil.* 7. *nume.*
8. *lib.* 1. *Pechius de teſtam. coniug lib* 5. *cap.* 5. *num.* 4. *Pa-
riſien. in conſuetud. Pariſ. Rubr.* 1. §. 2 *gloſſ.* 4. *numer.* 30.
VVeſemb. conſ 41. *num* 146. *part.* 1. *Alexand. in. L. ſi quis
maior num.* 17. *C. de tranſactionib. Ludouic. Gomeſius in* §.
pœnales, nu. 30. *Inſtitut. de actionib. Modeſt. Piſtor. conſ.*
9. *numer* 26 *par.* 1. *Franciſcus Burſatus in conſi.* 151. *nu.*
50 *& ſequentib, lib.* 2. *Ludo ph. Schrader. de feudo, par.*
165 10. *ſect.* 10. *num.* 313. Et † copulatiua requirat concur-
ſum vtriuſque copulati. *l. ſi hæredes plures ff. de condi-
tionib. inſtitut. Anton. de Gamma deciſ. Luſitania* 234. *nu.*
166 13. Oratio quoque † vnica, quæ regitur ab eodem
verbo, in dubio neutiquam debeat cenſeri diuerſo
iure, ſed ita potius interpretanda veniat, vt ea, quæ re-
ſpicit, vniformiter determinet, Franciſcus Aretin.
in l ſi pater. num. 2. *& in l qui complures. profeſſionem. ff de
vulgar. & pupil. ſubſtitution. nec non in l. vltima. nu.* 2 *C.
de impuber. & alijs ſubſtitutio. Andr Kybl. in exercit. le-
ga. exercit.* 20. *num.* 41. milliſ. 1584. *colum.* 1. Sed certum
167 eſt, quod præſtatio tam † iuramenti, quam ſatiſda-
tionis, aut in ſubſidium iuratoriæ cautionis; vnico actu
fieri, & quidem indulgentiam ſiue permiſſionem ap-
pellationis antecedere debeant, notando verbum,
Caſu quo appellatio non eſſet conceſſa nihilominus
firma, ac ſtabilis ſit obligatio corporis, iunctis ijs, quæ
dicam infra hoc ipſo capite, *num.* 471. *& ſequentibus*
Conſequens igitur fit, quod obligatio quoque corpo-
ris appellare volentis, non ſolum ſimul, & quidem
ſtatim, antequam appellationi cum effectu deferatur;
verum etiam actualiter, fieri debeat; notando verba
illa, perfectionem actus denotantia; quæ omnia in-
cludunt, & nihil excludunt, *iuxta l. hoc articulo* 29. *ff. de
hæred. inſtitu. cap. ſolita. extra de maior. & obedien. Za-
ſium conſil.* 13. *n.* 10. *& conſil.* 14. *num.* 10. *lib.* 2. Item illa
verba: quod dictæ partes in effectu ſint; quæ ſimiliter
formam ſpecificam important, & ob id etiam ſpeci-
ficè ſunt adimplenda *iuribus notiſſimis.*
168 Sed † tamen ex eo, quod modo dixi, nimirum in
prædictis ciuitatibus Imperialibus appellare volen-
tem, & loco ſatiſdationis iuratoriæ ſuæ cautioni reli-
ctum, ſimul corpus ſuum actualiter obligare teneri,
non rectè quis infert, aut concludet, quod etiam cor-
pus ſuum actualiter in carcerem aliquem, quem
169 † vulgo obedientiarum, mancipet, vocat Colerus
par. 1. *c.* 6. *n.* 103. & 104. ponere, vel in loco publico, iu-
dicij aut curiæ, aut aliquo diuerſorio, aut etiam pro-
170 prijs ædibus (quo † caſu tamen in carcere quoque
detineri dici poſſet, iuxta Anton. de Gamma *deciſ. Lu-
ſitan.* 318. *in fin. princip. ante num.* 1.) affinitionem pati,
& vſque ad finem ſecundæ inſtantię ibi hęrere debeat.
Quia dictus appellat carcerandus eſt, & ibi maneat,
vſque ad finem: & ſententiæ promulgationem. Id enim
ex verbis dictorum priuilegiorum non niſi violenter
extorqueri poteſt, Nam ne verbulum quidem ibi repe-
ritur de carcere, aut affinatione, non igitur noſtrum
171 eſt verba priuilegiorum extendere cum † ea reſpe-
ctu tertij ſint ſtricti iuris, & quam minimè lædere de-
beant, c. cum dilectus extr. de conſuetud. c. ſane. & ibi Ca-
noniſtæ extr. de priuileg. Carol. Tapia. in rubric ff de con-
ſtitut. princip. cap. 6. nume. 1. vbi alios citat. Præſertim,
172 † quia prædicta priuilegia obtenta ſunt parte peten-
te, non

re, non cum indulgentia proprio motu, *Iaſ. in l. vlt. nu. 31. limit. 3. ff. de conſtit. princip. Felin in cap. cauſam queſt. 18. num. 14. in fin. & num. 15. in princip. extr. de reſcript. Natta conſ. 340. num 5. Schurff. conſ. 23. num. 13. centur. 3. Gabriel. Roman. concluſ. lib. 6. tit. de clauſul. 2. numero 61.*

173 *& ſeq.* Ne dicam, tralatitium eſſe, quod † verba legis vel conſtitutionis ſint inſpicienda, iiſque inhærendum, quodque non poſſimus interpretari conſtitutionem, id diſponere, quod non loquitur, *l. 1. § ſi is qui nauem ff. de exercit. actio. l. ſi ſeruum. 71. § non dixit ff. de acquir. Bald. conſilio 447. colum. 3. libro 5. Ludolph. Schrader. in tract. feudali. part. 9 cap. 5. nu. 39.*

174 Bene verum eſt, quod † verbum, promiſſio ſic accipi poſſit, vt corporalem incluſionem, & detentionem ſignificet, verum cum polyſimon ſit, ſiquidem & rectè dicimus ſubmitto fideiubeo ex quo tamē nulla corporalis incluſio, vel detentio infertur, iuxta tradita infra *cap. 16. num. 21.* Quid obſtat, quo minus benigniorem interpretationem ſecuti, vt ſuadet Pontifex *in cap in pœnis. de regul. iur. in 6.* etiam hic pro ſola verbali obligatione corporis accipiamus: præſertim, quia, & ratio iuris communis, & æquitas ipſa quaſi poſtulant, vt tum demum hæc obligatio in effectum producatur, ſi appareat, priorem ſententiam in Camera Imperiali confirmatam, & appellantem, inſuper in expenſas, & damnorum refuſionem condemnatum; non autem ſoluendo eſſe, vt tum demum ſuccedat trita regula in multis iuris noſtri locis approbata:

175 Qui † non habet in ære, luat in corpore, *l. ſi quis id. 7. § infamis. & ibi Iaſon ac Socinus ff. de iuriſdict. l. vlt. ff. de in ius vocando. l. 1. § vlt. ff. de pen. l. cum ſit iniuſtum in fin. C. de ſepulchro violat. Petr. Gilkenius de praſcript. part. 3. cap. 6. num. 42. verſic. enimuero, & quarto. Vincentius de Franchis deciſ. 350.*

176 Quippè hoc caſu nihil aliud eſt † appellatus, quam conditionalis creditor, cui nondum ex re iudicata competit actio, ſed qui ſpem habet, vt aliquando forte (confirmata ſcilicet priori ſententia) competat, quo reſpectu etiam dices nec venit, nec ceſſit, cum conditio, *Si pro me, & contra te iudicatum fuerit*, adhuc pendeat, *l. conditionales 54. l. cedere m diem. 213 ff. de verbor. ſignific.* Si igitur appellans ſtatim à tempore interpoſitæ, & indultæ appellationis, pendente adhuc conditione, carcerem ingredi, vel aſſionationem ſuſferre deberet, quas moleſtias, & incommoditates interim miſer homo pateretur? Cum vtique vno menſe, vel anno cauſæ appellationum in Camera Imperiali ra-

177 riſſimè expediantur, & verò † talem caſum aduerſamque fortunam ſpectari hominis liberi, neque ciuile, neque naturale ſit, *l. inter ſtipulantem. §. ſacram ff. de verb. obligat. l. conditiones. ff. de condit. inſtit. Petrus Heigius in quaſt. 6. iur. quaſt. 6. num. 4. part. 1.*

Taceo, ſi appellans ita corporaliter carceri includeretur, aut ad certum locum, ex quo ipſi egredi non liceret, alligaretur, & demum poſt lapſum plurimum annorum ſententia prioris retractatoria in Camera Imperiali ferretur, quam difficulter ipſi iactura pretioſi temporis, nec non inſectim ex diutino carceris pœdore afflictæ valetudinis, imo & exanclatæ infamię, ab appellato, & condemnato reſarciri poſſet, cum ta-

178 men † corpus liberi hominis æſtimationem non reci-

179 piat, *l. liber homo. ff ad legem Aquil.* Et præterea † libertas bonum ſit inæſtimabile, omnibus fauorabilius *libertas 106. leg. libertas 122 ff. de reg. iuris leg. Titio centum §. Titio ff. de condit. & demonſt. Bald. leg. ancille. colum. 3. Cod. de furtis Henning. Goden. concl. vlt. n. 317. & 318. Crauett a conſil. 292. n. 3. part. 2.* Hoc amplius, incar-

180 cerare † aliquem per ſe ſit illicitum ſiquidem carce-

181 ris † ſupplicium mortalibus eſt grauiſſimum, vt ait Polydor. Virgilius *libro 14. hiſtor. Angel.* quinetiam

182 † libertati repugnat, ac morum vſumque membrorum impedit Iacob. Marchiſellus *in ſylua practicar. quaſt.*

183 *quaſt. 33. num. 1.* haberturque † pro iniuria perſonali. Iaſon *in l. qui condemnatum, §. condemnatum ff. de re iudic. Coler in deciſ. German. deciſ. 164. n. 5. Martin. Mon-*

184 *terus deciſ. 9. num. 46.* Non † aliter ac incarceratus longo tempore ob æs alienum non ſolutum aliqualem infamiam incurrit. *Alex. conſi. 17. nu 7. vol. 1. Anto. de Gamma deciſ. 318. num. 1.*

185 Ac † denique is, qui in carcere, eſt ſingulis diebus de nouo grauari dicatur, ſi iniuſte detineatur (vt certè hic ideoque pro ſingulis diebus, vltra pœnam emendatio illi debeatur tam iure communi Hippolyt. de Marſil. *in pract. crim §. attingam. numero 9.* quam iure Saxonico conſt. *libro 2. artic. 24. & ibi. gloſſa* ſequitur Robert. Maranta *in ſpeculo tit. de appell. num. 265.* Gail. *lib. 1. obſer. 39. num. 12. & ſeq.*

186 Accedit prædictis, quod, etſi iure † Saxonico Electorali valet pactum, quo debitor, ſiue vir ſit, ſiue mulier, ſi non ſoluerit ſtatuto termino ad carcerem, ſiue arreſtum ſe obligat. *Nouella conſtit. Electoris Auguſti 21. parte 2. ibi Daniel Mollerus in commentarijs.* Tamen huius pacti vires ſe prius non exerant, quam conſtet, ſolutionis diem, & veniſſe, & ceſſiſſe, ac debitorem nullo modò ſoluere, poſſe, argumento textus *in leg. cominum, § cum ita. verſic. Nam & quod in diem, ff. de verbor. obligat. leg. non tamen vt ſtatim ff. vt legat. nom. cauet. L. nimis propere. Cod. de execut. rei iudicat.* Vnde in

187 ſimili fieri videmus, quod † pactum, factum ſub duabus conditionibus, copulatiue, locum non habeat, niſi copulatiue probetur euentus ipſarum duarum conditionum. *Decius conſil 177 Quod ſupra colu 1 N col. Bellon. conſi. 74. n. 2. Ioan Baptiſta Ploti in tract. de in litem iurando §. 2. num. 4.*

Atque hunc, quem attuli, intellectum non obſcure

188 ſuadet, & inſinuat † priuilegium ciuitatis VVinsheimenſis in verbis: ſi plures ſint vicini, & amici inſimul fideiuſſionem præſtent, & ſi idonei non ſint ad præſtādam cautionem aduerſario vnitim faciant iuramentum de ſeſe ſubmittendo ſolutioni, &c. citra omnem dubitationem ſunt conditionalia, & prius neceſſario verificari debent, antequam ad incluſionem corporis procedi poſſit; quin potius à contrario ſenſu, ſi aduerſario nihil decedat, ne quidem obligationi, multo ergo minus reali incluſioni corporis appellantis eſt locus, de quo, vel ideo minus hæſitandum eſt,

189 quod † verba non ſunt Iudaice, & ad corticem intelligenda, ſed commode interpretanda, *leg. ſi cui, ff. de ſeruitut. leg. Saluius ff. de lega. praſtand. Harim. Piſtor.*

190 *par. 2. quaſt 41. num. 28.* Interpretatio † namque ſemper ineſt diſpoſitioni de neceſſitate, ex veriſimilitudi-

191 ne, aut ipſius rei natura, vnde & ſpiritus † ſcripturæ perhibetur, ac ſit vel per productum rationis, & eſt neceſſaria, aut per viam æquitatis, & eſt probabilis, vt pulchrè loquitur Aymo Crauetta *in conſilio 3. numero 23. parte 1.* Quæ ideo prolixius inculcare volui, ne forte Bunas quiſpiam Athenienſis (nam de Bochyre vel Prodico melius ſperare iubeor) cortici verborum ſubtiliter inhærens, a recta via exorbitet, illaque ſtatuat, quæ poſt vulneratam cauſam remedium porrò non amittant, *leg. vlt. Cod. in quibus cauſ. in integrum reſtitut. non eſt neceſſaria.* Facilius † enim impeditur, quod nondum eſt factum, quam reuocatur. quod factum eſt *leg. patre furioſo, ff. de his qui ſunt ſui, vel alieni iuris, leg. index. ff. de iudicijs cap. factum, de regulis iuris in 6.* Andreas Cohl. *in exercitation. legal exercit. 8. num. 26. fol. 106. colum. 4. & exercitat. 11. numero 23.* textus

193 † elegans quem nemo adhuc induxit *in leg. ſi ſtipu-*

latus. 15. *verſicul. Intereſt enim. ff. de fideiuſſor.* Vnde
etiam Ariſtoteles *libr.5.politic.cap.*3. dixit, Melius eſſe
594 † prouidere, ne homines nimia potentia augeantur,
quam poſt contra auctos remedium quærere. Et eſt
595 huic ſimile, quod vulgo † dicitur, quod facilius
quis repellatur ab obtinendo, quam ab obtento, *Do-*
*ctor in leg.1.§. ſcientiam ff. de Tribut. act. Capella conſ.*27.
column.2.verſicul. Et licet ſtatutum. Per. Pechius de te-
596 *ſtament. coniug. l.* 1. *cap.*45. *num.* Vt † autem bene-
uole lector, quaſi in ſpeculo conſpicere queas, ea
quæ hactenus à me prolata ſunt, non ſolum de iure ob-
tinere. Verum etiam in praxi ita obſeruari, en tibi
tres interlocutorias ab ampliſſimo ſenatu in inclytæ
Reipublicæ Hamburgenſis latas quæ mihi, poſtquam
præcedentia iam dudum abſoluiſſem, ab amico quo-
197 dam ſunt communicatæ quarum prior ita habet: †
Ambæ partes inſimul de ſuis Iuribus coram iudicibus
altercabantur arbitrans omnes iura ſua, ac rationes
eſſe firmas, ac validas, ab ipſis iudicibus fuit reſpon-
ſum, quod ipſi omnes iuribus Imperij vterentur ita
fuit interloquutum 26. Ianuarij 1603. Altera huius
eſt tenoris.
598 Ita † etiam, & eodem modo fuit pronunciatum
die 4. Aprilis Anno 1603. Tertia denique interlocu-
tori his verbis eſt concepta.
199 Alia † denique in eodem ſenatu 5. Septemb. An.
1605. fuit lata,

Sequitur nunc, vt ſimiliter de contractibus, vel
quaſi agam, & aliquot exemplis oſtendam, in ijs quo-
que fideiuſſorem interuenire poſſe. Et primo occur-
200 rit † contractus Mvtvi, in quo fideiuſſorem † pe-
201 cuniæ creditæ aliquem eſſe poſſe. per ſe ἀξίωμα est,
probaturque *in leg. ſi mandator. Cod. Quod cum eo leg.*
vlt. in princip. ff. de contrah. empt. Et locum † habet non
tantum in mutuo iam contracto, *l. ſi in pignore* 54 *leg.*
202 *Granius in princ. ff. de fideiuſſoribus.* Verum † etiam in
mutuo in futurum quandoque contrahendo *leg. ſi ita*
203 *ſtipulatus.*55 *ff. de fideiuſſor.* Fallit tamen, ſi quis † ex pu-
blicis ratiocinijs, occulte, ſub cautionis, aut ſpon-
ſionis, fide pecuniam mutuam, vt debitori eam red-
diturus, acceperit, illud enim mutuum non valet, nec
ſponſio pro eo facta tenet *leg. C. de his qui ex public. ra-*
204 *tioci. lib.*10. vbi occulte † mutuam pecuniam acci-
pere, eſt accipere in certis nominibus. *L.* 1. *ff. Ad*
Macedon. quæ alibi tacita pecunia vocatur, quod ob
turpitudinem publicæ menſæ ſcriptura non compre-
hendatur. *l. emptor, §. Lucius ff. de pactis. Agellius lib.*12.
*cap.*12. Ampliatur tamen, & ſupra *num.*200. poſita ge-
205 neralis concluſio, vt † procedat, etiã in mutuo ex poſt
facto reconciliato. Pone enim, filium familias ſub pa-
tris poteſtate conſtitutum, ſine patri præſentia mutuũ
contraxiſſe, & fideiuſſorem dediſſe, denique ſequen-
ti patrem ratificaſſe contractum filij ſui, non eſt du-
bium, quin ratificatio patris recõciliet mutuum. Num
verò valebit hoc in præiudicium fideiuſſoris, qui con-
uentus ſe tueri poterat exceptione SCti Macedonia-
ni? Et quanquam pro negatiua vna atque altera ra-
tio moueri poteſt, verior tamen eſt ſententia affirma-
tiua, ſecuta nimirum patris ratificatione, fideiuſſo-
ris obligationem validari, *per text. in l. ſi quis pro eo §.*
ſi nummos. & ibi Caſtrenſ. ff. de fideiuſſor. idq; fuſiſſime &
accuratiſſime, vt reliqua omnia probat Vincent. Ca-
rotius *deciſ.*74 *per tot. in ſpecie vero num.* 12. 13 & 18.
206 Idem quod de mutuo diximus, etiam † in commo-
207 dato locum habet, vt & in † Deposito, *l.* 3. *ff. de*
fideiuſſor. l.1.§. idem 14. *l. ſi fideiuſſor.*30. *ff. depoſiti. Con-*
*ſtant. Harmenop. lib.*3. *Epit. tit.* 9. *rubr. de caſu fortuito.*
Quamuis autem in hoc concordent tamen in alio
caſu quoad materiam cautionis præſtandæ, com-
modatum, & depoſitum differunt. Si enim is, qui com-
208 modatum † accepit, non apparentis rei commo-
datæ nomine condemnetur, pretium quidem dare
tenetur, *l. in commodat. § vlt. ff. commod. facit. l. fullo ff.*
de condict. ſine cauſa. Sed viciſſim cauendum ei eſt, vt
rem commodatam, poſtea forte fortuna repertam, do-
minus ei præſtet. *l. ſi qui cõmodatum. in prin. ff. cõmodati.*
cauendum, inquam, non cum fideiuſſore, ſed nuda
repromiſſione. vt vult Cuiac. *per l. ſi pecuniam. §. item ſi*
quis ff. de condict. cauſa data. Sed exiſtimo (cum com-
modatum bonæ fidei iudicium ſit, *§ actionem autem.*
209 *Inſtit. de actionib.*) & † fideiuſſorem ex cauſa petĩ
poſſe, puta, ſi commodatarius veriſimiliter ſperet, rem
commodatam, quæ iam non apparet, breui repertum
iri *argu. l. in omnib ff. de iudic. l. pro ſocio.*38. *ff. pro ſocio.*
210 At in † depoſito ſe res aliter habet: Si enim ſine
dolo malo, & lata culpa rem depoſitam amiſeris, nec
depoſiti reo eris (quia culpa leuis in depoſitum non ve-
nit) nec cauere debes ſi deprehenderis eam reddi, *l. ſi*
ſine dolo 20. *ff. depoſiti.* Cur ita? quia ſuperuacuo
cautio præſtaretur, cum ſi res ad te iterum peruenerit,
promptum, & procliue ſit tecum actione depoſiti age-
re, idque depoſito ſpeciale eſt, fuſius declarat doctiſ-
ſimus Cuiacius. *lib.*22. *obſeruat. cap.*30.
211 Locationis † quoque contractum fideiuſſo-
rem admittere, pluſquam manifeſtum eſt, idque pro-
bat l. *quæro ff. locati. l. locatio ff. de publicanis l. amiſſi. §. fi-*
*deiuſſores l. ſi à colono. ff. de fideiuſſor. l. cum colono.*14. *D.*
quib. mod. pign. vel. hypoth. ſolui. quo referenda etiam
ſunt, quæ ſupra *cap.*5. *num.* 99. & *ſeqq* de conductori-
bus vectialium annotaui, ne in re clara itriti acumi-
212 nis difficultates moueãtur. Et quidem in ſpecie † pro
redemptoribus operis alicuius perficiendi (quos Con-
ſtant. Harmenop. *lib.3. Epitom. tit.*8. ἐργολάβους hoc eſt,
operum mancipes appellãt; vt ſunt lapidarij, gypſo-
plaſtæ, fabri lignarij, & id genus alij artifices) etiam
fideiuſſorem interuenire poſſe, probat *l.2. idem ex eo-*
213 *dem. ff. de adminiſt. re. ad ciuit. pert.* vt † & pro obliga-
tione operarum, *l. nemo eſt qui neſciat. ff. de duob. reis.*
Bar. in ſingul. 26. *pulchro. Ioan. Goddæus in comment. de*
*contrah. & committ ſtipulat. cap.*6. *concluſ.*13. *n* 165. 166.
& 167. *Stephan. Forcatulus in Neciomantia, dialogo* 53, &
214 *dixi ſupra cap.*5. *nu.*311. & *ſeqq.* Sic pro colonis † quo-
que publicorum prædiorum apud mancipem quem fi-
deiuſſorem exiſtere poſſe, oſtendit *l. qui fideiuſſor.* 53.
ff. locati. Dicitque Vincent. de Franchis *deciſ.* 102. *n* 1.
in locationibus vectigalium ciuitatis Neapolitanæ
ſe ſemper conſueuiſſe accipere fideiuſſores pro certa
quantitate.

Quo non incommode quoque referri poteſt do-
ctrina Paridis de Puteo *in tract. Syndicatus verſic. fide-*
215 *iuſſor. cap.* 2. *poſt nu.* 5. dum inquit: In regno † Nea-
politano, & Siciliæ omnes officiales, Capitaneos,
& Iuſtitiarios (qui certe operas ſuas quaſi locãt) præ-
ſtant fideiuſſores de bene adminiſtrãndo, & de ſtando
ad ſyndicatum finita adminiſtratione, nec non ſolu-
uendo iudicatum, quam ſequitur Io. Bernardin. Mu-
ſcatellus *in practica fideiuſſoria. par.3. modo* 14 *nu.* 7. 8.
& 9. vbi ſimul oſtendit, quomodo contra hos fideiuſ-
ſores ſit procedendũ, de quo infra ſuo loco etiam dice-
216 tur. Sic † & is qui cuſtos arcis alicuius conſtituitur
Gubernator Iure cogitur, vt datis fideiuſſoribus ca-
ueat, de reſtituenda arce, de recte cuſtodienda, de dam-
no, &c. vt ſcribit Ioan. Goddæus *de contrah. ſtipulat.*
*cap.*6. *concluſ.*23. *num.*257.
217 Idem plane iudicium † eſt de contractu Socie-
tatis, in quo fideiuſſor quoque optimè adhibetur,
l. verum. §.1. ff. pro ſocio. & quælibet alia cautio, ſi iu-
ſta cauſa id poſtulet, *l. pro ſocio.*38. *ff pro ſocio,* Cæterum
hunc

Digitized by Google

hunc fideiuſſorem cautum eſſe debere, vt exiſtimat,
quatenus,& quantum teneri velit, meminui, me au-
te hoc ipſo capite *numer.* 90. tractaſſe, idcirco non
repeto.
218 Nec aliud † in contractu EMPTIONIS, & VEN-
DITIONIS obſeruari credendum eſt, quam quod in
eo quoque fideiuſſoris datio admittatur,etiam tum,
quando hæreditas venditur,*l.2.C.de legat.* Etſi enim
219 † fideiuſſor non eſt de ſubſtantia emptionis,*l.non id-*
220 *circo,C.de contrah.empt.*ſed inter † cætera (quæ vo-
cant) venditionis numeratur;vt & traditio,& pre-
tij numeratio,*l.5.§.eadē ratione,ff.de rebus eor.qui ſub*
tut.vel cura.l.ſi duo,§. ſi quis iurauerit, ff. de iureiur.
quæ alibi adminicula emptionis vocantur, *l. pacta*
221 *conuenta,ff.de contrah.empt.*vt & † cætera litis di-
222 cuntur *in l.vlt.§.1.in fin. C. de adminiſt. tutor.* item
223 cætera † cognitionis,*in l.intra vtile, ff. de minorib.*
item,cætera † aulæ,apud Tacitum *lib.1.annal.* & ibi
224 Iuſtum Lipſium *in commentar.n.42. mihi pag.* 7. &
reliqua † conductionis,*in l. ſi aduerſarius* 10. *C. ad*
Senatuſc.Vellelan. Solet tamen vt plurimum contra-
ctui emptionis,& venditionis adhiberi, vt eam cor-
roboret,& confirmet,*d l.pacta conuenta.*
225 Neque verò † fideiuſſorem accipit tantum em-
ptor à venditore,*l.5.ff.de reſcind.vend.l fideiuſſ.45.ff.*
de fideiuſſ.l.cum ſtipulatus,213 §.1.ff.de oblig.l.ſi ſeruus
*24.§.vlt.ff.de actio.empti.*Vnde etiam Plato *lib.12. de*
legib.mihi pag.901. conſtituit, quod fideiuſſor eſſe
debeat,qui prius vendidit,eius,de quo an iure poſſit
226 vendere,dubitatur; ſed † & venditor ab emptore
l.2.C.de legat.
227 Præterea non ſolum † pro pretio,puta,ſi emptori
parum fidei habeat venditor,*l.quod vendidi,l.vt res 53.*
228 *ff.de contrah.empt.* ſed etiam pro † fructibus ſecun-
do venditori maturitatis tempore reſtituendis,intel-
lige ſi fructibus immaturis in agro pendentibus pri-
mus venditor fundum redimat,vt nūcupatim voluit
Tiraquell.*de retract.conuent.§.5.gloſſ.5.*pulchrè Iacob.
Marchiſell.*in ſylua quaſt.pract.q.*100. *num.6.* Imò &
229 pro euictione (præſertim † conſuetudine loci,tale
230 aliquid exigente, Gaſpar. Caballio, *de euictio, §.2.*
n.15.) accipitur.*d.l.pacta conuenta,ff.de contrah.empt.*
*l.ſi is cui,§.ſi is cui ff.de euictio,l.auctore,C.eod.*Cotner.
*conſ.325.vol.1.*Parilius *conſ.111.num.1.& 11. vol.4* Ma-
gonius *deciſ.Lucenſi 6.num.3.7. & 8.* Bertazolius *in*
tract.clauſul.inſtrum.clauſul.42.gl.7.n.1. & 2. Nicol.
Valla *de reb.dub.tract.9.n.8.*(vbi tractat quæſtionem,
231 an † fideiuſſoribus denuntiandum ſit, litem agitari,
vt de euictione conueniri poſſint, negatiue conclu-
dens,cui ſententiæ etiā adſtipulantur,gl.*in d.l.auctio-*
re. Ioan. Andr.*in c.fin.de empt.*Bald.*in l.liber.num.*12.
*Cod.de ſenten.& interlocut.*Iacob.Marchiſell.*in ſylua*
quaſt.pract.q.81.n.6.) Iacob. Cuiac. *in Nouell.4. mihi*
pag.43. vbi notabilem caſum, & obſeruatione di-
232 gnum enucleat. Niſi † forſitan manifeſta empto-
ris deprehendatur calumnia,Bald.*in l.non idcirco, C.*
*de contrah.empt.*Neuizan. *conſ.37.n.9.*Caballin.*d.§.2.*
n.13. aut tota aliqua vniuerſaque hæreditas ſit ven-
dita,nihilque de euictionis præſtatione expreſſum,
*l.1.de euictio.*pulchrè Nicol.Reuſnerus *lib.1.deciſ.12.*
233 *n.9.& ſeqq.*Hoc amplius,& † redhiberi ei poſſe, ſi
in omnem cauſam ſit fideiuſſor, probat Paulus *in l.*
Latinus 56.ff.de adilit.edict.
234 Eſt † tamen ad modo dictam *l.quod vendidi,ff.de*
*contrah. empt.*notanda ſingularis declaratio ex Statu-
tis municipalibus vrbis Lubecenſis, *lib.2.titul.5.§.6.*
vbi verba ita habent: ſi aliquis venderet rem ali-
quam debet ipſe venditor rem venditā manutenere
& qui emit debet de ſolutione præſtare fideiuſſionē
Antonius Heringius.

235 Cui planè conſonum eſt,quod venditor,qui rem
tradidit,habita fide de pretio,neq; accepto fideiuſſo-
re,non poſſit amplius habere regreſſum ad rem, ſeu
rei poſſeſſionem,ſed tantum pretium petat,*l.ciuile,C.*
de rei vind.l.non idcirco,C.de cōtrah.empt.l. qua inuſ-
ti. vbi *Bart.ff.de condict.indeb.Natta conſ.171.n.1.*qua
de re plura vide apud Fab.de Monte *in tract.de empt.*
& vendit.in 5.quaſt.princip.n.36.& 37.
236 Hinc † etiam fit,ſi ante pretium ſolutum, & in li-
mine contractus dominij quæſtio moueatur,pretiū
emptor ſoluere nō cogatur, niſi fideiuſſores idonei à
venditore eius euictionis nomine offerātur,*l.habita-*
tionem 18.§.1 ff.de peric.& com.rei vend. late, & pul-
cherrimè Borgnin.Caualcan.*dec.4.part.1.*Petrus Au-
guſt.Morla *in Emperio iuris.par.1.tit 9.n 28.pramiſſ.*
237 *n.* 108. Præter quam ſi emptor † ſibi litem moueri
contendat, adhoc,vt in aliud tempus differat, ac re-
jiciat pretij ſtatuti ſolutionem;tunc enim non aliter
emptor auditur,quam ſi is,& qui litem mouit, iura-
mento ſuo ſe purgent, quod nulla inter ipſos inter-
ceſſerit conuentio, ad mouendam litem.Bart.& alij
*in l.ſi poſt perfectam,Cod.de euictionib.*Menoch.*de ar-*
bit.iudic.quaſtio caſu 224.Vincentius Carocius *deciſ.*
238 *96.n.3.& 4.*& alioquin † de facili poſſent per em-
ptores ſuppoſiti homines vaſri, ad procurandum ſe-
queſtrum,vel temerariam litem mouendam,& inte-
rim miſeri venditores,carentes re,& pretio, delude-
rentur: Antonius Theſſaur.*deciſ.Pedemont.85.num.3.*
239 Appoſite autem quæritur, an fideiuſſores † illi de-
beant promittere euictionem tantum contra illum,
qui in præſenti mouet litem,vel an contra quoſcun-
que? Gloſſ.*in d l.ſi poſt perfectam,C.de euict.*quæſtio-
nem illam proponit, ſed nihil decidit. Baldus igitur
in d.l.habitationem,18. concludit, fideiuſſorem pro-
mittere euictionem contra quoſcunque,*per l.fin.§.1.*
ff.de reſcind. & hanc opinionem dicit Baldus tenere
etiam Dynum,Richardum de Malumb. Iacob. de A-
rena,& Cynum *in d.l. 18.* & Doctores alios *in d.l.ſi*
*poſt perfectam,C.de euiction.*vbi Bartolus id expreſsè
240 firmat. Poſtquam † enim lis fuit mota ab vno,pre-
ſtandi ſunt fideiuſſores, non propter timorem illius
duntaxat,ſed etiam pro quacunque cauſa,quam qui-
libet mouere poſſet:Caſtrenſ.*conſ.46. incip. Super eo*
*quod quaritur,n.1.& volum.1.*Auguſtinus Morl.*d.lo-*
241 *co*, vbi hanc rationem vocat acutiſſimam. Et non †
propter periculum iam inſtans ſolum, verum etiam
propter metum periculi cautionem rectè petimus,
Tiber.Decian.*reſponſo 71.nu,42.vol.2.* Frideric.Pruc-
kmam.*conſ.6.n.60.& 61.*
242 Idem † tamen Baldus variando (quod in eo † non
243 eſt mirandum,cum habuerit cerebrū, quod volue-
batur,ſicut auis in aere,vt ex aliis refert. M. Ant. de
Amatis *dec.11.n.19.*licet eum excuſet M.Mantua *lib.*
9.obſer.obſer.81.)Baldus,inquam,*in d l. 18. in lectura*
antiqua,voluit,fideiuſſorem tantum pro illa euictio-
ne teneri,quæ iam imminet, nō de alia, & mouetur,
quod *in d.l.18.*dicitur,fideiuſſores offerri debere eius
euictionis nomine,quę ſcilicet iā imminet,non quæ
in futurum imminere poteſt, vt ipſe interpretatur.
244 Sed prior ſententia † communiori D. D. calculo
probatur,eamque ſequuntur Bartolus, Baldus ipſe-
met,& Salicet *in l.fin.§.Roman.conſil.204. in 2. du-*
*bio.*Caſtrenſ.*conſ.46.col.2.volum.1.* Hieron. Gratus
conſ.155.in fin.lib.2. Gaſpar.Caball.*in tract.de euict.§.*
2.n.8.12.& ſeqq.& omnium lariſſimè Laurent.Ten-
oius Rodulphus *in tract.cautellarum cautela 60. per*
diſcurſum. vbi admodum eleganter hunc paſſum
explicauit:Quibus adde Afflict. *dec.* 171. Ioan. Petr.
Surdum *dec.183.n.10. & dec. 195.* Bertazol. *in tract.*
O

clauſul.inſtrum.clauſula 42.*gloſſa* 11.Fabian.de monte
S.Sabini *in tract.de empt.& vendit.*6.*quæſt.princ.q.*12.
*n.*51.Pet.Heigium *in quæſt.iuris,q.*36. *num.* 58. *& ſeq.*
Nattan.*conſil.*267.*n.*4. Caball.*in d.§.*2.*num.*18. Ioan.
Vincent.Hondedæum *conſultat.*30.*n.*31.*&* 32.*& rur-
ſus conſultat.*43.*per diſcurſum, vol.*1. vbi etiam habes,
245 ſi † euictio immineat in ipſo limine contractus
an fideiuſſio quoque præſtanda ſit ab eo,qui aucto-
rem diuitem habet,qui iudicium ſuſcipiat , item, an
246 interueniente pacto inter emptorem , & vendito-
re,quod emptor non teneatur ſoluere pretium,priuſ-
quam vẽditor fideiuſſorem dederit,nihilominus em-
ptor pro tempore præterito,ad vſuras ratione perce-
ptorum fructuum,teneatur,in quo Hondedæus *dict.
conſultat.*43. affirmatiuam tuetur.
247 Planè † fideiuſſores illi,qui ſe euictionis nomine
obligarunt,aut nullam moleſtiam illatum iri alicu-
ius rei emptori ſub pœna promiſerunt , nullam pœ-
nam omnino incurrent,ſi contractus:& oppugnatus
& reſciſſus fuerit remedio *leg.*2.*C.de reſcind.vend.*vt
explicant Caballin.*de euiction.§.*2.*num.*20. Arius Pi-
nellus *in d.l.*2.*part.*2.*cap.*3. *num.* 43. *cum ſeqq.* Sic ſi
248 † res ſemper remanſerit penes venditorem , omiſ-
ſa quacunque executione,contra venditorem eiuſq;
fideiuſſorem libere agi poteſt : nam ſufficit rem ip-
ſam euictam non reperiri penes emptorem,qui con-
ſtito de iure euincentis,non impeditur agere de eui-
ctione,nedum contra venditorem,ſed etiam eius fi-
deiuſſorem,mediante tamen ceſſione contra eos ha-
bita,Rubeus Alexandrinus *in repetit. l. non ſolum,§.
morte , nu.*457.*& ſequent.ff.de oper.noui nuntiat.* Ca-
rolus Ruinus *in conſ.*146.*num.*6.*&* 7.*lib.*4. Barnabas
Cornazzan.*deciſ.Rotæ Lucenſ.*133. *num.*6.
249 Quid autem fiet,ſi † venditor,ita, vt dictum eſt,
euictione imminente , fideiuſſores nullos inuenire,
nec ſatiſdare poſſit ? Reſpondeo illum,ſi modo alias
idoneus ſit,adigi poſſe,vt ſub hypotheca reliquorum
ſuorum bonorum ſe obliget,pro creditis,quæ in fu-
turum detegi,vel apparere poſſunt , Vincent. Caro-
cius *dicto deciſ.*96.*num.*13.*verſic. Illud verum eſt.*Vel vt
250 † pretium reponatur in emptionem bonorum im-
mobilium,quæ emptori in caſum euictionis nihilo-
minus hypothecata remaneant Octau.Cacheran.*dec.*
251 24.*n.*14.Vel,vt , pretium † apud virum bonum ſe-
queſtretur,ad venditoris tamen vtilitatem *Cacheran.*
252 *d.loco Borgnin.Caualcan. deciſ.*4.*in fin.* Vel † deni-
que,vt fructus currentes,hoc eſt, annua penſio ,ſint
venditoris,ipſa autem ſors principalis ſtet pro ſecu-
ritate emptoris,& ſine eius voluntate amoueri non
poſſit.Vincent.Carocius*d. deciſ.* 96. *num.* 13. *verſic.*
253 *Et vidi quandoque* Subjiciens,id ſibi † æquius vide-
ri,quam rigoroſam retentionem aut ſequeſtrationẽ
ea qua nec vẽditor,nec emptor aliquid vtilitatis per-
254 cipiunt.Sanè † ſi ipſemet emptor pretium nec de-
ponere,nec ſequeſtrationem eius pati,ſed pro annua
penſione apud ſe retinere velit, credo illum audien-
dum,modo pro ſecuritate, vel pignus nectat, vel fi-
deiuſſorem venditori exhibeat, non enim debet mi-
hi diſplicere conditio in memetipſo,quæ placuit mi-
hi in alio, faciunt tradita ſupra *cap.*5. *num.* 197. ſunt-
que hæc ab Aduocatis, & cauſarum patronis, tan-
quam valdè vtilia & in praxi ſæpenumero occur-
rentia,accurate obſeruanda.

Quia † vero in hanc quæſtionem incidi,quatenus
nimirum fideiuſſor pro euictione teneatur, non abs
re erit , ſi per indicem ſaltem ſententiam quoque
meam exponam de alio quodam articulo, qui non-
nullis negotium faceſſit, Notum enim eſt,alienatio-
nem fundi dotalis regulariter prohibitam eſſe .Sed
pone,quod maritus eum alienet, tenebiturne de eui-
ctione,ſi per mulierem deinde repetatur ? Doctores
255 † hoc in caſu dant cautelam emptori,vt faciat ven-
ditioni adhiberi fideiuſſorem, is namq; tenebitur de
euictione, quia prohibitio alienationis fundi dota-
lis reſpicit fauorẽ mulieris,nõ viri,ergo ratione viri,
bene obligabitur fideiuſſor,cũ vir tanquam principa-
lis,de euictione teneatur,Cynus *in l.ſi prædiũ C.de iur.
dot.*Ioan de Lignano.Ioan.Andr. & Ant.de Butrio *in
cap.cum contingat.extra de iureiurand.* Ioa. Campez.
*in tract.de dote quæſt.*7.*& part.*4. *quæſt.* 21. vbi hanc
ſententiam communem eſſe, & ſibi ſatis placere ait:
Pro fundamento autem adducunt,*l.etſi is.Cod.de præ-
diis minor.*Ibi curator minoris abſque decreto præ-
ſidis,prædium ruſticum minoris,diſtraxit,& pro eui-
ctionis periculo,ex rebus propriis pignora quædam
obligauit.Venditio per præſidem , tanquam contra
conſtitutiones facta, reſciſſa eſt tamen pignora ob-
ligata remanſerunt : Idem igitur dicendum videtur
in alienatione fundi dotalis, vt alienatio quidem re-
ſcindatur , fideiuſſore nihilominus obligato ma-
nente.
256 Verum † iſtam cautelam nominatim rejicit Bar-
tol.Cæpola *in cautel.*128.*incip.Qui vult emere* dicẽs,
iſto caſu fideiuſſore dationem nullam eſſe,quia alie-
nationi fundi dotalis lex reſiſtit,*§.*1.*Inſtit.quib. alien.
licet vel non.cum ſimilib.*cum verò lex alienationibus
reſiſtit,& occurrit,*vt in l.non dubium.C de legib.*tunc
etiam fideiuſſor liberatur;quia ſi fideiuſſor non libe-
raretur,per competentem actionem ad reum perue-
niretur,contra legis mentem,& intentionem, *l.cum
lex ff.de fideiuſſor.*Summa Angelica *verb. fideiuſſor.n.*
19.Ant.de Gamma *deciſ.Luſitana* 79. *num.* 2. nomi-
257 natim ibi ſtatuens:Quod fideiuſſio † accedens ven-
ditioni rei minoris,factæ ſine decreto iudicis,& cu-
ratoris auctoritate,non valet.
258 Sed iſta † opinione retenta labor eſt reſpondere
ad *d.l.etſi is,C.de præſid.minor.*Accurſius ibi quinque
ſolutione ponit,in quarum tamen nulla , quo bona
gratia dixerim,tuto pedem figere poſſis.Nam Delio
natatore indiget,quod ait in verſic. *vel hoc ideo con-*
259 *tingit.*Eſtq; † alias pervulgatum , quando gloſſa dat
aliquã expoſitionem alicui verbo,vel dictioni, & in
ea ſe non firmat,ſed tranſit ad aliã, quod tunc ſuper
prima expoſitione non poſſit fieri fundamentũ iux-
ta notata *in l.qui filium,§.Sabinus.ff.ad Senatuſc.Tre-
bel.*Carol.Ruinus *conſil.*46. *num.* 4. *lib.*1. Curt. iun.
*conſil.*1.Socin.iun.*conſil.*24.*num.* 3.*lib.*1.Barnab. Cor-
nazzan.*deciſ.Rot. Lucenſ.*186. *num.* 13. Credo igitur,
quoad fideiuſſoris,& pignorum dationem , hoc in
caſu diſcrimen aliquod ponendum eſſe,non quaſi fi-
deiuſſio ſit acceſſio principalis obligationis,non au-
tem pignus,quodque ideo principali non ſubſiſtente
corruat etiam fideiuſſio,tanquam acceſſorium ; nam
& hypothecæ ac pignora inter acceſſiones numeran-
tur,*l.in omnib.*45 *ff.de ſolutionib.* Sed quia in *d. l. etſi
is.*præſupponitur : Primo curatorem contra conſti-
tutiones prædium minoris diſtraxiſſe : deinde, pro
euictionis periculo pignora nominatim obligaſſe;&
denique obligaſſe res,non pupilli,nec tertij alicuius,
ſed ſuas proprias.Ex his igitur colligitur , aliud eſſe,
ſi ipſe minor,aliud ſi curator pro ſua auctoritate di-
ſtraxerit.Si minor ipſe abſque decreto præſidis di-
ſtraxerit,& pro euictione,vel fideiuſſore,vel pigno-
ra dederit,nec venditio valet, neque etiam acceſſio-
nes tenentur,*dict.l.cum lex. & ibi Bart.* At ſi curator
diſtraxerit,pignoraq;& fideiuſſores dederit venditio
quidem reſcinditur , ſed acceſſiones non liberantur
quia ſerat ſibi acceptum curator , quod contra legis
inter-

Digitized by Google

interdictum prædia minorum diſtraxit, & res ſuas
260 pro euictione obligauit: cautè † enim eſt nego-
tiandum, *l.2.C.de furt.* & qui contra iura mercatur,
bonam fidem non præſumitur habere, *leg. qui à quo-
libet, cum l.ſeqq.ff.de contrah.empt. cap.qui contra re-
gul.iur.in 6.* Octauius Simoncellus *in tract.de decret.
lib.2.tit.6.inſpect.5.n.28.& 29.* pulchrè Ant. Quetta *in
conſ.54.n.4.5.6.& 7.* Hieron. à Laurentiis *deciſ. Rota
Auenion.103.q.6.* Anton. Gomeſius *ad 50.l.Tauri.nu.
60.mihi pag.471.*

Eadem obtinere videntur in alienatione fundi do-
261 talis. Si † enim mulier alienet, & pro euictione det
fideiuſſionē vel pignora, datio eſt nulla, *d.l.enim lex.*
& ita poteſt intelligi cautela Cepolæ. Sin verò ma-
ritus diſtrahat, conſentiente muliere, vel etiam ea
inuita, non tenet quidem alienatio verum acceſſio-
nes datæ tenebuntur, cum maritus ſibi acceptum
ferre debeat, quod contra legem fecit, quodque vltro
in iſtam neceſſitatem ſe coniecit, *d.l. etſi is, & ibi*
262 *Bald.& Cyn.C.de præd.minor.* Atque iſtam † com-
munem Doctorum concluſionem eſſe teſtatur Io.
Campez. *in d.part.4.quæſt.17.in fin.*

263 Denique poteſt † fideiuſſor in contractu vendi-
tionis etiam pro quolibet alio pacto, cuiuſcumque
tandem id ſit modi (*vt not.at.C.de pact.inter empt. &
vendit.*) interuenire, *per text.in l.Stychum,95.§.vlt.ff.*
264 *de ſolution.* Imo, & † tunc, quando conſanguineus
rem venditam retrahere vult, tanquam proximior,
ſed ſolutio pretij in tempus differtur, cautionem ali-
quando exigi poſſe, patet ex illis, quæ tradit Tira-
quell. *de retract.lign.§.1.gloſſ.18.num.45.* Iacob. Me-
noch. *de arbit.iud.quæſt.caſu 140.num.3.*

265 Transeamus † nunc ad quaſi contractus, in qui-
bus ſimiliter fideiuſſores dari ſolere, extra omnem eſt
266 controuerſiam. Sic namq; in actione † Negotio-
rvm Gestorvm, *l.3.§.vlt.cum l.ſeq.ff.de negot. geſt.*
267 in † Tvtela, *tot.tit. ff. de fideiuſſ. tutor. vel curat.*
268 quanquam tutela † etiam contractus vocatur, *in l.
contractus.ff.de reg.iuris,l.ex contractib.ff.de obligat.&*
269 *actio l.1.§.debitum.ff.de conſtit.pecu.* vt & † Dotis
Dationе, quæ ſimiliter contractus eſt, *d.l. contra-
ctus, & d.l.1.§ debitum.* Fideiuſſorem interuenire poſ-
270 ſe, extra dubium eſt, in tantum, vt quamvis † ſtatu-
tum dicat, quod ciuis fideiubens pro extraneo non
teneatur, hoc tamen fallat, ſi pro dote fideiubeat
Natta conſilio 52.numero decimoquarto, tomo 1. In iudi-
271 cio † quoque Familiæ Erciscvndæ, *l.hæredes.§.*
272 *item curare,ff.familiæ herciſcund.* In † Adit one
Hæreditatis, cuiuſque Petit one *tot tit.ff. vt le-
gat.ſeu fideicomm.iuncta l.4. § vltimo cum legibus ſeqq.
ff.quibus ex cauſis in poſſeſſ.eatur,* de quo plura vi-
de apud Achillem Perſonalem *in tractatu de petitio.
hæredit.num.699.700. 701.703.& ſeqq* vbi oſtendit
quatenus electio ſit hæredis ſcripti, vel legatario num
273 legatum exigere, vel reſpectiuè retinere, & cauere.
In † Indeb to, ſiue pro mutuo, *l.indebitum,l.frater,*
274 *§.vltimo,l.ſi fideiuſſor,ff.de condiction.in.deb.* In † Ac-
tione De Pecvlio, vt annotauit Marcus Mantua
*in ſingul.500.n.2.per l.creditorem.ff.ad Senatuſconſultum
Macedon.l.eo tempore,ff. de peculio.* Non minus etiam
275 in Constitvto fideiuſſor interuenire poteſt, iux-
ta Bartol. *in l.2. ff.de fideiuſſ.* Alexand. *in l.1 § fin. ff.
de conſtit.pecun.* probat Valentinus Francus *de fide-
iuſſoribus, cap.3.num.193.* Quinimò & in rem iudica-
276 tam, vel † Rei Ivdicatæ fideiuſſore rectè acce-
dit, *l.quarea.§ ſi ex conuentione, verſic. ſed & pignora,*
277 *ff.de ſentent.& re iudicata.* Et ob † id cum L. Sci-
pio Aſiaticus iudicatæ pecuniæ ſatiſdare non poſ-
ſet, parum abfuit, quin in publica vincula duci iuſſus
Antonius Heringius

eſſet, niſi T. Grachus Tribunus plebis eum decreto
ſuo liberaſſet. Liuius *decad.4.lib.* Valerius Maximus
lib.4.cap.1. Agellius *lib. 7. cap. 19.* & ex illis retulit
Petrus Ærodus.

Sed quia de contractibus & quaſi cōtractibus pro-
ximè diximus, quæri non immeritò poteſt, an in fœderi-
278 bus † quoque cōſtituendis ſponſores ſiue fideiuſ-
ſores adhiberi poſſint: Ratio dubitandi eſt, Quod in
279 † fœderibus ſiue etiam eſt conuentio, *l.conuentionum,§.
1.ff.de pactis,l.in bello,ibi nihil erat in pactis coprehen-
ſum.ff.de captiuis.* Vnde dicendum videbatur, & fide-
iuſſores huic conuentioni ſtabiliendæ adhiberi poſſe
280 Cæterum in † aliam ſententiam abire videtur Li-
uius *deca.1.li.6.* vbi de pace Claudina loquēs, his ver-
bis vtitur: *Itaque non vulgo creduntur, Claudiuſque etiā
ſcribit, fœdere pax Claudina, ſed per ſponſionē facta eſt.
Quid enim aut ſponſoribus in fœdere opus eſſet aut obſi-
dibus, vbi precatione res tranſigitur: per quam populū
pat, quo minus legibus dictis ſtetur vt eū Iupiter ita fe-
riat. quemadmodum a fœcialibus porcus feriatur? Spo-
ſponderunt Coſſ. Præfecti, Legati Quæſtores, Tribuni mi-
litum, nominaque omnium, qui ſpoponderunt extant:
Vbi ſi ex fœdere acta res eſſet, præterquam duorū fœtia-
lium non extarent.* Hæc Liuius quem ſequi videtur
Albericus Gentilis *de armis Romanis,lib.2.cap.6.mihi
pag.166 in fin.& 167.in princ.* Quid igitur dicemus?
Sanè quemadmodū inter ciues ſeu priuatos initi cō-
tractus datis fideiuſſoribus, vel pignoribus traditis; ita
281 † inter belli Duces, datis aut vtrinque, aut ab al-
tera parte obſidibus, plerumque firmantur conuen-
ta, & ſtabiliuntur, vt iam neutri parti à conuentis re-
cedere integrum ſit Angelus de Clauaſio, *Verbo, Ob-
ſes.* Marquardus Freherus *lib.2.Pereg. cap. 8.* Et pro-
282 inde † tales obſides in vicem ſponſorum fideiuſſo-
rumve præberi, eoque ipſo capita ſinduciarum, pacis
& conuentionum, arctius confirmari, & muniri, non
abſque ratione dici poteſt Quod etiam innuit Ioan.
Bodin. *de Repub.lib.5.cap.6.mihi pag 931 (alias eſt pag.*
283 *595.in fin.*) inquiens: Quod † obſes in eam cau-
ſam detur, vt pro captiuo fideiubeat, aut capite luat,
ſi is, qui promiſit à pactis conuentis receſſerit probat
Franciſ. Lamerius *in commen.ad tit.ff.de fiacriis fol.27.*
Ioan. Dauth. Germanus *in tract.de teſtam. Rubr.qui te-
ſtam.fac poſſ.num.199 verſ illatio quarta mihi pag.241.*
Hinc, & illud apud Liuium *decad.4.lib.3.* Philippum
284 † Macedonum pro pace cum Romanis habenda
obſides dediſſe, & inter alios quoque filium regium
Demetrium, qui poſtea ad patrem reducendus ipſius
legatis datus eſt, vt idem auctor ſcribit *decad.4.lib.6.*
285 Sic idem Livius *deca.4.lib 7.* teſtatur, † Antiochum
coactum fuiſſe, vt Romanis pro obſeruantia pacis,
veluti aliquod pignus, viginti daret obſides, quos ta-
men vnoquoque triennio alteraret, & porro nullos
daret, qui vel minores octodecim annis, vel quadra-
ginta quinque annis maiores eſſent.

286 Qua in re adhuc † arctior conditio Carthaginen-
ſibus à Scipione præſcripta eſt, vt nimirum centum
arbitratu ipſius darent obſides, nec minores qua-
tuordecim annis, nec triginta maiores: teſte Liuio
287 *decad.3.lib.10 mihi pag.239.* Sane, † poſt Agin. bello
ſuperatum, Antipatro poſtulanti obſides pueros
quinquaginta, Etocles, qui tum Ephorum agebat,
reſpondit: Se pueros non daturum, cæterum ſenes ac
mulieres ſe duplo numero daturum. Rationem ex-
ponit Plutarchus *in Laconicis* vbi vide.

288 Sic † Phrahates Rex Parthorum obſides dedit
Imperatori Auguſto quatuor filios, & cum m vxores
duas, cum filiis item quatuor *Strabo lib 6 Cornelius
Tacitus lib.1.annaliū in prin. Iuſtinus li 42.* Vologeſes

289 † Corbuloni dat obſides nobiliſſimos ex familia
290 Arſacidarum. *Idem Tacitus lib.* 13. *annal.* Sic † Cran-
tor Peleo obses ab Amyntore datus, de quo Ouidius
lib. 12. *Metamorph.*

Quem Dolopum rector bello ſuperatus Amynter.
Æsodie dederat pacis pignuſque fidemque.

291 Pariter † Cleomenes Spartanorum Rex à Proto-
mæo Ægyptio auxilia imperrauit contra Antigonum
liberis ſuis, & matre Crateſic lea obſidibus datis vt
habet Plutarchus *in Cleomene.*

292 Sic, & † Alexandrum Amyntæ Regis Macedo-
num maiorem natu filium, inter initia regni bellum
ab Illyriis, pacta, mercede, datoque Philippo fratre
obſide, redemiſſe. Imo Darium quoque Alexandro
Magno Ochum filium, ac Mithridatem Ariobarzani
filium quadrimulum, pacis & fidei obſidem obtuliſ-
ſe, Quintus Curtius, & Appianus Alexandrinus *in*
lib. de bellis Mithridatus mihi pag. 289. teſtantur.

293 Hoc amplius † in caſu Portij Imolenſis *in conſ.* 5.
Illuſtriſſimus D. Ioannes Franciſcus Sanſeuerinus de-
dit filium obſidem, quod vellet ad Dn. Franciſcum
de Andalot. à Ducibus Caroli V. Parmam obſidenti-
bus captum ex carcere Mediolanenſi liberare, vel (ſi
illud apud Cæſarem efficere nequiret) ſeipſum in
Gallia apud Cardinalem Caſtilionæum ſiſtere.

294 Refert † quoque ex Sabellico, & Volaterano Me-
nochius *lib... præſump.* 57. *n.* 4. Antigonum ſecundum
Demetrij Aſiæ, & Macedoniæ Regis filium, ad Se-
leucum Syriæ Regem miſiſſe, qui regnum, ſe quoque
ipſum, obſidem polliceretur, ſi carcere patrem libe-
raret. Eandem hiſtoriam commemorat Cælius Rho-
diginus *antiq. lect. lib* 6. *cap.* 43. & memini eius ſupra
cap. 7. *num.* 555.

295 Teſtis etiam † eſt Baptiſta Campofulg. *lib.* 1. *mihi*
pag. 40. Ludouicum Caroli I I. Neapolitani Regis à
Catelianis capti filium pro patre obſidem factum,
ſeptem annos in captiuitate manſiſſe.

296 Nota quoque † eſt hiſtoria Franciſci Regis Gal-
liarum, qui Hiſpaniæ finibus, anno 1526. egrediens fi-
lios duos, Franciſcum, & Henricum, valde paruulos,
obſides, ibi reliquit, vti conuenerat, & niſi pacta ſer-
uaret, captiuum ſeſe denuo ſiſtere pollicitus eſt, vt
Sleidanus *lib.* 6 *commentariorum*, commemorat, &
poſt eum Ioannes Bodinus *de Repub. lib.* 5. *cap.* 6. *mi-*
hi pag. 930. *in fi. alias pag.* 595. qui poſtea ducentis au-
reæ monetæ myriadibus ſunt redempti, teſte Paulo
Iouio *lib.* 26. *hiſtoriarum.*

297 Quid; quod † Imperator Fridericus I I. Grego-
rio Papæ Conradum natu minorem filium, tanquam
reconciliatæ fidei obſidem, obtulit, teſte Carolo Si-
gonio *de regno Italiæ, lib.* 17. *ad fin.*

298 Huc denique † referri quoque poteſt narratio au-
ctoris incerti annalibus, de geſtis Caroli Magni à
Reinero Reineccio editis, vbi Taſſilo Rex Boiario-
rum Carolo Magno duodecim obſides præter filium
Theodonem dedit. Sic enim *pag.* 27. ſcribit:

Stipatuſque manu valida, cum Norica regna,
Taſſilo qua tenuit ferro proſternere vellet,
Vndique Dux idem circumſeſſum fore ſeſe
Conſpiciens, ſupplex adiit veſtigia Regis,
Deuotis vitam precibus veniamque precatus.
Qui, quia natura fuerat mitiſſimus, illi,
Quem penitus victum vidit, humilemque pepercit.
Fœdera priſca tamen rurſus Baioarium
Romanum populo per ſacramenta coacto,
Perpetuam ſpondere fidem ſeu ſubditionem,
Præterea Regi duodenus traditur obſes.

Illud vtique hoc loco, tanquam obſeruatione dig-
299 num, præterire non poſſum, † olim non ſolum Ger-
manos: ſed & Romanos, & cæteros Italiæ populos,
pro more habuiſſe, vt puellas nobiles pro obſidibus
darent. Sic Romani virgines obſides Regi Porſennæ
dederunt, interque eas Cleliam, vt teſtatur Titius Li-
uius *decad.* 1. *lib.* 2. De Germanis auctor eſt Corn. Ta-
ci. *in lib de morib. German.* & ibi Iuſtus Lipſius *in*
Notis, num. 28. De Metapontinis vero ſcriptum reli-
quit Athenæus *lib* 13. *cap.* 28. Hinc generatim Sueto-
nius Tranquillus in Auguſto, *cap.* 21. *mihi pag.* 121. *A*
quibuſdam, inquit, *nouum genus obſidum fœminas exi-*
gere tentauit, quod negligere marium pignor ſentiebat,
& tamen poteſtatem ſemper omnibus fecit, quoties obſi-
des vellent, recipiendi.

300 Quam † autem laudabile, & pium fuerit apud ve-
teres, & maximè Romanos, huiuſmodi fœdera (quæ
301 tamen † Senatus, & populi Romani iniuſſu fieri
non poterant, vt teſtis eſt Liuius *decad.* 1. *lib.* 9. & Sa-
luſt. *de bello Iugurthino.* Polybius *lib.* 3. *mihi pag.* 189. &
195. Alexan. ab Alex. *lib.* 5 *genial. dier. cap.* 3. *mihi pag.*
242.) interuentu obſidum firmata, rata recta inuio-
lataſque ſeruare alibi copioſe traditur, & ipſe Vlpia-
302 nus *in l.* 1. *in principio. ff. de cenſib.* patriam ſuam † Sy-
riam Phœnicen, ſplendidiſſimam Tyriorum coloniā
vnde ipſi origo fuit ab eo commendat, quod fœderis,
quod cum Romanis percuſſit, fuerit tenaciſſima. Et
primis placet grauiſſima ſententia Sp. Poſthumij
apud Liuium *d. lib.* 9 *mihi pag.* 201. dicentis: Tam
ſponſiones, quam fœdera ſancta eſſe apud eos ho-
mines, apud quos iuxta diuinas religiones fides hu-
mana colitur. Notandi quoque ſunt aurei verſus Si-
lij Italici *lib.* 13. vbi ita ait:

Fœdera mortales ſæuo non rumpite ferro,
Sed caſtam ſeruate fidem, fulgentibus oſtro.
Hæc potior regnis, dubio qui frangere rerum
Gaudebit pacta, ac tenues ſpes linquit amici.
Non illi domus, aut coniunx, aut vita manebit
Vnquā expers luctus, lachrymaq; aget æquore ſemper,
Ac tellure premens, aget ægrum nocte dieque.
Deſpecta de violata fides.

303 De † fœdere porrò (quod factionum frenum, &
obſequij firmamentum eſt) fœderatis populis, con-
fœderationibus Principum, vt & de modis ineundo-
rum fœderum, vide multa alia apud Menoc. *de arbit.*
iudic quæſt. quæſt. 100. Martin. Laudeuſ. *in tractat. de*
confœderat. princip. in 13. *vol. tractat.* Ludouic. Roman.
conſ. 47. Ludolph. Schrad. *de feud. part.* 10. *ſect.* 7. *n.* 26.
& ſeqq. Alex. ab Alex. *lib* 5. *genial. dier. cap* 3. Philip.
Camer. *in oper ſucceſiuis, c.* 6. *ad fin. centur.* 1. *& cap.* 78.
centur. 2. Thucyd. *lib.* 5. *belli Pelopon.* Herodot. *lib.* 1.
& lib. 3. VVaremund. ab Erenberg. *in ſuis elegantiſſi-*
mis medicamentis pro fœderibus. Theodor. Zwin-
ger. *in Theatro vitæ humanæ, volum.* 1. *mihi pag.* 164.
& 165.

304 De † Vltimis Volvntatibvs ſi mulier non eſt
ambigendum, quin in his quoque fidem interpone-
re ſit permiſſum. Exempla paſſim ſunt obuia. Sic
305 enim traditum eſt, quod legatum † ad pias cauſas
detineatque, niſi cautione præſtita, de eo in eaſdem
conuertendo, vt oſtendit Guido Papæ *in conſ.* 152. *n.* 3.
per textum in l ſancimus, C. de nuptiis, vbi ſi quid da-
tum fuerit pro filia maritanda, non poteſt illud filia
prius petere, quam die nuptiarum, vel ſi cautionem
præſtet de nubendo, *iuxta l. quibus, §. final. ff. de*
condition. & demonſtration.

306 Sic

306 Sic etiam † mulier, cui aliquid à coniuge, vel qua-
libet alia perſona relictum eſt, ne ſecundas ineat nu-
ptias, poſt annum quidem legatum capere poteſt,
modo præſtet Mutianam cautionem de re cum fru-
ctibus reſtituenda, ſi contra fecerit. *Authen. cui reli-
ctum, C. de indict. vid. toll.* quæ ſumpta eſt ex *Nouell. 22.*
307 *cap. 43.* Quam conſtitutionem vtique à † Triboniа-
no homine auaro, & ad omnem innouationem fa-
cillimo (quo nomine etiam acriter reprehenditur à
Suida & Procop. *1. de bello Perſ.*) contra omnes leges
veteres ſcriptam eſſe, arbitrantur Oldendorpius, *lib.*
308 *de præſcript. Rubric. de nupt.* Etſi † enim conditio vi-
duitatis honeſta eſt cum viduitas ſit genus pudicitiæ
tamen Reipublicæ eſt inutilis, *l. cum ita legatum, l. hoc
modo, ff. de cond. & demonſt. l. 2. §. tract. ff. de Terytl.* &
tacite innuit Quintil. Mandoſius *in tract. de caſib. an-
nalib. n. 36.* de quo vide etiam nonnulla apud Eman.
Soarez *in theſaur. commun. opin. lit. V. n. 61.* & Modeſt.
Piſtor. *conſ. 36. qu. 2. vol. 1.* vbi diſputat, an conditio le-
gato adiecta, ſi viduas ſecundo nubens, literato, ex
conſilio alterius, nupſerit, valeat, & dicit, quod ita
309 ſtatuendum videatur. Pleniſſime verò † materiam
hanc eo, quod dixi modo, à vidua præſtandæ cautio-
nis Mutianæ, nouiſſimè pertractauit Barnabas Cor-
nazzanus *deciſione Lucenſi 3.* quem Lector adeat, ne
aliena pro meis in forum protrudere cogar.

310 Aliud † exemplum eſt *in tit. ff. ſi cui plus quam per
leg. Falcid.* cui lunge tradita per Ioan. Goddæum *in l.
ſi ita 110. de verborum ſignif. & in comment. de contrah.*
311 *ſtipulat. c. 5. conclus. 21. nu.* 300. Item in † collatione
312 bonorum, *l. 1. §. iubet autem. ff. coll. bonorum.* Io † fidei-
commiſſis, legatis, donationibus cauſa mortis, &c.
*toto tit. C. vt in poſſeſſ. legat. l. iubemus, §. in ſupradictis,
C. ad SC. Trebell.* vbi Bartol. Odofred. Caſtrenſ. & alij
313 notant: quod † hæres, cuiuſcunque ſit dignitatis, &
quarumcunque facultatum, cogatur ſatiſdare, de præ-
ſtando in dies, annuo legato, *l. 1. §. primo, l. hac ſtipula-
tio, ff. vt legat. nomine caueatur*, exceptis filiis primi
gradus, præſertim quando ſunt adſtricti ad legatum
vel fideicommiſſum fratri præſtandum ſequitur An-
guipla *in conſ. 3. n. 1. & ſequent. lib. 6.* & vide quæ dixi
ſupra *c. 6. n. 87. 88. & 89.* necnon Ioan Donatum à
Fina, in Enchirid. *concluſ. tutis, lib. 3. verb. ſatiſdatio, in
fin. mihi pag. 276.*

314 Hinc † etiam eſt, quod legatum vniuerſitati fa-
ctum, non ante ei præſtari debeat, quam cautionem
fecerit, de ea pecunia, in vſus à teſtatore deſignatos
impendenda, *l. ſi tibi legatum, vbi gloſ. verb. cauſas, &
Bart. ff. de legat. 3. l. 1. vbi gl. C. de ii quæ ſub mod. reliq.
VVeſenb. conſ. 28. n. 15. part. 1.*

315 Eodem † modo, & fideicommiſſarius poteſt com-
pellere hæredem, vt non tantum deſcribat bona, ſed
etiam fideiuſſores det de non deteriorando, vt re-
ſpondit Alciat. *conſ. 30. n. 2. vol. 3.* Nicol. Valla, *in tra-
ctat. de enucurario par. 2. quæſt. 19.* Tiber. Decianus *re-
316 ſpond. 49. n. 63. vol. 3.* Ita ſi † quis fuerit inſtitutus ſub
conditione, & ſubſtitutum acceperit, ſubſtitutus ab
inſtituto cautionem exigere poteſt, de hæreditate
non diminuenda, *l. inter 12. ff. qui ſatiſd. cog. Paul. lib. 5.
ſentent. tit. 9. in prin. l. 8. ff. de prætor. ſtipul. Iuline Pacius
centur. 2. quæſt. 71.*

317 Cui plane † ſimile eſt, quod etiam in petitione
hæreditatis deſcriptio fructuum, & cautio de non
minuendo peti poteſt, Bart. *in princ. Bald. n. 6. & com-
muniter Dd. in l. vnica, C. de prob. ſequeſt. per l. 1. §. vlt.
ff. de vent. in poſſ. mittendo, & ſcribit Iaſon in l. ſi fideiuſſ.*
318 *§. fin. nu. 28. ff. qui ſatiſdar. cogantur.* Sed † interim te-
ſtatori, vt [illegible] etiam omnem, non ſolum
fideiuſſionem, ſed etiam cautionem relaxare inte-

grum eſt, *iuxta Nouell. 108. de reſtitutionibus cap. 2.
in fin.*

319 Quod ad † iudicia poſſeſſoria attinet, non deſti-
tuimur hic quoque exemplis. Videmus namq; eum,
310 qui interdicto, † Quod LEGATORVM expetitur pe-
tere poſſe, vt ſibi [illegible], *l. 1. §. quod ait prætor. & l.
ſeq. ff. quod legatorum.* Nec minus hanc prærogatiuam
321 † habentis, qui cum aliquo VTI POSSIDETIS interdi-
cit. Is enim quatuor petit, I. vt ceſſet aduerſarius à
turbatione. II. vt ne in futurum turbet. III. vt hoc
nomine ſatiſdet, & IV. vt illata damna, & fructus
perceptos reſtituat, de qua cautione vide Bart. *in l. 1.
n. 10. ff. vti poſſidetis.* Bart. & Dd. *in l. vnic. verb. ſatiſda-
tiones, C. eod. c. fin. in verb. ſufficienti cautione, exer. de
reſtit. ſpol.* Ferrar. *in for. lib. turb. poſſ. verb. ceſſandum, &
deſiſtendum.* Mynſ. *reſp. on. 25. n. 3. facit l. harum, 7. ff. ſi
322 ſer. vind.* Et hinc in ſpecie traditum eſt, quod † ci-
uitas, quæ à principe priuilegia habet, in quibus ab
eo inquietatur, poſſit contra illum agere interdicto
Vti poſſidetis, adhoc, vt in futurum à turbatione de-
ſiſtat, & ſuper hoc caueat, ſiue ſatiſdet, vt pulcherri-
mè oſtendit Nicol. Euerhard. *in conſ. 9. poſt conſilia
Ioannis Boncholti* ad quem Lectorem remitto. Aliud
323 exemplum † ſufficientis cautionis de non turban-
do qui volet, ſumere poterit ex Raphaele Saileto
*in ſelect. Cam. Imper. ſent. 7. Iulij ann. 1531. & 25. Sept.
Anno 1551.*

324 Hoc amplius in † interdicto quoque de ripa mu-
325 nienda, *l. vnic. ff. de ripa muniend.* Et † in cauſa ſta-
tus quandoque idoneos fideiuſſores dandos eſſe, te-
ſtatur *l. vnic. 22. de ordin. cogni*, ac hiſtoria Appij Clau-
dij, & Virginij apud Liuium, cuius etiam meminit
Pomponius, *in l. 2. §. & cum placuiſſet, ff. de orig. iur.*

326 Denique † & victor in poſſeſſorio iudicio, medi-
ante promiſſione ac fideiuſſione, quam præſtare co-
gendus eſt, de poſſeſſione reſtituenda in euentū ſuc-
cumbentiæ, de reſtituente indemni ſeruando, & de
non vaſtando, deteriorando nec alienando, vel etiam
de bonis litigioſis alienatis caſu victoriæ ex aduerſo
reſtituendis, vel valore eorum præſtando, ſatiſdare, &
cauere debet, vt late deducit Cæſar Contrardus *in
comment. ad l. vnic. C. ſi de moment. poſſeſſ. in notabilibus
n. 12. 13. & 14. & in qu. 23.* quem lector ipſemet videat
vt & Oldendorp. *claſſe 2. act. 4. in fin. Monoch. in 3. re-
med. retinend. poſſeſſ. quæſt. 95. numero 811. cum ſeqq.*
Muſcatell. *in pract. fideiuſſ. part. 1. modo 17, per tot.* nec
non Seiletum in ſelectis Cameræ ſententiis de 18.
Iunij, anno 1515. 26. Octobr. anno 1517. 13. Nouemb.
anno 1528. 17. Auguſti, anno 1530. 12. Maij, anno
1531. 7. Nouemb. anno 1550. & 1. Februarij ac 4.
Decemb. anno 1566. item anno 1573. 21. Ianuarij.
327 Quo caſu ita † pronunciari plerumque ſolet: A
iudicibus reſponſum eſt in cauſa N. contra N.
quod ſummariè eſſet agendum, dandaque ſit cau-
tio, quod ea omnia bona cognita ſunt, & perſpe-
cta, & actor qui paratus eſt determinationi iuris, bo-
na ergo defraudanda nullo modo, vel deterioran-
da eſſent, ſed in meliorem modum ædificia, & alia
omnia reſtituenda ſunt ſine aliqua diminutione, vel
deterioratione, à poſſeſſore in caſu ſuccumben-
tiæ, &c. pro termino, & prorogatione &. Et ita
pronunciatum eſt in Camera Imperiali in ardua il-
la cauſa Bermundum, contra Bermundum 4. Febr.
anno 86,

328 Aliud tamen † receptum eſſe volunt nonnulli, ſi
quis petat reſtitutionem caſtri muniti ſſimi, quo eſt
ſpoliatus. Is enim ante omnia non eſt reſtituendus,
etiamſi idonee fideiubeat, ſe illud reſtituturum, ſi in
petitorio ſuccumbat, quia cautionis fragilitas. i, nō eſt

credendum. Boetius *deciſ.* 238. *n.* 5. *colum. vlt.* Menoch.
in 2. *reſponſo cauſa Finarienſis. art.* 3. *numer.* 31. *&* 32.
& in primo remed. recup. poſſ. nu. 315. Myoſing. *centur.*
1. *obſe.* 48. Ioan. Ludou. Benderus, *tract. de renuſ. concluſ.*
20. *numer.* 150. 151. *&* 152. Ferdinand Vaſq. *illuſt. con-
trouerſ. cap.* 51. *num.* 146. & faciunt huc tradita per An-
nium, in praxi iudiciorum §. 31. *cap.* 2. *limit.* 13. Loffre.
conſi. feudali. 6. *circa fin.* VVeſenbec. *conſi.* 100. *à nu.* 12.
320 *vſque ad fin.* Imo † quotieſcúque ex reſtitutione præ-
iudicium irrecuperabile emergeret, vt pote ſi cauſa
proprietatis nõ remaneret ſalua, vel res reſtituta dif-
ficulter recuperari poſſet, reſtitutionem cohiberi, &
quæſtionem dominij admitti, voluit Paul. de Caſtro.
in l. 2. *circa fin. C. de edict. D. Had. tol.* Gozadin. *conſi.*
9. *nu.* 69. Pariſ. *conſi.* 1. *nu.* 177. *part.* 1. Gabriel Rom.
lib. 5. *tit. de reſtit. ſpol. concluſ.* 1. *nu.* 149. In vniuerſum
330 enim proditum eſt quod † ratione irreparabilis præ-
iudicij multa ſint conceſſa, quæ alias ſunt prohibita,
Alexand. *in l.* 4. §. *condemnatum. ff. de re iudic.* Zaba-
rella *in clem.* 1. *in* 3. *q. de re iudic.* Gabriel. *d. loco num.*
153. *&* 154.
331 Sed etſi hæc ita † à præfatis Doctoribus aſſerun-
tur, ſunt tamen alij in contraria opinione, nimirum,
ad præſtitam ſufficientem cautionem omnino caſtri,
etiam munitiſſimi, reſtitutionem faciendam eſſe. Sic
in ſpecie tradit Pariſius (ſibi reuoluto mantello con-
trarius) *in conſi.* 22. *nu.* 100. 101. 102. 103. *&* 104. *vo-
lum.* 1. Roland. à Valle *conſi.* 1. *num.* 72. *lib.* 1. aſſerens
ſimpliciter, doctum Caſtrenſis in iure non eſſe funda-
tum. Item Cephalus *in conſi.* 301. *nu.* 48. 49. 50. Zaſius
in l. naturaliter. §. *nihil commune. numero.* 60. *&* 61. *ff. de
acquir. poſſ.* Cacher. *deciſ. Pedemont.* 26. *nu.* 18. Id quod
332 multo magis † locum habere arbitror, quando nul-
lum fortalitium adeſt, aptum reſiſtere, aut difficultas
recuperationis eſt ambigua, & incerta h. e. quãdo po-
teſt eſſe, & nõ eſſe, vt animaduertit etiam Cæphal. *d.*
333 *conſi.* 301. *num.* 53. & 54. Sanè † cum hæc quæſtio mo-
ta eſſet in cauſa Oldemburg contra Kniphauſen in
puncto executionis, non obſtante eo, quod difficultas
circa reſtitutionẽ arcis Kniphuſanæ à Comite Oſtfri-
ſiæ, tanquam tertio interueniente, ad retardandã exe-
cutionem ſummopere vrgebatur, cautio, à generoſo
Comite Oldenburgenſi Domino meo clementi, piæ,
& laudabilis memoriæ in Cam. Imp. præſtita, pro ſuf-
ficienti acceptata, & victis vlterior paritio ſiue reſti-
tutio, ſub eventuali declaratione iniuncta 17. Maij,
Anno, &c. 94.
Quæ quidem interlocutoria eo magis ſubſiſtit,
334 quod † tertio poſt latam demum ſententiam, eam-
que in rem iudicatam tranſlatam, ſe opponente, non
tantum executio impediri non poſſit, ſed etiam ſine
cautione indemnitatis ſententia executioni mandari
queat, vt probat Ioan. Benar. Diax *in fallen. reg. iuris.
reg.* 66. *incip. Executio quando fit ſuper re. limit.* 2.
Expoſui ſimpliciter, quomodo in iudicijs, in con-
tractibus, vel quaſi vltimis, volũtarijbus, item in iudi-
cijs poſſeſſorijs, & petitorijs fideiuſſor interueniat;
335 Reliquum † adhuc eſt vnum mẽbrum, quomodo ni-
mirum, & quando in CAVSIS CRIMINALIBVS fi-
deiuſſor adhibeatur, de quo etiam pauca ſubiungam.
Conſtituo igitur primum vniuerſalem quaſi conclu-
336 ſionem hanc: Quod etſi † ex delicto oriatur actio,
fideiuſſor nihilominus tenatatur, *l. Græce.* §. *ſed etſi. ff. fi-
deiuſſorib.* Vera enim nihil intereſt, oriaturne actio
ex contractu, vel quaſi, vel an ex maleficio, vel quaſi.
7 Et dum † preſſo genere orationis Vlpianus delictũ,
locutione Iuriſconſultis vulgari qui quum contra-
ctum, & maleficium ponunt, etiam quaſi contractum,
& quaſi maleficium ſubintelligunt, *l. in pr. ff. de
oblig. act. Caius in Inſtitut. lib.* 2. *tit.* 10.
338 Nam † quod Accurſ. Bart. Hottoman. Benincas.
Eguin Baro Balduin. & Ioan. Oynotomus (vulgo
Schneidevvinus dictus) arbitrantur, in illis verbis:
Aut proprio quodam iure ex varijs cauſarum figu-
ris: *quæ habetur in d. l.* 1. contineri obligationes ex
quaſi contractu, vel quaſi maleficio, vix eſt vt id ad
ſeueram Caij ſaliuam faciat, licet eam interpretatio-
nem probent præfati Dd. & poſt eos Mynſing. *in* §.
ſequens. Inſtit. de obligat. Gabriel Muſcus *in* §. *om-
nium. num.* 44. *Inſtit. de actionibus.* & nouiſſima te-
tulit Anton. Pichardo Venueſa *in dict.* §. *ſequens nu.*
339 2. 3. 4. 5. 6. *&* 7. Verius † eſt verbis illis ſignificari
obligationes illas, quæ vere proprio quodam iure
ex varijs cauſarum figuris (ſic & alibi Iuriſconſulti
loquuntur *in l.* 31. *in preſſ. de mort. cauſ. donant.* §. 1.
Inſtit. de actionibus) oriri ſolent, etiamſi nec ex con-
tractu, vel quaſi, neque etiam ex maleficio, vel
quaſi oriantur, *l. obligamur. ff. de oblig & act. l. lib.
homo. in pr. ff. de acquir. hered. Bern. Vitalib. lib.* 2.
Miſcell. c. 32. nec diſſentit Borcholt. *de pactis. c. vlt.
num.* 5. Anton. Pichard. *d. loco num.* 6. *&* 7.
Sed ad rem redeamus Dixi, Pro actionibus, quæ
ex maleficio, vel quaſi naſcuntur, fideiuſſorem inter-
340 uenire poſſe. Rectè. Vtcunque † enim ipſorum ma-
leficiorum per ſe nulla eſt fideiuſſio, *l. ſi a reo.* §. *vlt. ff.
de fideiuſſoribus.* & dixi ſupra *num.* 24. pro actione ta-
men ex maleficio proveniente, qua pœnam proſe-
quimur, fideiuſſorem accipere licet, non enim hæc fi-
deiuſſio impedit, ſed promouet delicti pœnæq; exe-
cutionem, *dict.* §. *vlt.* Bertazolius *in tract. clauſul. in-
ſtrument. clauſ.* 39. *gloſſ.* 1. *num.* 13. Ioan. Guddæus.
de contrah. ſtipulat. cap. 6. *concl.* 23. *declarat.* 2. *num.*
341 393. Hinc pro furti † actione in duplum vel qua-
druplum intentata, *l. ſi quis pro eo.* §. *vlt. dict. l. ſi a reo.*
342 §. *vlt. ff. de fidein.* Item pro eo, † qui in legem Aquiliã
343 commiſit, *d. l. ſi quis pro eo.* §. *vlt.* quive ex † naufra-
gio quid diripuit, fideiuſſor accipi poteſt, *l. ne quid.* §.
7. *de his. ff. de incend. ruin. & naufragio.* Multum enim
intereſt pro ipſa obligatione futura des fideiuſſorem,
an pro actione; ſi pro obligatione dederis, hoc eſt,
dederis fideiuſſorem in hoc, quod futurum facere ve-
lis, illa ratio impedit fideiuſſorem obligari, quod pro
turpi improbatoque contractu fideiuſſor interuenire
nequit, vt ſupra explicaui: At ſi pro actione furti de-
deris in hoc quod condemnatus ſoluere velis duplũ
vel quadruplum, tenet fideiuſſio, illa ratione; quod &
creditorem habens cui des, *l. ſi cui* 12. *ff. de verborum
ſignificat.* & quod pœnas ob maleficia ſolui magna
ratio ſuadet. Magna autem ratio dicitur hæc, quia
344 † puniendis peccatis tres eſſe debere cauſas exiſti-
matum eſt; Vnam, quæ νουθεσία Alteram, quæ τιμωρία
& tertiam, quæ παράδειγμα à Græcis nominatur, vt
auctor eſt Agellius, *lib.* 6. *cap.* 14 Magna igitur ratio
ſuadet pœnas ob maleficia ſolui, vt ſit παράδειγμα quo
cæteri ſimilibus à peccatis, quæ prohiberi publicitus
intereſt, metu cognitæ pœnæ deterrantur, *l. capita-
lium.* § *famoſos. ff de pœnis l. vlt. in fin. C. de inceſt. nupt.
l. ita vulneratus ff. ad l. Aquil. l.* 1. *C. ad l. Iul. rep. l.* 7. *C.
ad l. Fab. de plag. Nouell.* 8. *in præf. Nouell.* 17. *de man-
dat. princ. cap.* 15. *verſic. & ſuis rebus. Carocius deciſ.* 6.
245 *num.* 26. *ſeqq.* Creſcit † enim multitudo peccantium,
cum redimẽdi peccati ſpes datur, & facile itur ad cul-
pas, vbi eſt venalis ignoſcentium gratia, vt ait Arno-
bius, *aduerſ. gent. lib.* 7. Iacob. Philip. Portius *conſi* 120.
num. 45. Ioan. Koppen *quæſt.* 43. *num.* 1. Quod etiam
confirmat Paulus Oroſius *lib.* 8, inquiens: *Conſpira-
torum ac ſceleratorum etſi paucitas contẽni poſſit, tamen
pertinacia magna pœna afficienda eſt, ne malo exemplo*

cæteri moneatur. Neque eam ob cauſam magiſtratui
eiuſmodi ſupplicia irroganti indignamur, piaculares
& nefarios eos vocantes: ſed cum, quæ ab illis per-
petrata ſunt, conſideramus, quodque ſcelerum ſuo-
rum pœnas luant gaudemus ea eruditate Agathias
lib. 4. hiſtoria Iuſtiniani, mihi pag. 105. Saluian. Maſſi-
lienſis *lib. 7. de gubern. Dei, pag.* 244. Non enim, teſtan-
te D. Hieronymo, crudelis eſt, qui crudeles iugulat,
ſed ideo crudelis vocatur, quod patientibus crudelis
vocatur. Quippè ſanctiſſima, & iuſtiſſima eſt ſeueri-
tas per quam vtilitati publicæ conſulitur, *l. 1. §. 1. ff. de
incend. ruin. & nauf. Martin. Monter. in præf. deciſ.
Reg. Aragon. n.* 31. Hinc fit, quod male meritus publi-
cem, vt exemplo aliis ad deterrenda maleficia ſit,
etiam egeſtate laborare debet, *l. bona fides in pr. ff. de
poſiti, l. 6. §. 1. l. aut facta, §. nonnunquam, ff. de pœn. l.
præſens 37. in pr. C. de Epiſc. & Cler.*
346 Eodem planè modo, cum † ſuper crimine capi-
tali liceat tranſigere, *l. tranſigere*, vbi late ex recentio-
ribus. Ant. de Padilla, M. Anton. Delrio. Hugo Do-
nell. & alij, *C. de tranſact.* poterit etiam dari fideiuſſor
pro eo, quod interpoſita tranſactione promittitur, iux-
ta tradita per Ioan. God. *de contrah. & commit. ſtip. c.
6. cond. 12. num. 120. & aliquot ſeqq.*
Qua occaſione non ineleganter quæritur, An
347 † etiam propinquis habenda, ſiue pro remittendo
iure vindictæ, promittitur, fideiuſſorem dare ſit per-
348 miſſum? Præmitto autem primo, quod etſi † mini-
mè probanda eſt conſuetudo, quæ homicidia, abſq;
diſcrimine pœna ſaltem pecuniaria punit, vt inter
populos Septentrionales à multis annis apud quoſ-
dam, Danos ſcilicet Polonos, Suecos, Friſios, Hol-
ſatos fuit receptum, quod illi vocant, Io. Bodin. *de
Repub. lib. 6. cap. 6. mihi pag.* 120. *alias, pag.* 67. Lud.
Rom. *ſing. 709. incip. Iudex poteſtatis.* Didac. Couar.
lib. 2. reſol. cap. 9. num. 2. Petr. Heig. *part. 2. quæſt.* 24.
349 *num.* 43. Licitum † tamen ſit per tranſactionem,
data aliqua pecunia, ſanguinem ſuum redimere, &
interfecti propinquo ab vlteriori vindicta remoue-
re; *dict. l. tranſigere & ibi Dd. Cod. de tranſact. l. prima.
ff. de bon. eor. qui ant. ſen. ſibi mort. conſciuere. Damh. in
prac. crim. cap. 147. num. 1. 2. & 3. pulchre & diffuſe
Nic. Reuſn. libro 1. deciſio 20, per tot.* modo hanc ipſam
tranſactionem, & remiſſionem fiſcus ratam habeat,
350 ille † enim ac partium concordantiam ratione ſui
intereſſe non eſt alligatus Bar. in *d. l. tranſigere,* Bal. *in
l. ſi creditor. C. de ſeruo pig. dato manum. Arg. in l. qui
cœtu, §. qui vacantem, ff. ad l. Iul. de vi pub.* Franc. Luc.
de priu. fiſc. p. 1. n. 107. Thom. Gramm. *deciſ. 37. nu.* 13.
Menoch. *de præſumpt. lib. 1. q. 90. n.* 3. Fulu. Pacian. *de
proba. lib. 1. c. 58. n. 22. & ſeq.* pulchrè Colerus *de pro-
ceſſ. execut. in præfat. n. 35. & p. 2. cap. 3. n. 100. & ſeqq.*
Petr. Heig. *p. 1. q. 39. n. 55. & ſeqq & part. 2. q. 24. à n. 1.*
351 *vſq; ad n.* 21. Secundo præmitto, talem † pecuniam
pro remiſſione obtinenda non ſolum ad agnatos &
maſculos deſcendẽs ſed etiã ad fœminas iure ſpectare
352 Etſi enim † iure Longobardico, & Saxonico olim
aliter fuit obſeruatum, & pronuntiatum, nimirũ vin-
dictam ſanguinis, & per conſequens pecuniariam
pœnam, vt ſup. ad ſolos agnatos pertinere, *glo. in c. p.
hoc autem verb. legib. in fin. de his qui feud. dar. poſſ. l. 2.
& ibi glo. Latina, & Germanica, art.* 16. Henning. Go-
den. *in conſil. de homicid.* Fachlin. *differ. Saxon.* 63. Rei-
nhart. *differ. 46. de ſucceſſ.* Ioan Schneid. *in §. actio. nu.
3. & 4. Inſtitut. de actio.* VVeſenbec. *in paratit. ff. de SC.*
353 *Sillaniano in fin.* in quorum caſtra † etiam tranſeunt
Angelus, Florianus, Baldus, Imola Cumanus, Caſtren-
ſis. Decius, & Iaſon, relati a Ioan. Koppen in Rangẽſ.
354 doct. *quæſt. 10. n.* 2. cui opinioni etiam † nonnulli
calculum adiecit Ioach. à Beuſt. *in l. 3. n. 44. ff. de iureiur.*
Damhaud. *d. c. 147. n.* 11. Ambroſius Schureſius *in
tract. de hered. quæ ab inteſt. deſer. tit. 12. in explic. iuris
Saxonici notabili* 8. Math. Cuno *lib. 1. de pact. c. 10. nu.*
30. & eſt de mente conſtitutionis Electoralis, *par. 2.
conſtit. 12. in verb.* Agnatus qui fuit peremptus. Cui
etiam conſona eſt ſententia Scabinorum Lipſienſium
in conſtit. ſoluendum. In puncto tamen iuris commu-
355 nis verius † eſt, ad omnes, & ſingulos hæredes, cuiuſ-
cunque ſexus, & ætatis ſint, pertinere necem defun-
cti vindicare, pacem componere, & ex compoſitio-
ne huiuſmodi pecuniam conſequi, vt docte, & fun-
damentaliter oſtenſum eſt à Nicol. Boerio, *deciſ.* 121.
n. 2. Ioan. Koppen. *d. quæſt. 10. num. 3. & ſeqq.* Nicolao
Reuſnero *lib. 1. deciſionem deciſ. 19. num. 11. & ſeqq.* Iu-
lio Claro *lib. 1. ſenten. § fin. quæſt. 58. num.* 35. vbi dicit,
ita communiter teneri. Et hæc ſententia intrepide
eſt tenenda, nõ attento iure Saxonico, quod in ſuo lo-
356 co reliquimus. Quod ſi igitur † agnatis, aut cogna-
tis, vt aquieſcant pro compoſitione aut pace haben-
da certa pecuniæ ſumma promittitur, quin pro ea
fideiuſſorem accipere queant, nulla prohibet ratio.
Si enim licita eſt tranſactio, quidni, & fideiuſſionem
licitam eſſe ſtatuamus?
357 Non † obſtat autem illis, quæ *n. 340. & ſeqq.* ad-
ducta fuerunt, *text. in l. nec quicquam, 56. ff. pro ſocio,*
vbi actiones furti, iniuriarum, vbi bonorum rapto-
rum, & ſimiles dicuntur turpes, vnde dicendum vi-
debatur, pro his fideiuſſorem interuenire non poſſe:
Quia illud dicitur, non quaſi actiones per ſe turpes
eſſent, ſed quia eum, contra quem intentantur, ſi
condemnatio ſequatur, turpem, & infamem effi-
ciunt. Appoſite enim Clemens Alexandrin. *in pæ-
dagogo lib. 2. cap. 6.* dixit: Quod turpis res ſit, quæ
fit præter leges eorum operatio, ideoque probro di-
gna & ſupplicio.
Cæterum ab hiſce actionibus, quibus ex delicto
358 vel quaſi origo eſt, differunt † actiones populares:
Et hoc eſt quod Paulus ait, *in d. l. ſi quis pro eo §. vlt ff.
de fideiuſſ.* diuerſam eſſe cauſam popularium actio-
num. Quia qui actione populari experitur, non di-
citur creditoris loco eſſe, antequam litem conteſte-
tur, *d. l. ſi cui. 12. ff. de verb. ſignif.* nec cenſetur eſſe lo-
cupletior, *l. pen. ff. de popul. act.* nulli autem alij, quam
creditori fideiuſſor dari ſolet. Pone igitur, aliquem
actione popularius populi tueri, *vt in l. 1. ff. de locis, &
itineribus,* lite, niſi litẽ conteſtetur, pro euentu actio-
nis, & ſoluendæ pœnæ gratia, fideiuſſorem poſtulare
nequit, vtcunque alias pro futura actione præſte-
tur, *l. 4. ff. de fideiuſſoribus,* nondum enim creditor eſt,
ſed tum demum eſſe incipit, quum iudicium ſuſcipit,
*fac. l. pœnales 32. in pr. ff. ad l. Falcid. & plenius per-
tractauit Ioan. Godæus de contrah. ſtip. c. 6. declarat. 2.
n. 356. 397. 398. 399. 400. Georg. Obrechtus in tract. de
lit. conteſt. c. 10. n. 62. & ſeqq.*
Præmiſſa ſubſequatur nunc hæc quoque comple-
359 xio: Quod in † cauſis criminalibus nonnunquam,
„ obſeruata perſonæ, delicti, imo, & vulneris qualitate
„ fideiuſſor interuenire poſſit.
„ Dico, In cauſis criminalibus, Quænam cauſæ
360 † dicantur criminales, quænam ciuiles, & quod ſit
iudicium criminale, quod ciuile, in actionibus quæ
pro maleficiis comparatæ ſunt, Dd. variæ diſputant
vt conſtat ex Duar. *lib. 1. diſp. cap. 35. & 36.* Iul. Clarus
in §. fin quæſt. 1. In hoc tamen communiter reſident,
361 quod quando † pro crimine agitur ad pœnã appli-
362 candam parti, iudicium dicant ciuile, quando † ve-
ro agitur ad pœnam applicandam fiſco, tunc cauſa
363 dicatur criminalis, quando denique † vna pars pœnæ

fiſco, alia parti applicatur, dicatur mixta, Clarus *di-*
cta quæſt. 1. dum. 2. Eman. Soarez *in com. opin. lit. P. n.*
182. Marant. *in ſpeculo ſuo, part. 4 in prin. num. 2.* Zaſius
conſ. 19. num. 1. lib. 1. Mynſing. *reſponſo. 7. num. 9.* Mar-
tin. Anton. Delrio. *in repetit. l. tranſigere. à num. 9. vſq;*
ad num. 22. C. de tranſact. Ioan. Goddæus *ad l. 17. nu.*
a 1. ff. de verbor. ſign. Laurent. Kirchonius *in commun.*
concluſ. cent. 2. concluſ. 18. Petr. Gregor. *in Syntagmate*
iuris vniuerſi lib. 31. part. 3. cap. 3. num. 6. Gail. *lib. 1.*
obſ. 65. num. 2. Menoch. *caſu. 175.* Camillus Borellus
in tract. de compromiſſ. § 2. gl. 1. num. 53. & ſeqq. ac
præſertim num. 59. Quod tamen de iure ſaltem com-
364 muni eſt accipiendum, non † etiam de iure Saxo-
nico, eo enim iure illa ſolum cauſa reputatur cri-
minalis, in qua corporalis pœna infligitur ſtatutum
acto *glo. artic. 17. poſt. prin. verſ.* fideiuſſor *Colerus*
in deciſ. German. deciſ. 22. nu. 2. 3. 4. & 5.

Aſſero etiam obſeruandum eſſe perſonę qualita-
365 tem. Hæc enim † ſæpe numero efficit, vt reus vel
ſub fideiuſſoribus fiat, vel etiam iuratoriæ ſuæ cau-
tioni relinquatur, puta ſi iudex eiusvel honorem vel
ampliſſimas facultates vel innocentiam, vel digni-
tem, vel ſexum perpendat, *l. 1 ff. de cuſtod. reor. l. 3. §.*
penult. ff. de bonis eor. qui ant. ſenten ſibi mor. conſci-
uerunt. l. 1. cum. Auth. ſeq. C. de offic. diverſ. iudic. l.
vlt. C. de ſportulis. l. ſi adulterium. 38. §. vlt ff. ad l. Iul.
de adul. l. ſi grauius, 6. C. de dignit. lib. 12. Auth. Ho-
die. C. de cuſtod. reor. Clarus *in §. fin. quæſt. 28. nu.*
3. Tranquillus Ambroſin, *in tract. de modo formandi*
proceſſ. in format. lib. 2. cap. 1. numer. 11. Contract.
Lancilottus *de officio prætoris in cauſis criminal. Ru-*
brica de Captura numero. 13. Hioron. Treutlerus *ſe-*
lect. diſput. vol. 2. diſp. 28. theſ. 3. lit. A. verſic. interdum.
366 Et hoc nominatim de viris illuſtribus cautum
requiritur, qui in criminalibus ſatiſdatione non one-
rantur, ſed iuratoria repromiſſio ab his tantummo-
do exigitur, *Nouel. 52. & Nouel. 112. l. pen. C. de dignit. l.*
12. Licet Iul. Clarus *in d. § fin. quæſt. 46. num. 16.* dicat
367 † id in practica, hodie non obſeruari, de quo etiam
videndus VVeſenb. *in paratit ff de cuſtod. reor. nu. 5. in*
368 *fin.* Et præiudicium † Cameræ Imp. apud Raphae-
lem Sailerum, *de die 30. Octobris, Anno. 1534.* his ver-
bis Iudex mandat in cauſa N. viri nobilis, quod ſum-
mariè ſit fideiuſſor, & mittit eum ad hoſpitium no-
bilium virorum, & audita illius optima conditione,
& oblatione dimittit, & ſi incarcere eſſet detentus
iubet ſine impedimenta liberari, &c. pro quo faciunt
tradita per Colerum *de proceſſ. execut. par. 2. c. 3. n. 169.*
171. & 172. Neuizanum *conſi. 52. num. 21. & 23.* Bar-
nab. Cornazzan. *deciſi. Lucenſi. 59. nu. 13. & 14.* Ego ta-
369 men ea in re cuiuſlibet † regni vel loci conſuetudi-
nem ſimul perſpectã habere tutius eſſe exiſtimo. Sic
370 † Nobilis Hiſpanus, quem illi lingua ſua, Hydal-
gum vocant, *Franciſ. Sarmentus ſelect. interpret lib. 1.*
cap. 15. num. 5. iure regio Hiſpaniarum ex nobilitatis
privilegio in carcerem mitti non poteſt, nec in ipſius
armis, equo, & multa recte fit executio, *l. 4 tit. 2. lib.*
4. Ordinat. Ioan. Baptiſta Viglial. *in antonom iuris re-*
gni Hiſp. ac ciuilis. lit. N. nota. 3. Couarru *in repetit.*
cap. quamuis. in initio. 2. part. num. 5. de pactis. Carolus
Tapia *in l. fina. cap. 6. part. 2. num. 5. & 6. ff. de con-*
371 *ſtit. princip.* niſi forte † debitum ex delicto vel de-
bito Regio oriatur, aut hydalgus locator fuerit fun-
ctionum fiſcalium. Carol. Tapia *d. loco num. 7.* Sic
372 Stephanus † Rex Poloniæ in conſtitutionibus Liuo-
nicis Varſouiæ, die 4. Decemb. Anno 82. promulga-
tis *ſub Rubrica, de captiuitate. & criminibus,* ſanciunt:
Cũ aliquis nobilis Decreto publici cõuentus, iudicio Præ-
ſidũ, aut terreſtri capitur quod ſibi certis pœnis in pote-
ſtatem, aut carcerem ciuilem non tradatur, ſed in manus
Præſidum. Si quis autem in ciuitate, vbi nulla arx eſt,
capitur, & authoritate conuentus Præſidis, aut iudicij in
carcerem ciuilem conijcitur, in poteſtate eorundem, &
non ciuitatis permaneat: Fideiuſſoria autem cautione
à carcere huiuſmodi liberetur, niſi cauſa fuerit crimi-
373 *nalis.* Antiquitus certè † illuſtriores perſonas di-
gnioreſque regulariter in libera cuſtodia manſiſſe, &c.
& ob id vel Conſuli, vel Prætori, vel Ædili, vel etiam
Senatori commiſſos fuiſſe, ex Saluſtio, Iulio Firmi-
co, Dione, Hieronymo, Sidonio, & Cicerone refert
Iuſtus Lipſius *in comment. ad Cornel. Tacit. lib. 6. an-*
nalium, n. 8. mihi pag. 126. & 127. Qui etiam *lib. 3. n. 41.*
374 *mihi pag. 73.* explicat quæ & † qualis cuſtodia mi-
litaris fuerit, quod moneo propterea, vt tyrones in-
telligere queant, quid velit Vlpianus, *in d. l. 1. in verb.*
an militi tradenda, ff. de cuſtod. reor. Non enim ex
gloſſographis hic acu rem tangent. Memoriæ ſaltem
commendandus eſt locus Auguſtini *in Pſalmo 128.*
Ligantur, inquit, *duo & mittuntur ad Iudicem, latro, &*
colligatus, ille ſceleratus, iſte innocens, vna catena ligan-
tur, & longe ſunt à ſeſe. Addo, duos ſæpè milites vni
reo datos, maioris cuſtodiæ ergò, vt in actis Apoſto-
lorum, *cap. 12.* de D. Petro. *Dormiebat inter duos mi-*
lites, duabus alligatus catenis. vide Pardulph. Prateũ
in verb. Cuſtodia. vbi cum Lipſio planè conſentit.
375 Obſeruanda † porrò delicti quoque qualitas eſt,
d. l. 1. ff. de cuſtod. reor. Ioan. Gold. in l. vinculorum 214.
376 *ff. de verb. ſignific.* Imò † & vulneris, ne ſc. temere di-
mittatur vulnerans, nec prius, quam planè conſtet,
Medicis denuntiantibus, & iudice competente dili-
genter examinante vulnus lethale non eſſe, *argum l.*
ſemel. C. de re mil. lib. 12.

Præterea in eo; quoque prudentiam iudicis deſi-
377 dero, vt nimirum † non ſemper indiſtinctè, ſed non-
nunquam, h. e. certis caſibus reum in cauſis crimina-
378 libus ſub præſtatione fideiuſſionis dimittat. Nam †
quod Maranta *in Speculo ſuo, part. 6. tit. de ſatiſdatio-*
ne, nu. 10. aſſerit, exceptis quatuor caſibus, hodie in
omnibus criminibus, etiam capitalibus, carceratum
ſub fideiuſſoribus relaxari, id vniuerſaliter non eſt
verum, maximè quod ad fori Germanici practicam
attinet, licet in Regno Siciliæ fortaſſis obtineat, de
quo etiam Maranta propriè ſermonem habet, de
quo lector vlterius videat Valent. Francum *de fide-*
379 *iuſſ. cap. 3. n. 199. & ſeqq.* Nec † obſtat *l. nullum, in prin.*
C. de exhib. reis, vbi habetur, nullum in carcere vin-
ciendum, priuſquam conuincatur de crimine: quia
reſpondetur, quod carceratus non debet poni in ma-
nicis ferreis, & ligaminibus, antequam conuincatur,
nihilominus tamen in carcerem poni poteſt: ita poſt
Accurſ. reſpondet Coletus, *de proceſſ. execut. part. 2.*
cap. 3. n. 71. & in deciſ. Germaniæ, deciſ. 107. num. 1. 2. 3.
& 4.
380 Etſi autem illa ipſa † materia quando in cauſis
criminalibus fideiuſſor interuenire poſſit, quãdo non
poſſit, ab aliis ſatis eſt pertractata, adeo vt ſolem fa-
cibus illuſtrare velle videatur, qui quidquam adde-
re conatur illis, quæ hac de re ſcripſerunt Panormit.
& Felin. *in cap. legebatur, extra de maior. & obedien.*
Bertach. *in repertorio, verb. fideiuſſor in criminibus.*
Hippol. *in pract. crim. § attingam.* Octau. Cacheran.
dec. 18. Clarus *lib. 5. ſentent. §. fin. qu. 47. à n. 6. vſq; ad*
fin. Franc. Marcus *deciſio. 917. nu. 2.* Anton. Capicius
deciſ. Neapol. 30. Menoch. *de arbit. iudic. qq. caſu 303.*
Roder. Suar. z. Hiſpanus *in tract. de fideiuſs in cauſa*
criminali. Cyril. Fulgeonius *in ſua ſumma criminali.*
Anton. Gomez *tom. 3. var. reſol. cap. 9. num. 8. & ſeqq.*
Colet. *de proceſſ. execut. part. 2. cap. 3. n. 58. cum multis*
ſeqq.

ſeqq. VVeſenb. *ff. de cuſto. reor. num.* 5. *& conſ.* 45. *n.* 15. *par.* 1. Ioan. Schneidevv. *in §. in omnibus, Inſt. de fideiuſſorib.* & poſt illos omnes Proſp. Farinac. *in tit. d. carcerib. & carcerat. lib.* 1. *tit.* 4 *qu.* 44. *per tot.* necnon Valentin. Franciſc *in tract. de fideiuſſ. cap.* 3. *à n.* 198 *uſque ad num.* 300. Ioan. Goddæus, *de contrahen. ſtipul. cap.* 6. *concl.* 23. *declarat.* 2. *n.* 392. *& ſeqq.* pauca tamen, eaque obſeruatione in primis digna, ratione ordinis de his addam.

381 Et quidem † initio certum eſt, à iudicis arbitrio totum ferè pendere, quando fideiuſſor in criminalibus interuenire poſſit, *d. l.* 1. *ff. de cuſtod. reor.* Iaſon *in conſil.* 27. *circa finem, lib.* 3. Tiraquell. *de nobilit. cap.* 20. *num.* 31. Hieron. a Laurent. *deciſ. Auenion.* 5. *num.* 4. *& deciſ.* 58. *num.* 1. Sed tamen certi caſus ſunt, qui fideiuſſionem admittunt, quoſque iudicem ignorare non decet.

382 Primus igitur † caſus eſt, cùm quis carceratus eſt pro eo crimine, pro quo pœna ſolum pecuniaria indicta eſt, tunc enim dato fideiuſſore relaxari debet, Hyppolit. *in Rubr. de fideiuſſoribus, n.* 247. Cacheranus *d. dec.* 18. Menoch *d. caſu* 303. *n* 3. Ioan. Goddæus *d. concluſ.* 23 *numer.* 404. *uſque ad num* 412. Etiam de
383 † iure Saxonico, non tamen ſub maiori pœna in cautum non ſecuræ præſentationis, quam vnius VVergeldij. Contit. *lib.* 2. *art.* 10. *verſ.* Iſte homo quan-
384 quam illam † deciſionem iuris Saxonici malè obſeruari, ſcribit Colerus *in deciſio Germanic. deciſio* 29. *numer.* 16.

385 Fallit † primo, ſi carceratus eſſet confeſſus, vel conuictus de crimine; tunc enim non relaxatur ſub fideiuſſione, ſed condemnari, & cogi debet, vt ſoluat. *Bald. in d. l. nullus, C. de exhib. reis. Hyppol in pract.*
386 *crim. § atting. n.* 4. Verum † limitatio hæc cum quadam diſtinctione eſt intelligenda. Aut enim reus poſt confeſſionem debet in carcere cuſtodiri, & rectè interueniunt fideiuſſores, cum nihil intereſt, verum ante vel poſt confeſſionem detur: Aut verò debet poni in carcere ad pœnam, vt ſcilicet ſoluat, antequam exeat, tunc non eſt ſub fideiuſſoris datione relaxandus, quia conſtat eum eſſe debitorem, in quem nullæ aliæ ſunt partes iudicis, quam vt condemnet. *Menoch. d. lib. caſu* 303. *n.* 6. cui nouiſſimè ſubſcripſit Ioan. Goddæus *d. concl.* 23. *num.* 409. & dicam quoque [illegible] *cap.* [illegible] *num.* 57.

387 Fallit † ſecundo, vt non procedat, quando reus ſero, hoc eſt, tum primum, quando ferenda eſt ſententia fideiuſſorem offert, eo enim caſu non eſt recipienda, *l.* 2 *§* 1. *in fin. ff. de cuſtod. reor. facit c.* 1. *verſ. ſi proclamare voluit, cur jamdiu tacuit, extra, de frigid. & malefic. l.* 6. *verſ. poſtquam Iſrael. ff. de pœnis, Angel in l.* 2. *C. de exhib. reis, Hyppol. in d. §. attingam, n.* 3. *Menoc.*
388 *d. caſu* 303. *n* 8. Dilatio † enim non ſemper vtilis, ſed in tempore venire rerum omnium eſt primum, *textus ſunt notabiles, in l.* 3 *§. duo autem, ff. de Carboniano edicto. l.* 5. *§ præterea ff. de noui oper. nunc. l.* 1. *ff. de damno infecto, l. vlt. C. depoſiti.* Maior tamen huma-
399 niorque † eſt ſententia contraria, nimirum, reum etiam ferè finito iudicio fideiuſſorem offerentem audiri debere, cùm non penitus hanc facultatem ſibi a iure conceſſam repudiauerit, ſed tantum ad tempus diſtulerit, ſciens ſibi ius ſuum ſaluum manere, vt oſtendit Io. Goddæus *d. concl.* 23 *n.* 410 *&* 411. Quod
390 † enim [illegible], non aufertur, §. *libertas, Inſtit. de*
391 *ſing. reb per fideicom. relict.* Et cum nondum † finita per ſententiam cauſa, ſed tantum dilata eſt, non dubium eſt omnes defenſiones integras eſſe, *l. cum nondum, Cod. de except.* Sat citò enim hæc præſtantur, ſi modo ſat bene, vt eſt in vulgatum prouerbio.

392 Fallit tertio † quando reus iſte, qui petit relaxationem ſub fideiuſſoribus, ſemel ex carcere aufugiſſet, tunc enim etſi pœna pecuniaria eſſet iniicienda, attamen dato fideiuſſore non eſſet relaxandus, *gl. l. L. Cornelia. §* 1. *in verb. ex vinculis, ff. de SC. Sillan. Mauſ.*
393 *in d. attingam, n.* 7. Per † fugam enim beneficium hoc amiſiſſe dicitur, *Alex. in apoſt. ad Bartol. in l.* 1. *ff. de cuſt. reor. Menoch. de præſump. lib.* 5. *præſum pt.* 32. *n.* 8.
394 *&* 9. Idem † Menochius tamen *in d. caſu* 303. *n.* 10. exiſtimat, per iſtam fallentiam iudicis arbitrium nequaquam tolli, quo minus is, ſi velit, reum ſub fideiuſſoria cautione relaxare poſſit. Multo autem magis hæc ipſa tertia limitatio procedit, ſi reus non ſemel, ſed bis ex carcere aufugiſſet, geminata enim fuga
395 † operatur, vt reus non amplius fideiuſſoribus ſit dandus, *Anton. Corſetus in tract. de verb. geminatis, n.* 17. *verſ.* 58 *geminata fuga, Hippol. in Rubr. C. de fideiuſſorib. num.* 174 *&* 177.

396 Fallit † quarto, ſi is, qui pro crimine commiſſo pœnam pecuniariam, iure tamen, aut ſtatuto, vel decreto non definitam ſoluere debet, fuiſſet repertus in ipſo actu, vel flagranti crimine, atque illud nullo modo diffiteri poſſet, tunc etiam datione fideiuſſoris à carcere liberari nequit, Mauſ. *d. §. attingam, n.* 5. *&* 6. *text. in iure Saxon.* Contit. *lib.* 1. *art.* 66. iunctus text. cũ *gloſſ. lib.* 1. *art.* 9. *n.* 5. vbi dicitur, ſi lata ſententia: poſtmodum ſuſpenſa ad alterum diem; propter hoc à
397 carcere non eſt dimittendus ille homo. Atque † ita practicatum, & vſu obſeruatũ fuiſſe, tum in [illegible], quam in aulis Saxonicis, [illegible]. Colerus *in deciſ. Germania, deciſ.* 19. *n.* 10 *&* [illegible] *dec.* 107. *n.* 3. *&* 6 *ac ſeqq.* vbi plura hac de re [illegible], quæ huc coaceruare non eſt opus. Quia namque de crimine recta via conſtat, non opus eſt ſententiam prolongare acceptatione fideiuſſorum, ſed reus ſtatim eſt condemnandus, argumento textus *in l.* 1. *C. de cu-*
398 *ſtod. reor.* Et † quanquam Dn. Ioan Goddæus *de contrah. ſtipul. d. concl.* 13. *n.* 408. etiam tum, quando reus, vel in flagranti crimine deprehenſus, vel ipſemet delictum confeſſus eſſet, oblatum ab ipſo fideiuſſorem, ad obtinendam relaxationem ex carcere admittendum eſſe arbitratur, cum per datum fideiuſſorem fiat ſecurior accuſator, vel fiſcus de ſolutione iſtius pœnæ pecuniariæ, & hoc amplius maleficij coercitio eo facilius executionem ſit conſecutura, ac denique nihil intereſſe actoris, vel fiſci, vtrum pœnam iſtã pecuniariam ſoluat, ipſemet reus, vel fideiuſſor, vel quis alius: Tamen mea opinione non opus habuiſſet hoc in caſu ab Interpretibus diſſentire, eoſque reprehendere, cum facilè concordari poſſint. Aliud enim eſt, pro obtinenda relaxatione ex carcere, ratione perpetrati flagrantis criminis fideiuſſorem de iudicio ſiſtendo offerre (in quibus terminis Interpretes ſimpliciter loquuntur.) Aliud pro relaxatione ex carcere, ac ſolutione pœnæ iam iniunctæ, aut iniungendæ ſimul fideiuſſorem exhibere, in quibus terminis propriè D. Goddæus verſatur; Illo caſu iudex, ſi nolit fideiuſſorem primo ſtatim die recipere, relaxationem bene tamdiu differre poterit, donec ſecum deliberet, quam pœna carcerato imponi debeat. Hoc verò caſu, vbi reo in flagranti crimine deprehenſo non ſolum relaxationem carceris indulſit, ſed etiam ſolutionem iniunctæ pœnæ ſimul mandat, quin fideiuſſor oblatus admitti debeat, nullus dubitauerit. Fit enim illud ipſo, quod iudex mittit, cum vtiq; vice ſolutionis ſit, ſoluere, vel locupletem reum dare. *Bart. ad l.* 1. *ff. de cuſt. reor. Goddæus d. concl.* 23 *n* 405 *&* 406. Nec aduertatur, quod attinet ſupra *hoc cap. n.* 56. & infra *cap.* 11. *n.* 57. ibi enim ducebatur quis ad carcerem non ob delictum

delictum,ſed ob moram,& contumaciã,commiſſam
in non ſoluendo pœnam per ſententiam ſibi iniun-
ctã,quo caſu fideiuſſioni non eſt locus, niſi quis fi-
deiubeat,ſe pœnam illam actualiter,& ſtatim ſolue-
re vellet quod in prædicto caſu ſe aliter habet, vt
eſt in confeſſo.
399 Fallit † quinto,ſi reus commiſit crimen falſi, pro
quo imponenda venit pœna pecuniaria ex forma le-
gis vel ſtatuti,tunc enim fideiuſſoris datio à ſqualo-
re carceris non liberat,propterea quod crimen falſi
enorme eſt,& aliqua ſpecialia habet præ aliis crimi-
nibus. *Ita Marſil.in d.§.attingam,n.7.& 8.Follerius in
pract crim.verb.examinaus, n.19. alios refert. Hieron.
de Laurentiis,deciſ.Auenion.5.n.3.* Sed Menoch. *d.ca-*
400 *ſu 303.n.12.*dicit,† iſtum caſum vnum eſſe de raro
contingentibus,cum vix inueniatur lex communis,
vel municipalis,quæ pro tam enormi crimine pœ-
nam pecuniariam imponat.
401 Fallit ſexto † quando crimen eſt notorium,vel pu-
blicum, tunc enim reus ſtatim abſq; vlteriori pro-
longatione eſt condemnandus. *Menoch.d. caſu 303.
num.13.*Ad quid enim hoc caſu prodeſſet fideiuſſio?
Cum in facto notorio non diſtinguatur, vtrum pars
402 neget,vel confiteatur,ſi quidem † negatio partis
non inficit notorium, nec reddit cauſam dubiam,
*capit ſuper eo,extra de teſt.cog.*ſed ſtatim notorium,&
quidem facti permanentis, (non momentanei, aut
tranſeuntis) pro iudicato quaſi habetur, cum nulla
tergiuerſatione poſſit celari,*l.emptorẽ.ff.de act.empti.*
Schurff *conſil.21.n.3.& 4. cent.3.* Maſcard. *de probat.*
403 *concl.* 1107. Licet † & hanc limitationem reſpuat.
Ioan. Goddæus *d.concluſ.23.num.408.*
404 Fallit † ſeptimo, quando ſtatutum indiceret
quidem pœnam pecuniariam, ſed tamen vellet il-
lum reum cauſam dicere ex vinculis, tunc enim fi-
deiuſſor non poſſet præſtari, *Men.dict.caſu 303.n.14.*
405 Fallit octauo,ſi † contra aliquem actum eſt de
aliquo crimine,& contra eum proceditur,tunc enim
iudex poteſt ipſum capere ante aperturam atteſtatio-
num,& non committitur fideiuſſoribus,*ita per text.
in l.quoties in fin.prin.verſ.eo qui crimen.C. vbi Senat.
vel clariſſimi,& in l.2 in pr.C.de exhib. reis,* tradidit
Abbas Aſſlidus, vt videre licet in ſingularibus Do-
ctorum,*tom.2.mihi pag.*187.
Ad hunc primum caſum referri quoq; poteſt,quod
habetur in iure Saxon.Conſtit.*lib.3.art.* 13. vbi dici-
406 tur:Si † contra aliquem proponatur actio iniuria-
rum (quæ hodie vt plurimum, etiam cum crimina-
liter intentatur, fieri ſolet pecuniaria) iſque citatus
non compareat, quod tunc actor reum vbicunque
repertum licite arreſtare poſſit, & quod ille non
prius ab hoc arreſto liberetur, quam ſi idoneam iu-
dicio ſiſti cautionem præſtet.
Sic etiam conſtitut.*lib.1.art.61. & lib.2. art. 5. in*
407 *princ.& lib.3.art.*17.ſcribitur,quod † is qui crimi-
naliter in iudicio pulſatur,ſi ibi nec hæreditatem ha-
beat,nec fideiuſſorem præſtare poſſit,tamdiù perſo-
naliter detineri queat, donec fideiuſſorem præſtet,
quanquam retentio illa famæ rei conuenti nihil
nocet,vt ait gloſſ.*in dict.art.61.num.4. & facit gloſſ.
lib.2.art.2.num.4.*
408 Secundus caſus eſt, † quando pœna corporalis
carcerato infligenda eſt,puta,quia commiſit homici-
dium,crimen læſæ maieſtatis,cudit falſam monetam
vel quid ſimile fecit:hoc caſu oblata à reo cautio fi-
deiuſſoria acceptari nõ debet,etiamſi vellet mille da-
re fideiuſſores:prout communi voto Doct. tradide-
runt,præſertim Bald.*in l.2.col.1.in fin,C.de exhib. reis,
& l.eos,§ ſuper his,C.de appell.*Hippol.*d.§ attingam n.1.*
Menoch.*d.caſu* 303 *nu.* 15. Neuiza. *conſ. 61. num.* 12.
Ioan.Saxon.*in conſuet.Turon.tit.1.§.4 gl.3.verſ qua-
ro decimoſexto.* Ant. Cordub.de Lara *in repet l ſi quis à
liberis §.ſed virum,num.23.ff.de liber.agnoſ.* Pichard,
conſil.66.nu.5.part.1. Eman. Soarez. *in theſauro com.
opin.lit.F.nu.144.*late Valentin. Franc. *de fideiuſſ.cap.
3 n.101.cum aliquot ſeqq.*Farinac. *in ſua praxi crim.
tit de carcer.& carcerat.quæſt.33.reg.1. n. 151. & ſeqq.*
M.Anton.de Amatis *deciſ.101. incip. Secuta carcera-
tione, n. 9. & 10.* Ruger. Ruland. *de commiſſ. part.4.
lib.6.cap.4 num.46.*Cuius ratio eſt, Quod fideiuſſor
409 † non poteſt ſe obligare ad pœnam corporalem
ad quam teneretur in ſubſidium,ſi reus aufugiat,quo
nihil certius futurum,ſi modo ſibi committatur,Caſ-
ſan.*in conſuet.Burg.Rubr.1.§.5.verſ.S'il n'a grace, nu.*
169. Clarius *lib.5.ſent.§ fin.qu.4. n.* 18. Et quanquam
410 † contra iſtam communem Dd.opinionem ex ter-
minum veritate diſputari poſſet,vt conſtat ex Roderi-
co Suarez *de fideiuſſ.in cauſa crim.n.13.14.15.16.&17.*
Menoch.*d.caſu 303.à n.18.vſq ad 23.* Ioan.Goddæus
d.concl.23.n.416.417.418. & ſeqq. tamen ab ea in iu-
dicando,& conſulendo facilè,& præter ſatis euiden-
tes,& graues cauſas recedere,non eſſet tutum, argu-
mentum eorum,quæ traduntur à Franco *d loco n.*203.
204.205 *& ſeqq.& præſertim n.* 247. & Io. Goddæo
412 *d. concluſ.23. num.* 424.& 425. vbi aliquot cauſas †
enumerat, puta, vehementem morbum, teſtium pe-
regrinationem,& longam nimis abſentiam, accuſa-
torum nimiam moram, magnam accuſatæ perſonæ
412 dignitatem,accuſantis exiguam, & ſimiles. Quo †
etiam proculdubio reſpexerunt Statutorum Lube-
cenſium conditores,dum ibi *lib.4.tit.11.art.* 2 ita di-
ſponitur: Qui patrat delictum fideiuſſionem dare
non debet ſed carceri mancipandus eſt,&c.
413 Ampliatur igitur iſte † ſecundus caſus, vt proce-
dat etiam tunc,quando pœna mortis non eſſet indi-
cenda,ſed tantum corporis inflictiua, vt pœna ictus
fuſtium,fuſtigationis,funis,&c.nam tunc reus fruſtra
offert fideiuſſorem.Marſilius *dicto §.attingam,num.*1.
414 Menochius *dicto caſu 303. n.* 23. Vnde † inferri po-
teſt,quia *in l.1.§.finali.ff.de extraord.criminibus* dici-
tur,quod his, qui mulierem interpellauit, quodvè
impudicitiæ gratia fecit,perfecto flagitio capite pu-
niatur,non eſſe talem ſub cautione fideiuſſoria rela-
xandum,prout quoque decidit Hieron.de Lauren-
tiis *deciſ.Auenion.72 per tot.*
415 Secundò † ampliatur, vt procedat etiam in illis,
qui non ſua,ſed aliorum cauſa detinentur, vt ex illis
crimen probetur,quales ſunt teſtes, qui ante perhi-
bitum teſtimonium non ſunt dimittendi, ne per ſub-
ornationem,aut alio modo veritas occultetur. *Me-
nochius dicto caſu 303. num. 26. Francus dict.capit, 3.
num.226.*
416 Tertiò † ampliatur, vt maximè procedat in eo,
qui iam confeſſus fuerit delictum.Fruſtra enim ſe re-
laxari petit is,qui ſe ſuaptè voce condemnauit. *Me-
noch.d.caſu 303.n.28.Francus d. cap. 3. num. 223. &*
224. qui etiam alias ampliationes adferunt, quas
breuitatis ſtudio non tranſcribo.
417 Declaratur † rurſus iſte caſus,& primo quidem,
vt non habeat locum in carcerato, qui de proximo
eſt relaxandus. *Clarius dict.§ in fin qua 1.46.num 20.
Menoch.dicto caſu 303.n.34.& Marſil in Rubr. de fi-
deiuſſ.n.219.per l nullus,C.de exhib.reis, Franc. d.c.3.
num.234.235.& 236.*
418 Secundò † limitatur,vt non procedat, ſi ſit ſtatu-
tum,vel conſuetudo,quod à Carcerato pro crimine,
corporalem pœnam ingerente,fideiuſſor præſtari poſ-
ſit, tunc enim fideiuſſio admittenda erit. *Menoch.
d. caſu*

d.caſu 303.*nu.*35.*Roman.in ſingular.*129. *incipiente*, *Tu ſcis quod in criminali,cum additionibus ibi.* Capella *in conſ.crim.*40.*nu.*56.*cum ſeq.Neuiz.conſ.*60.*nu* 8.*&* 9.
419 *Fichard.d.conſil.*66.*nu.*7. Atque † ita contra Didacum Covarruuiam ab omnibus fere teneri, ſcribit Francus *d.cap.*3.*num.*238. Quapropter etiam omniut barbarum videri debet ius Goticum *lib.*2. *cap.*6. vbi dicitur: Qui promittit,& fideiubet pro aliquo reo, vel fure,vel alio homine, qui maleficium commiſit ille debet venire coram Iudice, & reum illum in viribus Iuſtitiæ remittere vt puniatur.

420 Tertiò declaratur, vt non † procedat,quando daretur fideiuſſor,qui ſe obligaret, non tanquam fideiuſſor,ſed tanquam cuſtos carceris,vt dicam infrà *c.*20.§.9.*n.*56.tunc enim fideiuſſio admitti poſſet,ſiqui-
421 † cuſtos carceris eadem pœna punitur, qua carceratus aufugiens,*l.ad commentarienſem,C.de cuſt.reor.* *Menoch.d. caſu* 303. *num.*36. *&* 38. neque enim volenti fit iniuria, vt in ſpecie conſiderat Salicetus *in d.ll ad commentarienſem.* Hippol. Rimmald. *inter con.crimin.Zileti. conſ.*82.*nu.*18. *vol.*2.Francus *d.c.*3. *num.*240.

422 Limitatur † quarto notabiliter in eo, qui ſponte comparet coram iudice. Is enim propter ſpontaneam hanc comparitionem,etiamſi ex delicto veniret,pœna corporis puniendus, nihilominus præſtitis fideiuſſoribus debet relaxari. *Carrerius in pract.crim. verb.obſeruare curabis n.*158.*verſic.item eliditur.* *Maſcardus de probatio.conclus.*1330. *n.*4.*vol.*3. Spontanea
423 enim † præſentatio regulariter innocentiam arguit, vt videre licet apud Maſcardum *de probat.conclus.*1330.Marſil.*in pract.crim.*§. *diligenter*, *n.*204.*cum ſeqq.*Iacob.Nouell.*in tract.ad defenſam,Rubr.Reſponſiones reorum in conſtitutis*, *n.*15. Tiber Decian. *in reſponſ.*92.*nu.*114. *vol.* iunctis iis,quæ idem Decianus tradit *reſponſo* 24.*n.*10.*&* 11.*& reſponſo* 72.*n.*3.*& ſeqq. vol.*3.

424 Tertius † caſus loquitur de iis criminibus, pro quibus indicta eſt pœna arbitraria, in quo caſu quid obſeruandum veniat, explicant Menoch. *d.caſu* 303. *n.*39. *&* 40.& Ioan. Goddæus *d.conclus.*23. *n.*428. ad quos,ne actum agam, lectorem remitto.

Cæterum his explicatis offert ſe elegans quædam quæſtio,quæ quolibet die contingere poteſt.Notum
425 enim eſt, pro arbitrio prudentis † iudicis tormenta aliquoties repeti poſſe, vt pulchrè explicat.Menoch. *de arbit iudic.quaſt.caſu* 272. adeo vt Nicol. Boërius
426 *deciſ.*165.*num.*19.*&* 20. aſſerat, reum † propter variationem ſuam ter torqueri poſſe, de quo nunc latius non diſputo,maxime cum Franciſ.Calon.*in tract. de torment.cap.*14. & poſt eum Franciſc. Burſ.*in conſ.* 291.*nu.*87. *lib.*2.voluerit,reum bis tortum,& ſemper conſtantem permanentem, non poſſe denuo torqueri,& quia hac de re videri poteſt Iul. Clar.*lib* 5.*ſent.*§ *fin.q.*64.*n.*40.Item conſtit. pœnalis Caroli V. *arti.*58. quæ dicit,hac in re ſtandum eſſe arbitrio diſcreti iudicis.

Sed pone,inquiſitum,vel accuſatum per binas,aut ternas vices moderatè tortum,& tamen nihil penitus confeſſum eſſe, quid deinceps fieri debebit, maximè cum nulla alia de nouo ſuperueniant indicia? Hic
427 quadruplex eſt ſcribentium opinio. Quidam † eum relaxandum, & penitus abſoluendum eſſe voluit,in quorum numero reputantur Albericus de Roſate *in l.edictura,ff.de quaſt.*vbi hanc communem dicit.Cæpolla *in conſ.*32. Hippol. de Marſil.*in practic. crim.*§.
428 *nunc videndum,n.*26.Atque ideo † non eſt dubium, quin apud Anton. de Gamma *deciſ.Luſitaniæ.*280.*n.*1. *verſic.y enim qui negant.*pro verbo,*negant*,ſubſtituen-
429 dum ſit verbum, *affirmant*, Quidam vero † eum demuandum eſſe aiunt, ſi non pœna mortis, tamen aliqua alia pœna. Alex. *in additionibus ad Bart in l, vnius.*§ *reus in verb.neque confitetur, ff de quaſtionibus* Thom.Grammaticus *deciſ.*22.*nu.*24.Hippolyt.*ſingul.* 108 *incipiente, Alias fuit interrogatus.* De quo etiam mentionem facit Couarruuias *in practic. quaſt. cap.*
430 *n.*5.Quidam † iuſtius relaxandum equidem conce-
431 dunt, ſed tamen ſub fideiuſſoribus; Nonnulli denique † ſtatuunt abſoluendum eum eſſe, verum ſub hac clauſula:Rebus ſtantibus,prout ſtant.

Qui abſoluendum eſſe concedunt, non errant.
432 Nam primo † per torturam omnia indicia,quæ aduerſus illum erant, ſunt purgata Barnab.Cornazzanus *dec.Rota Lucenſis.*127.*n.*19. Si igitur poſtmodum nihilominus iudex reum in ſqualore carceris detine-
433 ret,aut etiam rurſus torturam repeteret (qua † in re,proh dolor, hodiernis temporibus multi laruati, ſtupidi, & bibuli iudices, ne micam quidem eruditionis in ſe habentes,dum intolerandis humanæ patientiæ cruciatibus miſeros captiuos lacerant,vt vtar verbis Liuij, *decad.*3.*lib.*4.imo paſtis cruore luminibus, vt feta, quæ guſtatum ſemel ſanguinem ſemper ſitit,ſæpenumero tormenta duplicari iubent, cum iactura animarum ſuarum, ſunt admodum faciles,quibus merito fræni quædam temperies adhibenda eſſet, vt ait textus *in l.*2.*C.de cuſtod. reorum,*)tunc per aſſiduam iſtam torturam tandem illum interficeret, &
434 forſan † etiam innocentem, cum veriſſimile ſit, illum omnia,quæ confeſſus eſt,propter ſummum cruciatum, & , vt compendio mortis longos cruciatus vitaret,in ſemetipſum ſanguinem mentiendo dixiſſe,*l.*1.§.*quaſtioni.ff.de quaſt.Valerius Maximus lib.*
435 8.*c.*4. Vt maximè † igitur, ſecundum Stratoclem, non poſſet defendi ſalus innocentem, ſi parcatur nocētibus,Satius tamen,& ſanctius eſt,nocentem † ab-
436 ſoluere,quam innocentem damnare,*l.abſentem ff.de pœnis. Barnabas Cornazzanus dec. Rota Lucenſis.*114. *n.*8.ne vera confeſſis,& falſa dicentibus idem ſit doloris finis. Hinc vetutiſſimus orator Antiphon,teſte Mureto *in orat.*11.rectè dicebat: *Si peccandum ſit, iniuſte reum abſoluere. quam iuſte perdere melius fuerit: Illud enim quidem peccatum eſt, hoc verò impietas.*
437 Quippe † melius eſt de miſericordia,quam de ſeueritate reddere rationem,*ca.allegans.& ibi gl.in verb. melius eſt* 26.*quaſt.vltim.*Speculat.*de diſpenſat.*6.2.*n.*5 Hippol.Bonacoſſa *in tract.de famulis. in proœmio.*Iacob. Marchiſellus Ariminenſis *in ſylua quaſt.practic. quaſt.*1.*n.*18. Anton. Sola *ad conſtit.antiq.Saband.Rubric.de indulg. & remiſſ. Decret.Carolus gl.vnica.numer.*4.

Deinde diutinæ incarcerationis [cum carcer dicatur mala manſio]vt,& torturæ † ſæpius repetitæ,
438 non minor eſt cruciatus reipſa,quam pœnæ capitalis,
439 ſiquidem † cruciatus corporis morti æquiparatur, ſecundum Dd. *in l.interpoſitas. C de tranſactionibus.* Grammat.*vot.*17.*&* 23.*n.*15. Burſat.*conſi.*2. *n.*105.*lib.*2. Sebaſt.Medic.*de caſib.fort.part.*1.*quaſt.*17.*n.*15.Et per impoſitam pœnam vna hora ſic abſolueretur, quod multis diebus eſt ſuſtinendum Hippol. *in l.repeti.ff. de quaſt.*Boer.*deci.*164.*n.*18.Clarus §.*fin.quaſt.*64.*n.*4. *verſic.cum enim* VVeſenb. *in parat. ff.de quaſtionibus in fine.* dixi quoque ſupra. *cap.*1.*n.*52. Videtur igitur ſatis ſuſtinuiſſe,qui ter tortus eſt,vt abſolui poſſit.

440 Denique quæſtiones † & torturæ ad hoc inuentæ ſunt,vt liuidas carnes vngula cruenta pulſante,inſcatis lateribus dolor quærat,& inueſtiget veritatem(vt loquitur Diuus Hieronymus in Epiſtola ad Innocentium, de muliere ſepties icta) non vt hac ratione

Digitized by Google

quis enecetur, & puniatur, *l. milies. §. t. l. 10. l. 13. C. de quæſt.* Hippol. de Marſil. *in practica crimin. §. nunc videndum. n. 21. & ſeqq.* Angniola *conſilio crimin. vltim. nu 27.* Clarus *§ fin. quæſt. 64. n. 5.* Tranquill. Ambroſin. *in tract ſuo de modo formand. proceſſ. format. lib. 2. cap. 2. n. 9. &* 10. Vide etiam Quintus Curtius *lib. 6. mihi*
441 *pag* 177. tormenta † exhibendæ veritatis fidem vocat. Imo, vt Cicero *in Topicis*, ait, verberibus torti, & in igne defatigati, quæ dicunt, ea videtur veritas ipſa dicere, probatque illud ipſum Menochius *de præſumptionibus, lib. 1. quæſtione, t. un. vltimo* pulchre Cujacius *lib. 14. obſeruat. cap. 34.* Quod ſi igitur iudex propter eandem cauſam reum ſæpius torqueret, non faceret hoc reuera ad inueſtigandam veritatem, ſed potius, vt reum repetita tortura tandem enecet, & interficiat.

442 Nec † obſtat, quod nonnulli ſcripſerint, hoc caſu in negotio ſuperſedendum, & cauſam eſſe relinquendam indeciſam, atque ita iudicem pronuntiare poſſe, ſibi non liquere. Salic. Angel. Paris de Puteo, & alij relati à Menochio *de præſumptionib. lib. 1. quæſtione 93.*
443 *num. 1.* Nam † verior eſt contraria ſententia, quam etiam ibi poſt Gomeſium *tomo 3. variarum reſolutionum cap. 13. num. 28. verſicul. ſed his non obſtantibus*, defendit Menochius, & idem ſentire viſus eſt Iacob. Novell. *in tractatu ſuo ad defenſam cap. an indicia pro reo ſint danda n. 152.* Barthol. Romul. *in compend. homicid part. 1. n. 92.* Ioan. Zangerus *de quæſt. ſeu tortura reorum cap. 5. n. 2. 3. 4. & 5.* qui plures allegant, dicitq;
444 † Ant. de Gam. *decis. Luſit. 280. nu. 2.* ſibi ac aliis ſuis collegis contrariam opinionem ſemper diſplicuiſſe. Conſtat igitur ex prędictis reum illum abſoluendum eſſe, id quod probandum ſuſceperam.

445 Dubitari † ſaltem contingit, an diffinitiuè, & in totum ſit abſoluendus, nec ne. Et quod diffinitiuè abſoluendus ſit, poſt Batt. Ang. Aretin. Roman. & Curtius voluerunt Anto. Gomeſ. *lib. variar. reſolut. 3. tit. de delictis cap. 13. n. 28* Menoch. *d. quæſt. 93. nu. 2. & 3.* VVeſenb. *in parat ff. de quæſt in fine.* Rationes multæ ab ipſis adferuntur, ſed hæ præcipuæ eſſe videntur. Primo enim certum & modo probatum eſt, reum iuſtum abſoluendum eſſe: ſed quomodo dici poteſt abſolutus, qui adhuc tenetur fideiuſſores dare, quod velit ſe ruſus carceri mancipare, ſi alia aduerſus eum oriantur indicia? Quin potius nulla ſubeſt cauſa, ob quam præſtandam eſſe fideiuſſionem dicas. Nonne enim omnia iudicia per torturam ſunt purgata? nonne iudex abſoluendo reum, innocentem eum eſſe pronuntiat? Præterea ciuile non eſt expectare miſerabilem iſtum caſum, vt reus hic ruſus torturæ ſubjiciatur. Secundo certi iuris regula eſt, quod de qua
446 re cognouerit iudex, de ea quoque pronuntiare ſit cogendus, *l. de qua re, ff. de iudiciis, l. 8. §. ſi ex cauſa, ibi, cognouerit iudex, & pronuntiauerit, ff. de inoff. teſt. l. in hoc 27. ff famil. herciſc. l. eos in principio. C. de appellat. l. 1. C. de ordi. iudic. l. diui. fratres §. 1. ff. de liber. cauſa. l. 1. §. vltimo. ff de liberis agnoſcend.* Petrus Faber *in l. 2. mihi, pag. 7. ff. de regulis iuris*, & vide Alciatum *in l. notionem, 99. n. 6. ff. de verborum ſignif.* Sed in hoc caſu iudex cognoſcere cogitur, reum per torturam indicia purgaſſe, cogetur igitur & pronuntiare, ſiquidem pronuntiare non aliter poteſt, quam condemnando aut abſoluendo, *l. 1. ff. de re iudicat. l. vbi falſi 22. C. ad leg. Cornel. de falſis.* Abſolutione autem facta, quæ hic omnino fieri debet, negotium in rem iudicatam tranſit, poſtquam nihil amplius quæri ſolet, *l. poſt rem. ff de re iudicat.* Tertio huc facit, quod quando reus in inquiſitione contenta negauit, & iudex ſuper veritate criminis probationem aſſumpſit, & non
447 inuenit, debet reum diffinitiue abſoluere, cum ex † præſumptionibus nemo ſit condemnandus, *l. qui ſententiam, C. de q. c. literas. 14. ext. de præſumpt.* Hipp. de Marſ. *in pract. crim. §. diligenter, n. 22.* Hiero. a Lauret. *dec. Rotæ Auenie. 15. n. 18.* ac occulta † Dei iudicio ſint
448 relinquenda, iuxta illud D. Hieronymi: *Si delis tollitur fides, veniet dies, quæ hoc crimen diligenter diſcutiat: habeo iudicem meum*, neque reus debeat teneri in ſuſpenſo, vt eleganter poſt Abbat. & alios *in c. 1. de off. ordin.* probat Alciat. *reſp. 16. l. 7.* Ergo multo magis diffinitiue abſoluendus venit, quãdo reus tortus, & tamen nihil in eo inuentum eſt, vt hac quoq; ratione ſecunda ſupra *n. 429.* allata opinio ſubſiſtere nequeat.

Ab his duabus opinionibus ſeceſſionem ruſus faciunt Sali. *in l. ſi quis adulterij C. de adul.* Marſil. *in pract. crim. §. quoniam n. 49.* Boer. *dec. 163. nu. 16.* Iacob Marchitellus *in ſylua quæſt. practicarum, quæſt. 58. nu.*
449 *23. & 24.* qui † communem practicam totius Italiæ eſſe dicunt, vt reus ille relaxetur quidem, & abſoluatur, ſed non aliter, quam datis fideiuſſoribus. Nec diſſentit Additionator ad Regulam in proceſſu *cap. 2. nu 23.* qui dicit: Quod quiete, & pacifice viuat, & ſi fideiuſſionem pollicitus eſt præſtet, & ſi aliquid mali fecit à iudice cauſa cognoſcatur, & puniatur, & ſi dimiſſus fuerit iterum vocetur ad hoc vt delicta non remaneant impunita.

Omnes illæ opiniones non placent illis, qui quar-
450 tam ſententiam amplectuntur. Hi enim † ſtatuunt, quod quando reus innocentiam ſuam per torturam probauit, abſolui quidem debeat, tanquam non repertus culpabilis, vt ait Tranquillus Ambroſin. *in tractatu de modo formandi proceſſum in format. lib. 4. cap. 4. n. 8. & 9. & cap. 5. n. 17.* ſed tamen non diffinitiuè, neque etiam datis fideiuſſoribus, ſed ſub clauſula, ſtantibus rebus, prout ſtant. Et hoc caſu, ſi denique ſuperueniant noua iodicia, de nouo contra eum pro-
451 ceditur, non obſtante tali ſententia. Hanc eſſe † communem practicam, teſtatur Damhauderius *in practica ſua criminali. cap. 40. n. 2.* & hoc amplius in Hiſpania, Gallia, & Ducatu Mediolanenſi ita obſeruari, ſcribit Clarus *lib. 5 ſenten. §. fin. q. 62. n. 2.* quo etiam ſpectant, quæ tradit Ludouic. Carter. *in praxi criminali tit. de*
452 *ſentent. num. 65. cum ſeq.* Ego hanc ſententiam † veriorem eſſe credo. Statuit enim reum eſſe abſoluendum, & quidem diffinitiuè, ſcilicet quoad hanc cauſam, ita vt nec fideiuſſores dare teneatur. Non autem in totum abſoluit, ita vt poſteà propter alia indicia ruſus capi non poſſet, ſiquidem dolus futurus non poteſt remitti *l ſi iuris, §. illud ff. de pactis.* Et huc ſpectat quod ſcripſit Myſing *cēt 5. obſer. 12.* hoc caſu ſi noua ruſus ſuperueniant indicia, cõtra reum procedi poſſe, & quod illi non competat exceptio peremptoria rei iudicatæ ex tali abſolutoria. Et quanquam
453 † Ant. de Gamma *d. dec. Luſita. 286. n. 2.* in illa reſidet opinione, quod nulla hac in re certa regula dari queat, ſed poſſit quandoq; talis tantique vigoris fieri probatio contra reum, vt tortura decreta, & per acta negantéque reo, nihilominus ad perpetuum exilium condemnetur: vel vice verſa, tam debilis exiſtere probatio, vt reus tortus negans abſoluatur, ſubjungendo, hanc ſententiam apud Luſitanos eſſe crebrio-
454 rem, eamque ſenatores Regios ſequi, Exiſtimo † tamen tutius eſſe, prædictæ, & in practica receptæ opinioni adhærere, ne iudex arbitrando à recto tramite iuſtitiæ periculosè deuiet, & aberrat. Facilis enim hic eſt lapſus, præſertim illorum, qui hominem torquere, & pila ludere, paria eſſe ſibi perſuadent.

455 Non † ignoro quoq; Alphonſum Villagut à Neapoli in practica ſua canonica criminali *lib. 7. cap. 14. concluſ.*

concluſ.1. de tortura mihi pag.391. has opiniones aliquo
modo confundere, & Iulium Clarum pro contraria
opinione perperam citare, & prior ſententia adhuc
magis mihi arridet. Verba eius, cum is auctor in om-
nium manibus non verſetur, ſubjicio. Sic igitur in-
quit: *Iudex poſteaquam torſit reum ſufficienter, habito re-
ſpectu ad indicia contra eum probata, & ipſe perſeuerante
in negatione, debet concedere terminum ad defenſiones pro-
ponendas reo, & accuſatori ad producenda alia indicia ſi
quæ habuerit contra reum: & ſi termino elapſo nihil pro-
duxerit accuſator, reum abſoluet, quia dicitur ſic purgaſſe
indicia contra ipſum adducta, ac ſi puram veritatem di-
xiſſet, cum cautione fideiuſſoria de ſe præſentando, quoties ad
id vocatetur pro eadem cauſa, pro qua tortus fuerat. De-
bet inſuper hoc caſu iudex facere ſcribere in actis, qualiter
tortura fuit moderate adhibita, & indicia purgata, & ſic
poſteà relaxari fideiuſſori, vt dictum fuit. Hæc concluſio
veriſſima eſt, & probatur auctoritate Alphonſi Aluarez in
ſpeculo vtriuſque iuris, tit. de tortura. in verſ. etſi reus vbi
dicit hanc concluſionem eſſe de mente Paridis de Puteo.
Præſenti concluſioni ſe ſubſcripſit Iul. Clar. in pract. crim.
lib.5.§ fin. in verſ. illata reo tortura (ſupple q.64. num 38.)
vbi adducit etiam opiniones nonnullorum aliorum Docto-
rum idem tenentium. Probatur quoque concluſio præſens
conſuetudine, quæ hodie viget in omni tribunali, tum Cano-
nico ſeu Eccleſiaſtico, tum ſeculari.* Hactenus Alphonſus
ſupra citatus.

Sed pro complemento huic capiti non immerito
456 inſerimus, & hanc quæſtionem: Si fortè ſtatutum,
vel lex, vel Decretum alicuius iudicis, aut ritus cu-
juſdam curiæ exſtet, præcipiens, quod hoc vel illud
fieri, admitti aut concedi non debeat, niſi in tali cau-
ſa, vel negotio prius præſtita fideiuſſione, num opus
ſit, vt omnino præſtatio fideiuſſionis præcedat, vel an
ſufficiat, ſi ſequatur? Et lectori prolixis, & minimè
neceſſariis ambagibus moleſtus ſim, categorice re-
ſpondeo. Eam præciſè, & neceſſario præcedere de-
457 bere. Primo enim hæc locutio fit per † ablatiuum
abſolutum, de cuius natura eſt, vt importet non ſolum
conditionem *l. accepiis ff. ad L. falcidiam. l. à teſtatore. ff.
de condict. & demonſt.* Cacheran. *decif. Pedemont. 145. nu.
6. & 7.* Ioan. Borcholt. *in tracta. de feudali, cap.3. num.8.*
Franciſc. Milanenſ. *decif.1. num.162. lib.1.* Sebaſt Me-
dices *de acquir. poſſeſſ. verb. acquirendo. gl.1. part.1. num.
9. & 10.* Frideric. Pruckman *in §. ſoluta poteſtas. memb.
1. effectu.5. num. 38.* vbi plures Doctores ita tenentes
458 citantur: Verum etiam † formam inducat *per notata
Felini, & aliorum in c. dilecta. la.1. de reſcript. Cacherani
decif.165. num 12: Hieron. Magon. decif. Lucenſ.45. n.11.*
Dicitque Bartolus *in l.1. col. fin. ff. de cond. & demonſt.*
459 quod † ablatiuus abſolutus inducat veram, & ex-
preſſam conditionem, quæ ſui natura requirit, vt im-
460 pleatur in forma ſpecifica. Vnde oportet † ante
omnia in forma implere conditionem ſtatuti, legis,
Decreti vel Ritus, quam iſtius beneficio quis innita-
461 tur, vel. De ſubſtantia † enim actus eſt, quidquid
pro forma actui gerendæ conſtituitur, ideoque actus
corruit in eius omiſſione etiam minima, etiamſi adeſ-
ſet iuſta cauſa omittendi formam, ex Decio, & Feli-
no. Antoni. de Gamma *decif. Luſitan.45. n.3.* Defunctus
462 † quoque conditionis habet annulare actum. Bar-
tholom. Bertazol. *in tract. clauſul. inſtrum. clauſula.14.
gloſſ 6. num.5. & 6.* pulchrè Camillus Borellus *in con-
463 trouerſia.47. numer. 35.36.37.38. & multis ſeqq.* Et † for-
ma ſtatuti non obſeruata, actus corruit. Bald. *in l. hu-
manum. C. de legib.* Ancharan. *conſ.55. viſa quadam for-
ma.* Balthaſar, Benadellus *in tractat. iur. protim 5. In pri-
mis numer. 41. & 42.* ex Alexandro, & Decio Barna-
bas Cornazzan. *dec. Lucen.58.* Sicut vice verſa, quan-
464 do † ſtatuto ſatisfactum eſt, eius diſpoſitio locum
habere debet Anton. Corſet. *in tract. de iureiur. in 2. eui-
dent. num 9.* Cornazzan. *decif.171. num.2.* Quin etiam
465 lex † dans ordinem in procedendo, cenſetur formam
apponere. Feli. *in d. c. cum dilecta. col.7 de reſcript.* Ro-
466 bert. Maranta *in conſil 42. num.5. & 6.* Ac fundans † ſe
in Decreto, debet probare ſe obſeruaſſe formam De-
creti, cum ſuis qualitatibus Alex. *conſil.138. nu.5. lib.7.*
Ioſeph Ludou. *in commun. concluſ.14. num.16.* Vti & is,
467 qui † Ritus alicuius beneficio frui vult, illo cum ſuis
qualitatibus vti debet, vt inquit Bald. *in l. de quibus q.
6. ff. de legibus* Exque eodem Baldo in aliis locis, nec
non Abbate, Decio, Rebuffo, & Follerio tradit Ioan.
Bapiſta Annius *de execut. in prolegom. num.3.*

Deinde etiam ponderandæ ſunt illæ duæ dictio-
468 nes, NISI & PRIVS. Sicut enim huius † na-
tura eſt, vt quando à lege exprimitur, inducat ordinem,
quo peruerſo, actus fieri non poteſt. *Abbas in c. literis.
in 5. nota ff. de reſtit. ſpoli. per tex. in l.2. §. primo ff. de vulg.
469 & pup. ſubſtit.* Ita † illius natura eſt, vt quando præce-
dit oratio negatiua negans potẽtiam, illa ponat poten-
tiam tantum, non actum vt dicit Bart. *in l. actione. C. de
tranſact. gl.* & Dynus *in c. peccatum. De reg. iur. in 6.* And.
Gaii. *lib 1. obſer.61. num.23.* Siue, vt ait Æmy. Ferretus
470 *in reſpon.22. nu.10.* Articulus, NISI, qui facit † ex-
ceptionem, hanc habet naturam, vt contrarium indu-
cat eius, quod præceſſit, ſiue affirmetur ſiue negetur.
*l.1 § ſi ſtipulanti. ff. de verbor. obligatio. dict. l. actione C.
de tranſaction.* pulchrè Martin Monterus *in dec. Regn.
Aragon. decif.12. num.6.7 & 8.* de quo plura vide apud
Albericum Gentil. *lib.2. de Nuptiis. capit.9.* Atqui in-
471 de ſequitur, tum demum poni † potentiam licen-
tiamvè faciendi, contrahendi, fruendi, auferendi, libe-
randi, abeundi, tollendi, &c. quando præceſſit fideiuſ-
ſio, prout etiam in terminis Regiæ Pragmaticæ *incip.
malitiis*, decidit admodum eleganter Robert. Ma-
ranta *in conſil.31. per tot.* adducens ad idem propoſi-
tum *decif. Neapolitan.137.* vbi aliquoties dicitur, quod
debitor debeat prouidere inprimis, & non facilè ci-
tare partem, niſi prius inuenta, & præſtita fideiuſſione,
ſecundum tenorem Regiæ Pragmaticæ, Quæ quidem
diligenter in praxi ſunt obſeruanda, cum ſæpe prodeſ-
ſe poſſint, ſicut etiam monui ſupra *cap.6. num.30.* &
hoc ipſo capite *num 167.* eaque iuxta mecum ex Bona-
coſſa defendit Horat. Carpanus *ad ſtatut. Mediolan.
part.1. cap.44. num.14. & 15.*

Sed tamen interim, & huius meminiſſe oportet,
472 etiam ſi hæc † verba, NON NISI, vel NON PRIVS,
vel NON ANTEQVAM in ſtatuto vel lege (*vt in leg. ob-
ſeruare. §. vltim. ff. de officio proconſulis*) vel etiam Decre-
to ſententia, aut ritu non ſemper exſtent vel conti-
neantur, ſed forraſſis ſimilia vſurpentur, quod tamen
473 idem ſit dicendum. Si igitur † dicatur, res illi trada-
tur, CVM fideiuſſorem dederit: POSTQVAM fideiuſ-
ſorem dederit, præſtatio fideiuſſionis vt præcedat,
oportet, *iuxta l. inter illam 217. & ibi Ioan. Goddæum
num 3. ff. de verb. ſignif.*

474 Eiuſdem † efficaciæ ſunt hæ locutiones, ITA DE-
MVM, TANTVM, DVMMODO NVLLATENVS ad-
mittatur, niſi hoc vel illud, &c. NON ALITER, NEC
ALIO MODO. Nam ſunt dictiones taxatiuæ negan-
tes omnes alios modos, inducentes formam, & reji-
cientes omnem interpretationem extra verba. Alex.
*conſil.3. volum.1. Alciat. conſil.44. volum 9. Menoch. de
arbitr. iudic. quæſt. quæſt.86. numer.28. Tiberius Decian.
conſil.72. vol.2. Barth. Bertaz. in tract. clauſ. inſtrumen.
clauſula 14. glo.4 & 6. Rubeus conſil.146. colum.1. Fran-
ciſc. Milanenſis decif.1. lib.1. num.162. Barnab. Cornaz-
zanus decif. Lucenſ.41. nume.37. Camillus Borellus in tra-*

ſtat. de compromiſſ. §. 8. *glo. num.* 1. 2. & 3. *gloſ. in clem.* 1.
verbo. nullatenus admittatur, & ibi Cardin. Zabarell. de
ſentent. & reiudic. Tiraq. in l. ſi vnquam. verb. reuerta-
tur num. 95. *C. de reuoc. donat. Matth. Cnno. lib.* 1. *de pact.*
cap. 24. *num.* 111. 112. & 114. & io terminis terminanti-
bus Flamin. Chartarius *in deciſ. cauſ. execut. Rota Ge-*
nuenſ. deciſ. 98. *num.* 3. 4. 8. & 9. Similem poteſtatem
475 habent & hæ locutiones: Rem auferat, ſi fideiuſ-
ſorem dederit, vel expectet is, vel impediatur illud
ipſum. Tam diu donec, vel quoad, aut quouſque fi-
deiuſſorem det, vel quandiu fideiuſſorem non dede-
476 rit. Hæ enim dictiones omnes conditionales, &
ſuſpenſiuæ ſunt, ac formam importaut, vt in ſpecie
tradit Bart. in *l. ſeruitutes, ea.* 2. *num.* 2. *D. de ſeruitut. &*
in l. fin. §. 1. *D. ad SC. Trebel. Bald.* in *l.* 2. *nu.* 5. *C. de liber.*
prat. Pract. Papienſ. in *forma libelli, quo vxor agit ad*
dotem verſic. donec vitam vixerit vidualem. in princip.
Roland à Valle conſil. 43. *num.* 12. *vel num.* 2. *Ioan. Baptiſta*
Plot. de in lit. iur. § 2. *num.* 2. 3. & 4. vbi de particula, Si,
tractat. Valent. Forſter. *de ſucceſſ. ab inteſtato lib.* 3. *cap.*
15. *num.* 9. *Frideric. Pruckman.* in § *ſoluta poteſtas. cap.*
4 *membr.* 1. *effectu* 4. *numer.* 6. & 7. & *effectu* 5. *numer.* 37.
& 38. *Tobias Nonius conſil.* 8. *num.* 2. *Ioan. Vincen. Hon-*
dedaus conſult. 29. *numer.* 3. *volum.* 1. *Daniel Molerus* in
comment. ad conſtit. Saxon. conſtit. 27. *num.* 2. vbi nomi-
477 natim de germanica † vocula, hoc eſt, Do ec,
agit.

De hoc autem multo minus eſt dubitandum, ſi ex-
478 preſſè addantur † voculæ, & ſic verba legis, ſtatu-
ti, aut privilegii fortè ſonent: Si ita eſt vt vult in
primis dare debet fideiuſſionem, & alter pro eo ſe
obliget, tunc enim fideiuſſionem præcedere neceſſum
eſt, per ea, quæ tradit Petrus Denayſius *in diſput. de*
iure meri imperii, contra ciuitatem Spirenſem in §. *ſi*
quando? dicam liberè.

479 Idem † omnino ſtatuendum cenſeo, ſi in cauſis
pignotationum, vel arreſtorum dicatur. parata ſit o-
bedientia, & cautio in caſu detentionis, & pignora-
tionis, dataque cautione relaxetur, dare etiam debet
collaudatorum de redeundo, quod fuit ob pignora-
tum, &c. Nam non ſolum vi ſtyli Cameræ Imperia-
lis: ſed & per ſe hæc verba huic infallibilem ſenſum
habent, quod ſicut præſtatio cautionis relaxationem
ac reſtitutionem: ita numerationem pecuniæ omni-
no oblatio quitantiæ antecedere vel præcedere de-
480 deat. Quod † ad ſimilia quidem negotia, actuum præ-
ſertim vel contractuum correſpectiuorum etiam ex-
tendere licebit, vt nimirum quando duo ſunt inui-
cem obligati ad præſtandum aliquid, tunc vnus ex
ipſis, ſi modo exceptione præpoſterationis repelli no-
lit, non poſſit petere ab altero, vt ſibi præſtetur ali-
quid, niſi ipſe prius ex ſua parte plene, & actualiter ſa-
tisfecerit. *L. Iulianus* §. *offerri vbi DD ff. de acti empt.*
l. quaro. §. *in er. ff. locatic. peruenit. vbi Abbas. De iureiu.*
Ioan. Vincen. Hondedaus dec. 68. *n.* 16. *lib.* 1. *Rolan. à Valle*
conſ. 53 *n* 31. 32. & 33. *lib.* 1. 1. *Barnab. Cornazzan. dec. Rota*
Lucenſ. 166. *n.* 7. 8. 9. 10. 11. 12. *M. Anton. de Amatis dec.*
50. *n.* 14 15. & 16. & *dec* 94. *n* 4. *Martin. Monter. in dec.*
Reg. Aragon. dec. 19. *n.* 1. vbi notiſſimum atque vulga-
tum iuris principium vocat. Tiber. Decian. *conſ.* 60.
n. 44. & 45. *lib.* 2. Hart. Piſt. *part.* 1. *quaſt.* 22. Maſcard. *de*
probat. concluſ. 1387. n. 47. Hieron. Magon. *dec. Florent.*
66. *n.* 6. & *dec.* 142. *n.* 5. Ioan. Zangerus *in tract. de ex-*
cept. part. 3. *c.* 20. vbi plura de exceptione non imple-
481 menti habentur. Atque hoc eſt, quod de † actibus
correſpectiuis dicitur: poſito vno, poni, & aliud, vt
ex Crauetta, Panormit. Alexan. Menochio & VVeſen-
bec. Ioannes Koppen. *in deciſ. ſuis quaſt.* 12. *n.* 18. ſcri-
ptum reliquit.

Ex prædictis, & hoc conſequenter colligitur, non
482 † ſufficere in ſupra enumeratis caſibus, fideiuſſo-
rem verbaliter tantum offerre, ſed opus eſſe, eum a-
ctualiter ſiue effectualiter ad manum habere, & præ-
ſentare, vt ait Nicol. Boerius. *dec.* 124. *in fin* quem ſe-
cuti ſunt Crauetta in *conſ* 705. n. 19 *part* 4. & Natta in
conſ. 153. *n.* 7. *tom.* 1. probant illud ipſum etiam Ale-
xand. *conſil.* 21. *numero* 6. *verſ. nec videndum volum.* 1.
Decius *conſi.* 275. *colum.* 2. *n.* 2. *verſic. & retenta.* Ho-
rat. Carpanus *ad ſtatu Mediolan. part.* 1. *c.* 44. *num.* 60.
Et eſt de mente Dominorum aſſeſſorum Cameræ Im-
perialis in ſententiis D. Barthii. 3. *Nouemb. Anno*
1564 *in verbis:* Cautio oblata ſummarie ſit executio-
483 ni mandata Volens † enim facere, non dicitur fa-
cere, vel feciſſe. *l. in emeniis. C. de contrah. empt.* Neui-
484 zan. *conſi.* 98. *n.* 15. Ac † aliud eſt dixiſſe, aliud eſt fe-
ciſſe. *Bald. conſil.* 21. *vol.* 4. Iac. Marchiſellus *in ſylua*
485 *pract. quaſt. quaſt* 68 *n.* 4. Et † qui promiſit, in futu-
rum facere, præſumitur nolle facere de præſenti, vt
486 † & qui promittit facere, non facit. *Tiber. Decian.*
reſponſ. 39 *volum.* 2. *Alberic. Gentilis. lib.* 2. *de nupt. cap* 9.
487 *mihi pag.* 154. Soletque alias dici, verba † cum ef-
fectu, non verbotenus eſſe accipienda, *l.* 1. § *fin.* & *ibi Ia-*
ſon. n. 6. *D. Quod quiſque iuris l.* 5. §. *Docere. D. ne quis*
enim qui in ius voc. c. relatum vbi gl de cler. non reſident.
488 *Andr. Kohl. exerc.* 9. *n.* 18. Atque ideo, licet † reus de-
cies allegaret, hunc vel illum pro ſe fideiubere velle,
non ſufficeret, niſi illorum legitimam obligationem
ſimul produceret, prout aliquando decicíſum in Ca-
mera Imperiali, ſicut conſtat ex ſentent. Dn. Barthii. *de*
5 *Decemb. Anno* 1533. *litera I.* in hæc verba: Qui cau-
tionem præſtare debent iudici ſunt non mirandi, ad
hoc vt ſciat an obligatio; & eorum fideiuſſio idonea
ſit. Eſtque hæc ipſa ſententia vel ob id quoque no-
tanda, quod in verbis, aperte etiam fideiuſſorum con-
ſenſum præſupponit, & requirit, prout iuris eſſe ſupra
c. 7 *n.* 24 & *ſeqq.* eſt oſtenſum. Fallit tamen, ſi debitor
489 † offerat pro debito illiquido fideiuſſoriam cautio-
nem etiam verbalem ſaltem, tunc enim auditur, quan-
do agit de damno vitando; ſecus ſi de lucro captando.
Ita poſt Angel. Alex. Ripam. Imol. Curti. iun Tiraquel.
Schurff. & VVeſenb. tradidit Ioan. Koppen. *in deciſ.*
ſuis quaſt. 34. *num.* 9. & 10. *per text.* & *gl in l. ſi reſiduum.*
C. de diſtract. pig. De quo etiam dixi ſupra *cap* 5. *num.*
308.

490 Sequitur ex prædictis etiam hoc. Quod † fideiuſ-
ſio præſtanda ſecundum terminos authenticæ. *Hoc*
niſi. C. de ſolutionib. Præſtari debeat, tempore oblatio-
nis bonorum in ſolutum, nec ſufficiat, ſi vellet illam
aliquis poſtea præſtare. *Angel. in l. de pupillo.* § *ſi is cui.*
& *in leg. prator ait.* §. *ſi quis paratus. D. de noui oper. nun-*
tiat. Ludo. Rom. *conſ.* 163 *incip. Conſtitutio curia mercan-*
tia. Sequitur Nat. in *conſ.* 344. *n.* 4. pulchre Anto. Sol.
ad conſtit. antiq. Sabaudia. Rubr. de concluſ. in cauſ. &
probib. ſuppl. Decret. vt nihil gl. 1. 3. *part. n.* 10. & 11. Ex
quorum traditione occaſionem ſumo, idem ſtatuendi
491 in † terminis *l. vniuerſa. C. de precib. Imp. offer.* per ea
quæ dixi ſupra *c.* 5. *n.* 133. & 134. & *cap.* 6. *n.* 29. 30. & 31. *ac*
l. nam vt ait Padius D. de legib.

Reſultat ex his ipſis etiam iſte effectus, ſi iudex
462 † per ſententiam Mæuio iniungat, vt Sempronio
ceſſionario ſoluat illud ipſum, quod Mæuius Titio
cedenti, & forte abſenti debebat, modo Sempronius
cautionem ſufficientem prius præſtet, de indemni ſer-
uando Mæuio, quod Mæuius non prius quidquã ſol-
uere teneatur, quam à Sempronio ad requiſitionem
Mæuii hæc ipſa fideiuſſio actualiter ſit præſtita, multo
minus autem Mæuium iudex pignorare poſſit in ſolu-
tione euſque ceſſantem, cum initium à Sempronio
(requi-

(requiſitio tamen) fieri debeat *d.l.Iulianus.* § *offerri.* & *quæ ibi notant DD.ff.de action.empt.* Etiamſi enim ſta-
493 tutum † vel lex dicit, non aliter valere actum, niſi prius cautio vel fideiuſſio præſtetur, non tamen idem vitiatur propter omiſſionem, niſi à parte fideiuſſio vel cautio petatur *text.* & *ibi Caſtrenſ.in l.poto.69* § *frater. verſic. Quod ſit cautio.D.de legat.2.Iaſ.in d.l.vniuerſa. Myſing.cent.1.obſ.6.Horat.Carpanus ad ſtatut.Mediol. part.1.cap.44.num.12.* & *13.* & *c.131.num.533.* & *534.* & *cap.46.num.4.* & *Gail.lib.1.obſer.124.in fin.* vbi plura nouiſſime accumulauit Bernardus Græueus *conſiderat.1.* hanc ipſam regulam ex Ioan.Pet.Surdo & Viuio aliquot modis egregie declarans, quem lector ipſemet adeat. Atque hoc ipſum eſt, quod ſcribit Barnab. Cornazzanus *dec Rota.Lucenſ.153.n.4.* & *5.* Exceptio-
494 nem † fideiuſſionis non præſtitæ non poſſe opponi, niſi in initio iudicii, & ſic nullo modo ad horam ſententiæ ferendæ reſeruandam eſſe. Maranta *in ſpeculo ſuo part.6.princ.part.1. memb.9. de except. num 4.* & *8.* Cum quo plane concordat Vincent. Carocius
495 *dec.116. num.3.* & 4. inquiens: Quod † beneficia legis alicui conceſſa accipiant hanc tacitam conditionem; ſi eis vti velit, inferenſque ex eo (iuxta doctrinam Pauli de Caſtro) quod quando lex vel ſtatutum requirit, quod præſtetur certa fideiuſſio, aliter actus non valeat, intelligatur, ſi à parte petatur, atque ideo iuxta practicam Paraoinam, & Tudertinam forenſem litigantem cum ciue vel Comitanenſi, neceſſe habere, vt caueat de refundendis expenſis in caſu ſuccumbentiæ, modo ciuis vel Comitatenſis hoc petierit, & quidem ante litem conteſtatam, cum ſit exceptio dila-
496 toria. Sane † ſi quis ad impletionem ſe offerat, alter autem ſuſcipere recuſet, ſufficit talis oblatio *l.2.* §.
497 *quod ait.D.Quod legatorum.* Non † aliter, ac magiſtratus quoque diſpenſare poteſt, ſi forte fideiuſſio petita non fuerit præſtita in principio, vt tamen poſſit præſtari de nouo, & ſic proceſſus validus remaneat, auctore Horatio Carpano *ad ſtatut.Mediola.part.1.c.44.num.62.*

CAPVT XI.

De forma fideiuſſionis.

SVMMARIA.

1 *Forma fideiuſſionis contrahenda in ſtipulatione conſiſtit.*
2 *Fideiuſſio, niſi ſtipulatio interuenerit, eſt nulla.*
3 *Forma ſtipulationis in fideiuſſione inprimis eſt obſeruanda.*
4 *Fideiuſſio ſtipulationis quædam eſt ſpecies.*
5 *Stipulatio inter abſentes nequaquam expediri poteſt.*
6 *Fideiuſſor, quando offertur, debet eſſe præſens.*
7 *Abſentiæ varia ſunt genera.*
8 *Præſentia, & abſentia corporalis in ſtipulatione proprie conſiderantur.*
9 *Fictio non habet locum, niſi in caſibus à lege expreſſis.*
10 *Lex quod non dicit, nec nos dicere debemus.*
11 *Stipulatio in ſcriptis nequaquam fieri poteſt. Quod ampliatur num.12.*
13 *Naturale ſtipulationis eſt, vt verbis fiat.*
14 *Forma exacte, & ad vnguem eſt ſeruanda.*
15 *Forma vberiori, pinguiori ac vtiliori modo non poteſt impleri.*
16 *Genus à quo remouetur, ab eo etiam remouetur qualibet eius ſpecies.*
17 *Si id, quod ago, non valet, vt ago quia caret forma ſua, non valet etiam, vt valere poteſt.*
18 *Fideiuſſio, & mandatum ratione præſentiæ, & abſentiæ differunt.*
19 *Stipulari cum præſente per epiſtolam licet.*
20 *Tutor ſtatim in ipſo negotio præſens debet auctor fieri.*
21 *Teſtis abſens per ſcripturam tranſmiſſam deponere non poteſt.*
22 *Formaliter quicquid requiritur, non poteſt per æquipollens expediri.*
23 *Forma, ne partium quidem conſenſu, quidquam addi vel detrahi poteſt.*
24 *Forma quando eſt ſeruanda, non poteſt adimpleri per relationem.*
25 *Fideiuſſio non poteſt inter abſentes per epiſtolam contrahi ex Baldo, Vrſillo, Carpano, Valentino, Franco, & Ioan. Goddæo.*
26 *Scriptura quod nuncupatur non minus valet, quam quod lingua, aut vocibus lingua figuratis.*
27 *Scribens, loqui videtur.*
28 *Loqui non dicitur proprie, qui per nuntium, vel per epiſtolam loquitur.*
29 *Scribendi, & loquendi differentia, non tam realis, quam verbalis videtur.*
30 *Loqui prohibitus cum Pannio, ad ipſum quoque ſcribere prohibetur.*
31 *Cardinalibus in conclaui loqui prohibitio interdictum quoque intelligitur, ad eos literas ſcribere, vel nuntium mittere.*
32 *Epiſtola, & tabularum quis vſus apud veteres fuerit.*
33 *Conuenire poteſt vel re, vel per epiſtolam, vel per nuntium.*
34 *Epiſtola inuenta eſt, vt certiores faceremus abſentes.*
35 *Epiſtola & ſcriptum animi nuntium ad abſentes, aut quaſi abſentes.*
36 *Scribendi bonum manus nobis communicant, præter multa alia.*
37 *Abſentia per epiſtolam ſuppletur.*
38 *Epiſtola eſt abſentibus id, quod eſt ſermo præſentibus.*
39 *Epiſtola præſentiæ eſt organum. Quod exemplo declaratur, num.40.*
41 *Verba conſueta ſtipulationem ab aula receſſerunt.*
42 *Verba conſueta ſtipulationum quæ non ſint, remiſſiue ex Antonio Pichardo.*
43 *Stipulatio, promiſſio qualibet, vt, & pactum, hodie vix diſtingui poſſunt. Et num.44 & 45.*
46 *Finis & effectus quando intentionem ſuam habent, modi qualitas non attenditur.*
47 *Effectu, & re quæ diſcrepant non ſunt imperite confundenda.*
48 *Loqui, & ſcribere differunt formaliter quidem, ſed non effectu, & re ipſa. Et num.52.*
49 *Epiſtola vicarium os eſt.*
50 *Lex eſt mutus magiſtratus, & magiſtratus lex loquens.*
51 *Poeſis pictura loquens, & pictura muta poeſis.*
53 *Muti non voce, ſed nutibus ſigniſque loquuntur.*
54 *Facta loquuntur.*
55 *Facta ipſo fatori plus eſt quam verbis.*
56 *Æquipollentiam quid fiat, nihil intereſt.*
57 *Argumentis, & rationibus non debemus vti ad correctionem eius, quod nominatim deciſum eſt.*
58 *Lex diſputationem non admittit, quando iam eſt lata.*
59 *Argumentis illud demum cognoſcimus, de quo alias*

Antonius Heringius.

P

Digitized by Google

certo conſtare non poteſt.

60 *Caſu ſemel per legem deciſo, nihil amplius dubitationis relinquitur.*

61 *Argumenta nihil aliud ſunt, quam taciti, & ſubaudito legum intellectus. Et n.62.*

63 *Lex non debet trahi ad aliud, quam de quo in ea principaliter agitur.*

64 *Argumentum ſumptum ab eo, quod olim fuit in vſu, nullius eſt momenti.*

65 *Multum intereſt inter illud quod fuit, & quod nunc eſt.*

66 *L. Lucius Tit.24.ff de fideiuſſ. explicatur.*

67 *Interuenire eſt fideiubere.*

68 *L ea que 57. ff. de donation. inter vir. & vxor. Verus intellectus, contra Accurſium, Bartolum, Albericum, Socinum, Galiaulam, Molinaeum, Duarenum, Charondam, & Antonium Pichardo. Et num.69.*

70 *Præſens ad præſentem, & cominus conſtitutum literas mittere proprie dici non poteſt.*

71 *Epiſtola nihilominus eſt, ſi ad quaſi abſentem ſermo dirigatur.*

72 *Epiſtola interdum vſurpatam ad præſentes quod exemplis oſtenditur ex Suetonio, Macrobio, Corn. Tacit. & Plutarcho.*

73 *Contrarietas legum eſt euitanda.*

74 *Quaſi abſentia habetur pro præſentia.*

75 *L cum oſtendimus, § vlt. ff. de fideiuſſ. explicatur.*

76 *Præſentia, & ſtipulatio vtriuſque in fideiuſſionibus deſideratur.*

77 *Negotia ardua inter abſentes per epiſtolam ſiue nuntium recte expediuntur.*

78 *Ceſſio bonorum poteſt fieri per epiſtolam vel per nuntium.*

79 *Sponſalia contrahi poſſunt inter abſentes per epiſtolam.*

80 *Donatio abſenti per epiſtolam facta valet.*

81 *Emptio, venditio, mandatum, conſtitutum, ſocietas recte per nuntium vel epiſtolam fiunt.*

82 *Germaniæ practica, & Stylo receptum eſt, vt valeant fideiuſſiones etiam per epiſtolam contracta.*

83 *Iure Regio Hiſpano etiam inter abſentes promiſſio valet.*

84 *Apices iuris inter mercatores non curantur. Nec ſtipulatio inter eos eſt neceſſaria.*

85 *Fideiuſſioni ſcripta ſi iuramentum promiſſorium accedat, magis conualidabitur.*

86 *Iuramentum ſupplet præſentiam.*

87 *Forma non poteſt impleri per æquipollens. Sed limitatur, n.88. & 89.*

90 *Fideiuſſio fieri poteſt per procuratorem ſpecialiter conſtitutum, aut Notarium ad id requiſitum, vt, & Syndicum ciuitatis.*

91 *Notarius per ſtipulationem alteri acquirere valet.*

92 *Actus ille, ad cuius ſolennitatem perſonalis præſentia alicuius requiritur, per procuratorem expediri non poteſt. Sed declara vt num.93. & 94.*

93 *Mandatarij factum eſt vere, & proprie factum mandantis.*

96 *Procuratoris ſtipulantis factum eſt vere factum ipſius principalis ſtipulantis.*

97 *Inhabilis ſuo nomine vero eſt habilis alterius nomine.*

98 *Prohibitio contrahendi locum habere poteſt, vbi quis ſuo proprio nomine contrahit, quæ non habet locum, vbi quis contrahit nomine alieno.*

99 *Poteſt quis aliquid, tanquam alius, quod tanquam ipſe alias non poſſet.*

100 *Camera Imperialis decretum laudatur.*

101 *Subſcriptione, qua fiat animo fideiuſſorio, fideiuſſio contrahitur.*

102 *Approbatio omnis habet vim confeſſionis.*

103 *Subſcribens, & ſigillans ad recognoſcendum ſunt citandi.*

104 *Fideiuſſor dextram cedens, verbiſque non ſolum obligatiuis: verum etiam executiuis vtens, obligatur firmiter. Quod ampliatur, numero 105. & 106.*

107 *Pacto nudo vel pollicitatione fideiuſſio non contrahitur. Limitatur ſaltem n.108.*

109 *Fideiuſſio omnis olim palam fiebat, ex Platone, Sed hodie aliter obſeruatur, n.110.*

111 *Stipulatio in fideiuſſione interueniſſe præſumitur, ſi ſcriptum ſit in inſtrumento fideiuſſionis, fideiuſſam eſſe.*

112 *Verba ſolennia in manumiſſionibus accipiuntur, vt dicta, licet non dicantur.*

113 *Solennitas intrinſeca ſemper præſumitur.*

114 *Verbum promitto, importat ſtipulationem. Et numero 115.*

116 *Verbum, pollicitus, præſumitur per viam pacti.*

117 *Formulæ ſtipulandi ac fideiubendi olim fuerunt infinitæ, & variæ quarum aliquot recenſentur, n.118. & n. 123.*

119 *Formulæ; Si ille non ſolueris, fide tua eſſe iubes? Et: ſi ille ſoluere non potuerit, vel ſoluendo non fuerit, fide iubes eſſe tua? Subtiliter differunt.*

110 *Formulæ fideiuſſionum hodie ſunt longiſſimæ, & tamen obſeruantur, Quod exornatur numero 121. & 122.*

124 *Notarii hodie formulas contractuum pro arbitrio fabricant.*

125 *Forma fideiuſſionis quænam perfectiſſima remiſſiue.*

126 *Fideiuſſionis contractus eſt de illis, qui debent in ſcriptis celebrari.*

127 *Dictio. Et cætera, extendi non poteſt, quando contractus, & actus de neceſſitate debet fieri in ſcriptis.*

128 *Notarie chartas duas combinante ſiue compingente, nihilominus inſtrumentum validum eſt.*

129 *Forma fideiuſſionis in cauſa criminali qualis eſſe debeat?*

130 *Cartaginenſium vetus inſtitutum fuit, ne quis Græcas literas, aut Græcum idioma addiſceret.*

131 *Romani lingua Latina aliis interdixerunt.*

132 *Cumani impetrarunt, vt illis publice latine loqui liceret.*

133 *Tiberius Imperator Græco ſermone abſtinuit.*

134 *Ludouicus XII. Rex Galliarum prohibuit, ne Senatuſconſulta Latinis verbis conſciperentur.*

135 *Imperator Rudolphus lege publica ſanciuit, vt omnia edicta, mandata, priuilegia, &c. Germanica lingua conſcriberentur.*

136 *Sermo natiuus commercio aliarum gentium paſſim exoleſcit.*

137 *Romani quacunque lingua pedetentim vti permiſerunt. Et n. 143.*

138 *Sermo latinus veterum Romanorum tempore doctis pariter indoctiſque fuit promiſcuus, ex Blondo, Philelpho, & Franc. Florido contra Aretinum, & Poggium.*

139 *Lingua Latina eſt vinculum, quod Europam inter ſe commerciis literarum, & ſermonis iungit.*

140 *Græce magis loquebantur Romani veteres, & ſcribebant.*

141 *Romani quando primum Græcis literis erudiri cœpti.*

142 Ro-

142 *Romani proceres vix alias linguas calluerunt à Latina, & Græca.*
144 *Fideiuſſor accipi poteſt tam Græce, quam latine.*
145 *Græcis verbis recte fit acceptilatio.*
146 *Græca lingua fieri poſſunt fideicommiſſa, item dari ac fieri tutores, teſtamenta, inſtrumenta, legi ſacra ſcriptura, & ſententia proferri, ac num. 147. 148. 149. 150. & 151.*
152 *Surdi ſumus in illis linguis, quas non intelligimus.*
153 *Interpretis interuentu quaſlibet linguas intelligere poſſumus.*
154 *Fideiuſſio quoad formam inutilis, valet tanquam iuſſio, ſi non poſſit valere, vt vera fideiuſſio. & nu. 159. & 163.*
155 *Acceptilatio, & ſtipulatio inutilis an valeat vt pactum? Et n. 156.*
157 *Teſtamentum inutile an valeat vt codicillus?*
158 *Nuptiæ inutiles an habeant vim ſponſaliorum?*
160 *Recte multa fiunt, licet non rite fiant.*
161 *Articulus, Rite, quid ſignificet?*
162 *Articulus, recte, quid denotet.*
164 *Reſpondens ſimpliciter, reſpondiſſe præſumitur eo modo, quo facta fuit interrogatio ipſa.*
165 *Manu ſtipulatu promittens ſe ſoluturum, cenſetur etiam fideiuſſiſſe.*
166 *Manus dextræ ceſſione quis obligari poteſt.*
167 *Dextra ſedes fidei.*
168 *Manuum ſola coniunctio non eſt ſtipulatio, nec pars ſtipulationis, ſicut verba.*
169 *Manuum coniunctio eſt euidens ſignum perfecti conſenſus, & perfecta pactionis.*
170 *Dextra data apud Perſas inprimis firmiſſimi fœderis ſignum.*
171 *Manu conſenſus declarari poteſt,*
172 *Stipulatio vna valida reliquis inualidis præſtat firmitatem.*
173 *Vtile mixtum inutili, etiam ipſum inutile facit vtile.*
174 *Praiuratores quinam fuerint?*
175 *Tutor vnus ex pluribus, ſorte ita cadente, iuramentum præſtare cogitur. Quod ibidem aliis ſimilibus exornatur.*
176 *Fideiuſſores ſe daturus, vel facturos promittere debent.*
177 *Factum alienum inutiliter promittitur. Sed declara, vt n. 178. & 179.*
180 *Fideiuſſio, & præcedere, & ex interuallo contractum ſubſequi poteſt. Et n. 186. 187. & 188.*
182 *Conſtantini Harmenopoli verſio latina explicata.*
183 *Pignus obligationem præcedere, & ex interuallo ſubſequi poteſt, non minus quam ſtipulatio. n. 184.*
185 *Stipulatio eſt aſſecla, & adminiſtra cæterorum contractuum.*
189 *Poſteriora ſunt multa ordine temporis, quæ iuris intellectu ſunt priora.*
190 *Codicillus ſequela teſtamenti.*
191 *Stipulatio pactionem præcedere, & ſubſequi poteſt, vt & mutuum. n. 193.*
192 *Emptio traditionem præcedere, & ſequi poteſt.*
194 *Ordo facti ſignificat ordinem intellectus.*
195 *Pure fideiuſſor recte accipitur.*
196 *Pura obligatio quænam ſit?*
197 *Fideiuſſor recte accipitur ſub conditione. Et n. 201. 202. & 203.*
198 *Fideiuſſionis præſtita ſub conditione dies non dicitur veniſſe, neceſſe, ante purificationem conditionis.*
199 *Fideiuſſor datus præſumitur ſub illa conditione, ſub qua principalis tenetur.*
200 *Fideiuſſor conditionaliter accedens non aliter tenetur quam ſi conditio adimpleatur.*
204 *Fideiuſſor obtinere poteſt, vt vna cum ipſo vel alii fideiuſſores vel pignora in ſecuritatem dentur.*
205 *Fideiuſſor, qui ante tempus non poteſt petere, ſe eximi ab obligatione, curare poteſt, ſibi dari pignora.*
206 *Lex commiſſoria quænam ſit?*
207 *Lex commiſſoria in pignoribus improbata eſt.*
208 *Legis commiſſoriæ pactum locum habet inter debitorem, & fideiuſſorem ex Neguzantio, Mezzia, Lupo, & Coſtalio. Sed horum opinio reiicitur numero 209. præeuntibus Couarruuia, Molinæo, Puteo, & Suarezo.*
210 *L. fin. D. de contrah. empt. explicat. & numero 211.*
212 *Fideiuſſor accipi poteſt ſub conditione tam coniuncta, quam diſiuncta, item ſub conditionibus diuerſis.*
213 *Reo accepto pure, fideiuſſor ſub conditione accipi poteſt, ſed non econtra.*
214 *Fideiuſſor accipitur ad tempus. ex tempore.*
215 *Fideiuſſor ad triennium, decem vel viginti annos accipi poteſt.*
216 *Ad tempus vitæ, tam propriæ, quam debitoris.*
217 *Fideiuſſor quatenus teneatur, ſi tempus nullum ſit expreſſum remiſſiue.*
218 *Ex die, vel ad diem, ex tempore vel ad tempus, quid fieri dicatur.*
219 *Fideiuſſor quoque in diem accipitur.*
220 *Et cum pignore.*
221 *Sub certa aliqua pœna, præſertim in criminalib. Et quomodo hoc firmiſſime fiat. n. 222.*
223 *Fideiuſſores pro vrpheda, etiam pœnam promittunt.*
224 *Pro pœna contra diſpoſitionem iuris contractui adiecta, eiuſque ſolutionem non obligatur fideiuſſor.*
225 *Fideiuſſores non poſſunt ſe obligare ſub pœna banni.*
226 *Correus principaliter aliquis eſſe poteſt, & tamen etiam fideiuſſor alterius correi.*
227 *Fideiuſſor iure veteri quis pro tutore eſſe, & nihilominus tutor dari poterat.*
228 *Fideiuſſio præſtita per vnum correum debendi pro altera parte debiti, quæ reſtat, ſi alterum ipſe ſoluat, vtrum liberet alterum correum à parte, quæ reſtat, remiſſiue.*
229 *Fideiuſſio vel cautio debite, & formaliter præſtita dici non poteſt, ſi ad eam non vocetur pars debitrix.*
230 *Cautio quando præſtatur ad obtinendam executionem, non eſt neceſſarium, eam accipiari per partem, ſed ſatis eſt, quod à iudice recipiatur.*

PERVENI iam ordine ſucceſſiuo ad iſtum tractatum, qua forma nimirum fideiuſſio contrahatur, 1
quem etiam breuiter explicabo. Forma igitur † fideiuſſionis contrahendæ ſtricto iure in ſtipulatione conſiſtit. *L. 5. §. ſatis acceptio, & ibi Iaſon. ff. de verbor. obligat. l. ſi hereditatem. 32. ibi, præſens quis interrogatus reſpondeat. ff. mandati. l. 2. §. pen. ibi verbis obligationis expreſſum erat. ff. de admin. rer. ad ciuit. pertin. l. blanditus. C. de fideiuſſor.* Fideiuſſio † enim 2
ſtipulationum ſolemni cautela vallari debet *l. omnes. 33. §. in hac C. de Epiſc. & Cleric.* & niſi ea interuenerit, nulla fideiuſſio eſſe poteſt *d. l. blanditus.* Alexan. *conſ. 60. n. 1. volum. 6.* Ioan. de Arnono. *dialogo*

76. Hatt.Hartmanni in pract.& tit. de fideiuſſoribus ob-
ſern. 4. Æmil.Ferrettus reſponſo 49. num.2.in verb. fide-
iuſſor aliter obligari non poteſt, quam per ſtipulationem.
Afflictus deciſ.39.n.1. Laurent.Tenuinus in tract. cau-
tel.cautela 71.n.3.Menoch. de præſumpt. lib.3.præſumpt.
132.n.5. & conſ.212. n.4.lib.3. Cæuall. part.2. quæſt.646.
n.1.Bernandin.Alfanus in collectan. n.154. Marquard.
Freherus lib.2. parerg. c.6. (vbi occaſionem latæ d.l.
blanditur.C.de fideiuſſ. eleganter oſtendit) Ioan Cro-
tus in l.ſciendum n.7.ff. de verb. oblig. Ioan.Baptiſta A-
ſinius in tract.de execution.in prolegomen. cap.2. num.3.
Camillus Borellus in controuerſ.47. num.9. Ioan.Do-
natus in Fina in Enchiridio concluſ iur. verb. fideiuſſor.
verſ.fideiuſſio tantum.fol.41. lat.2. Valentin. Francus
de fideiuſſ.c.1.nu.7. Frideric.Pruckman.conſ.8.num.63.
Flaminius Chartarias in dec. cauſ. execut. Rota Ge-
nuenſ.dec.51. n.20. Quorum omnium quidem hæc eſt
ratio, quod verba quodammodo ligant homines, ac
hi demum ſerio contrahere videntur, qui ſolenni ſti-
pulatione ſolennibuſque verbis obligationem actio-
nemque ſibi parare ſtudent, quod tamen citra ratio-
nem iuris, gentium iuris ciuilis eſt inuentum, §. de
conſtituta. & ibi gloſſ. ac interpretes. Inſtit. de actionib.
Weſenb. in paratit.ff de verbo.obligat.num.12 verſi. Et
hæc quidem Goddæus de contrab.ſtipulat. in prologomen.
n.2.& cap.2.concluſ.1.num.1 & ſeq vnde eleganter in l.
vbi 40.C.de tranſact.dicitur.ſtipulationis, & accepti-
lationis vinculis firmitatem iuris innixam, eſſe. Et
3 hinc fit, quod iſta † forma ſtipulationis in fideiuſſio-
ne in primis eſt obſeruanda, l.ſtipulatus 44.D.de fide-
iuſſ.

Sed iſta concluſione ſic firmata, non inutiliter quæ-
ritur, an igitur inter abſentes vel per ſcripturam fide-
iuſſio contrahi non poſſit? Et ſane non ſolum pro
negatiua, verum etiam pro affirmatiua ſententia ſatis
prægnantes rationes ſeſe offerunt. Nam primo extra
omnem dubitationem ſitum eſt, fideiuſſionem eſſe ſti-
4 pulationis quandam † ſpeciem, imo ſtricto iure non
niſi per ſtipulationem contrahi, vt numero præce-
5 denti eſt oſtenſum. Atqui ſtipulatio inter † abſentes
nequaquam expediri poteſt, vt euincunt manifeſtiſſi-
mi textus iuris in l.1.in principio. & ibi Baldus, Crotus,
Ruinus, Iaſon & Alciatus ,ff.de verborum obligationi-
bus.l.3.ſ.de inutil.ſtipulat. l.3.C.de contrahend.ſtipulat.
§.item verborum.& ibi gloſſ. Mynſingerus, Schneide-
vvinus, VVeſenbecius, Borcholtus, Hottomannus, &
alii, Inſtitut. de inutil.ſtipul. Barnabas Cornazzanus de-
ciſ.Rota Lucen.214.n.5. Inde igitur fit conſequens, &
fideiuſſionis contractum præſentiam vtriuſque con-
trahentis deſiderare, atque ita in abſentia expediri
non poſſe. Id quod etiam noſtri Interpretes volunt,
6 dum aiunt, quod † fideiuſſor, quando offertur, debeat
eſſe præſens, iuxta l.qui decem 71. §.idem reſponſum ff.
de ſolution. (quæ tamen nihil ad rem facit) Ioan.de
Imol. in l.prætor. §.ſi quis.ff. de noui ope nunt. Alex. de
Imol.in l.de pupillo §. is cui.ff.eod.tit. Maſcard.de pro-
bat.concl.781. Et vide Horat.Carpa.ad Statut.Mediol.
part.1.c.131.n.535.

7 Et † quamuis reſpectu perſonæ, & rerum varia ſunt
abſentiæ, vt & præſentiæ genera ſicut tangit gloſſa in
dicto §.item verborum.verb. Abſentes.Inſtitut. de inuti-
libus ſtipulationibus. ſiquidem cum de perſona nego-
tium eſt, ut animum, vel corpus, aut vtrumque intue-
mur, vt eleganter demonſtrat Ioannes Goddæus in l.
collegatum.173. §.1.l.abſentem.199. numer.5. & l. coram
209.ff.de verborum ſignificationibus. In materia tamen
8 † ſtipulationum & ſic fideiuſſionum quoque, propria
de corporali præſentia, & abſentia agitur, ita vt ſi per-
ſonæ per ſtipulationem contrahere volentes, non ſint
cominus conſtitutæ, ita, vt alter alterum loqui exau-
diat, & intelligat, illæ omnino pro abſentibus habean-
tur, & proinde ſtipulatio inter has confici nequeat, d.l.
1.in principio & ibi Bart.n.8.ff.de verb.oblig. Schneide-
vvin.in d.§.item verborum. Inſtitu. de inut.ſtipul. Ma-
ſcard.de probat.concluſ.9. vbi alios citat Ioannes God-
dæus de contrahen.ſtipul. c.3. n.189. Nicol.Vigelius in
Methodo iuris ciuilis.part.6.lib.16.c.3. except.5. Et hæc
eſt communis opinio, teſte Hieronymo Grato in con-
ſil.120.n.6.volumine primo. Ac proinde, licet finga-
mus, ſcribentem aut per epiſtolam ſeſe obligantem
haberi pro præſente, vt inferius dicetur, tamen ne ſic
9 quidem obex iſte remouebitur, cum † fictio non ha-
beat locum, niſi in caſibus à lege expreſſis, ſi quidem
fictio eſt legis, non hominis. l.ſi forte.ff. de caſtrenſi pe-
cul. Dd. in l.ſi is qui pro emptore ff. de vſucapion. Iaſon.
poſt Alexan.in l.ſi quis fundi n 52.ff. de legat.1.Octauian.
Cacheran.deciſ. Pedemont.75. n.5. Menoch.de præſum-
ption.lib.1.quæſt.8.num.18. In iure vero nullibi expreſ-
ſum ſit ſpeciali lege, quod in terminis ſtipulationis
conficiendæ ſcribens pro præſente haberi debeat,
10 non igitur noſtrum eſt, id dicere, quod † lex non di-
cit, imo cuius totum contrarium aperte ſtatuit l.ſi for-
num.71.§. non dixit ff.de acquir. hæred. Bald.conſ.228 lit.
3. Barbat. in l.ſi ita ſtipulatus.19. colum penu.t.ff. de ver-
bor.obligat.

11 Secundo, & hoc controuerſiæ expers eſt, quod † ſti-
pulatio in ſcriptis fieri neutiquam poſſit, quandoqui-
dem non niſi vtroque loquente confici debet, l. 1. in
princ. & ibi Zaſius nu 33. & Marcus Aquilinus num.38.
& 39. citans Aretin. Bald. Crotum. Socin. Ripam. Bo-
lognet, & Ant.Vacam.ff. de verborum obliga. Rot.Ge-
nuenſ.deciſ.2.num.28. Flamin.Chartar. in deciſ.cauſa
execut. Rota Genuenſ dec.51.n 24. vbi expromiſſionem
in eo à fideiuſſione differre ſubjicit, quod hæc non niſi
per ſtipulationem inter præſentes: illa etiam inter ab-
ſentes per literas fieri poſſit, n.22.23.& 24. Idque adeo
12 verum eſt, vt † obtineat, etiamſi partes conueniant,
quod ſiue loquela fieret, ſicut poſt Alciat. Nigrum,
Socin & Bolognet. probat Marcus Aquilinus d.l.1.in
13 princ.n.48.D.de verbor.oblig. Naturale † enim ſtipula-
tionis immutabile omnino eſt, vt verbis fiat. Æmyl.
Ferrett. in l.2.n.6. D.de reb.cred. vbi dicit, quod etſi
ſtipulatio coniungatur cum contractu, qui verba non
deſiderat (quod optime fieri poteſt, cum omnib.con-
tractib. ſtipulatio ſubjici poſſit, aliarumque obliga-
tionum firmandarum cauſa introducta ſit, auctore
Paulo lib.5.ſent.tit.7. Borcholto in tract. de vſur.c 3.n.
35.) tamen ipſamet nulla ſit ſine verbis, quod prolixius
deſendendum ſuſcepit Io. Goddæus de contrahend. ſti-
pul. c.3.conclu.9. n.173.& ſeqq. Et quanquam multo
vtilius, & fortius eſſe videtur, ſi quis per ſcripturam
ſe obliget, quam ſi per loquelam aut verba, iuxta illud
vulgatum: Vox audita perit, litera ſcripta manet. Et
quia epiſtola id abſenti fideiuſſori facilius eſt ſignifi-
catura, eiuſque rei fidem perpetuo factura. Quia ta-
men loquela hic pro forma requiritur, notanda verba
illa: NONNISI, in d.l.1. in princ.D.de verbor.obligat.
iunctis illis, quæ dixi ſupra cap.præced.ad finem For-
14 ma autem † exacte, & ad vnguem eſt ſeruanda, adeo,
15 vt etiam vberiori, † pinguiori, ac vtiliori modo non
poſſit impleri, vt prolixe docet Tiraquellus de retract.
part.1.§.36.gloſſ.2. n.58. Menochius in conſ. pro Triu-
ltio.n.176. Daniel Mollerus lib.4.ſemeſt.cap.11. In-
de ſequitur, quod ſcriptura ſiue epiſtola vicem loque-
læ pro forma requiſitæ, ſupplere nequeat, & per con-
ſequens, idem quoque in fideiuſſione ſtatuendum eſſe,
16 à quocunque † enim remouetur genus, remouetur, &
quælibet eius ſpecies. Eberhard.in Topicis,loco. A ge-
nere

17 *nere ad ſpeciem.* Imo, ſi id, † quod ago, non valet, vt
ego quia caret forma ſua, non valet etiam, vt vale-
re poteſt. *l.1.§.ſi quis ita. & ibi Dd.D. de verborum ob-
ligationibus.* Æmylius Ferretus *reſponſo.* 12. *numero* 15.
dicens, hanc regulam lippis, & tonſoribus notam
eſſe.

Tertio non immerito, & hoc in conſiderationem
venit, quod ſi dicamus, fideiuſſionem etiam inter ab-
ſentes per epiſtolam fieri poſſe, nullum diſcrimen in-
ter conſtituentem, imo & mandatum, & fideiuſſionem
remanebit, cum tamen Iulian. *in l.ſi hereditatem.* 32.
19 *verſ. in ſumma. D.mandati.* fideiuſſionem † & manda-
tum ſic diſcriminet, quod præſens quis interrogatus
fideiubeat, abſens verò mandet, puta, ſcribendo, *iuxta
l.ſi quis alicui ſcripſerit. D.mandati.* Valent. Franc. *de
fideiuſſ.c.1.n.*22. Ioan. Goddæ. *de contrah.ſtipul. c.5.con-
cluſ.5.n.*18. Idque multo magis locum obtinere poſſet,
ſi ipſemet fideiuſſor ſponte ſua literas ad creditorem
emitteret, & ſe ſponſorem offerret, non autem cre-
ditor per epiſtolam illum prius quaſi interrogaret,
an talem tantamque ſummam ſua fide eſſe iubere ve-
lit. Nam ſi talis interrogatio ſcripta præcederet, &
reſponſio ſcripta ſubſequeretur, tunc forſan aliud di-
ci poſſet. Verumtamen ne ſic quidem ſtipulationem
contractam eſſe, veriſimilius eſt, per textum expreſ-
ſum *in l. Titia* 134. *§ penult. D.de verbor. obligat. l.1.C.
de contrah. ſtipul.* in quibus locis probatur, quod
19 † cum præſente per epiſtolam ſtipulari liceat, & quod
præſumatur, præceſſiſſe interrogationem, ſi appareat
alterum literis ſuis cauiſſe, ſe pecuniam præſtaturum.
*Ioan.Goddæus de contrahend.ſtipulat.cap.3.num.*196. *&*
204.

Quarto hæc ſententia etiam ex nonnullis ſimilibus
confirmatur, in quibus quia præſentia pro forma re-
quiritur, etiam actus in abſentia per epiſtolam, vel
20 nuncium expediri non poteſt. Sic † enim fieri vide-
mus, quod tutor in ipſo ſtatim negotio præſens de-
beat auctor fieri, poſt tempus vero vel epiſtolam in-
terpoſita eius auctoritas nihil agat, *l.obligari §. tutor.
D.de auctorit §. tutor. & ibi Mynſing. Schneidevvin. &
alii, Inſtitut.eod.tit. Petrus Peckius de teſtament. coniug.
lib.1.c.5.n.1. Anton Piaggius in tract.de tutore, & cura-*
21 *tore.quæſt.*15.*n.*98. Sic † etiam teſtis abſens perſcriptu-
ram tranſmiſſam deponere non poteſt, ſed oportet, vt
ſe præſentem examini ſiſtat, vt infra *c.*18.*n.*51. oſten-
ſum. Quorum omnium nulla alia eſt ratio, quam
22 quod præſentia, vt modo dixi, ibi pro † forma requi-
ritur, non igitur per æquipollens expediri poteſt.
*Franciſcus Viuius deciſion. Neapolitan.*334. *n.*10. *Ioan-*
23 *nes Petrus Surdus.conſ.*318.*ſub n.*10. Nihil † enim for-
mæ, ne partium quidem conſenſu, addi vel detrahi
poteſt, cum forma ſit indiuidua, & in ſua integritate
conſiſtat. Gail. *lib.1.obſerv.2.n.6. & lib.2. obſer.19.n.*16.
Borcholt. *in tractat feud c.3.n.9.* Pruckmannus *in § ſo-
luta poteſtas. memb.1. c.4. effectu 4. n* 8. 9. 10. dicens
ibi, quod neglecta, in minima etiam parte, forma,
actus concidat, nulluſque ſit, pulchre Erneſt Coth-
man. *reſponſo* 5. *numero* 28. *& aliquot ſequentibus.* Ex
24 † quando agitur de ſeruanda forma, non poteſt illa
adimpleri per relationem, vt poſt alios ſcribit Sebaſt.
Medices *de regulis iuris regul.*7 *num.* 97. *& regula* 10.
numero 45. Franciſcus Milanenſ. *lib.2.deciſ.2.num.*82.
& 85.

25 Denique huic ſententiæ præter Bald. *in conſ.*180. *n.*1.
*volum.*5. Vrſillum *in additionibus ad Afflictum dec.*93.
*n.*1. Horatium Carpanum *ad Statut. Mediolan.part.*1.
*cap.*44.*num.*61.*& part.2.cap.*189 *n* 1. nouiſſime aſtipu-
lati ſunt Valent Franc. *in tract.de fideiuſſ.c* 1.*n.*8.*&* 20.
& Ioan. Godd. *de contrah. & committ. ſtipulat. cap.*3.

Antonius Heringius.

*concluſ.*13.*n.*190 191.*& ſeqq.* ille quidem nominatim ibi
ſtatuens, quod fideiuſſio non niſi inter præſentes con-
trahatur, quandoquidem inter abſentes, vel per epi-
ſtolam, aut nuntios, ſtipulatio non ineatur, & quod
hac nota à pleriſque aliis interuenientium generibus
diſtinguatur.

Verum enimuero ſunt, & pro alterius, & quidem
affirmatiuæ ſententiæ defenſione eiuſmodi momenta,
quæ non facile ſit cuiuis eleuare. Primum enim con-
26 ſtat, non † minus valere, quod ſcriptura, quam quod
lingua nuncupatur, aut vocibus lingua figuratis ſigni-
ficatur, *l.non figura ff. de obligat. & action.* cum aliis ſi-
27 milibus textibus ſupra *cap.*7. *n.*70. allegatis. Vnde
etiam dicimus, quod is, qui ſcribit, loqui videatur, *l.
heredes.§.1.in verb.ſua voce vel literis ff.qui teſtam.fac.
poſ.l.1. §.1. in verb. ſiue per nuntium ff.quod iuſſu. l.obli-
gari §.vltim.ff.de auctorit.tutor. l.cum pater. §.donatio-
nis.ff.de legatis.2. Nouella 44. in præfation. in verb. quæ
charta loquebatur. §.ſupereſt.verbo, loquamur. & ibi Cor-
nel.Benincaſ n* 28. *Inſtit.de actionibus.Canon. lex diuina.*
29 *quæſt.2.in verb. Affatus nos ſuis literis.* In tantum, vt
Imperator Leo *in Noue .26. vt Eunuchi adoptare poſ-
ſint.in fin.* dixerit: Eum, cui vocis vſus ademptus eſt,
quæ linguæ munia ſunt, per manum adimplere, & qui
ſermonem labris fundere nequit, per ſcripturam ad
ordinandas res ſuas procedere non prohiberi. Et
28 quamuis negari non poſſit, quod † quis per nuncium,
vel epiſtolam proprie non loquatur, Bald. & alii per
multi *in l* 1.*ff de verbor. obligat.* Ioan. Corraſ. *lib.*1.
*Miſcell cap.*24.*in princip.* Ioan. Goddæus *d.c.*3. *n.*190.
Siquidem in rei veritate tantum differunt ſcribere, &
loqui, quantum differunt membra ſiue organa ipſa,
manus, & lingua ſcilicet: Tamen quoad demonſtra-
29 tionem mentis eius, qui ſcribit aut loquitur, † diffe-
rentia hæc loquendi, & ſcribendi non tam realis,
quam verbalis videtur, imo eadem in ſcribente, quæ
in loquente, eſt ratio, vt accurate oſtendit Ferdinand.
Vaſquius *de ſucceſſ. tomo.*1 *libro* 2. *§.*15. *Requiſito* 16. *n.*
55. nec diſſentit Ioan. Saixon. *in conſuetud. Turonenſ.
Rubric. des droicts de baſſe iuſtice. artic.* 24 *in verb.
Parlant. per gloſſ. in cap. conſtitutionem. verb. parite pa-
tione. de ſentent. excommunicat. in 6. gloſſ. Clement. ſi
ſummus. de ſentent. excommun.* ex quo etiam funda-
mento Interpretes noſtri concludunt, quod cum
30 bannito † aut inimico domini loqui prohibitus, ad
ipſum quoque ſcribere prohibetur, Corraſ. *d. lib.*1.
*Miſcellan. cap.*24. Io. de Arnono *in commentario* 191.
Ludolph. Schrader. *in tract feudali.par.9. c.5. num.*33.
cum ſeqq. Henric. à Roſenthal. *eod.tract.feudali.cap.*10.
31 *concluſion.* 19. Sic † & cum Cardinalibus in conclaui
loqui prohibito, interdictum quoque intelligitur, ad
eos literas ſcribere, vel nuntium mittere, *c. vbi pericu-
lum.§.nulli de elect.in* 6. vbi poſt Hugolin. *in cap. quo-
niam multos.11.quæſt.3.* & Ioan. Andr. *in conſtitutionem.
de ſent.excom.in* 6. Io. de Vanquel. Colonienſis *in bre-
uiario ſuo concluſ* 4.*&* 5. dicit: Quod loqui cum alio
prohibitus non poteſt viſitare ipſum per nuntium,
nec etiam ſcripto, quia hæc ſunt paria. *Text.in c.ego
enim.de iureiurando. probat. Vincent. Caroc.dec.*91.*n.*7.
& 8.

Et ſi forte hoc argumento nondum alicui perſua-
deri poſſit, quod in effectu loqui, & ſcribere parum
differant, is porrò ſecundo loco conſideret, quis
32 † vſus epiſtolæ, & tabularum ab initio, & tot iam ſe-
culis fuerit. Sicut n. omnem ſcripturam, qua abſen-
tem alloquimur, & alicuius rei certiorem facimus,
epiſtolam rectè appellare licet, tanquam quæ ſit vo-
luntatis noſtræ ſignificatio ſcripto emiſſa: Ita etiam
illa ipſa epiſtola ſignificare ſolebant antiqui, quæ

abſentem ſcire, aut reſtatum illi eſſe volebant tum ea
imprimis, quæ fieri mandabant, & præcipiebant quæ-
que ſe facturos recipiebant, ac veluti ſcripto ſuo ca-
uebant, vt erudite oſtend t Ioan. Robert. *lib. 4. ſen-
tent. cap. 20. in princip.* Franciſcus Duarenus *lib. 1.
diſputat. cap. 45.* Neque id ſanè mirum, cum Labeo
33 in genere dixerit: Conuenire † poſſe vel re, vel per
epiſtolam, vel per nuntium, inter abſentes quo-
34 que, *l. 2. D. de pactis.* Hac † cauſa inuenta eſt epiſto-
la, ſicut ait Cicer. *lib. 2 ad Curionem.* vt certiores fa-
ceremus abſentes, ſi quid eſſet, quod eos ſcire, aut
noſtra aut ipſorum intereſſet. Vnde etiam Iſidor. *lib.
7. Etymolog.* ſcriptum reliquit, quod ante chartæ, &
membranarum vſum in dolatis ex ligno codicillis
epiſtolarum colloquia ſcribebantur. Et pulchrè Iu-
ſtus Lipſius *in inſtitut. epiſtol. cap. capite ſecundo.* defi-
35 nit † Epiſtolam: Scriptum animi nuntium ad abſen-
tes aut quaſi abſentes. Imo ille ipſe auctor *cap 5.* pro-
nuntiat, epiſtolæ materiam & cauſam non minus late
patere, quam hanc vitam. Quid enim eſt rei diuinæ
aut humanæ, quod non ſermone communicamus?
Ergo, & literis, quæ alter ſermo. Hoc enim bonum
36 ſcribendi † etiam manus nobis communicant, præter
multa alia, quæ membri huius adiumento addiſcimus,
& exercemus, vt eleganter deducit Cælius Rhodig.
lect. antiq. lib. 2 cap. 35. in princ. Vt non præter rationem
ſcripſerit Ioan. Lud. Viues, eſſe per quam admirabile,
tantam varietatem humanarum vocum paucis literis
comprehendi, deinde amicos abſentes inter ſe benefi-
cio literarum colloqui poſſe. Imo nihil viſum mirabi-
lius apud incolas Inſularum noui orbis, vnde aurum
adfertur, quam poſſe inter ſe homines aperire, quæ
ſentiant, tanto interuallo regionum miſſa chartula
aliqua maculis nigris diſtincta, adeo, vt rogarent Hi-
ſpanos, an papyrus ſciret loqui, putarentque epiſtolas,
quas mutuo ad ſe mitterent, animatas eſſe. Cuius rei
lepidam hiſtoriam ex Hieronymo Benyone *lib 2. c. 17.*
& Lerio *nauigat. Braſilienſ. c. 16.* & Gamara, refert Ioa.
Thom. Freigius: Mittebat Hiſpanus quidam ad ami-
cum duodecim cuniculos aſſos, ne æſtu corrumperen-
tur Indum, qui deferebat, cum vel obdormiſſet feſſus
de via vel interquieſſet, diutius morantem in itinere,
fames corripit, tres cuniculos abſumit. Reuertitur li-
teras ab amico illo ad herum referens, quib ille de no-
uem cuniculis ad ſe miſſis gratias amico agebat. Hi-
ſpanus perlectis literis iraſcitur ſeruo, ille duodecim
reddidiſſe ſe affirmat. Sed cum epiſtolæ indicio pro-
deretur, rubore perfuſus, verum aperit: & ſuos ea de
re populares commonefacit, vt ſibi à foliis, & char-
tis eiuſcemodi loquacibus cauerent. Potuiſſet aptiſſi-
me de illo dici, illud, quod eſt apud Plautum *in Bac-
chidibus.*

Tace nullus homo dicit, hæ tabellæ te arguunt,
Quas tu attuliſti, hæ te vinciri iubent,
Aha, Bellerophontem iam tuus me fecit filius,
Egomet tabellas detuli, vt vincirer.

37 Nec arbitror, hoc † caſu abſentiam quidquam ob-
eſſe, quominus alter alterius voluntatem, & mentem
ex emiſſa epiſtola ſatis ſuperque colligere, & precipe-
re poſſit, modo is qui ſcribit, non in modum gallina-
rum ſcarificet, h. e. ſcribat (qua in re multi valde ſunt
inepti, qui eo ſe habitum iri doctiores ſperant, quo
impetitus pingant literas, aut ſi aliorum manus *ἐκ τῆς
καχογραφίας* imitentur) vel Epheſiis, vt eſt in pro-
uerbio, vtatur literis, quas præter Sybillam legat
nemo, alter vero literas pingere, & legere nouerit,
aut interprete vtatur. Nam vt de Epiſtola teſtatur
Turpilius apud Hieronym. *Epiſtola 46. ea.*

Sola res eſt homines abſentes, quæ in præſentes facit. Et
Ambroſius *ad Sabinum: Epiſtolarum vſus eſt* (inquit)
vt disiuncti locorum interuallis adfectu adhæreamus. Au-
guſtinus quoque *de ordine, lib. 2. c. 12. Sed audiri, inquit,
abſentium verba non poterant, ergo illa ratio peperit li-
teras, notatis omnibus oris ac linguæ ſonis atque diſcre-
tis.* Hinc etiam ex noſtris tradidit Bart *in l. nuda col. 2.*
38 *ff. de dona.* Epiſtolam eſſe † abſentibus id, quod eſt
ſermo præſentibus, imò eum, qui mittit alteri literas,
intelligi præſentem præſenti loqui, ſequitur Alex. *conſ.
181. vol. 7.* Taſius *conſ. 9. num 27. lib 1.* Alberic. Gentil.
de nuptiis. lib. 2. cap. 14. Neoizanus *conſ. 46. n. 35.* Matt.
Curio *lib. 1. de pact. c. 14. num 8.* Et confirmat illud
ipſum Æmil Ferrettus *in reſponſo 16. n. 18* inquiens:
39 Quod Epiſtola † præſentiæ ſit organum. Quod pro-
40 culdubio † etiam in mentem venit Galatis, ſiquidem
moris illorum fuit, vt defuncti familiares, & affines
inſcriptas epiſtolas ad rogum conſicerent, velut apud
inferos mortui illas mox lecturi forent, vt ita abſen-
tiam hoc præſentiæ organo ſupplerent, & memo-
riam defuncti adhuc apud ſe ſupereſſe oſtenderent,
prout traditum eſt per Alexand ab Alex. *lib 3. genial.
dierum. c. 7. mihi pag. 126.* Quid? quod etiam ex fur-
tiuis, & occultis ſiue abſconſis (vt vocat Iulius Firmi-
cus) literis, quæ ſcilicet artificio quodam fiunt, ne le-
gi poſſint ab alio, quam ab eo, ad quem ſcribuntur,
quibus vſus legitur Iulius Cæſar, teſte Suetonio, &
Bernat. VValineto, *lib. 2. Miſcell. cap. 12.* nihilomi-
nus alter alterius mentem, & voluntatem commode
percipere poteſt, prout ſcriptum reliquerunt Dio. *lib.
40. & 51.* Iſiodorus *lib. 1. c. 24.* Agellius *lib. 17. Noct. atti.
c. 9.* Polydor. Virgil. *lib. de inuent. rer. c. 8.* Ioan. à VVo-
vver *tract. de Polymathia. c. 6. mihi pag. 42 & 43.* ne de
Abbatis Sphanheimenſis occultis, clandeſtinis, & ig-
norabilibus (vt appellat Apuleius) literis quidquam
dicam. Horum etiam meminit Cicero *ad Atticum:
Quæ ad te de legatis ſcripſi, parum intellexiſti credo,
quia διὰ γ ænigmas ſcripſeram.*

41 Tertio † huic ſententiæ non parum adminiculatur,
42 quod verba conſueta ſtipulationum (de quibus † ac-
curatè ſcribit Anton. Pichard. Vioneta *ad tit. Inſtit. de
verbor. obligat. in princ. tit. num. 9 & 10.*) hodie planè ab
43 auſa, vt dici ſolet, receſſerunt, ita vt inter † ſtipulatio-
nem, & quamlibet aliam promiſſionem, vel etiam pa-
ctum, vix diſtinguas, de quo vel quotidianus fori vſus
ſufficientem fidem cuilibet facere poteſt, monente il-
lud ipſum etiam præceptore VVeſenbecio, *in §. item
inutilis. Inſtit. de inutil ſtipul.* Et ſanè ſi quiſquam tex-
tum *in l. antiqua in prin C. ad Velleian. & l. ſi fideiuſſor.
27 C. de fideiuſſoribus.* accuratius inſpexerit induxerit-
que, is animaduertet iam tum Iuſtiniani Imperatoris
tempore, neminem, intercedere vel fideiubere volen-
tem, opus habuiſſe, vt ſolennibus verbis ſe obligaret,
ſed ſuffeciſſe, ſi confectus fuiſſet, aut ſcriptum eſſet,
eum hunc vel illum in ſua fide ſuſcepiſſe. Quippe, &
44 Leoniana † conſtitutio iam ante introducta fuerat, quę
ſolennitate verborum ſublata, ſenſum, & conſonan-
tem intellectum ab vtraque parte ſolum deſiderabat,
quibuſcunque tandem verbis, aptis tamen, & ſignifi-
cantibus, expreſſum, *l. omnes. C. de contrah. ſtipul. §. in
45 hac re olim. Inſtit. de verb. oblig.* Quin autem † tam ſcri-
pto ſiue calamo exaratis, quam prolocutis verbis ali-
quis ſenſum, & conſonantem intellectum exprimere
queat, non niſi apud eos, qui veteribus gloſſis ſunt
ἀγράμματοι, ſiue ἀναλφάβητοι, & literarum planè ru-
des, *iuxta l. 2. ff. de accuſat. l. 10. & l. penult ff. qui te-
ſtam. fac. poſſ §. ſimiliter. Inſtit. de excuſat tutor.* Dua-
ren. lib. 1. diſputat. c. 3. Ioan. à *VVouver. in tractatione*
de Po-

*de Polymathia. cap.4. mihi pag.*29. dubitationis aleam
ſubire poteſt, vt conſtat ex illis, quæ in primo, & ſe-
cundo argumento in medium ſunt producta. Quod
ſi igitur Titius Meuium pro fideiuſſore offerat, & Ca-
ius hunc Mæuium per Epiſtolam propria manu exa-
ratam, aut ſubſcriptam interroget, an Titium, vel
ſummam creditam, aut credendam, ſua fide ſuſci-
pere aut eſſe velit, Mæuiuſque per Epiſtolam ſiue
αὐτόγραφον ſuum reſpondeat, ſua fide eſſe ſe iubere, &
velle, quid, quæſo, in rei veritate hic intererit inter
ſtipulationem verbis elocutis ſiue pronuntiatis, &
ſtipulationem verbis ſcriptis factam? Tralatitium ſi-
46 quidem eſt, cum † finis, & effectus intentionem ſuam
habent, quod modi qualitas non attendatur, *l.3.C.de
inſtit.& ſubſtit.* Ioan. Cephal. *conſ.35.num 45.lib.1.* E-
berhard *in Topicis.loco.ab æquipollentibus.num.8.in fin.*
Decius *conſil.499.* Vantius *in tract.de nullit.proceſſ. tit.
quib.mod. null. ſanari poſſit n.*116. Barnabaa Coroaa-
zanus *dec. Lucenſi 54. nu. 43.* Martin. Mooterus *dec.
Aragon.*12. *nu.*4. Et ob id etiam non aduerſari vide-
tur quoddam interpretum noſtrorum axioma, ea
47 † quæ effectu & re ipſa diſcrepant, non eſſe imperite
confundenda, iuxta Cynum *in l.1.num.2.& in l.3.C.de
acquir.poſſ.* Viglium *in §. nihil autem. num.4.Inſtit.de
teſtam ordinand.* Cuiac. *in c.6. extra de donat. inter
48 vir. & vxo..* Loqui † enim, & ſcribere formaliter
quidem differunt, cum in illo interueniat articulatus
sonus in caua pulmonis natus, in hoc non Cœlius
Rhodigin. *lection antiq. lib.*16.*cap.*14.*mihi pag.*816. *in
fin.* ſed effectu, & re ipſa non differunt, imò non plus
eſt diſcriminis, quam ſi dextra, vel ſiniſtra alicui pe-
cuniam adnumeres, vtrobique enim numerata erit.
49 Vt proinde quoque † epiſtolam vicarium os, & ſub-
ſidiariam linguam non inconuenienter dicere liceat,
50 non aliter, ac legem † dicimus mutum magiſtra-
tum, & magiſtratum legem loquentem, Ioan. God-
dæus *de contrah.ſtipulat.c.7.conclu.*16.*num.*149. Item,
51 poeſim † picturam loquentem, & picturam mutam
poeſim.
52 Nec moueor, quod † viua vox ea demum eſt, quæ
non eſt ſcripta, ſed ab ipſo pronuntiationis ore perce-
pta: Scriptura autem vox quæpiam eſt, ſed tamen
quaſi factitia, veræque vocis vtcunque imitatria, ſi-
quidem in ea deeſt actus, motuſque, hoc eſt, vita, vt
pulcherrimè demonſtrat Adagium *Chiliad.* 1. *centur.*
2. *adagio* 17. *&* 18. Non enim defendendum ſuſcepi
loqui, & ſcribere citra vllam diſcrepantiam, & pro-
priiſſimè eſſe eadem, ſed æquipollentia, & *αὐτόγρα-
53 φον* ſaltem eſſe dixi, nec immerito. Sicut † enim mu-
ti non voce, ſed nutibus ſigniſque loquuntur: Ita
& libri, ac epiſtolæ notulis quibuſdam, & ſignifican-
tibus figuris nobiſcum fabulantur. Et quemadmo-
dum voces ſenſorum animi velut *εἴδωλα* quædam
ſunt, auctore Stagyrite: Sic, & literarum figuræ
vocum ſimulachra quædam rectè dicuntur. Interim
tamen hoc manet, quod ſicut voluntatem, & ſenſa
animi mecum loquentis auribus percipere: Ita quo-
que non minus voluntatem, & ſenſa animi ad me
ſcribentis oculis legere, & percipere poſſim. Vt non
citra rationem dixerit Cicero ad Atticum, *libro ſecun-
do. Vbi ſunt nunc, qui aiunt ζῶσαν φωνὰς? Quanto magis
vidi ex tuis literis, quam ex illius ſermone, quod agere-
tur.*
54 Hinc etiam eſt, quod dicimus, Facta loqui, & fa-
cto ipſo quem loqui intelligi, ac nihil intereſſe, facto
an verbis quis quid confiteatur: Crauetta *reſponſo.*1.
55 *pro gener. num.*176. Imò † plus eſſe ipſo facto, quam
verbis aliquid fateri. Zaſius *conſ.*14. *numer.*78. *libr.*1.
Barnab. Cornaaaanus *deciſ. Rota Lucenſ.*160. *num.* 6.

56 Et denique † nihil intereſſe, quid ex æquipollentibus
fiat, *l.final § final.verb.iueri.ff mandati* Andr. Gail. *lib.
1.obſeruat.2.num.2.& 3.* Eberhard. *d.loco. ab æquipollen-
tibus.* Tiber. Decian *reſponſo 48.num.13. volum...* Quod
ſi etiam non exigua eſt dexteritas in manuum motu
ad exprimendam animi ſententiam; adeo vt Quin-
tilianus *libro vndecimo. capite ſecundo. mihi pag.*545.
ſcribere non vereatur, manuum motum communem
quendam hominum ſermonem videri, cui adſtipula-
tur Ouidius, *ſcribens:*

—— Digitis, per quos arcana loquaris.

Quis vnquam mirabitur, eandem efficaciam quo-
que ſcriptioni attribui?

Non absterret me quoque vulgatum illud, quod
57 † non debeamus vti argumentis, & rationibus ad
correctionem eius, quod nominatim deciſum eſt, *gloſ.
in c.1. de feudi cognit. l preſpexit. ff qui & à quibus ma-
num* Tiraq. *de iure primog quaſt.8., num.*15. Fortunius
Garcias *de vltimo fine iuris. num.*395. (cui germanum
58 eſt, quod † lex non admittat diſputationem, quando
iam eſt lata, *c.erit.autem lex. diſtinct.*4. Ferdin. Vaſq. *de
ſucceſſ.progreſſ lib.1.§.2.num.*66. VVeſenb. *in paratit. D.
59 de inſtit.& iure. num.4 in fin.* Et enim † argumentis il-
lud demum cognoſcimus, de quo alias certo conſta-
re non poteſt, *l.non omnes. §. à barbaris ff. de re milit.*
Plinius. *lib.2.natur hiſtor.cap.*66. conſtitutiones autem
legum per ſe ipſas certas iam nunc, & definitas eſſe
60 conſtat, vſque eo, vt † in caſu per legem ſemel deciſo.
nihil amplius dubitationibus relinquatur, *l. ancilla.*12.
61 *C.de furtis.* Accedit, quod † argumenta nihil aliud ſunt
quam taciti, & ſubauditi legum intellectus, *gloſſ.in l.
62 apud antiquos.verb. coniecturam.C. de furt.* per † quos
expreſſam legum diſpoſitionem tolli, vel antiquari
non poſſe, nemo eſt qui ambigat, *glo.c.cupientes* 16.§.
*quod ſi per viginti.verb petere.de elect.li.*6. Iac. Tomin.
*deciſ. Lipſe ſi 39 num.*8. Vnde dicendum videbatur per
ratiocinationis quoque non eſſe tentandum, quod fi-
deiuſſio aliter, quam per ſtipulationem ſolennem in-
ter præſentes fieri poſſit.

Nam vt paucis huic incommodo occurram, lar-
gior haud inuitus ea ſupra *num.1. & 2.* citatis textib.
apparere quidem, olim iure Romano non niſi verbis
contractam fuiſſe obligationem fideiuſſoriam, & ſic
præciſe ſtipulationem interueniſſe, quo reſpectu quo-
que ſupra *c.5 nu.* 9. ſtipulationem genus fideiuſſionis
conſtitui; Sed tamen inde modum infallibiliter ſequi-
tur, illud etiam adhuc noſtro æuo ſolummodo verbis
ore tenus prolatis fieri poſſe, aut præciſe fieri debere;
verba autem abſentiom in ſcriptis, & per epiſtolam
prolata omnino, & prorſus excludi. Hoc enim nullibi
expreſſum extat, & proinde ſatis temerarium eſſet aſ-
63 ſerere, non ſolum quin lex † non debet trahi ad aliud,
quam de quo in ea principaliter agitur & quæritur.
Molinæus *in extricat. Labyrinthi. de eo quod intereſt.n.*
64 185 Cacheran. *dec.*16.*num.*9. Verum etiam, quia † ar-
gumentum ſumitur ab eo quod olim fuit in vſu, quod
nihil aliud eſt, quam laterem lauare. Alexan. Raudnſ.
65 *in tract.de Analogia.cap.*38 *n.*32. cum † multum inter-
ſit inter illud, quod fuit, & quod nunc eſt, *l.qui res.§.
aream.ff.de ſolution.* Hieron. de Laurent. *deciſ. Auenion.*
145. *num.*16. *ad fin.* Andr. Knichen. *in ſublimi. & regio
territorij iure pag.*7. Quin potius ad manum ſunt tra-
ctus iuris ex quibus non abſurde tentari poſſet, non mi-
nus inter abſentes per epiſtolam, quam inter præſen-
tes per ſolennia ſtipulationum verba fideiuſſoriam
obligationem, vt & ſtipulationem, olim quoque con-
tractam fuiſſe.

69 Et quidem primo occurrit textus *in l. Lucius Titius. 24.ff.de fideiuſ.* Hic enim haud obſcurè innuit, Lucium
Titium, cum pro Seio fratre ſuo apud Septicium In-
teruenire vellet, epiſtolam ita emiſiſſe; *ſi petierit à te
frater meus, peto, des ei nummos fide, & periculo meo,* ac
poſt hanc quidem epiſtolam Seium fratrem pecu-
niam petiiſſe, eandemque à Septicio ipſi numeratam,
atque ita contractum mutui celebratum, hoc amplius
pro ſecuritate nummorum iſtorum Lucium Titium,
per epiſtolam ſaltem ſuam, non accedente vlla præte-
rea ſtipulatione interueniſſe ſiue fideiuſſorem fa-
ctum eſſe. Nec iuuaret, ſi quis ea illis verbis: Cum
interuenire vellet, argumentari forſan conaretur, epi-
ſtolam illam emiſſam ſaltem præparatorium aliquod,
& quaſi ἐπίδρομον fuiſſe, interuentionem autem ſiue fi-
deiuſſionem nihilominus ſolennibus ſtipulationum
verbis poſteà ſubſecutam fuiſſe, *argum. l. vlt. in pr. in
verbis neque ſtipulatio literas ſecuta eſt; à contrario ſen-
ſu. ff. mandati:* Quandoquidem Marcellus apertiſſime
aſtruit, Septicium ſtatim poſt epiſtolam Seio pecu-
niam numeraſſe, nec expectaſſe vllam aliam ſolennem
ſtipulationem, ſiue fideiuſſionem ore tenus interpoſi-
tam. Multo minus admitterem, ſi quis objiceret, *in d.
l. Lucius Titius.* non propriè fideiuſſionis, ſed mandati
contractum initium eſſe propterea quod Iuriſc. vti-
67 tur † verbo, Interuenire, quod diuerſum quid eſt à ver-
bo fideiubere, *l. 6. §. ſi paſſus ff. mandati.* Nam ſi *in l.
blanditus. C. de fideiuſſorib.* (quam omnes paſſim in ar-
gumentum allegant, quod fideiuſſio non niſi verbis
conceptis fieri poſſit) verbum, Interuenire, nihil aliud
eſt, quam fideiubere, quid in hoc loco etiam eandem
ſignificationem obtinebit? Plus vrget, quod Marcel-
lus in fine iſtius reſponſi ſubjicit: Septicium credi-
torem cum hæredibus Lucii Titii mandati agere poſ-
ſe. Ea eo enim, & quia in titulo illo, ſub quo *d. l. Lu-
cius Titius* 24. ſituata eſt non ſolum de fideiuſſoribus,
verum etiam de mandatoribus agitur, fit conſequens
Lucium Titium, cui ſucceſſum eſt, ibi non fideiuſſo-
rem, ſed mandatorem extitiſſe, alioquin creditori Sep-
ticio aduerſus eum, eiuſque hæredes non actio man-
dati, ſed vel certi condictio, vel actio ex ſtipulatu
competiiſſet, vt oſtendi infra *c. 21. in pr.* Non igitur (vt
verum fatear) ex hoc Marcelli reſponſo inferre con-
ceditur, fideiuſſionem, vel ſtipulationem olim per epi-
ſtolam factam eſſe, vt tamen primo intuitu facile quis
arbitrari poſſet.

68 Sed ſuccedit † alius & quidem aliquando durior
nodus, *in l. ea quæ. 57 ff. de donat. inter vir. & vxor.* cui
equidem diuerſi ab interpretibus noſtri quæſiti ſunt
cunei, ſed certe retuſiores plerique, quam vt diffinde-
rent Textus n. iſtius reſponſi euidentius, quam vt ne-
gari poſſit, euincit, ibi ſtipulationem aliquam benefi-
cio emiſſarum literarum inter abſentem maritum, &
66 vxorem interueniſſe. Nec moror † explicationem illam
quam præteritis Accurſii, Bart. Alberic. Socin. Galiau-
læ Molin. Duare. & Charondæ interpretationib. noui-
ter attulit ſubtilis Hiſpanus Ant. Pichar. Vinuerſa *ad
tit. Inſt. de ver. obl. in pr. tit. a. 34.* & quam *in §. item ver-
borum n. 4. inſt. eo. tit.* repetiit, dicens, *in d. l. ea quæ* ſti-
pulationem inter abſentes contractam non fuiſſe, ſed
quam præſentes fecerant, poſtea iiſdem abſentib. pro-
batam, quod equidem non obſcure quoque admittit
Ioa. God. *de contrah. ſtipul. c. 3. concl. 13. n. 194.* Verba n.
Iuriſc. Pauli apertiſſime demonſtant, numerationem
pecuniæ eiuſque donationem inter præſentes anteceſ-
ſiſſe & demum eadem die, (ex interuallo tamen) miſ-
ſionem literarum, inque illis ſponſionem inter abſen-
tes ſubſecutam eſſe, notando verba illa præteriti tem-
poris: *Acceperat.* Et *Ad eum miſit.* Petitam igitur, imo
& ex cauſa donationis ſibi indultam acceptamq; pe-
cuniam mulier abſens, miſſis literis, in ſponſionem ſi-
ue ſtipulationem deduxit, ſiue vt clarius dicam, non
contractam aliquam inter præſentes ſtipulationem,
ſed præcedentem, & contractam, vt ita loquar, dona-
tionem abſens emiſſis literis, inſerta ſponſione ſiue
70 ſtipulatione probauit. Præſens † namque ad præſen-
tem, & comminus conſtitutum literas mittere dici pro-
prie non poteſt, vt idem Pichardo *in §. ſi ſcriptum. 17. n.
7. Inſt. de inuti. ſtipul.* fateatur, *& eſt textus in l. conſenſu.
§. penul. ff. de lega. 2. l. ſi epiſtola ff. de acquir. rer. domin. l.
qui abſenti. ff. de acquir. poſ. gl. in l. 1. C. de contrah. ſtipul.
& §. tutor. verb. Epiſtola. Inſt. de auct. & tutor. Duaren.
lib. 1. diſp. c. 45.* Rectè autem addidi, non propriè dici
71 præſentem præſenti literas mittere. Nam † ſi ad quaſi
abſentem ſermo dirigatur, nihilominus epiſtola id tum
rectè vocabitur. Ioan. Robert. *lib. 4. ſent. c. 20. in fin.* Et
72 † extant exempla, quod epiſtola interdum vſurpata
fuerit ad præſentes. Ita Auguſtus ſermones grauiores
cum ſingulis, atque etiam cum Liuia ſua, non niſi in
ſcriptis & è libello habebat, ne plus, minuſve loquere-
tur extempore, *Suetonio in Auguſto, c. 84.* Et idem Iu-
liam ſuam in Amphitheatro admonuit ſcripto, *Ma-
crob. lib. 2. Saturnal.* Quin mos ille ſub Tiberio Princi-
pe, etiam præſentem ſcripto adire, teſte Cornelio Ta-
cito *lib. 4. Annalium.* Quem originem ſumpſiſſe à Iu-
lio Cæſare ex Plutarcho in ipſius vita *mihi fol. 314. lit.
A.* colligitur. *Qui primus,* inquit, *rationem reperi per
literas conueniendi, cum coram agendi, nec occupationes,
nec magnitudo vrbis ſemper occaſionem daret.* Atque id
genus propriè codicillos appellabant. Seneca *ad Lu-
cilium epiſt. 56.*

73 Vt igitur † contrarietas legum euitetur, *iuxta l. 2. §.
contrarium. C. de veteri iure enucl.* ſimpliciter ſtatuen-
dum cenſeo, in caſu *d. l. ea quæ. ff. de donat. inter vir. &
vxo.* etiam talem quaſi abſentiam mariti, & vxoris in
eadem vrbe conſtitutorum fuiſſe; & propterea vel
74 hanc † quaſi abſentiam pro præſentia haberi, *iuxta l.
collegarum. 173. §. 1. l. abſentem 199. verſi. ceterum. ff. de
verbor. ſignifi. l. præſens, cum l. ſeq. ff. de procurat.* vel quia
ſcriptum reperitur, vxorem literis ſuis cauiſſe, ſe præ-
ſtaturam pecuniam credendum eſſe, etiam à parte ma-
riti præceſſiſſe verba ſtipulationis, vt ita Iuriſconſul-
tus Paulus ſeipſum explicet, & interpretetur, ſecun-
dum diſpoſitionem. *l. Titia, 134. § 2. ff. de verbor. oblig. l.
l. 1. C. de contrah. ſtipul.* quam ſententiam etiam tacitè am-
plecti video. Treutletum *in ſelect. diſp. volum. 2. diſp. 27.
theſi 1. lit. E.*

75 Verum † enimuerò adhuc vnum præſto eſt contra-
rium, *in l. cum oſtendimus. §. vlt. D. de fideiuſſ. tutor.* Ibi
enim fideiuſſores à tutoribus nominati, ſi præſentes
fuerunt, & non contradixerunt, & nomina ſua in acta
publica referri paſſi ſunt, perinde tenentur, ac ſi iure
legitimo ſtipulatio interpoſita fuiſſet. Liquet ergo
non tam præciſè loquelam in ſtipulatione requiri, ſed
etiam æquipollens eiuſdem aliquando ſufficere. Sed
breuiter tenendum eſt, iſto caſu ſtipulationem inter-
ueniſſe fingi, quæ tamen reuera non interuenit, ob ta-
citurnitatem nimirum fideiuſſoris nominati, qui cum
facilè contradicere potuiſſet, tamen ſiluit, & nomen
ſuum in acta referri paſſus eſt, vt docui ſupra *cap. 7.
num. 51. & ſeqq.* Et ſic exceptio ſaltem eſt ad vulgatam
Iuriſconſultorum regulam, quod nimirum ſtipulatio
non niſi conceptis verbis olim fieri potuerit, & de-
buerit.

76 Conſtat † igitur ex prædictis, iure quidem ſtricto ſti-
pulationem, & præſentiam vtriuſque contrahentis in
fideiuſſionibus deſiderari, ſed de æquitatem tamen,
& reſpectu commerciorum, ac communis vtilitatis,
præſer-

præſertim hodiernis temporibus, merito aliud ſtatui,
77 & admitti debere. Et ſanè † cum multa alia, & qui-
dem in primis ardua negotia inter abſentes per epi-
ſtolam ſiue nuntium rectiſſimè expediantur, quid,
quæſo, erit cauſæ, cur non etiam in fideiuſſionibus
78 hoc admittamus? Sic enim † ceſſio bonorum poteſt
fieri, etiam in abſentia creditoris, per nuntium, vel
per epiſtolam, quia, poſtquam nuntius hoc retulit ad
creditorem, vel epiſtola eſt ei præſentata, tunc fin-
guntur omnia coram fieri, & in præſentia, Angel. de
Clauaſio *in ſumma ſua verb. Solutio. §. 23. Zaſius in l bo-
nis vltim. verſic. Ex hoc conſequenter ff. de ceſſion. bonor.*
Horat. Carpan. *ad Statut. Mediolan. part. 1. cap. 408. n.*
79 174. Sic † & ſponſalia contrahi poſſunt inter abſen-
tes per literas, aut per nuntium. *l. vlt. ff. de ſponſal.* Za-
ſius *conſil. 3. num. 5. & 6. & conſil. 4. num. 1. lib. 2.* Albe-
80 ric. Gentilis *de nuptiis lib. 2. cap. 2. & cap. 14.* Sic † etiam
donatio abſenti per epiſtolam, vel inter nuntium, vel
aliam perſonam ad hoc deſtinatam facta, valida eſt,
& ſubſiſtit, *l. abſenti, ff de donat. l. nec ambigi. C. eod. Ceph.
conſ. 33. lib. 1.* Ioan Baptiſta Plotus *de in lite iure iurando.
§. 1. num. 6.* Guid. Pap *quaeſt. 222.* Petrus Rebuffus *in l.
ſubſignatum §. atteſtari. ff. de verbo. ſignific.* Hartm. Piſto-
ris *part. 1. quaeſt. 13.* Octau. Cacheran. *dec. 33.* & nouiſſi-
mè Anton. Theſſau. *in dec. Pedemon. dec. 70. per tot.* Sic
recuſari hæreditas poteſt, non tantum verbis, ſed etiam
alio quouis indicio voluntatis, imo, & abſente & re-
cuſante per nudam eius epiſtolam, *l. recuſari. D. de ac-
quir. hered. l. recuſare 6. D. ad Senatuſc. Trebellia.* Sic de-
81 nique & emptio, & venditio, mandatum, conſtitutum,
ſocietas, & pleraque alia rectiſſimè per nuntium vel
epiſtolam fiunt ac expediuntur. *l. 1. D. de contrahen.
empt. l. 1. § 2. & 2. D. mandati, l. qui autem. §. vlt in. cum l.
ſeq. D. de conſtit. pecu. l 4. D. pro ſocio. Ludouic. Roma. conſ.*
291. quæ certè ſæpenumerò maioris ſunt momenti,
quam ſimplex aliqua fideiuſſio, ſummam aliquot au-
reorum vix excedens.
82 De quo † quidem in foro noſtro non amplius eſt
dubitandum, ſiquidem communi quaſi Germaniæ pra-
ctica, & ſtylo receptum eſt, vt non minus valeant fi-
deiuſſiones per epiſtolam contractæ, quam ſi legiti-
mo iure, h. e. præcedente interrogatione, & ſubſequen-
te reſponſione inter præſentes celebratæ eſſent, ſtipu-
lationis ſolennibus vſu quaſi deſuetis, vt ait Hieron.
Treutl. *in 2. volu ſelect. diſp. diſput. 28. theſ. 4. lit. A.* Et ſa-
nè, ſi ridiculum fuerit, malle ſermonem, quo olim lo-
cuti ſint homines, quam quo loquamur, vt alibi dixit
Fabius Quintil. quidni etiam ridiculum ſit, de antiquo
ſtipulationum iure multum eſſe ſollicitum, cum eius
in fore noſtro exiguus amplius ſit vſus? Sic & hodie
83 † iure Regio Hiſpano etiam inter abſentes promiſſio-
nem valere, poſt Gregor. Lopez. Ioa. Marienzo, & Al-
fonſum de Azeuedo probat Anto. Picbardo, *in §. item
verborum. n. 5. Inſtit. de inutilib. ſtipul.* Et ſcribit idem
auctor *in §. vltim. Inſtit. de fideiuſſ.* Licet fideiuſſio iure
ciuili non niſi ſtipulatione interponebatur; quod ta-
men hodie iure Regio Hiſpano fideiuſſor etiam citra
ſtipulationem quibuſcunque etiam nudis verbis obli-
getur. Licet nonnihil repugnare videatur Io. Goddæ.
84 *de contrah. ſtipul. c. 2. n. 43. & 44.* Idque in mercatori-
bus, vtpote inter quos apices iuris non inſpiciuntur,
vt probabo infra c. 27. par. 1. Imo inter quos etiam ſtipu-
latio non eſt neceſſaria, vt firmat Decius *conſ. 107. n. 1.*
Barnabas Corna. *dec. Rota Lucenſis 93. n. 5.* multo ma-
gis procedere arbitror cum D Rulando, (hanc ipſam
diſputationem apud Heluetios aliquando experto) *in
tracta. de commiſſ. lib. 6. cap. 4. de fideiuſſorib. in prin. par. 4.*
85 Quod ſi † epiſtolæ vel obligationi fideiuſſoriæ ſcriptæ
ad creditorem tranſmiſſæ, & ab eodem acceptæ (quo
caſu demum verè inducta eſt inter eos obligatio, Ti-
raquel *de retract. §. 1 gloſſ. 7. num. 47. verſic. fateor.* Rota
Genuenſis. *deciſ. 80. num. 1. & 2.* Cornaz. *deciſ. Lucenſ.
94. num. 12.*) etiam iuramentum promiſſorium fortè
inſeratur, certè promiſſio illa per abſentem abſenti
86 facta magis conualidabitur, cum † iuramentum ſup-
pleat præſentiam, vt per Alex. Iaſon. & alios, *in l. ſtipu-
latio iſta §. alter. D de verb. oblig.* Alex. *conſil. 31. col. pe-
nul. lib 6.* Anton. Teſſaur. *deciſ. 70. num. 8. verſic. praeterea
viget regula* Eberhar. *in Topic. loco, à vi iuramenti num.
10 verſic. ex quo etiam* Matth. Cunonem *lib. 1. de pactis.
c. 14. n. 20. & 21.*
Nec obſterrere hic quenquam debet, quod ſupra
aliquoties dictum, ſtipulationem in fideiuſſione adeo
pro forma requiri, vt ſine ea prorſus non valeat. Illud
enim iure ſtricto Romano verum quidem eſt, ſed de
conſuetudine notoria, vt proximè innui, aliam iam
formam induit, cuius ſcientiæ etiam eſt Dionyſius
Gotbofied *in l. ſi vltra. in gloſſ. K. C. de fideiuſſorib.* aſſe-
rens: Epiſtola fideiuſſorem conſtitui poſſe. Præterea,
87 quod pro † forma requiritur, non poſſit fieri per æqui-
pollens, aut ſimile, *l. ſingulos. & ibi Aretin. col. 2. verſic.
ſecundo nota D de teſtam.* Bal. Imo Angel. Alex & Iaſ. *ad*
88 *l. 2. D. de lib. & poſth.* ſingulariter † tamen illud ipſum
fallit in caſu neceſſitatis, tunc. n. forma requiſita per
æquipollens adimpletur, text. eſt in *c. 1. 93. diſtin.* quem
poſt Bald & Roman, allegat, & ſequitur Petrus Pe-
ckius *in tract. de teſtamen. coniug. lib. 3. cap. 5. numer. 4.
verſic. quamuis enim.* Franciſc. Viuio, Surdo, & Rau-
denſi, prout illos nuiſſet adduxit Bernard. Greuæus
Germanus, *in pract. concluſ. ad Gail. lib. 1. concl. 2. conſide-
rat. 1. num. 3.* Quod ſi igitur negotium aliquod gera-
tur inter Titium in Hiſpanis, & Mæuium in Italia,
vel Germania domicilium ſuum habentes, ac Titius
Mæuio vnu aliter pecuniam per factorem ſuum forte
numerare, aut merces, fide ad tempus habita depre-
cio, credere velit, quam ſi Mæuius Septicum, Bono-
niæ, aut Argentorati habitantem, ſibi fideiuſſorem
det, & exhibeat, neceſſitatis ſanè caſus admittit, vt
Septicius abſenti etiam Titio, mediante epiſtola obli-
gatoria, fideiubere queat, cum eam ob cauſam in Hiſ-
panias ire admodum graue ipſi futurum foret. Quip-
89 pe † & tum per æquipollens forma adimpleri poteſt,
cum forma ad certum aliquem finem conſtituta eſt,
dummodo ille finis ſubſequatur. Bart. & DD. *in l. Gal-
lus. 29. §. & quid ſi tantum. D. de lib. & poſthum. Bald. in l.
ſi duo patroni. § ſi quis iurauerit, colum. 2. D. de iureiur.*
Ludolph. Schrader *de feud. part. 10. ſect. 20. numer. 339.*
Finis autem fideiuſſionis, vt ſcilicet creditori credi-
tum ſuum ſit in tuto, æquè, ſi non melius, & fortius,
per ſcripturam neceſſariis clauſulis renunciationi-
buſque corroboratam, ac per nuda illa, & concepta
verba, Spondes? Spondeo. Fideiubes? Fideiubeo.
Fidei tuæ erit? Fidei meæ erit (vt eſt apud Paul. *lib.
5. ſentent. lib. 7.*) expediri, & ſubſequi poteſt. Sed tem-
pus eſt, vt hæc miſſa faciamus, & ad alia progrediа-
mur.
90 Subjicio igitur; & per † procuratorem ſpecialiter
conſtitutum, aut Notarium ad id requiſitum, vel &
Syndicum alicuius communitatis, pro alio fidem in-
terponi, & accipi poſſe, id quod etiam ſatis innuit
Vincent. Caroc. *de excuſ. bon. part. 2. quaeſt. 17. n. 57.* vbi
Bartolum, Baldum, & Imolam pro illa ſententia ci-
tat, & faciunt tradita per Tiraq. *de iure conſtit. poſſeſſ.
par. 3. limitat. 30. num. 23.* vbi crebriorem opinionem
91 eſſe dicit, quod † Notarius per ſtipulationem alteri
acquirere valeat, quod etiam nouiſſimè comproba-
uit Antinon. Theſ. *deciſ. 70. num. 2.* dicens, hanc opi-
nionem eſſe communiſſimam, & canonizatam. Nec

92 obſtat, † actum illum ad cuius ſolennitatem perſonalis præſentia alicuius requiritur, & ita quidem, vt & audiri, & videri poſſit, ſi cut fieri debet in ſtipulatione, *l.1.inprin.ff.de verbor oblig §. item verborum. Inſt. de inutil.ſtipul. l.3. C. eod. tit.*) per procuratorem, aut alium eius nomine, habito ſpeciali mandato, expediri non poſſe, *l.2.C.de his.qui ven.ætatis impet.* Angel. *in l.3.ff. rem rat.hab. l.1.§. ne autem.Cod.de caduc. tollen.* Innocen. Hoſtienſ. Ioann. Andr. & Anto. de Butrio. *in cap. cum deſideres per illum text. extra de ſenten. excommunic.* Decius *in cap.cum parati nu 4.extr.de appellatio.* Socin. Senior *conſ.48. in præſenti conſultatione. numer.9. volum.1.* Non enim ſequitur, ſtipulans, & promiſſor præſentes eſſe, & ſe inuicem exaudire debent, ergo promiſſor non poteſt per procuratorem promittere;
93 Poſtremum † enim eſt falſum. *cap. qui per alium.de reg. iur.in 6.l.3.§ fin.ff.de donat.int vir. & vxor.l.certè.§ 1 D. de precario.l.1.§.fin. D. de procur.l.ſi procuratori.79. ff.de verb.oblig.* Petr. Peckius *de teſtam.coniug.lib.4. capit 5. num.3. verſ. contrarium forte.* Et præterea ſupradicta
94 † Theorica non aliter procedit, quam ſi induſtria perſonæ, vel eius corporalis præſentia in indiuiduo, præcisè, ad ſolennitatem actus, requiritur, iuxta tradita per Felin. *in cap ſi.num.2. extr.de officio delegati.* Cache. *decis.Pedemon.113. num.3. & 4.* Barnab. Cornaz. *decis. 73.num.21.* Ludolph Schrader. *de feudis. part.10 ſect. 20. num.283.in fin & num.184.* Alias, ſicut dicimus,
95 quod † factum mandatarii ſit verè, & propriè factum mandatis, vt poſt Baldum, & Decium tradit Rota Geneuenſis *decis 67.num.2.* Fabius de Anna *conſil. 81. num.11.* Ita quoque dicere poſſumus, quod factum
96 † procuratoris ſtipulantis ſit verè factum ipſius principalis ſtipulantis. *Ludolph. Schrader d. par.10.ſectio 9. num. 119.*

Non aduerſatur ſimiliter, quod ſupra *cap.7.* defendi. Procuratorem ipſummet non eſſe per ſe idoneum fideiuſſorem, vnde fortaſſis colligi poſſet, illum, nec alterius nomine fideiuſſionis actum expedire poſſe,
97 ſiquidem † inhabilis ſuo nomine, raro habilis eſſe ſolet alterius nomine, ac vice, & quidem in vno, & eodem negotio: Nominatim enim de procuratoribus rixoſis & infimæ fœcis, ranas loquacitate, & coaxatione ſuperantibus, non de probis, & egregiis viris, qui in curiis Imperatorum, Regum, Principum, & aliarum Illuſtrium perſonarum, ac vrbium dicaſteriis procuratoris officio funguntur, locutus ſum, iuxta tradita per Borgni. Caualcan. *decis.41. num.26.30. & 38. par.1.* Ioannem Vincentium Hondedæum *dec.conſu.181.n.57.*
98 *vol.1.* Præterea, quod contrahendi † prohibitio locum habere poſſit, vbi quis ſuo proprio nomine contrahit, quæ non habet locum vbi contrahit, quis nomine alieno, Philipp. Corn. *in conſi.decimo ſexto col.2. volum.2. Iaſon in l.more, colum. penult. D.de acquir. hered.* Ioan. Baptiſta Aſinius *de exsecutionib. in prolegomen.cap.*
99 *1.n.4.* Poteſt ſiquidem † de iuris rigore quis aliquid tanquam alius, quod tanquam ipſe alias non poſſet, vt ex Socino, Bellono, Simoncello, Stracha, & Lambertengo, refert Martin. Monter. *in decis.regn. Arragon.decis.2.num.44.* cui adde Euerhard. *in Topicis.loco à tanquam, ſeu reſpectiuis, num.28. & num.34.* Et hanc modo relatam ſententiam apertè quoque comprobat
100 † decretum Cameræ Imperialis relatum à Seilero *in ſelect. Cam.ſentent.* 30. Ianuarii, Anno 1542. in verbis: Quia dictæ ambæ partes concordes remanſerunt lata fuit ſententia.
101 Eodem modo † & per ſubſcriptionem, quæ animo fideiuſſorio fit, fideiuſſionem contrahi poſſe, non obſcurè probat, *l. ſi non ſubſcripſiſti.15. C. de admin.tut. l.ſi pater tuus. C.de fideiuſſor. Zaſius ad l.ſi ita. §.Chryſogonus. num.3. ff.de verbor. oblig.* Peckius *de iure ſiſtendi. cap.4. num.9.in fin.* Anton. de Gamma *decis.61. in fin.* vbi ait: Quod ſubſcribens videatur virtualiter ſcri-
102 bere omnia, quorum habuit notitia. Omnis † enim approbatio habet vim confeſſionis. Auguſti. Bero. *conſ.32.n.4.lib.3.* Cornazz. *deci.Lucen.52.num 5* Quod etiam confirmari poteſt ex iis, quæ alii de effectu ſubſcriptionis cumularunt, quæ tædiosè huc congerere
103 non eſt operæ pretium. Meminerit † tamen iudex, ſi controuerſia de tali ſubſcriptione, aut ſigillatione forte oritur, vt ſubſcribentem, & ſigillantem ad recognitionem citet, nam exempla quædam obuia ſunt, quod nonnulli aliorum manus fuerint imitati, ſigillaque illorum interceperint, & ſic fraudem commiſerint, illud exigentes, quod nunquam crediderant. Qui volet, legat de eo Cuſpinianum in vita Aureliani vbi de ipſius Notario ſiue ſcriba Meneſtheo loquitur nec non Stumphium *lib.7. hiſtor Helueticæ.* ibidem de Hulderico VVagnero, & Ægidio ciue Bernenſi memorabilem hiſtoriam narrantem, Cuiatium quoque adeat *in tract.de præſcrip. cap.31.* & Petrium Gilkenium *de præſcript. par.1.c.1.n.56.* Item Pezelium *in 3.par.poſtill. Melanth. pag.205.*
104 Sic ſi fideiuſſor † negotii, quod geritur, gnarus deactamque ſimul cedens, verbis non ſolum obligatiois, ſed etiam executiuis (quod in his terris dicunt) latinè, aut etiam græcè, dicat vel ſcribat, Fideiubeo, Spondeo, Volo, Cupio, Affirmo, Dico, κελεύω, λέγω, θέλω, βούλομαι, φημὶ, ὑπισχνοῦμαι, ἐγγυῶμαι, ..., Periculo meo ei de, Bene credis Periculo meo habebis fidem, Facio te ſecurum pro tali, ſi ille non ſoluerit, ego ſoluam, Ego dabo, & ſi quæ ſunt ſimilia, omnino tenetur, vt oſtendit Barthol. Bertanolius *in tract. clauſ. inſtrum. clauſ. trigeſimanona. gloſſ. prima. numero decimoquarto, & 15.* & ſunt text. *in l.græce.8. in prin.* & ibi Gothofred. *ff. de fideiuſſ. l. blanditus. C. eod. §. græce. Inſtit. eod. tit.* Et quamuis
105 † Thobias Nonius *in conſil.108.incip. Viſo inſtrumento pacis.n 22.* & Anton. Piaggius *in tract.de tutore, quæſt. 5. num.96.* velint, etiamſi tutor actum comprobet, per hæc verba Prædictis ſum contentus, quod tamen nondum auctoritatem valide præſtitiſſe dicatur, ſed neceſſe ſit, vt dicat, hæc aut his æquipollentia verba: Approbo, Confirmo, Auctoritatem præſto, ad pupilli vel minoris mei vtilitatem: Ego tamen in illa ſum
106 opinione, ſi Titius audiat † ſe nominari, & ſcribi fideiuſſorem alicuius negotii, & poſtmodum dicat: Prædictis ſum contentus, quod perinde ſit, & quidem ſecundum notorium fori noſtri vſum, ac ſi expreſſis verbis dixiſſet, Fideiubeo, vel ſpondeo.

Quid autem dicemus de pacto nudo, de nudo conſenſu ſiue de pollicitatione, poteritne per hæc duo fideiuſſio rectè contrahi? Hunc articulum examinant. Hippo. *in Rubr. de fideiuſſorib. num.35.* Duennas *in reg. 324.* & Ioan. de Arnono *dialog.76.* poſt quos breuiter
107 dicendum videtur, iure ſtricto, nec † pacto nudo, nec pollicitatione fideiuſſionem contrahi, nec fideiuſſorem vllo modo teneri, cum nulla orta ſit actio, *l.ſi tibi. C.de locato.* Bald. *in c.culum. pen.extra de pactis, & in l.3.Cod. de rer.permutat.* cuius dictum, tanquam bene notandum, ſequuntur Vaſquius *libro 1. controuerſ. illuſ. capit.23. num.2.* Magoncius *decis.Florent.57. numero 67.* Coſtal. *in l.5. in prin. mihi pag.96.ff. de pactis.* Hieron. Treutler. *ſelect diſputat. vol 2.diſputat.18. theſ.1.lit.B.* Camillus Borellus *controuerſ.47. numer.10.* Hieron Gratus *reſponſo 53. num.15.lib. 1.* qui nominatim de pollicitatione loquitur. Excipitur ſaltem ca-
108 ſus, ſi fideiuſſor pro † pia cauſa fidem ſuam interponat tunc enim, quidquid pollicitus eſt, præſtare neceſ-

*:*eceſſum habet. Bald. *in l. vlt. C. ad SC. Vell.* Roman. *in Auth. ſimiliter col. 6. verſic. quartum. C. ad l. Falcid. in cap. 1. de pactis.* Franciſ. Iamerius *in comment. ad tit. ff. de fideiuſ. in princ. mihi fol. 2. in edit. Pariſienſi, de Anno* 15.
50 Oldendorp. *in lib. de iure ſingular. cap. de priuil. piar. cauſ. num. 5.* Corraſ. *lib. 1. Miſcel. c. vlt. num.* 4. Tiraquel. *de priuil. pia cauſa priuil.* 100.

209 Olim porrò † omnis fideiuſſio palam fiebat, vt teſtatur ille philoſophorum ſublimis apex, & columen Plato *lib. 12. mihi pag.* 901. his verbis *Fideiuſſor quilibet palam fideiubeat totumque negotium conſcriptum coram tribus, nec paucioribus teſtibus fateatur, ſi citra mille drachmas fideiuſſio fiat. Sin vltra mille, quin-*
110 *que ad minus teſtes adhibeantur.* Verū † hodie eam palam fieri non eſt neceſſe modo ſaltem debito, modo in loco honeſto (fortaſſis etiam cum aliquali ſaltem cauſæ cognitione, vt oſtendi ſupra *capit. 7. numero.* 107. *& ſequentibus.*) fiat, de quo aliquid ſum dicturus. Quis verò apud antiquos ſatiſdationum modum fuerit, vide apud Ioan. Roſinum *lib. 9. antiq. Roman. cap.* 15.

Etſi autem præcipua fideiuſſionis forma in ſtipula-
111 tione conſiſtit, illa ipſa † tamen ſtipulatio interueniſſe cenſetur, ſi ſcriptum ſit in inſtrumento fideiuſſionis, fideiuſſum eſſe, *l. ſciendum.* 30. *ff. de verborum obligat l. penult. C. de fideiuſſor. §. fin. inſtit. eodem. tit.* non
112 aliter ac † in manumiſſionibus nonnunquam verba ſolennia, licet non dicantur, vt dicta accipiuntur, *l. ma-*
113 *numiſſio ff. de manu. vindict.* Cuius ratio eſt, quod † ſolemnitas intrinſeca ſemper præſumitur, qualis eſt ſtipulatio in fideiuſſione, Bart. Angel. & Dd. *in d. l. ſciendum. ff. de verb. oblig.* Menoch. *de præſumpt libro. 3 præſumpt. 131. num. 4 & facit l. Vitia. 134. §. vlt. ff. de verb. obligat. l. 1. C. de vſuris. l. 1. C. de contrah ſtipul.* Siquidem ſumitur ea ipſa natura actus Menoch, *de præſumpt. lib. 1. quæſt. 18. num. 9. & lib. 2. præſumpt. 25. num. 3. & lib. 6. præſumpt. 4. num.* 12.

114 Idem † planè obtinere, ſi in inſtrumento fideiuſſionis contineatur verbum, Promitto, vult Claud. Cantiuncula *conſil. 1. num.* 118. Maſcard. *de probat. concluſ. 781. & concluſ. 1135. & concluſ. 1136. per l. 1. C. de contrah ſtipul.* Quod tamē melius probat *l. 7. §. quod fere ff. de pact. §. 1.* in verbis promittis? promitto *Inſtit. de verb. obl §. ſi ſcriptum. 17. Inſtit. de inutil. ſtipulat.* Paulus *lib. 5. ſenten. tit. 7.* Num, vt inquit Alex. *in dict. l. ſciendum. num.* 2. & poſt eum Menoch. *de præſumpt. lib. 1. q. 43. num.* 8. verbum, Promitto, ſui natura ſtipulationem importat, probat idem Menoch. *lib. 3. præſum. 41. num. 5.* nec non Alciat. *in Rubr. ſiue cap. placuit. nu. 75. de præſcript.* Decius & Cagnol. *in l. lecta ff. ſi cert. petatur.* Barnab. Cornazzan. *decis. Rota Lucenſ.* 214. *nu.* 10. in quam ſententiam etiam concurrunt Pancirolus, *in conſil.* 106. *num.* 13. Ioſeph. Gonzalez: *var. quæſt. cap. 34. per tot.* (vbi dicit hanc opinionem eſſe receptiſſimam, & communem) Anton. Pichard. *in d. §. ſi ſcriptum. num. 1. Inſtit. de inutil ſtipul.* vbi plures alios citat, & aliquot obiectionibus eleganter occurrit. Ioann. Goddæus *de contrah. ſtipulat. cap. 1. num.* 68. Et dicit Bald. *Nouel. de dote part. 6 priuil. 1. num.* 4 quod ſicut
115 † verbum, Promiſit, in inſtrumento præſumitur cum
116 ſtipulatione: ita † verbum, Pollicitus, in inſtromento præſumitur per viam pacti, de quo plura videat Lector apud Marcell. Berincur. *in Rubric. ff. ſi cert. pet.* Eman Soarez *in com oponi. lit. P. num.* 342. Ioan. Goddæum *de contrah. ſtipul. c. 1. num.* 71. Matth. Cunon. *libr. 1. de pact. c. 2. num. 15. & aliquot ſeqq.*

117 Formularum † porrò ſtipulandi ac fideiubendi, quæ olim vſitatæ, imo (vt Cicero *in Topicis. & ibid. Boetius in commen. lib. 4. mihi pag.* 807. teſtantur) infini-

Antonius Heringius.

tæ pene erant, nonnullas adfert. Pard. Prattæus *in lexico. verb. fideiuſſor. & in reliquijs veterum formularum mihi pag.* 653. Vide Præterea Barnab. Briſſon. *lib. 6. de*
118 *formulis. pag. 626. cum ſeqq.* In legibus † quidem noſtris varie has obligationes acceſſoriæ concipi, paſſim ſit obuium, velutij: *Si petierit à te frater meus, peto, des ei nummos fide, & periculo meo. l. Lucius. 24. ff. de fideiuſſ.* Item: *Quod ego decem credidi, de ea pecunia mille modios tritici fide ſua eſſe iubes? l. ſi ita 92. ff. de fideiuſſoribus.* Item: *Quantam pecuniam credidero, fide tua eſſe iubes? l. ſi debitori. 47. l. ſi ita. 66. ff. de fideiuſſoribus.* Item: *Solidum, & partes viriles, vel, ſolidum aut partem virilem fide tua eſſe iubes? l. inter reos. 51. ff. fideiuſſoribus* Item. *Quanto minus ex pretio pignoris diſtracti ſeruari potuerit, Quanto minus ab eo conſequi poterat, fide tua eſſe iubes? l. ſi fideiuſſores 41. l. amiſſi 52. in princip. ff. de fideiuſſorib. l. decem ff. de verb. oblig l. vlt. ff. ſi cert. petat.* Item: *Si reus quadraginta quæ ei credidi, non ſoluerit, fide tua eſſe iubes? l. fideiuſſor. 16. § vlt. ff. de fideiuſſorib.* Item: *In quantum illum condemnari ex bona fide oportebit tantum fide tua eſſe iubes?* Vel ita: *Indemnem me præſtabis? l. quæro 54. in fin. prin. ff. locati.* Item τῇ ἐμῇ πίστει κελεύω ἐγὼ *hoc eſt, mea fide iubeo ego §. Græce. Inſtit. de fideiuſſ. l. Græc. in principio. ff. eodem tit.* Item: *Stichum aut hominem, vtrum tu voles fide tua eſſe iubes? dicta l. Græce. §. contra ff. fideiuſſoribus,* Item: *Si ille ſoluendo non fuerit, tu fide tua eſſe iubes* qua cōceptione plerumq; noſtri vtuntur. Reliquas formulas diligens Lector ipſemet obſeruet.

Eſt tamen hic aduertendum, ſubeſſe quandam
119 † ſubtilem differentiam inter has formulas ſiue conceptiones fideiuſſionum: Si ille non ſoluerit fide tua eſſe iubes? Et ſi ille ſoluere non potuerit, vel ſoluēdo non fuerit, fide iubes eſſe tua? Nam in prima formula habetur ſaltē reſpectus ad factū, eiuſq; intermiſſionem: in altera vero ad inopiā vel realitatē impotētiæ. *Bal. in l. ſi plures. col. 4 verſ. dubitatū hic. C. de cōdi. inſert. Dd. in l. decē. & l. huiuſmodi ſtipulationes ff. de verb. obl.* Ideoq; ſecundū Baldū d. loco. in hac formula mortuo debitore, non ſtatim conueniri poterit fideiuſſor, ſed hæres prius eſt excutiendus, In illa verò, interpellato principali, ſine illa excuſſione hæredis, poterit ſtatim conueniri fideiuſſor, vt retulit Æmylius Ferrettus *in reſp. 4. n. 1. verſ. magnam. tamen* Ego vero exiſtimo, clarius dici poſſe, in hac formula fideiuſſorem ſtatim conueniri poſſe; ſi modo notoriè conſtet, debitorem non poſſe ſoluere, vel non eſſe ſoluendo, ſiue beneficio excuſſionis renunciatum ſit, ſiue non, per ea quæ habentur infra *cap. 27. par.* 1. in illa verò non aliter, quam ſi beneficio excuſſionis conſtanter fuerit renunciatum, fideiuſſorem conuenire licere, ceſſatio enim in ſoluendo à notorietate aliquem minus idoneum eſſe ſoluendo, ſiue in totum, ſiue in partem, omnino eſt diſtinguenda, *auth præſente. C. de fideiuſſ.* Quippè, qui hodie ceſſat, forſan cras vel perendie adhuc ſoluere poterit, cuius diei exiſtentiam merito præſtolari, aut remedio excuſſionis, ſi ſolutio protrahatur, vti oportet, iuxta ea, quæ tradidi infra *capit.* 20 §. 15.

120 Hodie † tamen exiguæ, & breuiſſimæ illæ obligationes fideiuſſoriæ, de quibus dixi, ceſſant, & aliæ longiſſimæ ſucceſſerunt, quæ & ipſæ, quantumuis ad mēbranam totius cutis bouinæ extendantur, & ſubſignētur, tamen fideiuſſores, & debitoris principales, vtporè homines ἄσπονδοι, & promiſſionum neſcios, vt vocat Diuus Paulus 2. *Timoth. cap. 3. verſicul* 1. in fide contineri, ideò, vt quis non immerito cum Sene-
121 ca *lib. 3. de beneficiis. ca.* 15. dicere poſſit. *Vtinam † nulla ſtipulatio emptorem venditori obligaret nec pacta con-*

Q

*nentaque impreſſis ſignis cuſtodirentur, fides potius illa ſer-
naret, & veritas. Adhibentur ab vtraque parte teſtes Ille
per tabulas plurium nomina interpoſitis pararijs facit,*
ANNVLIS NOSTRIS PLVS, QVAM ANIMIS CRE-
DITVR. Et cum Codro Vrceo apud Plautum in
Aulularia:

Heus tu, noſtra ætas non multum fidei gerit,
Tabula notantur, adſunt teſtes duodecim.
Tempus locumque ſcribit actuarius,
Tamen inuenitur Rhetor qui factum neget.

122 Audiamus, & Polybij, hominis Græci, † de Ro-
mana probitate, & fide teſtimonium. Deus bone, quam
ille dilaudat, & nos Chriſtianos eo ipſo ad ferulam
quaſi vocat. Apud nos, inquit, ſi cui talentum con-
creditum ſit, & extent decem ſyngraphæ, decem ſi-
gna, bis totidem teſtes; tamen fidem vix eſt ſeruare:
Apud Romanos autem, cum in imperijs, aut legatio-
nibus plurimum pecuniæ in manibus habeant, & di-
ſpenſent, tamen officium, & fides conſtant, ſola iuriſ-
iurandi religione inductis, refert Iuſtus Lipſius *de ma-
gnitud. Romana lib. 4. cap 5. mihi pagina* 217. meminit
eius etiam Ioannes Budinus *de Republica. libro 5. capite
vltimo. mihi pagina 977. alias pag.* 638. Petrus Heigius
part. 2. queſtion. 7. num. 26.

123 Qui vero de † prædictis formulis adhuc plura vi-
dere cupit, is conſulat Speculatorem *in titul. de fideiuſ-
ſoribus.* nec non Myſingerum *in reſponſo 71. numer.* 21.
Colerum *de proceſſibus execut. part. 1. cap.* 10. & præci-
puè Ioannem Bernardinum Muſcarellum *in ſua præ-
ctica fideiuſſoria.* vbi viginti formas ſiue modos in cau-
ſis ciuilibus, & criminalibus fideiubendi, & reos præ-
ſentandi, & in contrauentionum caſibus contra prin-
cipales, & fideiuſſores procedendi, doctiſſimè expli-
cat, ex quibus huc tranſcribere non libet, maximè
124 quia † penes Notarios hodie plerunque eſt, & vis, &
norma ſcribendi huiuſmodi contractus, quorum offi-
125 cio me non ingero. Ne tamen omnino ſtudioſi † Le-
ctoris expectationi defuiſſe viderer, ad calcem huius
operis vnam atque alteram ſaltem formulam obli-
gationum fideiuſſoriarum magis frequentem ſubijce-
re libuit, quæ mea vt fert opinio, omnium ſunt perfe-
ctiſſimæ.

Sed interim tamen pro Notarijs vtilem hanc ad-
129 monitionem ſubijcio, quia † contractus fideiuſſio-
nis eſt de illis, qui debent in ſcriptis celebrari, cum
cum inter illos contractus enumeret, *gloſſ. in cap. 1. §.
poſtquam. in verbo, In ſcriptis. verſic. decimuſnonus. de
cenſibus. in 6.* quam ſequitur Nicolaus de Leſcut. *in
tract. de teſt. examin. cap. 26. n.* 5. (licet eum reprobet
Rutg. Rulandus *ibidem in additionib. lit. E.*) meminit
etiam eius Anton. Pichard. Vinueſa. *in titul. Inſtitut. de
empt. vendit. ad princip. titul. nu.* 31. vt in præſentia par-
tium omnia ſcribendo abſoluant, & expediant, non
reſeruantes ſibi extenſionem per dictionem. Et cætera,
ſicut pigri quidam ſocij facere conſueuerunt, Ratio
127 eſt, quod † quando contractus, & actus de neceſſita-
te debet fieri in ſcriptis iure de communi, tunc dictio,
Et cætera, extendi non poteſt, etiam per Notarium,
qui inſtrumentum ſcripſit, quia nihil addi poteſt, cum
prius debeat extendi, & ſcribi, *iuxta l. contractus. C. de
fide inſtrumen.* declarat Bartolus *in l. Gallus. §. idem cre-
dendum numer. 4. ff de liberis. & poſthumis.* vbi Baldus *in
repetit.* hoc tenet, & Alexander *columna* 1. quod Docto-
res hoc communiter tenent, licet Angelus contrarium
tenuerit, & per Iaſonem *ibidem numero* 13. *&* 14. vbi
dicit, opinionem Bartoli eſſe communem, quam etiam
tenent Scribentes *in c. cum P. Tabellio.* maximè Felin.
nu. 6. de fide inſtrum. Felix Phœbeus *inter conſilia crimi-
nalia Ziletti. conſ. 118. nu. 25. 26 vol. 2.*

128 Oportet † tamen & huius meminiſſe, ſi Notarius
incipiat ſcribere inſtrumentum fideiuſſionis in vna
charta, eaque fortaſſis non ſufficiat, ideoque incipiat
rurſus in alia, & has chartas poſteà per tranſfixum
vinculum compingat, ſiue combinet, quod nihilo-
minus inſtrumentum validum ſit, & ſubſiſtat, *l. lo-
cum. §. 1. ff. de tabul. exhiben. Bartholom. de Capua in ſin-
gular,* 67.

129 Sed hoc non incommode † quæritur, quæ debeat
eſſe forma promiſſionis fideiuſſoriæ in cauſa crimina-
li? Quidam dicunt ſufficere, quod promittat ſimpli-
citer, conſignare reum ad omnem requiſitionem ipſius
iudicis. Alij verò aſtruunt quod non ſufficiat illa ſim-
plex promiſſio, ſed quod debeat promittere, de eum
conſignando ſua certa, & determinata pœna, *gloſſ. l.
ſed etſi, §. finali. verb. poſtquam. ff. ſi. quis caut.* Et ita com-
muniter ſeruatur, vt cum Alberico, & Carautta aſſerit
Iulius Clarus *libro 5 ſentent. §. finali quæſtione 46. num.*
17. Cum quo planè concordat, quod ſcribit Roma-
nus *in ſingulari 141. incipiente, Vnus vult fideiubere.* di-
cens, illum fideiuſſorem non aliter audiri, quam ſi
ſoluat, aut præſtet cautionem de ſoluendo, nec ſatis
eſſe, ſi promittat de iudicio ſiſti, vel de defendendo.
allegat Odofred. Item Bartol. *in l. neque impuberes. §.
1. ff. de in ius vocat.* tu vide etiam Petrum Peckium *de
iure ſiſt. cap.* 45.

130 Vtcunque † autem apud Carthaginenſes vetus
conſtitutum fuit, ne quis Græcas literas, aut idioma
addiſceret, ceu auctor eſt Alexand. ab Alexand. *lib. 2.
genial. dier. cap.* 30 & vice verſa, teſte Iuſtino *lib.* 1. tan-
131 ta animi contentione Romani † linguam ſuam pro-
mouerunt, vt Carthaginenſibus deuictis (nam Ro-
manos victis gentibus, vt linguam, & mores: ita &
vitia intuliſſe, teſtis eſt Iuſtus Lipſius *in l. bello de amphi-
theatris, quæ iuxta Romam, in principio.*) interdixerint,
ne aut loqui cum hoſte, ſicut dicebant, aut ſcribere ſi-
ne interprete poſſent, ſuoſque inſuper proconſules,
præſides, iuridicos, latine ius reddere, omneſque iuris
formulas hoc idiomate comprehendi, imò & per in-
terpretem non ſolum in vrbe, ſed & Græcia ac Aſia la-
tine loqui voluerint, ac coegerint, de quo etiam præ-
ter textum *in l. decreta ff. de re iudic.* quædam alia apud
Valerium Maximum *lib* 2. *cap.* 2. Alciat, *in l. 1. § fin.* &
ibid. Carol. Molinæum *num. 21. ff. de verbor. oblig.* Ioan.
Baptiſt. Plotum *de in lit. iur. §. 51. numer. 4. &* 5. Ber-
nard. Walter *lib. 1. miſcellan. cap.* 18. Iacob. Ræuard.
lib. 4. variorum. cap. 2. Anton. Pichardo Vinneſam. *in §.
in hac re. num* 11. *Inſtitut. de verbor. obligat.* Io. à VVo-
vver. *in tractat. de polymathia. capit. 30. mihi pag* 277.
& Hermann. Kirchnerum *in tractat. de legato. libro ſe-
cundo. capite 7.* reperire licet. Vnde etiam illud eſt, quod
Liuius *decad. 4. lib. 10, mihi pag.* 205 *alias lib* 40. retulit,
132 anno ab vrbe condita 574. Cumanis † petentibus
permiſſum, vt publicè latine loquerentur, & præ-
conibus latine vendendi ius eſſet, quod retulit Franciſ.
Floridus Sabinus *lectionum. ſubciſiuarum lib. 2. cap.* 1.
mihi pag. 193.

133 Quid; quod & Imperator Tiberius † ad oſten-
dendam Imperij maieſtatem, Græco ſermone ſollici-
tè abſtinuit, vt prodidit Sueton. *in eius vita. c. 71. mihi
pag.* 286. Cui concordat, quod ſcribit Iuſtus Lipſius
de recta pronun. lingua Latina. c. 3 Romanos in com-
municanda ſua lingua primitus parcos, ac tardos
fuiſſe.

Fortaſſis imitati fuerunt illud ipſum Imperator Ru-
dolphus, & Ludou. XII. Rex Galliarum, dum hic ſpe-
134 ciali ſanctione † prohibuit, ne Senatuſconſulta de-
inceps Latinis verbis conciperentur. Franciſcus Va-
135 yerius *de legat. c. 10. pag* 96. Ille † verò Anno 1273.
lege

lege publica ſanciuit, vt deinceps omnia mandata,
edicta, priuilegia, inſtrumenta, & documenta, non la-
tina, ſed Germanica lingua conſcriberentur, Cyriac.
Spangenb. *in Chronico Saxonico cap. 264.* Petrus Hei-
gius *q. 7. num. 63. & 64.* Herman. Hirchnerus *de lega-
tis lib. 2. c. 7. num. 32. & 31.*

Quia tamen, teſte Quinto Curtio *lib. 6. mihi pagina*
136 176. natiuus † ſermo commercio aliarum gentium
paſſim exoleſcit, & tum victoribus, quam victis pere-
grina lingua diſcenda eſt, Idcirco etiam Romani, re-
rum populorumque domini facti, propter negotia,
137 & commercia, non tantum † latino ſermone (qui
138 tamen veterum † Romanorum tempore doctis pa-
riter indoctis que fuit promiſcuus, vt rectà contra Leo-
nardum Aretinum, & Poggium Florentinum, cum
Blondo, & Philelpho aſtruxit Franciſcus Floridus Sa-
binus *lection. ſubciſiuar. lib. 2. cap. 1.* Et etiam nunc qua-
139 ſi commune † vinculum eſt, quod Europam inter ſe
commercijs literarum, & ſermonis iungit, teſte Li-
pſio) ſed & Hebræa, Chaldæa, Indica, Arabica, Græ-
ca, Punica, Aſſyriaca, Germanica, Dalmatica, vel qua-
cunque alia lingua, vtrique tamen contrahenti, vel
per ſe, vel per interpretem intelligibili, vti pedeten-
tim permiſerunt *d. l. 1. §. fin ff. de verbor. oblig.* Et quod
140 † quidem linguam Græcam & latinam attinet, Ro-
141 mani veteres (Græcis literis † eruditi cœpti poſt
Romam conditam annis ferè 410. Liuio, & Ennio
Magiſtris) loquebantur Græce magis, item & ſcribe-
bant. Dionyſ. Halicarnaſſ. *lib. 1.* Alberic. Gentilis *de
nuptijs lib. 2. c. 2. in fin. princip.* Ioann. Goddæus *in com-
ment. de contrah. ſtipulat. c. 2. concluſ. 1. nu. 30.* Et vix le-
142 gas, Romanos † illos proceres alias linguas calluiſ-
ſe: Latina, & Græca ſufficiebantque illæ ipſæ, quia
ſpatiæ, & communes ferè per totum terrarum orbem.
De cæteris non mirum quoque, cum, vt idem Curtius
lib. 8. mihi pagina 246. ait, in multis gentibus eſſe vi-
deamus quæ non erubeſcimus imitari, nec aliter ma-
gnum imperium aptè regi poſſit, quam vt quædam, &
143 tradamus illis, & ab ijſdem diſcamus. Et † potuit
equidem teſte Eraſmo Roterodamo *in præfatione ante
paraphraſin in Euangel. Matthæi,* paucis annis Roma-
norum Principum induſtria tantum, vt Galli, Germa-
ni, Hiſpani, Afri, Ægyptij, Aſiani, Cilices, Palæſtini,
loquerentur latine græceque, etiam vulgo, ob id, vt
commercio linguarum commodius propagaretur im-
perium.

144 Hinc eſt, quod fideiuſſor † non tantum latine, ſed
& græce, h. e. ſtipulatione græco ſermone concepta
accipitur, *l. græco. ff. de fideiuſſ. l. blanditus. C. eod. § græco.
Inſt. d. tit. Cuiac. lib. 14. obſer. c. vlt. Ioan. Goddæus de con-
trah ſtipul. c. 4 nu. 26.*

145 Quod etiam † acceptilatio rectè fit græcis verbis,
l. 8. §. 4. ff. de accept.

146 Quod † fideicommiſſa relinqui poſſunt non ſolum
Latina, verum etiam Græca lingua, *l. fideicommiſſa. 11.
in principio. ff de legatis. 3. Ioannes Goddæus de contrah.
ſtipul. c. 2. concluſ. 1. nu. 13.*

147 Quod tutores † etiam Græcis verbis dari poſſunt
l. vlt. C. de teſtament. tut.

148 Quod teſtamenta † Græco quoque idiomate re-
ctè conſcribuntur, *l. hac conſultiſſima. §. vlt. Cod de te-
ſtament.*

149 Quod † iudices tam Latina, quam Græca lingua
ſententias proferre poſſunt, *l. iudices. C. de ſentent. &
interloc. Anton. Pichard. in d. §. in hac re. nu. 12. Inſtit. de
verb. oblig.*

150 Quod † non tantum Hebraica, ſed & Græca, La-
tina, Italica, vel alia lingua ſacræ ſcripturæ legi poſ-
ſunt. *Nouell. 146. & ibi Cuiacius.*

Antonius Heringius.

151 Quod † denique inſtrumenta tam Græca, quam La-
tina a Tabellionibus conſcribi poſſunt. *Nouell. 47.*

Et quamuis Cicero *lib. 5. Tuſcul. quæſtio. mihi pagina*
152 250. dicat, nos † omnes in illis linguis, quas non in-
telligimus, quæ ſunt innumerabiles, ſurdos eſſe, hodie
153 † tamen pleraſque, & per interpretem ἀγγελτῆρον
audire ac intelligere, & ijſdem per eundem reſponde-
re, per conſequens etiam fideiuſſionem perficere poſ-
ſumus, iuxta ea, quæ tradit Myſing. *cent. 5. obſ. 43 & in
reſponſo. 88.* Item amicus noſter Rutger. Ruland. *in tra-
ctat. de commiſſ. lib. 4. c. 18. num. 1.* Hieron. Treutler. *ſe-
lect. diſputat. volum. 2. diſput. 28. theſi 4. in gloſſa A.* Ioan.
Goddæus *de contrah. ſtipul. c. 3. concl. 10. num. 184. 185.
186. & 187.*

154 Sed ponamus fideiuſſionem quoad formam inuti-
liter contrahi, valebitne hæc fideiuſſio tanquam iuſ-
ſio, cum non poſſit valere vt vera fideiuſſio; Puta, ſi in
ipſa forma ſtipulationis peccetur, quæ ob id etiam in-
utilis, hoc eſt, inefficax, & nullius momenti dicitur,
§. item inutilis. Inſtit. de inutil. ſtipul & alibi ſæpè. Idem
155 † plane quæri quoque ſolet de acceptilatione, an ni-
mirum hæc, ſi inutilis ſit, valeat vt pactum? *l. an inutilis.
ff. de acceptilat. Ioannes Borcholt. in tractat. de pactis. c. 2.
in 1. pact. diuiſ. n. 27. Ioannes Goddæus de contrah. ſtipul.*
156 *cap. 3. num.* 201. De ſtipulatione † inutili, an valeat
vt vtile pactum? vel an vim vtilis pacti habeat? Quod
per l. 1. § cum ff. de conſtit. pecu. & alias rationes negant
Gabriel Mudæus *in l. ſocietat. §. donationis num. 3. ff. pro
ſocio.* Ioannes Goddæus *de contrahend. ſtipulation. dict.
cap. 3. num. 197. & ſequentibus.* Sed videndus tamen
Stephan. Forcatul. *in Necyomant. dialogo 5.* De teſta-
157 mento † inutili an valeat, vt codicillus? De nuptijs
158 † inutilibus, an vim habeant ſponſaliorum? Quod
attingit Iacob. Cuiac. *lib. 11. obſer. cap. 15.*

159 Et quod † ad fideiuſſionem inutilem attinet, di-
cendum videtur, hanc valere tanquam iuſſionem, &
ſic quaſi fideiuſſionem appellari poſſe cum Iuriſcon-
ſulto *in l. vlt ff. quod cum eo* vbi textus non obſcurè id
160 prodit. Nam † & alias multa poſſunt rectè fieri, licet
rite non fiant. Sic miles iure ſuo rectè teſtatur, rite
non teſtatur. Sic condemnatus dicitur, qui rite con-
161 demnatus eſt, etiamſi non rectè. Per articulum † enim,
Rite, ſignificatur ſolennitas & ordo iuris ciuilis, per
162 articulum, † Recte, ius naturale. *Franc. Marcus quæſt.
653. num. 3. pag 2. Cuiac. tract. 3. ad African. mihi pag.* 52.
Sic ſi Prætor quem imprudens manumiſit, ille nihilo-
minus eſt liber, ſed vitio, vt eſt magiſtratus vitio crea-
tus, nihilo ſecius magiſtratus eſt, ſicut ex Varrone re-
fert Hottom. *in quæſt. 17. mihi pag.* 105. Idque potiſſi-
mum obſeruandum eſt in ruſticorum, & aliorum im-
peritorum fideiuſſionibus, qui ſubtilitates illas, in for-
ma fideiuſſionis, quoad ſtipulationem, præſcriptas,
obſeruare non didicerunt.

163 Interim † tamen non omnis fideiuſſio pro inuti-
li, quoad formam ſtatim habenda eſt, quæ idem in-
utilis primo aſpectu videtur, Quid enim ſi creditor à
fideiuſſore, debitore mandante, vt fideiubeat, ſtipule-
tur; Fide tua eſſe iubes? & fideiuſſor non reſpondeat
Iubeo, ſed ſimpliciter reſpondeat. Ita, vel quidni? vel
omnimodo, Nihilominus vtilis eſt fideiuſſio, quia re-
164 ſpondens † ſimpliciter, reſpondiſſe præſumitur eo
modo, quo facta fuit interrogatio ipſa, cum iſtæ dictio-
nes ſint locutiones concedentis ac ſi dicat, non recu-
ſo *l. 1. §. 2. & ibi Alciat. numer. 6. & 7. D. de verb. oblig.*
Menoch *de præſumpt. lib. 2 præſumpt. 29. numer. 1. 2. &
3.* Ioan. Goddæus *de contrah. ſtipulat. cap. 4. numero. 27.
& 28.*

Sic ſi creditor ſtipuletur, fide tua eſſe iubes? & fide-
165 iuſſor non † apte ad interrogata reſpondeat, ſed ſti-

pulata manu(vt ita ſit pro vnce manus, vt ait Ouidi-
us)ſe ſo·urum promittat, nihilominus hæc promiſ-
ſio pro quaſi fideiuſſione habenda erit, quia, & datis
166 † man bus, vel ceſſione dextræ, quis obligari poteſt,
cum per dextram teſtis fidei dari ſoleat *gloſſ.c. funda-
menta verb. dextras. De elect. in6.* Xenophon. *lib.* 8. *de
pedia Cyr. ad fidem.* Alexan. ab Alexand. *lib.* 2. *genial.
dier. cap.* 19. *& lib.* 5. *cap.* 3. Cælius Rhodigin. *lect. antiq.
lib.* 4. *cap.* 3. Ioan. Frideric. Huſanus *in tract. de propr.
167 hom. cap.* 4. *num.* 5. *&* 6. Vnde † etiam ſedem fidei in
dextris collocabat Numa Pompilius apud Liuium 1.
decades. lib. 1. Hinc Ouidius *lib.* 6. *Metam.*

Vt pignus fidei dextras vtraſque popoſcit,
Interſeque datas iunxit.

Accedit, quod etiam ſi ſola manuum coniunctio
168 non † eſt ſtipulatio, nec pars ſtipulationis ſicuti ver-
ba ſunt. Tiber. Decianus *in reſponſo.* 64. *nu.* 14. *volum.*
3. Ioan Goddæus *de contrah. ſtipulat. cap.* 3. *nu.* 183. ni-
hilominus tamen, quando ad manus factum verba
accedunt, Contractum perficiunt, & firmant: vt mos
eſt apud plures profundos, & eſt ſtipulatio, Frideric.
Pruckm. *conſi* 50. *nu.* 192. *& nu.* 603. præſertim, quia
169 tractus manus eſt † euidens ſymbolum ac ſignum per-
fecti conſenſus, perfectæ pactionis, & maioris fidei, *c.
1. in fin. extra de ſponſa. duor.* Aret. *conſi.* 13. *Viſo diligen-
ter num.* 3. Tiber. Decianus *d. conſi.* 64. *nu.* 14. *volum.* 3.
Oldendorp. *in claſſ. ſuis in actione ex ſtipulatu.* Eratque
170 † dextra data apud Perſas in primis firmiſſimi fœ-
deris ſignum, vt firmat Gemiſtus Plethon. *lib.* 2. *de rep.
Græcorum. Perſarum Rex Menterem, quod dextram de-
diſſet (maxima enim hac apud Perſas fides) conſeruauit.*
171 Hoc amplius, manu † conſenſum declarari poſſe, pa-
ret ex eo, quod olim aſſenſus in ſenatu fiebat, vel voce,
vel ſigno. Signo dupliciter, pedibus aut manu. Et ma-
nu quidem, quoties ea exporrecta ſignificarent, talem
ſententiam approbare, qua de re loca exſtant apud
Vopiſcum *in Aureliano.* Senec. *epiſt.* 8. Lipſium *in com-
ment. ad Tacitum lib.* 15. *num.* 37. *& in notis ad lib.* 4. *hi-
ſtor. nu.* 4 *& lib.* 4. *de militia Romana dialogo.* 9. *mihi pag.*
194. plura vide apud Philip. Camer. *in oper. ſucciſ. cen-
tur.* 1. *ca.* 35. *& cent.* 2. *c.* 46.

Sic ſi creditor à tribus ſimul ſtipuletur, an fide ſua
eſſe iubeant? Quorum duo in continenti, ſe iubere
reſpondeant, tertius vero demum ex interuallo, certe
tertium non obligabit, quod reſponſio non ſtatim ſub-
172 ſecuta fuerit interrogationem. Nam † cum vna in
inſtrumento valida inuenitur ſtipulatio, hæc etiam
alijs inutilibus ſuam noſcitur præſtare fortitudinem
l. 1. *in prin. Cod. de rei vxor. actio.* vbi Græci notant, quod
173 † vtile mixtum cum inutili, ipſum inutile etiam vti-
le faciat, quod prӕterea probat *l.* 1. §. *Sed Pomponius. ff.
Quod falſo tutore.* Facit in argumentum, quod olim
174 † in militia vnus, maxime idoneus, ex tota legione
eligebatur, qui ſingula iuramenti verba conciperet
præiretque, alij deinde ſequerentur, hoc ſaltem di-
centes, iurare ſe idem, hoc eſt quod Feſtus notat. Præ-
iurationes facere dicuntur, qui ante alios conceptis
verbis iurant, poſt quos in eadem verba iurantes tan-
tummodo dicant, *idem in me.* Iuſtus Lipſius *de milit.
175 Romana. lib.* 1. *dialogo.* 6. *mihi pag.* 36. Cui plane † ger-
manum eſt, quod habetur in ſtatutis Lubecenſ. *lib.* 1.
tit. 7. *artic.* 3. cuius verba transſcribere operæ pretium
eſſe autumo: inquit textus. Cum extent filij poſt
mortem patri hæredes bonorum relictorum, & adſint
debita à patre contracta: Creditor patris vocare de-
bet filios prædictos per procuratorem, & ſi ipſi igno-
rant illa debent hoc iuramento firmare, &c. Eiuſdem
farinæ cenſeo, ſi non aliquibus Senatorib. vt priua-
tis, ſed toti collegio lis ſit mota, quod per tres ſenio-
res, & honeſtiores illius corporis vel communitatis
iurare debeant, idque vſu ſic obſeruari ſcribit Mar. Co-
ler. *in dec. Germ. deciſ.* 115. *nu.* 16. nec non And Rauchb.
part. 1. *q. ſuar. q.* 8. *numer.* 13. Vide in caſu non multum
diſſimili Vincent. de Franchis: *deciſ.* 509. vbi decidit,
quod conreori plures teneantur conſtituere vnum
176 procuratorem. Ad formã † fideiuſſionis quoque per-
tinet, quod ſicuti reus principalis, niſi de ſe promittat
non obligetur *l. ſtipulatio.* 38. §. 1. *ff. de ver. ob.* Ita quo-
que fideiuſſores non aliter teneatur, quam ſi quid ſe da-
turos vel facturos promittant. Nam reum principa-
lem daturum vel facturum aliquid fruſtra (niſi ſpecia-
le ad id, & legitimum forte mandatum habeant, vt
patet ex ſupra dictis *nu.* 90. nunc n. à facto principalis
promiſſio fideiuſſorum non eſt remora, ſed ex eo ini-
tium obligationis, iuxta voluntatem principalis ex-
177 preſſam, capit) promittuntur, cum † factum alienum
inutiliter promittatur *l. ſicut reus.* 65. *ff. de fideiuſſo. l. in-
ter ſtipulantem.* 83. *in pr. in verb. de ſe quemquam promit-
tere oportet ff. de verb. obl.* Ioan. Goddæus *de contra. ſti-
pu. c.* 6. *concl.* 16. *num.* 182. *&* 183. ac rurſus *num.* 201.
& 202.

178 Aliud tamen † eſſet, ſi creditor à fideiuſſore ſtipu-
laretur, Titij nomine te ſoluturum promittis? neque
n. hoc ſimile eſt illi; Titium daturum fieri promittis?
l. ſi ita. 97. § *poſſum. ff. de verb. oblig.*

179 Deinde † etiam ita fideiuſſores ſe daturos vel fa-
cturos promittere debent, vt ne poſtea inani forte co-
lore quæſito promiſſa eludere poſſint. Nam ſi Stichum
aut Pamphilum ſtipulatus eſſem, vtrum promiſſor vo-
luiſſet, non poſſum fideiuſſorem ita accipere Stichum
aut Pamphilum vtrum fideiuſſor vellet, quia futurum
eſſet in eius poteſtate, alium velle, quam reus voluiſ-
ſet *l. ſi Stichum.* 38. *in pr. ff. de fideiuſſ.* Nihilominus eum
hominem aut decem, vtrum ipſe ſtipulator volet, ſti-
pulatus ſum. recte fideiuſſorem ita accipio, decem aut
hominem vtrum tu voles? ſit enim hoc modo fideiuſ-
ſoris conditio melior *leg. Græc.* §. *contra. D. de fideiuſ-
ſor.*

Non male etiam ad formam fideiuſſionis retule-
180 ris, quod † nihil impedire dicimus, fideiuſſio ex in-
teruallo ſequatur, hoc eſt, interiecto tempore, vt loqui-
tur Papinianus, *in l. amiſſi.* § *fideiuſſores ff. de fideiuſſorib.
facit. leg. rogaſti.* §. 1 *ff. de præſcript. verbis.* Vel poſt litem
conteſtatam adijciatur, *leg. Græc.* §. *& poſt litem. ff. de
fideiuſſ.* vel obligationem principalem præcedat, & ſic
in futurum concipiatur, vt nimirum tum tandem ef-
ficax ſit, & obligationem pariat, quando principalis
debitor obligatur, *leg.* 6. §. 2. *ff. de fideiuſſor.* §. *fideiuſſor
non tantum Inſtitut. eod. tit.* Ioannes Goddæus *de contra-
hend. ſtipulat. cap.* 5. *conclus.* 5. *num.* 20. *& cap.* 6 *conclus.*
181 23. *nu.* 352. Vnde † ſi quis, cum eſſet accepturus pe-
cuniam mutuam, ſteterit creditori alium quempiam
fideiubentem, & ſubijcientum ſe debiti ſolutioni, ſi
principalis non ſoluerit, certe hic fideiuſſor ad debi-
tum hoc ante obligatur, quam is, pro quo fide ſua iuſ-
182 ſit, obligatetur. Et de hoc caſu loquitur † Conſtant
in. Harmenop. *lib.* 3. *Epitom. ti.* 6. dum ait: *Qui pro alio
promiſit facere ſatis debet, etſi ipſe non accepit*, vt habet
verſio Latina. Vbi tamen ego particulam, Non, pro,
Nondum, accipio, ne impingamus *in l. fideiuſſor obli-
gari.* 16. *in princ. ff. de fidein.* vbi dicitur: *Fideiuſſor non
poteſt obligari ei, apud quem reus promittendi obligatus
non eſt.*

183 Sic † & pignus obligationem præcedere, & ex in-
teruallo ſubſequi poteſt, *l. res hypotheca ff. de pignorib.*
184 non † minus, quam ſtipulatio, quæ ob id etiam con-
cluſio actionum vocatur, *l. ſi dominus. ff. de præſcript.*
185 *verb. Cuiac. ad African. pag.* 535. Imo † & aſſecla, &
admi-

adminiſtra cæterorum contractuum, Æmylius Ferretus *in l.2.n.7.ff.de reb. credit.* quod quomodo intelligendum ſit, doctè explicat Ioan. Goddæus *de contrah ſtipul. c.5. concl.2.*

186 Nec obſtat, ſi dicas? Quia † fideiuſſor ad contractum principalem accedit, non poſſe illum præcedere contractum: præcedit enim quoad conceptionem verborum magis, quam quoad effectum. *Bart. in Rub.ff.de fideiuſſ.* Siue, vt loquitur Ant. Pichard. *in d.§.*
187 *fideiuſſor. nu. 3. Inſtit. de fideiuſſ.* accedit † materialiter principali obligationi, ſed non formaliter, cum de per ſe diuerſam, & ſeparatam habeat formam, & ſpe-
188 ciem obligationis. Hoc † amplius ipſa vis obligationis fideiuſſoriæ contractum principalem nondum in eſſe productum nequaquam præcedit, ſed ſubſequitur, quandoquidem ante creditam pecuniam, ius fideiuſſoris in pendenti eſt, donec concurrat, & ſecuta fuerit eius conditio, *l.fideiuſſor.16. §.ſtipulatione ff. de fideiuſſor.* Tum vno veluti momento de eadem re, & qui acceptus fuit fideiuſſor, & is cui pecunia numerata, obligantur. Franciſc. Iametius *in leg. ſtipulatus. 6.§. adhiberi ff de fideiuſſ* Hieron. Gratus *reſp.78. num.11.*
189 *lib.2.* Proinde rectè † ſcripſit Hottoman. *in quæſt. illuſt. quæſt.38. mihi pag.175.* In pluribus cauſis, quæ temporis ordine poſteriora ſunt, iuris intellectu eſſe priora, atque ideò fideiuſſio principalem obligationem præcedens, tamen iuris intellectu poſterior habetur, probat Erneſt. Cothmannus *in reſponſo 21. num.*
109 *13.14. & 15.* Non † aliter codicillus dicitur teſtamenti ſequela, etiamſi factus ſit ante teſtamentum, quia intellectu poſterior eſt. Cuiac. *ad African. tract. 2. mihi pag.33.* Sic etiam nihil intereſt, præceſſerit pa-
191 ctionem † ſtipulatio an ſecuta fuerit: nam, & quæ præceſſit ſequi videtur. Sequitur natura, & intellectu, licet non tempore, vel ſcriptura, *leg. petens. Cod. de*
192 *pactis.* Item nihil intereſt, † præcedat emptio traditionem, an ſequatur, *l. ſiue. §.1. & 2. ff. de public. in rem*
193 *act.* nihil intereſt † etiam, præcedat ſtipulatio mutuum, an ſequatur, *l.3 § vlt. l. contra. ff. ad SC. Maced. l.*
194 *5. §. vlt. l.6 ff. de noua.* Sic quando † contrahentes celebrato contractu dicunt, bonum eſt, quod inde fiat ſcriptura, tunc ad memoriam valet, quod actum eſt, & valuiſſet etiam ſine ſcriptura, Salicet. *in leg. contractus n.6. & 7. Cod. de fide inſtrument.* Nam vt ait Baldus *ibid. n.3. in princip.* Vbi primo eſt factum, & poſt dictum, tunc ſcriptura eſt ad commemorationem, & ſic ordo facti ſignificat ordinem intellectus, quod firmant Salicet. *in Authent. ſed nouo iure. n.9. Cod ſi certum petat.* Iacob. Marchiſellus *in ſylua quæſt. pract. quæſt.76. n.5.*

Formæ fideiuſſionis etiam aptè adjicitur, quod fideiuſſor, vel pure, vel ſub conditione, vel ad tempus, vel ex tempore, vel in diem, vel cum pignore, vel ſub certa pœna accipi poteſt, de quibus omnibus ſigillatim agemus.

195 Et quidem † pure proculdubio rectè accipitur *l.6. §.1 ff. de fideiuſſ §. fideiuſſor. inſtit. eod. tit.* hoc eſt confeſtim, vt ait Papin. *in d. l. amiſſi. § fideiuſſores. ff. eod.* Pura
196 † enim obligatio nihil aliud eſt, quam præſens, *l.9. in pr. ff. ſi cert. pet.* quæ cum ipſo principali negotio, abſque vlla alia adiectione dici, aut conditionis, ſtatim exordium capit, quæ vacua, ac libera eſt ab iis rebus, quæ ſtipulationis vinculum eiuſque vſum, ac effectum differre ſolent, vt poſt Donellum ſcripſit Ioan. Godd. *de contrah ſtipu. c.8. concl.4. n.17.*

192 Accipitur † etiam rectè ſub conditione, quatenus ſcil. ea in aliis voluntatibus, & diſpoſitionibus, vel vt inhoneſta, vel vt impoſſibilis, non rejicimus *d.l.6. §.1. l. fideiuſſor. §. pen. & vlt. l. ſi ſub impoſſibili. 29. l. ſi à reo* *in princ. ff. de fideiuſſ.* Anton. Pichard. *ad §. ſi impoſſibilis. n.4. Inſtit. de inutil. ſtipul.* latè Ioan. Goddæus *de contrahen. ſtipul. c.8. concluſ.6. per tot.* Atque adeo fideiuſſio-
198 nis † præſtitæ ſub conditione dies non dicitur veniſſe; nec ceſſiſſe ante purificationem conditionis, vt oſtendit Pariſius *in conſil.171. num.30. volum.4.* Quemad-
199 modum † & fideiuſſor datus præſumitur ſub illa conditione, ſub qua principalis tenetur. Idem Pariſius.
200 *conſil.164. num.20 volum.4.* Et propterea † fideiuſſor conditionaliter accedens, non aliter tenetur, quam ſi conditio adimpleatur. Lapus *allegat.119.* Alexand. *conſilio 26. volum.4.* Pariſius *conſilio 162. numero 29. volum. 4.*

201 Quinimo † ſæpenumero creditores fideiuſſorem accipere nolunt, niſi omnia ſua bona obliget, ad quod arbitrio quoque iudicis tenetur, vt voluit Bartol. *in l.*
202 *prætoria la.3. ff. de prætor. ſtipul.* Sicut † vice verſa etiam fideiuſſores non aliter, quam ſub certa conditione fidem ſuam obſtringere prætendunt, quo etiam caſu merito ſunt audiendi. Quid ſi igitur ſub hac
203 † conditione ſponſor tantum fideiubere velit, ſi ſimul creditori pignora nectantur? Certè ſi creditor in accipiendis illis hypothecis negligens fuerit, ferat id ſibi acceptum, fideiuſſorem conuenire non poteſt *l. ſi creditor. 7. C. de fideiuſſ facit. L ſed ſi pupillus. 11. §. conditio. ff. de inſtitut.*

204 Quid ſi etiam fidem † ſuam interponere detrectet, ſi non vna cum ipſo Titius, vel Mæuius ſimul ſe obligent, vel pro indemnitate ipſi prius pignora, vel hypothecæ non tradantur? Scilicet æqua, & hæc eſt conditio, & omnino à debitore ſeruanda. *l. ſi rem 9 §. 1. ff. de pign act. L. Titius 8. ff. de contrah emp.* Nam ſi is poſteà fallat, non dando pignora, merito conqueri poſſunt fideiuſſores ſe circumuentos eſſe, quòd ſi præſciuiſſent, in fidem ſuam nequaquam alienam obligationem ſuſcepiſſent *argu. l. ſi quis 16. in fin. C de omni*
205 *agro deſerto. lib 11.* Atque † ideò Baldus *in l ſi pater. C. de collat.* dicit, cautelam eſſe pro fideiuſſore, quando ante tempus non poteſt petere, ſe eximi ab obligatione, vt curet ſibi dari pignora. Sequitur Bertachin. *in repertorio verb. Fideiuſſor agit. mihi pag.408. & tetigi infra c.25.* & vide Hor. Carpanum *ad ſtatut. Mediol. par.1. c.413. n.36.37.38.*

Cæterum elegantiſſimè hic in dubium vocatur, numigitur inter debitorem, & fideiuſſorem pactum
206 legis commiſſoriæ quoque locum habet? Eſt † autem lex commiſſoria ſiue fiducia (vt vocat Iſiodor. *lib.5. Etymol. c. de reb. Cuiac. ad Paul. lib.2. ſent. tit.13.* licet contradicat quidam Iuriſconſul. *in tit. de feud. dato in vicem l. commiſſor.*) pactum, quo conuenit, vt pecuniæ debitæ quantitate ad diem conuentum non reddita, creditor pignus in ſolutum ſibi habeat, & pro re debita iure domini retineat. vt ait Ioach. à Beuſt. *in l.1. nu. 234. D. de iureiur.*

270 Et quidem iſta pactio † inter creditorem, & debitorem in pignoribus nominatim rejicitur, primo ob id, ne priuatorum pactionibus permiſſum videatur, quod principis auctoritate fieri debet *l.1. & paſſim. C. de iure domin. impet.* Deinde propter captionem fragilis debitoris, & aſperitatem auarorum creditorum, qui aliorum momentarias neceſſitates reuera captare, *argumento l.2. Cod ſine cenſu vel reliquis fund. comp. non poſſe.* & ſeueriores creditores. *L. vlt. in princip. C. de auct. iud poſſ.* & acerbi dici poſſunt. *Nouell.4. c. vlt.* Et hoc probatur *in l. vlt. C. de pact. pig. c. ſignificante. §. cum igitur. extr. de pignor.* latiſſimè à Wurmſero *in pract. obſer. lib.2. tit.26. obſer.15.* Pet. Nico. Mozzio *de contract. tit. de pignor. §. Accidentalia, n.2. cum ſeqq.* Fran. à Caldas *in repet. l. ſi curatorem verb. ſua facilitate. num.*

abſentem ſcire, aut teſtatum illi eſſe volebant tum ea
imprimis quæ fieri mandabant, & præcipiebant quæ-
que ſe facturus recipiebant, ac veluti ſcripto ſuo ca-
uebant, vt erudite oſtendit Ioan. Robert. *lib. 4. ſen-
tent. cap. 20. in princip.* Franciſcus Duarenus *lib. 1.
diſputat. cap. 45.* Neque id ſanè mirum, cum Labeo
33 in genere dixerit: Conuenire † poſſe vel re, vel per
epiſtolam, vel per nuntium, inter abſentes quo-
34 que, *l. 2. D. de pactis.* Hac † cauſa inuenta eſt epiſto-
la, ſicut ait Cicer. *lib. 2. ad Curionem.* vt certiores fa-
ceremus abſentes, ſi quid eſſet, quod eos ſcire, aut
noſtra aut ipſorum intereſſet. Vnde etiam Iſidor. *lib.
7. Etymolog.* ſcriptum reliquit, quod ante chartæ, &
membranarum vſum in dualis ex ligno codicillis
epiſtolarum colloquia ſcribebantur. Et pulchrè Iu-
ſtus Lipſius *in inſtitut. epiſtol. cap. capite ſecundo.* defi-
35 uit † Epiſtolam: Scriptum animi nuntium ad abſen-
tes aut quaſi abſentes. Imo ille ipſe auctor *cap. 5.* pro-
nuntiat, epiſtolæ materiam & cauſam non minus late
patere, quam hanc vitam. Quid enim eſt rei diuinæ
aut humanæ, quod non ſermone communicamus?
Ergo, & literis, quæ alter ſermo. Hoc enim bonum
36 ſcribendi † etiam manus nobis communicant, præter
multa alia, quæ membri huius adiumento addiſcimus,
& exercemus, vt eleganter deducit Cælius Rhodig.
lect. antiq. lib. 2 cap. 35. in princ. Vt non præter rationem
ſcripſerit Ioan. Lud. Viues, eſſe per quam admirabile,
tantam varietatem humanarum vocum paucis literis
comprehendi, deinde amicos abſentes inter ſe benefi-
cio literarum colloqui poſſe. Imo nihil viſum mirabi-
lius apud incolas Inſularum noui orbis, vnde aurum
adfertur, quam poſſe inter ſe homines aperire, quæ
ſentiant, tanto interuallo regionum miſſa chartula
aliqua maculis nigris diſtincta, adeo, vt rogarent Hi-
ſpanos, an papyrus ſciret loqui, putarentque epiſtolas,
quas mutuo ad ſe mitterent, animatas eſſe. Cuius rei
lepidam hiſtoriam ex Hieronymo Benyone *lib 2. c. 17.*
& Lerio *nauigat. Braſilienſ. c. 16.* & Gamara, refert Ioa.
Thom. Freigius: Mittebat Hiſpanus quidam ad ami-
cum duodecim cuniculos aſſos, ne æſtu corrumperen-
tur Indum, qui deferebat, cum vel obdormiſſet feſſus
de via vel interquieſſet, diutius morantem in itinere,
fames corripit, tres cuniculos abſumit. Reuertitur li-
teras ab amico illo ad herum referens, quib ille de no-
uem cuniculis ad ſe miſſis gratias amico agebat. Hi-
ſpanus perlectis literis iraſcitur ſeruo, ille duodecim
reddidiſſe ſe affirmat. Sed cum epiſtolæ indicio pro-
deretur, rubore perfuſus, verum aperit & ſuos ea de
re populares commonefacit, vt ſibi à foliis, & char-
tis eiuſcemodi loquacibus cauerent. Potuiſſet aptiſſi-
me de illo dici, illud, quod eſt apud Plautum *in Bac-
chidibus.*

Tace nullus homo dicit, hæ tabellæ te arguunt,
Quas tu attuliſti, hæ te vinciri iubent,
Aha, Bellerophontem iam tuus me fecit filius,
Egomet tabellas detuli, vt vincirer.

37 Nec arbitror, hoc † caſu abſentiam quidquam ob-
eſſe, quominus alter alterius voluntatem, & mentem
ex emiſſa epiſtola ſatis ſuperque colligere, & percipe-
re poſſit, modo is qui ſcribit, non in modum gallina-
rum ſcarificet, h. e. ſcribat (qua in re multi valde ſunt
inepti, qui eo ſe habitum iri doctiores ſperant, quo
imperitius pingant literas, aut ſi aliorum manus ἐν τῆς
κακοζηλίας imitentur) vel Epheſiis, vt eſt in pro-
uerbio, vtatur literis, quas præter Sybillam legat
nemo, alter vero literas pingere, & legere nouerit,
aut interprete vtatur. Nam vt de Epiſtola teſtatur
Turpilius apud Hieronym. *Epiſtola 46. ea.*

Sola res eſt homines abſentes, quos preſentes facit. Et
Ambroſius *ad Sabinum*: *Epiſtolarum vſus eſt* (inquit)
vt disiuncti locorum interuallo affectu adhæreamus. Au-
guſtin. quoque *de ordine, lib. 2. c. 12.* *Sed audire,* inquit,
*abſentium verba non poterant, ergo illa ratio peperit li-
teras, notatis omnibus oris ac linguæ ſonis atque diſcre-
tis.* Hinc etiam ex noſtris tradidit Bart *in l. nuda col. 2.*
38 *ff. de dona.* Epiſtolam eſſe † abſentibus id, quod eſt
ſermo præſentibus, imò eum, qui mittit alteri literas,
intelligi præſentem præſenti loqui, ſequitur Alex. *conſ.
181. vol. 7.* Paſius *conſ. 9. num 27. lib. 1.* Alberic. Gentil.
de nuptiis. lib. 2. cap 14. Neoizanus *conſ. 46 n. 35.* Matt.
Cuno *lib. 1. de pact. c. 14. num 8.* Et confirmat illud
ipſum Æmil Ferretus *in reſponſo 16. n. 18* inquiens:
39 Quod Epiſtola † præſentiæ ſit organum. Quod pro-
40 culdubio † etiam in mentem venit Galatis, ſiquidem
moris illorum fuit, vt defuncti familiares, & affines
inſcriptas epiſtolas ad rogum conjicerent, velut apud
inferos mortui illas mox lecturi forent, vt ita abſen-
tiam hoc præſentiæ organo ſupplerent, & memo-
riam defuncti adhuc apud ſe ſupereſſe oſtenderent,
prout traditum eſt per Alexand ab Alex. *lib. 3. genial.
dierum. c. 7. mihi pag. 126.* Quid? quod etiam ex fur-
tiuis, & occultis ſine abſconſis (vt vocat Iulius Firmi-
cus) literis, quæ ſcilicet artificio quodam fiunt, ne le-
gi poſſint ab alio, quam ab eo, ad quem ſcribuntur,
quibus vſus legitur Iulius Cæſar, teſte Suetonio, &
Bernat. VValinero, *lib. 2. Miſcell. cap. 12.* nihilomi-
nus alter alterius mentem, & voluntatem commode
percipere poteſt, prout ſcriptum reliquerunt Dio. *lib.
40. & 51.* Iſiodorus *liq. 1. c. 24.* Agellius *lib. 17. Noct. atti.
c. 9.* Polydor. Virgil. *lib. de inuent. rer. c 8.* Ioan. à VVo-
vver *tract. de Polymathia. c. 6. mihi pag. 42 & 43.* ne de
Abbatis Sphanheimenſis occultis, clandeſtinis, & ig-
norabilibus (vt appellat Apuleius) literis quidquam
dicam. Horum etiam meminit Cicero *ad Atticum*:
*Quæ ad te de legatis ſcripſi, parum intellexiſti credo,
quia διὰ ᾽αινιγμῶν ſcripſeram.*
41 Tertio † huic ſententiæ non parum adminiculatur,
42 quod verba conſueta ſtipulationum (de quibus † ac-
curatè ſcribit Anton. Pichard. Vinnela *ad tit Inſtit de
verbor. obligat. in princ. tit. num. 9 & 10.*) hodie planè ab
43 aula, vt dici ſolet, receſſerunt, ita vt inter † ſtipulatio-
nem, & quamlibet aliam promiſſionem, vel etiam pa-
ctum, vix diſtinguas, de quo vel quotidianus fori uſus
ſufficientem fidem cuiliber facere poteſt, monente il-
lud ipſum etiam præceptore VVeſenbecio, *in §. item
inutilis. Inſtit. de inutil ſtipul.* Et ſanè ſi quiſquam tex-
tum *in l. antiqua in prin C. ad Velleian. & l. ſi fideiuſſor.
27 C. de fideiuſſoribus.* accuratius inſpexerit induxerit-
que, is animaduertet iam tum Iuſtiniani Imperatoris
tempore, neminem, intercedere vel fideiubere volen-
tem, opus habuiſſe, vt ſolennibus verbis ſe obligaret,
ſed ſuffeciſſe, ſi confectus fuiſſet, aut ſcriptum eſſet,
eum hunc vel illum in ſua fide ſuſcepiſſe. Quippe, &
44 Leoniana † conſtitutio iam ante introducta fuerat, quæ
ſolennitate verborum ſublata, ſenſum, & conſonan-
tem intellectum ab vtraque parte ſolum deſiderabat,
quibuſcunque tandem verbis, aptis tamen, & ſignifi-
cantibus, expreſſum, *l. omnes. C. de contrah. ſtipul. §. in
45 hac re olim Inſtit. de verb. oblig.* Quin autem † tam ſcri-
pto ſiue calamo exaratis, quam prolocutis verbis ali-
quis ſenſum, & conſonantem intellectum exprimere
queat, non niſi apud eos, qui veteribus gloſſis ſunt
ἀγράμματοι, ſiue ἀναλφάβητοι, & literarum planè ru-
des, *iuxta l. 3. ff. de accuſat. l. 10. & l. penult ff. qui te-
ſtam. fac. poſſ. §. ſimiliter. Inſtit. de excuſat. tutor. Dua-
ren. lib. 1. diſputat. c. 3. Ioan. à VVouver. in tractatione
de Po-*

Google

de Polymathia. cap.4. mihi pag.29. dobitationis aleam
ſubire poteſt, vt conſtat ex illis, quæ in primo, & ſe-
cundo argumento in medium ſunt producta. Quod
ſi igitur Titius Mæuium pro fideiuſſore offerat,& Ca-
ius hunc Mæuium per Epiſtolam propria manu exa-
ratam, aut ſubſcriptam interroget, an Titium, vel
ſummam creditam, aut credendam, ſua fide ſuſci-
pere aut eſſe velit, Mæuiuſque per Epiſtolam ſiue
αὐτόγραφον ſuum reſpondeat, ſua fide eſſe ſe iubere, &
velle, quid, quæſo, in rei veritate hic intererit inter
ſtipulationem verbis elocutis ſiue pronunciatis, &
ſtipulationem verbis ſcriptis factam? Tralatitium ſi-
46 quidem eſt, cum† finis, & effectus intentionem ſuam
habent, quod modi qualitas non attendatur, *l.3.C.de
inſtit.& ſubſtit.* Ioan. Cephal. *conſ.35.num 45.lib.1.* E-
berhard *in Topicis.loco.ab æquipollentibus.num.8.in fin.*
Decius *conſil.*499. Vantius *in tract. de nullit.proceſſ.tit.
quib.mod. null. ſanari poſſit n.*316. Barnabas Cornaz-
zanus *dec. Lucenſi* 54. *nu.* 43. Martin. Monterus *dec.
Aragon.*12. *nu.*4. Et ob id etiam non aduerſari vide-
tur quoddam interpretum noſtrorum axioma, ea
47 † quæ effectu & re ipſa diſcrepant, non eſſe imperite
confundenda, iuxta Cynum *in l.1.num.2.& in l.3.C.de
acquir.poſſ.* Viglium *in §. nihil autem. num.4.Inſtit.de
teſtam ordinand.* Cuiac. *in c.6. extra de donat. inter*
48 *vir. & vxo..* Loqui † enim, & ſcribere formaliter
quidem differunt, cum in illo interueniat articulatus
ſonus in canna pulmonis natus, in hoc non Cœlius
Rhudigin. *lection antiq. lib.16.cap.14.mihi pag.*816. *in
fin.* ſed effectu, & reipſa non differunt, imò non plus
eſt diſcriminis, quam ſi dextra, vel ſiniſtra alicui pe-
cuniam adnumeres, vtrobique enim numerata erit.
49 Vt proinde quoque † epiſtolam vicarium os, & ſub-
ſidiariam linguam non inconuenienter dicere liceat,
50 non aliter, ac legem † dicimus mutum magiſtra-
tum, & magiſtratum legem loquentem, Ioan. God-
dæus *de contrah ſtipulat.c.7.conclu.*16.*num.*149. Item,
51 poeſim † picturam loquentem, & picturam mutam
poeſim.
52 Nec moueor, quod † viua vox ea demum eſt, quæ
non eſt ſcripta, ſed ab ipſo pronunciationis ore perce-
pta: Scriptura autem vox quæpiam eſt, ſed tamen
quaſi factitia, veræque vocis vtcunque imitatrix, ſi-
quidem in ea deeſt actus, motuſque, hoc eſt, vita, vt
pulcherrimè demonſtrat Adagium *Chiliad.* 1. *centur.*
2. *adagia* 17. & 18. Non enim defendendum ſuſcepi
loqui, & ſcribere citra vllam diſcrepantiam, & pro-
priiſſimè eſſe eadem, ſed æquipollentia, & αὐτόγρα-
53 φον ſaltem eſſe dixi, nec immerito. Sicut † enim mu-
ti non voce, ſed nutibus ſigniſque loquuntur: Ita
& libri, ac epiſtolæ notulis quibuſdam, & ſignifican-
tibus figuris nobiſcum fabulantur. Et quemadmo-
dum voces ſenſorum animi velut εἴδωλα quædam
ſunt, auctore Stagyrite: Sic, & literarum figuræ
vocum ſimulachra quædam rectè dicuntur. Interim
tamen hoc manet, quod ſicut voluntatem, & ſenſa
animi mecum loquentis auribus percipere: Ita quo-
que non minus voluntatem, & ſenſa animi ad me
ſcribentis oculis legere, & percipere poſſim. Vt non
citra rationem dixerit Cicero ad Atticum, *libro ſecun-
do. Vbi ſunt nunc, qui aiunt ζώσης φωνῆς? Quanto magis
vidi ex tuis literis, quam ex illius ſermone, quod agere-
tur.*
54 Hinc etiam eſt, quod dicimus, Facta loqui, & fa-
cto ipſa quem loqui intelligi, ac nihil intereſſe, facto
an verbis quis quid confiteatur: Crauetta *reſponſo.*1.
55 *pro gener. num.*176. Imò † plus eſſe ipſo facto, quam
verbis aliquid fateri. Zaſius *conſ.*14. *numer.*78.*libr.*1.
Barnab. Cornazzanus *deciſ. Rota Lucenſ.* 160. *num.* 6.

56 Et denique † nihil intereſſe, quid ex æquipollentibus
fiat, *l.final § final.verb tueri.ff mandati* Andr. Gail. *lib.
1.obſeruat.2.num.2.& 3.* Eberhard. *d.loco. ab æquipollen-
tibus.* Tiber. Decian *reſponſo* 48.*num.*13. *volum..* Quod
ſi etiam non exigua eſt dexteritas in manuum motu
ad exprimendam animi ſententiam; adeo vt Quin-
tilianus *libro vndecimo. capite ſecundo. mihi pag.*545.
ſcribere non vereatur, manuum motum communem
quendam hominum ſermonem videri, cui adſtipula-
tur Ouidius, *ſcribens:*

—— Digitis, per quos arcana loquaris.

Quis vnquam mirabitur, eandem efficaciam quo-
que ſcriptioni attribui?
Non absterret me quoque vulgatum illud, quod
57 † non debeamus vti argumentis, & rationibus ad
correctionem eius, quod nominatim deciſum eſt, *gloſ.
in c.1. de feudi cognit. l proſpexit. ff qui & à quibus ma-
num* Tiraq. *de iure primog quæſt.*8,.*num.*15. Fortunius
Garcias *de vltimo fine iuris. num.*395. (cui germanum
58 eſt, quod † lex non admittat diſputationem, quando
iam eſt lata, *c.erit. autem lex. diſtinct.*4. Ferdin. Vaſq. *de
ſucceſſ.progreſſ lib.1.§.1.num* 66. VVeſenb. *in paratit. D.*
59 *de inſtit. & iure. num.4 in fin.* Et enim † argumentis il-
lud demum cognoſcimus, de quo alias certo conſta-
re non poteſt, *l. non omnes. §. à barbaris ff. de re milit.*
Plinius. *lib.2. natur hiſtor. cap.*66. conſtitutiones autem
legum per ſe ipſas certas iam nunc, & definitas eſſe
60 conſtat, vſque eo, vt † in caſu per legem ſemel deciſo.
nihil amplius dubitationibus relinquatur, *l. ancilæ.*12.
61 *C. de furtis.* Accedit, quod † argumenta nihil aliud ſunt
quam taciti, & ſubauditi legum intellectus, *gloſſ. in l.*
62 *apud antiquos. verb. coniecturam. C. de furt.* per † quod
expreſſam legum diſpoſitionem tolli, vel antiquari
non poſſe, nemo eſt qui ambigat, *glo. c. cupientes* 16. *§.
quod ſi per viginti. verb petere. de elect. li.*6. Iac. Tomin.
*deciſ. Lipſe ſi.*39 *num.*8. Vnde dicendum videbatur per
ratiocinationis quoque non eſſe tentandum, quod fi-
deiuſſio aliter, quam per ſtipulationem ſolennem in-
ter præſentes fieri poſſit.
Nam vt paucis huic incommodo occurram, lar-
gior haud inuitus ex ſupra *num.*1. & 2. citatis textib.
apparere quidem, olim iure Romano non niſi verbis
contractum fuiſſe obligationem fideiuſſoriam, & ſic
præciſe ſtipulationem interueniſſe, quo reſpectu quo-
que ſupra *c.*5 *nu.* 9. ſtipulationem genus fideiuſſionis
conſtitui: Sed tamen inde modum infallibiliter ſequi-
tur, illud etiam adhuc noſtro æuo ſolummodo verbis
ore tenus prolatis fieri poſſe, aut præciſe fieri debere;
verba autem abſentium in ſcriptis, & per epiſtolam
prolata omnino, & prorſus excludi. Hoc enim nullibi
expreſſum extat, & proinde ſatis temerarium eſſet aſ-
63 ſerere, non ſolum quin lex † non debet trahi ad aliud,
quam de quo in ea principaliter agitur & quæritur.
Molinæus *in extricat. Labyrinthi. de eo quod intereſt.n.*
64 185 Cacheran. *dec.*16.*num.*9. Verum etiam, quia † ar-
gumentum ſumitur ab eo quod olim fuit in vſu, quod
nihil aliud eſt, quam laterem lauare. Alexan. Raudnſ.
65 *in tract. de Analogis. cap.*38 *n.*32. cum † multum inter-
ſit inter illud, quod fuit, & quod nunc eſt, *l. qui res. §.
aream. ff. de ſolution.* Hieron. de Laurent. *deciſ. Auenion.*
145. *num.*16. *ad fin.* Andr. Knichen. *in ſublimi. & regio
territory iure pag.*7. Quin potius ad manum ſunt tex-
tus iuris ex quibus non abſurde tentari poſſet, non mi-
nus inter abſentes per epiſtolam, quam inter præſen-
tes per ſolennia ſtipulationum verba fideiuſſoriam
obligationem, vt & ſtipulationem, olim quoque con-
tractam fuiſſe.

69 Et quidem primo occurrit textus *in l. Lucius Titius. 24.ff.de fideiuſ.* Hic enim haud obſcure innuit, Lucium Titium, cum pro Seio fratre ſuo apud Septicium interuenire vellet, epiſtolam ita emiſiſſe: *ſi petierit à te frater meus, peto, des ei nummos fide, & periculo meo*, ac poſt hanc quidem epiſtolam Seium fratrem pecuniam petiiſſe, eandemque à Septicio ipſi numeratam, atque ita contractum mutui celebratum, hoc amplius pro ſecuritate nummorum iſtorum Lucium Titium, per epiſtolam ſaltem ſuam, non accedente vlla præterea ſtipulatione interueniſſe ſiue fideiuſſorem factum eſſe. Nec iuraret, ſi quis ex illis verbis: Cum interuenire vellet, argumentari forſan conaretur, epiſtolam illam emiſſam ſaltem præparatorium aliquod, & quaſi *προϊδρομον* fuiſſe, interuentionem autem ſiue fideiuſſionem nihilominus ſolennibus ſtipulationum verbis poſtea ſubſecutam fuiſſe, *argum. l.vlt. in pr. in verbis neque ſtipulatio literas ſecuta eſt, à contrario ſenſu ff. mandati:* Quandoquidem Marcellus apertiſſime aſtruit, Septicium ſtatim poſt epiſtolam Seio pecuniam numeraſſe, nec expectaſſe vllam aliam ſolennem ſtipulationem, ſiue fideiuſſionem ore tenus interpoſitam. Multo minus admitterem, ſi quis objiceret, *in d. l. Lucius Titius.* non propriè fideiuſſionis, ſed mandati contractum initium eſſe propterea quod Iuriſc. vti-
67 tur † verbo, Interuenire, quod diuerſum quid eſt à verbo fideiubere, *l.6. §. ſi paſſus ff. mandati.* Nam ſi *in l. blanditus. C. de fideiuſſorib.* (quam omnes paſſim in argumentum allegant, quod fideiuſſio non niſi verbis conceptis fieri poſſit) verbum, Interuenire, nihil aliud eſt, quam fideiubere, quid in hoc loco etiam eandem ſignificationem obtinebit? Plus viget, quod Marcellus in fine iſtius reſponſi ſubjicit: Septicium creditorem cum hæredibus Lucii Titii mandati agere poſſe. Ex eo enim, & quia in titulo illo, ſub quo *d. l. Lucius Titius 24.* ſituata eſt non ſolum de fideiuſſoribus, verum etiam de mandatoribus agitur, fit conſequens Lucium Titium, cui ſucceſſum eſt, ibi non fideiuſſorem, ſed mandatorem extitiſſe, alioquin creditori Septicio aduerſus eum, eiuſque hæredes non actio mandati, ſed vel certi condictio, vel actio ex ſtipulatu competiiſſet, vt oſtendi infra c.21. *in pr.* Non igitur (vt verum fatear) ex hoc Marcelli reſponſo inferre conceditur, fideiuſſionem, vel ſtipulationem olim per epiſtolam factam eſſe, vt tamen primo intuitu facile quis arbitrari poſſet.

68 Sed ſuccedit † alius & quidem aliquando durior nodus, *in l. ea quæ 57 ff. de donat. inter vir. & vxor.* cui equidem diuerſi ab interpretibus noſtri quæſiti ſunt cunei, ſed certe retuſiores plerique, quam vt diffinderent Textus n. iſtius reſponſi euidentius, quam vt negari poſſit, euincit, ibi ſtipulationem aliquam beneficio emiſſarum literarum inter abſentem maritum, &
66 vxorem interueniſſe. Nec moror † explicationem illam quam præteritis Accurſii, Bart. Alberic. Socin. Galtaulæ Molin Duare. & Charondæ interpretationib. nouiter attulit ſubtilis Hiſpanus Ant. Pichar. Vinuerſa *ad tit. Inſt. de ver. obl. in pr. tit. n.34.* & quam *in § item verborum n.4. inſt. eo. tit.* repetiit, dicens, *in d. l. ea quæ* ſtipulationem inter abſentes contractam non fuiſſe, ſed quam præſentes fecerant, poſtea iiſdem abſentib. probatam, quod equidem non obſcure quoque admittit Ioa. God. *de contrah. ſtipul c.3. concl.13. n.194.* Verba o. Iuriſc. Pauli apertiſſime demonſtrant, numerationem pecuniæ eiuſque donationem inter præſentes anteceſſiſſe & demum eadem die, (ex interuallo tamen) miſſionem literarum, inque illis ſponſionem inter abſentes ſubſecutam eſſe, notando verba illa præteriti temporis: *Acceperat.* Et *Ad eum miſit.* Petitam igitur, imo & ex cauſa donationis ſibi indultam acceptamq; pecuniam mulier abſens, miſſis literis, in ſponſionem ſiue ſtipulationem deduxit, ſiue vt clarius dicam, non contractam aliquam inter præſentes ſtipulationem, ſed præcedentem, & contractam, vt ita loquar, donationem abſens emiſſis literis, inſerta ſponſione ſiue
70 ſtipulatione probauit. Præſens † namque ad præſentem, & cominus conſtitutum literas mittere dici propriè non poteſt, vt idem Pichardo *in § ſi ſcriptum. 17. n. 7. Inſt. de inuti. ſtipul.* fateatur, *& eſt textus in l. conſenſu. § penul. ff. de lega. 2. l. ſi epiſtola ff. de acquir. rer. domin. l. qui abſenti. ff. de acquir. poſ. gl. in l. 1. C. de contrah ſtipul. & § tutor. verb. Epiſtola. Inſt. de aucto. & tutor. Duaren. lib. 1. diſp. c.45.* Rectè autem addidi, non propriè dici
71 præſentem præſenti literas mittere. Nam † ſi ad quaſi abſentem ſermo dirigatur, nihilominus epiſtola idium rectè vocabitur. Ioan. Robert. *lib.4 ſent. c.20. in fin.* Et
72 † extant exempla, quod epiſtola interdum vſurpata fuerit ad præſentes. Ita Auguſtus ſermones grauiores cum ſingulis, atque etiam cum Liuia ſua, non niſi in ſcriptis & è libello habebat, ne plus, minuſve loqueretur ex tempore, *Suetonio in Auguſto, c.84.* Et idem Iuliam ſuam in Amphitheatro admonuit ſcripto, *Macrob. lib.2. Saturnal.* Quin mos ille ſub Tiberio Principe, etiam præſentem ſcripto adire, teſte Cornelio Tacito *lib.4. Annalium.* Quem originem ſumpſiſſe à Iulio Cæſare ex Plutarcho in ipſius vita *mihi fol.314. lit. A.* colligitur. *Qui primus*, inquit, *rationem reperi per literas conueniendi, cum coram agendi, nec occupationes, nec magnitudo vrbis ſemper occaſionem daret.* Atque id genus propriè codicillos appellabant. Seneca *ad Lucilium epiſt.56.*

73 Vt igitur † contrarietas legum euitetur, *iuxta l. 2. §. contrarium. C. de veteri iure enucl.* ſimpliciter ſtatuendum cenſeo, in caſu *d. l. ea quæ. ff. de donat. inter vir. & vxo.* etiam talem quaſi abſentiam mariti, & vxoris in eadem vrbe conſtitutorum fuiſſe; & propterea vel
74 hanc † quaſi abſentiam pro præſentia haberi, *iuxta l. collegarum. 173. § 1. l. abſentem 199. verſi. cæterum. ff. de verbor. ſigniſ. l. præſens, cum l. ſeq. ff. de procurat.* vel quia ſcriptum reperitur, vxorem literis ſuis cauiſſe, ſe præſtaturam pecuniam credendum eſſe, etiam à parte mariti præceſſiſſe verba ſtipulationis, vt ita Iuriſconſultus Paulus ſeipſum explicet, & interpretetur, ſecundum diſpoſitionem *l. Titia, 134. § 2. ff. de verbor. oblig. l. 1. C. de contrah ſtipul.* quam ſententiam etiam tacitè amplecti video. Treutlerum *in ſelect. diſp. volum. 2. diſp. 27. theſ. 1. lit. E.*

75 Verum † enimuerò adhuc vnum præſto eſt contrarium, *in l. cum oſtendimus. § vlt. D. de fideiuſſ. tutor.* Ibi enim fidejuſſores à tutoribus nominati, ſi præſentes fuerunt, & non contradixerunt, & nomina ſua in acta publica referri paſſi ſunt, perinde tenentur, ac ſi iure legitimo ſtipulatio interpoſita fuiſſet. Liquet ergo non tam præcisè loquelam in ſtipulatione requiri, ſed etiam æquipollens eiuſdem aliquando ſufficere. Sed breuiter tenendum eſt, iſto caſu ſtipulationem interueniſſe fingi, quæ tamen reuera non interuenit, ob taciturnitatem nimirum fideiuſſoris nominati, qui cum facilè contradicere potuiſſet, tamen ſiluit, & nomen ſuum in acta referri paſſus eſt, vt docui ſupra *cap.7. num.51. & ſeqq.* Et ſic exceptio ſaltem eſt ad vulgatam Iuriſconſultorum regulam, quod nimirum ſtipulatio non niſi conceptis verbis olim fieri potuerit, & debuerit.

76 Conſtat † igitur ex prædictis, iure quidem ſtricto ſtipulationem, & præſentiam vtriuſque contrahentis in fideiuſſionibus deſiderari, ſed de æquitatem tamen, & reſpectu commerciorum, ac communis vtilitatis, præſer-

præſertim hodiernis temporibus, metiro aliud ſtatui,
77 & admitti debere. Et ſanè † cum mulis alia, & qui-
dem in primis ardua negotia inter abſentes per epi-
ſtolam ſiue nuntium rectiſſimè expediantur, quid,
quæſo, erit cauſæ, cur non etiam in fideiuſſionibus
78 hoc admittamus? Sic enim † ceſſio bonorum poteſt
fieri, etiam in abſentis creditoris, per nuntium, vel
per epiſtolam, quia, poſtquam nuntius hoc retulit ad
creditorem, vel epiſtula eſt ei præſentata, tunc fin-
guntur omnia coram fieri, & in præſentia, Angel. de
Clauaſio *in ſumma ſua verb. Solutio. §.23. Zaſius in l bo-
nis vltim. verſic. Ex hoc conſequenter ff. de ceſſion. bonor.*
Horat. Carpan. *ad Statut. Medíolan. part.1. cap.408.n.*
79 174. Sic † & ſponſalia contrahi poſſunt inter abſen-
tes per literas, aut per nuntium. *l. vlt. ff. de ſponſal.* Za-
ſius *conſil 3. num.5. & 6. & conſil.4. num.1. lib.2.* Albe-
80 ric. Gentilis *de nuptiis lib.2. cap.2. & cap.14.* Sic † etiam
donatio abſenti per epiſtolam, vel inter nuntium, vel
aliam perſonam ad hoc deſtinatam facta, valida eſt,
& ſubſiſtit, *l. abſenti, ff de donat. l. nec ambigi. C. eod.* Ceph.
conſ.33. lib.1. Ioan Baptiſta Plotus *de in lite iure iurando.*
§.1. num.6. Guid. Pap *quæſt.222.* Petrus Rebuffus *in l.
ſubſignatum. §. atteſtari. ff. de verbo. ſignific.* Hartm. Piſto-
ris *part.1. quæſt.13.* Octau. Cacheran. *dec.33.* & nouiſſi-
mè Anton. Theſſau. *in dec. Pedemon. dec.70. per tot.* Sic
recuſati hæreditas poteſt, non tantum verbis, ſed etiam
alio quouis indicio voluntatis, imo, & abſente & re-
cuſante per nudam eius epiſtolam, *l. recuſari. D. de ac-
quir. hared. l. recuſare 6. D. ad Senatuſc. Trebellia.* Sic de-
81 nique & emptio, & venditio, mandatum, conſtitutum,
ſocietas, & pleraque alia rectiſſimè per nuntium vel
epiſtolam fiunt ac expediuntur. *l. 1. D. de contrahen.
empt. l.1. § 1. & 2. D. mandati, l. qui autem. §. ult in. cum l.
ſeq. D. de conſtit. pecu. l 4. D. pro ſocio. Ludouic. Roma. conſ.*
291. quæ certè ſæpenumero maioris ſunt momenti,
quam ſimplex aliqua fideiuſſio, ſummam aliquot au-
reorum vix excedens.

82 De quo † quidem in foro noſtro non amplius eſt
dubitandum, ſiquidem communi quaſi Germaniæ pra-
ctica, & ſtylo receptum eſt, vt non minus valeant fi-
deiuſſiones per epiſtolam contractæ, quam ſi legiti-
mo iure, h.e. præcedente interrogatione, & ſubſequen-
te reſponſione inter præſentes celebratæ eſſent, ſtipu-
lationis ſolennitatibus vſu quaſi deſuetis, vt ait Hieron.
Treutl. *in 2. volu ſelect. diſp. diſput. 28. theſi 4. lit. A.* Et ſa-
nè, ſi ridiculum fuerit, malle ſermonem, quo olim lo-
cuti ſint homines, quam quo loquantur, vt alibi dixit
Fabius Quintil. quidni etiam ridiculum ſit, de antiquo
ſtipulationum iure multum eſſe ſollicitum, cum eius
in foro noſtro exiguus amplius ſit vſus? Sic & hodie
83 † iure Regio Hiſpano etiam inter abſentes promiſſio-
nem valere, poſt Gregor. Lopez. Ioa. Matienzo, & Al-
fonſum de Azeuedo probat Anto. Pichardo, *in §. item
verborum. n.5. Inſtit. de inutilib. ſtipul.* Et ſcribit idem
auctor *in §. vltim. Inſtit. de fideiuſſ.* Licet fideiuſſio iure
ciuili non niſi ſtipulatione interponebatur; quod ta-
men hodie iure Regio Hiſpano fideiuſſor etiam citra
ſtipulationem quibuſcunque etiam nudis verbis obli-
getur. Licet nonnihil repugnare videatur Io. Goddæ.
84 *de contrah. ſtipul. c.2. n.43. & 44.* Idque in mercatori-
bus, vtpotè inter quos apices iuris non inſpiciuntur,
vt probabo infra c.27. par.1. Imo inter quos etiam ſtipu-
latio non eſt neceſſaria, vt firmat Decius *conſ.107. n.1.*
Barnabas Corna. *dec. Rota Lucenſis 93. n.5.* multo ma-
gis procedere arbitror cum D. Ruland, (hanc ipſam
diſputationem apud Heluetios aliquando experto) *in
tracta. de commiſſ. lib.6. cap.4. de fideiuſſorib. in prin. par.4.*
85 Quod ſi † epiſtolæ vel obligationi fideiuſſoriæ ſcriptæ
ad creditorem tranſmiſſæ, & ab eodem acceptæ (quo
caſu demum verè inducta eſt inter eos obligatio, Ti-
raquel *de retract. §.1 gloſſ.7. num.47. verſic. fateor.* Rota
Genuenſis. *deciſ.80. num.1. & 2.* Cornaz. *deciſ. Lucenſ.
94. num. 12.*) etiam iuramentum promiſſorium fortè
inſeratur, certè promiſſio illa per abſentem abſenti
86 facta magis conualidabitur, cum † iuramentum ſup-
pleat præſentiam, vt per Alex. Iaſon. & alios, *in l. ſtipu-
latio iſta §. alteri. D de verb. oblig.* Alex. *conſil.31. col. pe-
nul. lib 6.* Anton. Teſſaur. *deciſ.70. num.8. verſic. prætereà
vrget regula* Eberhar. *in Topic. loco, à vi iuramenti num.
10 verſic. ex quo etiam* Matth. Cunonem *lib.1. de pactis.
c.14. n. 20. & 21.*

Nec obſterrere hic quenquam debet, quod ſupra
aliquoties dictum, ſtipulationem in fideiuſſione adeo
pro forma requiri, vt ſine ea prorſus non valeat. Illud
enim iure ſtricto Romano verum quidem eſt, ſed de
conſuetudine notoriis, vt proximè innui, aliam iam
formam induit, cuius ſcientiæ etiam eſt Dionyſius
Gotbofred *in l. ſi vltra. in gloſſ. K. C. de fideiuſſorib.* aſſe-
rens: Epiſtola fideiuſſorem conſtitui poſſe. Præterea,
87 quod pro † forma requiritur, non poſſit fieri per æqui-
pollens, aut ſimile, *l. ſingulos. & ibi Aretin. col.2. verſic.
ſecundo nota D de teſtam.* Bal. Imo Angel. Alex. & Iaſ. *ad*
88 *l.2. D. de lib. & poſth.* ſingulariter † tamen illud ipſum
fallit in caſu neceſſitatis, tunc. n. forma requiſita per
æquipollens adimpletur, text. eſt in *c.1. 93. diſtin.* quem
poſt Bald & Roman, allegat, & ſequitur Petrus Pe-
ckius *in tract. de teſtamen. coniug. lib.3. cap. 5. numer. 4.
verſic. quamuis enim.* Franciſc. Viuio, Surdo, & Rau-
denſi, prout illos nouiter adduxit Bernard. Greuæus
Germanus, *in pract. concluſ. ad Gail. lib.1. concl.2. conſide-
rat.1. num.3.* Quod ſi igitur negotium aliquod gera-
tur inter Titium in Hiſpaniis, & Mæuium in Italia,
vel Germania domicilium ſuum habentes, ac Titius
Mæuio non aliter pecuniam per factorem ſuum forte
numerare, aut merces, fide ad tempus habita de pre-
cio, credere velit, quam ſi Mæuius Septicium, Bono-
niæ, aut Argentorati habitantem, ſibi fideiuſſorem
det, & exhibeat, neceſſitatis ſanè caſus admittit, vt
Septicius abſenti etiam Titio, mediante epiſtola obli-
gatoria, fideiubere queat, cum eam ob cauſam in Hiſ-
panias ire admodum graue ipſi futurum foret. Quip-
89 pè † & tum per æquipollens forma adimpleri poteſt,
cum forma ad certum aliquem finem conſtituta eſt,
dummodo ille finis ſubſequatur. Bart. & DD. *in l. Gal-
lus. 29. §. & quid ſi tantum. D. de lib. & poſthum. Bald. in l.
ſi duo patroni. § ſi quis iurauerit. colum. 2. D. de iureiur.*
Ludolph. Schrader *de feud. part.10. ſect.20. numer.339.*
Finis autem fideiuſſionis, vt ſcilicet creditori credi-
tum ſuum ſit in tuto, æquè, ſi non melius, & fortius,
per ſcripturam neceſſariis clauſulis renunciationi-
buſque corroboratam, ac per nuda illa, & concepta
verba, Spondes? Spondeo. Fideiubes? Fideiubeo.
Fidei tuæ erit? Fidei meæ erit (vt eſt apud Paul. *lib.
5. ſentent. tit.7.*) expediri, & ſubſequi poteſt. Sed tem-
pus eſt, vt hæc miſſa faciamus, & ad alia progredia-
mur.

90 Subjicio igitur, & per † procuratorem ſpecialiter
conſtitutum, aut Notarium ad id requiſitum, vel &
Syndicum alicuius communitatis, pro alio fidem in-
terponi, & accipi poſſe, id quod etiam ſatis innuit
Vincent. Caroc. *de excuſ. bon. part.2. quæſt.17. n.37.* vbi
Bartolum, Baldum, & Imolam pro illa ſententia ci-
tat, & faciunt tradita per Tiraq. *de iure conſtit. poſſeſſ.
par.3. limitat. 30. num.23.* vbi crebriorem opinionem
91 eſſe dicit, quod † Notarius per ſtipulationem alteri
acquirere valeat, quod etiam nouiſſimè comproba-
uit Antinon. Theſ. *deciſ.70. num.2.* dicens, hanc opi-
nionem eſſe communiſſimam, & canonizatam. Nec

92 obſtat, † actum illum ad cuius ſolennitatem perſo-
nalis præſentia alicuius requiritur, & ita quidem, vt
& audiri, & videri poſſit, ſi cut fieri debet in ſtipula-
tione, *l.1. in prin. ff. de verbor oblig § item verborum I. ſt. de inutil. ſtipul. l.3. C. eod. tit.*) per procuratorem, aut
alium eius nomine, habito ſpeciali mandato, expe-
diri non poſſe, *l.2. C. de his qui ven. ætatis impet.* Angel.
in l.3. ff. rem rat. hab. l.1. §. ne autem. Cod. de caduc. tollen.
Innocen. Hoſtienſ. Ioann. Andr. & Anto. de Butrio. *in cap. cum deſideres per illum text. extra de ſenten. excommunic.* Decius *in cap. cum parati nu 4. extr. de appellatio.*
Socin. Senior *conſ.48. in præſenti conſultatione. numer. 9. volum.1.* Non enim ſequitur, ſtipulans, & promiſſor
præſentes eſſe, & ſe inuicem exaudire debent, ergo
promiſſor non poteſt per procuratorem promittere;
93 Poſtremum † enim eſt falſum. *cap. qui per alium. de reg. iur. in 6. l.3. § fin ff. de donat int vir. & uxor l. certè § 1 D. de precario. l.1. §. fin. D. de procur. l. ſi procuratori. 79. ff. de verb. oblig.* Petr. Peckius *de teſtam. coniug. lib.3. capit 5. num.3. verſ. contrarium ſorte.* Et præterea ſupradicta
94 † Theorica non aliter procedit, quam ſi induſtria per-
ſonæ, vel eius corporalis præſentia in indiuiduo, præ-
ciſè, ad ſolennitatem actus, requiritur, iuxta tradita
per Felin. *in cap fi. num.2. extr. de officio delegati.* Cache.
deciſ. Pedemon.113. num.3. & 4. Barnab. Cornaz. *deciſ. 73. num.22.* Ludolph Schrader. *de feudis. part.10 ſect. 20. num 183. in fin & num.184.* Alias, ſicut dicimus,
95 quod † factum mandatarii ſit verè, & propriè factum
mandatis, vt poſt Baldum, & Decium tradit Rota
Geneuenſis *deciſ.67. num.2.* Fabius de Anna *conſil. 82. num.21.* Ita quoque dicere poſſumus, quod factum
96 † procuratoris ſtipulantis ſit verè factum ipſius prin-
cipalis ſtipulantis. *Ludolph. Schrader d. par.10. ſectio 9. num. 119.*

Non aduerſatur ſimiliter, quod ſupra *cap.7.* defen-
di. Procuratorem ipſummet non eſſe per ſe idoneum
fideiuſſorem, vnde fortaſſis colligi poſſet, illum, nec
alterius nomine fideiuſſionis actum expedire poſſe,
97 ſiquidem † inhabilis ſuo nomine, raro habilis eſſe ſo-
let alterius nomine, ac vice, & quidem in vno, & eo-
dem negotio: Nominatim enim de procuratoribus ri-
xoſis & infimæ fæcis, ranas loquacitate, & coaxatione
ſuperantibus, non de probis, & egregiis viris, qui in
curiis Imperatorum, Regum, Principum, & aliarum
Illuſtrium perſonarum, ac vrbium dicaſteriis procu-
ratoris officio funguntur, locutus ſum, iuxta tradita
per Borgni. Caualcan. *deciſ.41. num 26.30. & 38. par.1.*
Ioannem Vincentium Hondedæum *dec. conſu. 181. n.57.*
98 *vol.1.* Præterea, quod contrahendi † prohibitio locum
habere poſſit, vbi quis ſuo proprio nomine contra-
hit, quæ non habet locum vbi contrahit, quis nomi-
ne alieno, Philipp. Corn. *in conſi. decimo ſexto col.2. volum.2. Iaſon in l. more, colum. penult. D. de acquir. hæred.*
Ioan. Baptiſta Aſinius *de executionib. in prolegomen. cap.*
99 *1. n.4.* Poteſt ſiquidem † de iuris rigore quis aliquid
tanquam alius, quod tanquam ipſe alias non poſſet,
vt ex Socino, Bellono, Simoncello, Stracha, & Lam-
bertengo, refert Martin. Monter. *in deciſ. regn. Arragon. deciſ.2. num.44.* cui adde Euerhard. *in Topicis. loco à tanquam. ſeu reſpectiuus, num.28. & num.34.* Et hanc mo-
do relatam ſententiam apertè quoque comprobat
100 † decretum Cameræ Imperialis relatum à Seilero *in ſelect. Cam. ſentent.* 30. Ianuarii, Anno 1542. in verbis:
Quia dictæ ambæ partes concordes remanſerunt lata
fuit ſententia.

101 Eodem modo † & per ſubſcriptionem, quæ ani-
mo fideiuſſorio fit, fideiuſſionem contrahi poſſe, non
obſcurè probat, *l. ſi non ſubſcripſiſti.15. C. de admin. tut. l. ſi pater tuus. C. de fideiuſſor.* Zaſius *ad l. ſi ita. §. Chryſogonus. num 3. ff. de verbor. oblig.* Peckius *de iure ſiſtendi. cap.4. num.9. in fin.* Anton. de Gamma *deciſ.61. in fin.*
vbi air: Quod ſubſcribens videatur virtualiter ſcri-
102 bere omnia, quorum habuit notitia. Omnis † enim
approbatio habet vim confeſſionis. Auguſti. Bero.
conſ.32. n.4. lib.3. Cornazz. *dec. Lucen.51. num 5* Quod
etiam confirmari poteſt ex iis, quæ alii de effectu ſub-
ſcriptionis cumularunt, quæ tædioſè hic congerere
103 non eſt operæ pretium. Meminerit † tamen iudex, ſi
controuerſia de tali ſubſcriptione, aut ſigillatione
forte oritur, vt ſubſcribentem, & ſigillantem ad re-
cognitionem citet, nam exempla quædam obuia ſunt,
quod nonnulli aliorum manus fuerint imitati, ſigil-
laque illorum interceperint, & ſic fraudem commi-
ſerint, illud exigentes, quod nunquam crediderant.
Qui volet, legat de eo Cuſpinianum in vita Aureliani
vbi de ipſius Notario ſiue ſcriba Mneſtheo loquitur
nec non Stumphium *lib.7. hiſtor Heluetica.* ibidem de
Hulderico VVagnero, & Ægidio ciue Bernenſi me-
morabilem hiſtoriam narrantem, Cuiatium quoque
adeat *in tract. de præſcrip. cap.31.* & Pretium Gilkenium
de præſcript. par.1. c.1. n.56. Item Pezelium *in 3. par. poſtill. Melanth. pag.205.*

104 Sic ſi fideiuſſor † negotii, quod geritur, gnarus
dextramque ſimul cedens, verbis non ſolum obliga-
tiuis, ſed etiam executiuis (quod in his terris dicunt)
latinè, aut etiam græcè, dicat vel ſcribat, Fideiubeo,
Spondeo, Volo, Cupio, Affirmo, Dico,
κελεύω, λέγω, θέλω, βούλομαι, φημὶ, ἐπιτιμῶμαι, ἐγγυῶμαι,
γλίχομαι, Periculo meo crede, Bene credis Pericu-
lo meo habebis fidem, Facio te ſecurum pro tali, ſi
ille non ſoluerit, ego ſoluam, Ego dabo, & ſi quæ
ſunt ſimilia, omnino tenetur, vt oſtendit Bartho!.
Bertanolius *in tract. clauſ. inſtrum. clauſ. trigeſimanona. gloſſ. prima. numero decimoquarto, & 15.* & ſior text.
in l. grace. 8. in prin. & ibi Gothofred. *ff. de de fideiuſſ l. blanditus. C. eod. §. grate. Inſtit. eod. tit.* Et quamuis
105 † Thobias Nonius *in conſil.108. incip. Viſo inſtrumento pacis. n 22.* & Anton. Piaggius *in tract. de tutore, q. ueſt. 5. num 96.* velint, etiamſi tutor actum comprobet, per
hæc verba Prædictis ſum contentus, quod tamen non-
dum auctoritatem valide præſtitiſſe dicatur, ſed ne-
ceſſe ſit, vt dicat, hæc aut his æquipollentia verba:
Approbo, Confirmo, Auctoritatem præſto, ad pupilli
vel minoris mei vtilitatem: Ego tamen in illa ſum
106 opinione, ſi Titius audiat † ſe nominari, & ſcribi fide-
iuſſorem alicuius negotii, & poſtmodum dicat: Præ-
dictis ſum contentus, quod perinde ſit, & quidem ſe-
cundum notorium fori noſtri vſum, ac ſi expreſſis ver-
bis dixiſſet, Fideiubeo, vel ſpondeo.

Quid autem dicemus de pacto nudo, de nudo con-
ſenſu ſiue de pollicitatione, poteritne per hæc duo fi-
deiuſſio recte contrahi? Hunc articulum examinant.
Hippo. *in Rubr. de fideiuſſorib. num.35.* Duennas *in reg. 324* & Ioan. de Arnono *dialog.76.* poſt quos breuiter
107 dicendum videtur, iure ſtricto, nec † pacto nudo,
nec pollicitatione fideiuſſionem contrahi, nec fide-
iuſſorem vllo modo teneri, cum nulla orta ſit actio,
l. ſi tibi. C. de locato. Bald. *in § cu lum. pen. extra de pactis, & in l.3. Cod. de rer. permutat.* cuius dictum, tanquam
bene notandum, ſequuntur Vaſquius *libro 1. controuerſ. illud. capit.23. num.2.* Magoncius *deciſ Florent.57. numero 67.* Caſtal. *in l.7. in prin. mihi pag.96. ff. de pactis.* Hieron. Treutler. *ſelect. diſputat. vol 2. diſputat.28. theſ.1 lit. B* Camillus Borellus *controuerſ.47. numer.10.*
Hieron Gratus *reſponſo 53. num.15. lib. 1.* qui nomina-
tim de pollicitatione loquitur. Excipitur ſaltem ca-
108 ſus, ſi fideiuſſor pro † pia cauſa fidem ſuam inter-
ponat tunc enim, quidquid pollicitus eſt, præſtare
neceſ-

...ceſſum habet. Bald. *in l. vlt. C. ad SC. Vell.* Roman. *in Auth. ſimiliter col. 6. verſic. quartum. C. ad l. Falcid. in cap. 1. de pactis.* Franciſ. Iametius *in comment. ad tit. ff. de fideiuſ. in princ. mihi fol. 2. in edit. Pariſienſi, de Anno 15-50* Oldendorp. *in lib. de iure ſingular. cap. de priuil. piar. cauſ. num. 3.* Corraſ. *lib. 1. Miſcel. c. vlt. num. 4.* Tiraquel. *de priuil. piæ cauſæ priuil. 100.*

209 Olim porrò † omnis fideiuſſio palam fiebat, vt teſtatur ille philoſophorum ſublimis apex, & columen Plato *lib. 12. mihi pag. 901.* his verbis *Fideiuſſor quilibet palam fideiubeat totumque negotium conſcriptum coram tribus, nec paucioribus teſtibus fateatur, ſi citra mille drachmas fideiuſſio fiat. Sin vltra mille, quin-*
210 *que ad minus teſtes adhibeantur.* Verū † hodie eam palam fieri non eſt neceſſe modo ſaltem debito, modo in loco honeſto (fortaſſis etiam cum aliquali ſaltem cauſæ cognitione, vt oſtendi ſupra *capit. 7. numero. 207. & ſequentibus.*) fiat, de quo aliquid ſum dicturus. Quis verò apud antiquos ſatiſdationum modum fuerit, vide apud Ioan. Roſinum *lib. 9. antiq. Roman. cap. 15.*

Etſi autem præcipua fideiuſſionia forma in ſtipula-
111 tione conſiſtit, illa ipſa † tamen ſtipulatio interueniſſe cenſetur, ſi ſcriptum ſit in inſtrumento fideiuſſionis, fideiuſſum eſſe, *l. ſciendum. 30. ff. de verborum obligat l. penult. C. de fideiuſſor. §. fin. inſtit. eodem. tit.* non
112 aliter ac † in manumiſſionibus nonnunquam verba ſolennia, licet non dicantur, vt dicta accipiuntur, *l. ma-*
113 *numiſſio ff. de manu. vindict.* Cuius ratio eſt, quod † ſolemnitas intrinſeca ſemper præſumitur, qualis eſt ſtipulatio in fideiuſſione, Bart. Angel. & Dd. *in d. l. ſciendum. ff. de verb. oblig.* Menoch. *de præſumpt libro. 3 præſumpt. 132. num. 4 & facit l. Titia. 134. §. vlt. ff. de verb. obligat. l. 1. C. de vſuris. l. 1. C. de contrah ſtipul.* Siquidem ſumitur ex ipſa natura actus Menoch, *de præſumpt. lib. 2. quæſt. 18. num. 9. & lib. 2. præſumpt. 23. num. 3. & lib. 6. præſumpt. 4. num. 12.*

114 Idem † planè obtinere, ſi in inſtrumento fideiuſſionis contineatur verbum, Promitto, vult Claud. Cantiuncula *conſil. 1. num. 118.* Maſcard. *de probat. concluſ. 781. & concluſ. 1135. & concluſ. 1136. per l. 1. C. de contrah ſtipul.* Quod tamē melius probat *l. 7. §. quod fere ff. de pact. §. 1.* in verbis promittis? promitto *Inſtit. de verb. obl §. ſi ſcriptum. 17. Inſtit. de inutil. ſtipulat.* Paulus *lib. 5. ſenten. tit. 7.* Num, vt inquit Alex. *in dict. l. ſciendam. num. 2.* & poſt eum Menoch. *de præſumpt. lib. 1. q. 43. num. 8.* verbum, Promitto, ſui natura ſtipulationem importat, probat idem Menoch. *lib. 3. præſum. 41. num. 5.* nec non Alciat. *in Rubr. ſiue cap. placuit. nu. 75. de præſcript.* Decius & Cagnol. *in l. lecta ff. ſi cert. petatur.* Barnab. Cornazzan. *deciſ. Rotæ Lucenſ. 214. nu. 10.* in quam ſententiam etiam concurrunt Pancirolus, *in conſil. 106. num. 13.* Ioſeph. Gonzalez. *var. quæſt. cap. 34. per tot.* (vbi dicit hanc opinionem eſſe receptiſſimam, & communem) Anton. Pichard. *in d. §. ſi ſcriptum. num. 1. Inſtit. de inutil ſtipul.* vbi plures alios citat, & aliquot obiectionibus eleganter occurrit. Ioann. Goddæus *de contrah. ſtipulat. cap. 1. num. 68.* Et dicit Bald. *Nouel. de dote part. 6 priuil. 1. num. 4* quod ſicut
115 † verbum, Promiſit, in inſtrumento præſumitur cum
116 ſtipulatione: ita † verbum, Pollicitus, in inſtrumento præſumitur per viam pacti, de quo plura videat Lector apud Marcell. Berincut. *in Rubric. ff. ſi cert. pet.* Eman Soarez *in com opini. lit. P. num. 342.* Ioan. Goddæum *de contrah. ſtipul. c. 1. num. 71.* Matth. Cunon. *libr. 1. de pact. c. 2. num. 15. & aliquod ſeqq.*

117 Formularum † porrò ſtipulandi ac fideiubendi, quæ olim vſitatæ, imo (vt Cicero *in Topicis. & ibid. Boetius in commen. lib. 4. mihi pag. 807.* teſtantur) infini-
Antonius Heringius.

tæ pene erant, nonnullas adfert. Pard. Prateus *in lexico. verb. fideiuſſor. & in reliquijs veterum formularum mihi pag. 653.* Vide Præterea Barnab. Briſſon. *lib. 6. de*
118 *formulis. pag. 626. cum ſeqq.* In legibus † quidem noſtris varie has obligationes acceſſoriæ concipi, paſſim ſit obuium, veluti; *Si petieris à te frater meus, peto, des ei nummos fide, & periculo meo. l. Lucius. 24. ff. de fideiuſſ.* Item: *Quod ego decem credidi, de ea pecunia mille modio tritici fide ſua eſſe iubes? l. ſi ita 92. ff. de fideiuſſoribus.* Item: *Quantam pecuniam credidero, fide tua eſſe iubes? l. ſi debitori. 47. l. ſi ita. 66. ff. de fideiuſſoribus.* Item: *Solidum, & partes viriles, vel, ſolidam aut partem virilem fide tua eſſe iubes? l. inter eos. 51. ff. fideiuſſoribus* Item. *Quanto minus ex pretio pigneris diſtracti ſeruari potuerit, Quanto minus ab eo conſequi poterat, fide tua eſſe iubes? l. ſi fideiuſſores 41. l. amiſſi 52. in princip. ff. de fideiuſſorib. l. decem ff. de verb. oblig l. vlt. ff. ſi cert. petat.* Item: *Si reus quadraginta qua ei credidi, non ſoluerit, fide tua eſſe iubes? l. fideiuſſor. 16. § vlt. ff. de fideiuſſorib.* Item: *In quantum illum condemnari ex bona fide oportebit tantum fide tua eſſe iubes?* Vel ita: *Indemnem me præſtabis? l. quaro 54. in fin. prin. ff. locati.* Item τῇ ἐμῇ πίστει κελεύω ἐγώ *hoc eſt, mea fide iubeo ego §. Græc. Inſtit. de fideiuſſ. l. Græc. in principio. ff. eodem tit.* Item: *Stichum aut hominem, vtrum tu voles fide tua eſſe iubes? dicta l. Græc. §. contra ff. fideiuſſoribus,* Item: *Si ille ſoluendo non fuerit, tu fide tua eſſe iubes* qua cōceptione plerumq; noſtri vtuntur. Reliquas formulas diligens Lector ipſemet obſeruet.

Eſt tamen hic aduertendum, ſubeſſe quandam
119 † ſubtilem differentiam inter has formulas ſiue conceptiones fideiuſſionum: Si ille non ſoluerit fide tua eſſe iubes? Et ſi ille ſoluere non potuerit, vel ſoluēdo non fuerit, fide iubes eſſe tua? Nam in prima formula habetur ſaltē reſpectus ad factū, eiuſq; intermiſſionem: in altera vero ad inopiā vel realitatē impotētiæ. *Bal. in l. ſi pluris. col. 4 verſ. dubitatū hic. C de cōdi. inſert. Dd. in l. decē. & l. huiuſmodi ſtipulationes ff. de verb. obl.* Ideoq; ſecundū Baldū d. loco. in hac formula mortuo debitore, non ſtatim conueniri poterit fideiuſſor, ſed hæres priùs eſt excutiendus, In illa verò, interpellato principali, ſine illa excuſſione hæredis, poterit ſtatim conueniri fideiuſſor, vt retulit Æmylius Ferrettus *in reſp. 4. n. 1. verſ. magnam. tamen* Ego vero exiſtimo, clarius dici poſſe, in hac formula fideiuſſorem ſtatim conueniri poſſe; ſi modo notorie conſtet, debitorem non poſſe ſoluere, vel non eſſe ſoluendo, ſiue beneficio excuſſionis renunciatum ſit, ſiuè non, per ea quæ habentur infra *cap. 27. par. 1.* in alla verò non aliter, quam ſi beneficio excuſſionis conſtanter fuerit renunciatum, fideiuſſorem conuenire licere, ceſſatio enim in ſoluendo à notorietate aliquem minus idoneum eſſe ſoluendo, ſiue in totum, ſine in partem, omnino eſt diſtinguenda, *auth præſente. C. de fideiuſſ.* Quippè, qui hodie ceſſat, forſan cras vel perendie adhuc ſoluere poterit, cuius diei exiſtentiam merito præſtolari, aut remedio excuſſionis, ſi ſolutio protrahatur, vti oportet, iuxta ea, quæ tradidi infra *capit. 20 §. 15.*

120 Hodie † tamen exiguæ, & breuiſſimæ illæ obligationes fideiuſſoriæ, de quibus dixi, ceſſant, & aliæ longiſſimæ ſucceſſerunt, quæ & ipſæ, quantumuis ad mēbranam totius cutis bouinæ extendantur, & ſubſignētur, tamen fideiuſſorea, & debitoria principales, vtpote homines *ἄσπονδοι*, & promiſſionum neſcioa, vt vocat Diuus Paulus 2. *Timoth. cap. 3. verſicul 1.* in fide continent, ideò, vt quia non immerito cum Sene-
121 ca *lib. 3. de beneficiis. ca. 15.* dicere poſſit. *Vtinam † nulla ſtipulatio emptorem venditori obligaret nec pacta con-*

Digitized by Google

uentaque impreſſis ſignis cuſtodirentur, fides potius illa ſeruaret, & veritas. Adhibentur ab vtraque parte teſtes Ille per tabulas plurium nomina interpoſitis pararijs facit, ANNVLIS NOSTRIS PLVS, QVAM ANIMIS CREDITVR. Et cum Codro Vrceo apud Plautum in Aulularia:

Heus tu, noſtra ætas non multum fidei gerit,
Tabulæ notantur, adſunt teſtes duodecim.
Tempus locumque ſcribit actuarius.
Tamen inuenitur Rhetor qui factum neget.

122 Audiamus, & Polybij, hominis Græci, † de Romana probitate, & fide teſtimonium. Deus bone, quam ille dilaudat, & nos Chriſtianos eo ipſo ad ferulam quaſi vocat. Apud nos, inquit, ſi cui talentum concreditum ſit, & extent decem ſyngraphæ, decem ſigna, bis totidem teſtes; tamen fidem vix eſt ſeruare: Apud Romanos autem, cum in imperijs, aut legationibus plurimum pecuniæ in manibus habeant, & diſpenſent, tamen officium. & fides conſtant, ſola iuriſiurandi religione inductis, refert Iuſtus Lipſius *de magnitud. Romana. lib. 4. cap. 5. mihi pagina 217.* meminit eius etiam Ioannes Bodinus *de Republica. libro 5. capite vltimo. mihi pagina 977. alias pag. 638.* Petrus Heigius *part. 2. quaſtion. –. num. 26.*

123 Qui vero de † prædictis formulis adhuc plura videre cupit, is conſulat Speculatorem *in titul. de fideiuſſoribus.* nec non Myſingerum *in reſponſo 71. numer. 21.* Colerum *de proceſſibus execut. part. 1. cap. 10.* & præcipuè Ioannem Bernardinum Muſcatellum *in ſua practica fideiuſſoria.* vbi viginti formas ſiue modos in cauſis ciuilibus, & criminalibus fideiubendi, & reos præſentandi, & in contrauentionum caſibus contra principales, & fideiuſſores procedendi, doctiſſimè explicat, ex quibus huc tranſcribere non libet, maximè
124 quia † penes Notarios hodie plerunque eſt, & vis, & norma ſcribendi huiuſmodi contractus, quorum offi-
125 cio me non ingero. Ne tamen omnino ſtudioſi † Lectoris expectationi defuiſſe viderer, ad calcem huius operis vnam atque alteram ſaltem formulam obligationum fideiuſſoriarum magis frequentem ſubijcere libuit, quæ mea vt fert opinio, omnium ſunt perfectiſſimæ.

Sed interim tamen pro Notarijs vtilem hanc ad-
129 monitionem ſubijcio, quia † contractus fideiuſſionis eſt de illis, qui debent in ſcriptis celebrari, cum eum inter illos contractus enumeret, *gloſſ. in cap. 1. §. poſtquam. in verbo, In ſcriptis. verſic. decimuſnonus. de cenſibus. in 6.* quam ſequitur Nicolaus de Leſcut. *in tract. de teſt. examin. cap. 26. n. 5.* (licet eum reprobet Rutg. Rulandus *ibidem in additionib. lit. E.*) meminit etiam eius Anton. Pichard. Viuueſa. *in titul. Inſtitut. de empt. vendit. ad princip. titul. nu. 31.* vt in præſentia partium omnia ſcribendo abſoluant, & expediant, non reſeruantes ſibi extenſionem per dictionem. Et cætera, ſicut pigri quidam ſocij facere conſueuerunt, Ratio
127 eſt, quod † quando contractus, & actus de neceſſitate debet fieri in ſcriptis iure de communi, tunc dictio, Et cætera, extendi non poteſt, etiam per Notarium, qui inſtrumentum ſcripſit, quia nihil addi poteſt, cum prius debeat extendi, & ſcribi, *iuxta l. contractus. C. de fide inſtrumen.* declarat Bartolus *in l. Gallus. §. idem credendum numer. 4 ff de liberis. & poſthumis.* vbi Baldus *in repetit.* hoc tenet, & Alexander *columna 1.* quod Doctores hoc communiter teneant, licet Angelus contrarium tenuerit, & per Iaſonem *ibidem numero 13. & 14.* vbi dicit, opinionem Bartoli eſſe communem, quam etiam tenent Scribentes *in c. cum P. T. bellio.* maximè Felin. *nu. 6. de fide inſtrum.* Felix Phœbeus *inter conſilia criminalia Ziletti. conſ. 118. nu. 25. 26 vol. 2.*

128 Oportet † tamen & huius meminiſſe, ſi Notarius incipiat ſcribere inſtrumentum fideiuſſionis in vna charta, eaque fortaſſis non ſufficiat, ideoque incipiat rurſus in alia, & has chartas poſteà per transfixum vinculum compingat, ſiue combinet, quod nihilominus inſtrumentum validum ſit, & ſubſiſtat, *l. locum. §. 1. ff. de tabul. exhiben. Bartholom. de Capua in ſingular, 67.*

129 Sed hoc non incommodè † quæritur, quæ debeat eſſe forma promiſſionis fideiuſſoriæ in cauſa criminali? Quidam dicunt ſufficere, quod promittat ſimpliciter, conſignare reum ad omnem requiſitionem ipſius iudicis. Alij verò aſtruunt quod non ſufficiat illa ſimplex promiſſio, ſed quod debeat promittere, de eum conſignando ſub certa, & determinata pœna, *gloſſ. l. ſed et ſi, §. finali. verb. poſtquam. ff. ſi. quis caut.* Et ita communiter ſeruatur, vt cum Alberico, & Carauita aſſerit Iulius Clarus *libro 5 ſentent. § finali. queſtione 46. num. 27.* Cum quo planè concordat, quod ſcribit Romanus *in ſingulari 141. incipiente, Vnus vult fideiubere.* dicens, illum fideiuſſorem non aliter audiri, quam ſi ſoluat, aut præſtet cautionem de ſoluendo, nec ſatis eſſe, ſi promittat de iudicio ſiſti, vel de defendendo, allegat Odofred. item Bartol. *in l. neque impuberes. §. 1. ff. de in ius vocat.* tu vide etiam Petrum Peckium *de iure ſiſt. cap. 45.*

130 Vtcunque † autem apud Carthaginenſes vetus conſtitutum fuit, ne quis Græcas literas, aut idioma addiſceret, ceu auctor eſt Alexand. ab Alexand. *lib. 2. genial. dier. cap. 30* & vice verſa, teſte Iuſtino *lib. 1.* tan-
131 ta animi contentione Romani † linguam ſuam promouerunt, vt Carthaginenſibus deuictis (nam Romanos victis gentibus, vt linguam, & mores: ita & vitia intuliſſe, teſtis eſt Iuſtus Lipſius *in l. bello de amphitheatris, quæ iuxta Romam, in principio.*) interdixerint, ne aut loqui cum hoſte, ſicut dicebant, aut ſcribere ſine interprete poſſent, ſuoſque inſuper proconſules, præſides, iuridicos, latine ius reddere, omneſque iuris formulas hoc idiomate comprehendi. imò & per interpretem non ſolum in vrbe, ſed & Græcia ac Aſia latine loqui voluerint, ac coegerint, de quo etiam præter textum *in l. decreta ff. de re iudic.* quædam alia apud Valerium Maximum *lib. 2. cap. 2.* Alciat, *in l. 1. § fin.* & ibid. Carol. Molinæum *num. 21. ff de verbor. oblig.* Ioan. Baptiſt. Plotum *de in lit. iur. §. 51. numer. 4. & 5.* Bernard. Walter *lib. 1. miſcellan. cap. 18.* Iacob. Ræuard. *lib. 4. variorum. cap. 2.* Anton. Pichardo Vinueſam. *in §. in hac re. num 11. Inſtitut. de verbor. obligat.* Io. à VVovver. *in tractat. de polymathia. capit. 30. mihi pag. 277.* & Hermann. Kirchnerum *in tractat. de legato. libro ſecundo. capite 7.* reperire licet. Vnde etiam illud eſt, quod Liuius *decad. 4. lib. 10, mihi pag. 205 alias lib 40.* retulit,
132 anno ab vrbe condita 574. Cumanus † petentibus permiſſum, vt publicè latine loquerentur, & præconibus latine vendendi ius eſſet, quod retulit Franciſ. Floridus Sabinus *lectionum. ſubciſiuarum l. b. 2. cap. 1. mihi pag. 193.*

133 Quid; quod & Imperator Tiberius † ad oſtendendam Imperij maieſtatem, Græco ſermone ſollicitè abſtinuit, vt prodidit Sueton. *in eius vita. c. 71. mihi pag. 186.* Cui concordat, quod ſcribit Iuſtus Lipſius *de recta pronun. linguæ Latinæ. c. 3* Romanos in communicanda ſua lingua primitus parcos, ac tardos fuiſſe.

Fortaſſis imitati fuerunt illud ipſum Imperator Rudolphus, & Ludou. XII. Rex Galliarum, dum hic ſpe-
134 ciali ſanctione † prohibuit, ne Senatuſconſulta deinceps Latinis verbis conciperentur. Franciſcus Va-
135 yerius *de legat. c. 10. pag 96.* Ille † verò Anno 1273.

lege

lege publica ſanciuit, vt deinceps omnia mandata,
edicta, priuilegia, inſtrumenta,& documenta,non la-
tiua,ſed Germanica lingua conſcriberentur, Cyriac.
Spangenb. *in Chronico Saxonico cap.* 264. Petrus Hei-
gius *q.7. num.* 63. *&* 64. Herman. Hirchnerus *de lega-
to lib* 2.*c.*7.*num.*52.*&* 53.

Quia tamen,teſte Quinto Curtio *lib.*6.*mihi pagina*
136 176. patrius † ſermo commercio aliarum gentium
paſſim exoleſcit,& tam victoribus,quam victis pere-
grina lingua diſcenda eſt, Idcirco etiam Romani, re-
rum populorumque domini facti, propter negotia,
137 & commercia, non tantum † latino ſermone(qui
138 tamen veterum † Romanorum tempore doctis pa-
riter indoctis que fuit promiſcuus, vt rectè contra Leo-
nardum Aretinum, & Poggium Florentinum, cum
Blondo,& Philelpho aſtruxit Franciſcus Floridus Sa-
binus *lection.ſubciſiuar.lib.*2.*cap.*1. Et etiam nunc qua-
139 ſi commune † vinculum eſt, quod Europam inter ſe
commercijs literarum, & ſermonis iungit, teſte Li-
pſio) ſed & Hebræa, Chaldæa, Indica, Arabica, Græ-
ca,Punica,Aſſyriaca,Germanica, Dalmatica,vel qua-
cunque alia lingua, vtrique tamen contrahenti, vel
per ſe,vel per interpretem intelligibili, vti pederen-
tim permiſerunt *d.l.*1.*§.fin ff. de verbor.oblig.* Et quod
140 † quidem linguam Græcam & latinam attinet, Ro-
141 mani veteres(Græcis literis † erudiri cœpti poſt
Romam conditam annis ferè 410. Liuio, & Ennio
Magiſtris) loquebantur Græce magis,item & ſcribe-
bant. Dionyſ. Halicarnaſſ. *lib.* 1. Alberic. Gentilis *de
nuptijs lib.* 2. *c.* 2.*in fin. princip.* Ioann. Goddæus *in com-
ment. de contrah. ſtipulat.c.*2. *concluſ.* 1. *nu.*30. Et vix le-
142 gas, Romanos † illos proceres alias linguas calluiſ-
ſe a Latina, & Græca ſufficiebantque illæ ipſæ, quia
ſparſæ,& communes ferè per totum terrarum orbem.
De cæteris non mirum quoque, cum, vt idem Curtius
lib. 8. *mihi pagina* 246.ait, In multis gentibus eſſe vi-
deamus quæ non erubeſcimus imitari,nec aliter ma-
gnum imperium aptè regi poſſit,quam vt quædam, &
143 tradamus illis, & ab ijſdem diſcamus. Et † potuit
equidem teſte Eraſmo Roterodamo *in præfatione ante
paraphraſin in Euangel. Matthæi*, paucis annis Roma-
norum Principum induſtria tantum, vt Galli, Germa-
ni,Hiſpani,Afri,Ægyptij, Aſiani, Cilicea, Palæſtini,
loquerentur latine græceque, etiam vulgo, ob id, vt
commercio linguarum commodius propagaretur im-
perium.

144 Hinc eſt,quod fideiuſſor † non tantum latine, ſed
& græce, h. e. ſtipulatione græco ſermone concepta
accipitur, *l. græce. ff. de fideiuſſ. l. blanditus. C. eod § græce.
Inſt. A. tit. Cuiac. lib.* 14. *obſer. c. vlt. Ioan. Goddæus de con-
trah ſtipul. c.* 4 *nu.* 26.

145 Quod etiam † acceptilatio rectè fit græcis verbis,
*l.*8.*§.*4.*ff.de accept.*

146 Quod † fideicommiſſa relinqui poſſunt non ſolum
Latina,verum etiam Græca lingua, *l. fideicommiſſa.*11.
*in principio. ff de legatis.*3. *Ioannes Goddæus de contrah.
ſtipul. c.* 2. *concluſ.* 1. *nu.* 13.

147 Quod tutores † etiam Græcis verbis dari poſſunt
l.vlt. C.de teſtament.tut.

148 Quod teſtamenta † Græco quoque idiomate re-
ctè conſcribuntur, *l. hac conſultiſſima. §.vlt. Cod de te-
ſtament.*

149 Quod † iudices tam Latina, quam Græca lingua
ſententias proferre poſſunt, *l.iudices. C. de ſentent. &
interloc. Anton. Pichard. in d §.in hac re. nu.* 12. *Inſtit. de
verb oblig.*

150 Quod † non tantum Hebraica, ſed & Græca, La-
tina,Italica, vel alia lingua ſacræ ſcripturæ legi poſ-
ſunt. *Nouell.*146. *& ibi Cuiacius.*

Antonius Heringius.

151 Quod † denique inſtrumenta tam Græca, quam La-
tina a Tabellionibus conſcribi poſſunt. *Nouell.*47.

Et quamuis Cicero *lib.*5. *Tuſcul. quæſtio. mihi pagina*
152 250. dicat,nos † omnes in illis linguis, quas non in-
telligimus,quæ ſunt innumerabiles, ſurdos eſſe, hodie
153 † tamen pleraſque, & per interpretem *ἀγγελον*
audire ac intelligere, & iiſdem per eundem reſponde-
re,per conſequens etiam fideiuſſionem perficere poſ-
ſumus, iuxta ea, quæ tradit Myſing. *cent.* 5. *obſ.* 43 *& n.
reſponſo.*88. Item amicus noſter Rutger. Ruland. *in tra-
ctat. de commiſſ. lib.*4. *c.*18. *num.*1. Hieron. Treutler. *ſe-
lect. diſputat. volum.*2. *diſput.* 28. *theſi* 4. *in gloſſa A.* Ioan.
Goddæus *de contrah. ſtipul. c.* 3. *concl.* 10. *num.* 184. 185.
186. *&* 187.

154 Sed ponamus fideiuſſionem quoad formam inuti-
liter contrahi, valebitne hæc fideiuſſio tanquam iuſ-
ſio,cum non poſſit valere vt vera fideiuſſio; Puta. ſi in
ipſa forma ſtipulationis peccetur,quæ ob id etiam in-
utilis,hoc eſt,ineſſicax, & nullius momenti dicitur,
§. item inutilis. Inſtit. de inutil. ſtipul & alibi ſæpè. Idem
155 † plane quæri quoque ſolet de acceptilatione, an ni-
mirum hæc,ſi inutilis ſit,valeat vt pactum? *l. an inutilis.
ff. de acceptilat. Ioannes Borcholt. in tractat. de pactis. c.* 1.
in 1. *pact. diuiſ. n.*27. *Ioannes Goddæus de contrah. ſtipul.*
156 *cap.* 3. *num.* 101. De ſtipulatione † inutili, an valeat
vt vtile pactum? vel an vim vtilis pacti habeat? Quod
per l 1. *§ cum ff. de conſtit peeu.* & alias rationes negant
Gabriel Mudæus *in l. ſocietat. § donationis num.*3.*ff. pro
ſocio.* Ioannes Goddæus *de contrahend ſtipulation. dict.
cap.* 3. *num.* 197. *& ſequentibus.* Sed videndus tamen
Stephan. Forcatul. *in Necyomant. dialogo* 5. De teſta-
157 mento † inutili an valeat, vt codicillus? De nuptijs
158 † inutilibus, an vim habeant ſponſaliorum? Quod
attingit Iacob. Cuiac. *lib.*11. *obſer. cap.*15.

159 Et quod † ad fideiuſſionem inutilem attinet, di-
cendum videtur, hanc valere tanquam iuſſionem, &
ſic quaſi fideiuſſionem appellari poſſe cum Iuriſcon-
ſulto *in l. vlt ff quod cum eo* vbi textus non obſcurè id
160 prodit. Nam † & alias multa poſſunt rectè fieri, licet
rite non fiant. Sic miles iure ſuo rectè teſtatur, rite
non teſtatur. Sic condemnatus dicitur, qui rite con-
161 demnatus eſt, etiamſi non rectè. Per articulum † enim,
Rite, ſignificatur ſolennitas & ordo iuris ciuilis, per
162 articulum, † Recte, ius naturale. *Franc. Marcus quæſt.*
633 *num.*3. *pag* 2. *Cuiac. tract.* 3. *ad African. mihi pag.* 51.
Sic ſi Prætor quem imprudens manumiſit, ille nihilo-
minus eſt liber, ſed vitio, vt eſt magiſtratus vitio crea-
tus, nihilo ſecius magiſtratus eſt, ſicut ex Varrone re-
fert Hottom. *in quæſt.* 17. *mihi pag.* 105. Idque potiſſi-
mum obſeruandum eſt in ruſticorum, & aliorum im-
peritorum fideiuſſionibus, qui ſubtilitates illas, in for-
ma fideiuſſionis, quoad ſtipulationem, præſcriptas,
obſeruare non didicerunt.

163 Interim † tamen non omnis fideiuſſio pro inuti-
li, quoad formam ſtatim habenda eſt, quæ idem in-
utilis primo aſpectu videtur, Quid enim ſi creditor à
fideiuſſore, debitore mandante, vt fideiubeat, ſtipule-
tur; Fide tua eſſe iubes? & fideiuſſor non reſpondeat
Iubeo, ſed ſimpliciter reſpondeat. Ita, vel quidni? vel
omnimodo, Nihilominus vtilis eſt fideiuſſio, quia re-
164 ſpondens † ſimpliciter, reſpondiſſe præſumitur eo
modo, quo facta fuit interrogatio ipſa, cum iſtę dictio-
nes ſint locutiones concedentis ac ſi dicat, non recu-
ſo *l.* 1. *§.*1. *& ibi Alciat. numer.* 6. *&* 7. *D. de verb. oblig.*
Menoch *de præſumpt. lib.* 2. *præſumpt.* 19. *numer.* 1. 2. *&*
3. Ioan. Goddæus *de contrah. ſtipulat. cap.* 4. *numero.* 27.
& 28.

Sic ſi creditor ſtipuletur, fide tua eſſe iubes? & fide-
165 iuſſor non † apte ad interrogata reſpondeat, ſed ſti-

adminiſtra cæterorum contractuum, Æmylius Fer-
rettus in l.2.n.7.ff.de reb. credit. quod quomodo intel-
ligendum ſit, docte explicat Ioan. Goddæus de con-
trah ſtipul. c.5. concl.2.
186 Nec obſtat, ſi dicas? Quia † fideiuſſor ad con-
tractum principalem accedit, non poſſe illum præce-
dere contractum: præcedit enim quoad conceptio-
nem verborum magis, quam quoad effectum. Bart.in
Rub.ff.de fideiuſſ. Siue, vt loquitur Ant. Pichard. in d.§.
187 fideiuſſor.nu.3. Inſtit. de fideiuſſ. accedit † materiali-
ter principali obligationi, ſed non formaliter, cum de
per ſe diuerſam, & ſeparatam habeat formam, & ſpe-
188 ciem obligationis. Hoc † amplius ipſa vis obligatio-
nis fideiuſſoriæ contractum principalem nondum in
eſſe productum nequaquam præcedit, ſed ſubſequi-
tur, quandoquidem ante creditam pecuniam, ius fi-
deiuſſoris in pendenti eſt, donec concurrat, & ſecuta
fuerit eius conditio, l.fideiuſſor.16. §.ſtipulatione ff. de
fideiuſſor. Tum vno veluti momento de eadem re, &
qui acceptus fuit fideiuſſor, & is cui pecunia numera-
ta, obligantur. Franciſc. Iamerius in leg ſtipulatus. 6.§.
adhiberi ff de fideiuſſ. Hieron. Gratus reſp.78. num.11.
189 lib.2. Proinde rectè † ſcripſit Hottoman. in quaſt.
illuſt.quaſt.38. mihi pag.275. In pluribus cauſis, quæ
temporis ordine poſteriora ſunt, iuris intellectu eſſe
priora, atque ideò fideiuſſio principalem obligatio-
nem præcedens, tamen iuris intellectu poſterior ha-
betur, probat Erneſt. Cothmannus in reſponſo 21. num.
109 13.14. & 15. Non † aliter codicillus dicitur teſta-
menti ſequela, etiamſi factus ſit ante teſtamentum,
quia intellecto poſterior eſt. Cuiac. ad African. tract.
2. mihi pag.33. Sic etiam nihil intereſt, præceſſerit pa-
191 ctionem † ſtipulatio an ſecuta fuerit: nam, & quæ
præceſſit ſequi videtur. Sequitur natura, & intelle-
ctu, licet non tempore, vel ſcriptura, leg.petens.Cod.de
191 pactis. Item nihil intereſt, † præcedat emptio tradi-
tionem, an ſequatur, l.ſiue.§.1.& 1.ff.de public.in rem
193 act. nihil intereſt † etiam, præcedat ſtipulatio mu-
tuum, an ſequatur, l 3 § vlt.l.contra.ff.ad SC. Maced.l.
194 5.§.vlt.l.6 ff.de noua. Sic quando † contrahentes ce-
lebrato contractu dicunt, bonum eſt, quod inde fiat
ſcriptura, tunc ad memoriam valet, quod actum eſt, &
valuiſſet etiam ſine ſcriptura, Salicet. in leg.contractus
n.6.& 7. Cod. de fide inſtrument. Nam vt ait Baldus
ibid.n.3.in princip. Vbi primo eſt factum, & poſt di-
ctum, tunc ſcriptura eſt ad commemorationem, & ſic
ordo facti ſignificat ordinem intellectus, quod fir-
mant Salicet. in Authent.ſed nouo iure. n.9. Cod ſi cer-
tum petat. Iacob. Marchiſellus in ſylua quaſt. pract.
quaſt.76. n.5.

Formæ fideiuſſionis etiam aptè adjicitur, quod fi-
deiuſſor, vel pure, vel ſub conditione, vel ad tempus,
vel ex tempore, vel in diem, vel cum pignore, vel ſub
certa pœna accipi poteſt, de quibus omnibus ſigilla-
tim agemus.
195 Et quidem † pure proculdubio rectè accipitur l.6.
§.1 ff.de fideiuſſ §.fideiuſſor.inſtit. eod.tit. hoc eſt confe-
ſtim, vt ait Papin. in d.l.amiſſi.§ fideiuſſor 22.ff.eod. Pura
296 † enim obligatio nihil aliud eſt, quam præſens, l.9.in
pr.ff.ſi ſerv.pet. quæ cum ipſo principali negotio,
abſque vlla alia adiectione dici, aut conditionis, ſta-
tim exordium capit, quæ vacua, ac libera eſt ab iis re-
bus, quæ ſtipolationis vinculum eiuſque vſum, ac ef-
fectum differre ſolent, vt poſt Donellum ſcripſit Ioan.
Godd.de contrah ſtipu.c.8. concl.4. n.17.
192 Accipitur † etiam rectè ſub conditione, quatenus
ſcil. ea in aliis voluntatibus, & diſpoſitionibus, vel vt
inhoneſta, vel vt impoſſibilis, non rejicitur d.l.6 §.1.
l.fideiuſſor. §.pen. & vlt.l.ſi ſub impoſſibili. 29. l.ſi à reo

Antonius Heringius.

in princ.ff.de fideiuſſ. Anton. Pichard. ad §.ſi impoſſibilis.
n.4.Inſtit.de inutil.ſtipul. latè Ioan. Goddæus de contra-
hen.ſtipul.c.8.concluſ.6.per tot. Atque adeo fideiuſſio-
198 nis † præſtitæ ſub conditione dies non dicitur veniſ-
ſe, nec ceſſiſſe ante purificationem conditionis, vt o-
ſtendit Pariſius in conſil.171.num.30. volum.4. Quemad-
199 modum † & fideiuſſor datus præſumitur ſub illa con-
ditione, ſub qua principalis tenetur. Idem Pariſius.
200 conſil.164.num.20 volum.4. Et propterea † fideiuſſor
conditionaliter accedens, non aliter tenetur, quam ſi
conditio adimpleatur. Lapus allegat.119. Alexand.
conſilio 26.volum.4. Pariſius conſilio 161.numero 29. vo-
lum. 4.
201 Quinimo † ſæpenumero creditores fideiuſſorem
accipere nolunt, niſi omnia ſua bona obliget, ad quod
arbitrio quoque iudicis tenetur, vt voluit Bartol. in l.
202 prætoria la.3.ff. de prætor. ſtipul. Sicut † vice verſa
etiam fideiuſſores non aliter, quam ſub certa condi-
tione fidem ſuam obſtringere prætendunt, quo etiam
caſu merito ſunt audiendi. Quid ſi igitur ſub hac
203 † conditione ſponſor tantum fideiubere velit, ſi ſi-
mul creditori pignora nectantur? Certè ſi creditor in
accipiendis illis hypothecis negligens fuerit, ferat id
ſibi acceptum, fideiuſſorem conuenire non poteſt l.ſi
creditor.7.C.de fideiuſſ.facit. L.ſed ſi pupillus.11. §. con-
ditio.ff. de inſtitut.
204 Quid ſi etiam fidem † ſuam interponere detrectet,
ſi non vna cum ipſo Titius, vel Mæuius ſimul ſe obli-
gent, vel pro indemnitate ipſi prius pignora, vel hy-
pothecæ non tradantur? Scilicet æquè, & hæc eſt
conditio, & omnino à debitore ſeruanda. l.ſi rem 9 §.
1.ff.de pign act. L.Titius 8. ff. de contrah e pt. Nam ſi
ia poſteà fallat, non dando pignora, merito conqueri
poſſunt fideiuſſores ſe circumuentos eſſe, quod ſi id præ-
ſciuiſſent, in fidem ſuam nequaquam alienam obli-
gationem ſuſcepiſſent argu.l.ſi quis 16. in fin.C de omni
205 agro deſerto.lib 11. Atque † ideò Baldus in l ſi pater.C.
de collat. dicit, cautelam eſſe pro fideiuſſore, quando
ante tempus non poteſt petere, ſe eximi ab obliga-
tione, vt curet ſibi dari pignora. Sequitur Bertachin.
in repertorio verb. Fideiuſſor agit. mihi pag.408. & teti-
gi infra c.25.& vide Hor. Carpanum ad ſtatut. Mediol.
par.1.c.413.n.36.37.38.

Cæterum elegantiſſimè hic in dubium vocatur,
num igitur inter debitorem, & fideiuſſorem pactum
206 legis commiſſoriæ quoque locum habeat? Eſt † autem
lex commiſſoria ſiue fiducia (vt vocat Iſiodor. lib.5.
Etymol. c.de reb.Cuiac.ad Paul. lib.2. ſent.tit.13. licet
contradicat quidam Iuriſconſul. in tit. de feud.dato in-
uicem l.commiſſor.) pactum, quo conuenit, vt pecuniæ
debitæ quantitate ad diem conuentum non reddita,
creditor pignus in ſolutum ſibi habeat, & pro re debi-
ta iure domini retineat, vt ait Ioach. à Beuſt. in l.1.nu.
234. D.de iureiur.
270 Et quidem iſta pactio † inter creditorem, & debi-
torem in pignoribus nominatim rejicitur, primo ob
id, ne priuatorum pactionibus permiſſum videatur,
quod principis auctoritate fieri debet l.1. & paſſim. C.
de iure domin.impet. Deinde propter captionem fragi-
lis debitoris, & aſperitatem auarorum creditorum,
qui aliorum momentarias neceſſitates reuera captare,
argumento.l.2. Cod ſine cenſu vel reliquis fund. comp.non
poſſe. & ſeueriores creditores. L.vlt. in princip. C.de
auct.iud poſſ & acerbi dici poſſunt. Nouell.4.c.vlt. Et
hoc probatur in l.vlt.C.de pact. pig c.ſignificante, §.cum
igitur.extr. de pignor. latiſſimè à Wurmſero in pract.
obſer. lib.2. tit.26. obſer.15. Pet. Nico. Mozzio de con-
tract.tit.de pignor.§. Accidentalia.n.2.cum ſeqq. Fran. à
Caldas in repet. l.ſi curatorem verb. ſua facilitate. num.

101. *C. de in integr. reſtitut.* Ioan. Vincent. Hondedæo
conſult. 31. *num.* 5. 6. 7. 8. 9. 10. *& ſeqq. vol.* 1. *& nouiſſimè*
in conſtit. Elect. Saxon. de Anno. 83. *tit.* in vſurarijs con-
tractibus de pecunia fraudata.

208 At inter debitorem † & fideiuſſorem, talem pa-
ctionem locum habere, & validam eſſe, multi volue-
runt. præſertim Neguzant. *de pignorib.* 4. *part. princip.*
num. 6. *verſ.* 4. *fallit.* Mozzius *d.* §. *accidentalia. nu.* 15. 16.
Imò hanc ſententiam communem eſſe dicit Ioan.
Lupus *in repet. Capit. per veſtras.* §. 78. *num.* 10. *extr. de*
don. int. vir. & vxor. poſt Caſtrenſ. *in l. Titius. ff. de pig.*
act. vbi idem etiam tenet. P. Coſtalius. Aliorum tamen
209 † ſententia, qui illud pactum ratione debitoris, &
fideiuſſoris quoque reijciunt, æquior, & ſanior vide-
tur, cum vtrobique eadem vigeat ratio, ſcilicet fragi-
litas debitoris, & auaritia fideiuſſoris, eamque tuen-
tur Couar. *lib.* 3. *reſolut. c.* 2. *num.* 7. *&* 8. Molin. *de vſuris.*
quæſt. 52. Arius Pinellus *in* 2. *part. Rub. cap.* 1. *nu.* 41. *C.*
de reſcind. vend. Et hæc vere eſt communis, *Eman. Soa-*
rez. in theſ. com. opin. lit. F. nu. 130.

210 Nec obſtat † *l. fin. ff. de contrah. empt.* quibus con-
trarium ſentientes mouentur. Illa enim non loqui-
tur de vero pacto legis commiſſoriæ, ſed de conditio-
nali venditione, cum nimirum fideiuſſor cum debito-
re paciſcitur, vt pro ea quantitate quæ debetur, em-
ptum, ſibi pignus ſit, ſi intra certum tempus non li-
beretur, ac non liberatus ipſe ſoluerit, tale enim pa-
ctum quin valeat nullum eſt dubium *l. ſi fundus* § *ſi ff.*
de pignorib. Ioan. Vincent Hondedæus *d. conſultat.* 31.
nu. 37. *&* 38. Gabriel Mudæus *tit. ff. de pignorib. cap. de*
pacto l. commiſſoria nu. 13. *&* 14. que tamen etiam vi-
211 de *in d. l. fin. ff. de contra, empt.* Interim † tale pignus
non niſi iuſto pretio emptum accipio, ſecutus Hern.
in c. 1. *de feud. dato in vic. l. commiſſ. num.* 2. Briſſonium
lib. 1 *de ſolutionib. mihi fol.* 331. Franciſc, à Caldas *in l.*
3. *verb ſua facilitate. n.* 95. *C. de in integr. reſtit.* Menoch.
in 5. *remed. adipiſ. poſſ. nu.* 39. *& ſeqq.* Pinell. *ad Rub. C. de*
reſcind. vend. part. 2. *cap.* 1. *nu.* 36. Vide etiam Afflictum
deciſ. 363 *& ibi Vrſill. in addit.* Ioan. Bodin. *de Republ.*
lib. 6 *pag.* 2. *mih. pag.* 104 *alias pag* 665.

212 Solet quoque † fideiuſſor nonnunquam ſub con-
iuncta vel diſiuncta item ſub diuerſis conditionib.
(non tamen impoſſibilibus *l. ſi ſub impoſſibili ff. de fide-*
iuſſoribus. Valentin Franc. *de fideiuſſorib. c.* 3. *nu.* 335. *&*
336. *& dixi ſupra hoc ipſo capite num.* 197.) accipi, de
quo textum habes *in l. ſi à reo. in prin. &* §. 1. *ff. de fide-*
iuſſ.

213 Et hoc amplius † accepto reo pure, fideiuſſor ſub
conditione accipi poteſt, ſed non econtra, ſiquidem
ita fideiuſſoris conditio durior fieret, *l Græc.* §. *illud*
commune. verſi. itam accepto. ff. de fideiuſſ. §. *Item ſi illo*
pure inſtitu. eod. Plura huc ſpectantia vide apud Ioan.
Goddæum *de contrah. ſtipul. cap.* 8. *concluſ.* 4. *nume.* 131.
& aliquot. ſeqq. & infra cap. 24. *nu.* 119. 120. 121. 122.
& 123.

214 Ad tempus † & ex tempore quoque accipi poteſt
fideiuſſor *d. l. vlt. ff. de contrah. empt. d. verſ. item acce-*
pto. VVeſenb. *in parat. ff. de fideiuſſ. nu* 5. *in fin.* Francus
de fideiuſſ cap. 3. *nu.* 192. Et qui ad tempus accipitur, in
tempus quoque dari dicitur, *in l. pen. C. de fideiuſſ* iun-
ctis ijs, quæ ad illam legem ſcripſit Cuiac. *lib.* 29. *obſer.*
215 *c.* 35. Verum illud tempus † non eſt vnius quantita-
tis, adeo, vt & fideiuſſorem ad triennium, vel ad decē,
aut viginti annos, *iuxta l. ſi præſes.* 10. *& ibi Dionyſius*
215 *Gothof. ff. de præt. ſtip.* Imo, & ad tempus † vitæ ſuæ,
vel ad tempus vitæ debitoris obligare queam, *l. pen. ff.*
de fideiuſſ. l. ſi mandatu. 59. §. *pen. ff. mandat. Cuiac. lib.* 25.
obſer. cap. 1. & primo tempore forte elapſo, poterit, vo-
lente fideiuſſore, inſtaurari obligatio, non alter, ac
mandatum, *l. qui mutuam,* §. *non ideo. ff. mādati.* Quouſ-
217 que † vero fideiuſſor teneatur, ſi tempus nullum ſit
expreſſum, vide Ioan. Bernard. Muſcatell *in pract. fide-*
iuſſ. part. 2. *quæſt.* 4.

218 Vt tamen † in ſpecie iuuenes ſciant quid ſit dari,
fieri, conſtitui, ex tempore, vel ad tempus, ex die, vel ad
diem, obſeruandum eſt, ſi ita concipiatur diſpoſitio:
Poſt decem annos, aut, à Calendis Ianuarijs, quod ex
die vel ex tempore concepta ſit. *l. quærebatur.* §. *fin. ff.*
de milit. teſtam. l. hæreditas ex die. ff. de hæred. inſtit. l.
obligation. in princ. ff. de obl. & act. Ad tempus vero con-
cepta eſt, ſi vſque ad decem annos, aliudve certum, &
limitatum tempus. *l. & puto* §. 1. *ff. famil. herciſc. l. miles*
ita hæredem. in princ. ff de milit. teſtam §. *hære. Inſtit. de*
hæred. inſtit. doctiſſimus Corraſi. *ad l ſeruitutes ipſo qui-*
dem iure. nu. 27. *ff. de ſeruit.* citans ibi doctrinam Baldi,
Angeli, & Imolæ, qui dicunt, ex die dari ſeu conſtitui,
vbi dies ſe habet per modum principij: Ad diem vero
quando dies apponitur per modum finis, ſeu finalis,
termini: Qua de te plura vide apud Ioan. Borcholt. *in*
tract. ad oblig. & action. cap. 3. *nu.* 4. *&* 5. Ioan. Goddæum
de contrahend. ſtipulat. cap. 8. *concluſ.* 4. *numer.* 119. 120.
& 121.

219 Quarto † accipitur etiam fideiuſſor pro eo, qui in
diem obligatus eſt, ergo, & ipſe in diem. *eum qui.* 22.
D. de oblig. & act. Idque nominatim probat *l. ſi manda-*
uero. 23. *in princ. &* §. 1. *ff. mandati. l ſi plures.* 27 *in prin.*
D. de fideiuſſ l. ſi ita ſtipulatus. 14 *D. de verb. oblig.*

220 Quinto † accipitur etiam fideiuſſor vna cum pi-
gnore, ſiue debitor illud pignus creditori nectat, *l. in-*
ter eos, § *creditor. l. inter debitricem ff de fideiuſſorib* ſiue
etiam ipſemet fideiuſſor rem ſuam pignori obliget, *l.*
3. §. *vlt. ff de admin. rer ad ciuit. pert.*

221 Sexto accipitur quoque † fideiuſſor ſub certa ali-
qua pœna, non tantum in ciuilibus, puta, vt niſi debi-
tor vel fideiuſſor intra certum tempus ſoluat, debitum
duplicetur: Sed, & in criminalibus. Nam in his præ-
ſertim cauſis, ad pœnam corporis extinctiuam vel af-
flictiuam intentatis, cauti accuſatores non admittunt
fideiuſſorem de iudicio ſiſti, niſi idem, in caſu non fa-
ctæ exhibitionis accuſati ſimul ſe obligat ad certam
pœnam pecuniariam, parti vel fiſco applicandam, id
quod in praxi Galliæ ita obſeruari ſcribit Rebuff. *in*
l. ſi ita ſtipulatus, col. 4. *verſ. decimo flectitur regula ff. de*
verb. ſig. & eo non relato notat Colerus. *de proceſ. exeut.*
part. 2. *capite.* 3. *nu.* 52. quibus iunge quæ infra *capite.*
20. de illa ipſa quæſtione dixi, & Cæpollam *caut.* 95.
incip. Noueris bonam practicam. vbi dicit, quod etiam
officiales debeant recipere fideiuſſores de iudicato
ſoluendo, pro debitore relaxando, qui ob cauſam de-
biti incarceratus eſt *iuxta Bald in cap. dilectis. in* 5. *co-*
222 *lum. extra de appllat.* Qui ſi † fideiubeant, & promit-
tant de iudicato ſoluendo, quotieſcunque, quando-
cunque, qualitercunque, quodcunque iudicatum
fuerit, non dubito, quin efficaciſſime ſint obligati, iux-
ta tradita per Angelum *in tractatu maleficiorum Rubri-*
ca pro quibus, & quolibet eorum Antonius fideiuſſit. verſ.
& ſi bene Bald in l. 2. *Cod de fideiuſſor tutor.* Barnab. Cor-
nazzan *deciſ. Rotæ Lucenſis* 128. *nu.* 3. Muſcatellum *in*
practica fideiuſſoria part. 1. *modo* 12. *nu.* 4. Idem in fide-
223 iuſſoribus † pro Vrpheda, ſi forte eam relaxatus
frangat, admitti de obſeruari, docemur præiudicio re-
lato apud Sailerum 17. Nouemb. Anno. 1519. his ver-
bis: In cauſa N. vocatis partibus, &c. iudicatum eſt.
quod NN. ſupradictis. nominatis vocatis, & ſignatis
cum ſuis fideiuſſoribus compareant coram iudicibus,
& ſoluant tercentum aureos, in quibus condemnati
ſunt, &c. Aſſentitur Colerus *in deciſ Germaniæ deciſio.*
224 113. *nu.* 4. Certe, ſi † pœna adijciatur contractui con-
tra diſ-

tra diſpoſitionem iuris, proque eius ſolutiooe fideiuſſor accipiatur, non obligatur fideiuſſor, cum obligatio iſthæc nullius ſit momenti gl. elegana in lib. conſt. lib. 5. Art. 6 §. ſi forte, quo egregio hanc rem dederat & omnem dubitationem tollit. *textus ſunt in l. Titia ff. de verb. obl. l. libera. C. de inutil ſtipu. cum ſimil.*

225 Sed poſſuntne † debitores, & fideiuſſores ſe
etiam ſub pœna banni obligare, ita vt ſi non ſoluant,
ſtatim contra eos in Camera Imperisli executoriales ſub pœna banni impetrare, & decernete liceat? Et dicendum videtur quod ſic, propter conſenſum partium, iuxta tradita per Gailium *lib. 2. de pace pub. cap. 2. à princ. vſque ad numerum* 13. Cæterum contrarium verius, & in Camera receptum eſt, vt demonſtrat Gail. *dict. loco numero. 13. & aliquot ſequentibus.*

216 Septimò † poteſt ſe aliquis creditori obligare, tanquam vnus correus principaliter obligatus, & tamen quoque tanquam fideiuſſor alterius correi, præſertim, quando hoc expreſsè eſt conuentum. *l. reos in princip. & ibi Bartol. & Imola. ff de duob. reu. ſequitur* Natta in
227 *conſil. 51. numer. 3. tom. 1.* Non aliter, ac † de iure ve-
teri fideiuſſor quis pro tutore eſſe, & nihilominus tutor dari poterat. *L. Romanus, vbi Dynus. & Baldus. ff. de tutor. & curator. datis. l. ſi quis tutor. 60. §. 1. ff. de ritu. nuptiar.* de quo etiam vide Cynum, & Baldum *in l. omnes. in priu. Cod. de Epiſc. & Clerio.* Francum *de fideiuſſ. cap. 4. num. 36.* Schraderum *de feudis par. 10. ſectione* 20. *num.*
228 294. *& infra. cap. 15. num. 110.* Vtrum † vero fideiuſſio
præſtita per vnum correum debendi pro altera parte debiti, quæ reſtat, ſi alteram ipſe ſoluat, liberet alterum correum à parte quæ reſtat, vide Paul. de Caſtro *in conſil. 324.*

Octauo, & pro complemento huius capitis, tenen-
229 dum eſt, quod fideiuſſio † vel cautio debite, & forma-
liter præſtita dici noo poſſit, ſi ad eam non vocetur pars debitrix, ita per text. *in l. de vnoquoque. ff. de re iudic.* nominatim decidit Anton. Sola *ad conſtitut. antiq. Sabaudia Rubr. de ſentent. execut. gloſſa 3. num* 1. Præter-
230 quam, † quando ad obtinendam executionem cau-
tio præſtatur, tunc enim neceſſarium non eſt eam acceptari per partem, ſed ſatis eſt quod à iudice recipiatur, alioquin pars nunquam conſentiret, vt nunquam executio fieret, Petr. Rebuff. *ad conſtit. Regias artic. 1. gloſſ. 15. num. 3. Anton. Sola ad conſtit. antiq. Saband. Rubr. de concluſ. in cauſa Decreti vt nihil. parte tertia gloſſ. 1. numer. 17.*

CAPVT XII.

Quando, & quo tempore fideiuſſio interponi debeat.

SVMMARIA.

1 *Fideiuſſio omni tempore fieri poteſt, tam de nocte, quam de die. Et num. 8.*
2 *Pactum, ſecunda hora noctis à ſane mentis, & ſua ætatis homine interpoſitum, non reſcinditur.*
3 *Teſtamentum in caſu neceſſitatis de nocte fieri poteſt.*
4 *Depoſitio pecunia in retractu nocturno tempore fieri poteſt.*
5 *Arbitrator tam de nocte, quam de die ſententiam proferre valet.*
6 *Ancharanus Regienſis carpitur.*
7 *Cautio de non offendendo poteſt quocunque tempore interponi, & accipi.*
8 *Die feriata, vt die Dominica, nulla fideiuſſionis flagi-*
Antonius Heringius.
tari poteſt exactio, & num. 15. Limitatur tamen in caſu neceſſitatis, num. 10.
11 *Tilectio proximi lex Regia vocatur.*
22 *Sabbatum propter hominem, non homo propter Sabbatum eſt.*
13 *Tortura die feriata fieri non poteſt. Et num. 8.*
14 *Fideiuſſionem die feriata factam ope exceptionis impugnare licet. Et num. 19.*
16 *Dies Dominica inſtituta looo Sabbati.*
17 *Feriarum magna fuit religio apud antiquos remiſſiuè.*
18 *Sabbati ſolennes dies ſtatuto, aut conſuetudine tolli non poſſunt.*
21 *Tempus contracte fideiuſſionis exacte in inſtrumento annotare admodum vtile, imo & neceſſarium eſt.*
22 *Annorum Domini, Indictionis, Menſis, diei, debet in inſtrumento fieri mentio.*
23 *Temporis adſcriptio denotat ſcriptura perfectionem.*
24 *Locus, & dies ſunt de ſubſtantia inſtrumenti.*
25 *Inſtrumentis duobus eodem die confectis concurrentibus vtrum praferatur. Et num. 26 & 27.*
58 *Horam noctis exprimere debet Notarius, quando fideiuſſor de nocte ſe obligat. Et num. 29. & 32.*
30 *Dies extenditur vſque ad mediam noctem.*
31 *Die fieri dicitur, quod fit ſub auroram.*
33 *Fideiuſſor annotare debet, vtrum contrahentes de nocte fuerint ebrij, & ſobrij.*
34 *Germani ebrij conſultabant, & deliberabaut, ſobrij recoquebant. Vt & Perſa.*
35 *Fideiuſſor qui promiſit pro certo actu tunc faciendo non tenetur, ſi is poſt temporis interuallum fiat.*
36 *Facultas conceſſa pro certo tempore, non competit vltra illud tempus.*

IN præcedeoti capite dictum eſt, fideiuſſorem dari
poſſe, non tantum ante contractam obligationem
principalem, ſed etiam cum ipſa, & poſt ipſam. Nunc
1 adjicio, † nihil quoque referre, quo tempore id fiat,
de die ne, an de nocte, modo actum rei præ ebrie-
tate, & ſomnolentia intelligant contrahentes, & alio-
2 quin contrahendi poteſtatem habeant Sicut † enim
pactum, quod ſecunda hora noctis à ſanæ mentis, &
ſuæ ætatis homine, interpoſitum eſt, propterea non
reſcinditur, *l. non minorem.* 20. *Cod. de tranſactionib.*
3 adeo, vt & † teſtamentum in caſu neceſſitatis, ac-
cenſis tamen luminibus, de nocte, per ea quæ tradit
Decius *conſil.* 354. item Iaſon. *conſil* 50. *numer.* 3. & Car-
dinal Mantica *de coniectur. vltim. volunt. lib. 2. titul.* 8.
4 & nocturno † quoque tempore depoſitio pecuniæ
pro retractu fieri poſſit, per notata *in cap. conſuluit.*
De offic. deleg. Caſſan. *in conſuetudin. Burdegal. tit. de re-*
tract. Rubric. 10. *dedans l'an & iour. numer.* 2. Balthaſar
Benedellus *de iure protimis. ad priuc. conſtitut. num.* 159.
& in §. in primis num 48. *gloſſa in l. more ff. de feriis.*
Bertachin. *in repertorio. Verb fideiuſſor pag.* 474. A. de-
5 nique † tam de nocte, quam de die, arbitrator ſen-
tentiam proferre valeat, imo & arbiter, ſi ita partes
concordauerint, vt poſt alios tradidit nouiſſimè Ca-
millus Borellus *in tractation. de compromiſſ. § 3. gloſs. 4.*
num. 53. 54. & 55. Ita etiam nocturnum tempus fideiuſ-
6 ſioni contractæ nihil obſtat, etiamſi etiam tria † non
ſint accenſa luminaria, quæ tamen ſi contractus de
nocte fiat, poſt Iaſonem requirit Ancharanus Rugi-
enſis *quaſt.* 11. *num.* 9. *lib.* 1. *per l.* 1. *§. tria luminaria. ff. de*
ventre inſpiciendo, quod ipſi, ſed certè alio textu quam
hoc, defendendum relinquo. Idque maximè procedit,
7 in † cautione de non offendendo, hæc enim de nocte,
de die, tempore feriarum, quandocunque fieri poteſt.
Hercul. *de caut. de non offendendo. c.* 3. *nu.* 13. Vinc. Caroc.
decif. 6. *num.* 14.

8 Et † ideò dicit Maranta *in ſpeculo ſuo part.6. titu. de ſatiſdat. num.* 7. quod fideiuſſio per ſolum magiſtrum
actorum ſine iudice, omni die,& omni hora etiam ſi
curia non regatur,recipi poſſit, modo non ſit dies fe-
9 riata. Die enim † feriata, & maximè die Dominica
10 (niſi † fortè neceſſitas vrgeat, vel pietas,aut dilectio
11 proximi quæ † lex Regia vocatur. *Iacobi ſecundo. verſicul. octauo* ſuadeat, *infra cap. fin. de ferijs.* & exemplum
ſupra *cap. 7. num.* 351. relatum, & faciunt tradita per
Ioan Petrum Surdum *in tractat. de alimen. tit.8. priuil.*
2. Alberic. Gentil. *in tract. de nuptijs lib.1.ca.*6. Nō enim
12 homo propter † ſabbatum,ſed ſabbatum propter hominem eſt. *Marci.2 verſic.* 17. *Luca* 13. & 14. *Maccab.*
2. *Math.* 12.) nulla fideiuſſionis flagitari poteſt exa-
ctio, *l. vlt. C. de ferijs. facit. Nouell Leonis* 54. *Coſtal. in l.* 1
13 *ff. de ferijs.* Io tantum, vt ſicut contra † torturam fa-
ctam in die feriata in honorem Dei,excipi poteſt, Iul.
Clarus *§. fin. quaſt.* 64. *num.*34. faciunt tradita per Iu-
ſtum Lipſium *in comment. ad Tacit. lib.* 4. *annal. numero*
152. (Quanquam id peſſimè obſeruauit Imp. Tiberius,
illo enim regnante nullus à pœna hominum ceſſauit
dies, ne religioſus quidem, ac ſacer, teſte Suetonio
in vita Tiberij mihi pag 275. *cap.* 60. Ita quoque exci-
14 pere † liceat contra dationem fideiuſſoris. die feriata
factam, in cauſa criminali, vt expreſſe aſſerit Lallus
de Tuſcia *in comment. ſuper conſtitut. Sicilia lib. primo. conſtitu. ſi datanat. num. vigeſimo quarto.* & 25. Hinc Maranta *d. par.6. tit. de ſatiſdat. n.*7. in Regno Siciliæ ob-
15 ſeruari ſcribit, vt ſi ſit dies feriata, adhibeatur † iſta
cautela vt iudex aſſignet reum fideiuſſoribus per Chla-
midem, tanquā captiuum, qui promittunt illum præ-
ſentare primo die iuridico, & tunc recipitur ſatiſda-
tio,de qua poſtea conficitur aliud inſtrumentum.

Sed quæ modo de non exigenda,vel præſtanda die-
bus feriatis fideiuſſione dixi, illa hodie admodum ma-
lè obſeruantur,cum plerumque huiuſmodi, & ſimiles
tractatus,præſertim in pagis, in ſolum diem domini-
16 cum (qui † inſtitutus eſt loco Sabbati. *Summa Angelica verb. Dominica*) imò,& ad pocula veſpertina reij-
ciantur, quaſi vero iſtiuſmodi negotijs non licuerit
reliquis diebus nefaſtis vacare,Quid multis? Nos qui
Chriſto fidem in baptiſmo dedimus, atque ob id meri-
to diuini præcepti, memento vt diem ſabbati ſancti-
fices, memores eſſe debebamus, *Ieremia c.17. verſ.* 21.
*ad Coloſſenſ. 2. verſic.*16. & 17. *Exod.* 20. 23. & 31. *Nu.*
15. *Ezech.* 22. & 23. *verſ.* 382. *Maccab. cap.* 15. *Camillus Borellus de compromiſſis. §. 3. gloſſa* 4. *num.* 68. hac in re
antiquis Ethnicis longè lateque ſumus deteriores,
17 quanta enim illis feriarum † religio fuerit, ſatis patet
ex ijs, quæ luculenter ſcribit hac de re Antonin. Teſ-
ſaurus *decif.*39. *num.*5. Vnde etiam Menoch. *de arbitr. iud. quaſt. quaſt.*30. *nu.*11. & 12. rectè ac pie dixit, quod
18 † ſolennes illi Sabbati dies, nequaquam ſtatuto, vel
19 conſuetudine tolli poſſint. Et ſanè ſi † caſus incide-
ret, quo die Dominico extra caſum probabilis extre-
mæque neceſſitatis contractus aliquis ſcienter eſſet
celebratus, & deſuper fideiuſſio præſtita, non vereter
talem contractum talemque fideiuſſionem penitus an-
nihilare, vt ſic ſaltem alij à tam impijs, & proteruis
profanationibus Sabbati ſiue diei Dominici arceantur *l. 2. in verb reliqua cauſa vel lites quaſcun. l. 3. l. vl. C. de ferijs. M. Ant. de Amatis decif.* 22. *nu.*5.6. & 9. Rectè
enim Auguſtinus *in lib. de rectit. Cath. conuerſat. c.* 100.
dixit. *Omni die Dominica ad Eccleſiam venite, & non cau-*
20 *ſas, vel rixas, aut otioſas fabulas agatis.* Vide † tamen Gui-
donem Papæ *in quaſt.* 215. & *in conſi.* 178. *n.* 7. 8. & 9.
& *conſ.* 205. *num.* 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. & 18.
vbi probare annititur, quod ea, quæ pertinent ad vo-
luntariam iuriſdictionem, poſſint etiam die feriata, ob
honorem Dei introducta, expediri. Conſule quoque
hac de re Dn. Ruland. *in tract. de commiſſ. part. 1. lib. 6. cap 5. num. 6. & part. 2. lib 2. cap. 12. num. 1.* Bottam.
in conſil. 59. num 5. 11. 12. 27. & 30. Bernat. Græueum.
in concl. pract. concl. pract. concluſ. 53. conſ. 1. M. Ant. de
Amatis *decif.*86

21 Propter † multa autem vtile eſt, tempus contractæ
fideiuſſionis exacte in inſtrumento obligationis an-
notare, præſertim, quando fideiuſſor acceptus eſt in
diem ad tempus, ſub promiſſione certa die futuræ ex-
emptionis, & liberationis, vt deinceps in ſequentibus
fuſius explicabimus, ne dicam, quod non tantum vtile
22 ſed etiam planè neceſſarium ſit, vt † annorum Domi-
ni, indictionis, menſis, & diei, mentio fiat in quolibet
inſtrumento, vt late tradit Couar. *pract. quaſt. c. 20. nu.*
1. & 2. Bertazolius *in tractat. clauſul. inſtrument. clauſ.* 1.
per omnes gloſſas Ruland. *de commiſſ. par. 2. lib 5. cap.*33.
23 Temporis enim † adſcriptio denotat ſcripturæ per-
fectionem, iuxta Bal. *in l. contractus n. 6. C. de fide inſtr.*
& Ludouic. Zuntum *in reſponſo pro vxore n.* 215. adeo,
24 † vt ſicut locus, ita etiam dies ſit de ſubſtantia inſtru-
menti, *c. quoniam contra. ext. de probat.* Maſcard. *conclu.*
908. *num.*10. Aleiat. *conſil. 14. numer. 4. lib.* 5. Ruland.
de commiſſ part. 2. libro 5. cap. 11. numer. 4. vbi dicit, niſi
chirographum diem, & locum adiectum habeat, quod
non probet.

25 Id quod vel † tum potiſſimum in diſquiſitionem
venire ſolet, quando fortè duo inſtrumenta eodem die
confecta cōcurrunt, de quo paſſim exempla habentur
apud Couar. *lib. 1. reſolut. cap. 6. num.* 1. Maſcard. *de prob. concl.* 574. & *concl.* 806. Menoch. *de arb. iud. quaſt. caſu*
48. Gribald. Mopham. *in l. 1. q. 1. ff. ſolut. matrim.* Re-
buff. *in tractatu de priuileg. Scholar. priuil.* 82. Aſſerenti-
26 bus † nonnullis obligationum eadem die factarum
eam præferri, quæ præceſſit, vel per vnam horam, *iuxta gl. in l. ſi ex pluribus § fin. ff. de ſolutionib. Afflict. decif.*
27 387 *numero vltimo.* Quinimo obligationem † enim
in puncto ſaltem temporis priorem proferri debere,
voluit Baldus *in leg. in rebus C. de donat. ant. nup.* & poſt
eum Tiberius Decianus *conſil. 108. nu. 22. volum.* 2. vbi
in eandem quoque ſententiam Ioannem de Platea, &
Decium citat.

28 In ſumma, ſi de nocte † fortè fideiuſſor ſe obliget,
ad tollendam omnem ſuſpicionem debet notarius
ſcribere, qua hora noctis hoc ſit factum, per notata
Baldi, Felini, & Decij *in d c. conſuluit. de offic. deleg.* Etſi
29 † enim cum notarius ſcribit, tali die factum fuiſſe,
actum, non tamen ideò falſum committit, licet factus
ſit ante mediam noctem, cum dies extendatur vſque
30 † ad mediam noctem, vt per Dd. *in l. more. ff. de feriis,*
31 & *in d. cap. conſuluit* vt & † illud, quod fit ſub auroram
dicitur fieri de die, non de nocte, Bald. *in cap. primo de fid. inſtrumen.* Decian. *reſponſi* 65. *numero duo decimo,*
32 *volumine ſecundo.* vbi monet Notarios, quod † non
conficiant inſtrumenta de nocte, niſi vrgente neceſſi-
tate, & ſi conficiunt tunc illud exprimere debent. Au-
diant illi porrò, & hoc ex me, quod diligenter animad-
33 uertere debeant, vtrum † contrahentes de nocte ſint
ſobrij, vel an vino madeant, atque actum rei planè
34 non intelligant. Etſi enim † non ignoro, veterem mo-
rem Germanorum fuiſſe, vt in conuiuiis, & compota-
tionibus deliberarent, & res graues agitarent, vt com-
memorat Corn. Tacitus in Germania ſua, tamen ille
ipſe ſtatim ſubiicit, quod eaſdem ſobrij recoxerint, &
retractauerint, illo tempore nimirum conſtituentes,
quo errare non poſſent. Idem factitaſſe Perſas auctor
eſt. *Herodot. lib. 1. Qua Perſa inquit, in conuiuiis deliberauerint, poſtridie proponuntur ſobriis, & ſi tunc placuerint rata ſunt.* Optimum ſanè inſtitutum nobis,
Germa-

Germanorum poſteris imitandum, aut ſi neglexerimus deflendum.

35 Denique ideò † & dies eſt adijciendus, quia fideiuſſor, ſæpè promittit pro certo actu tunc faciendo, ſi igitur is poſt temporis interuallum fiat, non tenetur, *Bart. l. qui in aliena, §. ſi is cui. ff. de acquir. hæred. Alciat reſpon. 102. nu. 5. per tex & gl. in l. quod Seruius. ff. de condit. cauſ. data, ſequitur Menoch. in conſil. 212. num. 22. vol.*
36 *3.* non magis, quam † facultas conceſſa pro certo tempore, vltra illud tempus comperit, *l. ſtatu liberum. §. Stichum. ff. de leg. 2. l. ſi vnus. §. cum reo. l. epiſtola. ff. de pactis. Ceph. conſ. 235. num. 11 lib. 2. Ioan. Koppen. quaſt. 1. num. 52 & 53.* Quæ omnia, tanquam quotidie in praxi occurrentia, diligenter ſunt obſeruanda.

CAPVT XIII.

Quoties fideiuſſores dare neceſſe ſit.

SVMMARIA.

1 *Iteratio in multis negotijs admittitur.*
2 *Legitimatus ſemel an iterum poſſit, legitimari, remiſſiue.*
3 *In ciuilibus, & criminalibus ſufficit ſemel eſſe cautum.*
4 *Diſpoſitio qualibet ſimpliciter concepta vno primoque actu conſumitur, & finitur. Etiam in vltima voluntate numer 5.*
6 *Æqualitatem ſemel adfuiſſe ſufficit, licet poſteà inæqualitas contingat. Dos quoque regulariter non iteratur, ibid.*
7 *L. 3. §. vlt. ff. vt. in poſſeſſ. legat. inducitur.*
8 *Fideiuſſor ex conuentione acceptus, et ſi poſtea fiat non ſoluendo, non tamen creditor alium idoneum poſtulare poteſt, ſed declaratur. num. 9. 10. 11. & 12.*
13 *Carceratus relaxatus cogitur nouos dare fideiuſſores ſi primi non ſint idonei. & num. 7.*
14 *Fideiuſſor ſi inopinato fortuna impetu rem familiarem amitat, ex integro eſt ſatiſdandum.*
15 *Inopia fideiuſſoris ſubſecuta deſinit eſſe cautum.*
16 *Morbis extremis extrema remedia optima ſunt.*
17 *Fideiuſſore primo decedente, de nouo præſtatur quandoque cautio.*
18 *Noua quæ ſunt, nouo indigent auxilio.*
19 *Reſpondetur ad l. 2 §. ſi eo tempore. ff. de adminiſt. rer. ad ciuit pertin.*
20 *Dotis nomine denuo eſt fideiuſſor dandus, ſi primo non ſit ſatis cautum.*
21 *Fideiuſſore primo ſtatim fugam arripiente, alius dè nouo eſt dandus.*
22 *Fideiuſſio renouanda eſt in caſibus, in quibus quis ex lege vel ſtatuti diſpoſitione fideiubere tenetur.*

1 CVm iteratio † in multis reperiatur, adeoque plura negotia eam aliquoties admittant, vt faſtigia ſiue adminiſtrationes dignitatum, Manumiſſio, Tutorum datio, Appellatio, Venditio, Hæreditatis aditio, Violentia, Patriæ poteſtatis ſolutio, Templi conſecratio, Regis vnctio, Matrimonium, Examinatio, Poſſeſſionis acceptio, Lectio, Iuſſio, Legis repetitio, Cautio, &c. vt fuſe oſtendit Lucas de Penna *in l. 1. numero 7. C. de conſulibus, lib. 12,* vbi ſimul quoque attingit, qui actus non ſint reiterabiles, cui iunge Ant. Quettam *in conſ 66.* Andream Gali. *libr. 2. obſeruat. 42. numer. 17. in fin.* Fuluium Pacian. *lib. 2. cap. 18. numero 31.* vbi habes, an
2 legitimatus, † iterum poſſit legitimari: Idcirco hoc capite examinandum eſt, quoties fideiuſſores dare neceſſe ſit, quam quæſtionem attingit, Alex. *in l. 2. in princip. numero 6. ff. Qui ſatiſdare cogant.* Etſi enim ob hominum perfidiam, & rerum externarum varios caſus, fere toties fideiuſſores deſiderantur, quoties contrahitur, vt ait Franciſc. Iamerius *in princip. commentarior. ſuorum in tit. ff. de fideiuſſ.* Nihilominus tamen pro vniuerſali concluſione tenendum eſt:
3 Non tantum † in ciuilibus: ſed & in criminalibus ſufficere ſi ſemel ſit ſatiſdatum ſiue fideiuſſum. *Sebaſtian. Medices in tractatu de regulis iuris, regul 4. numer. 39. part. 1. Petrus Surdus conſilio. decimooctauo, numero 9. Alexand. Raudenſis de Analogis lib 1. cap. 11. numer. 21.* Alioquin enim per ſingula momenta onerari poſſet debitor, qui prima vice fideiuſſores dedit, cum tamen regulam habeamus, à qua in dubio non
4 eſt recedendum, Quod diſpoſitio † quælibet ſimpliciter concepta, vno primoque actu conſumatur, & finiatur. Item Quod vnaquæque diſpoſitio de eo quod ſemel, & ſæpius fieri poteſt, concepta, non niſi de vnico primoque actu ſit intelligenda. *l dotis promiſſio. verſic quod enim vbi Bart. ff. de iure dot. l. cum pater §. pater cor am. ff. de legat. 2. l. boues. § hoc ſermone, & ibi prolixiſſime Tiraquell. ff. de verborum ſignific. Andreas Kohl. in exercit. legal. exercit. 9. numer. vigeſimoſeptimo & exercitat. 13. numer. 13. num. 17 fol. 226. co-*
5 *lum. 2.* Etiam † in vltima volontate. *Tiraquel. d. loco limitat. 15. num. 8. 9 & 10 And Kohl. d. exercitat. 9. num.*
6 *28.* Vnde dicimus, quod ſufficiat, † ſi ſemel adfuerit æqualitas, licet tractu temporis inæqualitas contingat. Socinus iunior *conſi 115. & conſilio 119. num. 28.* Auguſtin. Berous *conſi. 108. in fin* Roland. à Valle *in conſi. 51. lib 4* Aymo Crauetta *conſ. 102. num. 2.* Hieron. Magonius *deciſ. Florentin. 61. num 13.* Item, quod dos conſtante matrimonio regulariter iterari non poſſit. ex Speculat. Alex. Aretino & Socino. Matthæus Cuno *lib. 1. de pactis. cap. 6. num 12.*

7 Et hoc † eſt, quod Vlpianus in terminis noſtris ait *in l. 3. §. vltim. ff. vt in poſſ. legat.* his verbis: Si ſemel fuerit ſatiſdatum, quæſitum eſt, an etiam ruſus cauendum ſit, ſi forte dicatur, egenos fideiuſſores eſſe datos, & magis eſt, vt caueri non debeat. Hoc enim Diuus Pius reſcripſit Pecuniæ Licinianæ, ipſam enim facilitati ſuæ expenſum ferre debere, quæ minus idoneos fideiuſſores accepit, neque enim oportet per ſingula momenta onerari eum, à quo ſatis petitur. Hactenus Vlpianus.

Ex cuius equidem dicto illud procul dubio ſum-
8 ptum eſt, quod † ſi fideiuſſor, ex conuentione à creditore acceptus, poſtea non ſoluendo fiat, non poſſit tamen idcirco creditor alium idoneum poſtulare, prout tradiderunt Alexand. *conſilio ſexageſimo. libro 5.* Matth de Afflictis *in conſtitut. Regni Siciliæ incipien. Humanitate.* Bartolom. Chaſſan. *in conſuetud. Burgundiæ Rubrica prima §. 5. verb. S'il n'a grace. numero 171.* Cephalus *conſilio 160. numero 18. libro 2.* Petr. Peckius *de iure ſiſt. capite quadrageſimoquinto, numero decimotertio.* Eman. Soarez. *com. opin. litera E. numero 126.*

9 Fallit † tamen primo ſupra dicta concluſio, ſi ab initio quidem ſit ſatiſdatum, ſed deſinat eſſe ſatiſdatum vel ſufficienter cautum, tunc enim, cauſa cognita, ex integro cauendum erit. *l. de die. §. ſi ſeruus. cum §. ſequent. l ſi arbitrio. vbi Iaſon. nume. 11. ff. qui ſatiſdare cogan.* Weſenbec. *ad titulum C. de ſatiſdando. num. 11.* & Coſtal *in leg. 1 ff. de condic. cauſa data, item in l ſi nomen ff. de hæred. vel act. vend.* Petrus Gregorius *in Syntag. iuris vniuerſi lib. 48. cap. 4. nu. 9.* Pro quo etiam adduci

Digitized by Google

poteſt textus *in leg. ſi quo tempore 41. ff. de pet. hæred.*
vbi dicitur, quod ſi fideiuſſores dati ad litem non ſuf-
ficiant, iubere poſſeſſorem debere Proconſul, vt ido-
neæ caueat. Sic & Liuius *decad. 3. lib. 1 ad fin. mihi pag.*
3. teſtatur, Scipionem, licet ſemel ab Ilergetum po-
pulo obſides accepiſſet, eidem tamen ab Aſdrubale
ad defectionem impulſo, intra paucos dies plures,
quam antè obſides impetraſſe.
10 Doctores † tamen noſtri, ſecundum prædictas le-
ges aliter diſtinguunt, vtrum, ſcilicet, ex promiſſo
teneamur ſatiſdare, hoc eſt an fideiuſſores petan-
tur de nouo pro contractu, vel an in prætoriis ſti-
pulationibus, quæ iudicis officio interponuntur, pro
iudicio ſiſti exiguntur. Primo caſu nolunt alios fi-
deiuſſores de nouo in priorum locum ſurrogari, al-
tero verò permittunt. Bart. *in l. prætoria. la 2. ff. de præ-
tor. ſtipulat & leg 3. ff de fideiuſſor.* Cardin. Alban. *in ad-
dition. ad Bart. in leg. ſi vero. §. qui pro rei numero deci-
mo ſeptimo ff. qui ſatiſdar. cogan.* citans Aretin. *in conſilio
centeſimo trigeſimotertio.* de quo lariſſimè Hippolit. *in
Rubrica de fideiuſſ. numero ſeptnageſimoquarto. 75. & 76.*
Breclæus *in leg. habere 188. § cautum numero 7 8. 9. &
10 ff. de verborum ſignif.* Afflict. *ad conſtitut. Regni, Ru-
brica. 10. numero 4. ad finem lib. 1.* Horat. Carpanus *ad
Statut. Mediolan. part. 1. cap. 44 numero 31. & 32. & cap.*
11 45. *numero* 11. Quod ſi verum eſt, tum falentia ſupra
poſita non niſi de fideiuſſoribus, qui iudicio ſiſti
promiſerunt, intelligenda venit: in contractibus
verò ſibi creditor imputet, cur ab initio minus ido-
neos acceperit.
12 Quanquam † Sebaſt. Medices *in tractatu de caſibus
fortuitis part. 5. quæſtione decima, numero. 113.* adhuc
aliam diſtinctionem adfert, & quidem hanc, vt ſi quis
teneatur fideiuſſorem dare, officii iudicis teneatur
iterum dare, ſi verò ex conuentione partium tenea-
tur, non ſit obſtrictus, ſæpius, quam ſemel dare, quæ
in effectu concordat cum traditone Alex. Peckij, &
Soarexij ſupra *numero* 8. relata, cui etiam adſtipu-
latur Bertazolius *in tractat. clauſu. inſtrument.
clauſ. 39. gloſſ. 3. numero 3. &* Hieronymus Treutle-
rus *in ſelect. diſputat. volum. ſecundo, diſputat.* 28. *theſi.
2. lit. F.*
13 Ex † eadem fallentia quoque ſumpta eſt practica
illa, quod iudex maleficiorum, ſi pro reo acceperit fi-
deiuſſores non idoneos de iudicio ſiſtendo reo, eum-
que relaxauerit, poſſit nihilominus eum iterum
capere, & cum eo agere, vt de nouo præſtet fideiuſ-
ſores, quibus præſtitis primi quoque fideiuſſores obli-
gati manent, *Baldus in leg. 1. in 1. colum. ff. ſi quis in ius
voc. non ierit.* Hippolit. de Marſil. *in practica criminali.
§. attingam. n. 10.*
14 Secundo fallit, ſi fideiuſſor rem familiarem inopi-
nato fortunæ impetu amiſerit, vel, vt Paulus loqui-
tur, ſi ei medio tempore inſignis calamitas vel inopia
acciderit, tunc enim, cauſa cognita, ex integro ſatiſ-
dandum erit, *l. 4. ff. vt in poſſ. legat. l. ſi ab arbitrio. §. 1. ff.
Qui ſatiſdar. cog.* Petrus Gregorius *Syntagmate iuris
vniuerſi lib. 48. cap. 4. nu. 9.* Portius Imolenſis *conſ. 197.*
15 *nu.* 8. Ex inopia † enim ſubſecuta in fideiuſſore deſi-
nit eſſe cautum *l. prætoria. 4. vbi Bar. ff. de prætor. ſtipu-
lat.* Baldus *in leg. 4. ff. de fideiuſſor.* Benuen. Stracha. *in
tractatu de decoctoribus. part. 5. n. 2. facit. l. ſi quis 6. § vlt.*
16 *cum l. ſeq. ff. de edendo.* Et extremis morbis † extrema
exquiſite remedia optima ſunt, vt ait Hippocrates
lib. 1. Aphoriſm. 1. Aphoriſm. 6. in d §. cautum, nu. 9.
17 Tertio † fallit, ſi fideiuſſor deceſſerit, nam, & hoc
caſu æquum erit quandoque præſtari cautionem, *dict.
l. 4 ff. vt in poſſ. legat.* Specul *in tit. de fideiuſſ. num. 3.* quis
hoc argumento vtitur, quod non videatur cautum,
niſi cautum duret, *l. prætor. 20. §. & ſi ſatiſdatum. ff de
noui op. nunt. l. 1. §. quod. ait prætor ff. quod legatorum.* &
aſtipulatur poſt Rebuffum *de ſentent. execut. articul. 1.
gloſſ 16 num. 27.* Horatium Carpanum *ad Statut. Me-
diolan. par. 44. nu 34. & cap. 45. nu. 27.* Valentinus
Francus *in tract. de fideiuſſorib. cap. 4 concluſ 6. nu. 142.*
Nec obſtat, quod fideiuſſore decedente, nihilominus
ipſius hæredes obligati manent, *l. quarta ff. de fideiuſſo-
ribus.* Vnde videbatur ſatis cautum eſſe, quia reſpon-
detur, facile accidere poſſe, vt vel fideiuſſor nullos
hæredes habeat, vel obligatio ſit perſonalis, vel etiam
fideiuſſor hæredibus ſuis ne teruncium quidem relin-
quat, quod ſi contingat, nemo dubitat, quin æquum
ſit, nouam cautionem præſtari. Quæ enim de nouo
18 † eueniunt nouo auxilio indigent, *l. æatate, §. ex cau-
ſa. ff. de interrogat. actione. text, & gloſſ. in cap. cæterum. de
19 iurament. calumnia.* Non obſtat † etiam prædictis *l. ſe-
cunda. §. ſi eo tempore. ff. de adminiſtrat. rerum ad ciuitat.
pertinent.* vbi creditor non tenetur eius nomine,
qui eo tempore, quo nominabatur, idoneus
exiſtens, poſtea facultatibus eſt lapſus, quia iſto caſu
creditor non ſuum, ſed Reipublicæ negotium at debi-
tor ſuam cauſam agit, & ſi modo auditi velit, denuo
per fideiuſſionem idoneam creditorem placare cogi-
tur, vt ita inter duos iſtos caſus aperta ſit diffe-
rentia.
20 Quarto † limitatur in dote, cuius ſpeciale eſt, vt
iterum debitor fideiuſſorem dare teneatur, Angelus *in
l. ſi cum dotem. §. mulier ff. ſoluto matrimonio.* Hippoly-
tus *in Rubrica. ff. de fideiuſſoribus quæſtione quarta. n. 75.*
Sebaſtian. Medices *de fortuitis caſib. part. 2. quæſt. 10. nu-
mero. 116.*
21 Quinto limitatur † in fideiuſſore, qui ſtatim à die
interpoſitæ fideiuſſionis fugam arripuit, quia iſta tem-
poris breuitas facit, vt debitor fugæ iſtius conſcius
præſumatur, & ad præſtandum denuo alium fideiuſſo-
rem teneatur, Medices *dicta quæſtione decima. num.*
117.
22 Sexto limitatur † in omnibus caſibus, in quib. quis
tenetur fideiubere ex legis vel ſtatuti diſpoſitione,
tunc etenim toties fideiubendum eſt, quoties aduer-
ſarius iuſte conqueritur, legis vel ſtatuit diſpoſitioni
nondum eſſe ſatisfactum, per ea, quæ tradunt Vrſil-
lus *in addition. ad deciſion. Afflict. 172. num. 1. & 2.* ac
Horatius Carpanus *ad Stat. Mediolan. part. 1. c. 44. nu.
33. & cap. 444. nu. 21. & 22.*

CAPVT XIV.

Quo in loco fideiuſſio petatur præſteturve.

SVMMARIA.

1 *Satiſdatio conuentionalis interponi poteſt tamen in iu-
dicio, quam extra iudicium.*
2 *Satiſdatio de iudicio non niſi coram competente iudice
fieri poteſt.*
3 *Fideiuſſio coram incompetente iudice facta de parendo
mandatis eius, eſt ipſo iure nulla.*
4 *Saxonica Curia quid obſeruent circa præſtandam fide-
iuſſionem.*
5 *Fideiuſſorem dare ſimpliciter promittens, intelligitur in
dubio promiſiſſe, quod velis eum præſtare in ciuitate,
in qua contraxit.*
6 *Fideiuſſor præſtare debet in eo ipſo loco, atque ex eiuſ-
dem loci hominibus, vbi contractum eſt.*

7 *Debitum*

7 *Debitum quo loco exigatur, aut cum improbo fideiuſſore litigetur, non parum refert.*

8 *Fideiuſſoria cautio, in Camera Imperiali decreta, debet fieri fideiuſſoribus in Imperio ſedem ſuam habentibus.*

9 *Idque multo magis locum obtinet, ſi Duces belli in alterius Principis territorio militem conſcribere, & luſtrare velit.*

10 *Item, ſi actor extra imperium ſedem ſuam habeat, & cum ſubdito Imperij litiget.*

11 *Fideiuſſor idoneus non eſt, qui non eſt ſuppoſitus iuriſdictioni iudicis eius, vbi captiuus detinetur.*

12 *Fideiuſſor in eodem foro cum debitore vel creditore habitans, debet ibi etiam poſſidere tot bona immobilia, vel ſaltem mobilia quæ ad valorem cauſæ ſufficiant.*

13 *Forenſis an ſit idoneus fideiuſſor? Et num. 14. & 15.*

16 *Forenſis in alio foro fideiubens, an cenſeatur renuntiaſſe fori ſui priuilegio?*

17 *Expreſſa renunciatio fori requiritur.*

18 *Fideiuſſor datus per clericum in iudicio ſeculari conuentum, nullatenus obligatur. Et num. 19.*

20 *Fideiuſſio de iudicio ſiſti, vel iudicatum ſolui, quomodo præſtita intelligatur? Et num. 21.*

22 *Fideiuſſione, de iudicio ſiſti, & ſtando iuri, in aliqua (n) via præſtita non obſtante, nihilominus compromiſſum peti poteſt.*

23 *Forenſis in loco contractus ſortitur forum, ſi pura ſit obligatio, vel ibi deprehendatur.*

24 *Remiſſioni in contractibus hodie non eſt locus.*

25 *Satiſdatio neceſſaria quænam ſit?*

26 *Satiſdatio voluntaria quænam ſit?*

27 *Fideiuſſorem qui non poteſt inuenire in vno loco, ſed bene in alio, an ſit audiendus? Concluditur, quod ſic, modo tamen iu[...] et de calumnia, vt nu. 28. & 29.*

30 *Mulier vſufructuaria petens ſe remitti ad locum ſuæ patriæ, pro præſtandis fideiuſſoribus, non auditur.*

31 *Fideicommiſſi ſeruandi cauſa vbi caueri oporteat.*

32 *Fideicommiſſum ibi petendum eſt, vbi hæreditas eſt relicta.*

33 *Prouincia cenſentur diuerſæ, quæ habent diuerſos rectores.*

34 *Fideiuſſor poteſt ſumi ex vicina ciuitate eiuſdem prouinciæ, licet diuerſum rectorem habeat, ſecus ſi ſit remota.*

35 *Locus vicinus quis ſit, relinquitur arbitrio iudicis.*

36 *Fideiuſſor quamuis ſit de foro creditoris vel debitoris, ſi tamen mox in aliud territorium commigrare intendat, non habetur pro idoneo.*

37 *Loco domicilij mutato per fideiuſſorem, ſit creditoris conditio durior.*

38 *Fideiuſſor non eſt idoneus, qui inuitus iudicium pati non cogitur.*

39 *Tutor non eſt idoneus, qui domicilium alio transferre intendit.*

40 *Notarij exacte debent adſcribere locum contractus ime, & locum loci.*

41 *Locus contractus, vel ſolutionis faciendæ, quando ſit inſpiciendus?*

42 *Fideiuſſio etiam in domo creditoris fieri poteſt.*

43 *Donatio etiam in domo donatarij fieri poteſt.*

44 *Locus non vitiat donationem.*

45 *Fideiuſſio poteſt fieri in templo, aut æde ſacra. Intellige tamen vt num. 46. & 47.*

48 *Græci in templo Cereris iurabant.*

49 *Romani pactiones, fœdera, teſtamenta, & pecunias in templis deponebant.*

50 *Examinatio teſtium poteſt fieri in Eccleſia.*

51 *Arbitrator ſententiam ſuam in Eccleſia ferre poteſt.*

RECtè ait Maranta *in ſpeculo ſuo par. 6. tit. de ſatiſd.*
1 *num. 11.* Satiſdationem † conuentionalem, quæ reuera eſt fideiuſſio communiter præſtari ſoliti in contractibus interponi poſſe, tam in iudicio, quam extra iudicium, imò, & apud acta, cum quo conſentit gloſſ. *lib. 2. art. 9. lit. P.* Cæterum ſatiſdatio nihilo-
2 minus † iudicio ſiſti non niſi coram iudice competente in iſta cauſa expediri poteſt. Bald. *in l. 2. §. 1. & ibid Alexand. ff. qui ſatiſdar. cogant.* Natta *conſ. 82. nu. 1.*
3 *& 2. tom 1.* vbi dicit, quod fideiuſſio † præſtita coram iudice incompetente, de parendo mandatis eius, vel ſoluendo iudicatum, ſit ipſo iure nulla, de quo etiam vide ſupra *cap 5. num 70. & ſeqq.* vbi dixi. Et hinc quoque VVeſenbec. *in tit. C. de ſatiſdando. num. 12.* af-
4 firmat, quod in † curiis Saxonicis, non alia recipiatur cautio, quam in loco ipſi curiæ ſubiecto, de quo vlterius vide *Nouell conſtit. Elect. Auguſt. part. 1. conſtit. 5.* & ibidem Danielem Mollerum *in commentarijs, & lib. 1. Semeſt. cap. 2.* nec non Petrum de bella Pertica, Cynum, Iaſonem, & Coſtalium *in l. 1. ff ſi quis in ius voc. non ierit.* Ioan. Zangerum *in tract. de except. part. 2. cap. 20. num. 11. & 12.*

Et quanquam non videtur valdè controuerſum, ſi
5 quis ſimpliciter † promiſerit dare fideiuſſorem, quod in dubio intelligatur promiſiſſe eum præſtare in ciuitate, in qua promiſit, vt voluit Boerius *deciſ 99. in fin.* quem ſequitur Roland. à Valle *in conſil. 48. num. 18. & 19. vol. 1.* Attamen non leue oritur dubium, an debitor, qui fideiuſſorem dare promiſit, vel dare tenetur præcisè cogatur talem fideiuſſorem præſtare, eo ipſo in loco, atque ex eiuſdem loci hominib vbi contraxit
6 vel promiſit, & non ex aliis? In hoc dubio † affirmatiuam tenent communiter Doctores, aſſerentes fideiuſſorem illum eſſe debere de eodem foro, vbi contractum eſt, vel promiſſum, *gloſ ordin. in l. neque fœmina, verb. non poteſt ff. de procurat.* Roman. *conſil 61. num. 7.* Bald. *in l. 2. C. per quas perſon. nob. acquir.* Practica Millæi *num. 64. mihi pag. 12.* Alex. *num. 3.* Iaſon. *num. 2. & 8. in l fideiuſſor. §. ſi neceſſaria. ff. qui ſatiſdar. cog.* Bal. *in cap. coram extr. de offic. deleg.* Hippol. *in rubr. de fideiuſſ. num. 227.* Petrus de Rauenna *ſing. 969.* Clarus *lib. 5. ſenten. §. fi. quæſt. 46. num. 3.* Miſing. *conſil. 71. num. 18.* Eman. Soarez. *in com. opin. lit. F. num. 157.* & nouiſſime Franciſcus *in tract. de fideiuſſ. cap. 4. concl. 2. num 48.* nec non Bertazolius *in tract. clauſul. inſtrum. clauſu 39. glo. 1. nu. 3.* Ioan. Brechæus *in l. habere 188 §. cautum, num. 5. ff. de verbor. ſignific.* Ioan Zangerus *in tract. de exception. par. 2. cap. 20 numer. 8.* Horat. Carpanus *ad ſtatut. Mediola. part. 1. cap. 44 num. 22.* Nam ſi debitori extraneos fideiuſſores ſupponere liceret, vel etiam planè ignotos, tunc peſſima fieret conditio creditoris, propter difficultatem tales fideiuſſores conueniendi, cum tamen
7 † non parum referat, quo loco debitum exigatur, aut cum improbo fideiuſſore litigetur, vt pulchrè oſtendit Petr. Peckius *in tract de iur. ſiſt. cap. 45. num. 14. & 15.* Anton. Gomez. *ad ll. Tauri in l 66. num. 1. & tom. 2 var. reſolut. capite 13. numero 6.* Heigius *part. 1. quæſtio. 36. numero 21.*

8 Sic in Cam. Imp. † quandoque pronuntiatum legi, quod cautio fideiuſſoria in Cam. decreta debeat fieri fideiuſſoribus in Imperio ſedem ſuam habentibus, 18.
9 *Maij, An. 72.* Idque tunc † maximè locum habet, quando belli Duces huius, vel alterius Principis iuſſu milites in Imperio conſcribere, luſtrare, & liberum tranſitum pro illis impetrare volunt, iuxta Receſſ. Im-
10 perij *de An. 70. 76. 82. & 94.* vel quando actor † extra Imperium ſedem habet, & cum ſubdito Imperij litigat. coguntur enim iſti Duces, vt & actor, cautionem

præſtare, datis fideiuſſoribus, vel pignoribus in Imperio reſpectiuè ſedem habentibus, vel ſitis, de ſoluendo iudicato, ſoluendiſque expenſis, *per text. ordinat. Cam. part. 3. tit. 49. § ult.* Idque in Camera præiudiciis confirmatum eſt, in cauſa Oldenburgenſi contra Chiphauſum Remiſſionis, nec non in cauſa Bermuthi contra Bermuthum, & pluribus defenditur à Roberto Aurelio *lib. 4. rer. iudicatarum. cap.* 11. vbi allegat multa arreſta pro reo contra actorem, inter alia etiam Nouellam 53. & Ioan. Gallum *quæſt.* 33. Vide quoque Raphaelem Sailerum *in ſelect. Cameræ Imperialis ſententiis* 16. *Decemb. Anno* 1552.

11 Sic † nec fideiuſſor idoneus eſt, qui non eſt ſuppoſitus iuriſdictioni illius iudicis, vbi reus captiuus detinetur, *Bart. in l. 2. ff. qui ſatiſd. cogant.* Atque ita in praxi quotidie obſeruari teſtis eſt Ioan. Borcholtus *conſil. 9. in 9. quæſt. mihi pag.* 124.

12 Hoc † amplius volunt quoque, quod iſte fideiuſſor in eodem foro cum debitore, vel cum creditore (paria enim ego eſſe credo, modo hic vel illic ſit contractum) habitans, debeat etiam ibi poſſidere tot immobilia, aut mobilia (talia tamen, vt non facilè occultari, ſubuerti, aut auferri poſſint) quæ ad valorem cauſæ, pro qua interceſſit, aſcendant, & pro quantitate debiti, vſurarum, & expenſarum litis, ſufficiant. Angel. Caſtrenſ. Roman. & reliqui moderni *in l. 2. ff. qui ſatiſd. cogant.* Bart. *in l fi. C. de princip. agent. in reb. lib.* 12. Benedict. de Barzis *in tract. diſcuſſ. quæſt.* 12. pulchrè Peckius *dict. cap. 45. numer.* 12. qui etiam *num.* 15. vſu, & moribus populi prædicta approbata eſſe teſtatur, à quibus etiam in practica non facile recedendum.

13 Scio tamen † Matth. Colerum *in tract. de proceſſ. exec. p. 1. c.* 10. *num.* 343. aſſerere, forenſem quoque idoneum fideiuſſorem eſſe poſſe, cui aſtipulari etiam videntur Alex. & Zaſ. *in l. 15. ff. qui ſatiſd. cogant.* Nam, vt ille inquit, nemo, quia forenſis, ſtatim iudicari debet inidoneus, aut non ſoluendo eſſe: & probat hoc poſt Iacobum de Arena *in tract. de excuſſ. num. 6. & 10. per l. fina. ibi, in vrbe vel prouinciis. C. de princip. ag. in reb. lib.* 12. *facit l. cum furioſus. § 1. ff. de iudiciis.*
14 Cæterum illud forſan admittetur, ſi † creditor forenſem accipere velit, alioquin enim inuito ei obtrudi
15 nequit, maximè ſi notum ei ſit tritum † prouerbium, in alieno foro litigare, cuius meminit Martialis *in præfat. lib. 12. epigram.* & Terentianum illud in Andria *act. 4. Scena 6.*

— — nunc me hoſpitem
Lites ſequi, quam hic mihi ſit facilè atque vtile,
Aliorum exempla commonent.

16 At ponamus, † forenſem fideiubere in hoc foro, cenſebiturne renuntiaſſe fori ſui priuilegio? In hac quæſtione multus eſt Iaſ. *in l. 1. ff. ſi quis in ius voc. non ierit.* Item Pet. Peckius *de iure ſiſtendi. cap.* 15. qui tamen finaliter concludit, & probat, per iſtam ſatiſdationem fori ſui priuilegio per fideiuſſorem non renuntiari, cum quo etiam conſentit Aufrer. *ad Capell. Tholoſ. deciſ.* 30. Nec in alia ſententia eſt Vlpianus *in l. 1. ff. ſi quis in ius voc. non ierit. & in l. 7. in pr. ff. qui ſatiſd. cog.* Siquidem aſſerit, fideiuſſorem iudicio ſiſtendi cauſa datum, non tamen ſuppoſitum iuriſdictioni iudicis rei vocati, pro dato fideiuſſore non haberi, niſi ſuo priuilegio ſpecialiter renuntiauerit.
17 Videmus igitur † expreſſa, & ſpeciali renuntiatione opus eſſe, nec tacito aliquo conſenſu iudicem extraneum approbari.

18 Atque inde etiam fluit, quod † fideiuſſor datus per clericum, in iudicio ſeculari conuentum, nullatenus obligatur, prout argumento textus *in l. ſi ſeruus. in prin. ff. ſi quis cautionibus* concludit Petrus Iacob. *in arbor. ſucceſſ. Regum Franciæ. circa med. verſ. item fide-*
19 *iuſſor.* Imo talis † fideiuſſio inualida etiam per nullam adiectionem confirmetur, vt voluit Bouetius *in ſingulari 11. incip. Cautio & fideiuſſio. num. 7. per text. in l. Seius. 27. in fin. ff. ad l. Falcid.*

Cui non obſtat, quod ſupra *cap. 5. numer.* 170. dixi, voluntariam ſatiſdationem iudicio ſiſti, vel fideiuſſionem de iudicato ſoluendo, iudicis incompetentis iu-
20 riſdictionem prorogare, nam † illa ſatiſdatio intelligitur cum clauſula; appareat me teneri, Franciſ. de Zabar. & Abbas Sicul. *in c. inter monaſterium. extra de ſent. & re iud.* Bart. *in l. quidam conſulebat. num. 10 ff. de re iudic.* vel cum hac conditione, Si inuentum fuerit,
21 † quod exceptiones declinatoriæ, incompetentiæ, & aliæ per me proponendæ, fuerint de iure non receptibiles, *Bart. in l. vir bonus. ff. iud. ſolui.* Anton. de Butrio *in cap. 1. verſic. ex his decidetur. extra de iudiciis* Bald. *in l. 2. C. de reb. auct. iud. poſſ.* Anton. de Butiro *col. 2.* & Felin. *num. 13. in c. inter monaſterium. extra, de re iud.* Maranta *in ſpeculo par. 4. diſtin. 12. nu. 11. & ibi Pet. Feller. in addit.* Petr. Gerard. *ſingul.* 50 Borgn. Caualcan. *deciſ. 1. num. 18. & deci. 11. nu.* 4 Horat. Carpan. *ad ſtatut. Mediolan. par. 2. 254. nu.* 12. Atque hinc fluit aliud no-
22 notabile Doctorum axioma, quod † non obſtante fideiuſſo præſtita de iudicio ſiſti, & ſtando iuri in aliqua curia, nihilominus compromiſſum peti poſſit, vt pulchrè deducit Franciſ. Areti *in conſ. 87. incip. In præmiſſa conſultatione, per tot.* Camil. Borel. *in tract. de compromiſſ. § 2. gloſ. 3 num. 23 & 24*

Multo autem magis hoc procedit in fideiuſſore contractus, qui vt plurimum extra iudicium fidem
23 ſuam interponit, hic † enim, niſi pura ſit obligatio, vel in loco contractus deprehendatur, iudicem loci contractus pro competente iudice non agnoſcit, *c. Romano § contrahentes ibi, niſi inueniantur. ibidem, vel etiam Phil. Franc. numero 1. de for. comp. in cap. 6. Innoc. in c. 1. verb. loco extra, de plus petit.* Peruulgatum enim
24 eſt, in contractibus † hodie non fieri remiſſionem, *Bart. l. heres § 1. ff. de indic. Marian. Socin. in c. dilecti. num. 38. extra de for. comp. Ioan. Bernard. Diaz. in reg. 642. incip. Remiſſio in ciuilibus. Coler. de proceſſ. execut. p. 2. c. 1. num. 36. & 37.*

Quid ſi verò is, qui fideiuſſorem præſtare debet in aliquo loco, dicat ſe ibi non poſſe inuenire, ſed bene in alio, eritne audiendus? Vlpianus inter fideiuſſionem ſiue ſatiſdationem neceſſariam, & voluntariam di-
25 ſtinguit: Si enim, inquit, neceſſaria † ſatiſdatio fuerit (veluti eſt cautio vſufructuaria, rem pupilli ſaluam fore, de ſiſtendo, de ſe præſentando de non offendendo, de expenſis, Arnold. de Reyger *in proceſſ. iudiciali diſp. theſ. 38. & 51.*) & non facile poſſit reos ibi eam præſtare, vbi conueniuntur, poteſt audiri, ſi in alia eiuſdem prouinciæ ciuitate ſatiſdationem præſtare paratus ſit quod probat Conſtit. Elector. Auguſti 5 *part.* 1. & ibi Daniel Mollerus *in commentariis.* Sin autem ſatiſdatio
26 † voluntaria eſt (cuiuſmodi eſt cautio de rato) non in alium locum remittitur, neque enim meretur, qui ipſe ſibi neceſſitatem ſatiſdationis impoſuit, *l. fideiuſſor. § ſi neceſſaria, vbi plenè Iaſ. & Iacobin. de S. Georgio l. de die. § tut. ff qui ſatiſd. cog.* Cæſar. Contardus *in l. vnic. q. 23. num. 11. C. ſi de moment. poſſ.* Ioan. Brechæus *in l. habere.*
27 188 *§ cautum. nu. 6. ff. de verb. ſin.* (vbi hanc † quæſtionem appellat pulchram, & in praxi ſæpe contingentem (Arnold. de Reyger *d. theſ.* 51. VVeſeob *in addit. ſiue complemento ad Schneidevvinum. Inſtit. de ſatiſdationib.*

nib. num. 14. Facit. text. in l. Imperatores. 34. in verb. ipſe te huic pœna ſubdidiſti. ff. de iure fiſci. Menoch. *de arb. iud. quæſt. caſu.* 182. *num.* 51.

28 Huic concluſioni † Paulus *in l. de die. §. iubetur.* hanc
cautelam adijcit, vt videlicet is de calumnia iurare
iubeatur, ſe non vexandi magis aduerſarij cauſa for-
ſitan, cum Romæ ſatiſdare poſſet ita municipium euo-
care, ſub hac vel tali formula: Iuro me Romæ ſatiſ-
dare non poſſe, & ibi poſſe, quo poſtulo remitti idq;
29 calumniæ cauſa me non facere. Quanquam † non
ſemper ad illud calumniæ iuramentum admittitur reus
ſed demum cauſa cognita, *dicta l. de die. §. iubetur in fin. & §. vltim. ff. qui ſatiſdare co. l. 3. §. 1. ff. vt in poſſeſſ. legator.*

30 Singulariter † tamen limitatur ſupra dicta conclu-
ſio in muliere, cui vſusfructus eſt relictus, illa enim
petens ſe remitti ad locum ſuæ patriæ, pro præſtandis
fideiuſſoribus pro vſufructu, non auditur, Angel. Ra-
phaeel Cumanus & Alexand. *in l. de die. §. tutor. ff. qui ſatiſd. cog.* Iaſon. *in d. fideiuſſor. §. ſi neceſſaria. ff. eodem tit.* Caſtrenſ. *conſil.* 416. *incip. Ad primum quæſitum videtur. part.* 2. Laurent. Syluan. *conſil.* 57. *numer.* 6. licet
contrarium ſenſerit Alex. *in conſil.* 57. *incip. ponderatis verbis teſtamenti. colum. fin. volum.* 3. Sanè cum quæ-
31 reretur, vbi fideicommiſſi † ſeruandi cauſa caueri opor-
teat, ex reſcripto Imp. Diui Antonini dictum fuit: Si
domicilium Romæ non haberet hæres, & omnis hære-
ditas in prouincia eſſet ad ſatiſdationem fideicommiſ-
ſi nomine in prouincia fideicommiſſarium remitten-
dum eſſe. Quare ſi hæredes in eum locum, cauendi
gratia, remitti deliberet, vbi domicilium habet, lega-
tarius autem ibi caueri poſtulet, vbi eſt hæreditas,
non erit hæres remittendus, *l. poſtquam. §. cum quærebatur. ff. vt legat. nom. caueatur.* Quia in re cau-
32 tio fideicommiſſi nomine petitionem fideicommiſſi
imitatur, cum ibi fideicommiſſum † petendum ſit,
vbi hæreditas eſt relicta, *l. vnic. C. vbi fideicom. peti oporteat. & ibi Herman. Vulteius in doctiſſimo Commentario præſertim num.* 7. *&* 8.

Verum contingere poteſt, vt ſi reo permittatur
cauſa cognita, ex alia ciuitate, eiuſdem prouinciæ,
fideiuſſorem dare duæ ſint ciuitates in eadem prouin-
33 cia, ſed † habeant diuerſos Rectores, quo caſu diuer-
ſæ prouinciæ eſſe videntur, per notata *in l. fi. C. de præſcrip. long. temp.* Angel. *in d. l. hodie §. tutor. ff. qui ſatiſd. cogantur.* Hoc caſu Bar. *in l. ſciendum. §. 1. & in d. l. de*
34 *die. §. iubetur. ff. ſatiſd. cog.* aduertendum † eſſe dicit,
an locus in quo vult præſtare ſatiſdationem, ſit mul-
tum remotus à loco in quo præſtari petitur, vt tunc, ſi
ſit vicinus, audiatur reus, ſin autem ſi remotus, nullo
modo audiatur, quam in re Bartolum ſequitur Alexand.
in conſil. 57. *colum. 2. verſ. quantum vero ad dubium. lib.* 3.
per notata per gloſ. in c. coram. extra. de electione. Ioan An-
dreæ *in c. vltra. tertiam extra de teſt. & per Bar. in extrauag. qui ſint rebelles verb. Lombardia.*

35 Locus † autem vicinus intelligitur, non vt Accur-
ſius *in l. 4. §. ſi tam vicinum, ff. de damno infecto.* volebat,
quando duæ ciuitates per centum milliaria inter ſe di-
ſtant, ſed arbitrio iudicis, *gl. c. ſtatuis verb. vicinarum de pœn. in 6.* Bald. *l. ſi vicinis. C. de nup.* Menoch. *de arb. iud.* 99. *caſu* 122. *num.* 26.

36 Et tamen † & caſus, vbi non ſatis tutum eſt, de
eodem foro, vbi contractum eſt fideiuſſorem accipe-
re, puta, ſi is hoc tempore quidem hic habitet, mox
autem aditionem in alterius principis territorium ſit
adornatus. *gloſ. l. ſi ita ſtipulatus.* 97. *§. poſſum ff. de oblig. Hippol. in Rubr. de fideiuſſor. numer.* 258. Etſi
37 enim ab initio † ſatis cautum fuit creditori, quam
primum tam locus domicilij à fideiuſſore mutatur in-

cipit ipſius conditio fieri durior, *l. prima §. primo verſicu. ſi deſinat. ff. ex nox. cauſa agatur.* faciunt tradita per
Petrum Heigium *in quæſt. iuris part. 1. quæſt. 36. num.*
38 20. *verſ. atque ex hoc fundamento.* Non † magis enim
idoneus eſt fideiuſſor, qui inuitus iudicium pati non
poteſt, quam idoneus eſt defenſor *l. neque 54. ff. de procura.* quinimo & ille pro idoneo † tutore non habe-
39 tur, ſed excuſationem impetrare poteſt, qui domici-
lium alio transferre intendit, *l. idem. 12. §. 1. ff. de excuſa. tutor.*

40 Quemadmodum autem Notarij † inſtrumenta con-
ſcribentes expreſsè addere debent locum contractus,
imò, & locum loci, adeo, vt nulla contraria conſue-
tudo valeat, vt fuſiſſimè declarat Menoch. *in conſil.* 288.
num. 1. & ſeqq. volum. 3 approbat Ruland. *in tract. de commiſſ. part. 2. lib. 5. cap. 14. num. 2. & 3.* quorum opi-
nio eſt magis communis, Ioan. Baptiſta Aſinius *in tract. de executionib. in prolegomen. capus. 6. num.* 2. M.
Ant. de Amatis *deciſ. 69. num. 1. 2. & 3.* quibus tamen
contradicit Bertazolius *in tract. clauſul. inſtrum. clauſ. 1. glo. 1. num.* 4 Ita etiam idem in contractu fideiuſſionis
obſeruandum erit, per ea quæ idem Menoch. tradit. *lib. præſum. præſumpt.* 84. vbi hanc ſententiam alios mul-
tos citat, idque tutius eſſe exiſtimo. Præſertim quia
41 facillime quæſtio ingruere poteſt. An † & quando lo-
cus contractus vel ſolutionis faciendæ ſit inſpiciendus.
de qua text. & gloſ. *in l. ſi fundus ff. de euictionib. & in l. ff. de vſuris.* latè Bart. *in l. cunctos populos. C. de ſumma trin. & fide catholica.* Fabius de Anna *conſil.* 54 *per tot. vbi plures alios adducit.* Decius *num.* 8. & Cagnol.
num. 5. & 6. in l. ſemper in ſtipulationibus. ff. de reg. iur.
VVeſenb. *conſil. 1. num. 18. part.* 1 Myſing. *cent. 4. obſ.*
82. Gail. *lib. 2. obſ. 123. num.* 2. Petr. Gilkenius *de præſ. part. 3. c. 11. num.* 6.

42 Denique nihil † impedit, fideiuſſionem etiam in
43 ipſius creditoris domo fieri, & donatio † in domo
donatarij fieri poſſit, quia iure non reperitur cautum,
44 quod † locus vitiet donationem, alias rite factam,
vt decidit Martin. Laudenſ. *in conſ 22. numero 3. & facit l. fin. Cod. de temp. in integ. reſtitut.* Daniel Molle-
tus *in commentarijs ad conſtit Elect. Auguſti 3. numer. 35 part.* 2.

45 Num verò † idem dicemus de Eccleſia, vel alio
templo? Pro parte negatiua facit textus *in l. C. de ſacroſancta Eccleſ.* ex quo colligunt nonnulli, quod con-
tractus in Eccleſia celebrati non valeant, idque non-
nihil iuuatur. *c. non decet. de immunit. Eccleſ. lib.* 6. ſed
verius eſt, per ſe tales contractus valere, cum abſque
46 vllo ſtrepitu fieri poſſint, licet † peccent contrahen-
tes, loci religionem [cum Eccleſia ſit domus Dei,
teſte Camillo Borello *in tract. de compromiſſ. §. 3. glo. 4. numero* 75.] tam parui facientes, vt vult Ioan. Mo-
nachi *in d. c. non decet. numero* 6 Et Vincent. Carocius
de iuram. deciſ. quæſt. 3. in 13. quæſtion. princip. numero
47 3. *& facit. l. 1. & 2. C. de his qui in Eccleſ manumit.* De
quo † in ciuitatibus quibuſdam Hanſeaticis minus eſt
dotandum conſuetudine quaſi introductum ibi ſint, vt
contractus, ſponſalia, & alia multa negotia in tem-
48 plis celebrentur, & peragantur. Sic apud Græcos,
qui ſanctam, & inuiolabilem præſtare volebant fi-
dem, in Teſmophoræ, hoc eſt, legiferæ Cereris tem-
plum deſcendere, quibuſdam exhibitis ſacris. Deæ
purpuram induere, incenſiſque facibus velut præ-
ſentibus dominis, per quidquid eſt Deorum, de-
ierare ſolebant *Alex. ab Alex. libro genial. dier. cap.* 10.

49 Sic more Romano † pactiones, fœdera te-
ſtamenta, & pecunias, in templis depoſita fuiſ-
ſe teſtatur Vlpianus *in l. 4. ff. de tabulis exhiben.* & ex

Dione, Appiano, Suetonio, Plutarcho, & Tertulliano retulit Iuſtus Lipſius *in comment. ad Tacitum lib. 1. annal,*
50 *num. 48. vbi vide.* Examinationem quoque † teſtium in Eccleſia licitam eſſe, quãdo alius locus honeſtus, vel opportunus non inuenitur, tradit Bart. *in l. 2. C. de ſacroſan. Eccleſ.* Rebuff. *de teſt. glo. 10. num. 66. & de reprobat. teſt. num. 35.* Ruland. *de commiſſ. part. 1. lib. 6. cap. 3. num. 16.* Sic arbitrator † quoque ſententiam ſuam in Eccleſia ferre poteſt, vt eleganter monſtrat Camillus Botellus *d. §. 3. gloſs. 4. num. 72. 73. 74 &* 75. in quo allegando caput hoc concludo.

CAPVT XV.

De effectibus fideiuſſionis.

SVMMARIA.

1 *Fideiuſſio ſponſorem volentem volentem æri alieno obſtringit. Et num. 9. 10. & 11.*

2 *Reum acceſſorium verumque debitorem conſtituit, iuxta Aſinium.*

3 *Fideiuſſio inquietam vitam, & noctes inſomnes cauſatur.*

4 *Auguſtus Cæſar culcitram Equitis Romani obærati, & defuncti ſibi emi iuſſit.*

5 *Fœlix qui nihil debet. Et num. 6.*

7 *Perſis peccatum fuit, debere.*

8 *Decoctores, & malæfidei debitores ſimiles Chamæleonti.*

12 *Duæ ciuitates Stolberga, & VVernigeroda ob fideiuſſionis nexum in bannum Imperij declaratæ, ſed poſteà rurſus abſolutæ.*

13 *Æs alienum non temere contrahendum.*

14 *Debitore bona ſua alienare prohibito, non tamen fideiuſſor alienare prohibetur, contra Franciſcum Iametium.*
Et num. 17. & 18.

15 *Debitori ex probabili ratione prohiberi poteſt, ne bona ſua alienet.*

16 *Mandata alienationis inhibitoria in Camera Imperiali emanare ſolent.*

19 *Fideiuſſoria cautio ſuccedit in locum ſequeſtrationis, vel arreſti. Eaque eſt communis opinio. num. 20. Et practica. num. 21.*

22 *Fideiuſſio ſequeſtri medicina.*

23 *Mandata de relaxando arreſto in Camera Imp. impetrari poſſunt.*

24 *Fructus ſi debeant ſequeſtrari ex forma legis, vel ſtatuti, atque ille contra quem agitur, vult dare fideiuſſorem de reſtituendo omnes fructus, nullo modo peruenitur ad ſequeſtrationem.*

25 *Ordinatio iudicialis Francofurtenſis adducitur.*

26 *Ordinationes prouinciales, & iudiciales Colonienſis, Iuliacenſis, Monuſterienſis, Haſſica, Spanheimenſis, Solmenſis, & Lubecenſis introducuntur.*

27 *Caſus, quibus arreſtum ad cautionem fideiuſſoriam non relaxatur, remiſſiuè.*

28 *Arreſtatio facta ad hoc, vt debitor ſoluat, reuocatur tantum per realem ſolutionem*

29 *Satiſdatione quando non tollitur ſuſpicio dilapidationis, res manet in ſequeſtro.*

30 *Iuratoria cautione etiam aliquando tollitur ſequeſtrum. Quod declara, vt num. 31.*

32 *Arreſto relaxato, non tamen tollitur competens actio, ſiue cauſa principalis.*

33 *Perſona ſi arreſto ſit aſtricta, cogitur ex ſententia Scabinorum Lipſenſium cautionem præſtare, & ab eis rectum iudicium expectandum.*

34 *In cauſa ſequeſtri requiritur etiam aliquando ſatiſdatio rem ſaluum fore.*

35 *Forenſi in alterius Principis ſiue ſtatus Imperij ditione arreſtato, & quidem iure Magiſtratus, nihilominus in Cam. Imp. proceſſus ſuper conſtitutione arreſtorum, ad oblatam cautionem de iudicio ſiſti, & iudicatum ſolui decerni debent.*

36 *In ius vocatus præciſe non cogitur ire, ſi modo ſatiſdet certo commodoque die iudicio ſiſti. Sed hodierno tempore aliter ſe res habet num. 37.*

38 *Citationis præcipuus effectus eſt comparitio.*

39 *In ius rapere aliquem inuitum, an olim licuerit necne; remiſſiuè.*

40 *Fideiubens creditori (cui debitor iam ante res fideiuſſoris oppignauerit) videtur mandare res ſuas eſſe obligatas. Secus ſi poſteà dentur. num. 41.*

42 *Fideiubens pro aliquo, ei conſentire, & auctoritatem præſtare dicitur.*

43 *Duobus de re aliqua contendentibus, ea vni eorum traditur, modo caueat tradenti de indemnitate, ſi tertius fortè interueniat.*

44 *Fideiuſſoris datio perpetuat actionem.*

45 *Fideiuſſorem recipiens à colono pro mercede, videtur tacite renuntiare hypotheca ſuper rebus illatis & inuectis.*

46 *Fideiuſſores loco pignorum nemo accipere cogitur.*

47 *Debitor de iure Saxonico aſſignatur creditori ad operas præſtandas, quamdiu fideiuſſionem præſtare poteſt.*

48. *Obligatio vna non debet oriri ex alia.*

49 *Dilatio non eſt damnum, vbi certior fit ex dilatione victoria.*

50 *Fideiuſſio in iudicio præſtita inducit conſenſum.*

51 *Fideiuſſorem à debitore bannito accipiens cenſetur renuntiaſſe priuilegio banni.*

52 *Fideiubens in caſu, quo vult reuocare tenutam aduerſario conceſſam ex primo decreto, ob ſuam contumaciam, audiri debet.*

53 *Fideiuſſoris datio facit ceſſare beneficium Auth. res quæ C. commun. de legatis. Sed contrarium deciditur contra Ludou. Romanum. num. 54.*

55 *Fideiuſſionis præſtitio arguit cauſam eſſe ciuilem, non criminalem, iuxta Tiber. Decianum. Sed non admittitur illud generale effatum.*

56 *Relaxio incarcerati ſub fideiuſſorib. cauſam quandoque ciuilem efficit.*

57 *Carceratus pro executione ſententiæ, vel vt tædio carceris affectus de ſolutione cogitet, non liberatur, etiam ſi aliquis vellet fideiubere pro illo, de iudicio ſiſti, & iudicatum ſolui, ſed debet vel ipſe, vel fideiuſſor, aut ſoluere, aut præſtare cautionem de ſoluendo.*

58 *Fideiuſſio eſt vice cuiuſdam ſolutionis.*

59 *Fideiubere eſt ſoluere, ex Bal. & Hieron. à Laurentijs.*

60 *Intellectus l. cui præcipua. 57. §. 1. ff. de verb. ſign.*

61 *Numeratio pecuniæ ſolum modo naturalis, & ſufficiens eſt ſolutio.*

62 *A ſolutione ad cautionem non ſemper tuta eſt argumentatio.*

63 *Executio in incertis euitatur, dando fideiuſſorem de luendo facta liquidatione.*

94 *Procurator iuſſus ſolutionem accipere, non recte fideiuſſorem accepit.*

65 *Spoliator iuſſus reſtituere, non liberatur dando fideiuſſores, ſed reſtitutione ipſius rei.*

66 *Fideiuſſorum ſatiſdatio ita aliquem loco affigit, vt inde recedere non poſſit.*

67 *Domi ſuæ arreſtari quis ita poteſt ne ex ea procedat.*

68 *Prohibitio talis vocatur modo interdictio, modo arreſtum, modo confinatio, modo affinatio, modo diſtrictus, modo Giſelatio,*

Giſelatio, Germania.

69 *Baldi opinio refellitur, volentis iudicem non poſſe aliquem interdicere, ne exeat domo.*

70 *Aufugiſſe ex carcere dicitur, qui præceptum habuit de non exeundo, & tamen domo, vel ciuitate exiuit.*

71 *Habeturque pro confeſſo & conuicto, ex ſententia Guidonis Papæ & Maſcardi, quæ tamen refellitur. nu. 72. ex Iaſone, Boerio & Bauſtio.*

75 *Contractus ad aſſinatis celebrati non reſcinduntur, contra Guid. Papa, Menoch. & Maſcardum.*

74 *Captiuorum ac ſeruientium à ſpecie non multum differunt, qui ità ſunt ad locum aliquem aſtricti, vt facultas non detur recedendi.*

75 *Egreſſio cauſaria, & neceſſaria non eſt prohibita.*

76 *Periculum moræ facit licitum quod alias eſſet illicitum.*

77 *Neceſſitas facit probabile, quod alias eſſet improbabile.*

78 *Periculum vbi eſt in mora, ibi à regulis iuris receditur.*

79 *Peſtilentioſo in loco verſari, eſt Deum tentare.*

80 *Peſtem fugere licet.*

81 *Peſtis tempus eſt tempus mortis, quo ſoluuntur omnia iura.*

82 *Peſtis tempore licitum eſt iudici de alterius iudicis cauſis cognoſcere.*

83 *Inhibitio aliquando in Cam. Imper. decreta, cum ſupplicans obtuliſſet cautionem*

84 *Executio non poteſt impediri ab eo, qui ad rem ius aliquod contra alium (ius etiam ſuum prætendentem) obijcit, ſi ei cautio indemnitatis præſtetur. Declarat. vt num. 85.*

86 *Fideiuſſoris datione agnoſcitur debitum, & præſcriptio interrumpitur.*

87 *Debiti recognitione interrumpitur.*

88 *Reuiſio aduerſus ſententias in Cam. Imper. impetrata, earum executionem non ſuſpendit, modo idonea cautio præſtetur. Sed contrarium placuit Gailio, Knichene, Goddeo, Heigio, & deputatis imperij, Anno 1600. num. 89. & 90.*

91 *Reſtitutione in integrum calumnioſe petita contra ſententiam, ſi adſint præſumptiones, proceditur nihilominus ad executionem, modo victor idoneam cautionem præſtet.*

92 *Nuntians nouum opus cauſa ſuæ nuntiationis exprimere tenetur, ſi ædificans petat.*

6; *Nuntians intra trium menſium ſpatium de iure ſuo docere debet. Quod ampliatur. num. 94. & 95. ex Teſſauro & Carocio.*

66 *Ædificans poſt elapſum trium menſium ſpacium in opere pergere poteſt, ſi præſtet ſatiſdationem de demoliendo, ſi ita cognitum fuerit.*

97 *Trium menſium ſpatium in Cam. Imp. tam exactè non obſeruatur, ibique præiudicia relata in cauſa Volburgij contra Palatinum.*

98 *Ædificans poſt elapſos tres menſes oblata, ſed non acceptata forte idonea ſatiſdatione, impetrare poteſt mandatum ſine clauſula, de non turbando, nec impediendo, vel moleſtando in opere cœpto, cum annexa citatione ad docendum de paritione.*

99 *Satiſdatio in noui operis nuntiationis materia debet eſſe fideiuſſoria, non pigneratitia.*

100 *Ad impetrandum prædictum mandatum ſine clauſula, de impediendo, &c. opus eſt exhibere documentum oblatæ cautionis, vt obſeruatum in Cam. Imper. in cauſa Rudenum contra Rudenum.*

101 *Statutum Lubecenſe loco prædictorum trium menſium tantum. 14. dies requirit.*

102 *Replicatio, Hodie conſtat hodie agatur, ædificationis continuationem impedit. Eaque eſt communis opinio* Anton. Heringius *numer. 103. Quæ declaratur adducto præiudicio* Cameræ Imper. *num. 104.*

105 *Nouum opus nuntians tenetur iurare de calumnia.*

106 *Conſcientia alicuius quæ relinquuntur, firmare debet conſcientia, quod ſit pura.*

107 *Procuratoris remiſſio in noui operis nuntiatione duo requirit.*

108 *Fideiuſſionis præſtatio efficit, vt quamuis res, Eccleſiæ, vel fiſco ratione cenſuum affecta, & emptori vendita, qui ſufficienter ſoluere poteſt non retretrahatur à proximiore conſanguineo, qui ad ſoluendos cenſus non ſatis diues eſt, retrotrahi tamen poſſit, præſtet fideiuſſores.*

109 *Obligatio ſub ſatiſdatione contractas amplius pura eſt.*

110 *Fideiuſſoria obligatio operatur, vt fideiuſſor tutori non poſſit eſſe pupilli tutor. Et num. 112. & 113.*

1ʒt *Ioan. Baptiſta Aſinij opinio non admittitur.*

114 *Reuiſionem actorum impetrans liberatur etiam ſi non pecuniam deponat, ſed tantum fideiuſſores præſtet.*

115 *Prohibitus rem quampiam alienare, non poteſt fideiubere in contractu illius rei alienari prohibitæ.*

516 *Satiſdationem offerens tollit immiſſionem.*

117 *Vidua non vtitur iure retentionis, ſed bonis mariti excedere cogitur, ſi hæredes ſiue ſucceſſores feudi ſatiſdationem illi offerant, ſe id, in quo condemnati fuerint illi ſoluturos.*

118 *Grammatic. & Ioſeph. Ludou. declarantur. Adducto.*

120 *Probaſſe dicitur qui ſatiſdedit. (ſtatuto Lubec. nu. 119.*

121 *Decedente aliquo ſub incerto cauſæ euentu ſub fideiuſſoribus bona eius non confiſcantur, ſed hæredib. relinquuntur. Et num. 121.*

123 *Depoſita pecunia alicui permitti poteſt, ſi modo præſtet fideiuſſionem de non alienando.*

124 *Cautela pro iudice incarcerante.*

125 *Fideiuſſio de per ſe, ſine alia probatione læſionis, læſionem inducit. Etiam ſi fideiuſſio ſit approbata à iudice. nu. 126.*

127 *Fideiuſſio reſpectu creditorum facit pecuniam, etiam conſumptam, extare, & ſic loco proprietatis cadit.*

128 *Fideiuſſor fideiuſſoris mei non dicitur meus fideiuſſor.*

5 EXplicatis cauſis fideiuſſionis conſequens eſt, vt nonnullos quoque eiuſdem effectus recenſeamus. Primus igitur fideiuſſionis effectus is eſt, quod † fideiuſſio ſponſorem, velit, nolit, æri alieno obſtringit,
2 imo Reum † acceſſorium (vt doctè explicat Ioan. God. *de contrah. & commit. ſtipul c. 5. concl. 10. nu. 148.*) ac verum debitorem conſtituit. *iuxta l. aduerſus. 29. ff. de accept. l. 4 ff. de fideiuſ.* Bar. & Fran. à Rip. *in l. 5. ff. ſi cert. petat.* Franc. Marcus. *deciſ. 340. nu. 8. p. 1.* Franc. Iamet. *in comm. ad l. 1. mihi fol. 4. ff. de fideiuſ.* Hota Carp. *ad ſtat. Mediol. p. 1. in prolud. num. 469.* prolixe Baptiſta. Aſin, *in praxi ſua de execut. c. 2. num. 2. & ſeqq.* vbi pro contra diſputat, num lex vel ſtatutum de debitore ſimpliciter loquens, fideiuſſorem etiam complectatur, cuius argumenta non tranſcribo, ne opus hoc in immen-
3 ſum excreſcat. Quicunque igitur † tranquillam mauult vitam tranſigere, nec noctes inſomnes ducere, vt plurimas pungentium ſpinarum inſtar ſibi eſſe cupit, *iuxta Syracid. in panereto. c. 31. ver. 1. & 2.* is aut caueat vel potius nunquam, præterquam ſi Chriſtiana charitas hortetur, pro alijs fideiubeat. Recte enim Menedemus apud Plautum *in Menechmis. Scena. Ædepol. ne hic.*

----Facilen tu dormis curans?
Perdormiſſe, ſi reſolui argentum, cui debeo.

Quod proculdubio etiam in mentem Cæſari Au-
4 guſto venit. Equite † n. quodam Romano defuncto,

Digitized by Google

qui tantum habebat æris alieni, vt ſumma ducenties H.
S. excederet, quod tamen dum viueret, celauerat,
illiuſque auctioni ſubiectis, Auguſtus iuſſit ſibi
emi culcitram illius cubicularem; Admirantibus
porro hoc præceptum Habenda eſt, inquit, ad ſom-
num mihi conciliandum illa culcitra, in qua ille, tan-
to ære alieno obſtrictus ſomnum capere potuit, vt re-
fert Macrob. *lib.* 2. *Saturnal. cap.* 4. Eraſm. *Apoph. lib.*
4. *in Auguſt. num.* 31. *mihi pag.* 306.
5 Et hoc † ipſum tam verum eſſe quam quod veriſſi-
mum ſententia hæc Græcis celebrata, *Εὐδαίμων ὁ μηδὲν ὀφείλων felix, qui nihil debet.* ſatis atteſtatur. Quid
6 enim † calamitoſius, quam toties erubeſcere, toties
perfricare faciem, more veſpertilionum fugitare, lati-
tare, mentiri, diſſimulare, nunc ſupplicem agere,
nunc flagitare, palam appellari, vitari, per exclama-
tionem illam Perſici. *Satyr.* 5.
----nunc nunc, hic hic, quem quærimus hic eſt,
notari digito, breuiter, nunquam ſui iuris eſſe, ſed quo-
tidie tot creditores ad petenda debita domum debi-
toris conuenire, vt tranſeuntes ad efferendum nunc
mortuum conuenire arbitrentur, ſicut in Æchinem
Socraticum iocatur Lyſias apud Athenæum *lib.* 13. *c.*
vlt. quę quidem incommoda omnia æs alienum ſecum
7 adfert? Atque † ideo *lib.* 1. ac Plutarc. *in commen. de*
vitandis vſuris. ſcribunt, apud Perſas duo fuiſſe pecca-
ta, Primum debere; proximum mentiri. Iudicabant
enim iſta cohærere, quod qui ſunt obærati, ſæpius
quoque mentiri coguntur. *Victorin. Sigelius lib.* 2. *Et hic*
8 *mihi pag.* 277. Quo † etiam Theodoricum Oſtrogothum
reſpexiſſe veriſimile eſt dum Frontoſum quendam
decoctorem, & malæ fidei debitorem, Chameleonti
comparat, inquiens: *Merito Chameleontis beſtiæ conferen-*
dus, quæ paruorum ſerpentum forma conſilys aureo tantum
capite, & reliquis membris ſubalbentis Praſini colore di-
ſtinguitur. Hæc quoties humanos aſpectus incurrerit, dum
ei fugiendi velocitas denegatur, nimia timiditate confuſa
colores ſuos multifaria qualitate commutat, vt modo Ve-
neta, modo Blattea, Praſina, modo poſſit Cyanea reperi-
ri. refert Marq. Freherus *de fama publica lib.* 2. *cap.* 13.
num. 15.
9 Annotat † quoque Georg. Lauterbeg. *in* 4. *p. de vita*
Regentium c. 13. ſe nouiſſe quendam extraneum, qui
cum in Germania æs alienum 80000. floren. contra-
xiſſet & ne ſtipitem quidem in Germania haberet po-
10 ſteà turpiter relictis fideiuſſorib. aufugerit. Idem † au-
ctor commemorat, in Bohemia magni nominis virum
propter fideiuſſiones eo inopiæ redactum, vt omnes
ſuas facultates reliquerit, etiamſi fuerit vir diues, &
Baro, cuius vidua poſtea propter inopiam in vico,
11 quodam nupſit conſuli, filia lanioni. Hiſtoriam † aliam
lector ipſemet petere poterit ex Cranz. *lib.* 12. *cap.* 7.
& cap. 20. *ac* 32.
Quid? quod non ita pridem, nimirum 7. Iulij, An-
no 89. ad inſtantiam Erneſti Friderici Marchionis Bal-
12 delis † duæ ciuitates Stolberga, & VVernigerola,
tanquam fideiuſſores, & principalis rei pro Comiti-
bus Stolbergenſibus exiſtentes, ratione 400. floren.
publice & ſubdio in bannum à Camer. Imp. declaratæ
fuerunt à quo rurſus 16. *Iunij Anno* 1591. per ſenten-
13 tiam ſunt liberatæ. Hæc, † & alia nos commonefa-
cere debent, ne temere pro aliis fidem noſtram in-
terponamus, & ſic æs alienum contrahamus. Etſi enim
iocoſe, tamen vere dixerunt Germani noſtri. Vos qui
hæc forte credere obſtinata tenuitis peruerſitate, vi-
dete, ne vos redarguat ſeruum tempus, & irreuo-
cabilis pœnitentia caſtiget. Nec enim deſunt exempla
illorum qui hæc monita falſe irriſerunt, quorum ædes
iam habent inſcriptionem, VENALES: extremam
proculdubio ſentientes felicitatem in eo quod ſibi
ipſis hæredes ſunt, vt aliquando dicebat Heliogaba-
lus.
Etſi autem, vt modo probatum eſt, non ſolum reus
ipſe, ſed etiam eius fideiuſſor in ære ſunt alieno, adeo,
14 vt fideiuſſor etiam debitor dici poſſit, non † tamen
inde cum Franciſ. Ianietio *in commen. ad l.* 1. *mihi fol.*
4. *ff. de fideiuſſ.* recte quis inferret, ſi forte aliqua lege
15 prohibeatur, debitorem bona ſua alienare (quod † ex
probabili ratione fieri poteſt, *l. ſi. C. de reb. alien. non*
alienan. l. 1. *ff. de fundo dotali. l. quedam. ff. de acquir. rer.*
dom. Auth. res quæ C. commu. delegat. Fab. de Anno conſ.
16 8. *nu.* 52. *&* 53. ad quem finem † etiam in Cam. Imp.
mandata alienationis inhibitoria impetrari, & decerni
ſolent, vt factum in cauſa Palatini Ioannis Caſimiri
contra Palatinum Georgium Hoſſie, ſuper alienatio-
ne patrimonij antiqui obſeruandum, ad ſummam, &c.
28. *Martij Anno* 1590. Item in cauſa Frembergij contra
Frembergium, & Viltembergenſem 30. *Aprilis an-*
no 1590. Item in cauſa Epiſcopi Tullenſis, cui Ferdi-
nandus Imperator inhibuit, ne bona Eccleſiæ in Du-
cem Lotharingiæ abalienaret) ideo etiam fideiuſſo-
rem prohiberi bona ſua alienare, cum creditoris
17 interſit, vtrumque manere ſoluendo. Nam † reſpon-
dendum eſt fideiuſſorem quidem, quoad effectum
obligationis, teneri vt reum, ſed tamen neutiquam
alienatione bonorum ipſi interdici, niſi forte fraus in-
terueniat. *l.* 1. *ff. quæ in fraud. credit.* Alienationis enim
prohibitio eſt odioſa, & ſtricte intelligenda, vt dixi
18 ſupra *cap.* 1. *numer.* 97. Nec † iura, de debitoribus
loquentia, abſque diſcrimine etiam de fideiuſſori-
bus ſtatim ſunt accipienda, ſiquidem proprie loquen-
do fideiuſſor non eſt talis debitor, à quo etiam in-
uito quid exigi poſſit, ſed prius omnino debitor eſt
excutiendus, modo beneficio ordinis non ſit renun-
tiatum. *Baptiſta Aſin. d. cap.* 2. *numer.* 12. *&* 13. Vnde
etiam prohibitus obligari, non prohibetur fidein-
bere præſertim in materia ſtatutaria, ſecundum Bald.
in tractatu ſtatutorum verb. fideiubere numero 6. *& in l.*
col. 2. *numero* 7. *verſi. Quæro. ſtatutum dicit. Cod. ad*
Maced. Horat. Carpan. *ad ſtatut. Mediolan. part.* 1. *c.*
416. *numer.* 83.
19 Secundus fideiuſſionis † effectus eſt, quod fideiuſ-
ſoria cautio ſuccedit in locum ſequeſtrationis ſiue
arreſti, & detentionis. Ad ceſſationem enim ſiue re-
laxationem ſequeſtrationis, & Arreſti, etiam rite in-
terpoſitorum, ſufficit ſola cautio iudicio ſiſti, & iu-
dicatum ſolui (licet Petrus Peck. *in tract. de iur. ſiſt.*
c. 45. *num.* 7. poſt alios arbitretur, ſatis eſſe, ſi interpo-
natur ſola cautio de iudicio ſiſti) quę facit in totum
expirare effectum ſequeſtrationis, arreſti, quando-
quidem ſatis aſſecuratur ſequeſtrari, & arreſtari fa-
ciens in eo, quod in caſu victoriæ certus eſt de reci-
piendo ſuo, ob quod ab initio deueniat ad ſequeſtratio-
nem. Franciſ. Curtius *de ſequeſtris. num.* 67. *per l. litibus*
vbi Br. & Lucas de Penna. 7. *C. de agric. & cenſit. lib.* 11.
Bal. *in l. fin. C. de ordinat. cognit.* Cynus, & Bald. *in*
l. 1. *C. de prohibita ſequeſt.* Martin. Laudenſis *conſ.* 43.
num. 3. *mihi pag.* 113. Betr. de Rauen. *ſing.* 223. *facit Au-*
then. & qui iurat. in fin. C. de ben. auct. iud. poſſ. l. ſi fide-
iuſſor. 7. §. *fi. ff. qui ſatiſd. cog. l. Senatuſconſul.* 16. *ff. de*
offic. præſidis. Mandoſ. *in tract. de monitorijs. quæſt.* 10.
numer. 3. Gail. *lib.* 2. *obſer.* 44. *numer.* 10. Corraſ. *lib.*
3. *Miſcell. cap.* 2. *numer.* 19. Hieron. Gratus *reſponſo*
28. *in princ. volum.* 1. (vbi nominatim legis munici-
palis Ferrarienſis mentionem facit) Hieron. Mago.
deciſ. Lucenſi 6. *numer.* 2. Ioan. Godd. *de ſequeſt. poſſeſſ.*
& fructuum c. 3. *num.* 14. Franciſ. Milanenſis *deciſ.* 11.
20 *num.* 32. *&* 36. *lib.* 1. Et hęc † non ſolum communis
eſt

eſt opinio, ſecundum Lanfr. Balb. *deciſ.* 240. VVeſenb.
conſ. 7. *nu. vlt.* Myſing. *conſ.* 67. *nu.* 18. & *obſ.* 15. *nu.* 7. *cent.*
5. And. Cludium *de ſequeſt. cap.* 10. *num.* 1. Ruland. *de*
21 *commiſ. part.* 4. *lib.* 4. *cap.* 5. *num.* 36. Verum etiam † communis practica, teſte Colero *in deciſ. Germania deciſ.* 134. *num.* 24.

Vnde etiam Naita *in conſ.* 389. *nu.* 8. *lib.* 2. Octanian.
Veſtrius *in praxi ſua lib.* 7. *c.* 2. *nu.* 9. & Caualc. *per plura*
allegata in deciſ. 1. *nu.* 12. & *dec.* 3. *nu.* 22. & 23. *pag.* 1. nec
non nouiſſimè Ioſeph. Ludou. *deciſ. Lucenſi* 51. *per tot.*
22 (*vbi vide*) Fideiuſſionem appellant ſequeſtri † medicinam. Idque adeo verum eſt, vt ſi ſequeſtrum ad ſuffi-
23 cientem cautionem relaxari nolit, ob † id proceſſus
in Camera Imperiali obtineri poſſint, prout decreti
fuerunt in cauſa N. contra N. 31. *Mar. An.* 1582. de quo
fuſius agentem vide Anto. Gail. *in tract. ſuo de arreſtis*
24 *Imperij.* Imo, ſi † ex forma legis, vel ſtatuti fructus debeant ſequeſtrari, & ille contra quem agitur, vult dare fideiuſſorem de reſtituendo omnes fructus, nullo
modo peruenitur ad ſequeſtrationem, Angel. *in d. l. licet.* & Ioan. Saxon. *in conſuet. Turonenſ. tit.* 1. §. 24. *glo.* 1.
25 Atque † hæc etiam expreſsè probantur in ordinatione
Iudiciali Francofurtenſi *tit.* 13. § *vlt.* vbi dicitur: Arre-
26 ſtum defenſio, ac reſtitutio ſermania ſint. Et † quanquam in VVeſtphalia (quatenus Electori Colonienſi
ſubeſt) multis retro annis vſitatum fuit, quod ab arreſto, & executione incipere licuerit. Cautio ſit idonea.
Quia tamen id iuri contrarium eſt, ideò Elector Colonienſis Hermannus in cauſa N. qui habeat bona immobilia, &c. in ſui ordinat. multa declarauit, & ordinauit ſic etiam ordinat. Lang. & in ordinatione prouinciali Haſſica *c.* 8. Spanheimenſi *tit.* 53. & Solmenſ.
tit. 10. §. damnum autem ſtatut. Lubecenſ. *lib.* 5.
tit. 12. *art.* 2. vbi dicitur. Qui detentus eſt ſiue ciuis, vel extraneus cautionem idoneam præſtare debet,
&c.
27 Vide † tamen huius regulæ limitationes apud Iaſon.
in l. fideiuſſor. § *vlt. poſt. nu.* 17. *D. qui ſatiſd. cog.* Felin. *in*
c. examinata col. 7. *D. de iudiciis* Curtium *in repetit. l.* 1. *C.*
de probib. ſeq. pecun. Coler *de proceſſ. execut p.* 3 *c.* 11. *nu.*
28 87. & 88. Notabilis † eſt, quod quando arreſtatio facta
eſt, ad hoc, vt debitor non ſatiſdet, ſed vt ſoluat, tunc
reuocatur per ſatiſdationem, ſed per realem ſolutionem, *l. q pecunia in fin. ff. vt in poſſ. legat.* Bart. *in l. conſentaneum. poſt numer.* 15. C. *quom & qui iudex.* Berous
in cap. quoniam contra numer. 158. *verſ. quando vero,*
29 *exc. de probat.* Sic † quando per ſatiſdationem non
tollitur ſuſpicio dilapidationis res vtique manet in
ſequeſtro, *c. tranſmiſſa. c. literas in fin, extr. de reſtit.*
ſpoliat. §. *nouiſſime inſtit. de ſuſpect. tutor. Dd. in l. ſi fideiuſſor.* §. *fin. ff. qui ſatiſdat. cog. Iuſtinian. Bondenarius*
30 *inter conſilia criminalia Ziletti*, *conſ.* 104. *num.* 6. 7. 8. &
12. *volum.* 2 Aliquando † tamen, & per ſolam iura-
31 toriam cautionem tollitur, modo † perſona, aduerſus quam eſt factum ſequeſtrum, ſit honeſta, & non
ſuſpecta, prout in Camera Imperiali obſeruatum eſſe
teſtatur Mynſing. *cent.* 2. *obſer.* 11. quod probat Magonius *deciſ. Lucenſi* 7. *num.* 2. Io. Godd. *in tract. de ſequeſt.*
poſſe & fructuum cap. 3. *numer.* 18. 19. & 20. & *dixi infra*
cap. 18. *num.* 107.

Verum ſicut in ordinariis iudiciis actio principalis
aduerſus reum non tollitur per ipſius ſatiſdationem,
ſed potius aſſecuratur actor, vt in caſu victoriæ certius
ſit, vbi ſuum conſequi debeat: Ita quoque proceſſus
32 arreſti inſtitutus aduerſus arreſtatum † quoad cauſam
principalem non ita tollitur per ſubſequentem cautionem, de iudicio ſiſti, & iudicatum ſolui, quo minus
in iudicio principali denuo ſequeſtratus cogatur actioni contra eum inſtitutę reſpondere. Coler. *de proceſ.*
Anton. Heringius.

exec. p. 1. *cap.* 2. *num* 75. Id quod etiam innuit conſtitutio Imperij in Comitijs Spirenſib. de anno 1570. lata,
vbi in §. in arreſto dicitur: eſt attendenda ne aliquod
indirectum ſubſequatur, &c. cautione de iudicio ſiſti,
& iudicatum relaxato.
33 Hinc etiam Scabini Lipſenſes aliquando 21. *Auguſti an.* 1563. reſponderunt, ſi perſona arreſto ſit aſtricta, quod cogatur cautionem præſtare. Nonnun-
34 quam etiam † in cauſa ſequeſtri non ſufficit ſola cautio iudicio ſiſti, ſed requiritur etiam ſatiſdatio rem
ſaluam fore, per tex. *in l. fin. C. de ordin. cognit. Gail. lib.*
1. *obſ.* 148. *num.* 4. Et ita aliquando obſeruarunt Aſſeſſores anguſtiſſimæ Cameræ Imperialis in cauſa Mindenſi
contra Brunſuichum 27. *Ianuar. an.* 1582. referente Ru-
35 lando *in tract. de commiſ. part.* 4. *lib.* 4. *cap.* 5. *num.* 10.
Denique † in nouiſſima Imperij conſtitutione *de anno*
1600. *in* §. 19. ſancitum eſt, etiam ſi quis forenſem,
per alterius principis ſiue ſtatus Imperij ditionem iter
facientem, iure magiſtratus arreſtari faciat, quod tamen in Camera Imperiali proceſſus ſuper conſtitutione arreſtorum, ſtantib. alijs requiſitis, decerni debeant,
modo arreſtatus arreſtanti cautionem de iudicio ſiſti,
& iudicatum ſolui ubtulerit.
36 Tertius fideiuſſionis † effectus eſt, quod in ius vocatus, Diomedea quadam neceſſitate, vocantem ſequi
non cogitur, ſed ſi prætexat aliqua iuſta impedimenta,
quo minus venire poſſit, ſub ſatiſdatione, certo commodoque die iudicio ſiſti, eſt dimittendus, *tot. tit ff. in ius*
voc. vt eant. l. neque 22. §. 1. *ff. de in ius voc.* adeo, vt ſi
non contentus locuplete fideiuſſore actor in ius porrò
trahere pergat, iniuriarum teneatur, vt ſupra *cap.* 6.
num. 36. & 37. latius explicauit. Verum VVeſenbec. *in*
parat. ff. in ius voc. vt eant. in fin. rectè ſentit, id olim
37 ita obtinuiſſe. Nam hodie vocante † Magiſtratu ordinario, ſatiſdando non liberatur reus, ſed omnino venire habet neceſſe, *l.* 2. *ff. ſi quis in ius voc. non ier. l.* 5.
38 *ff. de iudicijs.* Citationis † enim effectus eſt comparitio.
Gail. lib. 1. *obſ.* 59. *num.* 3. *VVeſenb. in parat. ff. ſi quis*
39 *in ius voc. non ierit. num.* 2. Virum † verò priuato priuatum propria auctoritate olim in ius rapere h. e. violenter, ducere licuerit vide Franc. Duar. *lib.* 1. *diſput. cap.*
1. & Io. Robert. *lib.* 3. *ſent. c.* 1.
40 Quartus fideiuſſionis † effectus eſt, quod ſi quis fideiubeat, cum res illius à debitore pro quo fideiuſſit,
pignori datæ ſit belliſſimè intelligitur hoc ipſo, quod
fideiubet, quodamodo mandare res ſuas eſſe obli-
41 gatas. Sane, ſi poſteà ſint eius res hypothecæ datæ,
non erunt obligatę, *l. Pomponius.* § *vlt ff. quib. cauſis pig.*
vel hypoth. tacite contrah. pulchrè Mudaus in l. contrahitur numer. 21. & 22. *ff. de pignorib.* Ex quibus textibus
etiam infert, & probat Tiraq. *in l. connub. gloſſ.* 7. *num.*
42 25. & 29. quod fideiubens † pro alio ei conſentire, &
auctoritatem præſtare dicatur, Id quod etiam ſcribit
in tract. Retract. titu, 1. *gloſſ.* 9. *numer.* 268. vbi vide,
& ſequitur illud Bertazolius *in tract. clauſ. inſtru. clauſ.*
39. *gloſſ* 2. *num.* 4.

Quintus fideiuſſionis effectus eſt, quod quandoque
43 vbi † duo de re aliqua contrauerunt, iſthęc vni eorum
tradenda eſt, modo caueat tradenti de indemnitate, ſi
tertius fortè interueniat, *l. is à quo fundum ff de rei vind.*
l. pen. ff. de petit. hared. ſi à pluribus. 107 *ff. de legat.* 1. *l ſi*
quis ſeruum. ff. de legat. 2. *l.* 1. §. *apud. Iulianum. ff. depoſiti.*
l. 2. *C. vſur. & fruct. legatorum. l. vlt. C. de petit hered.*
Franciſ. Marcus. quaſt. 81. *part.* 2. *Gerad. Mazollus de*
Leazaris conſ. 103. *per diſcurſum.*
44 Sextus † fideiuſſionis effectus eſt, quod per fideiuſſoris dationem actio perpetuatur, ſicut per litis conteſtationem, *glo. ſingularis in l cum quis* § *ſi quis pro reo.*
in 4. *ſolut. ff. de fideiuſſ.* quam ibi ſequitur Bartolus, &

Digitized by Google

Franciſ. Balbus de præſcript. 6. part. princ. 4. parte quæſt.
2. num. 5. Singularem autem dicit Baldus in l. quotiens
col. 2. C. de precibus imp. offer.

45 Septimus † effectus eſt, quod rapreſſio pacto pro
mercede recipens à colono ſuo fideiuſſorem, videtur
tacite renunciare hypothecæ ſuper rebus illatis, & in-
uectis & ideo illæ pignori eſſe deſiuunt. l. 5. §. ſi conue-
nerit l. pen. ff. quib. mod. pig. vel hyp. ſol. Anton. Neguzan.
de pig. part. 2. prin. memb. 4. num. 90. & 92. Nec obſtat.
l. item liberatur. §. vlt. tit. vbi dicitur, non debere
eum recedere à pignoribus, cui ſatiſdetur certæ alicu-
46 ius pecuniæ. Nemo † enim cogitur fideiuſſores loco
pignorum accipere, ſi tamen velit, poteſt, d. l. pen. &
infra ſuo loco cap. 18. latius declarabo.

47 Octauus † fideiuſſionis effectus quod de iure Saxo-
nico debitor non prius aſſignatur creditori ad operas
præſtandas, vel ad includendum eum compedibus,
quam ſi idoneam fideiuſſorem vlterius præſtare ne-
queat. text. & ibi Zobel in addit. lit. C. lit. 3. art. 39.
Colerus de proceſſ. execut. part. 1. cap. 9. num. 29. Licet
idem part. 1. c. 6. num. 122. & 123. in alia omnia abeat,
cum Petro Rebuffo in ordin. regni Galliæ tit. de lit.
obligat. art. 11. gloſ. 3. num. 10. ſtatuens, hoc caſu ſuf-
ficientem cautionem cum nouis fideiuſſoribus nequa-
48 quam admittendam eſſe, ne videlicet † vna obliga-
tio oriatur ex alia l. 4. §. prætor ait. ff. de re iud. Verum
tandem concludit num. 123. tutius eſſe, nouos fideiuſ-
ſores accipere, quam ita præciſe adiudicationem de-
bitoris ad compedes vrgere. Rectè namque ſcripſit
49 D. Hieronymus lib. 1. aduerſus Iouianum mihi pag. 18.
Non eſt † damnum dilatio, vbi certior ſit ex dilatatio-
ne victoria.

50 Nonus † fideiuſſionis effectus eſt, quod fideiuſſio
in iudicio præſtita inducit conſenſum. cle. 1. de procur.
cap. ex ore de his quæ fiunt à prælat. Bart in l. quo enim ff.
rem rat. hab. Abb. in c. nonne. de præſump. Natta conſi.
126. num. 2. & tetigi ſupra cap. 7. num. 55. & hoc ipſo
re num. 42. quibus tamen ſimiliter iunge illa, quæ dixi
ſupra cap. 5. num. 170. & cap. 14. num. 3.

51 Decimus † effectus eſt, quod ſi habeo debitorem
meum in banno ratione contumaciæ, & poſteà ab eo
accipio fideiuſſorem ſeu ſatiſdationem: videor re-
nunciaſſe omni priuilegio Banni, ita poſt Martin. Si-
lima, tenet Bartol. in l. 4. §. eleganter per illum tex. ff. de
lege. commiſſ. & per l. et apud §. in ſequeſtrem ff. depoſiti,
quæ tamen meo iudicio parum probat. Quanquam
52 nun inficias eo, ſi † quis fideiubeat in caſu, quo vult
reuocare tenutam aduerſario conceſſam ex primo
decreto ob ſuam contumaciam, quod is audiri de-
beat iuxt. ex in c. quoniam frequenter. ext. vt lite non con-
teſt. Ioan. Petrum Surdum deciſ. 276. num. 20.

53 Vndecimus † effectus eſt, quod datio fideiuſſoris
facit ceſſare beneficium Auth. res quæ C. com. de legat.
Pone enim, maritus pro reſtituenda dote (caſu quo
licet) fideiuſſorem dedit, poſteà moritur, & res do-
tales, quæ reſtitutioni ſubiacent, debent alienari, id
mulier beneficio illius Authenticæ non poteſt prohi-
bere, cum habeat regreſſum ad fideiuſſorem, ita ſiu-
gulariter per quatuor rationes decidit. Ludouic. Ro-
54 man, in ſingul. 251. incip. Ego habui caſum. Iſtam †
vero ſententiam nominatim in additionibus ibi reijcit
Ioan. Bapt. Caſtilioneus, quæ etiam de iure eſt ve-
rior; ſecundum Dd. in d. Auth. res quæ Caſtrenſ. conſ.
80. incip. Quia per ſupra ſcriptum ad fin. & conſil. 130.
Sed latius hac de re vide Menoch de præſump. 290. nu.
29. & ſeqq lib. 4.

55 Duodecimus † fideiuſſionis effectus eſt, quod da-
tio fideiuſſoris arguit cauſam eſſe ciuilem, non crimi-
nalem, cum ſcilicet aliquis ſub datis fideiuſſoribus à
carcere relaxatur, ſicut voluit Tiber. Decianus in
conſ. 63. num. 19. vol. 3. ſed iſta deciſio nimis eſt genera-
lis, & vix eſt, vt in omnibus caſibus verificari poſſit,
vt conſtabit ex dictis cap. 10. Interim hoc verum ma-
56 net: quod relaxatio incarcerati ſub fideiuſſoribus
cauſam ciuilem quandoque efficiat, vt pulchè oſten-
dit Colerus de proceſſ. execut. part. 2. cap. 3. num. 95. &
96. & in deciſ. Germaniæ deciſ. 22. num. 8. & 9. Vbi Li-
pſienſes aliquoties ita de iure reſpondiſſe commemo-
rat. Valent. Francus de fideiuſſoribus cap. 3. num. 292.
57 293. 294. & 295. Cæterum † ſi aliquis ducatur ad car-
cerem pro executione ſententiæ, vel vt tædio carce-
ris affectus de ſolutione cogitet, tunc non liberatur,
etiamſi aliquis vellet fideiubere pro illo de iudicio ſi-
ſti, vel de defendendo, ſed debet vel ipſe, vel fideiuſ-
ſor, aut ſoluere, aut præſtare cautionem de ſoluen-
do. Ita poſt Odofredum, & Bartolum tradit Roman.
in ſingul. 142. incipit vnus vult fideiubere. Boerius deciſ.
314. num. 4. Muſcatellus in practica fidemſſoria part. 1.
modo 12. num. 16. & 17. & nouiſſime Proſper Farina-
cius in 1. part. tract. crim. tit. de carceribus quæſt. 33. num.
53. nec non Martin. Mooterus in deciſ. Regni Arrago.
7. num. 2. 5. & 6. Horat. Carpanus ad ſtatut. Mediola.
part. 2. cap. 154. num. 13. & 14. Alexan. Stiaticus in pra-
xi iudi. c. 10. num. 13. & ſeq.

58 Decimus tertius † effectus eſt, quod fideiuſſo eſt vi-
ce cuiuſdam ſolutionis l. reſcripto §. plane vbi Bart ff. de
munerib. & hon. l. vlt. §. vlt. ff. ſi cert. pet. Idem. Bart. in l.
ſtatu liberos, §. ſi quis exceperit. ff. de ſtatu liber & in l. item
§. qui paratus. ff. quibus mod. pig. vel hypoth. ſoluitur Alex.
in l. ſolutionis. ff. de ſolutionibus. Obligatus enim ſolue-
re, auditur volens de ſoluendo ſatiſdare, ex magna
tamen, & idonea cauſa inſpecta qualitate rei, & per-
ſonæ gl. fin. & ibi Angel. in l. 4. §. ait. prætor. ff. de re iud.
59 Lanfranc. Balbus deciſ. 438. Et ideo † dicebat Balbus
in l. ſi. C. ad l. Falcid. Si creditor contentetur de fide-
iuſſore, quod tunc fideiubere ſit ſoluere: meminit
eius quoque Hieron. à Laurentijs deciſ. Auenien. 5 num.
1. Quibus iungantur, quæ ſupra cap. 4. num. 22. & ſeqq.
circa perſonam expromiſſoris dixi vna cum gloſ. Zobell.
lib. 2. art. 5. lit. E.

60 Non obſtat † l. cui præcipua. 57. §. 1. ff. de verb. ſign.
vbi is adhuc perſequi videtur, qui ſatis accepit, hoc eſt
vt Gothofred. ibi interpretatur, cui datus eſt fideiuſ-
ſor, nondum enim plene ei ſatisfactum eſt. Neque enim
dico fideiuſſionem eſſe realem ſolutionem, ſed tantum
61 volo, eam vice ſolutionis obtinere, numeratio † ſiqui-
dem pecuniæ ſolummodo naturalis, & ſufficiens eſt
ſolutio. l. ſolutam. ff. de ſolut. Benderus de reuiſionib. concl.
6. num. 29. Hieron. à Laurentijs deciſ. Rotæ Auenionenſ.
104. num. 5. Proinde de Pomponius in l. 5. §. 1. ff. de ſtatu
liberis rectè dicit, eum qui non rationes reddere, ſed
pecuniam iuſſus eſt dare numerare debere, non fide-
iuſſorem dare, quod probat Alciat. in l. quod te numer.
35. ff. ſi cert. petat. dum inquit: Quod is qui fideiuſſorem
dedit, non ideo dicatur ſolviſſe. Et ſimile eſt, quod ait Cuia.
62 in Nouell. 1. mihi pag. 23. à † ſolutione ad cautionem
non eſſe ſemper tutam argumentationem. Quanquam
etiam per textum modo dict. l. 5. in princip. alibi tradi-
63 tum eſt, executionem † in incertis euitari, dando fi-
deiuſſorem de ſoluendo, facta liquidatione Angel. &
Imol. in l. ſi mora ff. ſolut. matrimon. Tiraquell. de retract.
conſanguin. §. 1. gloſ. 19. num. 2. & ſequent. Neguzant.
de pignoribus 5. part. 3. mem. numer. 4. verſ. 3 limitatur.
part. 2. mihi pagin. 167. Magonius deciſ. Florent. 132.
numer. 16. quod etiam ad effecta fideiuſſionis referri
poteſt.

Hæc etiam pertinet, quod per l. ſi mihi aut Titio de-
cem ff. de fideiuſ. ſcribit Decianus in conſ. 68 num. 5. vol. 3.
procuratorem,

64 procuratorem, cui † mandatum eſt, vt ſolutionem
65 accipiat, nan tamen fideiuſſorem accipere poſſe. Sic
einm fieri videmus, † quod ad reſtitutionem condem-
natus ſpoliator, non liberetur dando fideiuſſores, ſed
reſtitutione ipſius rei. *c. cum aliquib. De ſentent. & re
iudic. & dixi ſupra cap. 5. num. vlt.*

66 Decimus † quartus effectus eſt, quod aliquando
quis à reali cuſtodia, & incarceratione quidem libera-
tur, ſed tamen ſub fideiuſſorum ſatiſdatione ita ali-
cui loco ruſus affigitur, vt inde recedere non poſſit,
l. nec non §. 1. ff. Ex quibus cauſis maior. glo. l. in eadem
67 *ff. eod. tit. Guido Papa deciſ.* 253. Poteſt ſiquidem † ſæpe
quis ita, ex graui tamen cauſa, ac poſt interpoſitam
cauſæ cognitionem, decreto Magiſtratus, damnari, &
prohiberi, ne domo ſua, aut ex certo loco procedat,
*l. poteſt ff. de interd. & relegat. l. 1. §. & vrb ff. de offic. præf.
vrbi.* Cuius damnationis exemplum habemus in Iulia
vxore Imperatoris Tiberij, quam is ex conſtitutione
patris vno oppido clauſam, domo quoque egredi, &
commercio hominum frui vetuit. Sueton. *in vita Ti-
berij mihi pag.* 264. Sic, & priſci ſeruos ſiue famulos
ſuos, qui illos offenderunt, in villam quampiam mit-
tebant, illic futuros, donec tempua iræ tranſijſſet, *l. ex*
68 *facto. 55. §. rerum ff. de hæred. inſtit.* Et † hanc prohibi-
tionem Iuris conſulti noſtri proprie interdictionem,
Cuiac. in Paratit. ff. de interdict. & relegat. Doctores ve-
rò moderni modo arreſtum, Oldrad. *conſ. 65. in 1. du-
bio* Menoch *infra allegando loco num. 9.* modo confir-
mationem, ſiue affinationem, modo diſtructum, *Vin-
cen. Carocius deciſ. 28. in princ.* modo Giſilationem, *Iodoc.
Damhaud in pract. crim. c. 147. num. 4.* appellant. & eſt,
Quando quis ſe obligat ſoluere ſumma pecuniæ ex-
preſſam, & debitam tali diem, & hora, & non ſoluit
tunc ite in carcerem ſe obligat Batt. *in l. cum eo ff. ad l.
Iul. pecul.* Angel. *in l. qui carcerem ff. quod metus cauſa.*
Franc. Marcus *q. 360. & q. 361. & q. 364. nu* 39. Zaſius
in l. centeſimis. §. fin ff. de verb. obligat. Regulus *in proceſ-
ſu ſuo c. 103. nu. 9.* Andr. Gail. *lib. ſing. de pignorat obſer-
uat. 9. nn. 3. 4. & 5.* Anton. Gomeſius *variar. reſolut. lib.
3. c. 8. nn 2 verſ. ult.* Mynſing. *reſponſ. 16. nn. 14. decad.
2.* Petrus Royzius *deciſ. Lituan. 3. nu. 33.* vbi æquiparat
eos, qui vinculis, aut parietibus prohibiri, aut datis
fideiuſſoribus, vel religione iuriſiurandi adſtricti, ſe
loco mouere non poſſunt, nec audent, per textum *in
d. l. nec non §. 1. ff. ex quibus cauſ. maior. cui adde l. ſuccur-
ritur. eod. tit. & l. ſolutum ff. de verbo. ſignif.* Ægid. Boſ-
ſium *in praxi crim. cap. de carcer. fideiuſſor. num. 3.* We-
69 ſenbec. *conſ. 43. num. 78. part. 1.* Nec † obſtat prædi-
ctis quod Bal. *in c. quinta vallis col. 1. de iureiur.* voluit
iudicem non poſſe præcipere alicui, ne exeat domo.
vt retulit Hieron. Cuchalon. *in addit. ad Decium. in l.
nemo de domo. 103. verb. extrahi. ff. de reg. iur.* Eius enim
ſententia per contrariam, & notoriam conſuetudinem
totius Germaniæ prorſus reprobatur, de quo me ad
quotidianam practicam refero. & dicit, Menoch. *de ar-
bit. iud. quæſt. caſu. 301. num. 10. in fin.* Quod in regione
quoque Pedemontium vſu receptum ſit, vt ius dicen-
tes hæc arreſta præcipiant, quod etiam retulit Maſ-
cardus (ſuppreſſo tamen nomine Menochij) *in con-
cluſ. 266. num. 12.* Eſt porro huius affinationis, validus
non poſtremus effectus is, quod è carcere aufugiſſe
70 † dicitur etiam ille, qui præceptum habuit non exe-
undi domo, vel ciuitates aut quopiam alio loco, & ni-
hilominus exiuit, vt reſpondit Oldrad. *in d. conſ. 65.*
Thom. Grammatic. *conſ. 57. nu. 5.* Menoch. *de arb. iud.*
71 *q. d. caſu 301. num. 9.* Imo † ſecundum Guidon. Papæ
in quæſt. 255. incip. ſi quis diremit. qui taliter aufugit,
habetur pro confeſſo, & conuicto, quod probat ſimi-
liter poſt Ioan. Andr. & Maſcard. *d. concluſ. 266. num. 11.*
72 Licet † contrarium placuerit Iaſoni *in 2. lectura num.*
163. & Ioach. à Beuſt. *num. 1082. in l. admonendi ff. de iu-
reiur.* nec non Boerio *deciſ. 215. numer. 9. cum ſeqq.*
quorum ſententiam probabiliorem eſſe exiſtimo.

73 Quod † autem in locis prædictis poſt Guidonem
Papæ Menochius *num. 10.* & Maſcard. *num. 21.* aſſe-
runt, contractus omnes à taliter affinatis, ac dicenti-
bus promitto tibi: quod nullum patietis de hac re
detrimentum, & ſi iungunt manus, reſcindi, non ali-
ter ac ſi in ipſo carcere celebrati fuiſſent: Illud in Ger-
mania non credo practicari poſſe, ſicut nec rationem
habet, cum iſtiuſmodi detenti ius commerciorum, &
contractuum nullo modo amittant, ita liberrime re-
tineant, dempta ſaltem facultate pro libitu eundi, &
74 commeandi. Nec igitur ad rem facit, † quod non
multum à ſpecie ſeruientium, & captiuorum diffe-
rant, qui ita ſunt ad locum aliquem adſtricti, vt fa-
cultas non detur recedendi, *leg. 2. ff. de lib. hom. exhib.
l. Titio. §. Titio. ff. de conditione, & demonſtrat.* Bartol.
in leg. frater à fratre. D. de condict. indebit. Alex. *conſ.
135. numer. 10. volum. 6.* Molin. *de vſuris q. 36. numer.
471. gloſſ.* conſtit. *lib. 2. articul. 7. numer. 4. verſic.* dam-
num Aufrer. *ad Capell. Tholoſ. quæſt. 399.* Camillus
Borellus *in tracta de compromiſſ. §. 1. gloſſ. 3. numer. 211.*
Non enim commodè argumentamur, à facultate re-
cedendi ad facultatem contrahendi, cum hæc ſint ſe-
parata, & præterea affinati, & incarcerati non per
omnia, ſed ſaltem quoad quid poſſint, ac debeant
æquiparare.

Quæ porrò de affinatione ſiue prohibitione egre-
75 diendi ex certo loco modo dicta ſunt, illa † ſaltem de
temeraria, non autem de cauſaria ſiue neceſſaria
egreſſione accipienda cenſeo. Quid ſi enim affirmatus
videat liberos, vxoremuè ſuam, periclitari, eoſque
defendere aut ſeruare poſſit? Quid ſi ædes vicinæ in-
cendantur, iſque ad reſtinguendum ignem ſimul ac-
currat? Quid ſi locus vel hoſpitium, in quo detine-
tur, peſte, vel alio morbo contagioſo inficiatur? Hiſ-
ce vtique, & ſimilibus caſibus eum ex loco aſſignato
egredi poſſe, & tamen aduerſus præceptum magiſtra-
tus nullatenus committere, intrepidi concludo. Peri-
76 culo enim moræ facit licitum, quod alias eſſet illici-
tum, *l. de pupillo §. ſi quis riuos ff. de noui oper. nunt. l.
au. prætor §. ſi debitorem. D. Quæ in fraud cred. l. Ariſt.
§. ſi maior. D. de iure delib. l. ſed etiam 12. ff. de procur.*
77 *Hip. de Marſil. in pract. cri. §. conſtante. num. 7.* Sicut
† & neceſſitas facit probabile, quod aliàs eſſet impro-
babile, *Camill. Borell. in tract. de compro. §. 2. gl. 1. nu.*
78 *219. & 220.* Et † vbicunque periculum eſt in mora,
ibi à regulis iuris communis receditur, *l. 5. l. item venunt
§. Quid ſi poſt. l. ſi bona fidei. 49. l. non ſolum 53. ff. de pet.
hæred. l. 1. §. vlt. ff. de feriis. Gail lib. 2. obſer. 13. num.*
76 *4. obſer. 78. num. 7.* Præterea in loco † peſtilentioſo,
vel apud homines peſte laborantes eſſe, & conuerſari,
eſt Deum tentare, *argumento c. ad ſupplicationem. Ex-
tra de renunt.* Fuluius Pacianus *de prob. lib. 2. c. 46. nu.*
77. Ludou. à Peguera *in quæſt. crim. quæſt. 8. num. 3. 4.*
80 5. cum homo laborare † debet, quantum in ſe, vt
mortem fugiat, & demum, vbi amplius fugere non
poteſt, ſe miſericordiæ Dei committere, *c. quæritur. in
princ. 22. quæſt. 2. c. q nulla 23. quæſt. 8.* Bartholom. Bla-
retus *in l. diffamari cap. 6. numer. 111. C. de ingen. ma-
numiſſ.* Pulchrè Petr. Peckius *de teſtam. coniug. lib. 3.*
81. *cap. 18. præſertim. num. 4.* Vnde etiam dicimus quod
† tempus peſtis, ſit tempus mortis, quo ſoluuntur om-
nia iura tam ratione contractuum, quam iudicio-
rum, & vltimarum voluntatum Gail. *lib. 1. obſer. 92.
numer. 7.* Sebaſti. Medices *in tracta. Mors omnia ſoluit.
part. 1. nu. 139. & in tract. de caſib. fortuitis. part. 2. q. 6. nu.*

34. *& ſeqq.* Ioan. Thomas de Marinis *de gener. ſeud. tit.*
a. *num.* 52. Petrus Royzius *deciſ. Lituanica. 4. num.* 369.
cum multis ſeqq. Maſcard. *de probat. concluſ.* 20. Simili-
82 ter quod † tempore peſtis licitum ſit, iudici de alterius
cauſis cognoſcere. *Alexa. Raudenſis reſponſo.* 32. *numer.*
19. *&* 20.

83 Decimoquinto † loco, & hoc ad fideiuſſionis effe-
ctus referri poſſe videtur, quod quando Cameræ Im-
periali ſupplicatur pro inhibitione, nunquam ea de-
cernatur, niſi certo conſter iuriſdictionem Cameræ
fundatam: attamen cum dubitaretur, & ſupplicans
offerer cautionem; quamuis alioquin inhibitiones
nunquam periculo partis decernantur, aliquando in-
hibitio decreta fuerit, in cauſa Froſchelmeſtrij contra
N. 27. *Martij Anno* 60.

84 Decimus ſextus † fideiuſſionis effectus eſt, quod
vbicunque in re aliqua apud diuerſas perſonas duplex
ius eſt, ſi vna ex ijs ſuper ſuo iure moleſtatur, altera,
ratione ſui iuris, poſt ſententiam latam contradicere,
& executionem impedire non poſſit, ſi ei cautio idem-
nitatis præſtetur, Bartold. & Alexand. *in l. ſi finita.*
§. ſi de veſtigalib. de damno infecto Zaſius *in l. à Diuo*
Pio §. ſi ſuper rebus numer. 13. *ff. ſi de re iudicata.* Quan-
85 quam aliqui † id locum obtinere nolint, ſi tertius
contradictor, qui non fuit in lite, in poſſeſſione re-
periatur, iuſta Innocent. *in capit. veniens extra de te-*
ſtibus.

86 Decimus ſeptimus † fideiuſſionis effectus eſt, quod
fideiuſſoris datione agnoſcitur debitum, & præſcri-
ptio interrumpitur *gloſſ. l. cum quis §. ſi quis pro eo D.*
de ſolut. lib. 1. §. & ſi ſeruus vbi gloſſ. & DD. ff. quod iuſ-
ſu. Alber. & Bal. *in l. euictione C. de euiction.* Salic. *in l.*
cum notiſſimi numer. 3. C. de praſcript. 30. *an.* Milis *in*
repert. verb. praſcriptio. Saxon. *in conſuet. Turon. tit.* 19.
§. 3. gloſſ. 1. Burſat. *conſ.* 218. *num.* 9. *lib.* 2. Tiber. De-
cian. *reſponſio* 105. *numer.* 1. *vol.* 3. Boerius *deciſ.* 333. *nu.*
3. Marti. Monte *in deciſ. 2. numer.* 52. Sicut, & ipſa de-
87 biti † recognitione præſcriptio interrumpitur *l. cum*
notiſſimi. §. ſed etſi quis C. de praſcrip. 30. *annorum.* &
tradit hoc Bald. *in l. 1. C. de furtis* & poſt eum Natta.
conſ. 402. *numer.* 64. ad quem etiam facit traditio An-
gel. *in conſ.* 32.

88 Decimus octauus, † quidem ſummè notandus, fi-
deiuſſionis effectus ille conſtitui poteſt, quod reui-
ſio ſuper ſententijs in Camera Imperiali latis inſti-
tuto, executionem minime impediat vel ſuſpendat,
modo idonea cautio, aut, in eius defectum, iura-
toria præſterur: Ita multis quidem argumentis oſten-
ſum eſt à Dn. Ioan. Ludou. Bender *in tract. de reuiſio-*
ne concl. 20. *per tot.* nec diſſentiunt Anton. Teſſau. *de-*
ciſ. 2. & deciſ. 181. *in princ.* Item Menochius. Anton.
Sola Borgninus, Caualcan. Robert. Lancellotus,
Hieronym. Magonius, Alexander. Raudenſis, ac Al-
uarus Valaſcus, citati à Bernardo Græueo. *in concluſ.*
pract. ad Gailum lib. 1. concluſ. 154. *conſiderat.* 1. Et hoc
amplius non ſolum in Camera Imperiali in cauſa Ol-
denburgij contra Chiihauſenſij 6. *Iulij. Anno* 93. lato
iudiciali decreto ſed denuo etiam maioribus Came-
ralium votis, videtur comprobatum in dubijs illis
in comitijs Ratisbonenſibus *anno* 94. exhibitis, *du-*
bio 112.

98 Sed † obſeruandum eſt, huic opinioni prorſus con-
tradici ab Andrea Gail. *lib. 1. obſer.* 154. *nu.* 3. *& de ar-*
reſt. Imp. c 12. *nu.* 4. *&* 5. ac Andr. Knicheno *in commen.*
ſuo ad priuilegium Elect. & Duc. Saxo. litis procuratoria
noſcium. Anno 96. *editis verbis. Iam c.* 5. vbi ex profeſſo
euincere conatur, reuiſionem auctorum in Camera
Imperiali omnino remedium executionis eſſe morato-
rium, quem notiter ſecuti ſunt Ioan. Goddæus *in repert.*
clem. vni. de ſequeſt. poſſ. & fructuum num. 27. & Pet.
Heidius *in quaſt. iuris part. 1. q.* 10. *à num.* 58. *vſque ad*
90 *num.* 82. Quia † vero hæc ipſa quæſtio ad eruditiſſi-
mis totius Imperij Romani deputatis in conuentu Spi-
renſi. *Anno* 98. propter diſcrepantes opiniones, decidi
non potuit, ſed ad Imperatoriam Maieſtatem, per pra-
gmaticam ſanctionem decidenda, deuoluta fuit, quæ
etiam *Anno* 1600. demum ſecuta eſt, vt conſtat ex re-
ceſſu Imperij *eiuſdem anni in* §. ita etiam ſtetit antea *cum*
2. §. §. *ſeq.* Idcirco nolo iam in vnius vel alterius opi-
nionis fundamenta vlterius inquirere, ſed lubens me-
ritoque ſubijcio me pronuntiato tantorum viro-
rum.

Οἱ μὲν φέρτεροί εἰσι ἐμεῖο τε κρῖναί τε,
Qui potiores me iſthac cernere, & arbitrari.

91 Decimus nonus † fideiuſſionis effectus eſt quod
quando præſumptiones ſunt, malo animo, & cauſa
impediendi effectus ſententiæ, reſtitutionem peti, ante
omnis ſententiæ executioni mandetur, modo victor
idoneam cautionem præſtet, ſe vniuerſa, quæ occa-
ſione ſententiæ medio tempore perceperit reſtituru-
rum, ſi aduerſarius in cauſa præualuerit *c. ſuſcitata. &*
ibi Panor. extra de integr. reſtit. Myoſ. *cent.* 1. *obſ.* 46.
Benderus. *de reuiſ. concl.* 20. *num.* 151. Anton. Teſſaurus
d. deciſ. 181. *per tot.* de quo etiam vide And. Knichen.
d. loco mihi pag. 285. *& ſeq.*

92 Vigeſimus † fideiuſſionis effectus eſt, quod de iure
communi nouum opus denuncians, non ſolum cau-
ſam ſuæ nunciationis exprimere, ſi id ædificans petat,
tenetur, tam in nuntiatione, quam in judicio peragen-
do *Bart. in l. 1. nu.* 14. *ff. de noui oper. nunt. ſylueus Span-*
nochius lib. 9. quaſt. publice tractat. in tit. de noui. oper. nun.
93 *num.* 5. Verum etiam † intra trium menſium ſpatium
94 de iure ſuo docere debet præſertim, ſi adſint † magna
præparamenta facta in cæmentis, & alijs inſtrumentis
ad ædificandum, quo caſu ex ceſſatione magnum re-
ſultaret detrimentum ædificari volenti, nec conſtet
de aliquo fumo nuntiantis in iuribus ſuis. Anto. Teſ-
ſaurus *deciſ. Pedemon.* 204. Vincent. Carocius *deciſ.* 19.
95 *num.* 23. vbi dicit, hanc † opinionem ſibi videri æquam
propter frequentes æmulationes vicinorum. Si vero
96 intra hos menſes nihil deducat, quod † ædificans, ob-
lata, & præſtita, aut etiam oblata, ſed forte non acce-
ptata ſatisdatione de opere demoliendo, ſi ita cogni-
tum fuerit, in cœpto opere pergere poſſit, prætor enim
iniquum duxit, impediri ædificando eum, qui ſatisda-
re paratus eſt de demoliendo, ſi contraius ædificatum
conſtiterit *l. vn. C. de noui oper. nun. c. fin. extra. eod. tit.*
l. prator. 20. *§. deinde D. eod.* Barthol. Blaretus *in repet.*
l. diffamari c. x. mihi pag. 83. *verſi. Ita ſi quis alienu. C.*
de ingen. manumiſſ. Vincent. Carocius *deciſ.* 19. *num.* 21.
And. Gail. *lib. 1. obſer.* 16. *num.* 17. quanquam ibi ſubij-
97 cit, illud tempus † non tam exacte in Camera obſer-
uari, propter multitudinem cauſarum, ea tantque no-
niſſima præiudicia in cauſa Velburgenſi, contra Phi-
lippum Ludouicum Palatinum 14. Maij Anno 82. *&*
in cauſa Stephani Rudemum contra Thodoricum Ru-
denum 23. *Septemb. anno* 86 vbi licet denuntians intra
trium menſium ſpatium de iure ſuo non docuiſſet,
nec denuntiatus cautionem obtuliſſet, vel præſtitiſſet,
adhuc tunc vlteriori tempore mandatum de demo-
liendo impetratum fuit.

98 Cæterum † ædificans poſt elapſos tres menſes ob-
99 lata idonea ſatiſdatione (quam † vtique fideiuſſoriam
non pignoratitiam eſſe, neceſſum eſt, *l. prætoria. D. de*
procuratorijs ſtipul. d. l. vn. in fi. C. de noui oper. nunt.)
contra denuntiantem, qui interea de iure ſuo non do-
cuit,

cuit, mandatum ſine clauſula de non turbando, neque
moleſtando, vel impediendo in opere cœpto, cum an-
nexa citatione ad docendum de paritione, impetrare
poteſt, vt factum in cauſa Verneriium Koppenum hæ-
redem, contra Ducem Stettini, & Pomeraniæ, & con-
100 ſortes 2. *Aug. Ann.* 98. Oportet † tamen hoc caſu vna
cum ſupplicatione ſufficiens documentū oblatæ præ-
ſtitæue cautionis exhibere, alioquin decernitur, inſtru-
mentum oblatę cautionis eſſe idoneum, & ſecundum
iuſticiæ terminum exhibendum, &c. prout obſerua-
tum in cauſa Philippi Henricij, contra Albertum Kin-
chederum 9. *Maij. Ann* 91. Non fruſtra autem adieci, de
iure communi denunciantem intra trium mēſium ſpa-
cium de iure ſuo docere debere. Nam de † conſuetu-
101 dine aliquando breuius tempus eſt præfixum. Sic ſta-
tuto Lubecenſi *lib. 3. tit. 12. art. 5.* cautum eſt denuntiant.
102 Bene † quoque obſeruandum eſt, ſi oblata coram
Iudice per ædificantem prædicta ſatiſdatione, nun-
tiator replicet: Domine Iudex, non admittatis hanc
ſatiſdationem, hodie conſtat, hodie agatur, ſuperſe-
deturque in cauſa per tres menſes, ego ſtatim ius
meum deducam, & docebo, &c. quod per hoc ædi-
ficationis continuatio impediatur, & opus differen-
dum ſit, vſque ad finem trium menſium, ſicut per
Bart. & Dd. traditum eſt *in l. prætor §. ſi quis paratus.*
103 *ff. de noui oper. nunt.* Et † hæc eſt opinio communis
Dd. iuxta Lanfranc. Balbum *deciſ.* 496. & Ioan. Ba-
ptiſt. Plotum *de in lit. iur.* §. 3. *numer.* 30. Lancellot.
de attentat. part. 2. cap. 20. *limit. 2. numer.* 12. Catocium.
d. deciſ. 19 *num.* 24. pro quibus vltra. *c. pen. & vlt. ex-
tra. de noui. oper. nunt.* etiam facit textus *in l. ſi is à quo.
in princ. ff. vt in poſſeſſ. legat.*
104 Memini † tamen in cauſa N. contra N. *anno* 1590.
valde diſputatum fuiſſe, vtrum hæc ſatiſdatio de de-
moliendo oblata per ſenatum admittenda eſſet, ma-
xime quia vrgebat illam ſatiſdationem eſſe admodum
fragilem, ſiquidem facile, quis in horto ſuo per ictum
ſclopetorum interfici poſſet, cuius poſtea fruſtra
iniretur æſtimatio. Verum quia illud damnum non
adeo certum erat, vt omnino aliter fieri non poſſet, &
præterea nemo ibi in horto juxta campum iaculato-
rium intempeſtiue iter facere debebat, *vt eſt textus in l.
item ſi obſtetrix. §. vlt. ff. ad l. Aquil.* ideo ab initio cautio
acceptata, poſtea 11. *Decemb. anno* 90. decreta com-
miſſio Leonardi VVolphſij, contra Ciues, & Conſi-
lium ciuitatis Spire. In foro Bombardarum, quod
detentus ſit ille omni modo, & vbique inſecutus, &c.
Quæ quidem omnia in praxi diligenter ſunt obſeruan-
da, ſicut, & hoc ſilentio non eſt prætereundum, de-
105 nunciatum † antequam vllam ſatiſdationem realiter
præſter exigere poſſe, vt is qui nouum opus nuntiat,
iuret prius, ſe non calumniæ cauſa, ſiue vt prædictum
ſtatutum Lubecenſe *lib. 3. titul.* 12. *artic. decimoquinto,*
loquitur, Vicinus ſine occaſione damnum inferens
alteri, &c. nouum opus nuntiare, adeo, vt cum hoc
iuſiurandum auctore prætore deferantur, non exi-
gatur, vt iuret is ante, qui iuſiurandum exigit,
106 *l. de pupillo. §. qui opus ff. de noui oper. nunt.* Quæ
† enim relinquuntur conſcientiæ alicuius, firmare de-
bet conſcientia, quod ſit pura, Zaſius, *in d. §. qui opus
num.* 2. Syluius Pannochius *quæſtio. pub. tracta. lib.* 9.
numer. 59.

Obiter tamen, & illud hic notandum eſt, adhoc,
107 vt procurator † prædictam remiſſionem facere queat
duo requiri. Primum, quod procurator fuerit ſpe-
cialiter conſtitutus ad numerandum, ſecundo quod
remiſſio fiat accepta ſatiſdatione de demoliendo,
Bart. *in l. eum procurat. in princ. numer.* 1. *ff. de noui oper.
nunc.* & Caſtrenſ. ibidem, qui ita ſummat illum tex-
tum: *Qui habet mandatum ad nuntiandum, intelligitur
etiam habere mandatum ad remittendum, accepta ſatiſda-
tione.* Sequitur Angoſola *in conſul.* 4. *num.* 4. *& conſil.* 5.
num. 4. *lib.* 4. allegans etiam Iaſonem *in d. l. eum procu-
rator. num.* 4. & Abbatem *in cap. petitio num.* 1. *de
procuratoribus.*
108 Vigeſimus primus † effectus eſt, quod quamuis res
Eccleſiæ vel Fiſco ratione cenſuum effecta, & empto-
ri vendita, qui ſufficienter ſoluere poteſt, non retra-
hatur à proximiore conſanguineo, qui ad ſoluendos
cenſus non ſatis diues eſt, hoc tamen fallat, ſi præſtet
fideiuſſores. Ita expreſſe ſtatuit. In ordinat. Archiepis.
Elector. Treuer. quod ſi omnia bona vendita ſint, &c.
§. Item ſi non tutus.
109 Vigeſimus ſecundus † effectus eſt, quod obligatio
ſub ſatiſdatione ſiue ſatiſdatio contracta, non amplius
pura eſt, *l. 5. in princ. ff. de ſol. Barebel. in tract. de ob. c. 3. n. 3.*
110 Vigeſimus tertius † effectus eſt, quod fideiuſſoria
obligatio operetur, vt fideiuſſor tutoris non poſſit eſſe
pupilli tutor. Ita tradit Angelus *in Nouella, vt hi qui
obligat ſe habere perhibent tres minor.* 72. *in princip. colum.*
6. ac referunt Franciſc. Iametius *in comment. ad l.* 1.
mihi fol. 4 *ff. de fideiuſſor.* & Bertachin. *in repertorio. verb.
fideiuſſor. ff. de legat.* 1. Iaſon. *in leg.* 1. *circa fin. ff. ſi certum
petat.* Ioan. Baptiſta Aſinius *in tract. de execut. in prole-
gomen. cap. 2. num.* 6. Refertque ita fuiſſe IVDICATVM
Franciſ. Marcus *in q.* 340. *num.* 8. *vol.* 1. Nec quidquam
111 probatus † *in l. ſed etſi pater. §. non ſolum ff. ad SC. Ma-
ced.* vt tamen arbitratus eſt Aſinius modo dicto loco,
cum non loquatur de eo, qui, tanquam pupilli debi-
tor, ipſius tutor eſſe intendit, ſed de eo, qui pro filio-
familias, mutuam pecuniam ſumente, fidem interpo-
ſuit, quæ prorſus ſunt diſſimilia. Cæterum prædicta
112 † apertiſſimis textib. *in l. Romanus.* 28. *ff. de tutor. &
curat. datis ab his* (quem citauit ſupra *cap.* 11. *num.* 227.)
& l. Spadonem. §. ſi ciuitatis. ff. de excuſ. tuto. refragantur,
ſiquidem ibi euidenter apparet, poſſe quem, & fide-
iuſſorem pro tutore eſſe, & nihilominus tutorem, dari.
113 Nisi † forte dicas modo dictam *l. Romanus vt, &
d. l. ſpadonem. §. ſi ciuitatis, ac l. pater.* 70. *ff. de procu-
rat. l. ita tamen. §. debitor. l. quotiens. §. ſicut ff. de ad-
min. tuto. l. fiſtulas. §.* 1. *ff. de contrah. empt. l. neque* 7.
C. de excuſ. tut. per d. Nouellam conſtitutionem Im-
peratoris Iuſtin. 72. abrogari, quod vtique veriſimile
eſt, maxime cum fideiuſſor appellatione debitoris
comprehendatur, vt dixi in prin. huius cap. *numer.*
2. & in ſpecie tradit Curt. *in l.* 1. *num.* 79. *&* 88. *ff. ſi
certum petat.*
114 Vigeſimus quartus † fideiuſſionis effectus eſt quod
is, qui reuiſionem ſententiæ in Camera Imperia-
li latæ intentare annititur, etiamſi pecuniam nume-
ratam non deponat, liberatur tamen, ſi modo ido-
neam fideiuſſionem de ſoluendo offerat, latiſſime id
comprobante Dn. Bendera *in tract. de reuiſi. concl.* 6.
per tot.
115 Vigeſimus quintus † fideiuſſionis effectus ſtatui
poteſt quod prohibitus rem quampiam alienare, non
poſſit fideiubere in contractu illius rei alienari pro-
hibitæ, quia fideiubendo videtur alienationi conſen-
tire, quod facere non poteſt de quo eſt gloſſa, & ibi
Bald. *in l. exceptione C. de exempt.* Sequitur, & pro-
bat Rob. Mata. *in tractat. ſuo de multiplici alien. num.*
372.
116 Vigeſimus ſextus † fideiuſſionis effectus eſt, quod
ſi proceditur ad immiſſionem contra ſatiſdantem, iſq;
paratus ſit ſe defendere, & ſatiſdare, tollat immiſſionē.
Zaſius *in l. eum qui in poſſeſſionem in fin. ff. de priu. crediter.*
117 Vigeſimus ſeptimus † fideiuſſionis effectus eſt, ſi
dubium forte ſit negotium inter nobilem viduam, &

hæredes feudales, ratione quarundam rerum vtenſilium, aut comeſtibilium, aut etiam donationis propter nuptias, quas vidua ſibi arroget & acceuſeat, hæredes vero mariti eo iure illas cenſeri negent, quod vidua non poſſit vti iure retentionis, ſed bonis excedere iuberi queat, modo hæredes ſiue ſucceſſores feudi viduæ ſatiſdationem offerant, ſe id, in quo condemnati fuerint, illi ſoluturos, prout eleganter deduxit Dan. Mollerus *in comment. ad conſt. Saxon. conſt.* 25. *n.* 7. 8. *&* 9 pro cuius opinione non tantum faciunt, quæ in caſu non admodum diſſimili adfert. Arnold. Ferronus *in conſuet. Burdegal. tit. de dote* §. 10. *&* 1. Verum etiam militat expreſſus textus iuris Saxonici, Conſtitutione: *art.* 24. cuius verba ita ſonant, hæredes nullum habeant præiudicium nec illi alteri infe-
118 rant. Et quamuis Grammat.† *deciſ.* 58. *nu.* 12. & Ioſeph. Ludou. *deciſ. Peruſina.* 109. videantur velle, quod vidua iure retentionis vti poſſit, accipi tamen poſſunt ambo in tali caſu, quando viduæ ius ſatis eſt liquidum ita vt abſque proceſſu ordinario, & ſententia negotium facile dirimi, imo quilibet cernere, & dijudicare poſſit, viduæ partes eſſe potiores, argumento eorum,
119 quæ attuli ſupra *c. num.* 370. *& ſeqq.* Atque † in talib. terminis etiam accipio ſtatutum Lubecenſe *lib.* 1. *tit.* 5. *art.* 12. vbi dicitur: Nulla mulier vidua aliquod damnum patiatur in illis rebus in quibus ius retentionis habet. (h. e. libros non habens.)

120 Vigeſimus octauus † fideiuſſionis effectus eſt, quod dicitur probaſſe qui ſatisdedit, cum id faciat, quod in locum probationis lex admittit, qui igitur mandatum non oſtendit, ei non eſt adhibenda fides, niſi probet mandatum, vel ſatiſdet, & de rato caueat, *gloſſa magna in l. non ſolum.* 39. §. *Qui alieno. ff. de procurator.* Æmilius Ferretus *in l. num.* 24. *&* 25. *C. de mandat. princ.* adjiciens ibi etiam in mandato principis ſe cautionem recipere velle, ſi ſit res modici ponderis.

121 Vigeſimum nonum † fideiuſſionis effectum, & hunc ſtatuere liceat, quod, ſi quis ſub incerto cauſæ euentu ſub fideiuſſoribus decedat, bona eius non confiſcentur, ſed hæredibus relinquantur, ex ſententia Marciani *in l.* 3. § *penult. ff. de bon. eor qui ant. ſentent.* Cum enim generaliter definitum ſit, defunctis † reis publi-
122 corum criminum, pendente accuſatione, præterquàm ſi ſibi mortem conſciuerint, bona ſucceſſorib. eorum non denegari. *l.* 3. *l.* 5. *Cod. ſi reus vel accuſ. mort. fuerit. l.* 2. *Cod. de bonis eorum qui mort. ſibi conſciuer. conſtit. pœnals Caroli V. art.* 135. Quidni, & eius bona fiſco eripiantur, qui ſub fideiuſſorum datione carcerem euitauit. Siquidem non exiguum argumentum leuioris, & non prorſus capitalis delicti, eſt in illis rebus in quibus aliquid ſuſpicionis eſt de perſona ſua exinde emergit, iuxta tradita ſuperioris *cap.* 10. & hoc ipſo capite *num.* 55. *&* 56.

123 Trigeſimus † fideiuſſionis effectus eſt, quod depoſita pecunia alicui permitti poſſit, ſi modo præſtet ſufficientem cautionem, vel fideiuſſionem de non alienando. Exemplum habemus apud Raph. Seilerum *in ſelect. Cam. Imper. ſententijs die* 23. *Decemb. anno* 1508. in hæc verba: in cauſa N. contra N. ordinatum fuit, quod ſumma pecuniarum debita ſoluta ſit, aliter ſi vnus, vel plures ſunt vnus quoſque pro ſua portione det fideiuſſionem idoneam de ſolutione, & ita in Camera Imperiali fuit cognitum, &c.

124 Trigeſimus primus † effectus fideiuſſionis eſt, quod ſi iudex ad inſtantiam alicuius quem capiat, poſteà autem eundem ſub fideiuſſoribus in præſentia duorum teſtium relaxet, carceratus autem commorandum ducat, excuſetur capi faciens à pœna incarceratio-nis iniuſtæ. Matth. Colerus *in deciſ. Germ. deciſ.* 164. *num.* 6. vbi pro cautela reputat.

125 Trigeſimus ſecundus † fideiuſſionis effectus eſt quod fideiuſſio de per ſe ſolum (vt noſtri loquuntur) ſine alia probatione læſionis, læſionem inducit *l. aut prætor.* §. *non ſolum. ff. de minorib. l. ſi Titius. & Seia.*
126 *verſi.* 1. *de fideiuſſor. l.* 1. *Cod. eod.* etiamſi † fideiuſſio ſit approbata à iudice Rebuff. de reſtitutionib. *gloſ.* 3. *numer.* 9. Ant. de Gamma *deciſ. Luſitan.* 102. *numer.* 5.

127 Trigeſimus tertius † fideiuſſionis effectus eſt quod fideiuſſio reſpectu creditorum facit pecuniam, etiam conſumptam, extare, & ſic loco proprietatis cedit, in tantum, vt qui talem cautionem fideiuſſoriam habet, rem ipſam habere cenſeatur *l.* 1. *&* 2. *ff. de vſufr. earum rer. l. procuratoris.* § *fin. ff. de tribut. action.* ex Caſtrenſi Neapolitano, Innocentio, & Ioſepho, Ludouico, Vinc. de Franchis *deciſ.* 75. *num.* 9. Martin. Monter. *in deciſ. Regni Aragonum deciſ.* 4. num. 28.

Etſi verò, vt iam oſtenſum eſt, multi, & varij fideiuſſionis ſunt effectus, non tamen poteſt efficere, vt
128 † fideiuſſor Fideiuſſoris mei dicatur meus fideiuſſor non magis, quam ſocius ſocij mei meus dicitur ſocius, ita tradit Alex. *in l. ſi ſeruum.* §. *nunc videamus ff. de verb. oblig.* & plura ſimilia habent apud Cagnol. Decium, ac Petrus Fabrum *in l. conſilij* §. *ſocij. ff. de reg. iuris antiqui*

CAPVT XVI.

De fine fideiuſſionis.

SVMMARIA.

1 *Finis non cadit ſub præcepta, ſed ad finem omnia præcepta tendunt.*
2 *Fines cuiuſuis actionis ſunt tres.*
3 *Finis eſt principium in intellectu, licet ſit vltimum in executione.*
4 *Finis rei potiſſimum eſt attendendus.*
5 *Finis cauſa eſt omnium aliarum cauſarum.*
6 *Finis obligationis fideiuſſoriæ quis ſit? Et num.* 14.
7 *Fideiuſſio eſt ſolutionis ſecuritas. Et num.* 8.
9 *Vox germanica, vnde dicatur.*
10 *Burgus eſt arx ſiue fortalitium in iure, & apud ſcriptores alios. Et num.* 11.
12 *Fideiuſſio tendit quidem principaliter ad commodum debitoris, ſed per conſequentiam nihilominus ſit in fauorem creditoris.*
13 *Debitor cogitur exponere expenſas in conficiendo inſtrumento obligationis.*
14 *Plures obligatos habere intereſt. Et num.* 15.
16 *Obligatio fideiuſſoria aggregat facultates fideiuſſoris facultatibus debitoris.*
17 *Fideiuſſoris bona ſunt neque excutienda, ac debitoris principalis, ad hoc vt carceris publici pœna euitetur. Et num.* 18.
19 *Fideiuſſoris ſubſtantia poſſeſſionem debitoris ſuſtentat.*
20 *Stipulationes omnes ſua natura cautionales ſunt.*
21 *Fideiuſſoris perſona cur tradi dicatur poſt contractum celebratum.*
22 *Fiſcalis indemnitas idonea fideiuſſione munienda eſt.*
23 *Satiſdatio iudicio ſiſti principaliter inuenta fuit propter ſuſpicionem fugæ.*
24 *Fugere propriè eſt reorum.*
25 *Iudicia non debent fieri eluſoria.*
26 *Fideiuſſor iudicio ſiſti, potius dicitur principalis, quam fideiuſſor.*

ET-

ETſi Philoſophi dicunt, quod † finis non cadat
ſub præcepta, ſed quod ad finem omnia præcepta
tendant, non inutile tamen fuerit, breuiter admo-
nere, ad quem finem tandem fideiuſſor dati, & ac-
2 cipi ſoleat. Nam cuiuſuis † actionis tres ſunt fines,
vt ait Clem. Alex. *lib.7. Stromat. mihi pag.*246. & finis
3 † eſt principium in intellectu, licet ſit vltimum in
executione. Bald. *in l.1. §. huius ſtudij. col.2. ff. de iuſti.*
4 *& iur.* Neuiz. *conſil.5. num.11.* imò † finis cuiuſque rei,
ad quem negotium tendit, potiſſimum eſt attenden-
dus *l. cum aurum 19. §. perueniamus. verſi. ſemper illud
ſpectamus. ff. de aur. & arg. leg.* Crauet. *conſil.137. num.14.
vol.1.* Gail. *lib.2. de pace publica cap.16. num.23.* & finis
5 † cauſa eſt omnium aliarum cauſarum. Ioan. Neuiz.
conſil.50. numer.12. ac propter finem ait omne agens,
vt ait Ariſto. & refert Barbat. *in c. at ſi clerici num.37.
de iudiciis.* Aleaand. Randenſ. *de analogiis lib.1. cap.20.
numer.2.* pulchrè Fabius de Ann. *conſil.79. numer.5. &
aliquot. ſeq.* Vide Ioan. Goddæus *de contrah. ſtipul. c.1.
num.58.*

6 Finis autem obligationis † fideiuſſoriæ principalis,
& extremus, ac ſummum veluti eiuſdem bonum, pul-
cherrimè proponitur *in l.1. §. ſed aut proprio. ff. de oblig.
& act. & in pr. tit.* vbi illud etiam ad Rubric. *num.2.* ex-
preſſè notat Anton. Pichard. Vinueſa Hiſpanus. Et
Myſinger. ibidem *num.5. Inſti. de fideiuſ.* vbi textus di-
cit, homines propterea fideiuſſores accipere ſolere, vt
curent, quo diligentius ſibi ſit cautum. Idem planè
confirmat text. *in §. vlt. inſti. de replicat.* dicens, eum, qui
alios pro debitore ſibi obligat, hoc maximè proſpi-
cere, vt cum facultatibus lapſus fuerit debitor, poſſit
ab ipſis, quos pro eo obligauit ſuum conſequi Alciat.
in l. vlt. num.13. ff. ſi cert. pet. Ioan. Lud. Bendetus *de reuiſ.
centl.6. num.25.* Ita vt non immerito cum VVeſenbe.
in parat. ff. de fideiuſſ. numer.4. dicere quis poſſet, fide-
7 iuſſio nihil † aliud eſt, quam ſolutionis ſecuritas *l.1.
ff. Qui ſatiſd. cogant.* Nam vt Quintil. ait, ſponſor in
hoc accipitur, nec creditor in damno ſit; & pulchrè
id ipſum innuit Scæuola *in l. creditor. §.1. ff. mandati.* vbi
Titius fideiuſſor ad Seium ſcribens, inter alia his ver-
bis vtitur: *Quodcunque ab ea ex hac cauſa ſtipulatus fue-
ris, id me mea fide eſſe iuſſiſſe, ſaluum te habiturum.* Eodem
8 † quoque proculdubio reſpexit Ruland. *in tract. de com-
miſſ. in 2. edit. lib.8. tit. de interrog. c.1.* dum fideiuſſionem
remediis contractuum firmatoriis annumerat. Sicut
enim pignus pecuniæ creditæ propriè eſt vinculum,
Arrhæ verò venditionis, aut nuptiarum, *Iac. Cuiac. lib.
11. obſer. c.17.* Ita fideiuſſio quoque vinculum eſt reli-
9 quorum contractuum. Nec minus ſcita eſt † appel-
10 latio fideiuſſoris Germanica. Nam ſicut † arx ſiue
11 fortalitium Iſidorus crebra † per limites conſtituta
habitacula Burgos vocat, de quibus vide *l.6. capit. de
fund. rei priuatæ libro* 11. Paul. Oroſium *libro 7.* Alciat.
lib.2. prætermiſſorum Mantuam *lib.10. obſer. legal. obſer.
91.* P. Pithoeum *lib.1. aduer. c.14.* Cuiac. *lib.3. obſer. cap.
24. in fin.* (ingruentib. hoſtium incurſionib. imo, &
tempore pacis, ſecuros nos eſſe facit, *argum. l.2. C. de
off. præf. prat. Afric.* Ita quoque fideiuſſor timido cre-
ditori animum addit, vt ſecure debitori pecuniam
12 credat. Et Proinde † fideiuſſio primo actu quidem
ad commodum debitoris (cui alias forte non fuiſſet cre-
13 ditum) principaliter tendit, vnde † & is expenſas in
conficiendo inſtrumento obligationis tam principa-
lis, quam fideiuſſoriæ ſuſtinere, & exponere tenetur
leg. ſed etſi. §.1. ff. de exhib. l. cum ſæpe. C. de erogat. mil. annon.
Veruntamen per conſequentiam etiam ſit in fauo-
rem creditoris, cum ille per fideiuſſores ſatis accipiat,
& de credito ſuo ſecurus reddatur, vt pluribus oſten-
dit Bart. Socin. *in conſil.23. num.25. & 26. vol.2.* quem ſe-
quitur Ronchegallus *in l. reos. in princ. nu.17. ff. de duob.
reu.* (allegans Alex. *in conſil.106. col.1. lib.1.*) nec non
Bertazol. *in tract. clauſ. inſtrum clauſ.39. gl.1. num.17.* licet
aliter ſentire videatur Card. Alban. *in addit. ad Bart.
Rubric. ff. de fideiuſſ. num.3.*

14 Præterea † valde vtile eſt, non ſoli debitori ſemper
fidem habere, ſed inſuper pro maiori cautela fideiuſ-
ſoriam quoque cautionem accipere. Primò quia
15 † intereſt noſtra, nos plures habere obligatos *leg.3. §.
fin. in finalibus verbis ff. de liber. legat.* maxime, quando
in plures aduerſarios non diſtringimur, *vt in l.2. ff. de
exer. act. l. & ancillarum. § ſi quis cum ſeruo ff. de peculio.*
26 Deinde † quia per fideiuſſoriam obligationem fide-
iuſſoris facultates principaliter obligati facultatib.
aggregantur *leg. ſi plures. §. præterea ſi quæratur, & ibi
Caſtrenſ. ff. de fideiuſſor.* Rom. *conſil.310. num.2* Hippo. *in
ſing.3. incip. Ad hoc vt carcerationem. & in Rub. ff. de fide-
iuſſorib. num.179. & 194. & in pract. crim §. attingam num.
56.* Quam doctrinam idem Hippolytus de Marſil. *in
d. ſingul.3. & in l.1. num.56. ff. de quæſt.* eo extendit, vt
27 † ſi forte debitor fideiuſſorib. cauerit creditori de ſo-
lutione, adhoc, vt carceris publici pœna locum ha-
beat, non ſufficiat excuſſio bonorum ipſius debitoris,
ſed inſuper neceſſe ſit, vt fideiuſſoris quoque bona ſi-
militer excutiantur: illa namque quoad effectum ſolu-
tionis eius debiti, pro quo fideiuſſit, ipſius debitoris
facultatibus aggregata cenſentur, Franci. à Ripa *in l.
obligatione generali, num.20. ff. de pignorib.* Daniel Mol-
lerus *in com. ad conſtit. Saxon. conſtit.22. numer.6. part.2.*
pulcher Flaminius Chartar. *in deciſ. cauſ. execut. Rot.*
18 *Genuenſ. deciſ.217.* Et ita in Luſitania † quoque iudica-
tum refert. Aluar. Valaſc. *in deciſ. conſult. Regni Luſita-
niæ. conſul.13. tom.1.* Si igitur contingat debitorem fa-
cultatib. labi, ſeu, vt ille ait, rem vitio culpaue mino-
rem facere, hic fideiuſſor datus vſui erit qui conueni-
re poterit etiam tum quum pignora forte ſimul cum
fideiuſſore data caſu fortuito perierint, *l. amiſſi 52. in*
19 *princ. ff. de fideiuſſ.* Ita † vt quodammodo dicere liceat,
quod fideiuſſoris ſubſtantia poſſeſſionem debitoris
ſuſtentet, nec ſucciſis eiuſdem virium neruis labatur,
vt in ſimili loquitur *Imp. in l.1. C. de omni agro deſerto*
20 *lib.11.* Maxime, quia † omnes ſtipulationes natura ſui
cautionales ſunt, cum in illis hoc agatur, vt, quis cau-
tior ſit, & ſecurior, interpoſita ſtipulatione, *l.1. §. &
ſciendum ff de prætor ſtipulat. l.12. in princ. ff. rem rat. ha-
beri.*

21 Hinc † etiam eſt, quod, poſt fideiuſſionis con-
tractum celebratum, fideiuſſoris perſonam tradi,
Caius *lib.2. inſtit. titul.9. §.3.* & creditorem fideiuſſo-
ris perſonam ſequi dicimus, *bona fide, 27. in prin-
cip. ff. ad SC. Vell. l.10. C. eod.* Ac aliam perſonam ad-
hibere, *in l. vlt. C. de nouat.* idem eſt quod fideiuſ-
ſorem vel correum debendi adjicere. *Cuiac. lib.19. ob-
ſer. cap.36.* Quid mirum? Siracides *in panerete cap.29.
verſic.20.* dicit, fideiuſſorem animam ſuam pro debi-
tore deponere, qui igitur perſona obligata eſſe non
dicatur?

Tertio nos aliorum exempla commonent, vt nobis
euidenter, & ſufficienter datis fideiuſſoribus cauere
22 ſinamus. Sic enim fiſcalis indemnitas † idonea fide-
iuſſione muniri ſolet, *l.1. C. de locat. præd ciuil. lib.11.* &
Reipublicæ quoque proſpicere ſolent, vt ſibi diligen-
ter ſit cautum *leg. ſi bene 33. §.1. ff. de vſuris.* multo igi-
tur magis priuatus quiſque in hoc ſibi conſulere debet,
& quidem præcipue in iudiciis. Nam vt Maranta *in
ſpeculo ſuo part.6. tit. de ſatiſdat. num.2.* ait, ſatiſdatio
23 † iudicio ſiſti principaliter inuenta fuit propter ſuſpi-
cionem fugæ, ad hoc, vt reus ſecurum faciat iudicium,
quia alias poſſet fugere, & iudicium eludere; cum

Google

24 † reorum ſit fugere, Dd. communiter *in l. ſciendum. ff.*
25 *qui ſatiſd. cog.* nec † tamen iudicia eluſoria, & inania fieri oporteat *l. ſi praetor. 57. ff. de iudicijs. l. vlt ff. ne quid in loco publico Herman. Vultaeus lib. 2. iuriſprud. Roman. cap. 30. numer.* 70. Vnde etiam fluit, quod fideiuſſorem
26 iudicio ſiſti, magis principalem, quam fideiuſſorem dici debere, ſcribit Lucas de penna *in l. ſi quis decurio. numero 15. Cod. de decurionib. lib.* 10 probat Alexand. *in l. 2. §. ſi quis. numero 5. ff. qui ſatiſdar. cogan.* Et ſane hodie multi inueniuntur, quibus etiam accepto chirographo nec pecuniam, nec verba tuto credas, vt vix verum ſit illud Daui, apud Comicum *in Phorm. act. 1. ſcen. 2.* dum ait:

-----abi, inſciens
Cuius tu fidem in pecunia perſpexeris.
Verere ei verba credere?

Sed potius ſuccedat cantilena fęneratorum, relata apud Ambroſium *in lib. de Tobia,* vbi dicunt, *Nos noſtram pecuniam non habemus. Aurum dedimus, Lignum tenemus. h. e.* chirographum. Vnde *citante Duareno lib. 2 diſputa. cap.* 30. illud iuuenalis *Satyra vlt.*

Vana ſupervacui dicens chirographa ligni.

CAPVT XVII.

De adiacentibus Fideiuſſionis.

SVMMARIA.

1 *Inſtrumentum fideiuſſionis ſeparatim creditori dari poteſt.*
2 *Error Notarij in tranſcribendis ſtipulationis verbis non nocet.*
3 *Inſtrumentum, & contractus plurimum inter ſe differunt.*
4 *Continens aliud, aliud contentum.*
5 *Subſcriptio, & ſigillatio animo fideiubendi facta arguit conſenſum fideiuſſoris.*
9 *Subſcriptio abſque intentione obligandi facta nihil praeiudicat.*
6 *Clauſula, non eſt neceſſaria, ſed tantum abundans cautela*
8 *Epiſcopus, cauere vel ſatiſdare obligatus, non tantum ſuo, ſed, & Capituli ac Succeſſorum nomine cauere, ac vna cum ſuo, etiam Capituli ſigillum apponere tenetur.*
9 *Chirographum manu fideiuſſoris non integraliter ſcriptum, ſed tantum ſubſcriptum, & ſubſignatum, ſemiplene tantum probat, ex Antonio de Gamma. Sed contrarium verius eſſe annectitur. num.* 10.
11 *De ſubſcriptione, & ſigillatione remiſſiue ex Martino Montero.*
12 *Clauſula inſtrumentis fideiuſſionum quoque quotidie adijci ſolent.*
13 *Clauſularum inſolitarum multitudo inſtrumentum reddit ſuſpectum. Et num.* 14.
15 *Clauſula cum inſtrumento corruunt, ſi inſtrumentum ſit nullum.*
16 *Clauſulam inſolitam appoſitam eſſe quomodo probetur, remiſſiue.*
17 *Clauſula, Abſque fraude, & dolo, cuius ſit efficacia? Et num.* 18. 19. 20. 21. & 22.
23 *Omnes contractus mundi, etiam ſtricti iuris, de iure Canonico ſunt bonae fidei, iuxta Bald. Bertachin Iaſon. Nemizan. Alciat. & Plotum. Sed contrarium verius ex Fulgoſio, Abbate, Alexand. VVeſenb. & Ioan. Goddaeo. num.* 23.
25 *Clauſula ſine fraude, & dolo exceptiones fideiuſſorias nunquam excludit, contra VVeſembecium.*
26 *Clauſula ſoluam pecunias de quibus teneor, & qui creditor eſt, eas repetat tanquam inſolita, & anceps reijcitur.*
27 *Clauſula, Quod creditori ſolummodo integrum eſſe debeat obligationis fideiuſſoriae literam interpretari, non admittitur.*
28 *Renuntiationes beneficiorum etiam fideiuſſionis contractui adiacent.*
29 *Notarij iuris ignari renuntiationibus huiuſmodi abutuntur.*
30 *Muliere haeretica fideiubente non eſt opus renuntiatione SC. Velleian. cum illa hoc beneficio ſit indigna. Limitatur tamen. num.* 31.
32 *Renuntiatio generalis beneficiorum fideiuſſorib. competentium an ſufficiat, late pertractatur.*
33 *Prior opinio eorum, qui generalem ſufficere autumant.*
34 *Renuntiatio hoc modo facta. Renuntiatio omni iuris, & legum auxilio, quid operetur.*
35 *Diſpoſitio generalis tantum operatur, quoad omnia, quantum ſpecialis ad ſpeciatim enumerata.*
36 *Secunda opinio, exiſtimantium ſpecialis renuntiatione ſiue enumeratione opus eſſe. Et num.* 37. & 38.
39 *Tertia opinio praedictas duas conciliãs. Et num.* 41. 43. 45. 46. 48.
40 *Verba obligationib. ſiue conuentionib. modo ſunt generaliſſima, modo ſubalterna, modo ſpecialiſſima.*
42 *Verba, quae carent omnia nota ſpecifica demonſtrationis, parum operantur.*
44 *Verba ſubalternam, quaenam ſint?*
47 *Priuilegij ſpecies ſi exprimatur ſecundum ſuam ſpeciem ſufficit, etiamſi non exprimatur ſecundum ſuam ſingularitatem.*
49 *Verba ſpecialiſſima quaenam ſint?*
50 *Clauſula omnes quidem tenentur, & in ſolidum obligati ſunt cuius ſit effectus.*
51 *Dn. Danielis Molleri, & D. Ioannis Iagemanni traditiones nonnihil ab auctore in dubium vocantur. Et nu.* 52. 53.
54 *Nomen dicere, ac indubitabili ſigno, quod pene nihil à nomine diſtet, aliquid demonſtrare paria ſunt.*
55 *Clauſula: omnes inſolidum tenentur, & vnus pro omnibus non ſunt paris efficacia aut conuertibiles.*
56 *Forma pro vtilitate priuata introducta bene renuntiari poteſt, non ſolum expreſſe, ſed etiam tacitè etiamſi in lege adeſſet clauſula decretũ irritantis.*
57 *Clauſula, ſi vnus eſſet vocatus omnes ſint vocati ſine exceptione, & c. cuius ſit operationis?*
58 *Remedijs fideiuſſorum aliquibus enumeratis, ſi ſubſequatur generalis hic adducta clauſula, ſpecialiter quoque renuntiatum eſſe dicitur Ampliatur. num.* 59. *Et declaratur. num.* 60.
61 *Fori renuntiatio per fideiuſſorem fieri poteſt.*
62 *Conſenſus iudicis incompetentis non eſt neceſſarius in prorogandae iuriſdictione eius.*
63 *Iudex inuitus iuriſdictionem ſibi prorogari cogi non poteſt.*
64 *Fideiuſſor recipiens, quod ſibi denegari debeat audientia omnium, etiam iuſtiſſimarum exceptionum, num beneficijs fideiuſſorum renuntiaſſe cenſeatur? Et num.* 65.
66 *Oſtagium fideiuſſioni adiacet.*
77 *Obſtagium quid ſit? Et num.* 68.
69 *Obſtagia noſtris temporibus nihil aliud ſunt, quam merae crapula, & helluationes.*
70 *Obſtagia Imperij lege publica ſunt ſublata.*
71 *Obſtagia adhuc in multis locis Germaniae tolerantur.*
72 *Obſtagia, & euocationes certis cauſis inhiberi poſſunt.*

73 *Obſtagiorum nomine quid iure Bohemico ſit receptum oſtenditur.*
74 *Marchionatus Luſatiæ Regno Bohemiæ eſt incorporatus.*
75 *In Marchionatus Luſatia quatenus ex pragmatica ſanctione D. Imper. Rudolphi II. obſtagia admittantur.*
76 *Mulier ad obſtagium quomodo ſe obliget.*
77 *Mulier in cauſa ciuili ne quidem ex pacto incarcerari poteſt. Fallit num. 78. & 79.*
80 *Fideiuſſio probationem deſiderat. Et n. 81. & 82.*
83 *Fideiuſſio ſi appareat apud acta, præſumptio eſt, quod ſit officiali vel parti facta.*
84 *Fideiuſſiones præſtitæ in ſingularem librum referuntur Hamburgi, Embdæ ac alibi.*
85 *Protocolla de iure Lubecenſi magnum robur habent.*
86 *Fideiuſſio non eſt de pertinentibus ad negotiationem mercatoris. Et num. 87.*
88 *Fideiuſſor ſcriptus in libro per negotiorum geſtorum utrum obligetur domino ſine ratihabitione vel ceſſione, remiſſiue.*
89 *Chirographum ſuum qui ſemel creditori exhibuit num cogatur et adhuc ſemper publicum inſtrumentum cauere.*
90 *Priuata ſcriptura plenam fidem facit, concurrentibus requiſitis.*
91 *Confeſſio partis tantum operatur, quantum ſcriptura publica.*
92 *Inſtrumentum publicum, dato prius chirographo ſi eſt conficiendum, non tamen fit in forma pleniſſima. Et num. 93.*
94 *Debitor vel fideiuſſor transferentes in creditorem liberam facultatem obligationis pro ſuo libitu concipiendæ, non poſſunt poſteà pœnitere.*
95 *Soldanus Ægypti ab Imp. Friderico Barbaroſſa fideiuſſores, & obſides ante liberationem exigens, indulſit illi, vt ipſemet obligationem conciperet.*
96 *Prælatus in Saxonia coactus eſt, obligationem, à creditore ex ſ dulco conceptam, ſua ſubſcriptione, & appreſſo ſigillo communire.*

ADdo iam præcedentibus ea quoque, quæ fideiuſſioni, vt plurimum accidere conſueuerunt,
1 eaque adiacentium nomine inſignio, inter quæ
quidem præcipuum obtinet inſtrumentum fideiuſſionis, quæ cautio fideiuſſorum vocatur, *in leg. penultima, & leg. vltima, Cod. de fideiuſſoribus.* Etſi enim hodie fere ſemper in vno eodemque inſtrumento ſimul ſe obligant debitor, & fideiuſſor, nil tamen prohibet, & fideiuſſorem ſpecialiter ſua manu chirographum ſcribere, vel aliter per epiſtolam ſcripturamque publicam aut priuatam ſe obligare, *l. creditor, § primo. ff. manti, l. Lucius, 24. ff. de fideiuſſoribus, &*
2 *alibi ſæpe.* Quo † caſu contingere tamen poteſt, vt
librarius in tranſcribendis ſtipulationis verbis, citra dolum, & factum, in ſermone erret, veluti, ſi ſcribat mulierem renuntiaſſe Valeriano, pro Velleiano, ſed id nihil nocet, quo minus, & reus, & fideiuſſor teneantur, *l ſi librarius 92. vbi Doctores, ff. de regulis iuris.* Non fruſtra autem inſtrumentum fideiuſſionis
3 inter adiacentia contractus fideiuſſori retuli, cum †
inſtrumentum, & contractus plurimum inter ſe differant, vt inquit Tiraquellus *de retracta ligna, §. ſecundo glo. prima, num. 1. cum ſequent.* Aliud enim eſt
4 inſtrumentum, aliud contractus, prout etiam †
aliud eſt continens, aliud contentum, vt fuſiſſime ediſſerit. Ioan Baptiſt. Aſinius, *de execut. c. 10. per tot.* & nouiſſime Petrus Heigius *quæſt. ſuar. part. 2. qu. 7. num. 10. & ſeqq.*

Antonius Heringius.

5 Ad prædictum inſtrumentũ quoque referri poteſt
† fideiuſſoris ſubſcriptio, & ſigillatio, modo animo, & intentione fideiubendi fiant, quæ demum conſenſum, & approbationem arguunt, *l. ſi ita 126. §. Chryſogonus, & ibi Gothofred. ff. de verb. oblig. l. pariuſſores, 68. §. 1. ff. de fideiuſſ. l. fideiuſſor 26. §. pater, ff. de pignor, l. mutua 14. C. ſi certum petatur, l. ſi non ſubſcripſiſti, C. de adminiſtrat. tut. Colerus de proceſſ. execut. part. 3. cap. 1. num. 124. 125. & 126. Ioan. Koppen, quæſtio-*
6 *ne 46. numero 27. verſicul. tertio requiritur.* Nam †
ſi quis vna cum debitore, extra tamen qualitatem fideiuſſionis, inſtrumentum obligationis forte ſigillo ſuo muniat, eique ſubſcribat, tunc ſtia ſignatio, & ſubſcriptio nihil aliud efficiunt, & probant, quam id, cuius cauſa ſignatio, & ſubſcriptio fuerunt, quantum vero ad vim, & effectum actus geſti, nihil quicquam præiudicant. Textus eſt *in d. l. ſi non ſubſcripſiſti, & in l. Gaius, & quæ ibi notant gloſſ. & Doctores ff. de pignorat. action. Maſcardus de proba-*
7 *tionibus concluſ. 1, 41. num. 24.* Proinde clauſula † illa
vulgaris, qua ſubſcribentes plerumque vtuntur non eſt neceſſaria, ſed ſaltem abundans cautela, cum ipſo iure ſubſcribens, & ipſius hæredes ex nudo actu ſubſcriptionis, & ſigillationis maneant indemnes. Daniel Moller. *in comment. ad conſtitut. Saxon. conſtit. 52. num. 17. & 18. part. 2.* Colerus *d. part. 3. capit. 1. num. 127.*
8 Sane † ſi ſit Epiſcopus, qui cauere vel ſatiſdare tenetur, non tantum ſuo, ſed & Capituli ad ſucceſſorum nomine cauere, & vna cum ſuo etiam Capituli ſigillum apponere debet, præſertim quando non ipſius priuatum, ſed commune Capituli negotium gerit, vt quandoque pronuntiatum in Camera, in cauſa Drechſel contra Eluangen mandati. Et in cauſa Dienheim contra Bamberg primi, & ſecundi
9 mandati, anno 1588. Quid † autem dicemus, ſi chi-
rographum manu debitoris vel fideiuſſoris integraliter non ſit ſcriptum, ſed manu cuiuſdam tertij, ab illis vero ſubſcriptum, & ſubſignatum? Et quidem tale chirographum non plenam ſed ſemiplenam tantum probationem facere, ex ſententia Bartoli, Caſtrenſis Iaſonis, Franciſci Ripæ, Afflicti, & Couarruuiæ voluit Ant. de Gamma *deciſ. Luſitan. 238.*
10 Sed reſpectu † iuris communis, & accedente ſub-
ſcribentium recognitione, contrarium verius eſſe non dubito, per tradita à Maſcardo *concluſ. 1341.* Claud. Cantiuncula *conſ. 1. n. 65.* Ant. Gabriel Rom. *in commun concl tit. de præſump. art. 5.* Vaſquio *de ſucceſſ. lib. 2. § 14. n. 81.* Ioan Goddæo *in l. ſubſignatum, n. 4. ff.*
11 *de verbor. ſignificat.* Vide etiam † Martin. Monter.
deciſ. Reg. Arago. 12. Petr. Rebuff. *in d. l. ſubſignatum, ff. de verbor. ſignif.* vbi multa vtilia de ſubſcriptione, & ſigillatione congeſſerunt, quæ non facile alibi ita coaceruata inuenies.
12 Secundo adiacent † fideiuſſioni clauſulæ inſtru-
mentis fideiuſſorum quotidie adjici ſolitæ, de quibus pulchre Colerus *de proceſſ. exec. part. 1. ca 10. n. 3. in fi.* Verum hic cautos oportet eſſe creditores, ne infinitas
13 clauſulas adjiciant. Nam † multitud clauſularum,
præſertim inſolitarum, inſtrumentum magis reddit ſuſpectum de fraude & ſimulatione, *gl. l ſi quis ſub creditore, & ibi Bald. & Angel ff. de conditio inſt* Bald. *in 3. notabili* Salycetus *in 1. not.* item Caſtren. & Iaſon. *in l. teſtamentum, C. de teſtamen.* Schurff. *conſ. 86 num. 3. centur. 2.* prolixe Petrus Gilkenius, *de præſcriptio. par.*
14 *2. memb. 2. cap. 2. num. 91.* Et † quo plus ſcrupulo-
ſatum cautelatum eſt, eo plus præſumitur fraudis, doli, & ſimulationis Bald. *conſ. 75. num. 2. volu. 1.* Marti. Monter. *deciſ. Aragen. 10. n. 24.* pulchre Decianus *con-*

S

Digitized by Google

15 *fol.*104.*num.*22.*lib.*2.Imo † inſtrumento forte nullo,
clauſulæ ſimul cum inſtrumento corruunt, & nihil
operantur. Curtius ſenior *conſ.*70.*incip. Super contro-
uerſia,n.*2. M.Ant.de Amatis *deciſ.*4. *num.*24.Petrus
Gilkenius *de praeſcript.part.*2.*membro* 3.*c.*7. *num.*34.
16 Quo pacto † autem clauſulam inſolitam ex cere-
bro Notariorum appoſitam eſſe probetur, oſten-
dunt. Marchard. *de probat.concl.*299. & pulcherrime
Vincent.Carot.*deciſ.*22.vbi omnino vide.
17 In fine porro inſtrumenti † vſitatum eſt addere il-
lam clauſulam. Abſque fraude, & dolo, quæ olim
quoque Græcis ſub hac forma verborum Ἀνευ δόλου καὶ
18 *ἀπάτης*, *teſte Heredoto lib.*1.*&* 8. vſitata, & † non ſo-
lum iuramento militum, Agellius *lib.*16. *cap.*4. Iuſt.
Lipſius *de militia Romana lib.*5.*dialog.*15.*mihi pag.*314.
19 Verum etiam iuramento † fidelitatis inſerta fuit, cu-
,, ius formula extat Apud Anſegiſum *lib.* 4. *c.*46. Pro-
,, mitto ego partibus Domini mei Caroli Regis, & fi-
,, liorum eius, quia fidelis ſum, & ero diebus vitæ meæ,
,, ſine fraude, vel malo ingenio. Huic porro clauſulæ
20 hanc † vim adſcribit poſt Hippol. & Gomezium
VVeſenbecius *conſ.*14.*n.*17.*& in* §.*actionum,num.*1.*In-
ſtit.de actionibus*, quod nimirum contractum bonæ
fidei facit, & exceptiones fideiuſſorias excludat, re-
fert Daniel Mollerus *in comment.ad conſtit.*18.*num.*3.
21 *verſ.illud tantum part.*2. Quod alij † adeo exten-
dunt, vt ſi talis clauſula inſeratur contractui ſtricti
iuris, ea operetur, vt contractus alioquin ſtricti iuris,
naturam, & ſimilitudinem contractus bonæ fidei ſor-
tiatur, Bald.*conſ.*343.*n.*3.*&* 4.Ioan.Baptiſt. Caccialup.
*in repet.l.omnes populi,n.*107 *ff.de iuſt.& iure.*Ludolp.
22 Sctader. *de feud part.*10.*ſect.*3.*num.*28. Idque † mi-
nus dubitationis habere videtur, propterea, quod
de iure Canonico omnes contractus mundi, etiam
ſtricti iuris, prohibentur bonæ fidei (vt tradiderunt
poſt Bald. Bertachin. & alios Dd. Ioan. Bapt.Piotus
tract.de in lit iur.§.22.*num.*4.Iaſon *in l.cum poſtea,C.
de pact* Alciat.*in l.cum fundus,*31.*num.*16.*ff.ſi cert. pe-*
23 *tatur.*Neuizan.*conſ.*22. *num.*35. Reprehendi † tamen
in eo à Fulgoſio, Alexandro, Abbate, VVeſenbecio,
ac Goddæo *in comment. de contrah. ſtipulat.cap.* 8.
*concluſ.*1.*art.*24.Verum etiamſi hoc forte indulgea-
tur, quod talis clauſula ex contractu ſtricti iuris, fa-
24 ciat contractum bonæ fidei, licet † id recte impu-
gnet Ioan. Goddæus *d.cap.*8.*concluſ.*1.*num.*25.*&* 26.
25 Tamen alterum, quod † ſcilicet omnes exceptiones
fideiuſſorias quoque excludat, nequaquam concedi
poteſt, cum vix vlla reperiatur cautio fideiuſſorias,
quæ clauſulam illam inſertam non habeat, & ſic ra-
riſſime fideiuſſor ante principalem conueniri poſſet,
vt rectè animaduertit Mollerus d. loco. Imo omnis
labor de competentia beneficiorum excuſſionis, di-
uiſionis, & reliquorum fruſtra ſuſciperetur, ſed
illa omnia vno momento per hanc doctrinam abro-
garentur, quod eſſet abſurdum, *l.ſi quando, C.de inoffi.
teſtamen.*
26 Sed memini me aliquando † inſtrumento fideiuſ-
ſorio ſequentia verba legiſſe, quæ fideiuſſores in mo-
dum clauſulæ adiecerant: ſoluam pecunias de qui-
bus teneor, at qui creditor eſt eas repetat, & tum de ef-
ficacia talium verborum quærebatur. Nonnulli arbi-
trabantur, eam æquiparari illi clauſulæ. Renuntia-
mus omni iuris, & legum auxilio, de qua deinceps
quædam ſum dicturus. Sed viſum fuit aliis, hanc
clauſulam, tanquam inſolitam, & ancipitem, imo
multarum rixarum fomitem, merito è foro extermi-
nandam eſſe, vt enim anceps eſt, & dubiaria quoque
27 tacite fraudi, & dolo feneſtram aperit, non † minus
quam illa qui habere debent, verè & realiter pe-
rant, & exigant, ſine fraude, & dolo, & qui ſunt
debitores ſoluant, &c. Vide tamen de eo vlterius
Petr. Frideric. *de mandat. iud. lib.*2. *cap.*71.*num* 4.
& 13. iunctis iis quæ tradit Iacob.Thoming. *deciſio.
Lipſenſ* 37.*per diſcurſum.*
28 Tertio adiacent † fideiuſſioni Renuntiationes,
quibus fideiuſſores beneficia ſibi competentia ſic ab
dicant, Sebaſt.Medices *de conſeruanda poſſeſſ.num.*31.
quas tamen certioratio, ſi non creditoris, attamen
Notarij, præcedere debet, vt dixi ſupra *cap.*7. *n.*474.
& ſeqq. ne forte deinceps ſimplices (de cautis non
loquor) fideiuſſores, ſe dolo circumuentos eſſe con-
29 querantur, maxime quia † Notarij iuris ignari illis
abutuntur, ſecundum doctrinam Speculat.*in titul.de
renunt.*§.1. *num.*10. *&* 15. quem ſequitur Bartolom.
Bertazo *in clauſ.inſtru.clauſula* 39.*gl.*1.*n.*1.& *facit l.ſi
fideiuſſor.*29.*in fin.pr. ff. mandati*, iunctis illis quæ in
terminis, ac de re ſcribit Vincent. Caroc.*de excuſſ.*
30 *bonor.part.*2.*qu.*17.*n.*45.*&* 51.Niſi forte † talis ſit per-
ſona, quæ fideiuſſit, vt nec renuntiatione, conſe-
quenter nec certioratione ſit opus. Hinc eſt quod
muliere hæretica fideiubente, ne quidem neceſſa-
ria eſt renuntiatio, cum illa ipſa beneficio Sena-
tuſc. Velleiani ſit indigna. Vincent. Mediolanenſis
in c ſi aduerſus,de hered. Io.Nicol.Arelatan. *in tract.
de heretic.* in 18. *notabili*, cuius opinionem probat
Anton.de Padilla *in l. ne paſſim,num.*16. *&* 17. *C. de
iur. & facti ignor.* contra Archidiac. *num.* 7. *in c.* 4.
q. 1. Ioan. Lupum *in Rubric. de donat. inter vir. &
uxor.*§. 35.*num.*5. *per Auth. Item priuilegium,in verb.
& alia omnia mulieribus à lege data clauduntur,C.de
heretic.& Manich.Nouel.*100. *de priuil. dot. hereticis
mulieribus non praeſtandis cap.*1.*&* 2. vbi notabilis ad-
31 ditur limitatio, ſcilicet † hæc, quod prædicta non
procedant, ſi mulier, talis ſeriam poſtea pœniten-
tiam egerit. Monere autem iſthoc volui, quia ſi ca-
ſus contingeret, in Anabaptiſtis noſtri temporis pra-
cticari poſſet iuxta Receſſum Imperij Spirenſem *de
anno* 1529. in verb. Quod ego & hæredes mei non
tenemur, nec obligati ſumus.

Verum hic ſtatim oritur diſputatio, vtrum renun-
32 tiatio † generalis ſufficiat, adhoc, vt fideiuſſor præ-
dicta beneficia amittat, vel an ſpecialis requiratur,
quæ quidem controuerſia, præterquam quod quoti-
diana in Germaniæ praxi (licet Ant. Pichar. *in* §. *ſi
plures,n.*18.*inſt. de fideiuſſ.* ex Alphonſo de Aceuedo
referat, Tabelliones has renuntiationes hodie inepte
inculcare) & vtilis eſt inſuper etiam multorum in-
genia exercuit, vt pluribus demonſtrat Iacob Tho-
ming.*deciſ.Lipſenſ* 1.*per tot.*
33 Voluerunt † enim quidam, renuntiationem gene-
ralem ſufficere, cum iſta generaliter extendatur ad
omnia, Boer. *conſ.* 20. *numer.*13. & latè Tiraq.*in l.ſi
vnquam,in praefat.nu.*121.*C.de reuoc. donat.* vbi etiam
*num.*117. refert iſtam ſententiam communi Dd. cal-
culo approbari. Et ideo Rolan. à Valle *de lucro do-
34 tis,queſt.* 42. *n.* 15. *&* 16.dicit, quod beneficio † ex-
cuſſionis, & cedendarum actionum renuntiatum ſit,
ſi quis ita renunciet: renuntio omni iuris, & legum
auxilio, de quo plura videas apud Hippo. *in Rub. de
fideiuſſ.n* 35.*& n.*272. Decian. *reſponſ.*29.*n.*57.*vol.* 2.
in l.ſed etſi quis,§.*queſitum in* 6.*ff ſi quis caut.* ſentiat,
quod is, qui renuntiauit omni iuris auxilio, præſu-
matur intellexiſſe de auxilio ſtatuti, quem ſecuti ſunt
Caccial.Iaſ.Rom.& Ruin.vt eos refert, & ſequitur.
Iacob. Menoch. *de praeſumpt.lib.* 2.*praeſump.*6.*n.*7.
35 Ratio interpretum iſtorum † præcipua eſt, quod
tantum operatur diſpoſitio generalis, quoad omnia,
quantum operatur ſpecialis quoad ſpeciatim
numerata

numerata, *l. ſi dein 51. ff. de adminiſt. tut. l. ſi chorus, in pr. ff. de legat. 3.* Ac certè, ſi proprietatem, generalitatem verborum inſpiciamus, quæ alias fruſtra videntur adiecta, niſi prædicta etiam beneficia in iis contineantur, hæc opinio ſicut communior, ita etiam de iure forte verior eſt, *per l. fin. vbi glo. notat. per illum text. in verb. omnique alij auxilio, C. quando mul. tut. off. fungi poſſit.*

36 Contrarium † tamen, quod generalis renuntiatio non ſufficiat, ſed requiratur ſpeciali enumeratio eorum beneficiorum, quibus quis renuntiare intendit, amplectitur Decius *conſ. 37. num. 1.* Ioan. de Imol. *in l. 1. §. quæſitum, n. 15. & 19. ff. quibus appell. non licet.* Specul. *in tit. de renun. §. ſimiles, num. 7. 15.* Guido Papæ *decis. 367. num. 1.* Eamque tutiorem humaniorem dicit Tiraq *in præfat. d. l. ſi vnquam n. 152. C. de revoc. donat.* ideoq; præferendam autumant Coler. *de proceſſ. execut. art. 1. c. 10. n. 381. & 394.* ac Petr. Heigius *q. 38.*
37 *num. 9.* quam etiam dominos † Aſſeſſores Auguſtiſſimæ Cam. Imp. aliquando ſecutos eſſe teſtatur præiudium in cauſa Zolerni contra Verichingium *de*
38 *anno 1578.* & nouiſſime † comprobauit Elector Auguſtus *in conſtit prouinc. 17. par. 2.* vbi diſponit, Quod talis N. & N. clarè, & ſint ſpecificati, & expreſſi. Qua de re vltra omnes prædictos, vide tale differentiam Vincentium Catocium *in tract. de excuſſ. bonor. par. 2. quæſt. 17.* & Daniel. Mollerum *in commentariis doctiſſimis ad d. Conſtit. 17.*

39 Sed † ſanè ſi vtraque ſententia exacto vtroque iudicio perpendatur, nihil incommodi habet. Hoc
40 enim præmiſſo, quod † verba in renuntiationibus extraiudicialibus, ſiue obligationibus conuentionalibus modo ſint generaliſſima, modo ſubalterna ſiue ſpecialia, modo ſpecialiſſima, & Indiuidua, optima inter prædictas opiniones conſonantia fieri poteſt.
41 Si enim † verba ſint generalia in genere ſummo, tum renuntiatio illa per talia verba facta, nullius momenti eſſe poteſt. Quod ſi igitur Titius dicat: Ego pro Mæuio fideiubeo, & renuntio omni beneficio, vel: Ego fideiubeo, & promitto me abſque omni exceptione ſoluturum, tantum abeſt, vt hæc renuntiatio beneficia fideiuſſorum tollat, vt etiam penitus pro nulla habeatur. Cum enim huiuſmodi verba tam re quam genere ſint incerta, vel, *vt enim Baldo*
42 *loquamur*, omni † carent nota ſpecificæ demonſtrationis, maximè quidem mirandum eſt, quod parum aut nihil operentur, *l. qui mutuam 56. §. Salarium iuncta gl. verb. pollicitationis, ff. mandati.* Et ſecundum huoc intellectum abſque controuerſiam procedit illorum ſententia, quia hoc caſu generalem renun-
43 tiationem ſatis non eſſe exiſtimant. Nam † verba generalia, vt aliquid operentur, apte atque commodè efferantur neceſſe, eſt cæteroquin verò, ſi inepte atque indiſcrete enuntientur, nihil operantur, niſi quatenus ratio ſuadet. *Bald. d. l. ſedeſſi. §. quæſitum, colum. 4 ff. ſi quis caut.* pro quo facit inductio textus *in l. ita, 40. verſ. quamvis enim. ff. de iure fiſci.* Valde igitur dubito, an etiam verum, ſit quod ſcribit Ioan. Andr. *in addit. ad Speculat. tit. de renunciat. §. 1. nu. 16. verb. Sponſoribus.*

Quod ſi verò verba ſint generalia ſubalterna tunc aliud, quam in præcedenti caſu, eſt dicendum. Di-
44 cuntur autem † ſubalterna, quod diuerſis reſpectibus nunc ſpecialium, nunc verò generalium verborum naturam aſſumãt. *Bald. d. l. quæſitum col. 4.* Thoming. *dict. deciſ. 1. num. 17. verbi caute:* Periculum caſus fortuiti, ſpeciei inſtar obtinet, reſpectu periculi, tanquam generis generaliſſimi: contra verò reſpectu incendij, ruinæ & naufragij, generis locum obtinet *Antonius Heringius.*

Decius conſ. 552. n. 7. Sic beneficium eſt genus generaliſſimum, Beneficium fideiuſſoribus competens genus eſt ſubalternum, ita quidem, vt ſi ad beneficium in genere referatur loco ſpeciei ſit habendum, ſin verò ad ſingula beneficia fideiuſſorum reſpiciat, generis quodammodo locum occupet.

45 Ponamus igitur, † fideiuſſorem ita renuntiare: Renuntio beneficiis fideiuſſoribus competentibus, vel, Renuntio omni iuris ac legum auxilio pro me facienti. Hoc ſanè caſu ſublatum cenſetur beneficium excuſſionis diuiſionis, necnon cedendarum actionum. Decius *in l. fin. num. 21 ff ſi cert. pet.* Ioan. Ronchegalius *in l. 3 §. vbi duo num. 113. verſ & cave ff. duobus reis.* Marian. Socin. *in conſ. 100. ad fin. vol. 2.* ma-
46 ximè, † ſi ſimul iuramentum accedat, vt conſiderarunt Imola *in conſ. 46. in fin.* Aretin. *conſ. 33.* Guido Papę *q. 367.* quos refert & ſequitur Tiraq. *in præf. ſt. repetitionis l. ſi vnquam, num. 121. C. de reuocan donat.* Petr. Ioan. Anchatan. *quæſt. 21. num 8. lib. 2.* Thoming. *d. deciſ 1. num. 20.* Nam ſufficit, † quod ſpecies priuilegij
47 exprimatur ſecundum ſuam ſpeciem, non autem ſecundum ſuam ſingulatem, Bart. *in l. 1. in fin. ff ſi quis caut.* Et dicit VVeſenbec. *conſil. 10. num. 28.* hanc eſſe communem Dd. concluſionem *in d. § quæſitum,* quod etiam probat Colerus *de proceſſ. execut. part. 1. cap. 10. num. 396. & 397.* vlterius Martin. Benckendorff. *in l. 1. part. 4. memb. 4. numer. 31. & 32. ff. de reg. iur.*

Et iuxta † hanc ſententiam intelligendum eſt, quod
48 ſupra dictum eſt generalem renuntiationẽ ſufficere, id enim non de verbis generaliſſimis, adeoque de indiſcretis, & obſcuris nullaque ſpecificæ demonſtrationis nota circumſcriptis accipi debet, ſed de verbis ſubalternis, h. e. per ſe generalibus illis quidem, ita tamen, vt reſpecto ſummi generis, ad quod referuntur, ſpecialium inſtar verborum obtineat, ſicque & ipſa quodammodo cenſenda ſint ſpecialia, Thoming. *d. deciſ 1. n. 20.* Quod quidem de iure communi veriſſimum eſt, licet ſecundum conſt. Electoralem ſupra allegatam, in Electoratu Saxoniæ non attendatur. Coler. *d. cap. 10. num. 398.*

Reſtat, vt de verbis renuntiationum ſpecialiſſimis
49 pauca addam. Sunt autem ſpecialiſſima † verba, quæ ſingulas ſpecies, vel ſingula indiuidua, ordine commemorant, quæque ſingularia potius, quam ſpecialia appellari merentur. Quin autem hæc verba beneficia fideiuſſorum tollant, nullum eſt dubium. Vnde ſi fideiuſſor dicat; Renuntio beneficio excuſſionis diuiſionis, & cedendarum actionum, tum nullum eorum poſteà opponere poterit, Thoming. *deciſ. 1. num. 22. & 23.* Et de his verbis intelligenda eſt d. conſt. Elector. prouin. 17. *part. 2.*

50 Quæ concluſio porrò ampliatur, vt † & ſpecialiter renunciatum eſſe videatur in caſu, quo partes non vtendo quidem renuntiatione ſpeciali priuilegiorum in forma conſueta, verbis tamen vſi ſunt in effectu idem importantibus, puta: quando plures ſunt fideiuſſores omnes ſpecifice, & particulariter ſcribere, & ſubſcribere debent, & vnus pro omnibus, & omnes pro vno ſine diuiſione, ſed & omnes inſimul ſint obligati ſubiecta generali renunciatione omnium beneficiorũ ſibi competentium, tunc enim de intentione partium ſatis conſtat, Tiber. Decian. *conſ. 3. volum 3.* Modeſtin. Piſtoris *conſ. 1. n. 66. cum ſeqq. vol. 1.* atq; ita quotidie pronuntiari, teſtis eſt Coler. *de proceſſ. execu.*
51 *part. 1. cap. 10. num. 395.* Licet † diſſentiat Daniel Mollerus IC. Saxonicus *in cõment. ſuis lectu digniſſimis ad Conſtit. Electorales conſt. 17. part. 2.* exiſtimãs per verba hæc omnes pro vno, & vnus pro omnib⁹ non cenſeri

S 2

renunciatum beneficio diuiſionis ſiue Epiſt. D. Ha-
driani. Quia vero hæc ipſa opinio non exiguam apud
me [illegible] habet, vnde etiam adducor, vt pauciſſi-
mis aperiam, quæ potiſſimum rationes me moueant,
à communi, & in foro hactenus recepta ſententia quo
minus diuortium faciam, idcirco libet, verba ipſa
formalia Dn. Molleri huc acceſſere, vt beneuolus le-
ctor eo melius diiudicare queat, cui hac in parte ve-
ritatis lux adſiſtat. Sic igitur habent: Verum quia
Conſtitutio hæc non ſpecificam tantum renunciatio-
nem omnium, aut aliquorum ſaltem beneficiorum fi-
deiuſſoribus conceſſorum requirit, ſed & expreſſis
verbis renunciationem illam fieri vult, & ſic formam
præſcribit, quæ exacte, & ad vnguem ſeruanda eſt,
idque adeo quidem, vt etiam vberiori, pinguiori, ac
vtiliori modo impleri non poſſit, vt prolixe docet
Tiraquell. *de retract. 1. part. §. 36. gloſſ. 2. num. 58.* Meno-
chius *in conſ. pro Triuultiis, numero 176. & dixi in Se-
meſt. cap. 21. libro* 4. Ego hodie nec per verba æqui-
pollentia impleri illam poſſe puto, & proinde verbis
illis, quæ dixi, non obſtantibus, fideiuſſorem ex pacto
obligatum, aduerſus ſolutionem beneficio diuiſionis
ſe tueri poſſe, quod ipſum, & VVeſenbecius hic ſen-
tit, qui adſit, id quod ſinguli in ſolidum teneantur,
ipſo iure ineſſe, ideoque expreſſionem eius non ope-
rari, niſi diſertis verbis huic, vel aliis aliquot cer-
tis beneficiis in ſpecie ſit renunciatum, & ita VVi-
tebergæ reſponſum fuiſſe. Hactenus Mollerus. Ad
cuius ſententiam, vel eo magis aduertendum, quod
meminerim Dominum Ioannem Iagemannum Iu-
52 riſconſultum [illegible] in † *lectura ſua manuſcripta,
ad §. ſi plures, inſtit. de fideiuſſor 16. Februarij anno,
1582. &c.* hanc ipſam opinionem ſequentibus verbis
comprobaſſe. Ex quibus, inquit, notandum, clau-
ſulam ſeu pactum, quo ſinguli fideiuſſores ſe in ſoli-
dum obſtringunt, non tollere beneficium diuiſio-
nis à D. Hadriano conceſſum. Quia hæc clauſula
ſuperflua eſt, ipſo enim iure in ſolidum tenentur, vt
modo dixi, *& probatur in dicta l. inter inprinc. ff. hoc tit.
& in lege tertia, Cod. eodem.* Et ob id licet prædicta
clauſula non noceat, nec contractum vitiet, *l. teſta-
mentum 17. Cod. de teſtamen. l. non ſolent. 94. ff. de re-
gulis iuris.* Tamen nihil operatur, *lege tertia Cod. hoc
titul.* Quæ enim dubitationis tollendæ cauſa con-
tractibus inferuntur, ius commune non lædunt, *l. quæ
dubitationis, 81. ff. de regulis iuris.* Non igitur hæc clau-
ſula inter confideiuſſores tollit beneficium diuiſio-
nis, &c. Hactenus quoque Iagemannus. Cæterum
53 † etſi horum virorum eruditio magnæ apud me me-
rito eſt auctoritatis, arbitror tamen in hoc propoſi-
to ab illis deflectendum eſſe. Et quod primo tradi-
tionem Dn. Danielis Molleri attinet, in confeſſo eſt,
eum pure, & ſimpliciter in terminis Conſtitutionis
Saxonicæ loqui, vnde non ſit conſequẽs, idem ſtatim
de iure communi quoque ſtatuere licere, cum à parti-
culari ad vniuerſale nulla ſit conſequentia. Deinde
etiam fundamentum præcipuum, cui Weſenbecius,
& Iagemannum innituntur, nimirum clauſulam il-
lam, qua ſinguli fideiuſſores ſe in ſolidum obſtringũt
eſſe ſuperfluam, nihilque operari, facilè elidi poteſt,
ſi tempora exacte ab inuicem diſtinguamus. Iure
igitur veteri, & ſtricto, quod ante tempora D. Hadria-
ni ſemper in vſu fuit, ſinguli fideiuſſores in ſolidum
obligati fuerunt, fuiſſet igitur iſto tempore ſuper-
fluũ, & nullius effectus id vlterius nominatim expri-
mere. At poſt tempora D. Hadriani longe aliter ob-
ſeruatum, nimirum vt quamvis ſinguli fideiuſſores in
ſolidum obligarentur, non tamen ex beneficio Epi-
ſtolæ D. Hadriani in ſolidum, ſed ſinguli pro parte
virili tantum, tenerentur, & etiamnum teneantur. Iu-
re igitur veteri in ſolidum obligati fuerunt, & quidẽ
cum effectu, citra vllam ſubleuationem: Iure verò
tempore D. Hadriani vſitato, in ſolidum quoque ob-
ligati fuerunt, ſed in rei veritate quoque obligati ſo-
lidarii, vtpote talẽ effectum planè eneruam exce-
ptione ex epiſtola D. Hadriani competente, & hoc
tempore oppoſita ſtatuamus nunc, vnum ex pluribus
confideiuſſoribus ſe obligare in ſolidum pro omni-
bus, certè non inutilis, nec ſuperflua erit hæc expreſ-
ſio, cum per id ad ius vetus, & ſtrictum vltro redeat,
exceptionem verò diuiſionis, ex priuilegio ſpeciali
Imperatoris Hadriani ſibi competentem, planè à ſe
abiicet, & repudiet. Et quanquam in illis verbis,
Vnum pro omnibus, quoad ſonum verborum nulla
fit mentio beneficij diuiſionis, in effectu tamen illud
ipſum exprimitur, qui enim pro reliquis cõfideiuſſo-
ribus in ſolidum teneri ſe velle expreſſo pacto cõſti-
tuit, quomodo idem non renuntiat beneficio diuiſio-
nis (ſiquidem ſolidum, & diuiſum hoc in loco ſunt
54 [illegible]. Et præterea nomen † dicere, ac indubi-
tabili ſigno, quod pene nihil à nomine differt, aliquid
demonſtrare paria ſunt, *l. 9. § ſi quis nomen, ff. de hæred.
inſtit. l. certum, ff. ſi cert. petat.* Vnde etiam Innocent. *in
cap. in Lateranenſi de preb.* inquit idem eſſe proprio
nomine quid deſignare, vel adeo ſtrictè circumſtan-
tias exprimere vt ex toto importent vices proprij
nominis. Et cum hodie communi quaſi ſtylo, etiam
inter ſimplices idiotas contrahentes, & fideiubentes,
receptum ſit, vt per hæc verba, omnes pro vno, &
vnus pro omnibus beneficio diuiſionis renunciatũ
cenſeatur (vtcunque Witebergenſibus fortaſſe con-
trarium placuerit) id quod etiam in iudicando ha-
ctenus ita eſt obſeruatum, non eſſet tutum, in con-
trariæ opinionis caſtra tranſire, præſertim cum con-
trahentes per amphibologias, & cothurnos decipi
non debeant, & merito fideiuſſor ſibi acceptum ferrè
debeat, quod contractui legem non dixerit apertius.
Ceſſat porrò omnis iſthæc diſputatio, ſi prædictis
verbis, Omnes pro vno adijciant illa verba (prout
fieri conſueuit.) Nemo alteri auxilium præſtet quin
per ea beneficio diuiſionis ſe exuat fideiuſſor, nemo
55 ſanæ mentis dubitauerit. Sed † interim tamen nul-
lus exiſtimet has locutiones, Omnes pro vno, &c.
eſſe conuertibiles, aut paris efficaciæ. Vt enim pri-
ma beneficium diuiſionis penitus excludit, *ſicut mo-
do dixi:* Ita altera proprie non prius locum habe-
re poteſt quam ſi vnus fideiuſſorum, ſi non ſoluen-
do quo caſu reliqui fideiuſſores ſoluendo exiſten-
tes nihilominus inter ſeſe beneficium diuiſionis
habent.

Poſſet tamen tentari in terminis conſtitutionis
Saxonicæ idem, quod de iure communi verius eſſe
demonſtraui, obtinere quoque debere. Nam primo
regula illa, quod forma ne quidem vtilior, vberiori
ac pinguiori modo impleri poſſit non vſquequaque
eſt expedita. Et in primis Iaſon *in l. iam tamen, §. pe-
nult. ff. iud. ſolui.* cum diligenter ſeruandos mandati
fines docuiſſet, ab eiuſque forma non recedendum,
ſubdit tamen, poſſe plenius vberiuſque imperi, poſſe
formæ ſuperficiem negligi, dum effectus ſeruetur, ſe-
quitur And. Alciat. *de verborum ſignification. lib. 3.* De-
inde largiamur, Conſtitutionem Saxonicam, require-
re pro forma renuntiationem expreſſis verbis factã
adhuc tamen in arbitrio contrahentium erit, aliis
verbis, in effectu idem importantibus, ſed in conſti-
tutione non expreſſis, vti, ex hoc immobili funda-
56 mento, quod † quando de priuata vtilitate agitur
(ut hic) formæ pro eadem à iure introductæ bene
renuntiari

renuntiati poſſit, non ſolum expreſſè: ſed etiam ta-
citè etiamſi in lege adeſſet clauſula decreti irritantis,
vt ex Decio, Riminaldo iuniore, Petri de bella per-
tica, Ruino, Gabriello, & aliis egregie comproba-
runt, Martin. Monter. *in deciſ. Regni Aragon. deciſ. 52. numero quadrageſimotertio.* & Ioan. Vincent. Honde-
dæus *conſultat. 28. numero trigeſimoquarto & trigeſi-
moquinto, volum. primo.* Ratio huius ſit eſt, quod
quando forma fauore priuati introducit, & ex ea be-
neficium aliquod emergit, tunc forma illa vicem
conſilij habet, *l. cum pater. §. mando. & ibi gloſ. in ver-
bo conſilij ff. de lega. ſecundo.* Decius *in cap. cum acceſ-
ſiſſent. num. vigeſimoquarto, de conſtitut.* Conſtantin.
Rogerius *in tracta. de legis potentia fol. centeſimo duo-
decimo, numero* 10. Montetus *d. loco numero 34. verſic. nec mirum.* Conſilium autem neminem obligat, ad
illud præciſe præſtandum, quod in ipſius priuatum
ſaltem fauorem eſt introductum, *l. ſi quis in conſcri-
bendo, C. de pact.*

57 § Prædictæ porrò clauſulæ etiam ſequens hæc † in
effectu ſimilis eſt, æquipollet: Si caſus accident,
quod vnus eſſet vocatus, omnes ſine aliqua excep-
tione ſint vocati, & in alium nullus ſe excuſet, vnuſ-
que ſit pro toto ſumma. Vide quæ dicam infra *ca-
pite vigeſimoſeptimo, parte ſecunda*, & Frideric. Pruc-
kman. *in conſ. octauo, numero trigeſimo ſecundo, & ſe-
quentibus.*

58 Ampliatur † ſecundo, vt ſpecialiter quoque re-
nuntiatum eſſe dicatur, ſi aliquibus remediis fideiuſ-
ſorum in ſpecie enumeratis ſubſequatur generalis
clauſula; Quod prædictis omnibus, & quibuſcunque
aliis iuris legum, & ſtatutorum beneficiis, ſibi quo-
modolibet competentibus, vel competituris, fideiuſ-
ſor renuntiet. Talis enim renuntiatio, quantumuis
generalis, eandem vim habet, ac ſi in ſpecie de vno-
quoque remedio nominatim dictum fuiſſet, *gloſſ.
verb. ſpecialiter, in dicto §. quæſitum gloſſ. in cap. vt cu-
ra. verb. omnia & ſingula. de elect. in* 6. Cephal. *conſ.* 58.
n. 71. libro 1. Hippolyt. *in Rubric. de fideiuſſ. nu.* 30. &
35. VVeſenbec. *d. conſil.* 10. *numero* 28. Thoning. *d.
deciſ. 1. numero* 26. pulchrè Bertazolius *in tract. clauſ.
inſtrum. clauſ.* 42. *gloſſa* 6. *numero* 1. & 2. & *in gloſſ.* 7.
numero 3. *in fin.* & faciunt tradita per Iaſt. Lan-
franç. Balbum *deciſio* 347. Idque ſe ita habet non
tantum de iure communi, vt modo dictum: Verum
59 etiam † de iure Saxonico, *ex Nouella. conſtitut.
Elector. Auguſti* 17. *verſi.* Quod fideiuſſor aliquod de-
tinendum non patiatur *striction. part. ſecunda.* Cæte-
60 rum ſingulariter notandum eſt, fideiuſſorem † in-
demnitatis, etiamſi omni legum ac iuris auxiliu pro
ſe faciendi renuntiauerit, adhuc tamen beneficium
excuſſionis habere, vt infra *capite vigeſimoſeptimo*
declarabo.

Ad modo dictas Renuntiationes etiam commodè
61 referri poteſt renuntiatio † fori, qua debitor vel fide-
iuſſor non in genere, ſed in ſpecie beneficium primę,
& ordinariæ inſtantię à ſe abdicant, & ſe nominatim
alij foro, vel etiam omnium ſupremo tribunali ſub-
jiciunt, ſecundum ea quæ dicam infra *capite* 23. Et
talis renuntiatio his vel ſimilibus fieri poſſet verbis:
Nos qui fideiuſſionem fecimus non patiemur, quod
nos neque hæredes noſtri, tam in noſtra prouincia,
quam alibi, & tam in ſpirituali quam in temporali
juriſdictione, &c. Et quia in ſingulis prouinciis, imo
in ſingulis ciuitatibus, opidis, & locis apud Iuriſcon-
& cauſarum patronos diuerſi ſunt illius fori ac curiæ
ritus placuit omniū arbitrio relinquere quæ ſui mo-
ris eſt, vt vnus quiſq; obſeruet ea, quem apud eos no-
tiora familiaria ſunt. Addo autem hæc vltima verba
Antonius Heringius.

62 propterea, quod † etſi in proroganda iuriſdictione
iudicis incompetentis, eius conſenſus alias non eſt
neceſſarius vt docet Herman. Vult eius *in comment.*
63 *ad l. 1. n. 162. C. de iuriſd.* non † tamen iudex inuitus
iuriſdictionem ſibi prorogari cogi poſſit, ſed aditus
diſſentiendi, aut contradicendi facultatem retineat,
ſecundum Cygnum *in l ſi quis ex conſenſu, numero vn-
decimo, C. de Epiſcop. audientia. Vulteium dicta lege
prima, numero centeſimotrigeſimoſexto, & ibid. Sichard.
numero* 5.

64 Quid † autem ſtatuemus de illa quadam clauſula
quę ad euitandas moroſas exceptiones, & debitorum
calumnias inter creditorem & debitorē apponi ſo-
let, quaque debitor recipit, quod prorſus denegari
illi debeat audientia omnium, etiam iuſtiſſimarum
exceptionum, donec pecunia debita depoſita fuerit
apud ipſum debitorem, Quod debitor non ſit audien-
dus, quo vſque ſummam pecuniæ debitā depoſuerit
penes, &c. an tali clauſula ſe etiam fideiuſſor aſtrin-
gere poterit, & per eam beneficiis ſibi competenti-
bus renuntiaſſe cenſebitur, Et quin fideiuſſor eodem
modo, quo debitor ſe aſtringere ita queat extra du-
bium eſt argumento eorum, quæ tradit Anton. de
65 Gamma *deciſio Luſita.* 379. Sed † renuntiationis ope-
ratione nonnihil hæſito, argumento enim quæ ſu-
pra *num.* 36. ſunt tradita, tutiuſque exiſtimo, vt in
ſpecie vnius aut alterius beneficij fideiuſſori com-
petentis fiat mentio, & deinde ſupradicta generalis
clauſula in hunc modum ſubſequatur: Recipio etiam
ego prælibatus fideiuſſor, quod mihi omnium bene-
ficiorum fideiuſſoribus competentium, vt excuſſio-
nis, diuiſionis, & cæterarum, etiam iuſtiſſimarum, ex-
ceptionum audientia tam diu denegari debeat, do-
nec pecuniam à principali meo, & me debitam apud
creditorem depoſuerim, iuxta ea quæ adduxi hoc
ipſo capite *num.* 58.

66 Quarto † fideiuſſioni adiacet obſtagij promiſſio,
Germanica obedientia, ac ſubmiſſio *Gail. de pace
publica, libro 2. cap. 2. num. 5. in fin.* Hæc enim inter
Germanos, præſertim nobiles, hactenus fuit vſitatiſ-
ſima, imo ex Imperij quoque conſtitutione *anno* 48.
edita, in Imperio, non extra illud, exerceri permiſſa,
vt conſtat ex ſelectis ſententiis Saileri 24. *Martij
anno* 1544. 23. *Februarij*, *anno* 1541. & 5. *Aprilis,
anno* 1570. in Camera Imperiali latis, qua nimirum
fideiuſſores, niſi principalis debitor ad diem conſti-
tutum ſolueret, ad certum ſe venturos locum, neque
inde diſceſſuros, donec ſolutio fieret promittebant,
cap. ex reſcripto, extra, de iureiur. lib. 2. art. 11. §. pro-
mittimus, quod equitando. VVeſenbec. *ff. de fideiuſſ.
n.* 3. Gail. *lib. 2. obſeru. 45. & lib. 2. de pace publica, cap.
2. n.* 6. Sichardus *in l. ob æs, num. 5. C. de obligat.* Daniel
Mullerus *lib. 3. ſemeſt. cap.* 30. Modeſtin. Piſtor. *part.* 2,
67 *conſ. 1. num. 9. & ſequent.* Et talis † fideiuſſio vulgo,
vt dixi, obſtagium appellatur, quod ab Antonio de
Buttrio *in d. cap. ex reſcripto, n.* 10. definitur, quod ſit
conuentio quędam iurata, vel aliter, dāta fide, confir-
mata, de ſiſtendo, & non recedendo ex certo loco,
donec conuentis ſatisfiat: Sequitur Iaſon *in l. ſi con-
uenerit num. 41. ff. de iuriſdict.* Et pluribus materiam
68 obſtagij † explicarunt Coletus *in tractat. de proceſſ.
execut. part. 1. cap. 8. per diſcurſum.* & Ioan. Koppen à
Rangenſdorff. *in deciſ. iuris, quæſt.* 3. ad quos remiſiſſe
ſufficiat.

69 Quia tamen obſtagia † noſtris temporibus nihil
aliud ſunt, niſi meræ crapulæ, & helluationes, vt aie
Ioach. à Beuſt. *in l. admonendi, num. 344. ff de iureiur.*
Quandoquidem noſtri Alemanni in obſtagium ſemel
intromiſſi, tanquam Antipodes, diem pro nocte

habent, h.e. vt Tacitus *lib.16. annal.* loquitur, diem per ſomnum, noctem officiis, & objecta meoris vitæ tranſigunt,& fere pro Symbolo illud Senecæ *epiſt.* 123. vſurpant : *Lucet ? ſomni tempus Quies eſt ? Nunc exerceamur,nunc geſtemur,nunc prandeamus. Iam lux*
70 *propius accedit ? Tempus eſt cœna.* Idcirco † propter abuſum, & curandum ſcandalum, publica, & nouiſſima Impetij lege. *Anno* 1577. ſalubriter ſublata ſunt, Andt.Gail. *lib.2.pract.obſer. obſ.45. nu.6.& lib.2.pac.pub.obſ.2. nu.6. & in tract. de arreſt.Impery,* c.9.nu.15. Ioan.Godd. *de ſequeſtr.c.1.par.3.axiom.3.nu.* 113. Eructt.Cotluman. *reſponſo* 19.*num.*5. VVeſenb. *in apoſtilla ad Schneidevvinum,* in §. *in omnibus num.*3. *Inſtit.de fideiuſſorib.* Hieron. Treutletus *ſelect. diſput. volum.*3. *diſputat.*28. *theſ.*4.*lit. F.* Sicut eadem quoque Nouella ſua cooſtitutione Elector Saxoniæ per omnes ſuas prouincias abtogauit, *conſht prouinc.*22. *par.*2.§. *vbi vide etiam Danielem Mollerum in com-*
71 *mentariis.* Quod ſi † tamen obſtagia adhuc in certis locis, in quibus ſanctio Impetij de facto fortè non eſt recepta, [Nam poeta cecinit:

Non temere antiquos mutat Germania mores,
Ponere difficile eſt, quæ placuere diu.]

tolerantur, tunc proceſſus eorundem petendus ex Matth.Colero *d.loco.* & Modeſtino Piſtoris *in conſil.* 1. *vol.*3.

72 Quod porrò tales † euocationes ad obſtagium, ex certis,& mouentibus cauſis aliquando inhiberi poſſint, docemur notabili præiudicio relato in ſelect. ſententiis. D. Barthij *die* 23. *Ianuarij, litera A. Anno* 1540. cuius tenor ita ſonat.

Formula videnda eſt locis allegatis, & in ſtatuto regni Bohemiæ, ac in Marchionatu Loſatiæ annexo ipſo regno, vt etiam ex pragmatica ſanctione D. Imperatoris Rudolphi 2. Viennæ 18. Maij anno 1582. promulgata, quæ omnes concludunt de obſidibus præſtandis ordinationibus autem ipſis lectorem remittimus. Et huius ſanctionis quoque mentionem facit Ioan. Koppen in Rangeldoff. *in deciſionibus ſuis quæſtione* 3.*n.*22.

76 Denique † hic notandum erit, ſi honeſta mulier, vel matrona fideiubeat, quod hoc modo ad obſtagium ſe obligare ſoleat, mulier hoc habet patrocinium, vt non ſit fideiuſſor, neque ipſa pro pignore, vel obſide data ſit, &c. Nam ipſam in obſtagio in publicis diuerſoriis ſiue popinis hærere, admodum ſoret ſcandaloſum, *argumento l.optimam. verſ.quas naturalis pudor non omnibus perperam ſe manifeſtare concedit. C. de contrah. ſtipulat. & Authent. hodie Cod. de cuſtod.reor.* Et faciunt tradita per M. Aaron. Peregrin. *de iure fiſci.lib.6. titulo ſeptimo numero nono.* Proſper Farinac. *tractat crimin. quæſt.*27.*n.*64. Ant. Solam. *in conſtit. antiq. Sabaudiæ Rubric. de captura debitoris, Decreti. Abuſionibus gloſa ſecunda numero ſexto.* Huic
77 dicimus, quod † mulier in cauſa ciuili, ne quidem ex pacto, in carcerem conjici poſſit, idque propter periculum pudicitiæ earum, Decius *in l.fœminæ. nu.*78. *ff. de reg. iur.* Rebuffus *in ordin. regni Galliæ. titul. de lit. obligat. artic.*11.*gloſſ.*3.*nu.*32. Coletus *de proceſſ. execut.part.*1.*cap.*6.*num.*99. vbi plura vide Præterquam
78 in † caſu, qui habetur in Nouella Conſtit. Elect. Auguſti 21. *part.*2. & ibi Daniel Mollerus *in commenta-*
79 *riis n.*9.10.& 11. Qui caſus etiam † approbatur iure municipali Lubecenſi *libro primo, titulo tertio, articulo primo in verb.* Etſi habet, vt ſolui tantum illibbatum eſt accipere eam. Verum ſi inuenta fuerit à creditore poteſt ei ſuperiorem veſtem accipere donec fuerit ſatisfactum.

80 Quinto † fideiuſſioni adjacet eiuſdem probatio, ad quam certe creditorem quoque ſtatim ab initio aduertere valde conſultum eſt. Quis enim illum hac in re curioſitatis inſimulet, ſi non ſolum à debitore, ſed etiam à fideiuſſore pro probatione quandoque habenda, imò & exceptione ſimulati contractus remouenda (vt in ſpecie traditum eſt ab Henningo Guden *in conſ.*109.*nu.*63. Frideric. Scoto *reſponſo* 6.*n.* 50.*tom.*2.*lib.*2. Menoch. *conſil.*143.*num.*4.*volum.*4.) vel chirographum, vel etiam inſtrumentum publicum exigat, iuxta ea quæ dixi ſupra *hoc ipſo cap. nu.*1. *nec non cap.*5.*n.*5. *& eſt text. in l.ſicut datam* 26.*C.de liber. cauſa.* Sanè cum Perſeus quidam noto daret pecuniam, cautionemq; faceret in foro apud menſarium, & hanc diligentiam amicus quidam admirans diceret : Adeone legaliter Perſeu? Scilicet, inquit, vt φιλικῶς hic eſt amanter recipiam, nec νομικῶς, hic eſt legaliter repoſcam. Fit enim ſæpenumero, vt qui cum amico bona fide, ſine teſtibus, ac ſyngraphis agunt, poſt cogantur cum eo legibus agere. Quo non inſcite quoque referri poteſt illud Terentij *in Phormione act.*4.*Scena* 5.

Hoc temere nunquam amittam ego à me, quin mihi
teſtes adhibeam.
Cuidem, & quamobrem dem, commemorabo.

Eodem pertinet, & hoc Plauti *in Perſa Scena. Satin Athena.*

—— Quantum eſt adhibere hominem amicum, vbi
quid geras.

81 Et proinde ſi fideiuſſor † neget (vt aliquando contingit) ſe fidem pro debitore interpoſuiſſe, tum creditor id, tanquam aliquid facti probare tenetur *argument. text. lib.*3. *art.*41.*in fin. & l.*1.*C.de prob. iuncta*
82 *l.*2.*ff eodem, tit.* Quod ſi fideiuſſorem † in codicem rationum ſuarum ſcripſiſſe probetur, ita fuiſſe actum, vel geſtum, ſeque fidem interpoſuiſſe, tum actus iſte eſt ratificationis ſignificatiuus, & fideiuſſionem probat, per ea quæ tradit Menochius *in conſilio* 49. *n.*16. *libro* 1.*& præſumpt.lib.*2.*præſumptio.* 39.*nu.*7.
83 Sic, ſi † apparet fideiuſſio apud acta, vel etiam in protocollo iudiciali, in libro publico Ciuitatis ſtatim præſumptio oritur, quod ſit officiali, vel parti facta, *l.cum pro quo.& ibi Bart ff.de in ius voc.* Marian.Soc. *conſ.*9 *num.*34.*vol.*1. iunctis illis quæ tradit dominus Rulandus *in tract.de commiſſ.part.*2.*lib.*3.*cap.*6.& 10. Ioan.Koppen. *in dec. ſuis quæſt.*46.*per diſcurſ.* Idque propterea memoria tenendum eſt, quia † multis in
84 locis, vt Hamburgi, Embdæ,& alibi receptum eſt, vt fidejuſſiones coram Magiſtratu verbaliter fiant, & ſtatim per Secretarium iudicij, in partium præſentia, libro ſingulariter ad id deputato, quem fideiuſſionem appellant, inſerantur, quo caſu illa annotatio plus roboris habet, ac ſi debitor & fideiuſſor creditori literas ſigillatas, & ſubſcriptas exhibuiſſent, pro quo faciunt tradita per Io. Bernard. Muſcare *in pract. fidei.part.*1 *modo* 1.*n.*8. *& modo* 12.*n.*22. Myſing. *reſpo.* 9.*n.*17.*& ſeqq. nec non l.penult. C.de fideiuſſ.* In primis
85 † ſtatuta Lubecenſia ſui Senatus protocollis vim magnam, roburque non aſpernandum, attribuunt, dum *lib.*5.*tit.*6 *art.*1. *&* 2. ita conſtituitur. Nos N.& N. ſcripſi ſumus, & ſubſcripſi in publico libro loci ſub die, & anno, &c. adhoc vt nemo in futurum poſſit luſtrare de hoc vel illa re, &c. Et quæ ſequuntur.

Sed pone caſum; ſtatuto cauetur, quod ſtetur libris mercatorum, niſi modo iudici ex probabilibus cauſis aliter videatur, *vt tradit Bald. in l.vnic. in* 3. *col. num.*

num.13. verſ. quid ergo eſt. C. de confeſſis. Rulant. *d. lib.5. cap.9.nu.8. & tetigi infra cap.20.§.1.num.70.* Mercator verò ſcripſit in libro rationum aliquem fideiuſ-
86 ſiſſe, non credi hoc debebit. Et negatiuæ † veritas adſiſtit, quia fideiuſſio non eſt de pertinentibus ad ipſius artem ſeu negotiationem, Iaſon. *in l. admonendi in 2. lectura, n.123. verſic. tertio diligenter.* Alexand. *ibid. num.36. verſ. & hoc procedat, ff. de iureiur.* Iaſon *conſil.*
87 *103. n.1. vol.1.* vbi dicit, quod fideiuſſio † non ſit de pertinentibus propriè ad mercatores, ideoque credendum non ſit eorum libris, quatenus continent fideiuſſionem. Sequitur Iacob. Mandellus de Alba *in conſil.95. n.11.12. & 13. allegans textum in l. ſi quis ex argentariis, §. rationem, ff. de edendo,* vbi ſi argentarius ſcripſit in libro ſuo pignus, non cenſetur eſſe actus
88 pertinens ad eius negotiationem. An † vero fideiuſſor ſcriptus in libro per negotiorum geſtorem obligetur domino ſine ratihabitione, vel ceſſione, vide Paul. de Caſtro *in conſil.97.*
89 Verum, & aliud non ineleganter † quæritur cum proximè dixerim, in arbitrio creditoris poſitum eſſe, pro probatione quandoque habenda, a fideiuſſore, vel chirographum ipſius, adhibitis teſtib. confectum, vel etiam inſtrumentum publicum exigere, ſiquidem qui bene vult ſoluere, merito etiam patitur, ſe bene obligari, ſicut monui ſupra *cap.5. n.7.* quid dicendum ſi, ſi fideiuſſor ſemel creditori, ſponte conſentienti, & acceptandi, ſuum chirographum dederit, vtrum nihilominus cogi poſſit, vt deinde det publicum inſtrumentum, inſertis quibuſdam clauſulis, quæ tamen in chirographo non continentur? Et remotis ambagibus reſpondendum eſt, creditoris hoc caſu iniuſtum eſſe deſiderium. Cum enim ſufficientem probationem iam in manibus habeat (quandoquidem pri-
90 uata † ſcriptura iuxta diſpoſitionem *l. ſcriptura C. qui pot. in pig. hab.* & concurrentibus illis, quæ admodum pulchè congeſſit Ludolph. Schraderus *in repet. l. admonendi, num.255 & 256. ff. de iureiur.* confecta, plenam fidem facit, maximè quando ipſemet fideiuſſor adhuc confitetur, eam ſua manu ſcriptam, & à teſtibus ſubſcriptam, *Schrader. d. num. 256.* Confeſſio
91 † ſiquidem partis tantum operatur, quantum ſcriptura publica, *Ant. de Gamma deciſ. Luſitan.43. nu.2.*) non eſt, quod eo nomine fideiuſſorem amplius moleſtet, *gloſſa, & Bartolus in l. nō caſu, C. de fideiuſſ. libro decimo, Paulus de Caſtro in l. in omnibus, circa fin. ff. de iudiciis. Bartolus in l. ſi finita, §. eleganter, colum ſecunda, circa finem. ff. de damno infecto.* Cur enim ab initio legem contractui non dixit apertius: *l. veteribus, ff. de pactis.* Quin potius facilitati ſuæ expenſum ferat, quod ab initio priuatim, & non publicè ſibi cauere paſſus eſt, neque enim oportet per ſingula momenta onerari eum, a quo ſemel ſufficiens aſſecuratio accepta eſt, *argumento l.3. § vlt. ff. vt in poſſeſſ. legat.*
92 Et † potiùs, quod ad minimum de contentis in chirographo conficiendum foret inſtrumentum, non tamen foret conficiendum in forma pleniſſima, cum obligatione præſertim bonorum, &c. & cum clauſu-
93 lis, & executoriis: Sed † ampliciter inſtrumento inſerendus eſſet tenor chirographi, & quod fideiuſſor adhuc confiteretur, ſe feciſſe chirographum, & teneri ad eà, quæ in illo continentur, iuxta tradita per Bart. & Paul. de Caſt. vbi ſupr. & eundem Bart. *in l. dedi, la 1. in fin. pr. ff. de cond. ob cauſ.* & Angel. *in l. ſi pupillus. ff. de nouat.* Felin. *in c. ſignificauit, col. fin. de teſtib.* quos omnes ſequitur, & in terminis probat Iac. Mādell. de Alba *in conſ.33. n.4.* tandem concludens, creditorem hoc caſu repelli per vulgatam illam exceptionem, Petis, quod intus habes, quod memoriæ commendā, non enim alibi facilè inuenies.

94 Denique † & hanc diſquiſitionem pro corollario huius capitis non immerito adjicio, quid iuris ſit, ſi debitor vel fideiuſſor in creditorem liberam facultatem transferat, obligationis pro libitu ſuo conci-
95 piendæ, (cuius rei † memorabile exemplum habemus apud Io. Adolphum in vita Imp. Frider. Barbaroſſæ, cui Soldanus Ægypti, ab ipſo fideiuſſores, & obſides ante liberationem exigens, indulſit, vt ipſemet obligationem conciperet) atque ille deſcriptam mundatamque obligationem ad debitorem, vel fideiuſſorē pro ſigillatione, & ſubſcriptione, tranſmittat, illudq; quidem adimpleant, ſed poſteà pœnitētia ducti conquerantur, obligationem nimis accuratè, & ſtrictè confectā eſſe, atq; ob id ſe ea teneri, vel eam ipſam implere nolle: Et certè ſeram omnino eorū eſſe querelam procul dubio exiſtimandū eſt præſertim ſi formula obligationis vſitato ſtylo fori correſpondeat, non ſolum quia alias quoq; æquum, & receptū eſt, vt debitor fideiuſſorq; præceptum ſiue legem creditoris ſequantur, *arg. eorum, quæ dixi ſupr. c.5. n.3.* Verum etiam, quia debitor, & fideiuſſor nullam iuſtam cauſam reſpectu accuratius conceptæ obligationis, ſe grauandi habent, ſi modo alias ſtat ſententia, illud ipſum præſtare, & ſoluere, ad quod ſe mediante ſubſcripta ſigillataque obligatione obſtrinxerunt, *vt ſimiliter eo ipſo cap.5. n.7. oſtendi.* Et † hinc à Principe quodam in vicinia noſtra, Prælato cuidam non infimi nominis, 24. *Septemb. anno* 1603. iniunctum memini, vt promiſſioni ſuæ ſatisfaceret, tranſmiſſamque obligationem ſua ſubſcriptione, & ſigillo conſueto communiret, & adimpleret. Videat Lector non admodum diſſimilem caſum apud Vincentium Carocium *in deciſ.5.*

CAPVT XVIIII.

De affinibus fideiuſſionis.

SVMMARIA.

1 *Inſciatim ſæpe ſimilia ſiue cognata non diſcernere, &* ſimilia pro iiſdem alia pro aliis accipere.
2 *Mandatum proximè ad fideiuſſionem accedit.*
3 *Mandati, & fideiuſſionis differentia in quib. conſiſtat.*
4 *Conſtitutum cum fideiuſſione affinitatem quandam habet.*
5 *Conſtituere latiùs patet, quam fideiubere.*
6 *Iuſſus patris quandoque affinis eſt fideiuſſioni.*
7 *Iuſſus paternus omnis fideiuſſio dici non poteſt.*
8 *Commendatio nuda aut laudabunda per ſe, non eſt aliquod mandatum, aut fideiuſſio.*
9 *Commendans tanquam ſponſor conueniri nequit.*
10 *Verba oſtendunt, an contractum ſit mandatum, vel ſaltem commendatio facta.*
11 *Commendare aliquē non ſemper eſt extra periculum.*
12 *Commendans in non exiguo eſt periculo, ſi probetur, illum notitiam habuiſſe, quo in cardine res commendati verſaretur, vel lucellum aliquod accepiſſe.*
13 *Commendans peregrinum emptorem iure Lubecenſi tenetur, ſi is non ſit ſoluendo.*
14 *Mercator perſuaſus per alterius mercatoris literas, merces alicui credere, ſi damnum patiatur, perſuadentem conuenire poteſt.*
15 *Commendanti iuramentum purgationis deferri poteſt.*
16 *Dicto aſſerentis cum iuramento ſtatur in his, quæ dependent ab animo.*
17 *Rogans pro alio in ſcriptura, vel coram teſtibus, quem creditor alias non nouit, poteſt conueniri.*

vt fideiuſſor , ex Carocio.

18 *Pater vel dominus non tenentur ad pecuniam filio, vel ſeruo mutuatam, etiamſi illos epiſtolis commendauerint.*

19 *Accepeans literas cambij,quando non eſt debiecr ſcribentis videtur eſſe fideiuſſor illius, qui ſcribit.*

29 *Camillus Borellus in controuerſia 47.declaratur.*

21 *Conſilium regulariter neminem obligat.*

22 *Litera credentiales quatenus ſcribentem obligent,remiſſiuè.*

23 *Repromiſſio nuda affinis eſt fideiuſſioni.*

24 *Repromittere, & ſatiſdare differunt. Et numero 25. & 26.*

27 *Cautionis nomine ſimpliciter prolato non fideiuſſio, ſed nuda tantum repromiſſio ſignificatur. Sed limita,vt num.28.29.& 30.*

31 *Cautio nuda cum fideiuſſione affinitatem quandam habet. Et num.32.*

33 *Nominatio affinis eſt fideiuſſioni.*

34 *Nominatores quinam ſint?*

35 *Nominare,fideiubere,& periculum in ſe ſuſcipere, non differunt.*

26 *Subſtitutum pro ſe qui dat,fideiuſſoris vicem ſuſtinet.*

37 *Nummus pro fideiuſſore cenſetur.*

38 *Res inanimata in locum fideiuſſionis ſurrogantur. Et num.39.40.& 41.*

42 *Sponſiones,an fideiuſſioni aliquo modo poſſint aſſimilari.*

43 *Sponſiones in gladiatorum ludie interponebantur, vter vinceret.*

44 *Sponſionibus aſſimilatur depoſitio certa pecunia.*

45 *Sponſiones mercatorum vſitata, an iure ſubſiſtant.*

46 *Sponſio veneni bibendi inter D. Ioannem Euangeliſtam,& Ariſtodemum,ex Abdia Babilonio.*

47 *Sponſionibus qui bona ſua peſſundant, non poteſt hoc iure Lubecenſi fratribus,aut ſororibus imputare.*

48 *Saluus conductus cum fideiuſſione affinitatem quandam habet.*

49 *Saluus conductus neque fideiuſſoribus neque pignoribus dātis,neque mediante iuramento,ſed ſub ſimplici promiſſione,in ſcriptis tamen, conceditur.*

59 *Securitas ſiue ſaluus conductus ſemel datus , aſſecuratis illibata,ſeruari debet. Limitatur n. 51. ex Antonio de Gamma.*

52 *Tutor iudiciarius ſimilis eſt fideiuſſori.*

53 *Maritus de iure communi vxoris ſua tutor , vel curator eſſe non poteſt. Et num. 54.*

55 *Mulier maritum habens non debet , nec poteſt alium tutorem iudiciarium eligere. Et n.56.& 57.*

59 *Sponſio,qua fit pro infante in baptiſmo , faciem fideiuſſionis refere.*

60 *Sponſores hi vocantur etiam ſuſceptores,patrini,matrina,parentes teſtes baptiſmi , compatres , fideó auctores.*

61 *Sponſores pro infante baptizando Chriſtiani eſſe debene.*

62 *Sponſio iſthac etiam tempore Apoſtolorum obſeruata fuit.*

63 *Higinus Papa chriſma, & compatres ad baptiſma conſtituit.*

64 *Sponſorum baptiſmi non leue eſt periculum.*

65 *Pignoratitia obligatio affinis eſt fideiuſſioni.*

66 *Pignus,& fideiuſſio aquo iure procedunt.*

67 *Argumentum a fideiuſſione ad hypothecam rectè procedit.*

68 *Fideiuſſorem qui dare tenetur,non liberatur , dando pignora,contra Bart. & Dec.*

69 *Carceratus poteſt iniuriarum agere , ſi ipſum , cautionis fideiuſſoria beneficio relaxandum, iudex ad dationem pignorum dimittere nolit.*

70 *Reus poſſidens immobilia,excedentia valorem vnius VVergeldij in hoc iudicij,euitat carceres , de iure Saxonico,& ordinat. prouincialt Landigrauiatus Haſſia.num.71.*

72 *Aliud pro alio ſolui poteſt in caſu neceſſitatis.*

73 *Creditor à debitore incarcerato aliud pro alio accipere cogitur.*

74 *Statutum Lubecenſe ratione debitoris incarceratè ſub pignoribus relaxandi adducitur,*

75 *Satiſdare aliud eſt,aliud fideiuſſorem dare. Declara ,vt num.76.*

77 *Fideiuſſorem ſi quis dare cogitur , non ſufficit dare pignora.*

78 *Niſi forte aliud conuenerit.*

79 *Aut fideiuſſorem quis dare nequeat.*

80 *Fideiuſſoris praſtatio, ſi alicui per decretum iniungitur,non ſufficit dare pignora.*

81 *Lombarda non lex,ſed fex eſt.*

82 *Guadia iure Longobardico idem denotat quod pignus.*

83 *Cautio ſi facienda eſt ad conſilium ſapientis,non includitur fideiuſſio.*

84 *Statutum fideiuſſorem exigens intelligitur , dummodo fideiuſſor haberi poſſit, alias pignora , aut depoſitum ſufficiunt.*

85 *Reſcriptum ſi mandet aliquem abſolui,praſtita ſatiſfactione intelligenda , atque interpretanda eſt cautio de ſatisfaciendo praſtita vt conueniat iuri communi.*

86 *Cautio ſub hypotheca omnium bonorum vtrum ſufficiens ſit in cauſis arreſtorum, necne, ex Receſſu Deputatorum de anno 1600. iudicis arbitrio eſt relictum.*

87 *Cautio iuratoria cum fideiuſſione affinitatem habet.*

88 *Cautio iuratoria quid ſit?*

89 *Reus circa ſuum dolum pauper ad iuratoriam cautionem admittitur.*

90 *Iulij Clari quadam opinio declaratur.*

91 *Cautio iuratoria in cauſis criminalibus, pecuniariā ſaltem pœnam ingerentibus, aut cauſis ciuilibus arduis,& grauibus non admittitur.*

92 *Cautio iuratoria admittitur,ſi quis fideiuſſorē praſtare nequeat, licet ſtatutum fideiuſſorem exigeret.*

93 *Statutum magis , quam lex ad impoſſibilia obligare debet.*

94 *Statutum Colonienſe,quo cautum eſt , quod extraneus ibi repertus,cum quo ciuis Colonienſis litem habet,poſſit arreſtari, & realiter incarcerari, donec per ciues Colonienſes,& nullos alios,ſatiſdet, examinatur.*

95 *Cautio iuratoria in fauorem forenſis non admittitur, ex Socino,& Antonio Sola.Sed auctori contrariū verius & humanius videtur, n.96. Quod praiudiciis Camo. Imper.confirmatur.n.97.*

98 *Cautio iuratoria aliquando admittitur,licet fideiuſſor praſtare poſſit.*

99 *Fœmina fideiuſſore carens ad iuratoriam cautionem admittitur.*

100 *Reuiſionis proceſſus iuratoria cautionis praſtatione eſt contentus,& n.101.*

102 *Scholaris per iuratoria cautionem ſatisfacit.*

103 *Appellantes in cauſis criminalib ſi idoneo fideiuſſore deſtituantur,iuratoria cautioni non relinquuntur.*

104 *Hæres nolens ſatisdare,de ſoluendo legato,non auditur,cautionem iuratoriam offerendo.*

105 *Arreſtum non relaxatur ad iuratoriam cautionem. Secus eſt in ſequeſtro,n.106.*

107 *Arreſtatus ſi ſit perſona honeſta, & fide digna per cautionem*

cautionem iuratoriam arreſti relaxationem impetrare poteſt.
108 *Contumax beneficium iuratoriæ cautionis perdit.*
109 *Fideiuſſorem qui inuenire negat, propter malos, & corruptos mores, aut ſuam doloſitatem, non gaudet beneficio iuratoriæ cautionis.*
110 *Iudæus ad iuratoriam cautionem non facile admittendus.*
111 *Iuratoria cautio nunquam admittitur vbi alio remedio vtrinque parti conſultum eſſe poteſt.*
112 *Cautioni iuratoriæ non eſt locus in iis caſibus, in quibus cautio neceſſaria requiritur.*
113 *Cautio iuratoria excluditur, ſi quæſtio ſit de grandi, & magno ære alieno.*
114 *Cautio iuratoria eius non admittitur, qui literas ſuas ſigillo, & iureiurando munitas in dubium, vel controuerſiam vocare audet.*
115 *Fidem qui ſemel non obſeruauit, proculdubio, & in poſterum non eſt obſeruaturus.*
116 *Vicina ex vicinis colligimus.*
117 *Suſpectus de fuga ad iuratoriam cautionem non admittitur.*
118 *Fideiuſſores ſe inuenire, vel dare non poſſe, probare quis debet, & quomodo n.119.120.121.122.123.*
124 *Iudex non poteſt ſemetipſum offerre fideiuſſorem pro reo captiuo, qui nullos fideiuſſores inuenire poteſt.*
125 *Iuratoria cautio non poteſt fieri, vel præſtari in ſcriptis per abſentem, per iuramentum, quo Domino, & Magiſtratui eſt obſtrictus. Rationes ponuntur numero 126. & ſeqq.*
127 *Iurare licet ſolo verbo, ſine tactu ſacrorum. Et nu.128. & 129.*
130 *Forma à legibus in iuramento tradita ad vnguem eſt, ſeruanda.*
131 *Teſtis abſens in ſcriptis regulariter deponere non poteſt.*
132 *Specialia tria, quorum neutrum alterius ſit conſecutiuam concurrere non poſſunt.*
133 *Procurator ſpecialiter conſtitutus iuratoriam cautionem præſtare poteſt.*
134 *Iurata aſſertio in inſtrumento facta, habetur pro vero iuramento.*
135 *Decretum Cam. Imperialis adducitur.*
136 *Mandata de relaxando captiuo, quando in Camera Imp. decernantur.*
137 *Carcer mitior peti poteſt. Et n.139.104. & 141.*
142 *Orphedæ ratione ſi controuerſia oriatur, iudex ſe interponere debet, idque in Camera Imperiali aliquoties factum, n.144 & 145.*
143 *Iuriſdictione conceſſa Magiſtratus petulanter abuti non debet.*
146 *Orphedæ aliquando a Cameralibus moderamen præſcriptum.*
147 *Pararij, & conciliatores nuptiarum affines ſunt fideiuſſoribus.*
148 *Mulierculæ, quæ conflandis matrimoniis quæſtum faciunt, quatenus teneantur remiſſiue.*
149 *Arrhabo proxime accedit ad fideiuſſionem.*
150 *Arrhabo recte etiam dici poteſt pignus, contra D. Hieronymum.*
151 *Obſides aſſimilantur fideiuſſoribus.*
152 *Aſſecurationis contractus affinitatem quandam habet cum contractu fideiuſſionis.*

DE affinibus fideiuſſionis, ſiue vicina copulatione coniunctis, pauca quædam attingenda quoque
1 videmus, ne † inſcitiam ſapiat, ſimilia ſiue cognata non diſcernere, & ſimilia pro iiſdem, & alia pro aliis accipere, vel vt Arnobius *lib.1. aduerſ. gent. mihi pag.*
477. loquitur, Diſſimilia copulare, atque in vnam ſpeciem cogere inducta confuſione conari: Et quam-
2 uis † mandatum proximè ad fideiuſſionem accedit pulchrè Valent. Franc. *de fideiuſſ. c.1. nu.10.11.12.13. & 14.* vnde etiam Fran. Iamet. *in comment. ad tit. ff. de fideiuſſor. mihi fol.5. pag.2. ad finem,* dicit: Quod mandatores effectu ſunt fideiuſſoribus ſimiles, nam eorum fide eadem ſecuritas creditoribus datur, quæ per fidejuſſores, *l. ſi hæreditatem 32. verſic. in ſumma, ff. mandati.* Nolo tamen hic de mandato ſingularem tractatione inſtituere, ſed ad Petrum Nicolaum Mozzium, Gomezium, & alios lectorem remitto, illud
3 ſaltem monens, præcipuam † differentiam mandati, & fideiuſſionis in his duobus conſiſtere, primu, quod fideiuſſio ſtipulationes, mandatum autem ſolo conſenſu contrahatur, *l.1. ff. mandati.* Deinde, quod fideiuſſio etiam obligationi ſubſequi poteſt, *vt ſupr. c. 11. n.180. oſtenſam.* Mandatum autem, non verò ratihabitio, quæ loco mandati cedit, & ob id etiam rectè ſequitur: ſemper obligationem præcedere debet *leg. ſi vero 12. §. ſi poſt. ff. mandati.* Valent. Franc. *d.c. 1. n. 15.16.17. & 18.* Goddæus *de contrah. ſtipul. c.5. conclu.5. n. 20 & 21.*

Eadem porrò, quæ de mandato dixi, propemo-
4 dum quoque he † conſtituta pecunia aſſeuerari poſſunt, auctore Valent. Franc. *d.c.1. num.24.25. & 26.* Conſtitutam enim pecuniam dicimus, quando quis pro ſe, vel pro alio conſtituit ſe ſoluturum, ad ſimilitudinem fermè fideiuſſionis, & ſic conſtituere, ſiue [illegible], vt dixit Theophilus, vel [illegible], ceu Græci aiunt, hoc loci nihil aliud eſt, quam debitorem ſe facere, & alterius in ſe transferre, vel ſuſcipere obligationem, de quod videamus DD. *in § de conſtituta. inſtitut. de actionibus.* Et VVeſenbec. *in paratit. ff. de conſti. pecun.* Cæterum latius † patet con-
5 ſtituere, quam fideiubere; primum, quod permiſſum ſit, vt aliud pro debito conſtituatur, *l.1. §. an poteſt, ff. de conſtit. pecun.* Cum ſit diuerſum in fideiuſſione, *l. ſi ita, ff. de fideiuſſ.* Deinde quod non ſolum pro alio, ſed pro ſeipſo quis rectè conſtituat, *d.§. de conſtituta. Inſtit. de actionibus.* Fideiuſſor vero non niſi pro alio intercedit, *vt oſtendi ſupra cap.7 num.1. & ſeqq.* Tertiò, conſtitutum ſiue [illegible], aut [illegible], ſecundum Cuiacium *in Nouella* 4. nudo duntaxat pacto fit, nulla ſtipulatione interpoſita, *d.§. conſtitutu.* Fraas *d. cap.1. num.27. Gothofredus in Rubrica. d. de fideiuſſor.* Secus eſt in fideiuſſione, *iuxta tradita ſuperius cap.11. in princ.* Quartò conſtitutor ſemper ſequitur obligationem. Fideiuſſor verò, & ſequi, & præcedere poteſt, *vt dictum eſt ſupra.* Denique conſtitutor obligatur iure prætorio, fideiuſſor iure ciuili, *Cuia. d. Nouell.4.*

Sed ad materiam huius capitis propius accedendo
6 † ſubjicio iam, negotio fideiuſſionis quandoque affinem eſſe iuſſum patris, per textum *in l. 2. in princip. ff. de donationibus,* vbi à ICto Iuliano iuſſus patris, & fideiuſſoris datio inter ſe æquiparantur. Dico autem,
7 quandoque affinem eſſe: Non enim † omnis iuſſus paternus fideiuſſio dici poteſt, *ſicut probat. l.1. §. Quid ergo, ff. quod iuſſu.* Multo minus nuda, aut iactabunda
8 commendatio per ſe † eſt aliquod mandatum, vel fideiuſſio, *leg. ſi verò. §. cum quidam, ff. mandati, l. ſciendum in princip. & §. ea autem ſola. ff. de adili. edicto l. fideicommiſſa. §. ſi ita quis ff. de legat. 3. l. vlti. C. quod cum eo. Bald. in l. ſi libertas. nu.3. C. mandati, Barbat. conſ.8. volum.3.* & poſt Barr. Alex. & Afflictum Chaſſaneus *in conſuetud. Burg. Rubr.5. §.2. in verb. Son principal obligé in princip.* Ioan. Keppen *in deciſionib ſuis q.36. n. 10. Maſcard. de probat. concluſ.626. n. vltim. Reb. ff. de*

Digitized by Google

Schedular. recognit. na.99. Alciat.lib.2.parerg.cap.12.
9 vbi dicit: Quod is, qui † commendat tanquam ſponſor conuenm non poſſit. Idem Alciat. *in l.commendare 186.n 2.ff.de verbor.ſignif.* Dionyſ.Gothofred.*in*
10 *l Lucius 24.gl.1.ff.de fideiuſſorib.* Vnde † etiam Rulan. *in tract.de commiſſ.part.1. lib.5.cap.23. nam.1.* monet, attendendum eſſe ad verba, an potius contractum ſit mandatum, vel commendatio facta. Et dicit Vincen.
Caroc *decis 46.nu.33.* Quod literæ commendatitiæ ad fauorem alicuius non inducant mandatum, & præſumantur potius adulatoriæ, quam diſpoſitiuæ.
11 Quod tamen † non ita accipiendum quaſi alium commendare, vel ad candidam interrogationem alicujus, effuſo ſermone, ex nimia alacritate, alterius fidem, ac facultates temere extollere, & prædicare, ſemper ſit extra periculum. Concinne etenim Horat. *lib.1. epiſtolarum:*

Qualem commendes etiam atq; etiam aſpice, ne mox
Incutiant aliena tibi peccata pudorem.

Imo talis temeritas cauſa eſt, quo magis, non quominus quis obligetur. *Leg. Iulianus, §.1. in verb. non debuit facilius eſſe, ad temerariam indicationem, ff. de act. empt.* Vnde etiam Plutarchus *in l.de immodica verecundi commemor.* Polyper contem Macedonum præfectum, Xenecrati Philoſopho hominem minus probum per epiſtolam commendanti reſcripſiſſe, vt diligentius probaret deinceps eos, quos commendaret, & auctor eſt Suetonius, Auguſtum Cæſarem nunquam filios ſuos populo commendaſſe, vt non adjiceret, ſi merebuntur, *Sueton.in Auguſto.cap.56.*
12 Ac longe † quidem major oboritur commendanti, & deprædicanti difficultas, ſi probetur, illum notitiam habuiſſe, quo in cardine tum temporis, cum quæreretur, res commendati (alias ipſi ſatis noti) verſarentur, vel pro commendatione lucellum aliquod eum accepiſſe, vt in ſpecie conſiderat Camillus Borellus *in controuerſia 47. nu.74.* Vix enim eſt, vt doli mali ſuſpicionem non incurrat, per ea quæ dixi ſupra *capite 8.num.13. & 14.* Atque † illud ipſum
13 nominatim ſtatutum eſt iure Municipali Lubecenſi *lib.3. tit.10.* his verbis: ſi aliquis forenſis non vellet vendere bona ſua, & alius apud eſſet, diceretque vende recte facis, & de illo fidere potes, ille qui perſuaſit vt hanc rem faceres, ipſe tenetur ad ſolutionem rei venditæ, &c. Quo etiam pertinet † conſilium Ioannis
14 Rudelij, quod extat inter conſilia vniuerſitatum Germaniæ *conſi.47 per tot. part.2.* vbi mercator perſuaſus, & rogatus per literas alterius Mercatoris, vt tertio ignoto merces ſuas crederet, damnificatus poſtea, propter perſuaſionem tertij, damnum à perſuadente recte repetiit, *per l.ſi literas, C. mandati Ioan. Koppen d.quæſt.36.n.9.*
15 Quinimo † hoc caſu aliquando ad inſtantiam creditoris, commendanti pro purgatione delatum fuiſſe iuramentum memini, quod tamen tum demum admiſerim, ſi à parte commendantis valde vigeat præſumptio bonitatis, & ſinceritatis, præſumptio enim hæc tanquam fortior elidit prædictam ſuſpicionem, vt pote multo debiliorem *l.Diaas ff.de in integr.reſtit. Menoch.de præſumpt.lib.1. quæſt.30. nu.1. & 2.* Et
16 præterea tralatitium eſt, quod † in his, quæ dependent ab animo, ſtetur dicto aſſerentis, cum iuramento, maxime quando pro ipſo ſtat præſumptio bonitatis, & innocentiæ *gloſſ. in § ſed iſta. verſic.aliæ inſtit. de actionibus gloſ. in cap ſignificaſti verb. ſi eſt ita extra de homicidio, textus ſunt in l.6. §. ſed etſi ff.de his qui not.infam.l.ſi duo patroni, §.Idem Iulianus, ff.de iureiurando,* & probant illud ipſum Bart. *in l.inter, § recte ff.de furtis.* Anto.Gomez. *tom.3.c.3.n.26.circa med.* Maſcard.*de probat. concluſ.414. & concl.864.num.21.* Ioach.à Beuſt. *in l.nam poſteaquam, § ſi dametur, n. 18. ff.de iureiur.* Gail.*lib.2. obſeru.106.n.5.* Menoch.*de præſumpt lib.1.q.77.n.9 & 14.*
17 Hinc † etiam Vincent.Carocius *in tract.de excuſſ. bonorum, par.2.q.21 n.2.* Non ſine ratione dicit, quod rogans pro alio in ſcriptura vel in epiſtola, vel coram teſtibus, vt ei mutuo pecunia detur, cum alias creditor, illum non noſcet, poſſit conueniri vt fidejuſſor, quanquam ei beneficium excuſſionis non denegari, ſimul concedit aſſeclam habens Rutg. Ruland.*in tract.de commiſſ.part.2.lib.5.c.14.num.15.* Eo-
18 dem plane ſpectat, quod † pater vel dominus non teneantur ad pecuniam mutuam filio vel ſeruo, vel procuratori aut inſtitutori etiamſi epiſtolis illos commendarint, niſi ſpecialiter ab his fuerit poſtulatum, vt pecuniam creditor preſtaret filio, vel ſeruo, procuratori, aut inſtitori, *l.5.§.ſed cum fullo, ff. de inſtitoria l.fin.C.Quod cum eo.* Petr.Anton.Angulola *in conſ.criminali num 4.& 5.* Gothofredus *in d l. Lucius*
19 *24 ff.de fideiuſſ.* Sic † etiam acceptans literas Cambij, quando non eſt debitor ſcribentis, videtur eſſe fidejuſſor illius qui ſcribit, *DD.in l. ſingularia, ff. ſi cert.pet.Vincent.de Franchis dec.303.n.3 part.2.Fabius de Anna conſ.82.n.6.& 14.*
20 Nec † obſtat caſus Camilli Borelli in controuerſia 47. vbi is qui ſcripſerat. Quod illi qui pecuniam accipere cupiebant, modum ſoluendi haberent, & quod in tempore in ſolutione minime deficerent, &c. non tamen vt fidejuſſor tenetur: Nã Borellus aperte præſupponit, illas literas ſaltem commendationem quandam continuiſſe, & ob id ſcribentem minime obligaſſe, de reliquis circumſtantiis in illa facti ſpecie concurrentibus vt nihil dicam. Quæ porro de effectu commendationis dixi, illa vtique fortius procedunt
21 in † conſilio hoc n. regulariter neminem obligat, *l. 2 in fin.ff.mandati, l.fideicomm.§.hæc verba ff.de lega. 2.l.cum pater, §.mando, ff.de legat.2* Æmil.Ferretus *in l filius familia, §.Diui, n.12.ff.de legat.1*, præterquam ſi ſit fraudulentum, *l.conſilij, & ibi Decius, & Cagnolas. ff.de regul.iuris, l.aut facta in princ.ff.de pœnis* iunctis iis quę habet Angel.de Clauaſio *in ſumma ſua conſilium.*
22 Quid vero iuris † ſit in literis credentialibus ſiue creditiuis, & quatenus illæ obligationem inducant, & ſcribentem obligent, vide apud Bart. Alex. & alios *in l.Lucius, ff.de fideiuſſor.* Boer.*deci.282.* Franc.Marc. *q.543.n.7.part.1.* Menoch.*de arbit.iud.quæſt. caſu 94. n.20.* Maſcard.*de probat.concluſ.626.n.vlt. & concluſ. 828.* Sebaſt.Vantium *tit.de nullit. ex defectu mandati n.119.* Ioan.à Beuſt.*in l. admonendi num. 1603. cum 2. ſeq ff de iureiur* Chil.*in proceſſ.c. 99. n.2.* Rutg. Ruland.*d.part.2.lib 5.c.14.n.18.19.20.* Ioan Koppen. *in deciſ.ſuis, q.46.n.51.& ſeq.*
23 Secundo affinis † eſt fideiuſſioni nuda repromiſſio, quæ ſc.ſine vllo fideiuſſore aut iureiurando præſtita eſt *§.1.inſtit.de ſatiſdat.l.1.§.ſtipulationum, ff.de prætor ſtipul.l.2.§ ſed vtrum, ff.de iudicis, cum ſimilib.* Et ideo
24 † inter repromittere, & ſatiſdare etiam hæc differentia conſtituitur, quod ſatiſdatur non niſi adhibito fidejuſſore, *l.qui ſatiſd.cogan l.4 §.addici, ff.de fideicom. libert.Nouella 53.cap.2 §.2.Nouell.112. cap.2.* Silueſtr. Aldobrand.*in addit ad Rubr. Inſtitut. de ſatiſd. tutor.* Treutlerus *in ſelect.diſput. volum.1. diſput. 5. theſi 2. litera D* Enerhard.à Bronckhorſt.*controu.quæſt. centur.1.quæſt.18.* Robert.*lib.3.ſentent.cap.21.* Hugo Donellus *ad l.5.§ ſatis accepto, ff.de verbor. oblig.* (non

25 † atten-

25 † attento, an lex exigens ſatiſdationem mentionem
faciat vel non faciat fideiuſſoris, vt tamen poſt glo-
ſam *in l.7.ff.de prætor. ſtipulat.* & Doctores plerosq;
voluit Laur. Kirchouius *in com.opin.verb. ſatiſdare.*]
Repromittitur vero nuda cautione,ac ſine fideiuſſo-
re,*d.l.1.§.ff.de prætor. ſtipulat.* Cuiac. *lib.12.obſer.cap.*
22.& lib.22.obſer.cap.30.in fin.princip. Robert.*d.lib* 3.
26 *ſententi.c.21.* Sed,& † hi qui ſuo nomine cauent, re-
promittunt,qui alieno,ſatiſdant,*leg.vlt.§.ſi legatarius*
ff.quod legator.l.6. ff.vt legat.nom. cau.l.23. ff.de vſu-
fructu legato.
27 Et quia † cautionis nomine ſimpliciter prolato
non fideiuſſio, ſed nuda tantum promiſſio,ſignifica-
tur,*l.ſancimus,C.de verb.ſignif.* Ioan. Donato à Fina
in Enchirid. concluſ.lib.3. verb. cautio.in pr. (præter-
28 quam † in aliquot caſibus, quos notat Iaſon.*in d.l.*
29 *ſancimus,n.3.* & præſertim in † cautione ſiue ſatiſda-
tione legatorum ſiue fideicommiſſorum nomine,vbi
cautio ſemper factum hominis,& ſic fideiuſſores de-
ſiderat, vt animaduertit Æmil.Ferretus *in l.1.n.67.ff.*
30 *de legat.1.* nec non in † contractu dotis, vbi pro fi-
deiuſſione accipitur,vt per textum *in l.ſi constante.§.*
quoties,ff.de iure dotium ſcriptum reliquit Ioan.Bo-
cheus *in tract.de nupt.li.6. n.39.in 6.vol. tractuum.*)
31 Ideo etiam † nuda cautio affinitatem quandam cum
fideiuſſione habet maxime quia non tantum rebus:
ſed,& perſonis cauetur,*l.habere,188.§.cautum.ff. de*
verb ſignif. de quo pluribus agit Anton.Corſetus *in ſin-*
gul.ſuis verb.cautio, Petr.a Duenas *regula* 86.Ioan.
Bernar. Diaz. *regula 73. incip. cautio idonea.* Hora.
Carpanus *ad ſtat. Medio. par.1. c.44.n.46.47.48.49.*
Cagnol.*in l.plus cautionis,n.11 ff.de reg.iur.* Idquod
32 etiam conſentit † cum nouiſſimo Imperij receſſu *de*
anno 1600. *in §.fol.55.* vbi dicitur, quod quamuis in
mandatis pignorationum ante paritionem petenti
citra denegationem cautio præſtari debeat, quod ta-
men eam exacte pignoribus, aut fideiuſſoribus fieri
non ſit neceſſum, ſed quod nuda promiſſio ſufficiat,
pro quo faciunt tradita per Petr. Heigium *quæſt.36.*
n.51.& 52.
33 Tertiò fideiuſſioni † affinis eſt nominatio,qua me-
diante,quis ad munera publica vocatur, *l.2.§.1.ff.ad*
34 *municipal.l.vlt.C.qui ætate ſe excuſ.lib.*10.à qua † no-
minatores dicuntur , qui ſcilicet, cum aliqui ad mu-
nus quoddam eligendi ſunt , certorum hominum,
tanquam idoneorum, nomen edunt,& quaſi eorum
creandorum auctores exiſtunt *l.4.C, in quibus cauſis*
pign.vel hypoth.l.1.C. de decurionib.l.1.& 2.C.de filiis-
fam lib.10.leg.1.C.de peric.ſucc.part.l.exactores,C.de
ſuſceptoribus,l.iure prouiſum, C. de fabricenſ.l.1. & 2.
C.de peric.nom.l.1. C.de agric.& mancip.dominic.cum
35 *multis ſimil.* Et quod † nominare,fideiubere,& peri-
culum in ſe recipere,non differant,indicat Albericus.de
Roſat.*in l.eum oſtendimus , ff.de fideiuſſ. & nom. tuto.*
Idcirco etiam hi nominatores(qui alibi etiam ad fir-
matores) veluti fideiuſſores obſtringi dicuntur *in l.*
vlt.in fin.C.Quo quiſque ordin.conuenatur.
36 Quartò † fideiuſſionis vicem ſuſtinet is,qui pro ſe
ſubſtitutum dat, nam pro eo facultates ſuas obligare
cenſetur, *vt eſt text.in l.1.in fin. C.de præpoſ.agent in*
rebus lib.12.
37 Quinto † pro fideiuſſore cenſetur nummus. Nam,
vt dixit Ariſtoteles *lib.1. Politic.cap.6.& 7.*nummus
eſt ſummæ neceſſitatis fideiuſſor, ex quo id refert Bal.
in l.2.C.de conſtit.pec. Curtius *in tract.de ſequeſt.qu.1.*
nu.4 Petrus Heigius *quæſt. iuris part.2. quæſt.1.nu.39.*
Quotieſcunque enim pecuniam porrexeris,inuenies
neceſſaria , iuxta illud *Eccleſiaſt.*10. Pecuniæ obe-
diunt omnia :Hinc Iulius Paulus apud Agellium *lib.*
16.capite 10. Quoniam inquit, res pecuniaque fa-
miliaris obſidis vice pignoriſque apud Rempublicā
eſſe videbatur , amorſque in patriam fides, quædam
in ea,& firmamentum.Expreſſit illud ipſum quoque
Alanus *in lib.de complanctu naturæ*: Vbi nummus lo-
quitur : Tulliani eloquij tuba raueſcit. Vbi militat
nummus , Hectoreæ militiæ fulgura compeſcuntur:
Vbi pugnat pecunia , virtus expugnatur Herculea:
Nummus vincit, nummus regnat, nummus imperat
vniuerſis.
Idem tamen , quod de nummo dictum eſt , etiam
38 † de aliis rebus inanimatis, puta caſtris,præfecturis,
fundis,ædibus,molendinis,annuis reditibus, & c.dici
poteſt, vt nimirum non tantum homo, pro homine,
ſed & res tam mobilis, quam immobilis pro homi-
ne ſpondere dici poſſit , iuxta illud acuti illius Hi-
ſpani:

Idem, ſi pro me ſpondet agellus,habes.

Vnde in hiſtoriis legimus, nonnullos,quo certius
fidem colerent,cuncta iura à maioribus accepta,im-
peria,vectigalia,immunitates, prædium loco dediſſe,
vt omnibus iis exciderent , ſi in fide non ſtetiſſent.
Quid? quod ſub rerum fide , & periculo nos obli-
gare dicimus *in l.vlt.C. Quæ res pignor.obligari poſſ.*
In tantum , vt fideiuſſor poſſidens bona ruſtica dica-
tur magis idoneus quam poſſidens vrbana,cum vrba-
na ſubjaceant majori periculo incendij, & ruinæ, ex
ſententia Baldi *in l. fin. C. de debitoribus ciuit.lib.11.*
Horat.Carpani *ad ſtatut.mediol.part.1.cap.44.nu.27.*
Quod tamen mihi non ſit admodum veriſimile, ſi-
quidem, & ruſtica bona periculo inundationis,dire-
ptionis ſterilitatis, ſubjecta eſſe , nemo eſt qui igno-
39 ret.Hinc † etiam in pleriſque ſupra *cap.10. n.120. &*
121. citatis ordinationibus prouincialibus Electo-
rum, Ducum, & Comitum, prouiſum eſt , ſic iuſti-
tia fori ſic ſtatuit aduerſus actorem ita etiam in E-
lectoratu, & in hoc comitatu, qui multo bona im-
mobilia habet Idonea, & ſufficientia ad ſoluendum,
non tenetur fideiubere quia bona ibi ſunt parata,&
ſ. qui multa bona poſſidet illa ſunt pro fideiuſſio-
ne. Quod concordat † cum Iure Saxonico *lib.1.art.*
41 34 *in gloſſa.nu.4.& lib.2.art.5.& ibi gl.nu.3.* vt innuit
Valent.Francus *de fideiuſſoribus.cap.3. nu* 260. & 261.
idque valdè eleganter & fuſe explicauit Daniel Mol-
lerus *in commentar. ad conſtit. Electoral.Saxonic.par.*
1.conſtit.5. Non aliud quoque in Iutia,Selandia , &
Ducatu Schleſvvicenſi receptum eſſe, demonſtrat
textus dixit Iudæus , & liber leonis vnus vocat adire,
&c. *lib.2.cap.*104.
42 Non inſcite † fortaſſis huc etiam referuntur ſpon-
ſiones illæ,in quibus,datis fortè pignoribus,inter li-
tigantes contendebant,vt,qui ex certamine ſuperior
diſcederet,pecuniam in ſtipulatum deductam,pigno-
rive depoſitam ferret : Germani appellant Hiſpani,
vt ab aliis dicitur,Apueſtas,*l ſi gratuitam §.ſi quis ſpon-*
ſionis,& ibi Iaſ ff.de præſcrip verb.l.3.ff.de aleatorib.l.
litigatores,§.2.ff de receptis. Pardulph. Prateus *in le-*
xico,verb ſponſo, & in verb. Sacramentum. Io.Ferrar.
Mont.*in tit. inſti.de verb.oblig.in fin.* Ant.Gomez.*lib.*
*2.Var.reſol.c. 11. n.4.*Aug. Morla *in emporio iuris p.1.*
*tit 4.de tranſact.in princ.n.7.*Io.Godd.*in l.ſponſio,n.13.*
& 14.ff.de verb. ſignif. & in tract. de ſequeſt.c.1.par.3.
*axio.5.nu.163.*Andr. Cludius *in tract.de ſequeſt.c.1.n.21*
VVeſenb.*in parat.ff.de interdictis,n.7.*Et extant qui-
dem huius ſponſionis memorabilia exempla apud
Plinium , *nat.hiſt.l.9. c.35.*& principem Carminum
[teſte Velleio Paterculo *lib.2.*] Virgilium *Ecloga* 3.
Macrobium *l.3. cap.*17. nec non in prologo Caſinæ
quem Apulus aliquis Comœdus Plautinæ fabulæ
præfixit:

Digitized by Google

Id ni ſit, mecum pignus, ſi quis vult, dato.
In vrnam mulſi.

43 Interponebanturque † etiam iſtiuſmodi ſponſiones in gladiatorum ludis vulgo, vter vinceret. *Iuſtus*
44 *Lipſius lib. 2. Saturnal. c. 24.* Forcaſſis † ſimili vſum quandam quoque cum hiſce ſponſionibus habuit apud Athenienſes ἡ παρακαταβολή, hoc eſt, depoſitio certæ pecuniæ. Prouocans enim aduerſarium ſponſione, dicebat magiſtratum: *Spondeo, me tantam pecuniam daturum, ni vir honeſtus fuero.* Agell. *noct. attic. lib. 14. cap. 2. in fin. & ibi Moſellan. in adu. Ioan. Bodin. de Repub. lib. 2. cap. 6.* Cicero *in orat. pro Quinto. Sponſionem facere maluis fecit. Te iudicem, C. Aquils ſumſit. Ex ſponſo egit Martialis lib. 11. Epigram.*

Cum ſponſo, fabulaque laſſa,
De Scorpo fuerint, & incitato.

45 Quod † ſi quis cum his ipſis ſponſionibus etiam comparare velit ſponſiones illas mercatorum, quibus quotidie vtuntur, verbi gratia, cum Titius à Seio proficiſcente Venetias, vel ad terram ſanctam, emit annulum, vel quid aliud centum aureis, ſoluendis, ſi Seius intra certum tempus inde reuerſus fuerit: Vel, ſi hoc anno Archidux Albertus Sluſam receperit: Vel, ſi ſiliginis pretium ad aliquot Imperiales Gedani non decreuerit, &c. non equidem repugno, & videri vtique de talibus ſponſionibus poſſunt Benuenut Stracha *in tract. de ſponſionibus, part. 4.* Petrus Santerna Luſitanus *de ſponſionib. merc. 5. part. in princ.*
46 Memorabilis certè, & illa † eſt ſponſio veneni bibendi inter D. Ioannem Euangeliſtam, & Ariſtodemum, quæ narratur ab Abdia Babylonio *lib. 5. hiſtor. Apoſtolica mihi pag. 175.* In ſtatutis † denique Lube-
47 cenſibus *lib. 3. tit. 8. art. 3.* cautum eſt, ſi quis huiuſmodi ſponſionibus bona ſua conturbet, & abliguriat, quod fratribus, ac ſororibus bona communia cum ipſo poſſidentibus illud nullo modo imputari debeat: verba ſic ſonant: Si aliquis ſit debitor, & bona ſua conſumpſit in ludo, meretricibus, & aliis debet de ſua portione ſoluere, & aliorum bona non vocare,

48 Sexto † affinitatem cum fideiuſſione habet cautio ſecuritatis aut ſalui conductus, quam iudex parti, præſertim reę, contra violentiam facti, non iuris non tantum ad accedendi, ſed & recedendi facultatem, præſtat. Panor. *in c. vlt.* & Felin. *in Rubrica de treuga, & pace.* Zaſius *conſ. 14. & 15. lib. 1.* Menoch. *de arb. iud. quæſt. caſu 3. 36. & 3. 8.* VVeſenb. *in paratit. C. de ſatisdando, n. 4.* Proſper. Farinac. *quæſt. crim. 20. nu. 53. &*
49 *54.* vbi hanc ſententiam communem dicit. Et † licet hæc cautio à iudice neq; datis fideiuſſoribus, neque pignoribus, neque mediante iuramento, ſed ſub ſimplici promiſſione conceditur, ita tamen, vt in ſcriptis fiat, & ad acta redigatur vt habet communis practica, præſertim in terris Saxoniæ, *per text. lib. 2. art. 14.*
50 *& artic. 4.* Tamen ſemel data aſſecuratio † illibata, dixit quidam Germanus antiqua fides ſeruari debet, tam à iudice, quam à quocunque alio; ſi enim dare licet talem fidem, vtique & ſeruare conuenit, vt fuſius declarunt Colerus *in tract. de proceſſib. executiuis par. 4. cap. 5. n. 276. cum ſeqq. & in dec. Germaniæ deciſ. 165* atque ibi Iacob. Schultes *in additione*, & nouiſſime Frideric. Pruckman. *de regal. cap. 4. memb. 2. effectu. 5.* Bernhard. Græueus *in concl. pract. concl. 52 conſ. 1. & einſdem concluſionis corrollario.* Modeſtin. Piſtor. *conſ. 49. lib. 2.* Matth. Cuno *lib. 1. de pactis, c. 23 n. 48. &*
51 *ſeq.* Modo ne quid † interueniat, quod retractationem Epiſtolæ aſſecurationis, cauſetur, vt in caſu Antonij de Gamma *dec. 309.*

52 Septimo fideiuſſori ſimilis † eſt tutor iudiciarius, Ageus vel procurator qui nomine mulieris agit, hic enim quaſi fideiubet pro omnibus quæ à muliere in iudicio peraguntur, *vt eſt tex. cum gl. lib. 3. artic. 63. verb.* & ſine agente *& gl. lib. 3. art. 11. n. 2. verſ. 3.* Verum, quid dicemus, ſi mulier habeat maritum, & conueniatur, eritne opus ſpeciali tutore iudiciario, vel an maritus nomine ſuæ vxoris liti adeſſe, & tanquam fideiubens, vt dictum, conueniri poterit? ad hoc reſpondendum eſt, de iure quidem communi maritum
53 † vxoris ſuæ tutorem vel curatorem eſſe non poſſe, *l. 2. C. qui dare tut. poſſ. l. virum. ff. de curatore furioſi.* Cæterum cum ſecundum illum ipſum ius maritus nomine vxoris agere, eamque defendere, cum opus eſt poſſit, *Bart. Bal. & communiter. Dd. in l. maritus, C. de procur.* non mirum debet videri, ſi de iure Saxoni-
54 co † idem obtineat, quo ſane iure mulier eſt in tutele ſiue cura ſui mariti *lib. 1. ar. 31. Fachſius differ. Saxo. 8. conſtit. prouin. 15. part. 2.* Imo † quamdiu mulier ha-
55 bet maritum, non debere eam, nec poſſe, alium tutorem iudiciarium eligere, cum tutorem habenti tutlir non detur colligo ex *d. conſti. 15. p. 2. in verb.* dentor legitimi, & ordinarij agentes. Nam quia, ibi tutores coniugales in ordine ſcripturæ reliquis præponuntur, certum eſt, eoſdem quoque aliis præferri per notata *gloſſ. in l. quoties, ff. de vſufructu. Tiraquel. de*
56 *iure primigen. quæſt. 19. nu. 2. & 3.* Et † ideo conuincit VVeſenbec. *conſ. 11. n. 17. part. 1.* quod mulieri non eſt opus alio curatore, quando non cum marito, nec eius bono contrahit, ſed cum extraneo. Idem plane dicendum eſt de exercendis iudiciis, in quibus etiam quaſi contrahitur, *l. 3. ff. de peculio*, modo † mu-
57 lier per ſeſe etiam non adhibito alio curatore, coram iudice, marito cauſam vel litem commiſerit, vt pulchre oſtendit And. Rauchbar. *part. 1. q. ſuar. q. 2. n. 52. & ſeq.* ſubjiciens, ita à Scabinis Lipſenſib. iudicatum eſſe. Quæ cum ita ſe habeant apte etiam prædicta gl. *lib. 2. art. 63.* ad maritum trahitur, idque notandum eſt ad explicationem *d. conſtit. prouinc 15. part. 2.* ubi Danielem Mollerum *n. 3.* idem quoque annotaſſe, poſtquam hæc ſcripſiſſem, vidi.

58 Octauo fideiuſſioni affinis eſt † inſcriptio, in accuſationibus criminum aliquando vſurpata, ſicut notat Zubelus *in addi. lib. 2. ar. 5. lit. D.* item Angel. *in tract. maleficiorum in verb. & ad querelam Tuy, n. 8.* Quia vero hac de re ſupra *capite 5. n. 243.* actum eſt, ſuperuacaneum eſt illa hic denuo repetere.

59 Nono ſimilitudinem † quandam fideiuſſionis refert ſponſio, quæ fit pro infante ex ſacroſancto baptiſmo ſuſcipiendo, ſiquidem interuenientibus aliis quoque ceremoniis, de quibus Eraſmus ad Hierony. in Epiſtola ad Heliodorum, *epiſt. 1. tom. 1. mihi pag. 5.* ad ſtipulationem Parochi fidem ſuam ſponſores pro infante interponunt, de quo textus eſt *in l. ſi quis alumnum. 26. in fin. C. de nuptiis, & in cap. vos ante omnia de conſecrat. diſtinct. 4.* vbi D. Auguſtin. loquitur: *Vos ante omnia tam mulieres, quam viros, qui filios in baptiſmo ſuſcepiſtis, moneo, vt vos cognoſcatis fideiuſſores apud Deum extitiſſe, pro illis, quos viſi eſtis de ſacro fonte ſuſcipere, ideoque ſemper eos admonete, vt caſtitatem cuſtodiant, iuſtitiam diligant, charitatem teneant, ante omnia ſymbolum & orationem dominicam & vos ipſi tenete, & illis quos ſuſcepiſtis de ſacro fonte, oſtendi-*
60 *te.* Alio † porro nomine hi ſponſores etiam ſuſceptores, patrini, matrinæ, parentes teſtes baptiſmi, compatres, & fidei auctores, vocantur, *cap. in Catechiſ. cap. non plures, c. quaris à me, §. difficillima de conſecr. diſtinct. 4.* Conſtant. Harmen. *lib. 4. Epito. tit. 6 Rub. de his, qui ex ſacro baptiſmate ſunt cognati.*

Theodo.

Theodo. Zvvinger. *in theatro vitæ humanæ vol.3. li.7.*
*mihi pa.*860. vbi notabilia exépla referuntur. Quos
61 † utiq; Chriſtianos eſſe oportet, qui n. articulos fidei
ipſe non tenet, nec illis credit, quo modo is ſponſor
pro alio eſſe poteſt, *cap. in baptiſmate, & ibi gl. in ver.*
baptizatus, gl. in d. cap. vos ante omnia, verb. fideiuſſor.
*De conſecr. diſt.*4 Ang. de Clauaſio *in ſumma ſua verb.*
62 *baptiſmus.* Atque hanc ſponſionem † etiam tempore
Apoſtolorum inter Chriſtianos obſeruatam fuiſſe,
prodidit Dion. Areopagita *in lib. de Eccleſiaſt. hierar-*
chia, vt refert Menoch. *de præſumpt. lib.2. præſumpt.*51.
63 *n.*34. Quamquam † Achilles Pyrmenius Gaſſarus aſ-
ſerit, Higinum Papam chriſma, & compatres ad ba-
ptiſmum conſtituiſſe, qui Higinus vtiq; Papa in ordi-
ne decimus fuit, alio nomine Eugenius dictus, vt pla-
cet Alberto Abbati Stadenſi *in chronicis mihi pag.*25.
64 Et de is † ſponſorib. ita loquitur Tertul. *in tb. de ba-*
ptiſmo. Pro cuiuſque, inquit, *perſonæ conditione ac diſpo-*
ſitione etiam ætate cunctatio baptiſmi vtilior eſt, præci-
pue tamen circa paruulos. Quid n. neceſſe eſt ſponſores
etiam periculo ingeri, qui & ipſi per mortalitatem deſti-
tuere promiſſiones ſuas poſſunt, & prouentu malæ indolis
falli, &c. quem retulit Pet. Pithoeus *lib.1. aduerſ. c.1.*
in fin. cum quo in effectu concordat *d. c. quæris, de*
*conſecr. diſt.*4. Ioan. Bellonus *in opuſculo de figuris iu-*
*ris verſic. ſexta ſpecies mihi pag.*113.

65 Decimo † obligationi fideiuſſoriæ affinis eſt obli-
gatio pigneratitia, quæ nimirum fit datis pignorib.
Nam iſta cautio ſolum idonea dici ſolet, quæ fit da-
tis vel fideiuſſorib. vel pignorib. vt dixi ſupra *c.5. n.*91.
& latius monſtrat, Ant. Gotſeius *in ſing. ſuis verb.*
cautio. Menoch. *tract. adipiſc. remedio 2. nu.*93. Albert.
66 Brunus *in tract. ſuper conſtu. verb. cautio.* Vnde † etiam
Tiraquel. *in l. connub. gl.5. n.*109. dicit, quod pignus
& fideiuſſio æquo iure procedant, *per l. fideiuſſ. §. vlt.*
vbi hoc notat Ang. ff. de conſtit. pecun. probat Alex. *conſ.*
65. *in fin. vol.*5. Iac. Mandellus de Alba *conſ. 95. num.*13.
67 Et propterea † quoque argumentum à fideiuſſione
ad hypothecam recte procedere *per l. ſi legatis in fin.*
ff. de pignorib. aſtruit Iaſ. *in l.1. ad fin ff. de leg.* 1. quem
ſequitur Camillus Gallinius *lib.3. de verb. ſignif. c.16.*
*n.*172. & dixi ſupra *c.7. n.*95.

Sed hic non incommode quæritur, an igitur, is qui
68 † fideiuſſores dare tenetur, dando pignora, quæ in fi-
deiuſſorum locum ſubrogentur, liberetur? Et quidem
Decius in hac quæſtione affirmatiuam tenet *in l. plus*
cautionis, nu.3. ff. de regul. iuris per illum textum, poſt
Bart. in leg. prætoria 7. ff. de prætor. ſtipulat. Sed nega-
tiua ſententia proculdubio magis communis, & ve-
rior eſt, quam etiam contra Bart. & Decium defen-
derunt Hippol. *in Rubric. de fideiuſſor, n.296. cum ſeqq.*
Franc. à Ripa *in Rubr. n.8. ff. de pignorib.* Neguz. *in tr.*
de pignorib 5. part. princ. memb. 1. nn.1. & 2. Cagnol. *in*
*d. l. plus cautionis, n.*9. Eman. Soarez *in theſaur. com.*
*opin. lit. F. num.*153 & 154. & nouiſſime Francus *in tr.*
*de fideiuſſoribus cap.4. concluſ.7. num.*143. *cum ſeqq.*
in quibus locis huius concluſionibus rationes co-
pioſe aſſignantur.

69 Sed obſtat, quod † is qui ſub cautione fideiuſſoria
à carcere relaxari debet, pignora dando, & promit-
tendo iudicio ſiſti liberetur, adeo vt, ſi iudex ſub illis
pignoribus eum relaxare nolit contra illum actio-
nem iniuriarum inſtituere imo. & de ſyndicatu illum
conuenire poſſit. *gloſſ. & Bart. in l.1. & in l. ſi vero, §. qui*
pro rei. in 3. notabili, ff qui ſatiſdare cogant. Io de Ar-
nono *in commen.*70. Cæpolla *in conſ.40. col.10. circa*
fin. Paul. Grillan. *in tract. de relax. carcer. Rubr. de fide-*
iuſſorib. n.2. Nicol. Boerius *ad conſuet. Biturienſ tit.2.*
§.14. gl.2. verſ Et idem tenet. Hippol. *in tract. crim. §.*
Antonius Heringius.

*attingam. num.*11. & *in § quoniam num.*51. Ruder. Soa-
rez *de fideiuſſ. in cauſa crim. n. 1.2. & 3. & in declara.*
ll. fori lib.2. tit. de comperendinationib. §. H. ... lex. ſum-
pta eſt. num.8.9. & 10. Hieron. Schurff. *conſ.15. & ſeq.*
cent.3. Fuluius Pacianus *de probat. lib.1. c.57. num* 26.
Proſper. Farin. *part.1. tract. crim. tit. de carcerib. q.33.*
num.7. Martin. Monterus *deciſ Reg Aragon. 7. num.6.*
Id quod non tantum de iure communi, ſed poſſi-
70 mum † de iure Saxonico locum obtinet, ſi quidem
eo cautum eſt, ſi reus poſſideat, immobilia, exce-
dentia valorem vnius VVehrgeldij in loco iudicij,
quod eo ipſo carceres euitet, conſt. *lib. 2. art. 5. in*
princ. his verbis. Qui habet bona immobilia à ſeipſo;
optimum eſt, quam iudici præſtare fideiuſſionem,
qua de re tutiſſimè Colerus *in deciſ. German. deciſ.*
71 107. *num.*27.28.29. & 30. † Quo etiam reſpicit. Or-
dinatio Principis Haſſiæ, quod non ſit carcerandus;
qui habet bona immobilia, *c.8. vbi ſtatuitur.* Sed re-
ſpondendum eſt, ea, quæ modo attuli, in illo caſu non
72 ſolum ſpeciale aliquid habere propterea, † quod in
caſu neceſſitatis aliud pro alio ſolui poteſt: *Auth. hoc*
niſi, C. de ſolu. Cornel. Benincaſius *de priuil. paup nu*
30. Sed etiam ideo fieri, quia alias quoque creditor
73 à debitore † carcerato aliud pro alio accipere cogi-
74 tur, *Bald. in l. ordo C. de execut. re iud.* Et cum † illud
ipſum conditores ſtatutorum Lubecenſium *lib.* 4.
ſtatut. tit.1. art.4. valdè accuratè expreſſerint, dicit
enim aliquis coram iudice, vocatus eſt, vt ſit fideiuſ-
ſor ſumma pecuniæ, pro qua debet fideiubere illi
debet eſſe nota, & expreſſa, & ſi recuſaret fideiubere,
Iterum ille pro quo fideiuſſio erat præſtanda, in car-
cere detinendus ſit, &c.

Non aduerſatur quoque *num.*68. poſito axioma-
75 ti textus *in l.1. ff. qui ſatiſdar. cogantur.* Aliud enim †
in rei veritate eſt ſatiſdare; aliud fideiuſſorem dare.
Si enim ſatiſdare conceditur, tunc ſufficit dare, vel
fideiuſſores vel pignora, *l. promiſſor, §. vlt ff. de conſtit.*
76 *pecun. l.1. §. iubet ff. de collat. bonor.* Præterquam in †
ſtipulationibus prætoriis, quæ hoc proprium habent
vt requirant perſonas fideiuſſorum, *l.1. ſtipulationum,*
l. prætoria 7. ff. de prætor ſtipul. Iulius Pacius *antinomia*
iuris, cent.1. q.67. Petr. Heigius *in quæſt. iuris, quæſtio*
num. 34. *& ſeqq.* vbi tamen, *num* 44. & 45. ex VVe-
ſembecio ſubjicit, hodie aliud in vſu eſſe. At † vbi
quis fideiuſſorem dare cogitur, non ſufficit dare pi-
78 gnora (niſi fortè aliud conuenerit, *l. ſoluitur, §.2. l.*
item liberatur, l. pen. ff. quibus mod. pign. & vel hypoth.
ſoluitur. aut fideiuſſorem quis dare nequeat, tunc
tenetur obligare bona ſua, omni meliori modo, quo
poteſt ſecundum Bart. *in l. omnes, C. de epiſ. & cleric.*
Angel. de Clauaſio *in ſumma verb. cautio*, cum aliud
pro alio inuito creditori præſtare nequeat, *l.2. §. mu-*
*tui datio. ubi Alciat. num.*10 & *Ripa num.22. ff. ſi cert.*
petat. Alex. ad Barto. *in l.1. ff. qui ſatiſdar. cogant.* Fla-
minius Chartarius *in deciſ cauſ. execut.* Rotæ Ge-
nuenſ. *deciſ* 98 *numer.* 5. & 6. pulchrè Rebuffus *in*
80 *l. ſatiſdationis, ff. de verbor. ſignifica.* Idque † in primis
tunc obtinet, quando nominatim per decretum ali-
cui iniungitur, vt cautionem oblatam per fideiuſ-
ſores præſtet, de quo exemplum habemus apud
D. Barthium, *in ſelect. Camer. Imper. ſentent. die* 1.
Aprilis, anno 1530. *lit. C.* his verbis, ratio exi-
git, quod hæredes præſtent cautionem, & fideiuſ-
ſionem.

81 Hinc etiam in Lombarda (quæ † tamen Lucæ de
Penna *in l. vnica, num.2. C. de gladiorib. lib.*12. potius
fex eſt, quam lex. Vide etiam Fabius de Auna *in conſ.*
28. *nu.*11. poſt alios vocat ius aſininum, de quo proli-
xius Maranta *in diſput.*2. Nicol. Intriglio1. *in cent. q.*

feud.queſt.6. num.52. & 53.) in Lombardia, inquam,
82 *lib.1.tit.15.* Guadia † hoc eſt pignus, & fideiuſſor tanquam
diuerſa ponuntur: *Si, inquit Rex, quis alij guadiam, & fideiuſſorem dederit, omne, quod per guadiam,
& fideiuſſorem obligauit, adimpleat.* In legibus quoque
Salicis vetuſtis, vt refert Wolffgangus Lazius
libro 2. comment. c. 11. ad fin. hæc leguntur verba: *In
primo mallo ſpondeat ſacramentales, & fideiuſſores præbeat
ſicut lex habet, & vnaltum ſuum donet admiſſum
Comiti, vel illi Centenario* (Coram Notario) *qui preeſt,
vt in conſtituto die aut legitime iuret, aut, ſi culpabilis
eſt, componat, &c.*

Guntherus Ligurinus *lib.8. mihi pag.192.*

Si quis habens ſeudum, pretio ſeu vendere totum,
Seu pro parte velit, dominique licentia deſit,
Seu dare, ſeu Vadis ſupponere cogitur, illud
Qui dedit amittet, non qui ſuſcepit habebit.

Huc etiam referri poteſt illa deciſio, quod ſi cau-
83 tio † facienda ſit ad conſilium ſapientis, nunquam
includatur fideiuſſoris datio, Bald. *in l. ſancimus, Cod.
de verb. ſignif.* Hippol. *in Rubri. de fideiuſſor. num.300.*
Cephal. *conſ.28. num.57. lib.1.* vbi tamen *num.65.* declarationem
addit, qui iunge Bertazol. *in tract. clauſ.*
84 *inſtrum. clauſ.42. gloſſ.8. n.1* Sic † etiam ſtatutum exigens
fideiuſſorem præſtari intelligitur, dummodo fideiuſſor
haberi poſſit: aliàs enim pignora aut depoſitum
ſufficiunt. Cephal. *conſ.89. num.10. lib.1.* Horat.
Carpanus *ad Statut. Mediolan. part.1. cap.44. nu.51. &
52.* vbi Alexand. Rebuff. & Viuiun in eandem ex M.
Mantua *ſingulari 334. nu.2.* adjicit, ſi quis nec ſatiſdare
valeat, nec habeat pignora, nec depoſitum, quod
ſufficiat, ſi det fideiuſſorem minus idoneum. Cui
85 † nonnihil quoque congruit alia traditio Doctorum
ſtatuentium, ſi reſcriptum mandet aliquem abſolui,
præſtita ſatisfactione, intelligendam, atque ita interpretandam
cautionem de ſatisfaciendo præſtitam,
vt conueniat iuri communi, vt poſt Oldrad. Felin.
& Calderin. tradidit Menoch. *præſump. libro 2. præ-*
86 *ſump.9. n.3.* Vtrum verò in † cauſis arreſtorum cautio
ſeo hypotheca omnium bonorum ſit ſufficiens nec
ne, illud in nouiſſima Imperij conſtitutione de Anno
1600. *in §.* Quod ſint. *folio.24.* iudicis arbitrio omnino
eſt relictum.
87. Vndecimo, cum fideiuſſione † affinitatem habet
cautio iuratoria, quæ alibi etiam cautio adiuratoria,
*l. vlt. in §. C. de caſtrenſ. & miniſteriam, l. vlt. § quotiens,
C. de priuileg. Scholar. l. multis, C. de princip. agent. in
rebus,* & iurata fide proferri, dicitur, *l.2. verſicul. in
exigendis vero. Cod. quando & quib. quarta pars.* Sicq;
88 à † Iuſtiniano Imperatore *in § ſed hodie, Inſtitut. de
ſatiſd.* definitur, quod ſit promiſſio ſine fideiuſſoribus
ſolo interpoſito iureiurando facta, fore, vt reus adusque
litis exitum in iudicio permaneat. Græci modo
ἀξομοσίαν modo ἀνωμοσίαν appellant. In Camera porrò
Imperiali his verbis iniungi conſueuit: In inſtitia etiam
cognitum fuit quid N. cautionem præſter iuratoriam,
cogniteque ſint partes à iudice ad hoc, &c.
Exempla extant apud Sailerum, 13. & 30. *Martij, Anno*
1497.

Ideo autem iuratoria cautio affinis eſſe dicitur fideiuſſioni,
quia ſæpiſſime eius vicem ſuſtinet, & pro
fideiuſſione cedit, deficientibus, nimirum reliquarum
ſatiſdationum generibus Cacheran. *deciſ. 70. num.2.*
Ioan. Lud. Bendet *in tract. reuiſ. concluſ.7. nu.1. & ſeqq.*
89 Frid. Prukman. *conſ.43. nu 79.* Quid enim, ſi † reus
propter paupertatem aut inopiam, quæ ſuperuenit
caſu, & citra eius dolum, iuxta Menoch. *de arbit. iud.
quæſt. caſu. 182.* aliquando etiam facto aduerſarij (qui
eum fortaſſis bonis ſuis ſpoliauit) non inueniat fideiuſſorem,
neque etiam pignus dare poſſit: Hic vtique
iuratoriæ cautioni ſic relinquendus videtur, maxime
de iure communi, ſicut habet communis opinio, teſte
Hippol. de Marſil. *in Rubric. de fideiuſſor. n.166. &
ſeq.* cui aſtipulantur Iaſon *in l.1. nu.23 ff. qui ſatiſdare
cogantur,* Franc. Beccius *conſ.1. nu.18.19.20.22. & 25.*
Sebaſt. Medices *tractat. de fortuit. caſibus, part.2. quæſt.
4 num.23.* Milis *in repertorio, lit. F. num.11.* pulchre
VVeſenb. *in parat. ff. qui ſatiſdare cogantur, num.10.* &
Andreas Cludius *in tracta de ſequeſtrat. cap.10. nu.8.*
item per quem plures auctoritates Schraderus *de feudis,
part.10. ſectione, 10. num.296.* ex quibus non tranſcribo.
Et licet. Clarus *in practica ſua criminali, §. fin.*
90 *quæſt.46. num.14.* dicat, reum † non eſſe relaxandum
præſtita per ipſum iuratoria cautione, tamen is loquitur
in criminalibus, corporis pœnam inferentibus,
in quibus talis cautio regulariter non admittitur.
*Boſſius in practica criminali, titu. de carc. fideiuſſor.
per diſcurſum, Conſtitut. pœnal. Caroli V. articul.14.*
91 *VVeſenbec. in paratit. de cuſtod. reor. num.5.* Vt nec † in
cauſis criminalibus, pecuniariam ſaltem pænam ingerentibus,
admittitur, aut cauſis ciuilibus arduis, &
grauibus, quæ grauitas iudicis arbitrio committitur,
*Antonius Sola ad Conſtit. antiq. Sabaud. Rubric. de conclu.
can. Decret. vt nihil parte 3 gloſſa prima. n.14. & 15.*
92 Ampliatur autem ſupradicta † concluſio, vt procedat,
licet ſtatutum exigere fideiuſſorem, adhuc enim
in cauſa reconuentionis, præſtita iuratoria cautione,
vbi fideiuſſorem præſtare nequit. Debet enim ſtatutum
interpretationem accipere, iuxta ius commune,
93 non magis † ſtatutum quam lex ad impoſſibilia obligare
debet, *gloſſ. in cap. ex parte la 1. verb. pro contumacia.
in fine extr. de verbor. ſignific.* Angel. & Ioan. de
Imola *in l. cum non facile ff ſi cui plus quam per leg.
Falcid.* Alex. *conſ. 57. colum.3. verſi. & quod talis iuratoria.
volu.3.* Andre. Barbat. *in conſilio 11. nu.14. & 15.
vol.3.* Colet. *de proceſſ. execut. part.3. cap.11. num.95. &
ſeqq.* Andr. Cludius *d.c.10. num.17.* Ernest. Cothman.
reſponſ.18. num.484. & 485. Aſinius *in praxi. iudic. §.
32. cap.33.* Laurentius Kirchoff. *in commun. concluſ.
centur.1. concluſ.71.* Hippol Riminald. *conſ.23. numero
33 & 34 vol.1.* Horatius Carpanus *ad Statut. Mediolan
part.1. cap.44.*
94 Et hoc valde notandum eſt, propter † ſtatutum ciuitatis
Colonienſis, quo cautum eſt, quod extraneus
ibi repertus, cum quo ciuis Colonienſis litem habet,
poſſit arreſtari, & realiter incarcerari, donec fideiuſſoriam
cautionem præſtet, per ciues Colonienſes, &
nullos alios. Quæritur enim, ſi pigneratitiam, vel hypothecariam,
aut iuratoriam offerat, & magiſtratus
eum dimittere nolit, an proceſſus ad relaxando in
95 Camera Imperiali impetrari poſſint, Et quanquam
† Socinus *conſ.120. nu 4. volum.1.* & poſt eum Antonius
Sola *ad Conſtitut. antiq. Sabaud, Rubric. de conclu.
in cauſ. Decret. Vt nihil part.3. gloſſ.1. num.16.* ſtatuunt,
quod cautio iuratoria in fauorem forenſis non admittatur,
cum non poſſidens bona de fuga ſuſpectus
ſit: Tamen contraria ſententia † verior & humanior
96 eſt, ex eo fundamento, quod forenſes, & aduenæ non
habent communiter ibi cognatos, affines vel amicos,
qui velint ſatiſdare, quandoquidem illi ipſi reſpuunt
illud Senecæ *li.4. de benefi. c.11.* vbi dicit: *rem per ſe expetendã
eſſe* Benefacere, *aduenis in portũ delatis, &
ſtatim abituris ſuccurrere, ignoto naufrago nauẽ, qua reuehatur,
& dare & inſtruere, &c.* vnde ne teneatur ad
impoſſibile, ſtandum eſt pigneratitiæ aut iuratoriæ
ſuæ cautioni. Marſil. *in l. fin. n.22 ff. de iuriſdi.* Roland.

à Valle

à Valle *conſ.43.num.22. volum.2.* Andr.Gail. *lib.1. ob-*
97 *ſerua. 26.num. 2.* Atque † ita in Camera Imperiali
proceſſus decretos eſſe intellexi in cauſa N. contra
N.anno 82. N.contra N.vbi iniuncta patitio 1. *Mar-*
tij, anno 1592. quæ poſtmodum reiterata 11. *Iulij, an-*
no eodem. Item in cauſa N.contra N.24. *Septemb.an-*
no 1592. Quod proculdubio etiam excellentiſſimi
Domini Camerales conſiderarunt in ſententia rela-
ta per Dn.Bacth.*in ſelect.Cam.ſentent.17. Aprilis, an-*
no 1564.

98 Secvndo † ampliatur, vt aliquando quoque iu-
ratoria cautio admittatur, licet fideiuſſor alioquin
dari poſſit, vt eſt text. *in l.ſi quando C.de teſtib.*

99 Tertio ampliatur, vt multo † magis in fœmina
locum habeat, hæc enim, vbi fideiuſſore caret, ad iu-
ratoriam cautionem omnino admittitur. *Auth.hodie*
C.de cuſtod.reor.Nouella 134.§.*neceſſarium*, late Me-
noch.*de arb.iud.quaſt.*88.Roder. Suarez. *de fideiuſſ.*
in cauſ.crimin.n.3.verſ.mulier autem.gl.3. art.17.verb.
fideiuſſorem.

100 Qvarto † ampliatur, vt & in proceſſu Reuiſio-
nis, ſuper ſententia in Camera Imperiali lata impe-
101 tratæ, cautio iuratoria admittatur, ne † ſi aliter ſta-
tuamus, via iuſtitiæ pauperi præcludatur, ſicut lucu-
lenter oſtendit Dn.Ioan.Ludouicus Benderus *in tr.*
de reuiſione, concluſ.7.per tot. & ante eum voluit
Gail. *lib. 1. obſeruat. 155. num. 4.* probat illud ipſum
quoque Andreas Cludius *d. cap. 10.num. 18.* quibus
iunge Guidonem Papæ *quaſt.*50. Franciſ. de Marchis
*quaſt.*496. Rebuff. *de ſententi.execut. artic.1. gloſſ. 16.*
Rul. à Valle *conſ.43. lib.2.* Anton. Solan. *ad Conſtit.*
antiq.Sabaud.Rubric.de ſent.exec.Decre.Ne ſuper de-
bitis,gl.5.n 5.

102 Qvinto † ampliatur, vt & ſcholaris non præciſe
ſe teneatur ad ſatiſdandum de iudicio ſiſti, & iudica-
tum ſolui in foro creditoris, ſed ſufficiat, ſi caueat, eo
modo quo poteſt, vel iuratoria cautione, Bald. *in l.*
*diffamari,cap.2.n.23.mihi pag.*84.

103 Limitatur † autem rurſus iſta concluſio, vt non
procedat in iis, qui, cum in cauſis criminalibus appel-
lauerint, idonei fideiuſſoris copiam non habent; hi
enim in carcere ſunt retinendi, non autem tactamen-
to ſuo relinquendi, *l.eos,§.ſuper his,l.minime,C.de ap-*
pellationibus.

104 Secvndo † limitatur in hærede, qui non vult,
aut non poteſt ſatiſdare, de ſoluendo legato adue-
niente die, tunc enim mittitur legatarius in poſſeſſio-
nem auditur hæres, cautionem iuratoriam offeren-
do, *l.filiusfamil.*114.§.*idem princeps,ff.de legat.1.* Ioan.
Faber.*in §.is quoque.Inſtit.de actionib.* Roder.Suarez.
in declar.il for.lib.2.tit.de les emplazamientos.n.7. Nec
obſtat *l.6.ff ſi cui plus quam per l.Falcid.* Illa enim de
non hærede, ſed de legatario ſatiſdare debenti, loqui-
tur, cui in iſto caſu iura magis fauent.

105 Tertio † limitatur, vt non procedat, ſi ad rela-
xandum arreſtum quis iuratoriam cautionem præ-
ſtare velit. Hæc enim cautio non eſt ſufficiens, ſed vel
fideiuſſorib. vel pignoribus cauendum erit, ſi modo
arreſtum reuocari debent, vt pluribus docet Pet. Pe-
ck.*in tract.de iure ſiſtendi,cap.45.num.9.9.& 10* Andr.
Gail.*de arreſt.Imperij,cap.3.nu.10.* & extant præiudi-
cia apud Barthium *die 10.Martij,anno* 1518. *lit. E.* &
Sailerum 16. *Octobris, anno* 1523. 7. *Iulij anno* 1529.

106 Quod † tamen ſe aliter habet in ſequeſtro. Idem
Gail.*lib.1.obſeru.148.n.6.& lib.2. obſ.47. num.8.& 13.*
Mynſing.*centur.2.obſer.11.* Fichard. *conſil. 7. numer.5.*
volum.1. Andreas Cludius *de ſequeſtrat.cap.10.num 8.*
& ſeq. Alexand.Raudenſ.*conſ.61.n.36.lib.1.* modo per-
107 ſona † ſit honeſta & fide digna, nec mores aliqua

ratione corrupti, imo ſi & omnis de credito perituro ac labefacta ſpe ſuſpicio abſit. Erneſtus Cothmannus *reſponſo* 18 *nu.497.& 498.* & dixi ſupra *cap. 15. num.31.*

108 Qvarto † limitatur, vt non procedat in contu-
mace in non parendo iudici, is enim beneficium
iuratoriæ cautionis perdit *gloſſa & Bald. in auth. &*
qui iurat.C.de bon.auct. iud.poſſid. Iaſon.*in l.1.col pen.*
verſic.tertio fallit ff.qui ſatiſd. cogan. Maranta *in ſpe-*
culo ſuo.par.6.tit.de contumacia,num.23.

109 Qvinto † limitatur in eo, qui propter malos, &
corruptos mores, aut ſuam doloſitatem (vt loqui-
mur) fidejuſſorem inuenire nequit: Et ſi enim is, qui
propter paupertatem, vel quia eſt forenſis, fidejuſſo-
ribus deſtituitur ad iuratoriam cautionem admitti-
tur, modo alias ſit probatæ vitæ, Tiraquellus *de pœ-*
nis.cauſa 51.n.37. Horat.Carpa. *ad ſtatut. Mediol.par.*
1.cap.44.nu.42.& 59. tamen illius, tanquam vilis, &
leuis perſonæ, iuramentum nullum pondus habet,
ita ſingulariter limitatur Baldus *in authent. cui reli-*
ctum in 3. columna. nu.9. C.de indicta viduit. tolend.
Florian.*in l.4.C.de vſufructu.* Ioan.de Anton *in ſoli-*
loquio 77. Canoniſtæ *in c. qua fronte exter. de appell.*
Catellian.Cotta *in memor. verb cautio cum fideiuſſore*
& verb.paupertas excuſ.verſ.& ille. Cęſ.Contardus *in*
l.diffamari,cap.4.n.135.C.de ingen.manumiſſ. Roderic.
Soarez. *in declarat.ll.fori.tit.de comperendinationibus*
§.hac lex ſumpta eſt, num.6. Andr. Cludius *de ſequeſt.*
cap.10.num.21.22. Ioa. Kupprn. à Rangerſdorf. *in de-*
ciſ.ſuis quaſt.33. num.20. Nicolaus Bellonus *conſ.54.*
num.5. Ioan. Baptiſta Caccialupus *in tract.de debito-*
re ſuſpecto.q.11.n.9. (vbi iudicem admonent, vt bene
diſpiciat, quid agendum ſit, ſi offeratur iuratoria
cautio ne forte alienam cauſam ſuam faciat.) Gail.
d.obſ.47. num.9. Mynſing. *d.obſ.11. cent.2.* Benderus
d.concluſ.7. n.36. Iaſon. *in dicta l.1.in 7.limitat.ff.qui*
ſatiſdare cogantur. Ioan. Saxonius *in conſuet. Turo-*
nenſ.tit.1.§.24.gloſſ.3. verſic.tertia concluſio. Idem Cæ-
ſar Contardus *in l.vnica.quaſt.11.na.14.& 15.C.ſi mo-*
ment.poſſeſſ. Iacob Marchiſellus *in ſylua. quaſtione* 99.
num.21. Hanc verò limitationem quintam vt ad iu-
110 dæi quoque perſonam extendam, cumque ad iu-
ratoriam cautionem non facile admittendum cen-
ſeam, in cauſa eſt præjudicium apud Sailerum *in ſe-*
lect.Cam ſent.11. Oct. Anno 1514. quod ita ſonat: In
cauſa N. ordinatum fuit quod fiſcalis, & iudices, &
alter qui iurauit non relaxerunt, niſi præſtita cau-
tione, & cognita cauſa etiam cum fideiuſſione ca-
ueat, &c.

111 Sexto † notabiliter limitatur, vt iuratoria cau-
tio nunquam admittatur, vbi alio remedio, quam
per illam vtraque parti conſultum eſſe poteſt, vt ſu-
tiliſſimè oſtendit Roland à Valle *in conſ 45.num.49.50.*
51. volu.2. Cæſar. Contard.*in d.l vnic.quaſt.23.n.11.12.*
& 13.C.ſi de moment.poſſ. Hippol. Rimunal. *in rubr.de*
fideiuſ.n.166.

112 Septimo † generaliter limitatur, vt iuratoria
cautio in iis caſibus, in quibus cautio neceſſaria re-
quiritur, locum non inueniat, etiam ſi euidenter con-
ſter, neque pignoribus neque fideiuſſoribus caueri
poſſe, *l.filius famil.§ iidem principes,ff.de legat.1.* Iaſo.
in l.1.num.22.ff.qui ſatiſd.cog. Nicol.Bellon.*conſ.54.n.*
6. Ern.Cothman.*reſponſ.18 n.488.*

113 Octavo † limitatur, ſi quæſtio ſit de grandi, &
magno ære alieno, ob quod quis detinetur, tunc enim
iuratoriæ cautionis non committitur. *Alexand.conſ.*
6.num.10.Cephal.conſ.384.num.66.lib.3.Cothmann.d.
reſponſo.18.nu.493.Coler.in deciſ.German.deciſ.135.nu.
14.& 15.

Antonius Heringius,

114 Nono limitatur † ſi forte debitor contractum
duplici, vel triplici iureiurando, imo & ſigillo ac ma-
nu aſſertum in controuerſiam vocet, iſto enim caſu
iuratoriæ cautioni tuto committi nequit, ne occaſio
ad peierandum detur, prout [ne quenquam ſua fraude
defraudem] ex Baldo, Romano, Felino, Socino, Cac-
cialupo, Hippolyto, Laurentio de Rodulphis & Ia-
cobo Henrichmanno, retulit. Ern. Cothmannus *in
d. reſponſo* 18. *num*. 491. 494. 495. *&* 496. cui addo Pet.
Reyzium *deciſ. Lituanica*. 3. *nu* 538. *verſ denique. mihi
pag*. 92. Quis enim ſperet, eum hanc iuratoriam cau-
tionem obſeruaturum, qui ſuis iam ante iuratis pro-
miſſionibus non obſecundat, ſed contrauenire præ-
ſumit? *l. ſi cui* §. *iiſdem, ff. de accuſat. l. non omnes*, §. *à
barbaris, ff. de re milit. c. ſemel malus. de reg. iur. in* 6.
Menoch. *de arbit. iud. quaſt. caſu* 303. *n*. 10. *& de praſu.
lib*. 5. *praſum*. 32. vbi in ſpecie, *n*. 8. *&* 12. ſcriptum re-
115 liquit: Eum qui ſemel fidem non obſeruauit, præ-
ſumi quod nec etiam in poſterum ſit eam obſerua-
turus: Item, ſemel periurum præſumi peierare in fu-
turum, propterea rejici à iuramento præſtando, Non
116 quod ita neceſſe ſit, ſed quia veriſimile, & quia † ex
vicinis vicina colligimus, vt vtar verbis Anitij Man-
tij Seuerini Boetij *in comm. ad Topic. Cicer. lib*. 2 *mihi,
pag*. 781. Nam iuxta Ciceronem *in Orat. pro Rabirio:
Vbi qui ſemel peierauerit, ei credi poſtea, etiamſi per plu-
res Deos iuret, non oportet.*

117 Decimo † limitatur in ſuſpecto de fuga, is enim
ad iuratoriam cautionem nunquam admittitur, etſi
neque pignora habeat, neque fideiuſſorem inueniat,
Idem Ern. Cothman. *in d. reſponſ. num*. 492. pro iſta
ſententia Soci. Paul de Leazar. Ruin. Bellon. Myn-
ſing. Gail. Ioann. Saixon. & Rebuff. allegans, cui adde
Auguſt. Beroum. *quaſt*. 76. *numer*. 3. cum quo tranſit
Barnabas Cornazzanus, *deciſione Lucenſi*. 39. *nu-
mer*. 17.

119 Sed iam quæritur, quomodo † igitur quis proba-
re debeat, vel poſſit, ſe fideiuſſores inuenire non poſ-
ſe? Et quidem Rol. à Valle *in d. conſ*. 43. *num*. 5. *vol*. 2.
diuerſas opiniones recenſet, non aperit, cui aſtipule-
tur, vt ibi videre licet, ne actum agam. Communiter
tamen placuit, id tam ab Actore, quam à reo medio
119 iuramento (à iudice † tamen, aliam præſumptionem
vel iudicia poſſibilitatis non habente iuxta Cæſarem
Contardum mox allegandum, prius delegato *per tex.
in l*. 3. §. 1. *de iureiu*. Bart. *in l. qui commeatus, ff. de re
milit*. Felin. *in c. ex tranſmiſſa. extr. de præſcriptio*.]
probaui poſſe, vt ſcilicet iurent, ſe fideiuſſores ido-
neos, inuenire, quamuis ſumma, tam per ipſos, quam
per alios adhibita diligentia, nequiuiſſe. *Auth. gene-
raliter. Cod. de Epiſc. & cler. glo. l*. 1. *verb. fideiuſſorib. ff.
qui ſatiſdar. cogan*. Catell. Cotta *in memorabil. verb.
iuramentum*. Myſin. *reſponſ*. 71. *num*. 19. Cæſar Con-
tardus *in l. vnic. quaeſt*. 23. *n*. 5. *&* 6. *C. ſi de moment. poſſeſſ.*
Clarus *in* §. *fin quaeſt*. 46. *num*. 15. Eman. Soarez. *in theſ.
com. opin. lit. F. num*. 159. Horat. Carpan. *ad Statut.
Mediolan. part*. 1. *cap*. 44. *n*. 56. 57. *&* 58. & dixi ſupra
120 *cap*. 10. *num*. 130. † Soletque iſto caſu communi-
ter ita pronunciari: In cauſa N. quod ipſemet nomi-
natus iurauit per Deum, & ſanctos: Quod omnia
ſua bona mobilia, & immobilia ſint pro cautione,
&c. nec aliter, nec alio modo, &c. Ita decreuit au-
guſtiſſ. Camera Imperialis, 30. *Oct. Anno*. 1510. *&* 3.
Decemb. Anno. 1540. vt conſtat ex ſententiis Seileri,
& Barthij: Poſterius decretum ita habet: In puncto,
&c. cognitum eſt. Quod è carcere liberatus eſt, &
dictus N. facto iuramento per Deum, & ſanctos di-
xit, quod in futurum erit vir probus, & bonam viam
quæret, &c.

120 Cæterum in foro † Saxonico propter anceps per-
iurium hoc nonnihil temperatum eſt, vt ſc. tantum
iuret de credulitate, ſcilicet ſe credere, quod etiam
adhibita diligentia per fideiuſſores, vel pignora ca-
re non poſſe, Io. And. *in addit. ad Spec. tit. de ſatiſdat.*
§. 1. Chilianus Konig. *in proceſſu ſuo*, *c*. 46. *n*. 4. *&* 5. ex
quo ſumpſit. VVeſenb. *in paratit. ff. qui ſatiſ. cogan. nu*.
10 *in fin*. ſequitur Benderus *in d. concl*. 7. *n*. 37. *cum
aliquot ſeqq.*

121 Aliter tamen † circa hoc iuramentum diſtinguit
Octau. Cachera *in deciſ. Pedemont*. 70. *num*. 6. vt ſcili-
cet, ſi quæratur de probanda impotentia inueniendi
fideiuſſores ad effectum, vt ad obediendam iurato-
riam cautionem, tunc huiuſmodi impotentia per iu-
ramentum probetur: ſi verò quæratur de probanda
ipſa impotentia ſeu difficultate ſimpliciter, tunc non
ſufficiat probatio per iuramentum, ſed requirantur
alia, de quibus per Bart. *in l*. 2. §. *quod diximus, ff. ſi
quis cautionibus*, & eumdem Bart. *in extrauag. ad re-
primendum. verb. ſummarie, col*. 3.

122 Quin tamen † & abſque iuramento talis impo-
tentia dandi fideiuſſores, aliis argumentis apud iudi-
cem probari queat, non dubito, motus claro textu
in l. vnic. §. *omnes vero, C. de adſertione tollenda*, vbi di-
citur: *Omnes vero, qui pro libertate periclitantur, ſi
quidem poſſunt fideiuſſorem dare eum exigi. Sin vero
reuera datio eius impoſſibilis eis ſit, hocque iudice mani-
feſte oſtendatur, iuratoriæ cautioni committi*. Ergo aliæ
etiam probationes præter iuramentum, quod ſemi-
plene tantum probat, admittuntur, & exiguntur, *Iaſ.
in Auth. cui relictum, num*. 9. *C. de indict. viduit. toll.*
Benderus concl. 7. *n*. 40.

Illud porro ſilentio quoque non eſt inuoluendum,
123 non tantum † iurare licere, ſe fideiuſſores duos da-
re non poſſe; verum etiam vltra iam datos non poſſe
adhuc alios dari. Teſtimonium omni exceptione
maius perhibet ſententia auguſtiſſimæ Cam. Imp.
relata à Dn. Chriſtiano Barthio *in ſelect. Cam. Imp.
ſent*. 18. *Maij anno* 1572. his verbis: Poſſunt dicti NN.
ac poſſunt in hoc tempore vacare bonorum releua-
tionem prodictis bonis immobilibus, ac iurare, quod
amplius non poſſunt tacto Euangelio alios fideiuſ-
ſores dare, ac præſtare, &c.

Et propter iuramentum debent releuari à Iudici-
bus cauſæ, &c.

124 Quid autem dicemus, ſi reus † nullos fideiuſſores
inuenire queat, ſeque iuratoriæ ſuę cautioni commit-
ti petat, & ipſe iudex, qui reum captiuum detinet pro
eo fideiuſſorem ſe offerat, an hæc fideiuſſio effectum
aliquem habebit? Dicendum eſt, quod non, *per tex. in
l. pen. ff. de arbitris*. Non enim iudex, ſibi imperare
quicquam poteſt, neque fieri ſolet, vt ſibi ipſi quis
fideiuſſor exiſtat. Quod tamen non eſt contrarium
illis, quæ dixi ſupra *c*. 8. *n*. 136. *& ſeqq*. Non enim ibi
iudex ſibi ipſi fideiuber, ſed alij pro ſubdito.

125 Quid itidem † fiet, ſi actor vel etiam reus ad iura-
toriam cautionem admiſſi, non coram iurare, ſed ab-
ſentes in ſcriptis, & quidem ſub iuramento obedien-
tiæ, quo Dominis, & Magiſtratibus ſuis ſubiecti ſunt
talem iuratoriam cautionem præſtare, & ſic iudiciali
decreto ſatisfacere velint? Crediderim vtique, huic
poſtulato nequaquam annuendum eſſe. Verba enim
d. Authen. generaliter, C. de epiſc. & cler. diſertis verbis
diſponunt. Si fideiuſſorem quis dare non valeat,
quod iuratoriam exponere debeat cautionem, & ta-
ctis ſacroſanctis Euangeliis adfirmare, ſe fideiuſſo-
126 rem dare non poſſe. Inde igitur † patet, quod tam
in hoc caſu, quam in aliis ea ſit iuramenti natura
forma, & *vis* vt corporaliter vel actu corporis
interueniente

interueniente, per rem ſacram, & quidem conce-
ptiſſimis (*vt ait Petrus Arbiter vbi pag.202.*) aut
conceptis,& lingua figuratis verbis (non in ſcriptis)
tactis vel ſacroſanctis Euangeliis, vel manu ſublata
(vt eleganter explicat Iac. Cuiac. *in Nouell.*51. Georg.
Obrech. *in tract.de iuram. calum..*10. *n.*10.) præſtari
velit. Couar. *in tract.de iuram.calum.c.*10.*n.*10.) præ-
ſtari velit. Couar. *in c.quamuis,p.*1.§. 2.*n.*2. *de pactis*
in 6. Weſenb. *conſ.*13.*nu.*110.*&* *conſ.*15.*n.*25.26.*&* 27.*&*
*conſ.*23 *per diſcurſ.* Hippol. Riminal. *conſ.*5.*per tot.vol.*
1. Cauall. *q.*407. Godd. *de contrah.ſtipul. in prolego.*
*nu.*16 (Licet alij † velint ſufficere, etiam ſolo verbo
127 iurare, ſine tactu ſacrorum, Pet. à Petra *de poteſt.*
*princ.c.*19. *nu.*32. Ant. Teſaur. *deciſ.*47.*nu.*7. Gilm.
*deciſ.Camer.*14. *n.*33. qua de re prolixe Anton. Quer-
128 ta *in conſ.*45.*n.*10. Quæ opinio † quoque eſt verior,
communior, & in practica recepta Ioſeph. Ludou.
*in com.concl.concl.*21.*num.*3. M. Anton. de Amatis *de-*
*ciſ.*8. *numer* 26. vel ob id etiam admittenda, quod
129 † qualiter iuretur, arbitrarium eſt, teſte Hieron. de
130 Laurent. *dec.Auenion.*7. *nu.*5. Forma † autem à le-
gibus in iuramento tradita, ad vnguem, & ſpecifice eſt
ſeruanda, *Dd in c.ad noſtram & ibi Felin.qui commu-*
nem dicit extra, de iureiur. Afflict. *dec.*381. *nu.*2. nec
poteſt impleri per æquipollens, alioqui mutarent
auctoritate propria de vno in aliud, Afflict. *dec.*165.
*num.*3. Natta *conſ.*568. *nu.*5. *tom.*2. in tantum, vt for-
mam à legibus traditam inuertere, & nouam ſibi
fingere contrahentes non poſſint, *l.*3.*l. qui per ſalu-*
tem, ff.de iureiur. Mynſing. *cent.*3.*obſer.*2. Imo, quam-
uis partes millies iuramentum nominent, nec ſequa-
tur corporalis eius præſtatio, tamen nihil profi-
ciunt, *l.cum falſa. C. de iur. & facti ignor.* pulchre
Dn. Rulandus *de commiſſ. part.*2.*lib.*2. *cap.*11.*n.*32. *&*
131 *multis ſeqq.* Quod ſi † etiam teſtis abſens, ne quidem
per ſcriptum tranſmiſſam, regulariter deponere po-
teſt, Didac. Couarru. *lib.*2. *reſol cap.*13. *num.*6. Gail.
*lib.*1. *obſer* 100.*nu* 12. Maſcard. *de probat.in* 5.*quæſt.n.*
11. Eman. Soarez. *in theſauro com.opin.lit.T.nu.*165.*&*
166. Proſper. Farinac. *de teſtibus. quæſt.*80.*oppoſit.*15.*n.*
27. late Ruland. *de commiſſ. part.*2.*lib.*2.*cap.*15.*per tot.*
Qua, quæſo ratione fiet vt aliquis tranſmiſſa charta
iuratoriam cautionem formaliter præſtitiſſe dicatur?
Hoc amplius, ſi abſenti, in ſcriptis, & quidem non
conceptis verbis, iuramentum vel iuratoriam cau-
tionem præſtare licere dixerimus, concurrant tria
132 † ſpecialia, quorum tamen neutrum alterius ſit con-
ſecutiuum, quod eſt impoſſibile, *l.*1. *C.de dot.promiſ.*
Weſenb. *conſ.*72. *nu.*6 *p* 2. *facit tex.in l.*1. §.*in* & ibi
Bart. *n.*1 *ff de pollicit.* Bart. & Dd. *in l.ſi is qui pro em-*
ptore, in ſu.prin ff.de vſucap.
133 Nec obſtat, quod † per procuratorem ſpecialiter
conſtitutam, iuratoriam cautionem proculdubio
præſtare liceat, *argu.cap.præſentium, de teſt.in* 6.*c vlt.*
& ibi glo. & Dd. Præſertim Philip. Franc. *in verb.iu-*
ramentum.de iuram.clum.in 6.*& glo.in c.qui ad agen-*
dum, de procur.in 6. Bart. *in l.qui proprio,* §.*ſi alieno,n.*
14.15.*ff.de damno infect.* Ludolph. Schrader *per multa*
*allegata, in tractatu feudali par.*10.*ſectio.*20.*num.*283.
Colerus *in dec.Germania, dec.*115.*n.*1.*&* 2. Hoc enim
caſu interuenit organum ſiue perſona, per quam ſo-
lennia iuramenti in forma ſpecifica exterius imple-
ri poſſunt, ac notum eſt, quod quis facit per alium,
ipſummet feciſſe videri.
134 Nihil quoque † aduerſatur, quod iurata aſſertio,
quæ cum nominis diuini imprecatione in inſtru-
mento fit, pro vero, & proprio iureiurando habenda
ſit, quamuis ſacræ ſcripturæ, vel Euangelia manua-
liter non tangantur, neque manus erigatur, *l.*3. *C. ſi*
minor ſe maiorem. Corſet. *de iureiu q.*4.*n.*7. Cagnol.
*in l.ſi quis maior.n.*100 *& ſeqq.C.de tranſact.* Me oc.
*conſ.*37.*num.*51.*&* 52 *lib.*2. Erneſt. Cothman. *reſponſ.*
18.*n.*187. quam opinionem ex Alciato, & Viuio com-
munem dicit *Eman.Soarez in theſaur.comm.opin..lit.*
I. *n.*321. Etſi enim de conſuetudine forſan aliud ad-
mitti poſſet in contractibus, in actibus tamen iudi-
cialibus aliud obſeruari debere conſtanter ſentio, ne
temere inducamus earum legum correctionem, quæ
aperte ſanciuerunt, vt cum ſolemnitate quadam co-
ram tribunali iuratoria cautio præſtetur. Ruland.
*d p.*2.*lib.*2.*cap.*11.*n.*34.*&* 38. Godd. *vbi ſupra num.*16.
135 Et proinde etiam † nihil neget [illegible] decretum
Cam. Imp. relatum in ſentent. Dn. Barthij 18. *Iun.*
Anno 1568. in verbis: dictus vocatus tali die de certa
cautione, & ob eam rem præſtare debet iuramen-
tum, &c. Nam & hic actus quidam extrinſecus ac-
cedit, per quam ſolennitas præſtationis corporalis
ſuppletur. Et ſecundum hanc opinionem *Anno* 1596.
in ardua quadam cauſa iudicatum memini.

Succedit nunc elegans in hac materia quæſtio,
quam etiam breuibus explicabo. Quæritur etiam, ſi
captus ex ciuili cauſa petat ſe ſub iuramento ſecuri-
tatis relaxari, idque à domino territorij vel Magi-
ſtratu obtinere nequeat, quomodo ipſi ſit incurren-
136 dum? Et ſolent iſto caſu in Cam. Imperiali, impe-
trari mandata de relaxando captiuo cum clauſula
iuſtificatoria, quæ etiam ibi decernuntur, vt elegan-
ter oſtendit Gail. *lib.*1.*obſeru* 22.*num.vltim.& obſeru.*
26.*nu.*2. & poſt eum amicus meus integerrimus Rur-
gerus Rulandus, *in tract. ſuo de Commiſſarijs lib.*1.
*cap.*1.*nu.*6.*part.*2. & præſto ſunt præiudicia in cauſa
Riuentrecherum, contra Eolnum anno 82. Item in
cauſa Albenſi Vgeli, contra Comchriſtophorum
Mansfellium anno 86. Item Philippi Galſe, con-
tra Lantgrauium Gulielmum Haſſiæ 2. Maij an-
no 87.

Non tamen exiſtimandum eſt, relaxationem ſaltem
datis fideiuſſoribus, præſtitoque iuramento ſecurita-
tis, per talia mandata obtineri poſſe. Nam etſi car-
ceratus non ſimpliciter relaxationem, ſed mitiorem
137 † carcerem tantum petat, detque fideiuſſores de
non recedendo ab illo carcere, adhuc tamen iudex,
attenta qualitate perſonæ, & delicti, talem cuſto-
diam petenti deſignare cogitur. Paris de Puteo, *in*
tract.ſindic. verb. Carcer. Marant. *de ordin. iudic.par.*
6.*tit. de ſatiſdat. num.*20. Et hinc fieri ſolet, vt in
138 † Cam. imperiali ſupplicetur pro relaxatione, ipſius
detenti, & in euentum, quod difficilis eſſet relaxatio,
vbi etiam facilius talia mandata de mitigando car-
cere, præſertim quando carcer eſt ſqualidus, & me-
tus oritur, ne captiuus in carcere ægrotare incipiat,
quàm de relaxando captiuo decernuntur, ſicut con-
ſtat ante hæc tempora variis in cauſis factum eſſe
ſcribunt Cameræ Imperialis Aſſeſſores, qua de re
plura inuenies apud Ruland. de commiſſ. part.2 lib.3.
cap.2. & lib.4. cap.1. num.6. Multo autem magis
139 admittitur † illud ipſum, ſi opponantur exceptio-
nes altiorem indaginem requirentes, ſuper quibus
reus audiendus, & iniungenda mulcta, ſicut obſer-
uatum in cauſa Erdorfij, contra Lubeccum, Anno
140 92. Caueat † tamen Aduocatus ne illo caſu agat
via nullitatis, nam per hoc paritio impeditur, donec
nullitas doceatur, quod fit cum ſummo miſeri ca-
ptiui tædio, & periculo Extat in hanc rem etiam
decretum apud Raphael. Sailer, *in ſelect.Camer. im-*
141 *per.ſententiis* 3. *Decemb. Anno* 35. latum his verbis:
Aſyndico, & Conſulibus dictæ ciuitatis conceſſa ſuit
relaxatio carceris, in quo dictus [illegible]

obſcurus eſt, ac tutus, moraturque in bona cuſtodia fuit etiam ordinatum, quod ſoluat Marchas decem turi puri, &c.

142 Quid † verò ſtatuemus, ſi inter magiſtratum, & captiuum, ſub cautione fideiuſſoria relaxandum, controuerſia forte oriatur, ſuper ipſa formula ſatiſdationis, & Vrphedæ, num magiſtratui indulgebimus, vt is non prius captiuum relaxet, & dimittat, quam ſi ad ipſius beneplacitum, & mutuum præſcriptis verbis præciſe Vrphedam præſtiterit, ſatiſderit ue? Et quanquam magiſtratui meritò omnis honor tribui debet, quia tamen notorium eſt, nonnullos,
143 ſibi conceſſa iuriſdictione petulanter abuti, idcircò verius eſt, magiſtratui huc in caſu freni quandam temperiem iniiciendam eſſe, cuius rei in aula Imperatoris memorabile exemplum nuper habuimus, in N. contra N. 4. Martij, anno 1603. Prætetquam enim, quod trita eſt iuris regula, non eſſe malitiis indulgendum, *l. in fundo, ff. de rei vind. l. per omnes, C. de defenſ. ciuit. l. ſi operis, C. de pœn.* Inſuper etiam nimis eſſet indignum, nimis item impium, flagitiis præſidia quærere, vt ſic petulantię ſeruire, atque vlteriorem detentionem, quæ tamen iam prohibita eſt, altero legis colore, præſumere, & continuare liceat, *l. legem Anaſtaſij, 7. in fi. C. de natural. liberis.* Cum tamen magis conſulendum ſit his, quibus maius periculum intenditur, & ſi aliter obſeruaretur, inuenta eſſet ratio, quemadmodum audaciſſimus quiſque ex mera vindicta, & nimis affectibus indulgens, maiore iniuria miſerum captiuum adficeret, *argum. l. 1. §. ſed etſi quis non tantum, ff. de Carbon. edicto.* Hinc non
144 ſolum † in ordin. Cam. Imp. *par. 2. tit. 22.* prouiſum eſt, quod relaxatio captiui fieri debeat, ſed in ſententiis quoque Cameræ Imper. per D. Sailerum, & D. Barthium, editis paſſim cernere, licet, relaxationes captiuorum iudicialiter per decretum indultas, ac mandatas eſſe. Hoc amplius, Auguſtiſſima Camera
145 Imperialis † ad tollendam omnem dubitationem, & litigandi pruritum, prædictæ veteris conſuetæque Vrphedæ formam, & tenorem aliquoties præſcripſit in prædictis ſententiis Saileri, & Barthij, præſertim 4. *Nouemb. Anno* 1524. 22. *Decemb. Anno* 1539.
146 1. *Iunij & 8. Octob. Anno* 1561. Quemadmodum † & ex præiudicio relato per D. Barthium 5. *Decemb. Anno.* 1537. liquido conſtat, quod in Vrphedæ tenore in aliquot locis controuerſis Domini Camerales moderamen præſcripſerint. Ex his igitur colligitur, ſi magiſtratui relaxatio iniungatur, ac captiuus Vrphedam antiquam, & ſolitam, iuxta præſcriptum Cam. Imper offerat; quod omnino remota vlteriori friuola diſputatione, relaxari debeat. Quod etiam nominatim aſtruitur in ſententiis apud D. Barthium 28. *April. Anno.* 1563. *lit, E. rurſus* 3. *Nouemb. Anno* 1564 *lit.* B. 7. *Febr. Anno.* 1568. *lit.* C.

147 Dvodecimo † adfines ſunt fideiuſſoribus pararij, & proxenetæ, hoc eſt conciliatores interpretes, ſequeſtres, nuntij, internuntij, tenuntijque matrimoniorum quorum meminit Vlpian. *in l. vlt. ff. de ſponſalibus, l. 1. lib. 3. tit. 7. C. Theodoſ. & Rubrica* C. *de ſponſalib.* Conſtantin. Harmen. *lib.* 4. *Epitom. tit.* 3. *in fin.* Nam reuera ſponſores, aut fideiuſſores non fuiſſe, oſtendit Hottoman. *in tract. de veteri ritu nup. cap.* 2.
148 *in prin.* Sed an † ſaltem illud genus muliercularum, quæ conflandis matrimoniis quæſtum faciunt (quas Alciat. *lib. 1. diſputa. cap.* 22. proxenetrias vocat) teneantur, ſi infauſtas nuptias conciliauerint, tracta. Iacob. Cuiacius *lib. 3. coniectur. cap.* 12. vbi concludit, eas non teneri, quem ſequitur Petr. Peckius *in c. nullus ex conſil.* 662. *nu.* 2. *de reg. iur. in* 6.

149 Decimotertio ad finis † eſt fideiuſſioni datio Arrhabonis. Erat autem ἀῤῥαβὼν ſiue Arrhabo veteribus pro obſide, vt ex M. Catonis verbis conſtat apud Agellium *lib.* 17. *cap.* 2. *in fin.* Sicut enim obſides (quaſi obſides) ob fidem ſeruandam dabantur, vt oſtendi ſupra *ca.* 10. *nu.* 281. *& ſeqq.* Item etiam arrhabo ſiue arrha, Germanis, vt in Statut. Lubecenſ. *lib.* 4. *tit.* 6. *artic.* 4.) veluti pignus dabatur, ob certitudinem contractus alicuius. Terent. *in Heautontim. act.* 5. *ſcen.* 3.

— reliquit filiam adoleſcentulam:
Ea relicta huic arrhabo eſt pro illo argento.

Tertullian. *in lib. de reſurrect. carnis. Hic ſequeſter Dei, atque hominum appellatus, ex vtriuſque partis depoſito commiſſo ſibi carnis quoque depoſitum ſeruat in ſemetipſo, arrhabonem totius ſumma. Quemadmodum enim nobis arrhabonem ſpiritus reliquit, ita, & nobis arrhabonem carnis accepit, & vexit in cœlum, pignus totius ſumma illuc quandoque redigendæ.* Extat quoque hæc ipſa vox Arrhabonis, Genes. *cap.* 38. *verſ.* 18. *&* 20. ac apud D. Paulum 2. *Cor. cap.* 1. *verſ.* 22. *& cap.* 5. *verſ.* 5. Ephes. 1. *verſ.* 14. & apud Damaſce. in precatione qua petit, vt particeps fiat diuinorum, & viuificorum myſteriorum, ſine condemnatione, nec ad pœnam, *ἀλλ' εἰς ἀῤῥαβῶνα τῆς μελλούσης ζωῆς καὶ βασιλείας; in pignus futuræ vitæ, & regni.* Et quanquam Hierony-
150 mus hanc vocem (quæ non ſolum Græcis, vnde apud Heſych. *προδόματι ἀρραβῶνα*, teſte Iacob. Cuiacio *lib.* 11. *obſ. cap.* 17. ſed etiam Hebræis, Chaldæis, & Latinis vſitata eſt) non debere verti, pignus, arbitratur, cum arrhabo ſit futuræ emptionis, quaſi quoddam teſtimonium, & obligamentum pignus, verò, hoc eſt, ἐνέχυρον pro mutua pecunia deponatur. Vnde etiam ex Suida, & aliis Stephanus indicat, pecuniam ita appellari, quæ in emptionibus primo dependitur, ad fidem maiorem faciendam iis, quæ empta ſunt, perſoluendis: Tamen veriſimilius eſt, & pignoris ſignificatum ab illa voce non eſſe alienum, eaque ſignificari, præſertim apud Hebræos, omne id, quo confirmatur promiſſio. Recenſet etiam VVolfgang. Lazius *lib.* 1. *comen. Reipub. Roman. c.* 2. *mihi pag.* 28. inter ciuitates limitaneas, vrbem quæ Arrhabo dicta fuit, quod obiter ſaltem hic monere volui.

151 Decimoqvarto adfines ſunt † fideiuſſoribus illi ipſi, quos dixi, Obſides, qui inter belli duces, vel in obſidione, pro ſtrictius ſeruandis capitulationibus dari ſolent. *Gail. lib.* 2. *de pace pub. c.* 2. *n.* 11. Sed quia de his ſupra *d. c.* 10. *nu.* 280. *& ſeqq.* ſatis copioſè egi, nolo hoc loco prolixiorem ſermonem denuò inſtituere: Adiicio ſaltem locum vnum ex Liuio *decad. tertia, lib. quarto. in princip.* ubi de Brutiis loquens, aſtruit: Obſidibus datis eorum, quorum obſides ſunt propinqui, animos quaſi pignoratos teneri. Et dicit Zaſius *in tract de Iudeis, q.* 3. *in pr.* Quod in quocunque debito pecuniario liberum hominem obſidem dare hodie vſurpatum ſit.

152 Decimoqvinto non † ſolum emptioni ac venditioni: ſed, & fideiuſſionis contractui aliquomodo affinis eſt aſſecuratio, quam Hiſpani vulgo ſeguros de mercadores appellant, qua quis alienarum rerum, ſiue mari, ſiue terra exportandarum periculum in ſe ſuſcipit, de qua prolixe Beneuen. Straha *in tract. de aſſecurat. in præfat. num.* 45. Petr. Santerna vel Santarenenſis *in tract. de aſſecurat.* Camil. Borel. *in controuerſia.* 47. *n.* 6. Seba. Medices *de caſibus fortuitis, p.* 1. *q.* 11. *nu.* 21. Anton. de Gamma *deciſ. Luſitania* 181. Aluar. Valaſcus *in conſultat. regni Luſitaniæ conſultat.* 18. *n.* 1.

Dd

Dn. Rutger. Ruland. *in perpolito, & practico ſuo tracta. in de Commiſſariis, p.3. lib.3. c.15. per tot.* Celebraturq; hoc caſu revera contractus innominatus: Facio, vt des. Nauta enim, merces tuas Hamburgi forte in nauem ſuſcipiens, facit, vt illæ ſaluæ, & incolumes ad portum Vlyſſiboneníem perferantur, & exponantur: Tu, viciſſim illi aliquot nummos aureos propter ſuſceptum periculum das, & numeras, vt ita ille ipſe nauta, merces tuas ſua fide periculo, ſuſcepiſſe non inconuenienter dici poſſit, prout nouiter deduxit Petrus Auguſtinus Morla *in emporio iuris, part.1. tit.8. q.25. n.15.* vbi etiam Rotam Genucutem *in deciſ.3. n.28. & deciſ.25. n.1.* allegat.

CAPVT XIX.

De contrariis fidejuſſionis.

SVMMARIA.

1 *Error contrarius eſt fideiuſſioni. Ætiologia ponitur. nu. 2. & 3.*

4 *Fideiuſſio error vel eius vel facti contracta, nulla eſt. & num.6.*

5 *Fideiuſſor obligationi præſcriptæ accedere nequit.*

7 *Error eſt priuatio veritatis cauſata intellectu propter falſam imaginationem.*

8 *Errare eſt aliud pro alio putare.*

9 *Fideiuſſor de iudicio ſiſti, & iudicato ſoluendo ſi erret, paratam exceptionem habet.*

10 *Fideiuſſor, qui per errorem ſe obligauit, oppoſita doli mali exceptione ſe à fideiuſſione liberare, vel etiam, vt obligatio ſibi accepto feratur, condicere poteſt.*

11 *Conſortibus pluribus exiſtentibus, ſi quidem conſentiant, alij errent, id quod actum eſt, non valent. Secus eſt in pluribus confideiuſſoribus. 12.*

13 *Clauſula Sciens ſe non teneri, ſed teneri, & efficaciter obligari volens: omnem erroris ignorantiæve allegationem excludit.*

14 *Fideiuſſor errorem ſuum reſciſcens, ſed nihilominus in obligatione perſeuerans, obligationem ratificaſſe dicitur.*

15 *Dolus, vis, & metus contrariantur fideiuſſioni.*

16 *Conſenſui nihil tam contrarium eſt, quam vis, & metus.*

17 *Vis maior, & metus vbi adhibentur, perit electio.*

18 *Fideiuſſio metus carceris facta, nullas vires habet.*

19 *Violentos contractus ſeptuaginta Interpretes vocant* [illegible]

20 *Clauſula, Non vi, dolo, aut metu, cuius ſit efficacia, & num.21. 22. 23. & 24.*

25 *Fraus fideiuſſionis eſt contraria, quando ab ipſo fideiuſſore proficiſcitur.*

26 *Fraus non poteſt eſſe ſine dolo.*

27 *Hominem ſine fraude vix hodie inuenire licet, non magis, quam piſcem ſine ſpina.*

28 *Fraudis elegans deſcriptio ex Ioan. Bocatio.*

29 *Fideiuſſor inſtrumentum crediti clam auferens, fraudem committit.*

30 *Fideiuſſor obligationem ſiue inſtrumentum ſtudioſe radens, cancellans, lacerans aut comburens, fraudis fit reus.*

31 *Fœdera, inducias, pacta, aſtute contrahere, ſeruare, interpretari, eſt ſceleſtiſſimorum hominum ac vilißimorum procuratorum.*

32 *Fideiuſſores vna cum ſuis patronis, qui inſtrumento crediti varias gloſſas, ſophiſmata, & offucias affingunt, egregie ab auctore perſtringuntur, & numero 34.*

34 *Forum iuſtitiæ, & forum vtilitatis apud Politicos differunt.*

35 *Fides non modo inuiolata tuenda eſt, ſed etiam ab omni ſuſpicione remota.*

36 *Iuriſconſulti eſt artem æqui, & boni profiteri.*

37 *Rhetori conceſſum eſt, ſententiis vti falſis, audacibus, ſub dolis, captioſis. Sed auctori contrarium arridet.*

38 *Ambiguitate verbi non eſt quærendus locus fraudi, vbi veritas quæritur.*

39 *Exempla illorum, qui fraudulenta calliditate, & vaferrima interpretatione iuramenta, obligationes ac promiſſiones ſuas ſunt interpretati, retnißime adferuntur.*

40 *Margaritha Danorum Regina reprehenditur, ex Ioan. Magno.*

41 *Dolus debitoris aliquando etiam fideiuſſionis contractui repugnat. Quod oſtenditur exemplis. n.42. & 43.*

44 *Fruſtratio debitorum, & fideiuſſorum in ſoluendo etiam fideiuſſioni aduerſatur, & num.45. 46. & 47.*

48 *Thomæ Velſæi Legati Apoſtolici conſilium Henrico VIII. Regi Angliæ datum rejicitur, & vice verſa relatio M. Valerij Leuini commendatur.*

49 *Creditor ſolutionem vrgens nequaquam verbis iniurioſis eſt excipiendus.*

50 *Imprudentia Vitellij erga creditores depingitur.*

51 *Fideiuſſionis contractus contrarium eſt ſi fideiuſſor callide efficiat, vt ſibi à iudice ſolutio inhibeatur. Quod ampliatur. num.55. & 56.*

52 *Proteſtatio inhibitoria eius actus ad quem quis obligatus eſt, nullius eſt momenti.*

53 *Iuſſus iudicis per fraudem impetratus ſolutionem inhibere nequit.*

54 *Fideiuſſor inhibitionem ſolutionis procurans, ad damna, intereſſe, & expenſas merito tenetur.*

57 *Inhibitio facta ad inſtantiam principalis, in caſu licito fideiuſſoribus ipſius minime prodeſt.*

58 *Contractus ſi ſit nullus vel legibus improbatus, pro quo fides interpoſita eſt, iudex recte ſolutionem inhibere poteſt.*

59 *Reipublicæ ſi interſit, creditori per fideiuſſorem non ſolui, recte fideiuſſio inhiberi poteſt.*

60 *Debitoribus debitoris noſtri fieri poteſt arreſtum, & denuntiatio, ne ſoluant.*

61 *Depoſitario nemo extrinſecus depoſiti reſtitutionem interdicere poteſt. Ætiologia ponitur. num.62.*

63 *Denuntiationes priuatorum, ne ematur, ne ſoluatur, ne meliorationes rei emphyteuticæ fiant, in multis iuris noſtri locis admittuntur.*

64 *Dilationem ad ſoluendum iudex concedere poteſt.*

65 *Ceſſationis alienæ vitium ad ſtipendium alterius periurore ratio iuris patitur.*

66 *Dilationis cauſa ceſſante debet etiam ceſſare ipſa dilatio.*

67 *Denuntiationes iniuſtæ contemni poſſunt.*

68 *Cautela impediendis inhibitionibus inſeruiens adducitur.*

69 *Negare ſe fideiuſſorem eſſe, fideiuſſionis contractui repugnat.*

70 *Litigare multi malunt, quam bonam fidem agnoſcendo debitum ſoluere.*

71 *Debita priuati iuris non recte denegantur.*

72 *Debitores debita vero liquida adnegantes, creditoribus actione iniuriarum tenentur.*

73 *Inſitiari eſt creditum fraudare.*

74 *Inſitiatio eſt rei debitæ negatio, cum poſcitur.*

75 *Impetratio moratorij reſcripti fideiuſſionis contractui aduerſatur. Quod ampliatur. num.76.*

77 *Tranſactionem fideiuſſione roboratam infringere non licet.*

78 *Guaranda fracta pœna quænam ſit in foro Saxonico.*

79 *Promiſſa non ſeruare, a fideiuſſionis contractu alienum eſt. Et num. 88.*

80 *Fides inter homines concordare debet, ſicut fides cithararum.*

81 *Fides ſana vbi non eſt, ibi nec iuſtitia eſſe poteſt.*

82 *Lex, & iuſtitia ſub fide continentur.*

83 *Fides ſua cuique validiſſimum teſtimonium.*

84 *Fidei incommutabilis eſt omne, quod viuimus.*

85 *Fides ſi non ſeruetur in negotiis peragendis, homines ſegniores redduntur, & commercia frigeſcunt.*

86 *Fidem iam fregiſſe cenſetur, qui vacillat, & deliberat, an ſeruet.*

87 *Facinus ineſt in ipſa dubitatione, etiam ſi ad id non peruenitur.*

89 *Homines iuratas promiſſiones non ſeruantes acerrime perſtringuntur.*

90 *Germani plerique ratione fluxæ fidei taxantur.*

91 *Periurus non debet ſtatim dici, qui ſponſionem ſuam non adimplet.*

92 *Fidem datam dolo malo rumpens fidei ruptæ gratia de dolo actionem ſuſtinere cogitur.*

93 *Fideiuſſor fidem datam rumpens, & non obſeruans, famulis ſcripturis, & picturis diffamari, & traduci non debet. Et num. 97.*

94 *Effigies, nomen, clypeus alicuius effractis feneſtris dehoneſtari non debet. Et num. 98. 99.*

95 *Acclamatione contumelioſa neminem deridere licet.*

96 *Bœoti quomodo debitores non ſoluentes dehoneſtauerint.*

100 *Damnatorum in effigies vt olim ſæuitum fuerit, oſtenditur.*

101 *Statuas, imagines, vel inſignia alicuius concutiens, delens, conflans, vel aliter violans, iniuriarum conueniri poteſt.*

102 *Debitor hodie bonis cedens, nihil vituperabile facere cogitur.*

103 *L. ſi qua in publicis, C. de ſpectaculis, lib. 11. explicatur.*

104 *Proſcenia quænam dicantur, remiſſiue ex Scip. Gentilis.*

105 *Pantomimis ſiue hiſtrionibus Romani imagines, ſiue picturas collocarunt.*

106 *Hiſtriones apud Romanos laudati Pylades, Batyllus, Paris.*

107 *Hiſtriones in magno pretio apud Romanos. Et num. 108.*

109 *Fideiuſſor mediante corporali iuramento promittens, ſe velle obſeruare contractum, & poſtea fidem datam fallens, non improbe periurus dici poteſt.*

110 *Iurans aliquid non facere, ſi facit, infamiam incurrit, & periurus fit.*

111 *Periurus eſt, qui iurat ſoluere in termino, & non ſoluit.*

112 *Fideiuſſor ſoluere non valens, etiamſi maximè ſoluere vellet, periurium incurrit.*

113 *Impoſſibilitas, paupertas, & difficultas, quæ nulla diligentia euitari potuit, a periurio excuſant. Quod ampliatur, num. 114.*

115 *Debitor non tantum impedimentum ſoluendi allegare, ſed etiam illud ipſum dediſſe cauſam non adimplendi probare debet.*

116 *Dolus ſi non interueniat, nemo periurus cenſetur.*

117 *Dolo ceſſante, licet quis in culpa ſit non tamen ſtatim fit periurus.*

118 *Periurare denotat dolum malum.*

119 *Periurium abſque dolo malo commiſſum pœna periurij nequaquam puniri poteſt. Sed declaratur iuxta opinionem Andreæ Kohl. Germani, num. 120.*

121 *Fideiuſſor ex cauſis de iure conceſſis promiſſionem ſuam non adimplens, etiamſi iuramento contrauenias, periurij tamen argui non poteſt.*

122 *Auctoritas legis vel ſuperioris in iuramento ſemper videtur excepta.*

123 *Iurans creditori ſatisfacere tali termino, ſi creditor ipſemet interim condemnatus omnia per confiſcationem amittat, ſimul liberatur.*

124 *Iurans intra certum diem ſoluere creditori, excuſatur a periurio, ſi iudex ei præceperit, ne ſoluat. Quod ampliatur, num 125 Et rurſus declaratur, n. 126.*

127 *Mercator promittens in nundinis ſoluere 100. dummodo commode poſſit, non dicitur commode poſſe, ſi merces ibidem emere ei non ſit liberum, & referre domum.*

128 *Fideiuſſor in periurium non incidit, ſi adueniente die ſolutionis faciendæ creditor ipſi, vel iuramentum remittat, vel dilationem ad ſoluendum indulgeat.*

129 *Periurium iam incurſum remitti nequit.*

130 *Iuramenti ad commodum hominis præſtiti effectus, etiam ab homine rurſus recte vel differri, vel remitti poteſt.*

131 *Debitor primam dilationem tranſgreſſus, commodo ſequentium dilationum priuatur.*

132 *Periurij pœnam euitare licet ex æquitate Canonica, moram purgando, ſi ius partis aduerſæ non ſit factum deterius. Quod ampliatur, n. 133. Sed vide n. 135.*

134 *Clauſula infra octo, vel 14. diebus, qui vocati ſunt compareant ad faciendam ſolutionem, cuius ſit importantiæ. Et n. 136.*

137 *Periurus an ſtatim infamis fiat? Hugo Donellus, & Bertazol. de infamia facti largiuntur. Sed communis opinio etiam de infamia iuris intelligit. n. 138.*

139 *Leges Torneamentorum quomodo puniant periuros, qui ſine honore, & exiſtimatione, ac fœdifragus haſtiludium non ingreditur.*

140 *Obligatio, qua quis promittit, ſe velle eſſe ſceleſtum, & infamem, niſi ſoluat, niſi fideiuſſorem liberet, quatenus ſubſtantia, prolixe diſcutitur. Et num. 150.*

141 *Milites ſacramentum per Deos præſtabant gladiis ſolenniter ceruicibus ſuis admotis, cum dira deuotione capitum ad quæuis infortunia.*

142 *Nouella 8 adducitur.*

143 *Iuramenti per Iouem lapidem apud veteres vſitati formula adfertur. Et n. 144.*

145 *Fœdera aliquando execrationibus ſanciebantur, etiam apud Tartaros, num 146.*

147 *Barbæ raſuram olim Saraceni, Germani, & alij deuouerunt.*

148 *Votum diabolicum Ieſabelis reprehenditur.*

149 *Barbam alere, per ſe non eſt prohibitum.*

151 *Famæ & honoris ſui non magis, quam membrorum ſuorum quis eſt dominus.*

152 *Infamiam ſibi nemo vel ex pacto, vel ex ſtipulatione irrogare poteſt.*

153 *Infamia non irrogatur, niſi in caſibus iure expreſſis.*

154 *Fama, & vita æquiparantur. Et num. 155 & 156.*

157 *Turpes ſtipulationes nullius ſunt momenti.*

158 *Fideiuſſores promittentes, ſe niſi promiſſa ſeruauerint, ſceleſtos, mendaces, & infames eſſe velle, reipſa & hominum opinione infamiam incurrunt. Quod confirmatur num. 159. 160. & 161.*

162 *Iuret id dolo, qui aliter facturus eſt, quam promittit. Et num. 163. & 164.*

165 *Infamis non ſtatim declarandus eſt, quem creditor pro infami defert.*

166 *Stipulatio pœnalis propter difficultatem impeditur.*

Hactenus

HActenus oſtenſum eſt, quomodo fideiuſſioni contractus conſtituatur. Quia vero nihil tam firmum reperitur, quin contrariam repugnantiam habeat, ideo non incommodum viſum fuit, ſubiungere, quænam præcipuè fideiuſſioni vel iam contractæ, vel adhuc contrahendæ aduerſentur.

PRIMO igitur fideiuſſioni, vt & aliis contractibus (ſiue contingat circa perſonam, ſiue circa cauſam, ſiue circa rem, vt oſtendit Sebaſt. Medices *in tracta. de fortuitis caſibus,part.1.quæſt.2.num.23.*) contrarius
1 eſt † error. Cum enim demens ſit, qui fidem præſtat erranti *Seneca lib. 4. de beneficiis, cap. 36.* atque
2 omnia, † quæ animi deſtinatione agenda ſunt, non niſi vera, & certa ſcientia perfici queant, *l.in totum 77.ff.de regu.iur.* nullus quoque vel in iure vel in fa-
3 cto † errantis ſit conſenſus, nulla voluntas, *l. ſi per errorem,ff.de iuriſd.l.cum teſtamentum, C.de iuris, & facti ignorantia,l.ſed hoc ita 20.ff.de aqua arcend.l.non idcirco,C.de iuris, & fact.ignor. Ancharan. conſ. 228. num.2.Harman. Vulteius in l.1.num.177. C.de iuriſd.*
4 conſtat vtique & † fideiuſſionem (quæ contractus eſt † errore, vel iuris, vel facti contractam, & initam nullam eſſe, *per tex. in l. ſi quis.37. ff.de fideiuſſ.* vbi Paulus ex hac ratione, quod nimirum erroris nulla ſit fideiuſſio, decidit, ſi quis, poſtquam tranſacto tempore liberatus eſſet, fideiuſſorem dederit, fideiuſſorem non teneri, errat enim debitor in principali obligatione, cui fideiuſſor accedere debebat, & ſic
5 error in iure committitur, cum obligationi præſcriptæ fideiuſſor accedere de iure non poſſit Bald.*in l. eam mandatori,col 2.C.de non num pecu.* Balb *de præſcrip.p.1.princ.q 6. num. 3.* Alciat. *in Rubr. de præſc. num 46.* Ferd. Vaſq. *in illuſt.quæſt.q.53.* Pett. Gilken. *de præſcrip.1.c 4.num.10.*
6 Idem planè † in errore quoque facti admittendum cenſeo, puta ſi fideiuſſor putet ſummam, pro qua fidem ſuam interponit, eſſe tantum centum Ioachimicorum, cum ſit quingentorum. Eſt enim hic error in materia ſiue ſumma, qui contractum vitiat, *l. ſi ſterilis,§.quamuis,ff de act.empt.l.cum ab eo,§ ſi ff.contrah.empt.Ioan.Bernar.Diaz. reg.247.* Et ideo rectè
7 alibi dicitur, quod † error eſt priuatio veritatis cauſata intellectu, propter falſam imaginationem Paul. Grilland *de quæſt.ad tortur.n.10.* Bald.*in l.ea quidem,*
8 *nu. 11. C. qui accu. poſſ.* Errare ſiquidem † eſt aliud pro alio putare. Spec.*in tit.de confeſſ.§.2.num.2.* Lamberteng *in tract.de iure patron.artic 13. quæſt. 2. num. 2. lib.2.* Ioan.Goddæus *de contrah. ſtipul. c.3. n.6.7. & 8.*
6 Et hoc non † tantum fideiuſſione pro contractu interpoſita: ſed & fideiuſſione de iudicio ſiſti, & iudicato ſoluendo obtinere, erroremque attendendum eſſe, qui contractui promiſſionique cauſam dedit, ſatis probat text.*in l.ſed etſi.§. vlt. ſi quis cautionibus.* Imol. *in l quidam conſulebant,nu.41.* & ibidem Alex. *num.24 ff.de re iud.* Felin.*in cap. inter monaſterium, n.9.extr.eod.tit.* Menoch.*de præſumpt.lib.2.præſumpt. 19. num.19.*

Et hoc amplius iſte error non tantum ratione ip-
10 ſius debitoris, verum etiam † reſpectu fideiuſſoris conſideratur, adeo, vt fideiuſſor, quis per errorem ſe obligauit, oppoſita doli mali exceptione ſe à fideiuſſione liberare, vel etiam, vt obligatio ſibi accepto feratur, condicere poſſit, *l. fideiuſſor, 32. ff de negot. geſt.l.ſi in debitam,C.de fideiuſſ.*

Quid autem dicendum erit, ſi plures ſint fideiuſſores, quorum alij conſenſerint, alij errauerint, num errantibus de errore commiſſo excipientibus, nihilominus illi, qui conſenſerunt, obligati manè-
11 bunt. Certè, ſi plures ſint † eiuſdem litis conſortes, de quibus alij conſentiant, alij errent, id quod actum eſt non valere, tradidit Herman. Vulteius, *in l. 1. n.*
12 *179.C.de iuriſdict.* verum enimvero † in fideiuſſoribus pluribus forte aliud ſtatuendum erit, præſertim ſi beneficio excuſſionis, diuiſionis, & reliquis omnibus exceptionibus competentibus, veluti doli mali, erroris, ſimulati contractus, ſimiliter renuntiauerint. Cum enim horum quilibet in ſolidum ſit obligatus, nec beneficio diuiſionis ſe tueri poſſit, fruſtra de errore, non à ſeipſo, ſed per confideiuſſores forſitan commiſſo excipit, maximè, quia factum fideiuſſoris, neque prodeſſe, neque nocere ſolet confideiuſſori, *l.fideiuſſoris 24 ff de pact.Petr. Heigeus,q.37.n.30.*
13 Cæterum, ſi vel debitor † vel etiam fideiuſſor in inſtrumento obligationis fateantur, ſe de negotio certificatos eſſe per hanc vel ſimilem clauſulam: *Scieas ſe non teneri, ſed teneri, & efficaciter obligari volens:* tunc iſta confeſſio omnem erroris ignorantiæve allegationem excludit, argumento eorum, quæ tradit Bald *in l.2.num.10.C.de reſcind.vend.* Alex. *conſ.42.n. 7.lib.1.* late Ioan. Cæphalus *in conſ.210.n.7; lib.2.* Bertazol *in tract.clauſ.inſtru.clauſ.39.glo.3.n.1.*
14 Sic † fideiuſſor, qui à principio quidem errabat, poſtea id reſciſcat, & nihilominus errorem non reuocet, ſed in obligatione perſeveret, nullus amplius eſt erroris effectus, quo minus obligatio dicatur ratificata ex poſt facto, argumento eorum quæ tradit Zaſius *in d.l.ſi per errorem,num.26.ff.de iuriſd per glo. in l.1.verbo inchoata,C.vbi de crim. agi opor. D. Vulteius d.l.1.num.180.C.de iuriſd.*
15 SECVNDO fideiuſſioni, † tam reſpectu debitoris, quam fideiuſſoris contrariatur creditoris dolus, vis & metus. Cum enim debitoris, & fideiuſſoris cõſenſu fideiuſſio cum creditore per ſtipulationem contrahatur, certè dolus, vis & metus abeſſe debent, *l.3.l. 5.C.de inutil.ſtipul.* Io.Godd.*de contrah.ſtipul.c.3.conc. 7.nu.91. & ſeqq.* vbi fuſiſſimè hanc materiam tracta-
16 uit. Nihil etenim conſenſui † tam contrarium eſt, quam vis, & metus, *l.nihil conſenſu,ff.de regulis iuris, l.ſi donationis,Cod.de his,quæ in metuſue cauſa.* Et vbi
17 vis maior, & metus adhibentur perit electio, nemoq; id accipiendo obligatur, quod illi repudiare non licuit. *Seneca de benefic.lib.2.cap.18.ad fin.* Et ideo Gui-
18 do Papæ *quæſt.253.*decidit: Quod fideiuſſio metu † carceris facta nullas vires habeat, de qua re tamen latius poſt alios agit Peckius *in tract. de iure ſiſtendi, cap.43.* ad quem, vt & ad ea, quæ infra *cap.20 §.17.n. 1.ſequent.* dico, lectorem remitiſſe ſufficiat. Certè ta-
19 les † violenti contractus, quos ſeptuaginta Interpretes στραγγαλιὰς βιαίων συναλλαγμάτων, item συγγραφὴν ἄδικον vocant, etiam iure diuino improbantur, Iſaiæ *cap. 58 verſicul.6.* vbi Cyrillus *comment. lib.5.tomo 3.mihi, iuxta verſionem Hunfredianam, pagina 387.* illud ipſum his verbis notat: *Diſſolue,* inquit Propheta, *nodos violentorum contractuum Contractus violentos, & nodos ſeuitia plenos eſſe dicimus, qui in negotiationique fiunt, & in aliis, quæ vocantur in dando, & accipiendo commercia, quæ quæſtus quoſdam habent, & eos turpis lucri amatores eſſe arguunt, qui ea ſolẽt agere. Conſciende,* inquit porrò Propheta, *omnem iniuſtam ſyngrapham, vt opinor, fenerantium libellos dicit, ſæpe compoſitos coacervandarum pecuniarum cauſa, quas parit ſyngrapha* Hæc Cyrillus.
20 Et quanquam vulgo putent, † ſi inſtrumento reperiatur hæc clauſula: Non vi, dolo, aut metu, ſed ſponte, quod ea ea probetur libera ac ſpontanea voluntas, metuſque excludatur, maximè accedente iuramento,

iuramento. *Abbas in c.ſollicite.n.16.in fin. lib.3. Ioan.*
Neniz.conſ.46.n.22.& 36. Obſeruandum tamen eſt
hanc clauſulam non eſſe tanti momenti, vt contra
21 hiſcere non liceat. Primo, ob id, quod † iſta clauſu-
la, vt plurimum ex conſuetudine Notariorum appo-
nitur, adeoque parum operatur, ex doctrina Bart. *in*
l.1.q 6 ff.de iure codic. Collegium Bononienſe *in re-*
22 *ſpon.4.cauſa Finarienſ.n.34.* Deinde etiam hæc ipſa †
clauſula operatur tantum in dubio, quando de metu
non conſtat, ſed quando metus vere iuſtificatur, nul-
23 lius eſt efficaciæ, quoniam eodem † metu, quo quis
inducitur ad contrahendum, vt ex Io. de Imol. Ang.
& Crauet. declarat Ioan. Vinc. Hondedæus *conſult.*
24 *23.n.43.& conſult.29.a.50.& 51.vol.1.* Vnde qua ra-
tione † non tenet contractus metu geſtus, eandem
quoque ratione clauſulæ illæ acceſſoriæ, adjici con-
ſuetæ eodem vitio laborant, vt ſtatuit Bononienſe
in d. reſponſ.4.n.35. Menoch. *de præſump.lib.3.præſum.*
126.n.30.part.1.
25 Tertio † fideiuſſioni contraria eſt fraus, quæ &
ipſa dolus eſt, *l ſi fraudator 25.ff quæ in frau. cred.gl.l.*
dolum, C.de dolo malo. Tho. Aquin. *2.2.q.55.art.5.* dicẽs
26 ibi, quod † fraus non poſſit eſſe dolo, ſed bene dolus
ſine fraude, & quod fraudi inſit dolus, ſicut ſpecies
generi, quod etiam probauit Bald. *in leg quæ fortuitis*
in 2.col.verſ.præmitto.C.de pign.act. Pet. Foller. *in ad-*
dit.ad Marant.in 4.part.princ.diſtin.11. n. 29. Illaque
27 ipſa hodie tam frequens eſt, vt quemadmodum piſ-
cem ſine ſpina, ſic hominem ſine fraude inuenire vix
liceat, ſicut ex Æliano refert Maſcar. *de prob. concl.*
815. & Io. Bonifac. *in tract.de furt.§.fraudulosa, nu.5.*
Quia verò Ioan. Bocatius *de caſib. viror. illuſt. lib.2.*
28 *c. 23.* elegantiſſimè fraudem † deſcripſit, in gratiam
lectoris non poſſum non ipſius formalia verba adji-
cere: *Eſt,* inquit, *fraus ſpecies peſſima mali, nam facie*
placita, mellitis verbis, & humilis incedens gradu pri-
uigili, ſemper ſynceræ inſidiatur fidei, & vt plurimum
ad aculeos veneniferos infigendos pro inſtrumento ſuper-
ficietenus vtitur Deo Hæc enim tanti roboris eſt, aſtu-
tus ſit artifex, vt venerandam legum poteſtatem proſter-
nat, mortalium ſapientiam fallat, armorum vim atque
potentiam frangat artem decipiat, omnem vigilantiam
perſæpe confundat. Hanc ſummè ignaui, puſillanimes
atque vecordes homines colunt, eo quod nulla virtutis
vigor illis ſit. Quæ, etſi honeſta ſub pallio loqueos verſu-
tias, diſcipulaſq; ſemper egerat, & nonnunquã credulam
ſimplicitatem fidei ſub pedib. conterat; frequenter ta-
men ſuo artifici ruinam ſtruit, & in eundem, quæ in alte-
rum iniecerat, venena retorquet. Hactenus Bocatius.
Multis autem modis à debitore, & fideiuſſore fraus
29 cõmitti poteſt. Quid enim † inſtrumentum fideiuſ-
ſionis, vel apud creditorem exiſtens, vel apud alium
depoſitum, fideiuſſor clam amoueat, & auferat? Hic
vtique contra promiſſionem ſuam agit, & fidem rũ-
pit, *arg.l.qui tabulas, & in l.quidam tabularum, ff.de*
furt.l.1.§.is qui depoſita, ff.ad l.Corn.de falſ.cum ſimil.
30 Sic ſi † fraudulenter, & ſtudioſe vt vulgo loquuntur,
obligationis inſtrumentum, vel debitor, vel fideiuſ-
ſor radant, cancellent, vel etiam lacerent, & combu-
rant, contra fidem datam agunt, poteſtq; contra eos
nihilominus debitum per iuramentum probari, per
ea quæ ſcribit Bald. *l.1.n.1.& 2.C.de fid.inſtr.* Io. Bapt.
Plot. *in tract.de in lit.iur.§.35.a.4.& §.43.n.2.* Rom. *in*
ſing.395.incip.Dum aliquẽ late Maſc. *de prob.concl.961:*
31 Sicut † etiam fœdera inducias, pacta aſtu re con-
trahere, ſeruare, interpretari, magnorum virorum, &
bonorum dignitati valde repugnat, & ſceleſtiſſimo-
rum hominum, ac viliſſimorum procuratorum eſt,
vt ait VVaremun. de Erenberg. *in meditam. pro fu-*
derib.cap.3.num.13.mihi pag. 305. quod egregie quo-
que comprobat Innocent. Gentiletus *comment. de*
regno adminiſt.lib.3.theor.18.19.& 21. Ita etiam merito
32 ad hanc tertiam claſſem † illi fideiuſſores, vna cum
ſuis Machiauelliticis Aduocatis, & patronis, refe-
runtur, qui quam primum ratione obligationum,
ſuarum conueniuntur, non imitantur illud Tobiæ,
cap.5.verſ.3. ſed ſpreto iuramento, quod ſumpta lau-
33 rea Doctorali perſtiterunt, neglectoque foro † iuſti-
tiæ, in forum vtilitatis, in quo nihil honeſtum, vel
iuſtum eſt, niſi quod eſt vtile, de quo Bodinus *lib. 1.*
de repub.c.8.mihi pag.154. tranſiliunt, ſtatimque ge-
nerali præcepta artis deceptoriæ ad manum ſumunt,
& proinde (ceu eſt apud Senec. *in Hercule furenſe,*
& Apuleium *Apologia.*) clamoſi rabioſa fori iurgia
vendentes, iras, & verba locantes, audaciter per-
ierant, fidem & promiſſa frangunt, obligationes ſuas
callidè, malitioſè, & veteratoriè interpretantur, &
neſcio quas tendiculas, gloſſas, ſophiſmata, cauillos,
ſtrophas, & offucias vafras illis affingunt, imo (quod
34 omnem † nequitiam ſuperat) gloriari audeant, nul-
lam eſſe debere obligationem tam firmam, quam in
dubium reuocare non valeant, quia multa ſunt, quæ
in dubium reuocari poſſunt, & de illis hæſitari. O
monſtra hominum, fuſtibus mage, quam Doctorali-
bus infulis digna. Hominum, inquam, verſipellium
qui linguæ ſuæ virus alieno dolori locent, qui do-
cuerunt linguas ſuas loqui mendacium, diſerti ad-
uerſus iuſtitiam, eruditi pro falſitate, qui ſapientes
ſunt, vt faciant malum, eloquentes, vt impugnent
verum, vt ait D. Bernhar. ad Eugen. *lib. 1. cap. 9. Hi*
ſunt, quorum ſi nares afflauerit, cuiuſquam rubiginoſi
aura marſupij, confeſtim videbis illic oculos Argi, ma-
nus Briari, Sphygum. vngues, periuria Laomedontis,
Vlyſſis argutias, Sinonis fallacias, fidem Polymneſtoris,
& Pygmalionis adhiberi, teſte Caſſid. ſuper Pſalm. 73.
35 Quanto rectius Callicrates apud Liuium: Non †
modo fidem inuiolatam tueri oportere, ſed etiam
ab omni ſuſpicione remotam. Et quia præterea IC.
36 eſt artem æqui, & boni profiteri, *l.1.ff.de iuſt.& iure,*
quæ veritatem amant, cauillationes vero odit, *l pen.*
verſ.non oportere ius ciuile, ff. ad exhib. Idcirco eius
profeſſio, & officium poſtulat, vt ab omni cauilla-
tione, fallacia, fraude, machinatione, & ſi quæ eius
generis ſunt, prorſus abſtineat. *Ioan.Godda, in l.na-*
tura cauillationis 177.num.7.& 8.ff. de verb ſig. Nec
debitores inſtituat, quibus artibus, & technis credi-
tores deludere, vel promiſſa fidemque datam infrin-
gere, & conuellere debeant, quin potius hoc perfi-
dioſum nefariumque eſſe ducat, quicunque tandem
color, vel prætextus huic rei excuſandæ inducatur,
vt ait Andreas Rauchbar. *part.1.quæſt. ſuar.q. 18. in*
37 *pr.* Etſi enim T. Caſtritius † putauit, Rhetori con-
ceſſum eſſe ſententiis vti falſis, audacibus ſubdolis,
captioſis, ſi modo veriſimiles ſint, & poſſint ad mo-
uendos hominum animos qualicunque aſtu irrepe-
re; Ego tamen ICto potius Q. Metellum Numidi-
cum imitandum eſſe cenſeo, qui exiſtimabat, virum
grauitate, & fide præditum decere, nihil aliud dicere,
quam quod verum ſibi eſſe, atque omnibus videatur.
38 *Agellius lib. 1. cap.6.* Ambiguitate † namque verbi
non eſt quærendus locus fraudi, vbi veritas quæritur
39 *lib.12.epiſt.epiſt.84.* Qui verò † exempla cupit illo-
rum, qui fraudulenta calliditate, & commentitia va-
fritie, interpretatione, iuramenta, obligationes, ac
promiſſiones ſuas ſunt interpretati, is legat Agell.
lib.7. cap.18. Ioan. Bodin. *de Repub. libro 5. cap. 6.*
Philip. Camer. *in oper. ſucciſ. cent. 2. cap. 77.* Alciat.
de ſingul.certam, cap.17. Ioan. Magnum *lib. 12. cap.*
20.mihi

40 20.*mihi pag.*90.vbi citat verba † Margaritæ Danorum,& Norvvegiorum Reginę,quæ ex Proceribus, iuſiurandum illi obiicientibus, & diplomata ſua vrgentibus,iocosè quæſiuit : Habetiſne vns literas noſtras optimè ſcriptas, & obſignatas ? Habemus, inquiunt. Et illa rurſus reſpondit : Literas vobis datas diligenter cuſtodite,nos caſtra, ciuitates, & omnes regnorum noſtrorum partes diligentius obſeruabimus. Poſt quæ verba merito prædictus. Ioan. Magnus in hanc expoſtulationem cum ſtomacho erumpit : Quid aliud ſunt Principes,& Magiſtratus,poſtquam iuſiurandum ſponte violaverint,aut pro ioco habuerint,quam prædones, & ſuorum ſubditorum hoſtes ?

41 Quarto † fideiuſſionis contractui etiam repugnat dolus ipſius debitoris,puta,ſi blandis,& doloſis verbis aliquem inducat,vt fidem ſuam pro ipſo inter-
42 ponat. Quid enim † fideiuſſor ſub tali conditione fideiubeat,vt ſibi pro indẽnitate prius pignora,vel hypothecæ tradantur,idque poſteà non fiat ? Sat è iſto caſu in dolo verſatur debitor,vt ſupr. *c.11.num.*204.
43 pluribus explicaui. Quin etiam † ſæpiſſimè a debitore fideiuſſor fallitur,eo ipſo, quod ſanctè ſancteq; promittit, ſe fideiuſſorem ſtatim, vel poſt certum tempus ad obligatione liberare, & eximere velle ; Nam raro promiſſionem illam adimplet debitor, ſed beneficij officioſique auxilij planè oblitus, fideiuſſorem obligatum per aliquot annos relinquit, *vt text.in l.vlt.ff.de contrah.empt.Syrac.cap.*19. *verſ.*26. adeo,vt de his debitoribus,qui amicos ſuos, fidem pro ipſis interponentes,tam doluſè deſerunt merito dici poſſit, illos ita in promiſſa liberatione ſe gerere :

Vt neque eos conſuetudo,neque amor,neque pudor
Commoueat neque commoneat, vt ſervent fidem.

Quemadmodum alibi in ſimili ait apud Terentium Pamphilus : Et ad idem alludens Cato :

Rem tibi promiſſam certe promittere noli,
Rara fides ideo,qui multi multa loquuntur.

44 Cui non malè adjicitur etiam † fruſtratio debitorum,& fideiuſſorum in ſoluendo, qua nimirum efficiunt,ne ſecum agi,vel debitum obtineri poſſit, *argum. l.fin.ff.de procurator,l.*3.*ff.de iudic.*puta, ſi tergiuerſentur, & tanquam veſpertiliones ſubterfugiant creditorem,ſi lateant circa columnas, *l.cum qui* 36. *ff.de reb.auct.iud.poſſ.*vel ſtationibus & circulis hominum,occultandi cauſa,ſe immiſceant, *l.Fulcinius* 4.*illud ſciendum.ff.qui ex cauſ. in poſſ. eat.* Marquard. Frenerus *de fam.publ.lib.*2.*c.*13. *nu.* 13. Petr. Heigius *par* 1.*q.*35.*num.*9. *& ſeqq.* Quorum certè cantilena apud Teren,*in Adelph. act* 2.*ſcena* 1. his verbis apte depicta eſt :

— De argento ſomnium, mox cras redi.

45 Quinimò † hoc genus debitorum,& fideiuſſorum qui tot fidei vinculis aſtringi non poſſunt, quin rimam aliquam reperiant,per quam elabantur,ab Horatio non inſcite comparatur Protheo *Satyr.*4 *lib.*2. dum inquit :

—— Conſum adde catenas,
Effugiet tamen hac ſceleratus Vincula Protheus,
Cum rapies in iura malis ridentem alienis,
Fiet aper,modo auis,modo ſaxum,& cũ volet arbor.

46 In † quos tricones,& moratores etiam non immerito inuehitur Regius Vates in *Palmo* 7. cum inquit. *Impius æs alienum conflat,nec diſſoluit, iuſtus vero beneficus eſt,& dat.* Quod ita vertit Mauritius Haſſiæ Langrauius Princeps laudatiſſimus;

Iniuſtus cumulans alienum æs ſoluere non vult,
Mens pia dans gratis debita ſponte refert.

47 Proinde † fideiuſſores ſi modo officio boni viri fungi velint, audiant monitum Ambroſij *lib.de Tob. c.*8.dicentis : *Dum adis cum aduerſario tuo ad magiſtratum, da operam liberari ab illo, ne forte producat te ad iudicem,& iudex tradat te exactori, & exactor mittat in carcerem.* Audiant, & monitum Martialis ;

Et iudex petit, & petit patronus,
Soluas, cenſeo, Sexte creditori.

48 Quis igitur † iure non reprehendat factum Thomę Volſæi Legati Apoſtolici,qui Henrico VIII.Anglorum Regi,anno 1514. bellu Gallico exhauſto, & à populo,& locupletibus pecunias mutuas accipienti, datis viciſſim ſyngraphis, vt ſuo tempore redderet omnibus, quidquid mutuatus eſſet,conſilium dedit, ne tempore ſolutioni deſtinato quidquam ſolueret, prædicans,neminem hominum repertiurum eſſe id, quod gratuito Principi ſuo æque de omnibus bene merito,ante dediſſet,ſed interim non cogitans,quanta macula nomini regio propter fractam fidem aſpergeretur,vt actor eſt Polydorus Vergilius *lib.* 27. *hiſtoria Anglicana.* Quis vice verſa non ampliſſima prædicatione dignam putet relationem M. Valerij Leuini,apud Liuium *dec.*3.*lib.*9.*mihi pag.*211.qui priuatis collatas pecunias,ſe hac M. Claudio Conſule reddi tandem æquum eſſe dixit,nec mirari quemquã debere;in publica obligata fide tuam præcipuam curam eſſe. Nam præterquam,quod aliquid propriè ad Conſulem eius anni, quo collatæ pecuniæ eſſent, pertinere etiam ſe auctorem ita conferendi fuiſſe in inopia ærarij,nec plebe ad tributum ſufficiente ?

49 Sanè † ſi fideiuſſores conuenti non ſolum,vt dixi, malitioſa procraſtinatione ſolutionem protrahant, & fruſtrentur ; verum etiam creditorem iniurioſis verbis excipiant,qui non dicam illos extreme impudentes eſſe,& merito in illos quadrare illud Senecæ *[illegible] de conſolat ad Martiam capite* 10. dicentis. *Nos oportet in promptu habere,quæ in certum diem data ſunt, & appellates ſine querela reddere. Peſſimi eſt debitoris creditori facere conuicium.* Et dicit idem Seneca *lib.*3.*de beneſic.c.*14 *Æquiſſima vox eſt, & ius gentium præ ſe ferens. Redde quod debes.* Et rurſus *lib.*4.*c.*17 *Quæ iactatio eſt, ſoluiſſe, quæ debebas ?* Ac valdè appoſite illud ipſum confirmat Brutus apud Ciceron *Epiſt.ad Brutum lib.*2. *epiſt.* 116. his verbis : *Benefacta pro debitis exigimus, quæ ſi aliter eueniunt, vt decepti ab his,infeſto animo reprehendimus.* Mo-
50 rabilis igitur fuit impudentia † Vitellij,qui à Galba in Germaniam inferiorem miſſus, creditorum quidem præſtolantium,ac detinentium turbam,& in iis Sinueſſanos,Formianoſque, quorum publica vectigalia interuerterat, non niſi terrore calumniæ amouit : cum libertino cuidam acerbius debitum repoſcenti iniuriarum formulam, quaſi calce ab eo percuſſus, intendiſſet, nec aliter quam extorris quinquaginta ſeſtertiis remiſiſſe,vt legimus apud Sueton. *in Vitellio, cap.* 7.

51 Quinto † fideiuſſionis contractui aduerſatur, ſi fideiuſſor,non quidem apertè ſolutionem denegit,ſed interim tamen callide efficiat,vt ſibi à iudice ſolutio
52 inhibeatur. Quia enim proteſtatio inhibitoria eius actus,ad quem quis obligatus,eſt,nullius eſt momenti, *l.verum,vbi Bartol.ff.de conſtit pecun.* non poteſt vti-
53 que vllus iudicis † per fraudem impetratus ſolutionem inhibere,ad quem fideiuſſor alioquin eſt obligatus,*Bald.in l.vlt.ff.de leg.commiſſ.* Felin.*in c. conſtitutus.*

6ri S.

Digitized by Google

*col.*8.& ibi etiam Anton.de Bu.*col.*2.*de reſc.*pulchrè
Lucas de Penna *in l.*1.*n.*5.*&* 6.*C.qui milit.poſſ.lib.*12.
Modeſt.Piſtor.*conſ.*24.*n.*27.*&* 28. *par.* 1. qui ita do-
ctrinam Alberici & Iaſonis *in l.fin.ff.qui ſatiſd.coga.*
declarant,& faciunt ea,quæ in ſimili tradit Cæpolla
cautela 131. *Multi emptores* Bertazolius *in repet. l.ſi*
*quis maior.n.*460.*C.de tranſact.* Laur.Tenninus Ro-
dulphus *in tract.cautel.caut.*76.*n.*3.*verſ.quatenus au-*
*tem.*Idque adeo verum eſſe exiſtimo, vt fideiuſſor
54 tali inhibitioni † cauſam dans, etiam ad damna, in-
tereſſe,& expenſas merito teneatur, per doctrinam
gloſſa finalis *in c.ſi canonici,§.ſi autem, de offic. ordin.*
in 6.dicentis,eum,qui cauſam præbet interdicto, te-
neri ad reſtitutionem damnorum,quæ Eccleſiæ, mo-
naſteria,& hoſpitalia illius loci,occaſione interdicti,
in eleemoſynis, & oblationibus paſſa ſunt. Quod
etiam poſt Archidiaconum probauit Corraſius *in l.*
ſeruitutes 3.*§.interualla num.*6.*ff. de ſeruitut.* allegans
tex.in l.nam.& ſeruus in prin.ff.de de negot. geſt.l.qui
occidit,§.in hac verſic.nam.& qui ff.ad l.Aquil. ac ſpe-
ctant huc tradita inferius *c.*24. *num.*66.

Poteſt autem hæc inhibitio non tantum directo,
55 ſed & per indirectum fieri. Ponamus exemplum † in
ſtudioſo,qui in Academia fideiuſſit,& iurauit credi-
tori non exire ciuitate, ante ſolutionem, & poſteà
arreſtatur,quem vtique periurum non fieri, etiamſi
ex arreſto iuſſu patris in patriam abeat, voluit Alex.
in l.fin.ff.qui ſatiſd.cog & poſt eum Ant.Corſ.*in tract.*
de iuretur.num. 48. Licet hanc ipſam quæſtionem
inter perplexas numeret Eberhardus *in Topicis in loc.*
56 *à tractatu ſiue perplexis in princip.* Quid † ſi autem
ipſe literas patris ſui prouocaſſet? Non credo eum
excuſari à periurio,multo minus iuſſum patris fide-
iuſſionis effectum impedire poſſe,vt tradit Rebuffus
in tractatu de priuilegiis Scholarum de priuilegio 73.
57 Hoc amplius,non † tantum talis inhibitio vitioſa
eſt,ſi a fideiuſſore,ſed etiam ſi à debitore per fraudem
procuretur,adeo, vt & inhibitio facta ad inſtantiam
principalis,in caſu licito, fideiuſſoribus ipſius mini-
mè proſit,vt ſingulariter voluit Baldus *in lege prima,*
in fine,Cod.de diuerſis reſcriptis. Auguſtinus Berous *in*
*quaſt.famil.quaſt.*77.*num.*8. & dicam infra, *cap.*27.
*part.*4.
58 Fallit tamen † primo prędicta concluſio, ſi contra-
ctus ſit nullus vel legibus improbatus pro quo fides
interpoſita eſt,iſto enim caſu ſolutionem Iudex rectè
inhibere poteſt,vt in exemplo Iaſonis *in l.*1.*nu.* 2. *C.*
de diuerſis,reſcrip.
59 Fallit ſecundo, † ſi Reipublicæ interſit, creditori
per debitorem,vel fideiuſſorem non ſolui, nam &
tunc iudex rectè ſolutionem inhibet,& ne fiat, de-
nuntiat,cum iſtam denuntiandi cauſam habeat, *argu-*
mento l.ſi hominem,ff.mandati.
60 Limitatur † tertio, vt licet fideiuſſor, vel debitor
ſuo nomine non poſſint talem inhibitionem ſolutio-
niſve prohibitionem apud Iudicem competentem
in fraudem ſui creditoris immediati procurare,poſ-
ſit tamen creditor iſtius creditoris, pro aſſecuratio-
ne ſui crediti,iudicem adire, implorando arreſtatio-
nem eius pecuniæ, quam fideiuſſor, & debitor ſuo
creditori immediato debet:quo caſu etiam practica
arreſtandi eſt,quod iſte ſecundus creditor petat à iu-
dice,vt debitoribus ſui debitoris denuntiari faciat,
ne ſoluant id, in quo obligati ſunt ſuo creditori im-
mediato,ſine vlteriore permiſſu ius dicétis:hęc enim
ipſa inhibitio loco arreſti eſt.Guido Papæ *deciſ.*546.
*nu.*3.Rebuffus *de ordin.Reg Gall.tit.de lit. obligat.art.*
6.*gl.*3.*nu.*4.*per text.in l.heres cum debaeras in fin. ibi*
debitorib. denuntiant, ne ſoluerent. ff. ad S.C.Trebell.
Coleius *de proceſſ.execut.part.*2.*c.*3.*num* 463.
61 Cui equidem nihil obſtat, quod † non poteſt ex-
extrinſecus quis quam depoſitario depoſiti reſtitu-
tionem interdicere,dicendo: Ego prohibeo, ne Ti-
tio reddas,prius quam mihi ſoluerit. *Nouella* 88 *c.*1.
62 *Auth.ſed iam cautum,C.depoſiti.* Quod † confirmat
memorabilis illa ſententia Pittaci Mitylenei: *Depo-*
ſitum,cum acceperis redde. Cui iunge hiſtoriam de-
ſcriptam 2.Maccabæor *cap.*3. *verſic.*10.11.12.13.14. *&*
15.Alludit eo Ouidius *lib.*3. *de arte amandi.*

Reddite depoſitum,pietas ſua fœdera ſeruet,
Fraus abſit, vacuas cædis habete manus.

Et Iuuenalis *Satyr.*13.
Spartano cuidam reſpondit Pythia vates,
Haud impunitum quondam fore,quod dubitaret
Depoſitum retinere,& fraudem iure tueri
Iurando.

Multum enim intereſt inter interdictionem alicu-
ius priuati,& Iudicis, qui ſolus ex iuſta cauſa arre-
ſtum imponere reſtitutionem,prohibere poteſt. Ne
dicam quod talis denuntiatio, ne res depoſita reſti-
tuatur,adeo efficax ſit vt ne quidem contemni poſſit,
ideoque depoſitarius reddere equidem rem depoſi-
tam non teneatur niſi is,qui depoſuerat,caueat ſatiſ-
dationibus,de indemnitate aduerſus eum,qui denun-
tiauit,*l.vlt.ff de lege commiſſoria,l.ſi quis §.vlt. Cod.de*
poſiti.Cuiac.in d. Nouell. 88. *Franciſ. Balduinus in §.*
præterea verb.teneatur. Iuſtit. quib. modis re contrah.
obligat.
63 Non vrget † etiam,quod priuatorum denuntiatio-
nes tales,ne alienatur,ne ſoluatur,ne vendatur, ne ex-
penſę,vel meliorationes rei emptę fiant in multis iu-
ris noſtri locis,admittuntur,& effectum habent,*leg.*
Papinianus 14.*ff.de Publiciana,l.au. ſi ei denuntiatũ,*
ff.de rei vindic.l.penult.ff.vſucap pro emptore, l. qua-
dam in fin.princip ff de edendo, l. ait prætor. §. ſi quis
particeps.ff Quæ in fraud.credit.l.quis 17 *§ Proculus,*
*ff.de inſtitoria,l.ſi maior,C de reſcind.vendit.*Boet.*dec.*
44.*n.*8.*Anton.de Gamma deciſ. Luſitanæ* 74.*n.*1. Vn-
de videbatur dicendum, multo magis iudicem reo
vel fideiuſſori inhibere,& denuntiare poſſe, ne ſol-
uant. Habet enim Iudex arbitrium regulatum,& mi-
niſter legis eſt ideoque abſque iuſta cauſa ius,ratio-
ne crediti,alteri quæſitum,nequaquam ſuam inhibi-
64 tionẽ adimere poteſt. Etſi enim † iudicis poteſtate
quandoque ſitum eſt,dilationem ad ſoluendum con-
cedere,in eo tamen modum excedere nequit,tantum
abeſt, vt ſolutionem citra iuſtam cauſam prorſus
prohibere poſſit,*argumento leg.argentarium, ff.de iu-*
65 *dicijs leg.debitoribus,ff. de re iudicata.* Vitium † enim
alienæ ceſſationis ad diſpendium alterius pertinere
ratio iuris non patitur,*leg.*1.*C.de diuidenda tutela,*&
66 ceſſante cauſa dilationis debet etiam ceſſare ipſa di-
latio, tam in contractu quam in vltimis voluntati-
bus,*l.à filia,§.alumno ff.ad SC.Trebell.l.ſi quis ita* 72.
*ff de acquir.hæred.Alexand.conſ.*34. *verſ. non obſtat.ſi*
67 *diceretur,vol* 2. Præterea † quoq; generaliter verum
eſt,iniuſtas denuntiationes contemni poſſe,*l.tutor.ff.*
de minorib. neque vllo eſſe impedimento gerendis
negotiis *l.ſi maior.C.deb.vend.pign.*Gail.*lib.*1. *obſeru.*
16.*n.*4.Iaſon *num.*8.Alciat. *num.*22. Crottus *num.*21.
Horman.Decius *num.*30.Socin.*nu.*3.*in l.* 1. *ff. de noui*
oper.nunt.
68 Vt autem † huiuſmodi inhibitionibus, quæ apud
ἀδωροφάγους & imperitos iudices de facto,& ſubdole
nonnunquam impetrantur, occuratur, ideo cauti
creditores

creditores inſtrumento obligationis, vel fideiuſſio-
nis, vel hanc vel ſimilem clauſulam adjicere ſolent:
Cum nulla ſit ſcriptura adeo valida, vt frangi non
poſſit. Nam ratione huius clauſulæ non tantum cre-
ditor bona debitoris irrequiſito Iudice occupare po-
teſt, iuxta *l.3.C.de pignorib.* iunctis iis, quæ late tradit
Menoch. *in 5.remed. adipiſcendæ poſſeſſionis.* Verum
etiam iudici manus clauduntur, quo minus credito-
ri ſolutionem vel ingreſſum in poſſeſſionem vrgen-
ti, inhibere queat.
69 Sexto † fideiuſſionis contractui contrarium eſt,
abnegare ſe fideiuſſorem eſſe, *l. dubitet, §.1. de fideiuſ-
ſorib.* vel inficiari pecuniam numeratam eſſe. Vtcun-
70 que † enim multi extant, qui litigare malunt, quam
bonam fidem agnoſcendo debitum ſoluere, *l. no gen-
tes, de oblig. & act. l. minor. 40. ff. de minorib. l. nemo 28.
ff de verbor. obligat.* A bono tamen viro cui iuxta
præceptum Chriſti Saluatoris, Ita eſt ita, & Non,
71 priuati † iuris debita non rectè denegantur *l.5.C.de
diuerſ.præd.vrban. libro 11.* Bartol. *l.1.§. ſi ſtipulanti
circ.fin.de verb.oblig.* Decius *in l.non poteſt videri im-
probus, num.2.ff.de reg. iur.* Ioan Koppen Rangerſ-
72 dorff *in deciſ.quæſt.14.nu.3.* vbi dicit, quod † debi-
tores debita vere liquida abnegantes creditoribus
actione iniuriarum teneantur. Et ideo Sext. Feſt.
73 Pompeius ait: Conſiliari † eſſe creditum fraudare,
cui conſonat Iſidor. *lib. 5. Etym. cap. 26.* dum ait;
74 Quod † inficiatio ſit rei debitæ negatio, cum poſ-
citur. Cæterum quæ ſit pœna fideiuſſoris fideiuſſio-
nem ita abnegantis infra ſuo loco *c.27. parte 1.* la-
tius explicabo.
75 Septimo fideiuſſionis, † contractui aduerſatur,
ſi fideiuſſor impetret, ne aduerſum ſe, vigore inter-
poſitæ pro debitore fidei, per creditorem agatur,
puta moratorium reſcriptum ſub, & obreptitie im-
petrando, vel etiam quampiam exceptionem fri-
uola obtinendo. Dolo enim non caret, qui efficit,
ne ſui copia ſit, vel ne ſecum agatur, argumento,
*l. Fulcinius, ff. quib. ex cauſ. in poſſeſſ. eatur l. eum qui 36.
ff. de reb. auct. iud. poſſidend. l. eo tempore, ff. de peculio,
l.3. ff. de peculio, l.3. ff. de iudiciis.* Idque adeo verum
76 eſt, vt licet † impetratio debitoris, ne contra ſe ex-
ceptioni alicui locus ſit, nocet fideiuſſori, non tamen
impetratio fideiuſſoris obſit reo, ſicut probat Vlpia-
nus *in l.3. §. ſi is pro quo ff. Quod quiſque iuris in alte-
rum ſtatuerit.*
77 Octauo † fideiuſſioni contrariatur, ſi poſt tranſa-
ctionem fideiuſſione roboratam lis de nouo inchoe-
tur: Cogitur enim actor, vna cum datis a ſe fideiuſ-
ſoribus, aduerſario ſuo omne damnum ex reſuſcita-
ta lite proueniēs emendare, *l. cauſas, Cod. de tranſact.
gloſſ. germanica lib.3. art.9. num. 10. verſ. ac tertia Con-
ſtitut.* Quo etiam non malè referri poſſunt, quæ in
78 foro Saxonico de pœna fractæ Guarandæ (quæ
qualis ſit ſupra *cap.10 num.137.* dictum eſt,) in diſpu-
tationem deduci ſolent. Valdè enim ſe hac in re tor-
quent Regulus in proceſſu ſuo *cap.48.* Fachſius *dif-
ferent.42.* Schneidvv *in §. omnium, num.13. Inſtit. de
actionibus*, qui quidem omnes putant, pœnam fractæ
Guarandæ, eſſe hanc, vt in ciuilibus cauſis frangens
actor ſoluat Iudici multam, parti 30. ſolidos, & rem
petitam amittat: In criminalibus verò, ſi criminaliter
fuerit actum truncatione manus: ſin ciuiliter, ſolu-
tione dimidij VVetigeldij puniatur. Verum quic-
quid alias de iure ſit, in foro tamen illæ pœnæ ceſ-
ſant, & ſimpliciter vbi actor actionem, vel accuſa-
tionem poſt præſtitam Guarandam mutauit, & ita
Guarandam fregit, ita pronuntiari conſueuit: N.
actor qui conqueritur, & ſuam cauſam proſequitur
aduerſus N. qui aufugit, & Iudicis mandatis non ob-
temperauit ſoluat omnes expenſas, ac omnia iudi-
cata, &c. Quod in effectu quoque tanquam verum
probat Georg. à Rodtſchiz *in proceſſu ſuo art.14.§.*
nec diſcrepat ius commune, quo libellum mutare,
volens, ſi reo litis expenſas refundat, admittitur.
Bart. & Dd. in l. edita, C. de edendo.
79 Nono † ac in genere quaſi fideiuſſionis contractui
contrarium eſt, promiſſa non ſeruare, vel fidem da-
tam non implere, per ea quæ tradit Ioan. Baptiſta
80 Plotus *de in lit. iurando, §.38. n.3. & 4.* Si enim † ſicut
citharatum fides ſiue chordæ inter ſe, ita inter ho-
mines fides concordare debet, vt ait Feſtus in verb.
81 fides. Hoc amplius vbi † ſana fides non eſt, ibi nec
82 iuſtitia eſſe poſſit, *can. vbi 24. quæſt.91.* Lex ſiquidem
& iuſtitia ſub fide continentur *§. feſtinabis, In Au-
83 thent. de mandatis principum,* & venerabile † quid-
dam, & immaculatum videtur fidelitas, ac validiſſi-
mum teſtimonium ſua cuique fides *Zaſius in §. de
conſtituta num.2 & 3. Inſtit. de actionibus, Caballin. in
84 tract. de euictionib. in pr. nu.2. & 3.* Imò † incommu-
tabilis fidei eſt omne, quod viuimus, Caſſiodorus
85 *lib.5. varia. epiſt.40.* adeo, vt † ſi fides non ſeruetur, in
negotiis peragendis homines ſegniores reddantur,
& commercia frigeſcant *Hieron. Magonius deciſ. Lu-
86 cenſi 95. n.10. & 11.* Et † denique fidem iam fregiſſe
cenſetur, qui vacillat, & deliberat, an ſeruet, Tacitus
87 *lib.2. hiſtor.* & ibi Lipſius *in notis nu.75.* Quippe † in
ipſa dubitatione facinus ineſt, etiamſi ad id non per-
uenitur, *Cicero lib.3. officiorum.* Quomodo non neſa-
88 ria † res eſt, ſi illi, de quibus ea expectatio fuerat,
quaſi probi futuri eſſent, quum ab ipſis, qui talem de
ipſis opinionem conceperant, tam aliqua fide digni
habiti ſint, pro bonis atque fidis reapſe inimicos
atque infidos ſeſe exhibeant? vt vtar verbis Imp.
89 Leonis *in Nouella 34. in princ.* Et tamē hac † in re, vel
in primis ſibi cauendum eſt ab illis, qui tanquam ho-
mines perditi, & ad flagitia proiecti ipſam infamiam
pro voluptate habent, vt ait Tacitus *lib.11. annalium,*
& ibi Lipſius in commentario *num.94.* citans Valer.
Maxim. *lib.6. cap. de mutat. morum*, vel qui iuratas
promiſſiones non ſeruant, ſeu cum Lyſandro Lace-
dæmonio, nec non Dionyſio Tyranno cenſent: pue-
ros aſtragalis ſiue taxillis, viros iureiurando decipien-
dos eſſe, Plutarchus *in Lyſandro*, Bodinus *de Repub.
lib.5. cap.6.* & ſic interpretando ſibi iuſiurandum, &
leges aptas faciunt, nec ſuos potius mores iis accom-
dant vt loquitur Liuius *decad.1. lib.3.* vel qui leuiter
cum magno hiatu fidem ſuam, etiam aureos montes
pollicendo, pro aliis obſtringant: Nam vt Bapt. Man-
tuanus *Eclog.4.* de huiuſmodi Charetis pollicitatio-
bus ſcripſit.

Qui leniter ſpondet, promiſſo eludit inani

Et Ouidius:

Promittas facito, quid enim promittere lædit?
Pollicitis diues quilibet eſſe poteſt.

De quibus etiam Plato *in Euthydemo*, & Salomon
*Prouerb. c.25. verſ.14. Nubes, & ventus, & pluuia non
ſequentes vir glorioſus, & promiſſa non complens*, infa-
mis, ac mendax exiſtimatur. Vide *commentar. de re-
gno adminiſtr. lib.3. Theor.18. in fin. mihi pag. 591. & in
adagiis, Chiliad.1. cent.9. adagio 13. 14. & 15.* In pri-
90 mis verò hoc loco pleroſque † Germanorum flu-
xæ ſuæ fidei, & quod adeo à more maiorum dege-
nerauerint, meritiſſimo iure pudeat, ſiquidem de his
Cornel. Tacit. in ſuis annalib. hoc præconium re-
liquit: NVLLOS MORTALES FIDE ANTE GERMA-
NOS ESSE. Cui calculum adiecit Chriſto. VVarſeui-
cius *in orat. de legato & legationib.* dicens: Antiquitus

V

dictorum factorumque conſtantia Germanos celebres fuiſſe. Nam nonnullis hodie non niſi iniuria quiſquam hoc attribuat. Adeo omnia in peius ruere & retro ſublapſa referri, quotidie mœſti cernimus. Quid vltra Tacitum Polybius? *Nihil*, inquit, *lib.2. mihi pag.138. maius aut præclarius, quam malle vitam in exilio trahere, dimiſſis domibus, ſepulcris, templis fortunis, omnibus denique rebus neceſſariis, potius quam aliquod violatæ ſociis fidei ſignum præ ſe ferre.* Interim

91 tamen is, qui ſponſionem ſuam non adimplet, non ſtatim pro periuro habendus eſt, vt eſt elegans *gl. lib. 3 art. 9 §.* quamuis improbus dici poſſit, cum in ſolutione bonam fidem non agnoſcat, *l. non poteſt. 99. ff. de reg. iuris.*

92 Quod ſi porrò † dolo malo quoque fidem datam rumpat, tum non iniquè fidei ruptæ gratia aduerſus ipſum de dolo actio exercetur. *l.1. C. de dolo l. ad comparandas, C. mandati, l. vlt. C. ex quib. cauſ. infam. irrog. l. non videbitur, ff. de ſtatu liberis*, in quibus locis de ſi de rupta agitur, *vt & in l. ei apud quem in pr. ff. depoſiti, l. cum venditorem, C. de act. emp. l.1. C. ſi ſeruus export. vend. l. ſi de fundo, C. de locato.*

93 Circa quę tamen † obiter notandum eſt, vtcunque fideiuſſor fidem datam rumpat, & non obſeruet, non tamen permiſſum eſſe, vt creditor fideiuſſorem, poſt moram commiſſam, per famoſas ſcripturas, & picturas publicè in valuis, cōpitis ac palis propoſitas (cuius rei exempla, ſi non eſſent odioſa, proferri poſſent) vel etiam per ipſam obligatione in locis inhoneſtis, in lupanari ad furcam, athixam, tanquam perfidum, & periurum, & qui promiſſis non ſteterit, traducat aut

94 diffamet; aut etiam † ſicut multis pro more eſt, ipſius nomen, effigiem, clypeum, eſt actis feneſtris, dehoneſtet, domumq; fuam variis probris, ac inhoneſtis

95 verbis, & ſcriptis afficiat. Vel denique † in locis publicis, pura foro, theatro, curia, templo, conuiuiis, ludis publicis, contumelioſiſſima acclamatione eum cunctis aſtantibus deridendum, & tota vrbe cantandum propinet, *argumento l. prætor. 7. §. vlt. verſ. tempore, ff. de*

96 *iniur.* Non aliter † ac Bæoti eos, qui debitum non ſoluiſſent, in forum deducebant, & ſedere iuſſos cophino ſuperiniecto cooperiebant, quæ ipſo illos ignominioſos faciebat *Io. Stobæus ſerm* 44. Id enim iure, præſertim verò receſſu Imperij de *anno* 77. eſt prohibitum, etiam in caſu conuentionis † ita expreſſe conceptæ, eamq; rem magiſtratus, ſub quo contigerit, acriter vlciſci tenetur, vt eleganter explicauit Colerus *in tract. ſuo de proceſſ. execut. part.1. c.8. n. ſto. vſq; ad n.* 81. ex quo non tranſcribo probat illud ipſum etiam non obſcure Daniel Mollerus *in commen. ad conſt. Saxon. conſtit. 43. n. 4 part. 4.* Petrus Denayſius

98 *in iure Camera, verb. debitores.* Et ſanè grauem alicui inferri iniuriam ſi non ſolum in conuiuio à proximo ſuo arguatur, & opprobriis excipiatur, iuxta Sirac. *in panaretto cap. 31. verſ. 42.* & Clement. Alexand. *Pædagogo lib. 2. cap. 7. in pr.* verum etiam, ſi ipſius † nomen tollatur, ſi effigies frangatur, ſi inſignia ſiue arma gentilitia in feneſtris aut alibi depicta, & affixa deturpentur, & ſolo affligantur, id ſatis patet ex iis, quæ cumulant Theodor. Zvvingerus *in theatro vol 3. lib.*

99

100 10 *mihi pag.* 1027. & 1028. nec non † Iuſtus Lipſius *in commen. ad Tacitum lib. 2. n.* 66 & *lib. 6. annalium n.* 4. vbi curate oſtenſum, quomodo in damnatorum nomen, & effigies, clypeos & imagines, vel per decretum magiſtratus, vel per impetum furentis ſæuitum, qui voler, ince peret. Locum vnum ſaltem adiicio ex Epitome Sexti Aurelij Victoris in Domitiano, qui ita habet: Senatus gladiatoris more funus efferri, radendumque nomen decreuit. Cuſpinianus de eodem: Senatus mire lætatus eſt eum, acclamationibus contumelioſiſſimis, & decreta abolitione omnium imaginum, titulorum ac memoriæ. Hinc etiam poſt Petrum à Placa *in epitom. delict. lib. 1, cap. 6. n.* 17.

101 tradidit Ludolph. Schrader. *de feudis, part. 9. cap. 4. n.* 14. Eum † qui ſtatus, imagines vel inſignia alicuius concutit, delet, conſtar vel aliter violat, illum, cuius eſt hæc ſtatua, imago, vel inſignia, & iniuria afficere, iniuriarum ab eo conueniri poſſe. De quo vlterius vide text. *in leg. is qui* 11. §. 1. & 2 *ff. quod vi aut clam.* Cæpollam *in tract. ſeruit. cap. 71. de pictura.* Menoch. *in 15. remed recup. poſſ. num. 47. & de arbit. ind. quæſt. caſu* 281. Chaſſau. *in catologo glor. mundi, part.1. conſiderat.* 38. *concl.* 18. Cranzium *lib. 8. Saxon. c.* 2. Quod ſi

102 etiam † hodie ceſſant, & ceſſare debent omnes modi introducti, vel conſuetudine locorum, vel aliqua obſeruantia, quibus debitor bonis cedendo cogitur facere aliquid vituperabile, puta inſidere lapidi, perſonaliter exire ædib. in conſpectu omnium, percutere, remotis femoralibus columnam natibus, vt dicit Bald. poſt Cynum *in l. 1. C. de bon. ced. poſſ.* Zaſius *in l. vlt. verſic. ex iſta doctrina habentis ff. de ceſſ. bon.* Alciat. *lib. 2. parerg. c.* 47. Guido Papæ *quæſt.* 344. Io. de Gradib. *in addit. ad Steph. Aufrer. in deciſ. Capellæ Tholoſ.* 61. *num.* 1. Quanto magis ceſſare debent prædictæ famoſæ ſcripturæ, & picturæ, quibus deformatur ille, qui nondum decoxit, vel bonis cedere cogitur.

103 Neq; † obſtat *l. ſi qua in publicis, C. de ſpectaculis, lib.* 11. ex qua colligitur inhoneſtis perſonis ioprolce-

104 niis (quæ quid † fuerint apud Scip. Gentil. *li. parerg. c. 8.* videre licet) adnotate, & collocate licere. Magna n. differentia eſt inter eam ad notationem, & collocationem imaginum quæ fit ad laudem, atque illam,

105 quæ fit ad contumeliam. Et † ſolitos fuiſſe Romanos nobilibus Pantomimis ſiue hiſtrionibus (inter

106 † quos præter Pyladen, & Bathyllum à Tacito, Suida, Zoſimo, Dione & Seneca pater laudatos, etiam Paris fuit, *l. 3. §. Neratius, ff. de condict. cauſ. data, Tacitus lib. 3. annalium*) imagines ſiue picturas collocare, vt non ſolum artem pingendi exercerent, & publice oſtenderent, verum etiam tales hiſtriones contentioſa æmulatione celebrarent, ſatis *ex d. l. ſi qua in publicis*, intelligitur, & ex Iuſto Lipſio *in comment.*

107 *ad Tacit. lib. 1. Annal. n.* 113. vbi oſtendit, quantum † ſtudium, imo furor Romanorum in has nugas hominum fuerit ſub[...]ens ex Plinio, Seneca & Tertulliano, quod veſtibula eorum, quaſi Principum frequentauerint, quodque eorum egregiè adhæſerint non vulgus modo, ſed & Eques Senatuſque. Quo etiam reſpexerit Tacitus vel Fabius (vel quicunque alius ſcriptor) de cauſis corruptæ eloquentiæ, dum ait, *Propria, & peculiaria vrbis Romanæ vitia pæne in vtero matris concipi, hiſtrionalem fauorem, & gladiatorũ eorum que ſtudia, iiſque occupari & obſideri animum, &c.* Et quidem Druſi ſtudium in hiſtriones ſcenicoſque in primis carpit Dion. Caſſius, vt refert Idem Lipſius *in comment. ad Tacit. lib. 3. ann. n.* 74. Niſi forte quis exiſtimare malit, modo dictas picturas in inuidiam quoq; hiſtrionum in aditu circi propoſitas fuiſſe, iuxta *l. item apud* 15. *§. generaliter, ff. de iniuriis.* Ma-

108 ximè, qui † fauor plebis diſtrahebatur modo in hunc, modo in illum hiſtrionem, vnde partes, & factiones, quæ non raro in tumultum exibant, imo pugnam imo cædes. Suet. *in Nerone c.* 26. Cornel. Tacit. *li 1. annalium*, & ibi Lipſius *in comment. n.* 83 & 164. Vide eundem Lipſium *lib 2. Saturnal. cap* 14

109 Id † vtque vtilius queritur, fideiuſſor non ſimpliciter, ſed mediante corporalis iuramento, ſe velle obſer-

obſeruare contractũ, & nolle contrauenire obligationi promiſerit, & poſtea fidem datam fallat, num periurus dici nominari poſſit? Et ſane reſpondendum videtur, cum illo caſu non improbare periu-
110 rium dici poſſe. Sicut † enim iurans aliquod non facerem ſi facit, infamiam incurrit, & periurus ſit. *gl. Bart. & Ioan. de Platea, in l. quoties, C. de dignitat.*
111 *lib. 12. Franc. de Marchis, quæſt. 705. part. 1.* Ita † etiam periurus eſt qui iurat ſoluere in termino, & non ſoluit. Frideric. de Senis *conſil.* 300. Butrienſis, & Abbas Siculus *in cap. 1. extra. de iureiur.* Afflict. *decis. 30. num. 5. & decis. 36.* Andr. Kohl. *exercita. 15. num. 116 & ſeq.* Et ſane communi ſententia receptum eſſe, quod iurans niſi ſoluat in termino, dici lapſu periurium incurrat teſtatur Hippol. Bonacoſſa, *lib. com. opin. verb. periurus.*
112 Id tamen † nonnullas rurſus recepit limitationes. Et quidem primo non procedit, quando fideiuſſor ſoluere non poteſt, etiamſi maximè ſoluere vellet:
113 Impoſſibilitas † enim & paupertas, imo difficultas, quæ nulla diligentia euitari potuit (iuxta ea quæ tradit Andreas Kohl. *in exercit. 12. n. 66.*) apertiſſimè excuſant, *leg. cum quidam. §. ſi pupillo. ff. de vſuris.* Bald. *in cap. querelam per illam textus eſt in cap. breui eod. tit.* Io. de Arnono *in commentario* 64. Cacheran. *decis. Ped.* 9. *num.* 10. Sebaſt. Medices *de fortuitis caſib. part. 1. quæſt. 4. n. 44. & quæſt. 5. num. 27.* Zaſius *in §. item ſi quis poſtulante, num. 22. Inſtit. de actionibus.* Ioan. a Keuſt. *in l. 1. numero 20. ff. de iureiurando.* Ioa. Vincen.
114 Hondedæus *conſult. 18. nu. 29. & 31. part. 1.* Id † quod multo magis procedere arbitror in eo, qui propemodum in totum obligationi iuratę ſatisfecit, in modico ſaltem reſiduo ceſſauit, quod ſæpenumero contingit, ſiue enim offerendo ſiue præſtando modicum, quod ſupereſt, & pœnas, & incommoda futuri temporis euitat, ſicut traditum eſt à Tiberio Deciano *in reſponſo 10. num. 7. vol. 1.* & poſt Ripam, Bologneum, Gabriel. Romanum, Alciatum, Cagnolum, & Crauettam, nouiter accurate demonſtrauit Andras Kohl. *in exercit. legal. d. exercit. 15. num. 123.*
115 Eſt † tamen hoc caſu conſultum, ſi fideiuſſor forte impediatur, vt non tantum tale impedimentum alleget, ſed etiam, illud ipſum dediſſe cauſam non adimplendi, probet, *leg. qui commeatus, & ibi Bart. Alex. Iaſon. & alij in l. 2. § quod diximus. ff. ſi quis cautionib. Io. Vincen. Hondedæus conſul. 44. n. 33. & 34. vol. 1.*
116 Secundo fallit, † ſi dolus non interueniat. Nullus enim veniens contra ſuum proprium, iuramentum cenſetur eſſe periurus, niſi ex dolo contrauenerit: Anton. Gabriel. Roma. *in communibus concl. titul. de*
117 *tranſactio. concl. 1. num. 53.* Ceſſante † enim dolo, licet quis ſit in culpa, non tamen ſtatim fit periurus: *leg. qui iuraſſe. & ibi Dd. ff. de iureiur.* Bald. *in leg. obſeruare, § proficiſci. in 3. quæſt. ff. de offic. procons.* Felin. *in cap. 1. num. 28. de iureiur.* Alexand. *conſ. 92. Deſſellis his qua in themate, volum. 1.* Iaſon *in l. qui iuraſſe, ff. de iureiur.* vbi dicit quod ab hac opinione nemo ſcribentium diſcrepet, (licet ipſe contrarium teneat) ſequitur Iac. Marchiſellus *in ſylua q. practi. q. 69. num. 2.* Communem hanc quoque pronuntiant Gomezius *ad 81. legem Tauri, n. 19.* & Clarus *in §. periurium, n. 9.* Io. Vincen. Hondedæus *conſult. 18. n. 30. part. 1.* Myſing *reſponſ. 59. n. 52.* quamvis contrariam ſententiam nimirum, periurium etiam ſine dolo ex culpa committi, communem vocet Eman. Soarez *in theſ. com.*
118 *opin. lit. P. n. 100.* Et ideò † Doctores dicunt, quod verbum periurare, denotet dolum malum quodque
119 periurium, abſque dolo malo commiſſum, pœna periurij nequaquam puniri poſſit, Hippol. *in ſing.*

Alex. *in l. fin. ff. qui ſatiſd. cog.* Io. Baptiſta Plotus *in tract. de in lit. iurando, §. 2. nu. 24.* prolixe Bartholom. Bertazolius *in repet. l. ſi quis maior. qua. 3. per tot. Cod.*
120 *de tranſact.* A quibus omnibus tamen nouiſſimè receſſionem fecit, Andreas Kohl. *in exercit. legal. exercit. 15. nu. 118.* ſubtiliter diſtinguens inter moram, & tranſgreſſionem ſiue contrauentionem iuramenti, & tandem ſubjiciens, tam in illa, quam in hac periurium committi, & dolum deprehendi, in hac quidem duplicem, cum & dolo moram commiſerit, & iuramento per dolum contrauenerit, in illa duntaxat ſimplicem, quatenus in mora quidem dolo caruit, interim tamen ex alio capite, dum ſciēter iuramentum obſeruare neglexit, dolum admiſit, & periurio fuit inſertus.
121 Tertiò limitatur, † ſi fideiuſſor ex cauſis de iure conceſſis promiſſionem ſuam non adimpleat, tunc enim etiamſi iuramento contraueniat, periurij argui non poteſt, *leg. fin. & ibi maxime Angel. & Caſtrenſis,* qui communiter Dd. tenere ait, *ff. qui ſatiſdat. cogan.*
122 vbi pro axiomate † quaſi ſtatuunt, quod in iuramento ſemper videatur excepta authoritas legis, vel ſuperioris, quod etiam probat *lex fin. in princip. ff. ad municip. lex adigere, §. pen. & vlt. ff. de iure patronat. Myſing. d. reſponſ. 59. num. 53.*
Vnde procul dubio illud quoque fluit, quod iu-
123 rans † creditori ſatisfacere tali termino, ſi creditor ipſemet interim condemnatus omnia per confiſcationem amittat, ſimul liberetur. *Hoſtienſ. in cap. ſignificauit. De cenſibus, Fridericus de Senis. quæſtion. 281. num. 2. mihi fol. 117.*
124 Hinc ſimiliter, & hoc deſcendit, quod † debitor, qui iurauit intra certum diem ſoluere creditori, excuſetur à periurio ſi iudex ei præceperit, ne ſoluat, Iaſon. in *leg. fin. ff. qui ſatiſdat. cogant.* Felin. *in cap. 1. de iureiurando.* Carolus Ruinus *conſil. 150. num. 6. volum. 1.* Aurelius Corbulus *de iure Emph. cap. 15. limit. 13 numer. 2.* Thomas Parpalea *in repetit. l. ſi quis ma-*
125 *ior. nu. 33. Cod. de tranſactionibus.* Etiamſi † iudicis præceptum eſſet iniquum, deque eo ſtatim notorie non conſtaret. Sic Parpalea *d. loco num. 34. dec. 34.* Antonius de Gamma *decis. Luſitan. 185. nu. 2. & 3. verſic pro quo vltra.* per tradita a Bartolo *in l. creditor. ff. de ſolutio. ib.* cui adde Alberic. Deciem & Cagnol.
126 *num. 4 & 5 in l. non videntur data 9. qui iuſſu. ff. de regulis iuris.* Modo ipſe † debitor malitioſè tale præceptum procuraverit *Cagnol. d. §. qui iuſſu. n. 4.*
127 Sic etiam fieri videmus, ſi mercator † promiterit in nundinis ſoluere 100. dummodo commode poſſit, quod non dicatur commode poſſe, ſi merces ibidem emere ei non ſit liberum, & referre domum, quibus poſteà ex negotiatione ſua valeat ſuſtentari, Petrus Rebuffus *in l. Nepos Proculo columna ſecunda. verſicul. item ſi mercator. mihi pag. 666. ff. de verborum ſignificationibus.*
128 Quartò † fallit, ſi adueniente die ſolutionis faciendæ creditor fideiuſſori, vel iuramentum remittat, vel etiam dilationem ad ſoluendum indulgeat: nam & hoc caſu fideiuſſor in periurium non incidit, Panormitanus *in cap. 2. ad fin. extra. de ſponſalibus.* Ioan. de Arminono *in comment. 43* Auguſtin. Berous *in quæſt. famil. quæſt. 108. num. 3. & 12.* M. Antonius Barbus *de temp. vtil. & contin. cap. 4. n. 14.*
129 Nec obſtat † doctrina Baldi *Auth. Quod ei. C. de ſecund. nupt. in l. Labeo ff. de iureiurando.* Afflict. *in decis. 36. nu. 2.* Menoch. *conſ. 143. nu 48.* Illi enim hoc tantum dicunt, quod pars periurium iam incurſum remittere nequeat, ne quod ante periurium commiſſum per voluntariam remiſſionem, vel conceſſam

Antonius Hetingius,

Digitized by Google

130 dilationem illud euitari non poſſit. Quin † enim iuramenti ad commodum hominis præſtiti effectus etiam ab homine rurſus rectè, vel differatur, vel remittatur, nullum habet dubium *c. præterea, verſic. qui ſocietatem, extra de ſponſalib.* Borgnin. Caualcan. *deciſ. Finizan. 9. n. 155. part.* 1. Bene tamen notandum
131 ſi † debitor primam dilationem tranſgreſſus ſit, quod priuetur commodo ſequentium dilationum, niſi fortè iuſta cauſa ſubſit, cur non ſoluerit. Iacob. Marchiſellus *d. qu. 69. num. 7. 8. & 9.* vbi communem dicit.

132 Quintò † fallit de æquitate Canonica ſecundum hanc enim, ad euitandum periurium, & eius pœnas, admittitur moræ purgatio, ſi ius partis aduerſæ non ſit factum deterius, & nihil ei abſit. Alex. *in l. qui crimen. n. 20. C. de his qui accuſ. poſſ. & plene in d. l. ſi quis maior. n. 7. ibi quoque Cagnol. C. de tranſact.* Iaſ. *in §. itē ſi quis, n. 16. Inſtit. de actionib.* Lanfranc. *in c. quoniam, contra n. 136. de probat.* Ant. Petrucius *in l. 1. n. 212. ff. de iureiur.* Dec. *conſ.* 118. *n. 7. Stephan. Bertrand. conſ.* 342. *num. 8. vol.* 1. Ruin. *conſ.* 133. *circa fin. vol.* 1. Alber. Brunus *conſil.* 41. *num. 8.* dicens: quod hæc opinio ex communi obſeruantia præualuerit, in illo Regno, Bolognet. *in d. l. ſi quis maior. n.* 92. affirmans, practicam in tota Italia videri recepiſſe illam temperantiam. Sequitur, & approbat Iacob. Marchiſellus
133 *d. q. 69. n.* 10. Idque † adhuc fortius procedit, ſi debitor celeri ſatisfactione, ſeu intra breue tempus creditori ſatisfaciat, quod vtique breue tempus iudici eſt arbitrium Abbas *conſ. 67. n. 2.* Alexand. *conſ. 9. in fin. vol. 7.* Decius *conſ* 452. *num. 20. & d. conſil.* 118. *num. 7. circa medium*, vbi communem dicit. Et hinc
134 † vſitatum eſſe videmus, ſi fortè debitor eiuſque fideiuſſores ſe mediante iuramento ad certum terminum ſolutionis obligent, quod hæc verba pleque adjiciant: infra octo, vel quatuordecim diebus, qui vocati ſunt compareant ad faciendum ſolutionem, &c. per hæc enim moram excuſare poſ-
135 ſunt. Quin † tamen prædicta communis opinio in dubium reuocari poſſit, per ea quæ nouiſſimè tradiderunt. And. Fach. *lib. 1. controu. c.* 13. Et And. Kohl. *in exercit. legal. exercit.* 15. *n.* 121. *fol* 316. *& num.* 122. non eo inficias, ab ea tamen in iudicando recedere vix tutum eſſet. Quæ etiam ſatis oppoſite corroboratur ex alia traditione Ant. de Gamma *deciſ. Luſitaniæ* 211.
136 *n.* 2. vbi defendit, iura † omnia in quibus apponitur dies certus non tam ſtrictè, & amare eſſe intelligenda, vt debenti ſoluere intra certum diem, culpa imputetur, ſi modo ſequenti die ſtatim ſummo mane ſoluendo ſatisfaciat, & hoc tam ratione æquitatis admittentis purgationem moræ *vt in l. ſi inſulā, ff. d. verb. oblig.* quam ratione textus *in l. ſi fundū, in verb. plane ſi pauciſſimi dies ſuperfuerunt, ff. de fundo dotali.*

137 Sed poſito iam † tali caſu, in quo per prædictas limitationes non poſſit excuſari fideiuſſor, atq; ideò periurium incurrat; num etiam ſtatim ipſo iure pro infami habendus erit? Hic vtique non nihil ſubſiſto, cum Hugo Donellus *in comment. ad tit. ff. de iureiurando cap. 8. n. 8. & in l. ſi quis maior. C. de tranſact.* eximet periurium infamia iuris non puniri, ſed infamia facti tantum, cum quo in effectu conſentit Bertazol. *in repetit. d. l. ſi quis maior. n. 542. & ſequentib.*
138 Verum † communiter tradunt interpretes, ſi quis promiſerit aliquid de futuro cum iuramento, & illud non ſeruet quod tunc ex tali periurio commiſſo ſuper iuramento promiſſorio infamis efficiatur. Atq; ita cenſuerunt. Matheſ. *in fine* 50. Schurff. *conſ. 67. n. 1. cent. 1. Dd. in l. ſi quis maior. C. de tranſact. gl. in l. Lucius §. quæro ff. de his qui notant. infam.* Clar. *in §. periurium, num.* 3. Menoch. *de arbitr. iud. q. caſu* 319. *n.* 3. Ioan. à Bruſt. *in l. admonendi num.* 590. *ff. de iureiur.* Lanfr. *in praxi, c. 8. num.* 74. Montan. *de fin. regund. c. 68. num. 2. 3. & 4.* Baptiſta Plot. *de in lit. iur. §. 17. num. 2.* Eman. Soarez *in com. opin. lit. P. num* 94. Et hæc ſententia aperte probatur *per d. l. ſi quis maior. C. de tranſact. c. ſicut nobis teſtimonium, & vtrobique gl. ext. de teſtib. gl. c. querelam ext. de iureiur. gl. c. 2. ver. iuramento, ext. de fideiuſſorib. lib. 3. art. 84. verſ facit conſtit.*
139 *pœnalis Caroli V. artic.* 107. *in verbis*: Hinc † in legibus Torneamentorum *art.* 4. à Duce Berchtoldo Bauaro, Imperante, Henrico Aucupe, ſtatutum eſt: Qui honore caret, ac exiſtimatione eſt, ac fœdifragus hoſtiludium non ingrediatur.

140 An verò † idem dicemus, ſi fideiuſſor promiſerit ſe ſoluturum, & ſi non ſoluerit, quod velit eſſe ſceleſtus, & infamis quemadmodum quotidie audimus multos, eoſque leues, & bilingues homines, & quidem cum deuotionibus ac imprecaminibus, vel ipſo horrendis auditu, ſe ad ſequentem modum obligare: Quod ſi iſti in tempore ſtatuto non ſoluerint dictā ſummam pecuniæ ipſi, eius fideiuſſores vocari ſint fœdifragi, &c. Huius, quod ego ſciam, nullum in iure noſtro extat exemplum, quæſiui quidem auide, ſed Hylam clamaui. Neque etiam quiſquam doctorum eius mentionem fecit, vt non immerito cum IC. Celſo *in leg. qui ſi vno. ff. de in diem addictione*, mirari poſſim id tanquam quotidianum à nemine hactenus animaduerſum eſſe.

141 Verum quidem eſt, quod olim † milites ſacramentum per Deos præſtiterint gladiis ſolenniter ceruicibus ſuis admotis, cum dira deuotione capitum ad quæuis infortunia, vt ex Liuio, & Marcellino *lib.* 21. retulit Wolffgang. Lazius *comment. lib. 4. c. 7. pag.* 523. *&* 525. Quæ adhuc nobis conſuetudo manet, ſed ritu veteri in religionem noſtram detorto, cum ſub finem iuramenti hæc adjiciantur verba: Ita me Deus præſtet auxilium: vel rectius, iuxta tradita per Weſenb. *in parat. ff. de iureiurando.* Cuius etiam fit mentio in Receſſu Paſſauienſi, quem vulgo digetamus. Sed vel lippus videt, inter ſolenne ſacramentum, & leuiſſimas execrationes ac male cocta imprecamina nullam ſimilitudinem conſtitui poſſe præſertim cum in hoc ipſo iureiurando nihil aliud promittatur, quam quod egregios milites alias docet, quodque ſaluo pudore, & honore ſuo intermittere non poſſunt.
142 Non ignoro etiam † in Nouella 8. (*ex qua ſumpta eſt gloſſa Germanica iuris Saxonici lib. 3. art 54. verſic.* Qui diuitias concupiſcit, iuramentum non ſeruantes ſibi cum diris execrationibus terribilia mala precari quemadmodum id etiam veteres ſequenti formula
143 † iuramenti, quam iurare volens, & lapidem ſilicem tenens, recitare cogebatur iudicare voluerunt: ſciens fallo tum me Diespiter, ſalua vrbe, arceque bonis ejiciat, vt ego hunc Lapidem. Liuius *deca. lib.* 1. Sext. Feſt. Pomp. *lib.* 10. Alex. ab Alexand. *lib. 5. gen. diar. cap. 2. verſic. Fertur Ariſtides, mihi pag.* 243. & rurſus *cap.* 10. *Couarru. in relect. cap. quamuis part. 6. §. 1. nu. 8. de pactis in 6.* Georg. Obrechtus *in tract. de iuramento calum. cap* 10. *nu.* 7. Philip. Camera *cent. 2. oper. ſucceſ. c.* 78. apud quem etiam eodem *lib. 2. c.* 59. aliam formam deteſtabilis imprecationis lector inueniet. Sed nec iſte mos iurandi æquis paſſibus cum ſupra dicta imprecatione ambulat, cum iſto caſu omnia ſolenniter, & quaſi in conſpectu Deorum ſint peracta: hoc verò caſu promiſſio omnis ex leuitate quadam proficiſcatur, & inuocatio in vltionē numine diuino
144 neutiquā fiat. Proinde huc etiā fruſtra acceſſimus † vetuſtiſ-

Digitized by Google

vetuſtiſſimum illum, ſanctiſſimumque ritum ſiue morem Romanorum, qui Martis Quirinique numinibus additis in fœdere ineundo, iuramentum præſtabant, feciale, ſumpto in manibus lapide, poſtquam de fœdere inter partes conuenerat, hæc verba dicentes: *Si recte ac ſine dolo malo hoc facio, atque hoc iuſiurandum facio, dij mihi cuncta felicia praſtent: ſin aliter aut ago, aut cogito cæteris omnibus ſaluis in propriis patriis, in propriis legibus, in propriis laribus, in propriis templis, in propriis ſepulchris, ſolus ego peream, vt hic lapis ex manib. meis decidet.* Nec plura locutus manu lapidem dejiciebat. *Polybius lib.3 mihi pag 193. Agellius lib. 1.c.21. Anton.Coccius Sabellicus lib.6. Ennead.4. Phili p.Camer. d.centur.2. c.78.*

Fruſtra etiam in argumentum aduocamus quod
145 olim quoque apud alias gentes † in fœderibus quominus violarentur, adhibuerint, non ſolum promiſſa, dextras & ſacrificium: verum etiam execrationes in caput eius, quicunque non ſtaret pactis, id quod ex Euripide colligere licet, cuius hi ſunt verſus in Iphigenia Aulidenſi, iuxta verſionem Eraſmianam:

Vtè coirent iureiurando proci.
Atque inter ipſos iungerent dextras, ad hæc
Adolenda diuum ponerent aris ſigna,
Ac ſemet ipſi aſtringerent, diris ad id
Caput obligantes execrationibus

146 Quem † facilè morem ſimiliter Tartaris vſitatum fuiſſe liquet ex *lib. 4. Chron. Polon. & Paralipomenis rerum memorabil. poſt Chronic. Abbatis Vrſpergen. mihi pag.163.* iurabant enim illi ſuper frameas, & aquã ablutionis gladiorum atque framearum epotabant, talia verba adjicientes: *Quicunque pacta, ligam, & fraternitatem violauerit, aut contra eam violandam inſurrexerit, vel aliquſpiam intentauerit, à frameis incidendus occidenduſque pereat, & tanquam aqua defluat & euaneſcat.* Non aliter, ac vulgus etiam noſtris temporibus dejerat ſiue aſſeuerat, ſe quidpiam facturum ſi modo vita non deſtituat, vnde illa apud Latinos, *Emoriar. Dispeream.* Eraſm. *in Adagiis, Chiliad.3. centuria 8.adagio 9.* Virgilius *lib.4. Æneidos*:

Sed mihi vel tellus optem prius ima dehiſcat,
Vel pater omnipotens adigat me fulmine ad umbras,
Pallentes vmbras Erebi, noctemque profundam.
Ante pudor, quam te violem, aut tua iura reſoluam.

Nam eadem diſſimilitudo occurrit, quam antea attigimus, ſiquidem longe aliud eſt, fœdera vtrimque præſtito iurando, ſolemnitatibuſque quibuſdam aliis interuenientibus, ſerio inire, & confirmare, aliud verò ſibi ex inconſulta leuitate infamiæ notam impingere; & ſic non ſolum ſe, ſed etiam coniugem, & liberos in extremum periculum præcipitare.

147 Multo minus huc † quadrat votum ſuperioribus ſeculis decantatum, & quidem Argiuis contra Lacedæmonios, agrum, qui Thyrea dicebatur, ipſis eripientes. *Herodot. lib.1. Plutarch. in Paradell.* nec non Saracenis: *vt autor eſt Oroſ. lib.3. rer. Emanuelis.* Præcipue vero Germanis noſtris, ſe non prius barbam, vel capillos raſuros, niſi amiſſa recuperarent, niſi vincerent, niſi de oſtibus vlciſcerentur. Cornel. Tacit. *de moribus German. & lib. 4. hiſtor.* & ibi Lipſius *in Notis.* Paul. Diacon. *lib. 3. de geſtis Longobard. c. 3.* Sueton. *in Iulio Caſare, cap.67.* Cæſar *lib. 5. de bello*
148 *Gallico.* Cui proxime accedit illud diabolicum † votum Ieſabelis, *1.Reg. c.19. verſicu. 2.* nec non illud Dauidis, *1. Samuel. cap. 15. verſic. 22.* Vt enim in iſto voto (quamuis barbaro, vt Tacit. vocat) nihil eſt
149 impietatis, ſi quidem barbam † vel capillos alere per ſe non eſt prohibitum, ſed potius ἀδιάφορον, & indifferens, vt pluribus pertractant Agellius *lib. 2. c. Antonius Heringius,*

4. Alexand. ab Alex. *lib.5. genial. dier. cap.18. mihi pag. 279.* M. Mantua *lib.9. obſer. cap.75.* Anto. Hottoman. *in tract. de Barba.* Philip. Camerar. *in oper. ſucciſ. cent.1. cap.36. & cent.2. capit. 40.* (præterquam apud Iudæos, *Leuit.19. verſic.27.*) vnde etiam merito obſeruatur, & impletur, *l.2. ff. de pollicita.* Rectè namque Lex XII. Tabul. præcepit: Sancte vota reddunto, *vt refert Eiſſerus lib.1. hiſtor. iuris.* Ita hæc vota nominatim a ſacra ſcriptura reprobantur, quod pluribus inculcare non eſt opus.

Eodem quoque modo talis promiſſio comparari nequit cum pœnali iſta ſtipulatione, quæ ita fiebat; Centum pœnæ nomine dare ſpondes, ſi aduerſus id factum ſit? Spondeo, *l.71. l. continuus, §. pen. ff. de verb. obligat. l. promiſſis, C de tranſact. §. vlt. Inſtit. de verbor. oblig.* Nam in illa obligatione res licita, & poſſibilis in ſupradicta autem obligatione res illicita, & impoſſibilis continetur. Primo ratione promittentis, qui creditori ſtipulanti, ſi aduerſus id factum à te fuerit, ſceleſtus vel infamis eris?
151 illud ipſum promittere nequit, cum quia † famæ, & honoris ſui non magis, quam membrorum ſuorum eſt dominus, *l. liber homo, ff. ad leg. Aquiliam.* Valquius *contron. illuſtr. capite 11. num.7. cum ſequen.* Francis. Burſatus *conſil.191. numer.14. lib.2.* tum etiam,
152 quia † ſibi neque ea pacto, neque ea ſtipulatione, infamiam irrogare poteſt. Hoc enim eſt aut iudicis, aut Senatuſconſulti, aut pœnæ, quæ irrogatur. *Cynus in Rubric. C. ex quibus cauſis infam. irrog. num.4. VVeſenbecius ff. de his qui notantur infam. nu.3.* Atque ideo Tiberius Decianus *in conſ.96. num. 24. volum.3. per l.1. ff. de his qui not. infa. l. infamem de publ. iudic.*
153 dicit, quod infamia † non irrogetur, niſi in caſibus iure expreſſis.

154 Præterea, quia † vita, & fama æquiparantur, adeo vt quis potius mortem pati, quam honorem, famam, & exiſtimationem perdere debet, *l.7. ff. ad Senatuſconſultum Trebellianum, l. iſti quidem, §. penultimo, ff. quod metus cauſa, l. Nepos Proculo, ff. de verborum ſignificationibus, l. neque infantes, ff. de fideicomm. libert. cum ſimilibus.* Cui magis licet priuata conuentione exiſtimationem ſuam cuiquam imminuere, quam ſe ad pœnam corporalem, aut membri amputationem
155 obligare? Sicut enim † hoc omni iure eſt prohibitum. Tiraquellus *in tractatu de pœnis cauſa 41.* Hippolytus *in practic criminali, § expedita num 55.* Baro Schenck *in viridario concluſ. concluſ. 19.* Vt alios ſi-
156 lentio prætereeam: Ita quoque † illud de iure prohibetur, & rejicitur. Baldus *in l. non diſtinguemus §. Iulianus. ff. de receptis.* VVeſenbecius *in paratit ff. de his qui nota. infam. nu.3.* pulchre Math. Coleius *de proceſſ. execut. part. 1. cap. 8. numero 63. cum aliquot ſequentib.*

Denique quoque ratione ſtipulatoris nulla eſt iſti-
157 uſmodi obligatio, non ſolum, † quia turpes ſtipulationes ſunt nullius momenti, *l. generaliter 26. ff. de verborum obligationibus, l. non impoſſibile, ff. de pactis,* verum etiam, quia tale infortunium liberi hominis, vt ſe propria voce infamem efficiat, expectare, neque ciuile, neque naturale eſt, *l. inter ſtipulantem, §. ſacram, §. de verborum obligationibus, l. conditiones, cum l. ſequent. ff. de condit. inſtitut. l. ex eo, C. de inutilibus ſtipulationibus.*

158 Quin tamen † fideiuſſores, qui ſub ſupradicta formula, ſe promiſſa ſeruaturos, fidem dederunt, eamq; poſtea turpiter fallunt, reipſa, & hominum opinione, infamiæ notam incurrant, non eſt dubium, *iuxta l.2. ff. de obſequiis parent. & patrono præſtand. l. ob hac verba, ff. de his qui notant. infam. l. Quintus Mutius in*

fine princip. ff. mandati. l. ea quæ. C. ex quibus cauſis infam.

159 Atque † hæc nota nominis, & næuus honoris,
non ſine cauſa ſurorium atramentum à Tullio, macula,
& inhoneſtamentū ab Apuleio appellatur *Duaren. lib. 1. diſput. cap. 42. in princ. Marcuard. Freher. de
exiſtim. lib. 3. c. 1. nu. 8. & ſeq.* Sicut, & Plato in legibus,
160 malam famam † pro ſupplicio ſtatutis multis. Idque
161 multo † magis obtinet, quando, vt dixi, fidem ita
ſub amiſſione honoris ac famæ datam vlterius etiam
aliquo iuramento, & diris execrationibus confirmant,
puta iurantes ſub verbo veritatis, vel per Baptiſmum
ſuum, aut periculo animæ ſuæ, imo ſe totos
Diabolo deuouentes, & nihilominus poſtea doloſo
promiſſioni ſuæ (quam nec initio mens erat ſeruare)
contrauenirunt, plane nihil curantes, quid iurauerint,
perinde ac ſi cum cauto aliquo iocati fuiſſent,
vt vtar verbis Zaſij *in l. ait prætor, §. iurari, verſi-
162 cul. collige ex textu noſtro, ff. de iureiurando.* In † dolo
enim iurat, qui aliter facturus eſt, quam promittit,
163 cum † periurium ſit, nequiter decipere credentem,
*Pſalmo 23. & 43. Sapientiæ capite primo. Syracides
capite 23. & capite 29. in principio, cap. in dolo 22.
quæſt. 2. cap. quacunque 22. quæſt. 5.* Vnde etiam Thomas
de Aquino 2. *ſecunda quæſt.* 100. *artic.* 3. dicit
164 Quod infideliter † agat, qui aliquid promittit, ſi
non facit, quod promittit, ſicut retulit Iacobus
Marchiſellus *in ſylua quæſt. practicar. quæſt. 25. num. 1.
& quæſt. 71. num. 2.* Baraillus Borellus *de compromiſſis,
§. 2. gloſſ. 1. num. 392. & ſequentibus*, vocantur illi ipſi,
qui tam nequiter proximum ſuum decipiunt homines
duplici corde, & ingredientes duabus viis. *Syracid.
in Panareto, capit. 2.* Quos deſcribit Horatius
his verſibus.

*Odi etenim, ceu clauſtra Erebi, quicunque loquuntur
Ore aliud, taciteque aliud, ſub pectore condunt.*

165 In eo tamen † iudicem circumſpectum eſſe oportet,
ſi forte creditor in libello ſupplicatorio conqueratur,
fideiuſſorem contra datam fidem, & promiſſionem
tali modo factam, ſe velle infamem eſſe, ſi non
ſoluerit, in ſolutione ceſſatorem extitiſſe, ne ſtatim
ſententiam fulminet, eumque perfidum, & infamem
pronunciet. Vtcunque enim creditori ita conqueri
integrum forte ſit, iuxta ea, quæ tradit Ludouic. Romanus
in l. fin. ff. quod quiſque iuris. Iudex tamen conſiderare
debet, num fideiuſſor ex paupertate, difficultate,
& neceſſitate, abſq; dolo malo, vel ad data opera,
moram in ſoluendo commiſerit, & deinceps
quod decet, pronunciare, maxime ideo, quod tales
promiſſiones à quadam leuitate animi humani frequenter
proficiſcuntur, debitoribus, eorumque fideiuſſoribus
etiam aureos montes pollicentibus, modo
pecuniam mutuam, aliudve quid naſciſcantur,
*argumento l. 1. §. in ſumma, ff. quarum rerum actio non
detur, atque eius quod tradit Bart. in l. quamvis 45. ff.
166 de ſolutionibus.* Quid quod † & ſtipulationem pœnalem
propter difficultatem impediri, auctor eſt
*Bar. in l. 4. §. Cato n. 14. ff. de verb. obligationibus, Sebaſtian.
Medices in tractat. de caſibus fortuitis, part. 1.
quæſt. 4. num. 48.*

CAPVT XX.

Quibus modis fideiuſſio ſoluitur, tollitur siue finitur.

SVMMARIA PROOEMII.

1 *Conſtitutum certo modo, certo modo quoque diſſoluitur. Et num. 2.*
3 *Introitum habens, debet habere, & occaſum.*
4 *Vinculo ſemper diſſolutione eſt opus.*
5 *Veritas conſiſtit in paucis.*
6 *Virtus non in dicendo multa, ſed in dicendo multum eſt ſita.*
7 *Fideiuſſionis iure reprobatæ tollantur ipſo iure.*
8 *Tolli non poteſt, quod non eſt.*
9 *Deſinere non poteſt, quod nunquam cœpit.*
10 *Rumpi non poteſt, quod non eſt.*
11 *Solutio non eſt neceſſaria, vbi vinculum non exiſtit.*
12 *Abſolutione non indiget, qui ligatus non eſt.*
13 *Diſpoſitio totius huius capitis adumbratur.*

1 QVidquid rectè † ac certo modo conſtituitur,
certo quoque modo diſſoluitur, tollitur ac finitur,
non ſolum in obligationibus ſiue contractibus,
*l. fere 153. l. nihil 35. omnia 100. ff. de reg. iur.
2 Rubr. inſtit. quib. mod. toll. oblig.* Verum etiam † in aliis
actibus, *c. 1. vbi gl. extr. de reg. iur. Rubr. Inſt. quib mod.
tut. fi. it. Rubr. quib. mod. ius pat. poteſt. tollit. Rubr. quib.
mod. teſtam. infir. l. iudicium ſoluitur, ff. de iudic. Nouell.
22. §. nuptias. Iac. Cuia. in l. 1. ff. de pact.* Vnde etiam re-
3 ctè dicit Arnob *lib. 2. adu. gent.* Quod † habet interitum,
& vitæ incipientis exordium, neceſſario ſequi-
4 tur, vt habere debeat, & occaſum. Et vbicunq; † vinculum
habes (vt hic iuxta tradita ſuperius, *c. 2. n. 19.*)
ibi & de diſſolutione non immerito cogitas, *iuxta l.
Stychum 95. §. naturalis, ff. de ſolutionib.* poſtquam igitur
vidimus quibus modis fideiuſſio contrahatur,
naturalis docendi methodus requirit, vt modi illi,
quibus fideiuſſio rurſus ſoluitur, tollitur, ac finitur, &
ordinem, & quidem quantum fieri poteſt, breuiter
5 quoque proponantur. Veritas enim † conſiſtit in pau-
6 cis. *Aretin. conſ. 1. in pr. & conſ. 7. in pr.* Virtuſque † non
in dicendo multa, ſed in dicendo multum eſt ſita.
*Barth. Soc. conſ. 120. vol. 1. Ioan. Fichard. conſ. 21. nu. 1.
part. 1.* Sed interim meminiſſe oportet, non opus eſſe
7 anxie inquirere de fideiuſſionibus † iure reprobatis,
quomodo hæ tollatur, nam ipſo iure ſunt nullæ.
8 Tolli † igitur non poteſt, quod non eſt, cum priuatio
præſupponat habitum, Ægid. Bellam. *in conſ. 34.
n. 13. mihi fol. 145. col. 2. & facit text. in l. Celſus ff. de vſucap.
l. 1. in prin. ff. vnde vir, & vx. l. 4. C. in quib. cauſ.
in integ. reſtit. non eſt neceſſ. l. 3. C. de tut. vel cur. qui ſatis
non dedit, §. & alio Inſt. quib. mod. teſt. infirm.* Non
9 magis, quam † deſinere quidquam poteſt, quod nunquam
cœpit, *argu. l. 1. § ſed ſi quis, ff. de ſals & legit. l.
Titio 96. ff. de cond. & demonſt. l. non poteſt 208 ff. de re-
10 gul. iu.* Vt nec † rumpi, quod non eſt, *l. nam etſi § ſi
poſt ff. iniuſt. rupt. & irrit. teſta. l. liberos, §. fin. ff. de cupit.
minatio, Valent. Forſteras de ſucceſſ. ab inteſtat. lib. 1. ca.
11 21. n. 3. & 4.* Solutio † enim non eſt neceſſaria, vbi
nullum vinculum exiſtit, *Io. Petr. Surd. conſ. 194 n. 25.*
12 Et qui † ligatus non eſt, abſolutione, non indiget.
Petr. Ant. de Petra de poteſtat. princ. cap. 29. n. 47.
13 Quo autem † minus faſtidij Lectori pariam, ſtat ſententia,
totum hoc caput in triginta octo paragraphos
diuidere, ita vt oſtendam, quomodo, ſeu quatenus
fideiuſſio tollatur, ac finiatur; ſcilicet.

SOLV-

SOLVTIONE. §. 1.
IVREIVRANDO. §. 2.
NOVATIONE. §. 3.
DELEGATIONE. §. 4.
ACCEPTILATIONE. §. 5.
COMPENSATIONE. §. 6.
TRANSACTIONE. §. 7.
LIBERATIONE. §. 8.
PRÆSENTATIONE REI. §. 9.
MORTE. §. 10.
DISSENSV. §. 11.
PROROGATIONE. §. 12.
ELECTIONE. §. 13.
BONORVM ADEMPTIONE. §. 14.
INOPIA §. 15.
CONFVSIONE. §. 16.
METV MORTIS. §. 17.
TEMPORE.
NON EXISTENTIA CONDITIONIS. §. 18.
SENTENTIA DIFFINITIVA. §. 19.
FINITIONE INSTANTIÆ. §. 20.
DATIONE IN SOLVTVM. §. 21.
NVLLITATE CONTRACTVS. §. 22.
SPONTANEA COMPARITIONE. §. 23.
ARROGATIONE. §. 24.
ALTERATIONE CONTRACTVS. §. 25.
MVTATIONE IVDICIS. §. 26.
INTERITV REI DEBITÆ. §. 27.
MATRIMONIO INTERVENIENTE §. 29.
ERRORE. §. 30.
FINITIONE OFFICII. §. 31.
INIMICITIIS. §. 32.
POENITENTIA. §. 33.
PROTESTATIONE. §. 34.
MISSIONE IN POSSESSIONEM. §. 35.
DATIONE ALIORVM FIDEIVSSORVM. §. 36.
OBLATIONE ÆQVE IDONEI FIDEIVSSORIS. §. 37.
DEBITORIS FVGIENTIS CAPTVRA. §. 38.

§. I. *DE SOLVTIONE.*

SVMMARIA.

1 *Solutione tollitur obligatio fideiuſſoria. Et n. 4.*
2 *Solutio eſt naturalis ab obligatione liberatio.*
3 *Solutoris definitio ex Cuiacio & Antonio Pichardo.*
5 *Reus ſoluens fideiuſſorem liberat.*
6 *Fideiuſſor in dubio præſumitur mandatum habere ad ſoluendum.*
7 *Fideiuſſor ſoluens creditori, vel creditoris creditori, reum liberat, Quod declaratur n. 8. 9. & 10.*
11 *Domino de peculio conuento condemnatoque ſoluente, fideiuſſores pro ſeruo accepti liberantur.*
12 *Reus, ſi duos fideiuſſores dederit, ita ſoluere poteſt, vt vnum duntaxat liberet.*
13 *Tutor, ſi pupillo ſuo, tanquam fideiuſſor ſoluat, debitorem pupilli ſub liberat.*
14 *Fiſco, ad quem bona rei deuoluta ſunt, pro reo ſoluente, fideiuſſori liberatio contingit.*
15 *Fideiuſſori vel pro duobus debitoribus, vel vni ex pluribus creditoribus ſoluenti liberatio indulgenda.*
16 *Creditoris expulſi debitor coactus ſoluere debitum ciuitati, liberat non ſolum ſe, ſed etiam fideiuſſorem, ex ſententia Decij. Contrarium defendentibus Iaſone, Ruino, & Menochio.*
17 *Fideiuſſor ſoluere poteſt etiam principali non præſente, ſed abſente.*
18 *Fideiuſſor litis æſtimationem ſoluere poteſt, litiſque æſtimatione damnatus facit, vt res fiat depoſitarij.*
19 *Fideiuſſor etiam rem viliſſimam creditori volenti ſoluens, liberationem conſequitur.*
20 *Fideiuſſor, qui præſtare id debet, vt emptori habere liceat, ſoluta quandocunque ſpecie, ab eius quod intereſt actione liberatur.*
21 *Fideiuſſor ſoluens ſeruum poteſt petere pretium, quamuis ſeruus mortuus ſit.*
22 *Reus liberatur, quando vnus ex fideiuſſoribus partem ſuam ſoluit, tanquam negotium reo gerens.*
23 *L. Stychum, §. ſi mandatu. ff. de ſolut. & l. Papinianus, ff. mandati. explicantur.*
24 *Mandator, & fideiuſſor quomodo differant.*
25 *Fideiuſſori indebitum, vel quid aliud ex errore ſoluenti, quomodo ſuccuratur. Et n. 26. 27. 28. & 30.*
29 *Fideiuſſor pro inutiliter obligato ex ignorantia iuris ſoluens, nunquam liberatur.*
31 *Fideiuſſore ex alia cauſa, quam debebat, ſoluente, quid iuris, oſtenditur.*
32 *Reus, & fideiuſſor ſi ſoluerint viginti, cum decem tantum deberent, ſinguli quina repetunt.*
33 *Fideiuſſor partem ſoluens, adhuc recte pro reſiduo conuenitur.*
34 *Oblatio, obſignatio, ac depoſitio ſunt vice ſolutionis, quod ampliatur, n. 35.*
36 *Oblata, obſignata, ac depoſita pecunia non poteſt deponenti a depoſitario ſine licentia iudicis reddi.*
37 *Miſſio in bona quid iuris tribuat fideiuſſori ſoluenti, ertucleatur. Et n. 38.*
39 *Solutionem allegans, eam probare tenetur, ſiue ſit reus, ſiue fideiuſſor. Et n. 40.*
41 *Solutio probari poteſt, non tantum apertis probationibus, ſed etiam præſumptionibus, Et n. 42.*
43 *Solutio probatur quinque teſtibus, ſi debitum contractum ſit in ſcriptis.*
44 *Debitoris appellatione venit quoque fideiuſſor.*
45 *Gloſſa lib. 5. art. 85. reijcitur.*
46 *Solutio probatur teſtibus, etiamſi contrahentes pacti fuerint, eam non aliter, quam ſcriptis probari poſſe.*
47 *Solutio per teſtes probari poteſt, etiamſi debitor vel fideiuſſor iurauerint, non probare ſolutionem, niſi per inſtrumentum incifum.*
48 *Solutio inſtrumentis probari poteſt. Et n. 49.*
50 *Indemnitatis ex inſtrumento ſi appareat, alicui indemnitatem promiſſam eſſe, ſatis probatur, eum fideiuſſiſſe.*
51 *Confeſſio facta ſolutionis vera ſolutioni æquiparatur. Et n. 53. 54. 55. & 56.*
52 *Nicol. de Milis, Lanfranc. Balbus, Bartazolius ac P. Coſtalius refutantur.*
57 *Apocham ſiue Quitantiam pro ſolutione accipere tutiſſimum eſt.*

58 *Apocham creditor fideiuſſori ſoluenti dare cogitur.*
59 *Solutio poteſt probari per iuramentum, vel iudiciale, vel voluntarium.*
60 *Iuramento proprie quis non probat, ſed releuatur ab onere probandi. Et n.61.*
62 *Iuranti fideiuſſori datur repetitio.*
63 *Iuramentum neceſſarium ſiue ſuppletorium, an fideiuſſori ſolutionem ſemiplene probanti ſit deferendum, diſcutitur.*
64 *Iuramentum neceſſarium non eſt legitima probatio. Sed declara vt n.65.66.67.68 & 69.*
70 *Mercatorum libri quantum probent. Et n.71.72.73.*
74 *Mortis in agone conſtitutus non præſumitur peccare, vel mentiri.*
75 *Scriptura mortui maior fides habetur, quam viuentis.*
76 *Mors habetur loco iuramenti.*
77 *L.Rationes. C.de probationibus explicatur. Et numero, 78.79.*
80 *Moriens omnis non cenſetur eſſe Ioannes Baptiſta.*
81 *Teſtatori iuranti illa vera eſſe, quæ ſcripſit, creditur.*
82 *Confeſſio ſemel facta ſed non acceptata, reuocatur per contrariam confeſſionem iuratam.*
83 *Vltima voluntatis nomine quid veniat.*
84 *Schedulæ papyracæ, & Schartafacia parum probant.*
85 *Fideiuſſor in vita ſua cum debitore rationes inire debet.*
86 *Debitum diu differens petere, præſumitur eſſe in mala fide.*
87 *Occultum ſi quidpiam teneatur per longum tempus, tunc de facili fraus præſumitur.*
88 *Statutum Lubecenſe inducitur.*

1 PRimo † igitur ſoluitur vel tollitur obligatio fide-
iuſſoria SOLVTIONE, quando nimirũ non idẽ ſed
tantũdem redditur; Seba. Medices *in tract. de reg. iuris*
reg.4.n.40. & in tract. Mors omnia ſoluit. part.2. concl.
2 *45.n.127.* Eſt enim † naturalis ab obligatione libera-
tio, *l.vlt.C.ad exhib. l.ſolutam 49.ff.de ſolut. l.conſ.ff.de*
curat. furioſi. Vnde Seneca de beneficiis *li.2.c.18.* cre-
ditori reddendum eſt, quantum accepi, & ſi reddidi,
ſolutus ſum ac liber. Et ideo Cuiat. *in tr.7. ad Afric.*
3 *pag. 391.* ſolutionem recte † definit, quod ſit eius,
quod debetur, à ſe in creditorem vel alium, cui ſol-
uatur recte, abalienatio perfecta. Cui in effectu con-
ſonat definitio ſiue deſcriptio Ant. Pichardo Viniuæ
ſæ *in princ. tit. n.24. Inſtit. quib. mod. toll. oblig.* dicentis:
Solutionem nihil aliud eſſe, quam rei debitæ per ip-
ſum debitorem vel alium, eius nomine, creditori
idoneo factam actualem ſatisfactionem.
4 Neque † vero dubium vllum habet, quin per ſolu-
tionem eius, quod debetur, obligatio fideiuſſoria ex-
5 tinguatur. Si enim † reus ipſe ſoluerit creditori, tunc
etiam, qui pro eo interuenerunt, liberantur, & ex cõ-
6 trario, ſi fideiuſſor quiſpiã (ad quod ſane † in dubio
etiam mandatum habere præſumitur, *Salic in l.ſi pro*
ea, n.7.C.mandati. Hier. Magnius dec. Lucen 92.n.13.)
7 vel † ipſi creditori creditoris (iuxta tamen diſtin-
ctiones Bart. *l.ſolutum, ff.de pign. act. & in l.ſi oper. ff.de*
doli excep. quas retulit Soc. iunior *in conſ.65.n.5.vol.*
8 *2.* vbi vide) ſoluerit, non quidem ipſe fideiuſſor † ſo-
lus liberatur, ſed etiam reus, eatenus ſcilicet & quate-
nus ſolutio creditorem reſpicit, non quod fideiuſ-
ſorem, cui adhuc ex mandato reus obligatus manet,
l.ſi fideiuſſ. ff.de dolo. l.vbi 24. l.inter artifices, l.in om-
nibus, 43. l.cum decem §.1.ff.de ſolutionibus.
9 Parum † enim ad liberationem debitoris vel fide-
iuſſoris cauſaodam refert, vtrum ipſe reus, vel an fi-
deiuſſor, vel an alius quiſpiam, eorum nomine, ſoluat
cum vt fideiuſſoris: ita & extranei pecunia reus libe-
retur, *l.qui fide, l.ſi is qui 50.ff.mandati, l.5. C.de ſolut.*
l.2.C.de fideiuſſ. tutor. Surd. *dec.118.n.1. & n.* Paris. *conſ.*
107. n.135. vol.3. faciunt tradita per Auguſt. Beroum
10 *in conſ 197.vol.1.* vbi oſtendit, † quod tertius pro alio
ſoluere promittens, vt fideiuſſor promittat, & debi-
torem, pro quo promiſit, ab obligatione liberet, ſi
expreſſe nouandi animo promiſerit, *iuxta gl. ſing. in*
Auth. de fideiuſſ. in prin. Bart. in conſ. ſuo incip. Tertius
promiſit. Roma Fulg. & Iaſon. *n.36.37. & 38. in l.ſi.gul.*
ff ſi cert. pet. & Angel. *in l.delegare ff. de nouationib.*
Habentque præcedentia vſque adeo locum, vt &
11 domino † de peculio conuento condemnatoq; ſol-
uente fideiuſſores pro ſeruo accepto liberari reſpõ-
derit African. *in l.cum quis, §.2.* (*vbi Cuiat.*) & Procu-
lus *in l.egiſſi. ff.de ſolution. textus alius, in l.ſi cum. 21.§.*
vlt. de except. rei iud. Præterea etiam reus, ſi duos de-
12 derit † fideiuſſores, ita ſoluere poteſt, vt vnum dun-
13 taxat liberet, *l.in his 5.§ ſi duos. ff.de ſolut.* Et † tutor ſi
pupillo ſuo, tanquam fideiuſſor, ſoluat, debitorẽ pu-
pilli ſui liberat, iuxta text. *in l.tutor 69.ff.de fideiuſſor.*
14 Quinimo etſi † non reus, ſed fiſcus, ad quem bona rei
deuoluta ſunt, pro reo ſoluat, fideiuſſor liberatur,
15 *l.ſi indebitam. C.de fideiuſſ.* Sicut vt & † tunc, quando
fideiuſſor vel pro duobus debitoribus, *vt in l.vbi fide-*
iuſſor. ff.de ſolutionib. vel vni ex pluribus creditoribus,
quibus fideiuſſum erat, ſoluit, liberatio contigit, per
text. conſt. *lib.3. art.84. verſic.*
16 Hoc amplius † & creditoris expulſi debitorem,
coactum ſoluere debitum ciuitati, liberari mediante
tali ſolutione, & ſimul eius fideiuſſorem, late conſul-
tit Decius *conſ 25.* Licet contrarium videantur aſtru-
ere Iaſon *in conſ.26.lib.3.* & Carol. Ruin. *in conſ.171.*
lib.4. Menoch. *conſ.68. poſt. n.1. vol.1.*
17 Et † vero fideiuſſor non tantum omne id, quod
debetur, de quo infra *cap.24.* latius diſſeram, etiam
principali abſente, cum fideiuſſore quantitatem ali-
quam ſoluente, interuentus principalis non ſit neceſ-
ſarius, Bart. alij *in l.fideiuſſorib ff.de fideiuſſ.* Cyn. *in l.*
2.C.eod. Muſcatellus *in pract. fideiuſſoria, part.1. modo*
5.n. 10. Sed & litis æſtimationem ſoluere poteſt, in
18 tantum, † vt ſi fideiuſſor pro te, apud quem res depo-
ſita eſt, litis æſtimatione damnatus ſit, res tua fiat,
l.ſi fideiuſſor, 30.ff.depoſiti.
19 Sic etiamſi fideiuſſor † rem viliſſimam ſoluerit, &
creditorem contentauerit, nihilominus reo liberatio
contingit, *l.ſi quis 46. l.fideiuſſorem 52. ff.mandati. l.o.*
Goddæus de contrahen. ſtipul. c.12. concl.1, n.6.
20 Præterea fideiuſſor † quoq; qui præſtare id debet,
vt emptori habere liceat, *l.habere, ff.de euictionib.* ſo-
luta quandocumque ſpecie, ab eius quod intereſt
actione liberatur, *l.fideiuſſor. ff.de doli except. Alciat.*
in l ſi pacto quo pœnam, num.18.C.de pactis.
21 Accedit † in cumulum, quod vbi fideiuſſor ſoluit
ſeruum, poſſit petere pretium, quamuis ſeruus mor-
tuus ſit, & debitor principalis obligatus fuerit ad pre-
tium propter ſeruum, *l.hominem 37. ff.mandati.* Petr.
Auguſtin. Molla *in Emporio iuris, par.1. tit.9. quæſt.11.*
num.5.
22 Vt † & tum pro parte reus liberatur, quando vnus
ex fideiuſſoribus partem ſuam ſoluit, tanquam nego-
tium reo gerens, *l.quotiens 37.ff.de ſolutionib.* Alciat,
23 *l ſi creditores, n 40.C.de pactis.* Nec † obſtant, *l.Sty-*
chum. §.ſi mandatu. ff de ſolutionib. & l.Papinianus, ff.
mandati. vbi dicitur. Mandatorem debitoris ſoluen-
tem, ipſo iure non liberare reum facilis enim eſt re-
24 ſponſio, id ideo fieri, quia multum intereſt † inter
mandatorem, & fideiuſſorem, mandator enim non
loco rei eſt, ſed alius quidam reus, & præterea non
alieno, ſed ſuo nomine obligatur, & ſoluit, Cuiat. *in*

l.6.

l. & hæred. ff. de pactis, quod ſe aliter habet in fideiuſ-
ſore, vt ait idem Cuiac. *lib. 23. obſeru. c. 25.*

Verum hic nonnihil difficultatis oritur, quid di-
cendum ſit, ſi fideiuſſor vel indebitum, vel ex errore,
vel rem alia quam debeat, vel pro inutiliter obliga-
to, vel contra pactum adjectum, vel ex alia, quam
debebat, cauſa, vel pariter cum debitore ſoluat? Et
25 quidem quod ſolutionem † indebiti attinet, iure pro-
uiſum eſt, ſi fideiuſſor ſoluat indebitum debitori, ſi
eius nomine ſit ſolutum, repetitionem competere, ſi
vero ſuo proprio nomine ſoluerit, ipſum fideiuſſo-
rem indebitam pecuniam condicere poſſe, *l. frater, §.
vlt. l. indebitam 47. ff. de condic. indeb. de quo infra c.*
26 *25. prolixius agam.* At ſi † fideiuſſor iure liberatus ſol-
uerit errore pecuniam, repetenti non oberit: quan-
quam ſi reus promittendi per errorem, & ipſe poſtea
pecuniam ſoluerit, aliud eſt ſtatuendum, vt eſt text.
27 *in l. fideiuſſor. 59. ff. de condict. indeb.* Eodem † mo-
do ſi cum debitor ſoluiſſet, ignarus fideiuſſor ſolue-
rit, mandati actionem habet, agnoſcendum enim eſt
28 ei, ſi non diuinauit, debitorem ſoluiſſe, *l. ſi fideiuſſor.
§. 2. ff. mandati.* Porro ſi fideiuſſor ſoluerit rem aliam,
quam debebat, puta, ſi cum hominem pro re dare
fideiuſſiſſet, alienum hominem ſtipulatori dederit,
nec ipſe liberatur, nec re liberat, niſi forte ſolutio
reconcilietur, *l. Iulianus, 47. §. 1. ff. mandati.* Quando
29 † vero fideiuſſor pro inutiliter obligato ſoluit, tunc
ſi ex ignorantia iuris ſoluat, nequaquam liberatur,
*d. l. fideiuſſor. 29. § 5. ff. mandati. Nicol. Bellon. conſ. 76.
nu. 20.*

30 Quod ſi † etiam fideiuſſor pactus fuerit, ne à ſe
pecunia peteretur, & poſtea per imprudentiam ſol-
uerit, reum quidem ſua ſolutione non liberat, ſed
exceptione pacti de non petendo tutus, condicere
ſtipulatori poterit pecuniam ex errore ſolutam, *l.
cum is 32. §. fideiuſſor, 29. ff. de condict. indeb.*

31 Denique † ſi fideiuſſor creditori ex alia quoque
cauſa, quam fideiuſſione ſua, ſit obſtrictus, & ſoluat,
ſequenda erit diſpoſitio, l. 1. & quæ ad illam ſcribunt
DD. *ff. de ſolutio. l. 1. C. eo.* iunctis iis, quæ ſcribit VVe-
ſenb. *in parat. ff. de ſol. n. 7.* Quo etiam reſpexit Ca-
mill. Gallutius *de verb. ſign. lib. 5. c. 18. nu. 270.* dum in-
quit, quod fideiuſſor ſoluens ſuo potius, quam alie-
no nomine ſoluere præſumatur.

32 Plane † ſi reus, & fideiuſſor ſoluerint pariter, puta
viginti, cum decem tantum deberent, ſinguli quia
repetunt, *l. ſi pœna, 19. §. vlt. cum l. ſeq. ff. de condict. in-*
33 *deb.* Vt † & fideiuſſor, partem ſoluens, recte adhuc
pro reſiduo conuenitur. Ioan. Ronchegal *in l. 3. §. vbi
duo. verſ. vtique enim, nu. 22. mihi pag. 324. col. 2. ff. de
duob. reis.*

Cæterum iam ponamus, vel reum vel fideiuſſorem
ſtatuto tempore ſolutionem facere velle, ſed credi-
torem reo vel fideiuſſori ſolutionem facere geſtien-
tibus, negare ſuſceptionis officium, vt loquitur l. 4.
34 D. *de colla. fundi patrim. lib. 11.* an pecuniam pro †
conſequenda liberatione obtuliſſe, obſignaſſe ſuffi-
ciet; Et apud me dubium nullum eſt, ſufficere, modo
integræ ſummæ, cum omni acceſſione, ita vt nec
nummus deficiat, vel doloſe omittatur, oblatio, ob-
ſignatio, & depoſitio actualiter, non verbaliter, ac
non in folle, vel ſacco, vel ciſta clauſula, & obſerua-
ta, apud iudicem competentem, ſi is haberi poſſit,
vel apud non competentem, aut amicum, in præſen-
tia honeſtorum virorum, pure, & libere, abſque con-
ditione, & inuolutione reſeruationum fiat, iuxta ea
quæ traduntur, *in l. obſignatione, C. de ſolutionib. l. ac-
ceptam.* & ibi Ioan: Sichar. *C. de vſur.* tractat, Iaſon.
conſ. 9. nu. 15. lib. 1. Menoch. *in arbit. iud. quæſt. caſu 232.*

Neutzan. *conſ. 49. num. 4.* Borcholt. *de vſuris, cap. vlt.
num. 5. cum aliquot. ſeqq.* Ioan. Koppen in Rangenſ-
dorff. *in dec. ſuis. q. 34. nu. 9. & ſeqq.* vbi valde elegan-
ter hoc explicatur. Et nouiſſime Erneſt. Cothman.
in reſponſo. 45. num. 130. & aliquot ſeqq. Ioan. Goddæus
de contrah. ſtipulat. ca. 12. concl. 4. per tot. Barnab. Cor-
nazzan. *deciſ. Lucenſi, 25.* Ioan. Zangerus *in tract. de
exception. part. 3. cap. 2. & præſertim nu. 53.* Idque in
fideiuſſoris perſona nominatim expreſſum eſt, *in l.
qui mutuam 36. §. 1. ff. mandati. l. fideiuſſ. 64. ff. de fide-
iuſſ.* & pulchre explicat. Hippol. *in Rubric. de fideiuſ-
ſor. n. 372. cum multis ſequentibus.* Ampliatur autem
35 hæc ipſa traditio, vt ſi † per dationem fideiuſſoris,
promittentis repræſentare vel ſoluere pecuniam ad
mandatum iudicis, ſequeſtrum relaxetur, & po-
ſtea ipſe debitor eam pecuniam offerat, conſignet, &
deponat, liberetur fideiuſſor, nec amplius moleſta-
ri poſſit, etiamſi debitor recipiat ad manus ſuas pe-
cuniam ſemel depoſitam. Speculat. *in tit. de fideiuſſ.
num. 20.* Ioan. Petr. Surdus *conſ. 145. num. 22. vol. 1.*
Flamin. Chartar. *in dec. cauſ. execut. Rota Genuenſ. de-
ciſ. 89.*

Obſeruandum tamen prædicto caſu eſt, ſi debitor
36 creditori † realiter, & non malitioſe (tunc enim po-
tius decipere velle videtur, *l. vbi exigitur. ff. de edendo.
Bartolus, Baldus, & Fulgoſ. in l. eleganter. §. qui repro-
bes, ff. de pignor. act. Neutzan. d. conſ. 49. nu. 17.*) offerat
debitum, & quia ipſe nullo modo recipere vult, il-
lud auctoritate iudicis apud aliquem deponat; quod
non poſſit depoſitarius deponenti debitori, propria
auctoritate, ſine licentia iudicis, & irrequiſitu credi-
tore reſtituere, quod ſi fecerit, & debitor non ſol-
uendo fiat, depoſitarius tenetur in ſubſidium, ſi ali-
ter non poteſt creditor ſuum conſequi à debitore
*argumento l. fin. in fin. ff. de eo per quem fact. erit. l. accep-
tam. in fin. C. de vſuris* Roman. *conſ. 287.* Tiraq. *de
vtroque retract. lib. 2. glo. 9. num. 2.* Bertazolius *in tract.
clauſul. clauſ. 41. gloſ. ſeptima, n. 7.*

37 Rurſus † pone, vnum ex fideiuſſoribus integram
pecuniam ſoluere, & liberatis tam reo, quam etiam
confideiuſſoribus, in bona debitoris miſſionem im-
petrare, appellant: poſt miſſionem verò apparere
alios creditores priores, vel ratione decimarum, vel
anterioris hypothecæ, ſolutionem ſibi præ aliis fieri
petentes, fideiuſſore dicente, ſibi per miſſionem in
bona, quaſi per in ſolutum dationem, ius irreuoca-
bile quæſitum eſſe; quid iſto caſu pronunciandum
eſſe dicemus? Certe per ſolutionem iſtam fideiuſſo-
ris vnius non ſolum reum, ſed, & confideiuſſores,
quoad creditorem, liberatos eſſe manifeſtum fit ex
l. cum alter. C. de fideiuſſ. Veruntamen miſſio illa in
bona, non eſt in ſolutum datio (abeſt enim inſolu-
tum dandi intentio, atque ideo actus hic non debet
agentium intentionem agredi) ſed tantum loco pi-
gnoris vel hypothecæ, donec ſcilicet fideiuſſori ſol-
uenti ſatisfiat, id quod clare reprobatur ex l. 2. & 3.
C. *qui pot. in pignor. hab.* atque illa Doctorum theori-
38 ca, quæ vult, quando † debitor ad certam quantita-
tem condemnatus, rem aliquam dat creditori ſuo
pro executione ſententiæ, quod præſumatur dediſſe
non in ſolutum, ſed loco pignoris, pulchre Afflict.
deciſ. 373. Menoch. *de præſumpt. lib. 2. præſumpt. 93. &
in conſ. 20. n. 6. lib. 3.* vbi limitationes aliquot aſſignat.
Atque ita aliquando in iudicio Regio Budiſſinenſi
pronuntiatum recordor in cauſa Cottini contra He-
ghradum 16. Iulij, Anno 88.

Cum autem iuris ſit vulgatiſſimi, non præſumi
39 † debitum ſolutum, cum ſit quid facti, quod non
præſumitur, atque ideo ſolutionem allegauti eam

probandam eſſe, *l.1. C. de probat.l. ult.C.de ſol.*Maſcard.*de probat.concl.78.n.18. & concluſ.783.*Menoch. *de præſumpt. lib.3. præſumpt.135.* & præterea minime
40 † ambigendum, non ſolum reum, de quo eſt textus elegans. Quod dei fideiuſſionem *lib.3.artic.58.verſ.* Quod dei fideiuſſionem. Verum etiam fideiuſſorem ſolutionem pecuniæ debitæ probare cogi, ad hoc, vt vt hic aduerſus reum, & confideiuſſores regreſſum habeat, ille vero fideiuſſorem ſuum liberet, *d.art.85. verſ.* Et qui erit fideiuſſor.*& verſ.* Videamus porro, quibus modis vterque ſolutionem à ſe factam eſſe probare queat.

Et quod ad reum ſiue debitorem attinet, is multis
41 modis ſolutionem docere poteſt, non tantum † apertis probationibus, ſed etiam præſumptionibus, & conjecturis, vt exacte docent Maſcard. *de probat.d. concl.783.* & Menoch. *d.præſumpt.135.* apud quos vi-
42 dere licet, ne actum agam, Certe Bart. † *in l.generaliter, C.de non nu.pecun.*& poſt eum Afflictus *in dec. 53.num.35.in fin. & nu.26.* volunt, ſi debitum contractum ſit in ſcriptis, partium conuentione, atque ita diſpoſitione hominis, quo ſolutio probari debeat in ſcriptis, vel quinque teſtibus, *l.teſtium. C.de teſtibus.* Secus vero eſſe, quando debitum eſt diſpoſitione legis, quia tunc fieri poteſt probatio ſolutionis teſtimonio duorum teſtium, ſequitur Menoch. *de præſumpt.lib.1.q.46. nu.44.* qui iungantur ea quæ habentur in tex.& glo.*lib.2.art.6.*

Quatenus vero fideiuſſor probare neceſſe habet, ſe pro debitore, & confideiuſſore pecuniam debitam
43 exſoluiſſe, ſciendum eſt, ſolutionem † iſtam primo doceri teſtibus, & quidem quinque, ſi debitum ſit contractum in ſcriptis, *iuxta d.l.teſtium C.de teſtibus.* Licet enim lex illa proprie loquitur de debitoribus, ad fidejuſſorem tamen quoque extendi poteſt, nam,
44 & is † appellatione debitoris venit, vt eſt magis communis, & verior opinio ſecundum Bart, Alex. Iaſ.& alios *in l.1. ff.ſi cert pet.* Barbat.*conſ.87.n.7.vol. 3.per l.blandum, Cod.de fideiuſſ. l.6. res. in fin.ff. ad Trebell.l. & magis circa princ. ff. de fideiuſ.tut.* Franc. Marc.*quæſtio.340.*Cacheran.*dec.2.n.9.*Eman.Soarez. *in com opin.lit.F.nu.158.*late Ioan.Baptiſta Aſinius *de execution.in prolegom.cap.2.per tot.* & dixi ſupra *cap. 15.nu.2.*

45 Et ideo † iure ciuili non probatur glo. Conſtit. *lib.3. d.art 85.verſ.*is qui ſoluet pecuniam, quæ probationem illam duobus teſtibus fieri poſſe ait, multo minus *d.ar.6.lib.2.*qui tres teſtes ſufficere ſtatuit, niſi modo intelligere velis, iuxta diſpoſitionem iuris Canonici quo receptum eſt, in ore duorum aut trium teſtium ſtare omne verbum, *c.licet vniuerſis de teſtib.* vel debito legali, iuxta ſuperius allatam diſtinctionem, quod tamen non facilè aſſeueraucrim, maximè, quia etiam glo.*in d.cap.licet vniuerſis, verb.duorum in fin.* caſum *d.l. teſtium C. de teſtibus.* nominatim à prædicta regula excipit.

46 Extenditur † vero hæc concluſio, vt ſolutio quoque teſtibus probari poſſit à fideiuſſore, etiam eo caſu, quo ea non aliter probari poſſe, quam ſcriptis; contrahentes pacti fuerunt, vt commune eſt interpretum dogma, ſcribit Anton.de Canar. *in tract.de execu. inſtrum. quæſtio.36.in.75.* Follerius *in pragmat. de cenſ.verſic. qua quidem execut.n.57. & ſeq.* Eman. Soarez. *in theſauro com.opin.litera* S.*n.140.*

47 Extenditur † ſecundo, vt quamuis debitor, vel fideiuſſor iurauerint, non probare ſolutionem, niſi per inſtrumentum inciſum, per ſcripturas fractas, & laceratas, adhuc tamen procurare poſſint, vt ſuper ſolutione teſtes officio iudicis recipiantur, Specu, *in tit.de probat.§.videndum, verſi.ſed quid ſi debitor.* Ioa. *de Arnone ſoliloq.58. & eſt tex.in cap. ad noſtram.la 2. in fin.extra, de iureiurando.*

48 Secundo fideiuſſor † ſolutionem probare poteſt Inſtrumentis, quæ in exercendis litibus eandem vim obtinent, quam depoſitiones teſtium, *l.in exercendis, C.de fide inſtrum.*Fideiuſſores igitur vna cum apocha
49 † ſolutionis etiam ipſa origionalis inſtrumenta exhibentes, eaque ſibi tradita à creditore, bono ipſius conſenſu, expreſſo vel tacito, probantes, iuxta Ruin. *conſ 44 num.3.lib.1.* Menoch. *de præſumpt.lib.3. præſump 140.nu.4.* Maſcard. *de prob.concl.476.nu.1.2.& ſeqq.quendam Doct.in l.Modeſtinus, nu.40.& 41.ff.de ſolut.*Coler.*de proceſſ.execut.par.2.cap.2.n.50.& ſeqq.* Petr. Geigium *in quæ.iur.qu.38.n.53.* Atque etiam inſtrumentum ſaltem publicum vel priuatum de ſolutione oſtendentes quamuis ipſam ſolutionem rei ipſa planam non faciant, contra debitorem tamen, & confidejuſſores audientur, ac ſummam, pro qua fideiuſſerunt, ab eo exigent, vt inquit Iaſon.*in l.in duobus §.1.ff. de iureiur.* Felin *in c.ſi cautio. colum. vlt.de fide inſtrum.* Hippol *in Rub.de fideiuſſoribus,n.265.*Anton. Gumez.*de contract.cap.13.n.3.*Id quod etiam ad fideiuſſores eos, qui Reipublicæ ſpoponderunt, extendi poteſt *argum.l.vnic.Cod.de ſolut.& liberat.lib.11.*

50 Haud diſſimili † modo, ſi appareat ſaltem ex alio inſtrumēto puta indemnitatis, ac per ſcripturas quod fideiuſſori præſtita ſit indemnitas, adhuc ſatis probatum eſſe, quem fideiuſſiſſe, voluit Angel. *in Auth.ſi quis in aliquo.col.1.& ibi Iaſ.col.6.*& Purpurat.*col.6. C.de edendo.*Nicol.Bellon.*in conſ.75.nu.1.2.& 3. quod repetit.in conſ.77.n.1.2.& 3.*

51 Tertio probatur † ſolutio à fideiuſſore facta, ſi creditor confiteatur ſibi à fideiuſſore ſatisfactum eſſe. Et iſto caſu fideiuſſor ſemper contra debitorem principalem agere poteſt, etiam ſi aliter actualem numerationē non probet, vera enim ſolutio, & confeſſio ſolutionis æquiparantur, *l.in contractibus,§ ſed quoniam. C.de non.nu.pecun.* atque ita tenet Paul. de Caſtro *in conſ.64. lib.1.in nouiſ.& in conſ. 397. incip. Quæritur vtrum fideiuſſors.in antiqua impreſſione.*Bart. *in conſ.160.incip. Titius promiſit.*Felin. *in c.ſi cautio. col.fin.de fide inſtrum.* Alexand.*conſ.25. vol.2. & conſ. 90.vol.3.*Afflict.*deciſ.94.nu.3.*Hippol. *in Rubric.de fideiuſſ.nu.265.* Ioan.Cephalus *conſ.101. nu.5.lib.1.*Duennas *reg.449 ampliat.4.*Ruinus *conſ.147.nu.14.lib.1.* Magonius *deciſ.Florent.94. nu.25.*Vincen. Caroc. *de excuſſ.bon..6.q.10.quæſt. prin.n.21.& in tract.de iuramento deciſorio.q.314.quæſt.p.in.nu.4.*Horat. Carpan. *ad ſtatut.Mediolan.p.1.c.413.num.42.* Valent.Francus *de fideiuſſor.cap.5.nu.519. & 520.* qui etiam alios laudant.

52 Et licet Nicol. de Milis *in Repertorio aureo, lit.F. nu.11.mihi fol.163 lat.2.deciſ.305.*Lanfranc.Balbus *deciſ.305.* Bertazolius *in tract. clauſ inſtrum. clauſ.43. gloſſ.6.nu.1.*& Petrus Coſtalius *in l.in duobus,§.à fide-*
53 *iuſſore. mihi pag.233.ff.de iureiurando.* contrarium defendunt, tamen prædicta opinio † eſt magis communis, & verior, Roland.à Valle *conſ.17.n.9.vol.1.* Maſcard. *de probat.concluſ.361.& concluſ.785.*Eman.Soarez. *in com opin.lit. F. nu.164.* Guid. Pancirolus *conſ.*
54 *108.nu.15.* Nicol.Bellon. *conſ.75.nu.6.* vbi hoc † ſine dubio procedere ait, quando creditores confitentur, & deponunt de reali, & vera ſatisfactione, pro quo etiam vbi vltra Bart.Caſtrenſ.&Alex.alleg. Affl. *dec.Neapol.94 & dec.91.*ac Decium *conſ.393.col.1.*nec diſſentit Cardin.Alban.*in addit.ad Bart.in d.l.in duobus §. à fideiuſſore.ff.de iureiu.* Eamque opinionem † etiam nouiſſime probaut Fachineus *lib.8. controuerſiarum*

Digitized by Google

verſarum iuris.ca.68.ver.fundamentum eſt Æquum-
que † renuntiat Franciſ. Maria. Plotus in addit. ad
Martin. Garratum Laudenſem *in conſi.50. nu.29.mihi*
pag.135.in editione Francofordiana, de Anno 1575.

Cautius tamen, pro euitanda hac diſputatione,
agit fideiuſſor, ſi creditori ſoluens, non ſaltem ori-
ginalem obligationem recipiat, eamque vel cancel-
let aut comburat, bene ſe rebus ſuis eo ipſo pro-
ſpexiſſe ratus cum tamen contingere queat, vt cre-
ditor non ſola illa obligatione contentus creditum
forte librum rationum quoque retulerit, & tranſcrip-
ſerit, ac ſub illo prætextu debitorem, vel fideiuſſo-
rem ſuis diuexare præſumat: Sed ſtatim ab ipſo
repoſcat quitantiam ſiue recautum, quod nihil aliud
57 eſt quam apocha ſiue confeſſio, ſatisfactum ſibi cre-
ditor affirmat. *Nouel.130.§.1.vbi Caiat.*;Alciat.*lib.8.*
Parerg. cap.17. & alibi. vocatur chirographum ſe-
curitatis *in l.placuit, C.de collat.fund. patrim.libro* 11.
58 qualem † apocham ipſi etiam creditor reddere co-
gitur, *l.plures apochis. C.de fide inſtrum.* Capel.Tho-
loſana *dec.*307.Ioan. Koppen in Rangendor. *in ſuis,*
quæſt.51.nu.1.

59 Quarto † poteſt fideiuſſor ſolutionem probare, ſi
ipſi a debitore, vel confideiuſſore, mortuo forte cre-
ditore, & non recepta apocha, iuramentum vo-
luntarium, vel iudiciale deferatur, vt iure ſe ſoluiſſe,
hac enim declaratione iudex in ſua cauſa conſtitui-
tur, *l.1.in pr.ff.quar.rer.actio. non datur,* & tale iuſiu-
randum loco ſolutionis, *l. iuſiurandum.27.ff.de iure-*
iurando, imo, & probationis cedit *gloſſ. c.1. verb.non*
60 *probet. de conceſſ.rech feudi.* licet † improprie, cum
per iuramentum non dicatur quis proprie, probare,
ſed releuari ab onere probandi, *l.eum qui.30.princip.*
ff.de iureiuran. Gomez.*in.§.item ſi quis poſtulante,n.4.*
Inſtit.de actionibus vide Zaſium *in l. ait Prætor, §.ma-*
rari, in fin ff.de iureiurando. Decium *in Rubric. nu.1.*
61 *extra, de probat.* Et hæc eſt † magis vera, & commu-
nis D. opinio. Viuius *in com.opin.lit. I.in verb.iura-*
mentum non dicitur. Fuluius Pacianus *de probat.lib.2.*
62 *cap. ... n.101.* Atque ideo iuranti † fideiuſſori repe-
titio datur, *l.nam poſteaquam ff.de iureiurando,* licet
... poſt Iaſ.contrarium ſenſerit Maſcard. *de prob.*
concl.318.n.25.

63 Quid autem † ſi fideiuſſor pro debitore ſoluerit,
& tamen illam ſolutionem ne quidem ſemiplene
probare poſſit, petatque ſibi deferri iuramentum
neceſſarium ſiue ſuppletorium num audiendus erit?
Et non eſſe audiendum, cum legitimæ probationes
requirantur, *iuxta c.2.verb.legitimæ extra.de fideiuſſ.*
volunt Iaſ. *in 2.l.lect.nu.*40.Cum.iunior. *num.211.* &
Ioach.à Beuſt. *n.290.& 291. in l. admonendi ff.de iu-*
64 *reiur.* Iuramentum, præſertim neceſſarium, non eſt
legitima probatio *gloſ l.eum de indebito.verb.legitimi*
de probat. Ioan.Bapt. Plotus *de in lit.iurando, §.2.nu.*
30.& 31. Hippol. *in Rubr.C. de probat. nu.119. & ma-*
xime nu.320. in fin. licet ibi definitiones iuriiuran-
di voluntarij, iudicialis, & neceſſarij peſſime con-
fundat.

65 Crederem † tamen iudicis arbitrium hoc in caſu
multum poſſe, interuenientibus nihilominus iis re-
quiſitis, quæ ad hoc, vt iuramento neceſſario locus
ſit concurrere oportet, de quibus accurate. Menoch.
de arb iud quæſt.caſu 196. & tangit poſt Panor.Gail.
66 *lib.1.obſeru.108.nu.10.* Myrſing. *cent.1. obſ.68.* Etſi
enim † iuramentum, inprimis neceſſarium, non di-
citur liquida probatio, nec ſufficit iuramentum, vbi
à lege vel ſtatuto requiritur liquida probatio, Salyc.
67 & Iaſ.*in l.ſi quando. C. vnde vi* probationi tamen †
quandoque æquiparatur, *l.ſed etſi.§ ſi cum veri pet in-*
dique haberi ff. de iureiur. Capic. *deciſ 91.* & in defe-
68 ctum † aliarum probationum requiritur, *l. vlt.§.li-*
centia, verſ.vel per ſacramentum illius, ſi alia proba-
tiones defecerint, C.de iur. delib. Vnde etiam Cuiat *in*
parat.C. de probat.in fin ex Iuſtiniani edicto 7. vocat
69 adminiculum infirmæ, & illegitimæ probationis.

70 Hæc † autem aliquanto fortius procederent, ſi
fideiuſſor eſſet bonæ probatæque fidei mercator, &
in librum rationum ſuarum retuliſſet, ſe pro debito-
re ſeu principali ſuo pecuniam debitam ſoluiſſe, id-
que mediante iuramento poſtea affirmaret. Nam li-
71 bros † mercatorum, data, & accepta continentes,
probationem facere aduerſus eum, contra quem
producuntur, cum iuramento producentis, receptum
eſt, vt poſt veteres egregie oſtenderunt VVurmſer.
in pract.obſ. lib 1.tit.17. obſ.3. Menoch. *de arbit. iud.*
quæ.caſu 91. Myſing. *cent.5.obſer.79.* Raynald.Corſus
lib.2.indagat cap.27. Gail. *lib.2. obſ* 20. accurate Lu-
dolph.Schraderus *in repetit.l.admonendi, à num.264.*
vſque ad num.270 ff. de iureiur. Ioan.Koppen. *quæſt.*
46.num.54.& ſeqq. Camillus Borellus *controuerſ.82.*
Maſcard. *de probationib. concluſ.975.cum ſequentibus.*
Fuluius Pacianus *de probat. cap. 63. nu.18.& ſeqq. lib.*
1. Petr. Auguſtin. Morla. *in emporio iuris.part.1.titu.*
8.quæſt.17. Flaminius Chartarius *in dec.cauſ. execut.*
Rota.Genuenſ.dec.127.vbi de conſuetudine totius Italiæ
72 *atteſtatur.* Licet † in magnis ſummis hoc minime
obtinere velit, & commune DD. effatum pronun-
tiet, Grauetta, *de antiquit. temp.part.1.verſ.vidimus,*
& abunde.n.3. Soarez *in com.opin.lit.M.n.31.* Quod
73 † ſpecialiter quoque in conſiderationem venit apud
conditores ſtatutorum Lubecenſium *lib.5.tit.6.art.4.*
dum ſtatuunt: vſque ad quindecim Imperiales ſiue
Ioachimicos. Num vero excluſiue, vel an incluſiue?
Id decidat lector ex traditis per Andream Tiraquel.
de tract.ligna,§.1.glo.11.na.66. Hartman. Piſtor. *part.*
2.quæſt.15.nu.18.

Sed quid ſi fideiuſſor in articulo mortis conſtitu-
tus teſtamentum conficiat, & in eo ſcribi curet, ſe
pro principali ſuo pecuniam debitam ſoluiſſe, an per
id ſolutio ſatis probata cenſetur? Et pro ratione du-
bitandi non ineleganter adduci poteſt, quod dicere-
ſolemus, neminem in agone mortis conſtitutum præ-
74 ſumi peccare, aut mentiri, *l.vlt. B. ad l.Iul. repetun.*
Bal. *conſ.25 vol.1.* Vnde etiam Crauet. *in conſ 6.n.52.*
75 *& 161.* aſſerit, quod maior fides habeatur ſcripturæ
76 morientis, quam viuentis, mors enim † loco iuramen-
ti eſt, & non minorem fidem, quam corporale iura-
mentum tribuit, prout habet communis opinio, te-
ſte Zaſio *conſi 5. nu.58. vol.1.* Andr. Gail.*lib.2.obſ.43.*
vbi in ſpecie *nu.6.* ex hoc fundamento, quod mors
vim iuramenti habeat, concludit, librum rationum
mercatoris mortuo ſcribente abſque iuramento pro-
bare.

77 Verum † quidquid ſit, rectius, & aperta iuris de-
ciſione conſtitutum eſt, iſtiuſmodi confeſſiones in
teſtamentis factas ad probationem debitæ quantita-
tis ſolas non ſufficere. Ita namque reſcribunt Impp.
in l rationes. de probat. Rationes defuncti, quæ in bo-
„ nis eius inueniuntur, ad probationem ſibi debitæ
„ quantitatis ſolas ſufficere non poſſe, ſæpe reſcriptum
„ eſt. Eiuſdem iuris eſt, etſi in vltima voluntate de-
„ functus certam pecuniæ quantitatem, aut etiam res
„ certas ſibi deberi ſignificauerit.

Hic primum aduertendum eſt ad illa verba; ſolas
78 ſufficere non poſſe: Quid enim, ſi teſtator † ſit ho-
mo nobilis, & diues, bonæ famæ, & fidei, & confeſ-
ſioni ſuæ in vltima voluntate talia adiecerit, ex qui-
bus facile coniectura duci poſſit, pecuniam caſu-

tam eſſe, ſi etiam ſit mercator probatæ vitæ negotiationiſque? His vtrique caſibus ipſius confeſſioni ſtandum eſſe dicendum videtur, per ea quæ tradit Alcia. *de præſumpt. reg. 3. præſumpt. 4. nu. 3. & 4.* Agellius *noct. attic. lib.* 14. *c.* 2. & fortaſſis ita intelligenda forent, quæ pro ratione dubitandi adducta fuerunt.

79 Quid † etiam ſi vltimam ſuam voluntatem iuramento confirmauerit, vt ſæpe in his terris fieri conſueuit, eo ipſo quod teſtatores omnia in teſtamentis ſuis contenta ſub amiſſione ſalutis animæ ſuæ vera eſſe confitentur. Sane, & hoc caſu iudex religionem teſtatoris, alias per ſe hominis probi, & minime diffamati, ſequi cogitur, *d. l. vlt. C. ad l. Iul. repetund. Canon. ſancimus,* 1. *quæſt.* 7. *Alciat. d. præſumpt.* 4. *nu.* 5.
80 Vtcunque enim † non omnis moriens cenſetur eſſe S. Ioannes Baptiſta, & verum dixiſſe, vt ait glo. *in c. literas, de præſump.* Bald. *in tit. de pace Conſtantiæ in verb. vaſalli noſtri,* Bartol. Brixenſ. *quæſt.* 32. *num.* 6. Grammat. *dec. nu.* 13 Hieron. de Lauren. *dec. Auenion.*
81 93. *nu.* 7. Ac præterea dici ſolet, quod quæcunque † quilibet pro ſe dixerit, aut ſcripſerit, nihil ei proſint. *Nouell.* 48. *cap.* 1. §. 1. hoc tamen fallit ſi teſtator iurauerit illa vera eſſe, quæ confeſſus eſt ſcripſit, *l. cum quis decedens,* 37. §. *codicillis, ff. de lega.* 3. Bald. *in Auth. quod obtinet. C. de probat.* Bart. *in l. 2. C, comm. de legat.* In tantum, vt † & confeſſio ſemel facta (non tamen
82 acceptata) reuocetur per contrariam confeſſionem iuratam. *Anton. de Gamma. dec. Luſitan.* 165. *nu.* 1. Iuramentum enim validat inualidanda. *Bald. in l. 1. C. de commodato. Iaſ. in l. ſancimus, C. de teſtament.*

Deinde etiam obſeruanda ſunt illa verba: Etſi in vltima voluntate defunctus ſignificauerit. Hæc enim
83 † præſupponunt, non omnem ſcripturam teſtatoris manu ſcriptam, ſtatim pro vltima voluntate habendam eſſe, ſed eam tantum, quæ ſit ordinatio ſucceſſoria per ſe ſubſiſtens, etiamſi non poſſit dici teſtamentum, nec codicillus, nec donatio cauſa mortis, prout vltimam voluntatem definiunt Zaſius *lib. 2. ſingul. reſponſ. cap.* 7. & Modeſtin. Piſtor. *in conſil.* 1. *n.* 20. *part.*
84 1. Proinde † ſchedulis, chartis papyraceis, ſiue ſcharrafaciis, in quibus fideiuſſor ſe pro debitore ſoluiſſe ſcripſit, etiamſi poſteà moriatur, nulla fides adhibetur, niſi aliis adminiculis ſolutionem factam pro eſſe probetur, *l. exemplo & d. l. rationes. C. de probat.* textus elegans *in l. inter, C. de conuen. fiſci debitoribus. libro decimo,* Ioſeph. Ludouic. *in commun. concluſ. concluſion.* 29. *nu.* 29.

85 Cautela igitur † eſt pro fideiuſſore, vt ſtatim, poſt ſolutionem factam, viuus adhuc cum debitore rationes ineat, ne ob defectum probationis poſtea fortè ipſius hæredes actionem amittant, ſicut monet Dionyſius Gothofredus *in l. qui Romæ, §. Augerius, ff. verborum obligationibus,* & ante eum Caſtrenſ. & Alexand. *in d. §. Augerius,* Iaſon *in l. petens, col.* 5. *C. de pactis,* Cardin. Pariſ. *in conſil.* 121. *nu.* 3. & 12. *volum.* 4. Sebaſtianus, Medices *in tract. Mors omnia ſoluit. part.* 2. *concluſ.* 45. *n.* 126. & ſeirigi infra §. 10. *n.* 14. Et in ſimili fieri videmus, vt contra eum præſumatur, qui, cum
86 † aſſereret ſe creditorem, tamdiu tamen diſtulit petere, donec debitor eſſe vita functus, vt celebris eſt locus apud Ciceronem, in Orat. pro P. Quintio. & reſpondit Alexand. *conſ.* 183. *in cauſa, & lite Iacobi, & n.* 19. *ante fin. lib.* 6. Cuman. *in conſi.* 90. *viſa copia. volum.* 5. Neuizan. *conſil.* 57. *nu.* 7. & 9. Patiſius *in conſil.* 83. *nu.* 57. *lib.* Menoch. *de præſumpt. lib.* 1. *præſumpt.* 91 *nu.* 7. & *lib.* 3. *præſumpt.* 155. *num.* 19. & 21. Vicentius Carocius *dec* 66 *num.* 9. Ac generaliter dicit Baldus *in l.*
87 *fraus, ff. de legib.* Quod † quando aliquid tenetur occultum per longum tempus tunc de facili fraus præ-
88 ſumatur. Huc pertinet etiam Statutum † quoddam Lubecenſe, *lib.* 2. *tit.* 2. *art.* 6. dum dicitur: ſi quis morti propinquus creditores ſuos vocet, vt cum eis rationes, & computa faciat: ſi non comparentur, & ille moriatur & computa non ſint perfecta hæredes non tenentur, ad vlterius faciendum, exceptis caſibus dotium, &c. Idem planè ſtatuitur quoque iure municipali patriæ meæ, ſtatuto 72. in quo nominatim tres cauſæ exprimuntur, nimirum creditoris morbus ſonticus, impotentia eundi ſiue ambulandi, & abſentia. Sanè, & hanc iuſtam emanendi cauſam ſiue eſſe exiſtimo, ſi debitor peſte, vel alio morbo contagioſo laboret, neque enim tum creditor eum accedere cogitur, argumento eorum quæ tradidi ſupra *cap.* 15. *n.* 75. *vide etiam, l.* 2. 3. & 4. *ff. de ius vocando.* Chil. Konig. *in proceſſ. cap.* 37. *n.* 3. vbi plura inuenies.

§. 2. DE IVRATORIA.

SVMMARIA.

1 *Fideiuſſoria obligatio tollitur iureiurando. Sed declarationem hoc recipit, vt n. 24. & ſeqq.*
2 *Iuramentum pro veritate habetur, & vim ſolutionis obtinet.*
3 *Iuramentum acceptilationi, nouationi, ac delegationi eſt ſimile. Et nu.* 13.
4 *Imo, & tranſactioni, pacto, rei iudicatæ, iudicio. Et numero* 21.
5 *Obligatio tam ciuilis, quàm naturalis iureiurando tollumtur, contra Iaſonem, & alios. Ac num.* 6. 7. 8. *& multis ſeqq.*
9 *Iuriſiurandi effectus in perimenda actione non ſunt exigui.*
10 *Iuramentum eſt certa litis definitio.*
11 *L. ait prætor. ff. de iureiur. intellectus.*
12 *L. Nam poſteaquam, ff. de iurei. explicatur.*
14 *§. æque Inſtit. de except. genuinus intellectus.*
15 *Poſt rem iudicatam ignorari poteſt, an iudicatum ſit.*
16 *Iuſiurandum parit perpetuam exceptionem.*
17 *Theophili, & Hottomanni lapſus detegitur.*
18 *L. ult. ff. de iureiur. ſenſus oſtenditur.*
19 *L. 1. ff. quarum rerum exceptio non detur, explicatur.*
20 *L. naturales, ff. de obligationib. intellectus depromitur.*
22 *Inſtar iudicij, Inſtar actionum, Inſtar conditionis, Inſtar proprietatis, & poſſeſſionis, Inſtar conditionis, quomodo IC. dicant.*
23 *Vicem rei obtinere, quid importet. ac deſignet.*
24 *Iuſiurandum fideiuſſoris prodeſt reo, & contra. An ipſo iure, vel ope exceptionis? Vide n.* 26. & 27.
25 *Fideiuſſor etiam à pupillo datus, ſi iurat, liberat reum.*
28 *Gloſſa conſtitut. lib. 1. artic. 65. in fin. quomodo ſit accipienda.*

1 SECVNDO † tollitur obligatio fideiuſſoria à Iure-
2 iurando. Cum † enim iuramentum pro veritate habeatur, ac vim ſolutionis obtineat, *l. iuſiurandum,* 27. *l. in duobus §. 1. ff. de iureiurando, l. Stychum, §. naturalis, ff. de ſolutionib. l. 1. l. 2. ff. de iureiura. l. non minorem, C. de tranſact.* Auguſtinus Morla *in emporio iuris. parte 1. titu. 8. quæſt. 10. in fine* Et † acceptilationi, nouationi, ac delegationi ſit ſimile, *l. qui*
3 *iuraſſe, 26 §. vltimo. l. iuſiurandum, 40. ff de iureiurando Reuſnerus lib. 3. dec. 1. nu.* 27. 28. 29. 30, quæ omnia, & ſingula obligationem omnem tollunt, *dicto §. naturalis.* Huc † amplius, & tranſactionis ac pacto,
4 *l. tutor. 35. § primo ff. de iureiurando. Reuſnerus dicta deciſione 1. nu.* 13. & 26. Et rei iudicatæ ac iudicio, *l. qui iuraſſe, §. vlt. ff. de iureiurando. l. 1. in princip. ff. quarum*

rer,

rer.act.non datur. Anton.de Petrucia in l.1.in 75. effectu iuramenti, ff. de iureiur. æquiparatur, conſequens fit, etiam obligationem fideiuſſoriam eo tolli. *Ioannes Goddæus de contrah.ſtipul. cap.12. concluſ.6. numer.49.* Nam quod Iaſon *in l.2. numer.4. ff. de iureiurand. & in §.aque. Inſtit. de actionibus.* ac pleriqne Interpretes volunt, per iuſiurandum tolli quidem naturalem obligationem, non autem ciuilem, id à vero alienum
5 eſt. Neque † enim naturalis tantum, verum † etiam
6 ciuilis obligatio tollitur, pulchrè Ioan. Iamez. Parladotius *lib.2.rerum quotidianarum, cap.2.nu.31.* In tan-
7 tum, † vt juramento præſtito, ſtatim exceptio litis finitæ oriatur, *l.poſteaquam, ff.de iureiurando. Botta conſ.*
8 *40.n.5.& ſequ.* nouattento, ſiue † verum ſiue falſum ſit, quod quis iurauit, *gloſſ.in l.aduerſus ff.de exception. & in l.qui iuraſſe, ff.de iureiurando. Conſtitutio Electoris Auguſti.13.& ibi Daniel Mollerus in commentariis, par.*
9 *1.* Et quorſum quæſo Iuriſconſultus † *in d l.1. de iureiurand.* diceret, iuſiurandum eſſe maximum expediendarum litium remedium, item iureiurando controuerſias decidi, & poſtquam iuratum ſit, ab omni contentione diſcedi, *l. ſi quis iuraſſet, D. de condition. indebiti.* Item, omnino cuſtodiri debere iuſiurandum aduerſus eum, qui contentus, cum deferret, fuit, *l. quod ſi deferente, D. de dolo, l. qui iuraſſe. D. de iureiur.* iuſiurandum perimere quæſtionem actione comprehenſam, *l. quod ſi.29.D.de iureiur.* Si vera eſſe debent, quæ Interpretes hactenus docuerunt? Nam dicere, iureiurando non tolli omnem obligationem, ſed tantum naturalem, idem eſt, ac ſiquis dicat, iuſiurandum non eſſe remedium expediendarum litium, ſed potius cothurnum aliquem, iureiurando non decidi controuerſias, ſed ali, jureiurando præſtito non diſcedi ab omni conditione, ſed periuriis, rixis, & contentionibus feneſtram aperiri, quo quid ineptius dici vel eſſe poteſt? Mihi certè magis placet, quod Clemens Alexandrin. *lib.7. Stromateon.* Iuſiurandum
10 † certam litis definitionem eſſe ait, quodque Vas illud Electionis *c.6.ad Hebr.* ſcribit: Omnis controuerſiæ humanæ finem ac confirmationem eſſe iuramentum, quo etiam referenda ſunt ea, quæ Cicer. *lib.3.offic.* Agell. *lib.7.c.18.* Diony. Halic. *lib.2.* Polybius *lib.6.* copioſe de viribus juramenti ſcripſerunt.

Nec ab hac ſententia vel latum vnguem diſcedunt ICti noſtri. Illi namque tradunt, in iureiurando non tantum naturalem obligationem tolli, *l. Stychum, §.*
11 *naturalis, de ſolut.* Verum etiam † ciuilem. Liquet id primum *ex l.ait prætor. D.de iureiu.* Ait prætor, ſe eius rei, de qua in iuſiurandum delatum fuerit, actionem non daturum. Eo ipſo quod actionem denegat, ſatis innuit, nullam ſupereſſe obligationem, quæ ſi ſupereſſet, omnino daret actionem, niſi modo cauſam ſine effectu ſtatuere velis. Nec ferendum, ſi quis dicat, prætorem denegare actionem ratione naturalis obligationis, quis enim non nouit, naturalem obligationem tantum nullam actionem procreare, atque ideo non eſſe opus, vt nominatim prætor ſe eius nomine actionem daturum deneget, cum ipſo iure denegetur, *l. 7.§.ſed cum nulla ff.de pactis l.ſolent ff.de praſcript.verb. l.ſi tibi.C.de locato.* Fit igitur denegatio actionis in genere omnis obligationis nomine, propter quam iuſiurandum delatum fuit.

12 Deinde iſtud ipſum euincitur † *ex l.nam poſteaquam, ff.de iureiur.* vbi Vlp.ait; Poſteaquam iuratum eſt, denegatur actio. Quænam actio? Nimirum illa, quæ ex quauis obligatione in initio litis aduerſus reum motæ, originem traxit, & deinde ipſius iureiurando perempta, & ſopita fuit, *l.ſi quis.52.§. ſi quis iurauerit, ff.de furtis.* quam equidem ſemper quieſcere in poſterum debere non modo iuriſiurandi religio: verum etiam auctoritas prætoris iubet, *d.l.ait prætor.& dict. l.nam poſteaquam, ff. de iureiurando.* Eſt præterea, & hoc accurate in hac controuerſia obſeruandum, quod
13 † iuſiurand. ex numero nouandi delegandive eſſe prohibetur, *in l.qui iuraſſe, §.vltimo.ff.de iureiurando.* Nouatio autem ex priori obligatione ita nouam conſtituit, vt prior prorſus perimatur, *l.1.D.de nouationibus.* Idem ergo in iureiurando obtinebit, vt ſcilicet id priorem obligationem, modo perimat, obligationem, inquam omnem, tam ciuilem, quam naturalem, quemadmodum, & nouatio naturalem, ciuilem, & honorariam, æqua vi perimit, & tollit, *d.l.1.§.1. D.de nouat.*

14 Nec obſtat huic ſententiæ † textus *in d. §.aque. Inſtitu.de except.in verbis, Adhuc obligatus permanet.* Vbi enim controuerſia eſt, hoc eſt, vbi ambigitur, an iuſiu-
15 randum datum ſit, vel non (quemadmodum † & poſt rem judicatam ignorari poteſt, an iudicatum ſit, *l.poſt rem.11.ff de tranſactionibus.l.eleganter, 25.§.1.D.de condiction.indebit.*) tunc in ambiguo actio a prætore datur, aduerſus quam tamen ſe reus exceptione præſtiti iuriſiurandi (quam probare neceſſe habebit, *l.in exceptionibus.ff.de exceptionibus.*) defendere poterit *d.l.nam poſteaquam, D.de iureiurando.* Ita dictum *§.aque.* cum ſupra dicta *l. ait. prætor.* conciliauit olim præceptor meus, quem honoris cauſa nomino, Ioan Borcholtus *in tractat. ſuo de iureiurand. cap. 3.* & niſi eam conciliationem retineamus, aperta inter prædicta duo loca conſtituetur ἀντινομία contra mentem Imp. Iuſtiniani, qui iura omnia perpetuo συμφωνεῖν voluit, aut certe ſomnolentiæ arguemus Tribonianum, quaſi non admodum attente *in d.§. aque,* ſit locutus: quorum neutrum abſque iniuria fieri poteſt, *l. vnic. Cod. de inoffic. dot. l. qualem, § videndum, D. de receptis.* Sane ſi ambiguum non eſt, an iuratum ſit, ſed certo conſtet, iuratum eſſe, tum actio nulla datur, & per conſequens nulla quoque exceptione eſt opus, *d.l. ait prætor. & d.l. nam poſteaquam, facit gl.in c.ad diſſoluendum, verb.accuſari.extr.de deſpon. impub.* Quin potius iſta exceptio, ſiquidem euidens eſt, nouantem repellit, & poſſeſſorem abſoluit, *l. 3. §. ibid.ſubiungit, ff. ad exhib.*

Quod tamen nemo ita à me dici æſtimet, quaſi oblitus ſim textus *in d.l.nam poſteaquam, §.1.l.19.& l.iuſiurandum, 40. ff. de iureiur.* & paſſim illo titulo, vbi
16 aperte ſtatuitur, iuſiurandum parere † perpetuam exceptionem. Neque enim nego exceptionem competere, & dari, ratione præſtiti iuriſiurandi, ſed hoc tantum volo, non dari hanc exceptionem ratione viuentis adhuc alicuius obligationis, & ex ea natæ actionis, ſed dari ad elidendam quocunque tempore actoris intentionem, quam non jure obligationis alicuius, ſed calumnioſe contra religionem iuriſiurandi, denuo mouet, & intendit. Sic namque & ratione ſolutionis, acceptilationis, & nouationis, exceptio competit, licet obligatio jam pridem fuerit diſſoluta, & extincta, Et in ſumma, non ſemper opus eſt, vt viua ac vera ſit actio quam elidat exceptio, ſed, & quælibet colorata, & iniuſta actoris intentio per exceptionis clypeum eludi, elidi. & excludi poteſt. Mani-
17 feſtum igitur † ſit, Theoph. & Hottom. *in d.§ aque.* deceptos fuiſſe, dum iureiurando delato, & præſtito, vel ſaltem remiſſo, non omnem obligationem tolli aſſeruerunt. Ideoque plane nil miror, D. Hottom. *in diſpu.ad l.frater à fratre, mihi pag.403 ff.de cond.ind.* à priori opinione ad hanc noſtram ſententiam, tranſiiſſe, vt ex ipſius verbis ſatis clare patet.

18 Cui † præterea non aduerſatur *l.vlt. verſ.naturalis*

Antonius Heringius. X

obligatio hac pactione tolletur, ff. de iureiu. ex qua lege colligunt, juſiurandum pactionem appellari, at pactio actionem ipſo iure non tollit, *§ præterea. Inſt. de excep.* Ergo nec iuſiurandum vel obligationẽ omnem, vel omnem actionem tollet. Nam reſpondere potero, juſiurandum eſſe ſimile pacto, ſecundum quid, nõn per omnia, neque enim opus eſt, vt quæ conueniunt inter ſe in vno atque altero tertio, ſtatim in vniuerſum inter ſe conueniant, *Dd. in l. quod Nerua. ff. depoſiti.* Etſi igitur Cuiac. *lib. 22. obſ. c. 7.* dicit, eandem eſſe vim pacti, & iuriſiurandi, aut certe non maiorem juriſiurandi, quam pacti, *per l. Stychum, §. naturalis, ff. de ſolut.* id quod forte locum habere poterit in illis caſibus, quos refert Cuiac. quoad hunc tamen caſum nequaquam pactum, & juſiurandum vnam, & eandem vim habent. Nam d. l. vlt. nihil minus quàm hoc probat. Neque enim hæc iuſiurandum ipſum pactionem reuera appellat, ſed potius conuentionem illam, vt, jureiurando præſtito, ab omni conditione diſcedatur, pactionem nominat. Quod vero hac pactione naturalis obligatio tolli dicitur, id non hunc habet ſenſum, quaſi ſemper ſola naturalis obligatio, non etiam ciuilis, tollatur. Conſidera enim, qualis fuerit in illo caſu reus, cui juſiurandum à creditore delatum fuit: Nonne pupillus; Sic eſt. Is autem ob pecuniam mutuam non niſi naturaliter obligatur, vt alibi oſtenditur, quid igitur mirum, jureiurando ipſius naturalem quoque tantum obligationem ſublatam fuiſſe, ſiquidem nulla extitit ciuilis, quæ tolli potuiſſet?

Denique hanc ſententiam non infringit, quod iuſ-
19 iurandum † vicem, ſeu (vt Græci legiſſe videntur) *δύναμιν* & vim rei judicatæ obtinere dicitur, *in l. 1. ff. quarum rerum exceptio non detur.* Sic enim cum quodam Doct. legere malo. Res vero judicata ciuilem obligationem non tollit, *§. item ſi in iudicio. Inſt. de excep.* Ad id enim mox reſpondebo, vbi prius paucis explicauero, cur obligationem ciuilem non tolli dicam. Neque enim auſim cum Accurſio fateri, ciuilem tolli, naturalem verò manere (quod tamen ille fruſtra nititur probare per *l. Iulianus, D. de cond. indeb.* quæ nihil aliud probat, quam per iniquam iudicis abſolutionem reum fieri judicatam, & propterea actionem impediri, non verò tolli naturalem obligationem, hoc eſt, æquitatis vinculum, ſiquidem iniquum, id, quod æquum eſt proprie tollere nequit) Quia alioquin falſum eſſet, quod Imp. *in d. §. idem ſi in iudicio.* dicit, poſt rem iudicatam ipſo iure de eadem re aduerſus rem agi poſſe. Non enim ex naturali obligatione ſola actio dari ſolet, idque latius demonſtrat Cuiac. *lib. 22. cap. 15.* ex quo non tranſcribo. Nec obſtat
20 quod † naturalium obligationum nomine actio dari dicitur, *l. naturales, ff. de oblig. & act. l. fideiuſſ. §. naturale, ff. de fideiuſſ.* aliud enim eſt ex naturali obligatione, aliud ob eam actionem dari, vt dextre reſoluit Accurſ. *in d. l. naturales & facit tex. in l. non dubium. in verb. ſi quid fuerit ſubſecutum ex eo vel ob id C. de legib.* Dico igitur, *d. l. 1. D. quar. rer. exceptio non detur.* ob multas cauſas meæ ſententiæ non refragari. Primò, quia juſiurandum non ſolum vim rei judicatæ, ſed & maiorem habet auctoritatem, quam res judicata, *l. 2.*
21 *ff. de iure patron.* Deinde, quia juſiurandum † pro iudicio cedit, *l. tutor. 35 §. 1. ff. de iureiurand.* & inſtar iudi-
22 cij habet, *l. qui iuraſſe, §. vlt. ff. de iure.* Inſtar † judicij dicit, ſicut Iuriſconſultus dixit, Inſtar actionum, *in l. 10. § vlt. ff. de compenſ. l. actionis, D. de oblig. & act.* Inſtar donationis, *l. ſi quis 46. D. loca.* Inſtar proprietatis, & poſſeſſionis, *in l. 7. § ſi à minore, D. de Publiciana.* Inſtar conditionis *ſufficit. 56. de condict. indeb.* Ideo autem inſtar judicij habet juſiurandum delatum, & præſtitum, quia pro judicato habetur, qui detulit, nec judicium ei amplius à prætore datur, vt Eguin. Baro rectè interpretatur: Si nullum iudicium datur, ergo ipſo jure tutus eſt is, qui iurauit, at non ſtatim is, ſententiam obtinuit, contra quem rurſus iudicium exerceri poterit, *dict. §. item ſi in iudicio. Inſtitut. de exceptionibus.* Tertio moueor ex hac ratione, quod ICtus *in d. l. 1. D. quarum rerum exceptio non detur.* non ſimpliciter aſſerit, iuſiurandum & rem iudicatam eſſe vnum, & idem, vel ſaltem paria, ſed juſiurandum
23 vicem rei judicatæ obtinere. Vicem † autem obtinere, vel ad vicem alicuius redigi, non talem exæquationem, ne quidem ſi generalia verba ſint addita, ſed ſimilitudinem tantum ſummam inter res comparatas importat, & deſignat, vt ex inductione, *l. 2. D. de bonor. poſſeſſ. l. 2. in principio, C. de adoptionibus, & rubric. C. de officio eius qui vicem alicuius, iudicis obtinet,* demonſtrari poſſet. Videamus igitur, in quo iuſiurandum vicem rei iudicatæ obtineat. Nimirum in eo, quod ſicut in ſententia abſolutoria, vel condemnatoria ferenda, ordinarius, vel ſelectus eſt iudex; Ita quoque in jurejurando præſtito vel dato quidam eſt judex, ſcilicet ille ipſe, qui præſtat. Nam deferendo ei juſiurandum judicem eum facimus de cauſa, de qua inter nos conuertitur *dictâ l. prima.* Verum inter noſce judices, quod effectum intereſt valde multum. Etſi enim ſententia à judice lata neminem adeo arctat, vt non poſſit denuo litem aduerſario ſuo mouere, *dicto §. item ſi in iudicio.* Si quis tamen alterius libera voluntate, vel pro ſe, vel contra ſe jurans pronuntiauerit, non conceditur eandem cauſam retractare, ſed cauſa jureiurando ſemel deciſa ſemper deciſa manent, *l. admonendi, §. vltimo, D. de iureiurand.* Iudices igitur *ὀνομαστικῶς* conueniunt, ſed pronuntiationum effectus longo interuallo inter ſe diſtant.

24 Quod ſi igitur ſe † dare non oportere, reus jurauerit
25 rit fideiuſſor, ſi iurauit fideiuſſor (etiam † à pupillo datus, *l. 95. §. naturalis, ff. de ſolutionibus.*) reus liberatur, *dicta l. in duobus, §. primo, D. de iureiurando;* & ſic iuſiurandum rei prodeſt fideiuſſori. An verò
26 prodeſt † ipſo iure, vel ope exceptionis? Putat Dominus Ioannes Goddæus *dict. cap. 12. concluſione 6. num. 51.* ipſo iure prodeſſe, ſi verbis contracta conſtabat principalis obligatio: Exceptionis autem ope, ſi conſtabat re, vel conſenſu, vel literis, & reus iuraſ-
27 ſet, ac vice verſa, Ergo † liberationem ſimpliciter contingere exiſtimo, ſi modo ideo interpoſitum eſt iuſiurandum, vt de ipſo contractu, & de re, non de perſona iurantis, ageretur. De ipſo autem contractu, & re agitur, quando exigitur iuſiurandum, vt iurans affirmet, ſe dare non oportere. De perſona verò iurantis agitur, quando ad hoc exigitur à iurante ſacramentum, vt iuret, ſe non fideiuſſiſſe. Priori caſu iuſiurandum rei prodeſt fideiuſſori & fideiuſſoris reo, poſteriori verò non item, *dicta l. in duobus, §. 1. l. vltima, §. ſi fideiuſſor, D. iureiurando, l. 1. §. ſi fideiuſſor, D. quarum rerum exceptio non datur,* id quod etiam probat Soarez *in communibus opinionibus, lit. F, numero 162. & 163.* & poſt eum Vincent. Carocius *in tractat. de iuram. litis deciſor. 2. & 3. quæſt. 14. qu.*
28 *principalis, per tot.* † Et niſi iuxta hanc diſtinctionem intellexeris gl. conſt. *lib. 1. artic. 65. in fin. verſ.* omnino falſa erit.

§. 3. DE

Digitized by Google

§. 3. DE NOVATIONE.

SVMMARIA.

1 *Fideiuſſoria obligatio tollitur nouatione. Et num. 3. 4. 5. 6. & 7.*
2 *Nouationis definitio ex Cuiacio.*
9 *Vice nouatione quoque tollitur obligatio fideiuſſoria, quod ibi latius declaratur.*
10 *Fideiuſſor liberatur, ſi quis tertius creditori acceptanti pro eo ſoluere promittat.*
11 *Si mandaui mercatori debitori meo, vt ibi ſolueret pecuniam quam mihi debebat, & ille mercator te ſimpliciter certificauit, qualiter erat debitor tuus, & tu ratificaſti, non poteſt reuocari mandatum. Et talis obligatio mercatoris æquiparatur ſolutioni.*
12 *Debitori delegato inhiberi poteſt ante ſententiam, vel intimationem aut ratificationem.*
13 *Fideiuſſoria obligatio non tollitur nouatione, ſi addita ſit clauſula: Citra præiudicium priorum iurium, ac fideiuſſionum prius præſtitarum, imo iura iuribus addendo, & cumulando.*
14 *Contractus quando poſſunt conciliari, tum primus à ſecundo non tollitur, verum ſecundus intelligitur iuxta primum.*
15 *Litis conteſtatio obligationem nouat, & quomodo.*
16 *Litis conteſtatio pignora, vel fideiuſſores non liberat.*
17 *Nouationis materia per quos tractetur, remiſſiue.*

1 TERTIO fideiuſſio † tollitur NOVATIONE, cum ſcilicet prioris debiti in aliam nouam obligationem, vel eiuſdem, vel naturalem, fit transfuſio, & tranſlatio, modo fideiuſſor ſe in ſequenti non obligauerit, *l. nouatione, ff. de nouationibus, l. nouatione, C. de fideiuſſ. l. vbicunque 60. ff. eod. l. 1. & 2 ff. de nouationib. facit, l. vnica, C. Etiam ob Chirographor. pecun. pignus teneri poſſe, §. præterea. Inſtit quib. mod. tollit. obligatio.* Bart. *in l. aliam. numero 4. ff. de nouat.* Franc. Marcus *decis. 537. part. 1.* Gratus *conſ. 126. num. 6. lib. 1.* late Decius *in conſ.* 107. Sebaſt. Medices *in tract. de nouation. part. 1. q. 1. 2. 3* Ioan. Goddæus. *de contrah. ſtipul. c. 5. concl. 7. nu. 49.* Per. Auſtuſt. Morla *in empor. iuris. part. 1. tit. 8. in 12. præmiſſo. num.* 86. Vnde breuiter
2 † & eleganter Cuiat. in parat. de nouat. in princ. Nouationem ita definit; Quod ſit mutatio debitoris, vel cauſæ debendi.
3 Nec mirũ † nouatione fideiuſſionem, tolli eſt enim ſolutioni ſimilis, *l. ſi rem 31. §. 1. ff. de nouation.* Alexan. *in l. ſi diuortio. & in l qui vſumfructum, ff. de verb. oblig.* Iac. Marchiſellus, *in ſylua pract. quaſt. quaſt. 2. num* 5. Si
4 igitur, quod tibi † Seius debebat ex ſtipulatu, à Titio dari ſtipulatus ſis, interuentu nouæ perſonæ, noua naſcitur obligatio, & prima tollitur tranſlata in poſteriorem, ac proinde Seius liberatus erit, *§. præterea. quibus mod. toll. obligat. leg. vlt. C. de nouat. Cuiat. lib. 19 obſ:*
5 *cap. 36.* Quod ſi † pro Seio fideiuſſor ſimul acceſſerit, ille ipſe, tanquam acceſſorium, vna cum Seio liberatur, *d. l. vbicunque ff. de fideiuſſ. & d. l. nouatione, C. eod. Ioan. Goddæus de contrah. ſtipul. c. 5. concl. 6. nu. 38. & ſeq.*
6 vbi erudite † oſtendit, non ſolum principalem aliquem contractum: ſed etiam fideiuſſoris obligationem tanquam acceſſoriam nouari poſſe.
7 Et hoc eſt, † quod Guido Papæ ait *in ſingul. 717. n. 2.* Nouatione non liberari fideiuſſorem, niſi debitum in aliam perſonam transferatur, item quod habetur *in decis. Rota decis. 1. de depoſito in antiq.* quod nimirum
8 fideiuſſor non liberetur, per prorogationem factam depoſitario per deponentem, niſi fortè prima obli-

Antonius Heringius.

gatio fuerit nouata de quo etiam conſulenda eſt *gl. in c. 1. verb. prægrauatur, de iniuriis in 6.*
9 Neque vero † hæc ſaltem in vera nouatione, verum etiam in vice nouatione (vt ita loquar) admiſerim, Quid ſi enim Cajus fideiuſſor mandauerit Sempronio, vt ſoluat pecuniam illam Titio creditori, quam Mæuius ab ipſo mutuam, ſubprædicti Caij fideiuſſione habuit, & Sempronius promittat ponatque ſe debitorem in libro ſuo, Titio creditore conſentiente? Proculdubio Caius liberatus erit, per elegantem doctrinam Bartoli, & aliorum *in leg. ſingularia. colum. 6. verſic. hoc apparet, ff ſi cert. petat* Baldi *in l. pro debito. C. de bon. auctor. iud. poſſid. & ad leg. 2. C. de except. rei iudic. Imola in conſil.* 95. & Curtij Senioris *in conſil. 7.*
10 vbi prolixe firmat, emptorem liberari † per promiſſionem alterius, de ſoluendo venditori, ſi venditor eam promiſſionem acceptauerit, ita vt emptorem amplius conuenire non poſſit, idem quoque placuit non ſolum Pet. Peck. *in tract. ſiſtendi. c. 52. num. 4.* vbi allegat textum *in l. inter cauſas (intellige in §. abeſſe.) ff. mandati.* Verum etiam Ruino *in conſil. 209. nu. 4. lib. 1.* & Barnabæ Cornazzano *in decis. Rota Lucenſis 95. num.* 4 vbi nominatim probat: Si mandauerim
11 mercatori † debitori meo, vt tibi ſolueret pecuniam, quam mihi debebat, & ille mercator te ſimpliciter certificauerit, qualiter conſtitutus eſſet debitor tuus, tuque ratificaſti, quod non poſſit reuocari mandatum, & talis obligatio mercatoris æquipatetur ſolu-
12 tioni. Ad idem propoſitum facit † notabilis doctrina Pauli de Caſtro *in leg. vtrum verſic. vnde falſum, ff. de conſtit. pecun.* vbi dicit: Quod ſi etas debitor meus in centum, & ego eram debitor Titij in alia centum, & dixi tibi, quod 100. quæ mihi debebas, ſolueres pro me Titio creditori meo, ſi hoc acceptaſti, adhuc tibi inhibere poſſim, ſi Titius nondum reſciuit, nec ratificauit. Sequitur Vincentius Carocius *decis. 74. num. 14.* Neque obſtat prædictis, quæ infra hoc ipſo capite *§. 27. nu. 8. & ſeq* in medium adferam. Iſte enim caſus ab hoc multis paraſangis diſtat, vt vel leuiter intuenti patebit.

Prædictam tamen doctrinam, quod nimirum nouatione fideiuſſor liberetur, ſingulariter limitat Hier.
13 Gratus *in d. reſponſ. 126. nu. 8.* vt † non procedat, ſi addita ſit clauſula: Citra præiudicium priorum iurium, ac fideiùſſionum prius præſtitarum, imò iura iuribus addendo, & cumulando, &c. Eſt enim tralatitium
14 quando † contractus poſſunt conciliari, quod primus a ſecundo non tollatur, verum ſecundus intelligatur potius iuxta primum. *Decius in l. pacta nouiſſima, nu. 5. C. de pactis. Bertazol. conſil. ciuili 1. nu. 165.* Secundo declaranda eſt eadem doctrina, vt non procedat in litis
15 conteſtatione. Etſi enim † litis conteſtatio obligationem nouat, non quidem in ſubſtantia, ſed duntaxat in forma, *l. aliam. 29. ff. de nouat. Georg. Obrechtius in tract. de litis conſtet. cap. 10. nu. 18. & num. 23. & 24.* Non
16 tamen † pignora, vel fideiuſſores liberat, *leg egregie, 13. §. etiam ff. de pignorib. l græce, 8. §. & poſt litem, ff. de fideiuſſ.* Sicut tamen voluntaria nouatio facit, *l. nouatione, D. de nouat. Obrechtius d. c. 10. n. 22.* & tangam infra hoc ipſo capite, *§. 19 n. 16.*
17 Cætera † de nouatione, item quando, & quibus in caſibus facta, & inducta præſumatur, vide apud Barnab. Briſſon. *lib. ſingul. de ſolutionib. cap. de nouationib.* Petrum. Gregor. *in Syntag par. 3. lib. 21. c. 10.* Maſcard. *de probat. concluſ. 1111.* Menoch. *de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 134.* Gail. *lib. 2. obſeru. 30.* Ioa. Gutierrez. *in tract. de iuram. confir. part. 1. cap. 63.* Anton. Pichard. *in §. præterea nouatione. Inſtitut. quib. mod. toll. obligat.* Danielem Mollerum *in comment. ad conſtitu. Electoralec conſtit. 19.*

X 2

à num. 9. vſque ad fin. part. 2. Ioan. Zangerum *in tract. de except. part. 3.*

§. 4. DE DELEGATIONE.

SVMMARIA.

1 *Fideiuſſoria obligatio tollitur delegatione. Et num. 3. & 4.*
2 *Delegans ſoluere dicitur.*
5 *Delegatio vt ſubſiſtat, quæ requirantur.*
6 *Graue tormentum eſt, debere cui nolis.*
7 *Debitor, & fideiuſſor fruſtra ſolliciti ſunt, vbi creditor cui delegatio fit, pecuniam ſolutam rurſus relinquat.*
8 *Si debitor rem ſuam alicui ea lege, vt creditori ſolueret pretium, vendidit aut ceſſit, is autem in ſolutione ſe negligentem exhibeat, debitor eiuſque fideiuſſor non cenſentur liberati.*

1 QVARTO † fideiuſſio tollitur DELEGATIOME,
quando ſcilicet quis debitorem ſuum, id quod
ſibi debet creditori ſuo promittere jubet, *l. delega-*
2 *re, ff. de noua.* Is † enim qui delegat, ſoluere dicitur,
l. 8. §. 3. D. ad Velleian. l. qui libertinus, §. ſi creditori,
D. de oper. libert. Quod confirmat Seneca *lib. 6. de*
beneficiis cap. 5. vbi ait: *Pecuniam dicimur reddiſſe,*
quamuis non interuenerint nummi, ſed delegatione, &
3 *verbis perfecta ſolutio ſit.* Hinc, qui debitorem † ſuum
delegat, pecuniam dare intelligitur, quanta ei debetur,
& ideo ſi fideiuſſor debitorem ſuum delegauerit,
quamuis eum, qui ſoluendo non erat confeſtim
mandati agere poteſt, *l. qui debitorem, 18. D. de fideiuſſ.*
Bart. Bertazze. in tract. clauſ. inſtrum. clauſ. 43. gl. 6. nu. 2.
4 *facit. l. 4. ff. de hæred. vel act. vendita.* Abeſſe † enim intelligitur
fideiuſſori pecunia etiam ſi debitor ab eo
delegatus ſit creditori, licet is ſoluendo non fuerit,
quia bonum nomen facit creditor, qui admittit debitorem
delegatum. *l. inter 26. §. abeſſe ff. mandati quo*
etiam referri poteſt, l. ſi mandatu, 45. §. pen. & vlt. ff.
5 *eod.* Opus † tamen eſt, vt in delegatione, & debitoris
eius, qui delegatur, & illius quoque creditoris,
cui delegatio fit, voluntas, & conſenſus interueniat,
alias enim iure perfici non poteſt, *l. 1. l. nec creditori, C.*
de nouat. Quo pertinet dictum Senecæ, *de beneficiis*
6 *lib. 2. c. 18.* Quod graue tormentum † ſit debere, cui
7 nolis. Interim tamen † debitor, & fideiuſſor fruſtra
animi anguntur, vbi creditor iſte ſolutam ſibi pecuniam
rurſus relinquat ſiue expendat. Nam vt idem
Seneca *lib. 7. de beneficiis, c. 19.* ſcribit: *Et creditori ſtatim*
in macellum laturo, quod accepi, reddam. Etiamſi
mihi adulteram, cui numerem, delegauerit, ſoluam: Etſi
nummos quos accipiet, in ſinum ſuum diſcinctum fundet,
dabo. Reddendum enim mihi eſt, non ſeruandum, cum
reddidero, aut tuendum.

8 Num vero † idem, quod de delegatione modo
dixi, etiam admittemus, ſi debitor rem ſuam alicui,
ea lege, vt creditori ſolueret, vendidit aut ceſſit,
is autem in ſolutione negligentem, & moroſum
ſe exhibeat? Dicendum eſt, hoc caſu, nec debitorem
liberatum eſſe, nec creditori aduerſus
alterum vllam actionem competere, *per tex. in l.*
cum res, C. de donat. l. ratio iuris. Cod. de her. vel act.
vend. & plura alia, quæ cumulat Pet. Peck. *de iure*
ſiſtendi. c. 52.

§. 5. DE ACCEPTILATIONE.

SVMMARIA.

1 *Fideiuſſoria obligatio tollitur acceptilatione. Et num. 4. & 6.*
2 *Acceptilationis definitio.*
3 *Acceptilatione liberatus, ſoluiſſe dicitur.*
5 *Acceptilatio facta fideiuſſori prodeſt non ſolum fideiuſſori, ſed etiam reo.*
7 *Fideiuſſor vim inferens, ad hoc vt per acceptilationem liberetur, nec ſe, nec reum liberat. Et nu. 8. & 9.*
10 *Minor 25. annis ſi ſine cauſa debitori acceptum tulerit non ſolum in debitorem, ſed & in fideiuſſorem, & in pignora actio reſtitui debet.*
11 *Fideiuſſori ſi accepto latum ſit animo fraudandi creditores, idque reus non ignorauerit, tunc principalis debitor non liberatur.*
12 *Acceptilatio facta fideiuſſori, qui obligationem ob pendentem conditionem non incidit, reo nihil prodeſt.*

1 QVINTO tollitur † fideiuſſio per ACCEPTILA-
2 TIONEM: Quæ nihil † aliud eſt, quam imaginaria
ſolutio ſiue liberatio per mutuam interrogationem,
qua vtriuſque contingit ab eodem nexu
abſolutio *l. 1. D. de acceptilat. §. item ſi per acceptilatio-*
3 *nem Inſtit. quib. mod. tollit. obligat.* & † ideo ſoluiſſe dicitur,
qui acceptilatione eſt liberatus *l. 5. l. 16. in fin.*
4 *pr. ff. de acceptilat. l. 7. §. 1. ff. de lib. legat.* Iſt † ſpecie
autem, quod fideiuſſio per acceptilationem tollatur,
& quidem ipſo iure (cum fideiuſſoria obligatio
verbis contrahatur, *Ioan. Goddæus de contrah. ſti-*
5 *pulat. in prolegom. nu. 34.*) Imo † quod acceptilatio facta
fideiuſſori proſit non ſolum fideiuſſori, ſed etiam
reo, duobus in locis probat Vlpianus, ſcilicet, *in l. &*
per iusiurandum, 13. §. ſi fideiuſſori, & in l. ſi ex pluribus,
16. §. 1. D. de acceptilat. qua de re etiam videndus Anton.
Faber, *lib. 4. coniect. iur. ciuil cap. 8.* Ioan. Zangerus
de exceptionib. par. 3. cap 5. n. 25. & n. 42. vbi ex Bartolo,
Hippolyto de Marſiliis, & Sebaſtiano Medices aſtruit,
6 quod † per acceptilationem liberentur fideiuſſores,
hypothecæ, & pignus, &c.
7 Limitatur † practica concluſio primo, vt non procedat
ſi fideiuſſor ipſe vim intulerit, ad hoc, vt per acceptilationem
liberaretur, tunc enim non ſolum aduerſus
fideiuſſorem, ſed etiam aduerſus reum actio
8 datur. Quod etiam † procedit, ſi ex facto debitoris
metum adhibentis, fideiuſſores acceptilatione liberati
ſint, aduerſus eos enim agi poteſt, vt ſe in obli-
9 gationem reponant; At † ſi alius ſine malitia fideiuſſoris,
vt fideiuſſori accepto ferretur, vim fecit,
non tenebitur fideiuſſor, vt rei quoque obligationem
reſtituat *l. metum §. vlt. cum 2 ll. ſeq. D. quod metus
cauſa.*
10 Declaratur † ſecundo, vt non obtineat ſi minor 25.
annis ſine cauſa debitori acceptum tulerit, iſto enim
caſu non ſolum in ipſum, ſed & in fideiuſſores, & in
pignora, actio reſtitui debet, *leg. patri. 17. §. ſi minor. ff.*
de minoribus.
11 Limitatur † tertio, ſi animo fraudandi creditores,
accepto latum ſit fideiuſſori ſcienti, idque reus non
ignorauit, tunc enim principalis debitor non liberatur,
l. fin in princ. ff. quæ in fraud. cred. l. ſi ex pluribus,
16. § ſi iudicati, ff de acceptilat. Ioan. Zangerus d.
c. 5. num. 25.
12 Declaratur † quarto, vt non procedat in acceptilatione
facta fideiuſſori, qui in obligationem ob pendantem

dentem conditionem, non incidit, hæc enim reo nihil
prodeſt, *l. penul. ff. de fideiuſſ. l. & per iuſiurandum 13. §.
legatorum 8. & 9. qui ita 9 ff. de acceptilat. Zangerus d.
c. 5. num. 25.*

§. 6. DE COMPENSATIONE.

SVMMARIA.

1 *Fideiuſſoria obligatio tollitur compenſatione. Et nu. 3.*
2 *Compenſans numerat, & ſoluit, ſi non naturaliter, tamen ciuiliter ſaltem.*
4 *Compenſationis exceptionem fideiuſſor obiicere poteſt, licet ipſe debitor taceat.*
5 *Compenſare poteſt fideiuſſor, etiamſi principalis in bannum declaratus eſſet.*
6 *Fideiuſſor non habet cauſam lucratiuam, ſed certat de damno vitando.*
7 *Dolus rei non nocet fideiuſſori.*
8 *Perſonalis exceptio non tranſit ad fideiuſſorem.*
9 *Odium perſonale ad fideiuſſorem tranſire non debet.*
10 *Compenſatio de iure Saxonico non habet locum.*
11 *Contrarium tamen hodie obſeruatur.*
12 *Textus conſt lib. 3. art. 12. explicatur.*
13 *Compenſatio eſt ſpecies ſolutionis.*
14 *Reconuentio eſt petitio, & quaſi actio.*
15 *Reconuentio cum compenſatione multa communia habet.*
16 *Retentio quandoque accipitur pro compenſatione.*
17 *Retentio obligationem fideiuſſoriam non extinguit.*
18 *Retentio tantum tenet ad tempus, quaſi iure pignoris donec ſoluatur.*

1 SExto tollitur † obligatio fideiuſſoria per COM-
2 PENSATIONEM. Nam, & qui † compenſat omni-
no numerat, & ſoluit, ſi non naturaliter, tamen ci-
uiliter ſaltem, quæ ciuilis numeratio tantum poteſt,
quantum naturalis, *argumento, l. adoptio, ff de ado-
ptio. l filio, ff. de liber. & poſthu.* Et proinde rectè dixit
Pompon. nihil intereſſe ſolueri tdebitor an penſauc-
rit, *l ſi debitor, ff. qui potior. in pign. habeant.* Si igitur
3 reus † creditori debeat centum, pro quibus interceſ-
ſit Titius, creditor autem reo rurſus centum debeat,
tum ipſo iure fideiuſſor non tenetur in maiorem
quantitatem, quam reus condemnari poteſt: imo ſi
quid à fideiuſſore petetur, æquiſſimum eſt, eligere fi-
deiuſſorem vtrum quod ſibi ipſi an quod reo debe-
tur compenſare malit: Sed etſi vtrumque compen-
ſare velit, audiendus eſt, *leg. verum, cum l. ſeq. ff. de
compenſat. Tindarus in tractat. de compenſat. artic. 6.
numer. 52.* Quod † adeo verum eſt, vt & fideiuſſor ſi
4 à creditore conueniatur exceptionem compenſatio-
nis obiicere poſſit, licet ipſe debitor taceat, *leg. ex
5 perſona, ff de fideiuſſ.* Et hoc † amplius fideiuſſor com-
penſare poteſt, etiamſi principalis in bannum decla-
ratus eſſet, late Alberic. de Roſate *in ſecunda parte
ſtatutor. queſt 92.* Nelius *in tract. bannitorum part. 1.
ſecundi temporis, queſt 67.* Hippolit. *in Rubr. de fideiuſſ.
num. 171.* Bertazol. *l. in tractat. clauſ. inſtrum. clauſ. 41.
6 gloſ. 8. num. 4.* Fideiuſſor † enim non habet cauſam
lucratiuam, ſed certat de damno vitando. Ioan.
Viſcent. Hondedæus *conſult. 111. num. 57. part. 1.* & ideo
7 † dolus rei non nocet fideiuſſori, *l. apud Celſum, §.
8 Auctoris, ff. de doli except.* Et ſicut † exceptio perſo-
nalis, quæ prodeſt, non tranſit ad fideiuſſorem, ita
9 nec contra odium † perſonale tranſire debet. *Iulius
Scarlatinus conſ. 114. num. 14. 15. 16. inter conſilia crimi-
nalia. Zileti vol. 1. & dixi infra c. 27. part. 4. vide etiam
Guid. Papa ſing. 1001.*

Anton. Heringius.

10 Cæterum † quæ modo de compenſatione dicta
ſunt, videbuntur fortaſſis dubia de jure Saxonico,
propterea, quod compenſatio eo jure non dicitur,
locum habere, Conſt. *lib. 3. part. 12. Reinhar. differ.
11 Saxon. 78.* Sed contrarium † hodie in Electoratu Sa-
xoniæ obſeruatur, ex conſtit. prouinc. 8 *par. 1.* Vbi id
elegantiſſime demonſtrat Daniel Mollerus *in comm.
12 ſuis.* Et † reuera text. *in d. ar. 12.* loquitur de recon-
uentione, non de compenſatione, quæ in rei veritate
13 differunt, cum compenſatio ſit † ſpecies ſolutionis,
*l. ſi debitor, ff. qui potiores in pign hab. l. amplius, ff. rem
ratam haberi l. dediſſe, ff. de verbor. ſignif. Sebaſt. Medi-
ces in tract. de compenſat. part. 2. quaſt. 31. nu. 34.* recon-
14 uentio † autem ſit petitio, & quaſi actio, *tot. tit. extra
de mutuis petitionibus.* Licet negari non poteſt, re-
15 conuentionem † cum compenſatione multa commu-
nia habere, de quibus Medices *in d. tract. part. 2. qu. 1.
n. 4. & q. 31. n. 45 in 49. notabili.*

16 Etſi autem retentio † quandoque accipitur pro
compenſatione, *l. 4 l. ob negotium, ff. de compenſat.* & fie-
ri poteſt, vt fideiuſſor vel reus res creditores ſui, in
manibus ſuis exiſtentes, ex cauſis à jure determina-
tis, retineant, non dimittendo eas ex ſua poſſeſſione,
donec ipſis de credito ſatisfiat, iuxta ea quæ tradit
Colerus *de proceſſ. execut. part. 1. cap. 2. nu. 184. & ſeqq.*
17 non † tamen per retentionem illam obligatio fide-
iuſſoria extinguitur, ſed tamdiu in ſuſpenſo ſaltem
18 manet, donec ſatisfiat: ſi quidem † retentio tantum
teneat ad tempus, quaſi iure pignoris, donec ſolua-
tur, *l. non ſortem, §. ſi centum in fin. ff. de condict. indeb.
l. 5. ff de impenſ. in reb. dotal. l. 5. ff. de dote prælegata.*

§. 7. DE TRANSACTIONE.

SVMMARIA.

1 *Fideiuſſoria obligatio tollitur tranſactione.*
2 *Tranſigere cum mala fidei debitore melius eſt, quam de toto periclitari.*
3 *Tranſactionum non minor, quam rerum iudicatarum, & iuriſiurandi eſt auctoritas.*
4 *Reum iudicio ſiſti non exigimus, ſi negotium, propter quod iudicio ſiſti promiſit fuerit tranſactum.*
5 *Fideiuſſor condemnatus ſi tranſegerit, tranſactione equidem non perimit rem iudicatam, tamen eo quod datum eſt, rem iudicatam releuari oportet.*
6 *Tranſactio facta cum vno ex duobus fideiuſſoribus in ſolidum obligatis, liberat etiam alterum in illa parte, quam creditor à tranſigente accepit.*

1 SEptimo † non poſſunt conueniri fideiuſſores,
liberato reo per TRANSACTIONEM *l fideiuſſores
68 §. vlt. ff. de fideiuſſoribus, l. & poſt §. 1. ff. de tran-
2 ſact.* Sæpè enim † is qui cum malæ fidei reo ſibi rem
eſſe videt, mauult eius, quod petit partem ἄνευ ξυνᾶς
δίκας (vt Pindarus loquitur) accipere, quod eſt de-
cidere, quam de toto periclitari, cum moleſtia,
vt ait Marquard. Freher. *lib. 1. parerg. cap. 15.* Præ-
3 terea, non minorem † etiam auctoritatem tranſa-
ctionum, quàm rerum iudicatarum, & iuriſiuran-
di eſſe, recta ratione placuit, *l. non minor, C. de tran-
4 ſact. l. 2. ff. de iureiur.* Et ideò non † exigimus eum
iudicio ſiſti, ſi negotium, propter quod iudicio ſiſti
promiſit, fuerit tranſactum, *l. 2. ff. ſi quis cautionibus in
princ.* vbi tamen Petrus Faber, *lib. Semeſt. capit. 13.
in princ,* pro, NON, rectè cenſet, MODO, legendum.
5 Quanquam † ſi fideiuſſor condemnatus tranſegit,
tranſactione equidem non perimit rem indicatam,
tamen eo quod datum eſt rem iudicatam reuelari

Digitized by Google

oportet, *d.l.& poſt rem, §.1. D. de tranſact. l. eleganter,*
23.§.1.D.de cond. indebiti.

6 Quid autem † dicemus, ſi debitor dederit duos fi-
deiuſſores, obligatum vtrumque in ſolidum, & cre-
ditor cum vno tranſegerit? Erit certè, & alter libera-
tus in illa parte, quam creditor à tranſigente accepit,
cum debitum extenuet, *l. ſi ex duobus, ff. de tutel. & rat.*
diſtrah. Baldus poſt Vbert de Bobio in addit. ad Speculat.
tit. de fideiuſſ. verſ. Item pono quod debitor duos fideiuſſo-
res dedit creditori.

§. 8. DE LIBERATIONE.

SVMMARIA.

1 *Liberatio ſi debitori legetur, liberatur etiam eius fide-iuſſor.*

2 *Liberatio ſi fideiuſſori legetur, fideiuſſor pacto eſt liberandus. Imò, & eius hæres num. 5. Quod declara vt num. 6. & 7.*

3 *Hæres damnatus, ne à fideiuſſore petat, à reo petere poteſt.*

4 *Hæres damnatus, ne à reo petat, à fideiuſſoris quoque perſona abſtinere cogitur.*

8 *Quitantia exhibita à creditore tam fideiuſſorem, quam reum liberat.*

9 *Quitantia eſt ſtricti iuris, & computata tantum in rationibus tollit, non autem ad omiſſa, vel doloſe occultata, extenditur.*

10 *Liberatus prætextu falſarum literarum, actione de dolo tenetur, etiamſi iuramento confirmata eſſet liberatio. Et num. 11.*

12 *Chirographi redditio, & redditio pignoris differunt. Et num. 13.*

14 *Fideiuſſor liberatur, ſi ipſe creditor obligationem ipſius laceret, cancellet, aut comburat.*

15 *Imperator Gratianus combuſſit tabulas, in quibus ſubditorum debita, ac reliqua deſcripta erant.*

16 *Teſtator ſi mandat in teſtamento ſuo, vt ſatisfiat omnibus ſuis creditoribus, poteſt etiam eius fideiuſſor, tanquam quiſpiam creditor, ob hærede petere, vt ſibi ſatisfiat per indemnitatis cautionem.*

17 *Fideiuſſor in teſtamento ſuo mandans ſatisfieri omnibus à ſe recipere debentibus, intelligitur mandaſſe ſatisfieri etiam illis, quibus debet fideiuſſorio nomine, ex Baldo, & Caſſanæo. Sed contrarium retinetur, ex Angelo, Aſinio, Dilecto, & Brederodio. Et nu. 18.*

19 *L. 1. ff. de ſolutionib. intellectus.*

1 OCTAVO † liberatur fideiuſſor ſi debitori LI-
BERATIO ſit legata, hoc eſt, ſi liberatio no-
minis expreſsè in teſtamento relinquatur vel Chiro-
graphum legetur, vel damnetur hæres, ne agat, tunc
enim reus tutus eſt, & conſequenter etiam fideiuſſor
l. ſi teſtamento in princ. D. de fideiuſſ. l. 2. l. 3. l. ſi quis
reum, & paſſim, D. de liberat. legat. l. ſi fideiuſſor. 49. vbi
2 *Iaſon. D. de legat. 1.* Quod † multo magis procedit, ſi
ipſi fideiuſſori liberatio ſit legata, puta, ſi ei cautio-
nem ſuam creditor reddi iuſſerit, tunc enim fideiuſ-
ſorem pacto liberandum eſſe Vlpianus ſcribit *in d. l.*
ſi quis reum, §. Quod ſi fideiuſſori, D. de liberat. legata.
& facit text. in l. Labeo, §. 1. D. de pactis l. pecunia. & ibi
Bald. Cod. de ſolution. idem Bal. in l. noſtram. C. de teſtam.
Felin in cap. accedens el. 1. num 2. extra. velit. non conteſt.
Alexan. in l. Mævia. D. ſolut. matrim. iunctis iis quæ tra-
dit Menoch. de præſum. lib. 3. præſump. 140. & Gail. lib. 2.
obſeruat. 37. num. 5. 6. & 7. Verum hoc intereſt, quod
3 † hæres damnatus, ne à fideiuſſore petat à reo petere
4 poteſt, ſed damnatus ne à reo † petat, à fideiuſſoris
quoque perſona abſtinere cogitur. *d. l. 2. & l. ſi damna-*
tus, ff. de liberat. legat. Menoch. de præſumpt. lib. 4 præ-
ſumpt 164 nu. 22.

5 Neque vero † tantum fideiuſſor liberatur per libe-
rationem legatam, ſed & eius hæres, modo verba li-
berationis in rem ſint collata non in perſonam, *l. non*
ſolum. 8. §. tale legatum, cum § ſeqq. ff. de liberat. legat. In
6 † rem autem conferuntur, ſi generaliter damnetur
hæres, ne petat: In perſonam, ſi ſpecialiter, ne à fide-
iuſſore petatur, *l. iuriſgentium, §. pactorum, ff. de pactis.*
7 Et ideò † pactum: Profiteor te non teneri, fideiuſſo-
rem eiuſque hæredem liberat, quia in rem non in per-
ſonam dirigitur, quod tamen fieret, ſi ita pactum
eſſet conceptum: Profiteor me nihil à te petiturum,
d. §. pactorum. Cuiac. lib 18 obſeruat. cap. 1.

Quod autem de redditione Chirographi in teſta-
mento legata modo dixi, id multo magis locum ha-
8 bet, ſi † creditor reo, vel fideiuſſori quitantiam exhi-
beat, *l. emptor. §. Lucius, ff. de pactis, l. fullo, § qui tabulas,*
ff. de furtis, l. pecunia, C. de ſolut. Color. de proceſſ. execut.
9 *par. 4. cap. 1. nu. 102.* Sed ea ipſa † quitantia eſt ſtricti
iuris, & computata tantum in rationibus tollit, non
autem ad omiſſa vel doloſe occultata extenditur, *l.*
tres fratres, D. de pactis, Iaſ. in l. vnic. num 6 C. de errore
calculi. Cyn. Bart. Angel. Caſtrenſ. & Iaſon. *in l. ſub præ-*
textu ſpecierum. C. de tranſact Paris *conſil. 20. num 77. &*
78. Weſemb. *conſil. 41. num. 42. & 43.* Atque ideo re-
10 cte dicimus. Eum † qui prætextu falſarum literarum
liberatus eſt actione de dolo teneri. Bart. *in l. quidam.*
per illum tex. D. de dolo. Caſtrenſ. *in l. cum à te, ff. eod. tit.*
text. ſunt in l ſi literarum. C. de ſolut. l. aduerſus, C. de
execut. cap. cum delicti, extr. quod met. cauſ. Capell. Tho-
loſ. *quæſt. 261.* Daniel. Moller. *in comment. ad conſtitut.*
Saxon. conſtit. 19. num. 32. & 33. part. 2. In tantum, vt
11 quamvis † juramento confirmata ſit liberatio, ſi ta-
men appareat illam dolo quæſitam eſſe, ſemper, &
quandocunq; retractari poſſit, ſicut ex mente Caſtr.
Decij, Rolandi à Valle, & Ancharani ſcribit, Moller.
d. loco nu. 34. 35. & 36.

12 Eſt tamen † differentia inter redditionem chiro-
graphi, & redditionem pignoris; Quod reddito pi-
gnore, obligatio perſonalis maneat: reddito chiro-
grapho, pignoris obligatio efficax non maneat, *leg.*
2. & 3. D. de pactis, Cuiac. tract. 4. ad Afric. mihi pag. 109.
Quo alludit Martialis:

Quod Caietano reddis Polycharme tabellas
Millia te centum num tribuiſſe putas?

13 Quare † etiam aliud erit ſi reo vel fideiuſſori for-
tè, redditio pignoris, aliud ſi redditio chirographi le-
getur, quod fuſiſſimè diſcuſſit Petr. Auguſt Morla *in*
emporio iuris par. 1. tit. 11. q. 8. vnde lector petat.
14 Quid autem dicemus, ſi creditor † ipſe ſyngrapham
debitoris aut obligationem ipſius laceret, cancellet,
aut comburat? Reſp. & hoc facto liberationem æquè
induci, ac ſi chirographum debitori reddidiſſet, *iuxta*
l. ſi chirographum 24. ff. de proba. l. fullo. 82. §. qui tabulas,
ff. de furtis Gail. lib. 2. obſ. 37. num. 6. & 7. Et celebran-
tur imprimis Imp. Traian. & Ant. quod prouinciis ſuis
reſidua tributorum reſtitutis documentiis tabuliſ-
15 que condonarint. Sed ambos † liberalitate ſua ſu-
perauit Imp. Gratian. quod malo verbis Auſonij in
grat. actione ad Gratian. quam meis referre. Sic
igitur inquit: *Tu argumenta omnia flagitandi publici-*
tus ardere iuſſiſti. Videre in ſuis quæque foris omnes ciui-
tates conflagrationem ſalubris incendij. Ardebant ſtirpes
fraudum veterum, ardebant futurarum: Iam ſecum pul-
uere fauilla miſcuerat, iam nubibus fumus inuoluerat, &
adhuc obnoxius in paginis concrematis ductus apicum,

&

Digitized by Google

& ſeſtertiorum notas cuminuantia de ratione cernebant, quod meminerant legi poſſe, & veteres. Verum hic non non inutiliter nunc quæritur, ſi teſtator mandet in teſtamento ſuo, vt ſatisfiat omnibus ſuis creditoribus
16 an † etiam hoc caſu ipſius fideiuſſor, tanquam creditor, ſatisfactionem ab hærede petere poſſit, adhoc, conſeruetur indemnis, *iuxta l. Lucius §. 1. ff. mandati & l. ſi pro ea, vbi Bald. & Salic. C. eod. tit.* Et ſanè quia moriente teſtatore futurum eſt, vt fideiuſſor conueniatur, & ad ſolutionem præcipitetur, quo caſu ſpem iam habet, vt ipſi actio competat ideoque creditor dici poteſt, *l. conditionales 54. l. creditores, ff. de verb. ſignif.* Et præterea fideiuſſor in multis caſib. agere propter eat contra debitorem defunctum, *d. l. ſi pro ea.* dicendum videtur, eum petere poſſe, vt ſibi ſatisfiat per indemnitatis cautionem, maximè ſi ſit obligatus ex inſtrumento, quod habeat paratam executionem, *Bald. & Salycet. in dict. l. ſi pro ea Angel. in tractat. de teſtam. in gloſſ.* 18. *num.* 14.

17 • Cui non † male, & iſta quæſtio ſubnectitur ſi vice verſa fideiuſſor in teſtamento ſuo, mandet ſatisfieri omnibus a ſe recipere debentibus an intelligatur mandaſſe ſatisfieri, non tantum illis quibus debet principaliter ſuo nomine verum etiam quibus debet fideiuſſorio nomine? Baldus equidem *in l. ſi fideiuſſor. ff. de legat.* 1. affirmatiuæ ſubſcribere videtur, cum quo tranſit Chaſſan. *in conſuet. ad. Burgund. Rubr. 5. §. in 2. in verb. Son principal obligé num.* 26. Verùm alij tenent
18 † contra Baldum, quod ſcilicet illud mandatum intelligatur tantum de obligationibus contractis nomine proprio, non autem fideiuſſorio, quod probat Angel. *in tract. de teſtamen. in gloſſ.* 40. *num.* 3. retulit illud ipſum quoque Ioan. Baptiſta Aſinius *in tract. de execut. in prolego. cap. 2. num.* 16. *&* 29. Magis enim ſoluiſſe, vel ſoluere velle, quis creditur, quod ſuo nomine, quam quod pro alio fideiuſſorio nomine debet, *l. & magis ff. de ſolutionibus* (dixi ſupra hoc ipſo capite. §. 1 *num.* 31.) Ioan. Dilectus *cautela* 30. relata à P. Corn. Bredenrodio *ad tit. ff de lib. legata. mihi pag.* 305. vbi cautelam dat teſtatori, vt quando mandat debita ſolui, euidenter exprimat, ſe intelligere de debitis, ad quæ ſoluenda ſuo nomine, & vt principalis tenetur, vt incertis non ſit locus coniecturis. Nec
19 † obſtat *l. 1. ff. de ſolutionibus.* Aliud enim eſt, ſi fideiuſſor pluribus creditoribus ex diuerſis ſit obſtrictus, priori caſu ſemper ſoluere malle præſumitur illis creditoribus quibus ſuo nomine debet, *d. l.* & magis poſteriori vero caſu, ſi ipſe fideiuſſor nihil dicat in quam cauſam ſolutum malit, eſt in arbitrio accipientis, vtrum ſolutum accipere velit in id, quod fideiuſſor ſuo proprio, vel an id, quod, fideiuſſorio nomine ſibi debebat, *d. l. 1. ff. de ſolutionibus.*

§. 9. DE PRÆSENTATIONE REI PRINCIPALIS.

SVMMARIA.

1 *Præſentatione rei principalis liberatur fideiuſſor, idque dupliciter, vt num. 2. & 4.*
3 *Statuto Lubecenſi liber eſt fideiuſſor, ſi reus ſemetipſum ſiſtat.*
5 *Fideiuſſor pro exercitio litis ſi ſit acceptus, liberatur, ſi reum prout promiſit, liti, & iudicio ſiſtat.*
6 *Cautio de præſentando eſt ſtipulatio prætoria.*
7 *Fideiuſſor ad certam diem recipi poteſt. Et n. 8.*
9 *Fideiuſſor ad præſentando ad minimum citari debet. Quod declaratur num. 12.*
10 *Gloſſa ſpeculi Saxonici lib. 2. art. 51. explicatur.*

Antonius Heringius.

11 *Dies interpellat pro iudice.*
13 *Fideiuſſor à iudice requiſitus, vt reum præſentet, competentibus datis inducijs ad præſentandum, non auditur ſi ad uitandam pœnam, de innocentia abſentis docere velit, ſed reum præſentare cogitur.*
14 *Fideiuſſor promittens reum rurſus ſiſtere, an prima præſentatione liberetur, diſcutitur.*
15 *Dictio. Rurſus, vel iteram, in duabus vicibus verificatur. Sed declarationem recipit, num 16.*
17 *Fideiuſſor, qui reum ſemel exhibuit, poſt præſentationem talem in ſtatuto termino factam, proteſtationem interponere debet, quod vlterius teneri nolit.*
18 *Fideiuſſor, qui promiſit reum ſiſtere ad omnem requiſitionem iudicis, & toties, quoties non liberatur bina facta præſentatione. Eaque ſententia eſt magis communis, num. 19. Sed contrariam placait Mantuæ Deciano, Phœbeo, Syluano, Franco & aliis.*
21 *Dictiones, Toties, Quoties, infinitatem plurimumque actuum multiplicationem ſignificant. Quod declarationem recipit, vt num. 28.*
22 *Verba ſtipulationis quando ſunt clara, non eſt ab illis recedendam.*
23 *Fideiuſſor, qui promiſit reum præſentare toties, quoties reo non comparente, ſtatim in pœnam incidit. Sed declara vt num. 24.*
25 *Abſentia neceſſaria à pœna conuentionali non excuſat. Quod cum moderamine eſt accipiendum vt num. 26. & 27*
29 *Fideiuſſor, qui promiſit reum præſentare, toties, quoties, &c. liberatus eſt cenſendus, quando per eundem iudicem, cui facta erat promiſſio, reus iterum capitur, licet poſteà aufugiat. Et ſic in curia Neapolitana, & Regio Concilio Catholonia iudicatam, num. 30. & 31.*
32 *Fideiuſſor, qui promiſit aliquem iudicio ſiſtere, vel repræſentare, ſolum tenetur præſentare ex cauſa precedente, ad quam refertur promiſſio.*
33 *Fideiuſſor, reum ſe ſiſtere velle, ſub certa determinataque pœna promittere ad gitur.*
34 *Fideiuſſor non incidit in determinatam pœnam, quando reus ob aliam cauſam eſt condemnatus.*
35 *Fideiuſſor ad determinatam pœnam obligatus, non tenetur, ſi reus ſaltem ſit accuſatus, & nondum condemnatus.*
36 *Pœna conuentionalis ad mortem extendi nequit.*
37 *Fideiuſſor ad pœnam corporalem ſe obligare nequit. Et num. 42.*
38 *Pœna ſuos tenere debet auctores. Et n 39*
40 *Membrorum ſuorum nemo eſt dominus.*
41 *Nemo in ſuo eſt patrimonio.*
43 *Lex, & ſtatutum, vt alter ex alterius delicto corporaliter puniatur, non valeat. Et n. 44.*
45 *Fideiuſſores non obligantur ad pœnam corporalem, ſed tantum ad pecuniariam, quando hæredibus in leui exceſſu ſub fideiuſſoribus relaxatur.*
46 *Fideiuſſores non tenentur ad intereſſe æſtimabile.*
47 *Ictus fuſtium grauior eſt, quam qualibet pœna pecuniaria.*
48 *c. cum homo §. 1. 2 3. q. 1. explicatur.*
49 *Conſuetudine non poteſt introduci, vt ſupplicium capitis luat fideiuſſor interueniens in cauſa criminali, contra Baldum, Romanum, Duenas & plures alios, eaque ſententia eſt æquior, verior ac communis, vt num. 53.*
50 *Statutum, pactum, lex & conſuetudo in materia fideiuſſionis paria ſolent efficere.*
51 *Pacto, ſtatuto, vel lege fideiuſſor ad pœnam mortis*

non obligatur. Et num. 54.

52 *Celſi Huganis Diſſuti conſil.*121.*num.*1.*in dubium vocatur.*

55 *Lex quandoque ad ſimilitudinem ſupplicij obligat.*

56 *Fideiuſſor conſtituens ſe commentarienſem, vel cuſtodem obligat, ſimili pœna puniri poteſt.*

57 *Fideiubendo poteſt ſe quis ad carceres pro debitore principali aſtringere. Licet contrarium velit. Ioan. Goddæus, vt n.* 58

59 *Appij Claudij Conſulis Romani tyrannicum exemplum, in ſecuri percuſſis, ac præcipitatis de Saxo Tarpeia obſidibus, reprehenditur, & numero* 60. 62. *&* 63.

61 *Obſides capite luere ſoliti, ſi qui dederat, à fide deſciuiſſent.*

64 *Caroli Burgundi, Leodienſium obſides necare volentis, propoſitum improbatur.*

65 *Perpenna obſides Hiſpanos, à Sertorio detentos, dimittens magnam beneuolentiam ſibi conciliauit.*

66 *Obſides ſexcenti, equites vtique Romani, abs Samnitibus imperati, corpora ſubobligarunt.*

67 *Vitia erunt, donec homines.*

68 *Debitorem lege XII. tabularum, ſi multi eſſent creditores, in partes ſecare licebat. Sed Romani illo rigore non ſunt vſi, vt num.* 69.

70 *Archiaconi ſententia, obſides interficere licere exploditur*

72 *Lycaon obſidem iugulans taxatur.*

72 *Eduardi Regis Angliæ, præfecti Berwici filium in crucem agentis, factum reprehenſionem meretur.*

73 *Obſidum miſerabilis eſt conditio, ex Appiano Alexandrino.*

74 *Romani pro æneo Cane, Lyſippi opere, fideiuſſores vitam deſpondentes acceperunt.*

75 *Vades in pœnam capitalis ſupplicij ſubierunt.*

67 *Damonis & Pythia exemplum adducitur.*

77 *Leomisbres apud Xenophontem vxorem ac liberos obſides relinquens, reprehenditur.*

78 *Locus Geneſeos c.*42.*quomodo accipiendus.*

79 *Deſpondere aut deuouere animam ſuam ad mortem num liceat?*

80 *Præſentatio perfecta requiritur, alias liberatio non contingit.*

81 *Fideiuſſor non tenetur, ſi reus præſentatus aufugiat. Quod ampliatur, vt* 82. 83. *&* 84.

85 *Fideiuſſor de iudicio ſiſti, & iudicatum ſoluendo liberatur, quamprimum conſtat de incompetentia, & nullitate capturæ.*

86 *Carceratus iuſtè, eamque conditione dimiſſus, vt vocatus ad carcerem redeat, ſeruare debet fidem. Quod ampliatur, num* 87.

88 *Carceratus iniuſte, ſi feriè dimittatur, redire non cogitur, etiamſi iuraſſet.*

89 *Captus in bello illicito reuerti non cogitur, etiamſi redire iuraſſet.*

9 *Tortus primo iniuſte, ſi poſteà aufugiat, nullam pœnam incurrit.*

91 *Carceratus iniuſte, fores carceris effringere, & aufugere poteſt, nec punitur, ſi non ſperet ſe inde euadere poſſe.*

92 *L. in eos ff de cuſtod. reor. verus intellectus.*

93 *Pater, qui vt liberaret filium incarceratum, & iniuſtè tortum, fideiuſſit, ac promiſit, eum præſentare toties, quoties, &c. ſi filium exhibere nequeat, in quam pœnam ſit condemnandus, remiſſiuè ex Ioan. Cephalo.*

64 *Fideiuſſor liberatur, qui reum certa die ſiſtere promiſit, ſi is ante lapſum termini fideiuſſore tamen non procuratore propter aliud delictum in bannum declararetur. Ratio ponitur nu.*95.*Et declaratur n.*96. *ex Angela, & Nello de S. Geminiano. Sed auctori ſecus videtur, n.*97

98 *Factum iudicis cenſetur factum partis aduerſæ. Sed intellige, vt n.*107. *&* 108.

99 *Fideiubere aliquem ſiſtere iudicio, liberatur æquè, quando principalis non poteſt venire ad ciuitatem, ac ſi morte naturali deceſſiſſet.*

100. *Saluus conductus abs iudice oblatus non arctat fideiuſſorem, vt amplius præreo bannito teneatur.*

101 *Raynoldus Rodolphus præceptor Ioanne, Vincentij Hondedei.*

102 *Fideiuſſores à Iudice pro præſentatione banniti prius requirendi, & tum ſtatim condemnandi, ex ſententia Alberici, & Hippolyti: Sed reijcitur ab auctore, ex Hieronymo Gabrielis, nu.*103.

104 *Fideiuſſore procurante ſi reus ſit bannitus, non liberatur fideiuſſor.*

105 *Cauſans non cauſatus actus eſt ſpectandus.*

106 *Obijcere quis id alteri nequit, cuius faciendi cauſam obijciens præbuit.*

109 *Aufugiens non debet rumuſculo credere.*

110 *Fideiuſſor qua pœna adficiendus veniat, ſi reus, præſtita cautione à carcere liberatus poſteà aufugiat adhibita diſtinctione explicatur.*

111 *Pœna certa ſi non eſt promiſſa, neque etiam conſuetudine introducta mulcta pecuniaria fideiuſſori imponitur, & parti ad intereſſe obligatur, vt n.*112. *Quod declara vt n.*113.114 *&* 115.

116 *Pœna capitali ſi reus erat plectendus fideiuſſor, ſi eum exhibere nequeat, pœna extraordinaria arbitrio iudicis ſit obnoxius.*

117 *Fideiuſſor, qui promiſit pro aliquo, quod in poſterum Domino ſuo fidelis eſſe debeat contraueniat, pecuniariè punitur. Et n.*118.

119 *Pœna certa ſi ſit determinata, ad eam fideiuſſor, non præſentans reum, tenetur.*

120 *Fideiuſſor ad purgandam moram ſui principalis admittitur. Et num.*121. *Quod ampliatur, num.* 124. *&* 125.

122 *Maranta opinio examinatur, ex traditione Iulij Clari, & Laurentij Tennini Rodulphi. Et num.*123.

126 *Fideiuſſor, qui adhibuit omnem diligentiam, vt reum præſentaret, ſi id non potuit efficere, excuſatur tam ab intereſſe, quàm à pœna, ex ſententia multorum licet in alia abeat Proſper Farinacius.*

127 *Promiſſor facti alieni, etiam cum iuramento, excuſatur, quando omnem adhibuit diligentiam. Quod ampliatur num.*128. *Et declaratur numero* 129. *&* 130.

131 *Pœna conuenta cui debeatur, an fiſco vel parti? Diſtinguitur inter ius ciuile, & Saxonicum, num.*132. *&* 133.

154 *Pœna certa ſi eſt ſtatuta conſuetudine, iudex amplius arbitrari non poteſt.*

135 *Pœna iuris Saxonici fideiuſſorem, reum non præſentantem quænam, ſi & numer.* 136.137.138. *&* 139.

140 *Leges Saxonicæ eatenus duntaxat locum obtinent, quatenus vſu ſunt comprobatæ.*

141 *Saxonum ius multa barbara continet, vt vult Weſenbecius; in eo reprehenſus à Iacobo Schultzeſio num.* 142.

143 *Fideiuſſor dolo faciens, quo minus reus exhibeatur, extra ordinem arbitrio cognoſcentis puniri, & coerceri poteſt.*

144 *Gloſſa Conſt. lib.*3. *artic.*11. *verſ. hinc ſcire debetis tanquam inepta reijcitur.*

Nono

1 NOno † fideiuſſio tollitur PRÆSENTATIONE
REI PRINCIPALS , idque dupliciter. Aut
2 † enim reus ſemetipſum vltro,& ſponte,abſque ope-
ra dati à ſe fideiuſſoris,præſentat,& dubium non eſt,
quin fideiuſſor, qui illum ſiſtere promiſit , (cæteris
paribus) ſit liberatus , vt prolixius oſtendam infra
3 hoc capite,*§.2.3.nu.2.& ſequentibus*. Idque † nomina-
tim cauetur ſtatuto Lubecenſi,*lib.3.tit.5.§.4.* vbi dici-
tur : ſi aliquis ob debitum contractum fuiſſet vocatus
in iudicio,& nondum de debitum iudicatur, & mo-
riatur,qui fuit fideiuſſior liberatus eſt,ſed eius hære-
des ad ſolutionem tenentur,&c.
4 Aut vero † fideiuſſor vigore præſtitæ obligationis
reum præſentat,& iſto caſu liberatio quoque contin-
5 git,ſi † tandummodo pro exercitio litis, non autem
pro tota cauſa,fideiuſſor ſit acceptus,& reum , prout
promiſit,liti,& iudicio ſiſtat, Hippolytus *in Rubric.
de fideiuſſoribus num.99* Tiraquellus *in repetitione l.bo-
ues,§.hoc ſermone nu.48.ff.de verborum ſignificationibus.*
,, Weſenbecius *in paratit. ff. de fideiuſſoribus in fine.*
,, Nam ſi Titius fideiuſſerit , quod Sempronium incar-
,, ceratum,ſed a carcere relaxatū , certa die ad citatio-
,, nem iudicis rurſum,ſub certa pœna,ſiſtere velit cum-
,, que ſtatuto ac præfixo io termino perfecte ſiſtat,ſatis-
,, fecit ſuæ promiſſioni,nec tenetur poſtea,ſi reus forte
,, aufugiat.
6 Hic autem initio notandum eſt,Quod cautio † de
præſentando ſit ſtipulatio prætoria , vt voluerunt
Grammaticus *deciſ.95.num.* 2.& Robertus Maranta
n.7. diſputatione num.21.poſt ſpeculum ſuum. Eandem
quoque prætoriam vocet Socinus *in l.2.in fine.ff. qui
ſatiſdare cogunt.* Prætoriam communem vel iudi-
cialem vero appellat Raph.Comenſ.*in conſ.321. incip.
Inculpatus.col.2.* quos omnes ſequitur Felix.Phœdeus
inter conſilia criminalia Ziletti.conſ. 218. *numero* 18.
vol.2.
7 Dico porro,Certa die.Etſi † namque Clarus *lib.5.
ſententiar.§.fin.quæſt 46.num.23:* dicit , Omnes fideiuſ-
ſores expreſſe recipi de cōſignando reum, ad omnem
requiſitionem,quod fortaſſis etiam iudici tutius eſt,
8 tamen † & ad certam diem quandoque recipi, &
recipi poſſe , certum eſt , *l.ſancimus C. de fideiuſſor.
Maranta in ſpeculo ſuo part.6.membr.8.de ſatiſdat.n.5.
in fine.*
9 Dico,Ad citationem iudicis.Si enim † fideiuſſor re-
ceptus ſit de præſentando reo ad omnem requiſitio-
nem ad minimum præcedat,alias enim in mora non
poteſt recte dici conſtitutus *l.mora ff.de vſuris.* Hip-
polytus *in Rubr. de fideiuſſoribus,num.* 144. Caſtrenſis
conſilio 100.*alias eſt* 101.*incipiente ,Videtur,quod dictus
Ioannes Paulus volu.* 2. Ancharan. Regienſ. *quæſt.* 51.
num.3.libro 3. Nicol Boerius *conſil.* 22. *num.* 6.7 8.&
10 10.Et ita † intelligenda eſt gloſſ.*Conſtit.lib.2.artic.51.
verſic.& ſi requiſitus fuerit homo,in fine* de quo plenius
agit Ioannes Bernardinus Muſcatellus *in ſua practica
fideiuſſoria part.1.in 1. 6. & 7.modo per totum.* Proſper
Farinacius *de carcer.& carcerat.quæſtione* 14.*num.*125.
& ſequentibus.Roland.à Valle *conſilio* 58. *num.* 14. *vo-
lum.*1. At ſi reum certa die ſiſtere promiſerit , dies
11 † interpellare pro iudico, nec vlteriori requiſitione
opus eſſe videtur,*per l.magnam C. de contrah.ſtipula-
tion.* Caſparus Caballinus *in tract. de euiction §. 3. num.*
18.latiſſime Octauian.Cacheranus *deciſ. Pedemon.* 49.
num 6.7.& 8. Andreas Fachinus *lib. 9. controuerſia-
rum iuris cap.*77.Quibus tamen iunge ea,quæ in ter-
minis tradit Muſcatellus *dicto loco part. 1. modo 5.per
totum* & Vincentius de Franchis *deciſ.*118 *ſub num.9.*
qui aliter diſtinguunt , concludentes , fideiuſſorem
12 † de præſentando infra certum diem eſſe citandum,
& requirendum,non autem fideiuſſorem de ſoluendo
13 certam quantitatem,vt ibi : Sane † ſi iudex fideiuſſo-
rem requiſiuerit,vt reum præſentet, competentibus
ſibi datis induciis ad eum præſentandum , is vero,
cum nequeat eum præſentare , pro ſuo intereſſe ; ne
ſoluat pœnam , de innocentia abſentis docere velit,
non auditur,niſi præſentet reum *l.ſi Barſateram.C.de
fideiuſſoribus.Speculat.titul.de accuſat.§.finali.verſic.ſed
ſed quid de fideiuſſore. Barthol.m. de Valmerana in
conſil. 69. numero 23. inter conſilio crimin. Ziletti
volum.*1.
14 Dico,Rurſum ſiſtere velit. Aut † enim fideiuſſor
promittit ſimpliciter,quod vel certa die , vel ad re-
quiſitionem iudicis,reum rurſus ſiſtere velit , & tunc
vnica,& prima illa præſentatione liberatur , *gloſſa in
l.in duobus §.ſi ei qui ff. de iureiurando.* Tiraquellus
in dict §.hoc ſermone.numero quadrageſimo octauo. de
quo etiam vide Nellum *in tract.bannit part. 1.ſecundo
temporis,num.*43. Francum *in tractat. de fideiuſſoribus
capite 6.num.*116. *& ſequentibus* Camillum Botellum
*in tracta. de compromiſſis,§.2.gl.3.num.*12. *&* 14. Etſi
15 † enim dictio Rurſus , vel Iterum , propriè accepta
verificari in duabus vicibus poteſt,*l.vnica §.ne liceat.
in vna eademque cauſa l. voluti. ff. de edendo. text. &
Bartolus in l.fideicommiſſa. §.ſi quis decem. ff. de legatis
tertio l.prin.§.ſicut ff.vt legati nomine caueatur.* Tamen
16 † id in hac materia, quæ ſtricti iuris eſt,locum non
habet,ne dicam,quod virtus dictionis,Rurſum , hoc
in loco non ea ſit quod fideiuſſor reum his præſenta-
re debeat,ſed quod poſt factam relaxationem eum
rurſus pro illa tantum vice ſiſtere, & in carcerem re-
17 ponere quaſi debeat,Ideoque † cauti ſint fideiuſſores,
qui reum rurſus ſiſtere promiſerunt ſimpliciter , vt
iuxta doctrinam Ioannis Andreæ *in addit. ad Specul.
titul.de accuſat.in 3.part.§.ſequitur.verſ.item quæritur.*
(prout eum refert Ludouic. à Peguerra *in quæſtion.
crimin.quæſt.47.num.1. mihi pag.* 335.) & Mathæi de
Afflictis *in conſtitut. Humanitate , poſt num.* 11. vt &
Muſcatelli *dicto loco.part 1.modo 8.num. 5. verſicu. ſed
dicebam.& num.7.&* 9 poſt reum in ſtatuto termino
præſentatum , iudici exponant , ſe promiſſioni ſuæ
ſatisfeciſſe,& ſtatim proteſtentur,ac hanc ipſam pro-
teſtationem,ſi poſſibile ſit ad acta redigi curent,quod
vlterius teneri nolint : Hæc enim proteſtatione om-
nem anſam diſputandi præcidere poſſunt , ne vltra
mam vicem amplius teneantur,*argum.l.ſed ſi pupillus
§.de eo ff de inſtitor.action.* probat Roder. Suarez.*de
fideiuſſ.in cauſ.crimin.num.*3.Ioannes Crottus *conſ.*411.
*num.45.lib.*3.Ioan. Bernard. Diazius *de reg. & fallent
regul.614.in verb. promittens ſimpliciter.* Tobias No-
nius *conſil.*103 *num.8.& ſeq.* Ioan Vincentius Honde-
dæus *conſult.111.num.33.vol.*1.cuius proteſtationis for-
mulam poſui infra *cap.*30.
81 Aut † verò fideiuſſor promittit reum ſiſtere ad om-
nem requiſitionem iudicis,& toties quoties opus,ac
requiſitus fuerit : hoc caſu non liberatur fideiuſſor,
etiam bina facta præſentatione , *Doctores nonnulli in
l.ſi finita.ff.de damno infecto.* Imola Romanus, Alexand.
Iaſon.*in d.l.in duobus,§.ſi ei qui nu.19.ff.de iureiurand.*
Rolandus à Valle *conſilio 21. numero 11.libro 2.* Fran-
ciſcus Marcus *deciſione 797.num 7 part.2.* Alexander.
conſilio 144.in princ.volum.2. Hippollitus *in rubric. de
fideiuſſoribus num.99.&* 138 Anton. Gabriel. Roman.
commun. opin. libro 7 titu. de maleficiis conclus. 15. vbi
fuſe hoc explicauit Ludolphus Schraderus *in tract.
feud.part.2.ſectione 11.num.*14, vbi magis communem
19 † appellat Vrſillus *in additio ad Afflict. in deciſ.* 130,

by Google

de iuſtitia, & iure. Daniele Mollero in comment. ad
conſtitutiones Saxonicas conſtit. numero 12. parte 4.
Colero in deciſion. Germania deciſione 29. numero 4.
5. & 6 Petr. Gilkenio de præſcrips. part. 3. cap. 6. num. 51.
vbi Angelum adducit; dicentem, ſe nunquam tam
43 † iniquam legem vidiſſe, quæ ſtatueret, alterum
ex delicto alterius corporaliter puniendum, &
44 † ideò talia ſtatuta non valere, pronuntiant Baldus,
Salycetus & Alexand. de Imola, in locis relatis à
Gilkenio d. loco.

45 Quod adeo † verum eſt, vt etiam tunc, quando
in leui exceſſu hæreticus ſub fideiuſſoribus relaxatur,
fideiuſſores non obligentur ad pœnam corporalem,
ſed tantum ad pecuniariam. Zanchin. de hæreticis. cap.
10. num. 2. Tiber. Decianus in practica criminali lib. 5.
46 cap. 33. num. 16. Imò non deſuut, qui † voluerunt, eos
non ſolum ad pœnam corporalem non teneri: verum
etiam ne quidem ad intereſſe æſtimabile, Raphael.
Cuman. in conſ. 3. Cardin. Alban. in addit. ad Bartolum
in l. un. ff. de in lit. iurand. Quanquam, & hoc pro ra-
tione præcedentis deciſionis aſſignari poteſt, quod
quidquid fideiuſſor ſoluit, actione mandati repetere
poteſt, at ſi mortè fideiuſſor puniretur, vel deportare-
tur, vel fuſtigaretur, non poſſet certè hoc actione man-
dati, quæ ſaltem debitum pecuniarium perſequitur,
47 repetere, cum † tamen ſolus fuſtium ictus grauior
ſit, quam quælibet pecuniaria damnatio, l. in ſeruo-
rum § vltimo ff. de pœnis. Speculat. in titul. de accuſat. §.
ſequitur videre num. 16.

48 Nec † obſtat textus in cap. cum homo §. 1. 23. quæſtio. 1.
qui vult, quod fideiuſſor pro rei ſupplicium luere
debeat. Gloſſa enim ibi ſubiicit, id nullo iure probari,
quam etiam ſequitur gloſſator iuris Saxonici, libro
49 . articulo 9. verb. tenetur præſtare. Et † quamuis Baldus
in extrauagant. de pace conſtantiæ. in §. damna. in fin.
Roman. in conſ. 15. & in ſingul. 128. incipien. Tuſcus; quod
in cauſa criminali. Item Duennas in regula 323. verſi. ul.
tertio fallit. mihi pagina 439. nec non Roderic. Suarez de
fideiuſſ. in cauſa crimin. num. 34 verſic. & tenementi. Item
Felin. Pomat. in addit. ad Barto. Decius, Rochus de
Curte, & Iaſon. prout eos allegat Petrus Gilkenius in
tract. de præſcript. part 3. cap 6. nu. 41. verſic. ſexto quod
conſuetudine per dictam gloſſam in cap. cum homo. volunt
probare, quod conſuetudine poſſit introduci, vt fide-
iuſſor, in cauſa criminali, in qua debet pœna mortis
imponi, accedens, ſupplicium capitis luat, ſi reum non
exhibeat. Id tamen apud me, valdè dubium efficitur,
non ſolum quia gl. in d. c. cum homo. verb. ſupplicium.
talem conſuetudinem apertè non probat, vt lector ex
verbis ipſius clarè videbit (niſi fortè quis Romanum
ita intelligere malit, ſicut eum ſupra cap. 10. num. 418.
50 allegam, verum etiam † quia ſtatutum, pactum, lex &
conſuetudo, in hac materia paria ſolent efficere, l. vlt.
in fin. C. de fideiuſſ. l. de quibus & ibi Dd. ff. de legib. Pacto
51 autem † vel lege, aut ſtatuto, fideiuſſor ad pœnam
mortis non obligatur, nec obligari poteſt, vt ſupra
oſtenſum, ergò conſuetudine, quæ eſt lex non ſcri-
pta, Myſing. centur. 4. obſeruat. 23. ad finem, à contrario
ſenſu. Et proinde lectoris iudicio relinquendum cen-
52 ſeo, num † admitti debeat, quod Celſus Hugo in ter-
minis conſuetudinis Regni Caſtellæ conſuluit, in conſ.
121. nu. 1. conſuetudinem valere, vt fideiuſſor teneatur
ad pœnam corporalem, ſi reum relaxatum non poſſit
53 ſiſtere. Nam † quod talis conſuetudo non ſubſiſtat,
eaque ipſa ſententia nedum æquior, ſed & verior, ac
communis ſit, ex Feſino, Iaſone, Couarruuia, Gabrie-
lio Romano, Flaminio Chartario, & Proſpero Fari-
nacio ſtabiliuit Pet. Gilkenius in tract. de præſcrip. par.
3. c. 6. num. 52.

54 Dicit † quidem Iaſon in l. non impoſſibile n. 2 ff. de
pactis. quod vt maxime fideiuſſor non poſſit ſe obli-
gare pacto ad pœnam mortis, ſi reum non exhibue-
rit, quod tamen ex diſpoſitione legis ita ſe obligare
queat, pro confirmatione ſententiæ ſuæ Bartolum, &
Baldum adducens. Sed certè Bart. in l. ſi quis reum.
in 1 oppoſit ff. de cuſtod. reor. hoc non dicit; Saltem
enim quærit, an quis pacto ad ſimilitudinem ſuppli-
cij ſe obligare poſſit? quod ibidem plane negat. Et
55 licet lex † quandoque aliquem ad ſupplicij ſimilitu-
dinem obligat, vt commentarienſem, leg. ad commen-
tarienſem. Cod. de cuſtod. reorum. non tamen fideiuſſo-
rem obligat, neque id vllibi eſt expreſſum, quidquid
etiam contra aſſerat Alberic. de Roſat. in 1. part. ſtatut.
quæſt. 51.

Interim non eo inficias, nonnullos apertè ſtatuere,
56 ſi † fideiuſſor ſe commentarienſem, vel cuſtodem re-
laxari conſtituerit, quod tunc ſimili pœna puniri
poſſit. Ita traditum eſt per Andr. Barbat. in Rubric.
extra, de fideiuſſor. Ioan. de Anania in conſ. 1. & in addit.
ad Bald. conſil. 110. volum. 1. & Celſum Hugonem dict.
conſil. 121. num. 1. & dixi ſupra cap. 10. numero 420. Nec
57 alienum ab hoc ipſo eſt, quod † alij tradunt, ad car-
ceres pro debitore principali fideiubendo adſtringe-
re ſe quem poſſe, eiuſque pacti vires tum demum
ſe exerere, quando debitor excuſſus repertus eſt non
ſoluendo. Ita tamen vt non per creditorem ſed ad
inſtantiam ipſius, iuſſu iudicis ad carcerem ducatur.
Francisca Ripa in l. obligatione numero 2. ff. de pignorib.
Zaſius lib. 1. ſingul reſponſor. cap 8 Gail. lib. 2. de pace
publ. cap. 2. numero 7. & 8. Coler. de proceſſ execut.
par. 1. cap. 2 & cap 6 Myſinger cent. 6. obſer. 51. Hier.
Treutler in diſput. vol. diſpat. 28. theſ. 4. lit. F, Ioan.
Koppen. quæſt 19. num. 5 Bernard. Greuæus concl. ſ. 26.
58 numero 14. Quod tamen improbat † Ioan. Goddæus
in tractat. de ſequeſtrat. cap. 1. parte 3. axiom. 3. numero
13. verſ. porro quod attinet pag 200. cui reſponſum eſt
ab Andr. Cludio in tractat. de iure ſequeſtrat. cap. 5.
num. 106.

59 Non † obſtat etiam exemplum Apij Cludij conſu-
lis, qui teſte Dionyſio Halycarnaſſeo lib. 6. Sabellico
Ennead. 2. lib. 8. mihi pag. 274. trecentos obſides ex gen-
te Volſcorum in forum adduxit, atque ſpectante po-
pulo, & approbante, virgis cæſos, ſecuri percuſſit,
quemadmodum, & Liuius lib. 5. decad. 3. ſcribit; Ta-
60 rentinorum † obſides deductores in Comitio, vir-
giſque cæſus, approbante populo, de Saxo Tarpeio
61 deiectos eſſe. Ex † quibus locis Ioan. Bodin. de Repub.
lib. 5. cap. vlt. mihi pag. 965. colligit; Obſides capite
luere ſolitos, ſi, qui dederant, à fide deſciuiſſent, cum
autem fides violari conſueuiſſet, obſides capite plecti
deſiiſſe, cui aſtipulantur Petrus Erodus lib. 1. decretor.
tit. de captiua. & poſtlim. reuerſ. Petr. Gregor. in Syntag.
iuris. part. 2 lib. 19. cap. 13 & part. 3. lib. 24. cap. 3. nu. 12.
Ioan. Daurn. de teſtamen. Rubr. qui teſtam. fac. poſſ. num.
199. pag. 140. & 241. Herman. Kirchnerus in tract. de
legato. lib. 2. cap. 1. num. 155. & ſeq. Nondum enim talis
62 † inclementia Appij Claudij (hominis natura alias
crudelis) & Romanorum à quoqua eſt collaudata,
ſed potius reprehenſionem promeruit, teſte Ioan.
Goddæo de contrab. ſtipulat. cap 6 concluſ 23. num. 415.
63 Non ignoro Appium † hoc feciſſe, vt Volſcorum
ſupplicium aliis documento eſſet, ne datis obſidibus
fœdera amplius violare auderent, vt teſtatur Sabelli-
cus Ennead. 2. lib. 9. mihi pag. 292. Sed ille ipſe auctor
rectè ſubiicit, huius atrociſſimi ſupplicij famam
Tarentum delatam, in cauſa fuiſſe, vt maturata ſit
proditio, & Hannibal in vrbem receptus. Sabellicus
lib. 5. Ennead. 5.

Digitized by Google

Cui porro † notum quoque non eſt factum Caroli
Burgundi, quod Philippus Cominæus *commentarior.*
*lib.*2. commemorat; Etſi enim Contæus, & alij, eius
præiudicio decepti, in concilio ſuaſiſſent, Leodien-
ſium obſides necandos eſſe, vicit tamen Imbercorti
Ambiani humanior ſententia, dimiſſique ſunt obſi-
des, qui ſuorum fidem ſecuti, pro ſalute patriæ indi-
ſcrimen veniſſent, de quo etiam ſcribit Philip. Came-
rarius *in oper ſucciſ. cent.* 1. *c.* 100. *mihi pag.* 504. *&* 507.
Ioan. Bodin. *de Repub. lib.* 5. *cap. vlt. mihi pag.* 965. *alias*
65 *p.* 617. Nec † ignorant hiſtoriarum ſtudioſi, quantam
beneuolentiam ſibi conciliauerit Perpenna apud
Hiſpanos, qui obſides Hiſpanos, à Sertorio detentos,
dimiſit, vt legere licet apud Appianum *lib.* 1. *de bello*
ciuili mihi pag. 441. Et quanto opere à controuerſo
de teſtandi fuit merito Slauorum piratæ, qui Sigefri-
dum, Principem Saxonicum, pro patre Henrico, &
patruo Sigefrido, ab imperatore Ottone Tertio Kiſæ
Slauo auxilio miſſis obſidem datum, cum patruus
euaſiſſet, naribus, auribus ac oculis priuarunt, ac
tandem necarunt, teſte Ditmaro Epiſcopo Merſbur-
genſi in Chronicis.

66 Narrat † equidem, & Tit. Liuius *deca.* 1. *li.* 9 propter
neceſſariam fœderis dilationem ſexcentos Equites
Romanos obſides imperatos, & Samnitibus datos
fuiſſe, qui capite luerent, ſi pacto non ſtaretur, in tan-
tum, vt Conſul. Sp. Poſthumius poſtea hæc verba
ipſemet ſubiecerit *Samnitibus ſponſores nos ſumus rei*
ſatis locupletes in id, quod noſtrum eſt, in id quod præſtare
poſſumus, corpora noſtra, & animos, in hæc ſæuiant, in hæc
ferrum; in hæc iras acuant quæ verba pulcherrime
exornat Alber. Gentilis, *lib.* 2. *de armis Romanor. cap.* 6.
mihi pag. 167. Cæterum nec inde ſatis apte quis colle-
gerit, miſeros illos obſides de iure morte afficiendos
fuiſſe, ſi populus Romanus præſtitam ſponſionem ra-
tificare noluiſſet. Et ſac præterea, eo crudelitatis, Sam-
nites prolapſos fuiſſe, vt obſides, interficerent (quod
tamen factum non eſt) non tamen id regulam face-
ret, quin potius hominum ſanguinolentorum pecca-
67 tum ſolummodo maneret. Vitia † enim erunt, donec
68 homines, vt ait Tacitus. Sic lege † 12. Tabularum, ſi
multi eſſent creditores, debitorem in partes ſecare
69 licebat. *Couar. lib.* 2. *reſolut. c.* 1. *nu.* 1. Verum iſto † ta-
men rigore Romani non leguntur. *couar. dict. loco.*
Quintil. *Inſtit. orator. lib* 3. *c.* 8. Balduinus *ad leges Ro-*
muli. c. 46. *n.* 72. Petr. Heigius *quæſt. iuris p.* 1. *q* 35. *num.*
26. Petr. Gilkenius *de præſcrip. p.* 3. *c.* 6. *num.* 42. *verſ.*
Nono quod licet. Atque ideo non poſſum probare
70 † ſententiam Archidiaconi *in d. c. cum homo* (relatam
à Roderico Suarez. *in tract. de fideiuſſ. in cauſa crim. nu.*
22.) dicentis, quod obſes bene interficiatur. *per. l.* 1. *ff.*
ad l. Iur. maieſt. Lex enim iſta hoc nullo modo probat.
71 Imo iſtam impietatem † nominatim in Lycaone
taxat Iupiter *lib.* 1. *Metamorph.*

Nec contentus eo eſt: miſſi de gente Moloſſa
Obſidis vnius iugulum mucrone reſoluit.

Proinde etiam euidenter ſequitur, factum Eduardi
72 † Regis Angliæ nullo modo probari poſſe, qui Scoti
Gullielmi Setonij, præfecti Beruici, filium, obſidem
ſibi datum, cum pacto, ni ante III. Calend Auguſti,
auxilia à ſuis miſſa obſidionem ſoluerent, vrbem An-
glo ſe dediturum in crucem egit, ob id, quod præfe-
ctus ante aduentum diei vrbem dedere recuſaret, vt
narrat Buchananus *rerum Scoticarum lib.* 9. Nam illud
ipſum ſupplicium pleriſque Anglorum ingratum fuit,
teſte Philippo Camerario *in operis ſucciſiuis, centur.*
73 2. *cap.* 45. Et quis non † merito miſereatur eorum,
qui obſides ſe dari patiuntur, ſi ſaltem cogitet, quid
illi pro patria ſua pro aris, & focis eiuſdem ſuſcipiant,
& ſuſtineant, & quam amarè illi ipſi à parentibus, co-
gnatis, & amicis diuellantur, Graphice, ſi quis alius,
id expreſſit, Appianus Alexandrinus *in lib. de bellis*
Punicis, mihi pag. 59. cuius verba formalia ex inter-
pretatione Sigiſmundi Gelenij non poſſum non
ſubiicere: *Pœni*, inquit, *ſuſpicabantur quidem, vix ſe*
impetraturos pacem firmam vel datis obſidibus: tamen
tanto periculo vrgente, ſpem habuerunt in obedientia, &
vt alacritate demererentur Conſules, ante præſtitutum
tempus adduxerunt pueros (ſcilicet CCC. vt tetigi ſupra,
cap 9. *num.* 44.) *in Siciliam, cum fletu dimiſſos a parenti-*
bus ac domeſticis, præſertim matribus: cum inſano eiu-
latu liberos complectentibus, & naues ancoras, retentan-
tibus, funiculis quoque diruptis impedientibus nautarum
miniſteria. Nec defuerunt, quæ abeuntes diu natatu pro-
ſequerentur, oculis humentibus, & defixis in filios: aliæ
comas ſuas euellebant, & plangebant pectora, haud ſecus,
quam in luctu: videbantur enim ſibi nomine quidem obſi-
des dare, re autem vera ciuitatem dedere cum nullis
certis conditionibus hos filios traderent: nam multo hoc
quoque flendo vaticinabantur ciuitati, traditos liberos
nihil ei profore, &c. Hactenus Appianus.

Sed obiiciat mihi vlterius quiſpiam, quod Bapti-
ſta Campofulgoſ. *lib.* 8. *mihi pag.* 1079. ſcriptum reli-
74 querit: Diu in capitolio ſeruatum † æneum Canem,
Lyſippi opus, in lingentis ſpeciem formatum, adeo
proprium, & viuenti ſimilem, vt cum ij, quorum cu-
ræ ac fidei res in Capitolio poſitæ credebantur, pro
cæteris rebus pecunia populo cauerent, pro canis ſta-
tua vitam deſponderent, adeo magni Pop. Rom. il-
lam rem faciebat. Sed & illud, tanquam irregulare,
& fatuum inſulæ multitudinis exemplum, prædictæ
concluſioni nihil præiudicat.

Non obſtant etiam quæ ſupra *capite* 3. *numero* 43.
ex Valla, & Auſonio allata fuerunt, quod nimirum
75 † vades in pœnam capitalis ſupplicij, ſiue idem ſup-
plicium ſubierint; Vtcunque enim antiquis tem-
poribus, & quidem apud gentiles, & Tyrannos, hoc
vſitatum eſſe potuerit. In iure tamen, & naturali
æquitate nullum fundamentum habet, ſed à foro
76 hodierno plane receſſit. Et proinde † etiam hanc
ſententiam non infringit exemplum Damonis, &
Pythiæ, Pythagoricæ prudentiæ ſacris initiatorum,
qui tam fidelem inter ſe amicitiam iunxerunt, vt
cum alterum ex his Dionyſius Siracuſanus interfice-
re veller, atque is tempus abeo, quo prius quam pe-
riret domum profectus, res ordinaret, impetrauiſ-
ſet, alter vadem ſe pro reditu eius Tiranno dare non
dubitauit, per quod quidem ſolutus erat periculo
mortis, quod modo gladio ceruices ſubiectas ha-
buerat, idemque caput ſuum ſubiecerat, cui ſecuro
viuere licebat, vt eſt apud Valerium Maximum *lib.*
4 *cap. mihi pag.* 78. Ciceronem *lib.* 3. *Officior. & libro*
5. *Tuſcul. quæſtione mihi pag* 229. Lactant. *lib.* 5. *cap.* 19.
Eraſmum *in Apoptheg. lib.* 5. *in Dionyſio num.* 18. Quo
proculdubio reſpexit C. Manilius. *Aſtronomia ſua,*
lib. 2. dum inquit:

Optauitque reum ſponſor non poſſe reuerti.
Sponſoremque reus timuit, ne ſolueret ipſum.

77 Diſſimilis igitur valde illi † Leomithri apud Xe-
nophontem *lib.* 8 *medi*[illegible] *ad fin.* qui vxorem ac libe-
ros, amicorumque filios obſides, cum apud Ægyptum
reliquiſſet, & maximum iuſiurandum iuratus fuiſſet,
illud tranſgreſſus eſt, vt videtur aliquid emolumenti
feciſſe Regi.

78 Denique

78 Denique † nihil incommodat locus Geneſeos *cap.*
42. verſ.37. vbi Ruben. Iacobo patri vitam filiorum
ſuorum deſpondet, niſi Beniaminum reducat, & re-
ſtituat, & Geneſ. *cap.43. verſ.9.* vbi Iudas fideiubet, &
promittit, ſi Beniaminum fratrem non ſiſtat ocu-
lis parentis, quod pœnæ obnoxius eſſe velit omni-
bus vitæ ſuæ. Verba enim hæc reuera tunc ex in-
ſtantia, imo & ex neceſſitatis compulſu proficiſce-
bantur, ad liberandum nimirum fratrem Simeonem
obſidem, & coemendum frumentum, tantum abeſt,
vt regulam faciant, maxime, quia nec Patriarcham
Iacobum has temerarias promiſſiones acceptaſſe, &
79 collaudaſſe v quam colligitur. Fateor † tamen, in
ſacro Codice quoque reperiri, quod quis animam
ſuam deſpondeat ad mortem, ſi hoc vel illud fiat, vt
Ioſue. *cap.2. verſ.14. & 19. & cap.6. verſ.22. & 23.* Ve-
rum enimuero id ad ſponſionem fideiuſſoris non fa-
cilè extendere licebit, iuxta dictum Iobi *cap.13. ver-
ſic. 10.*

80 Dixi, † eumque ſtatuto in termino perfecte ſiſtat;
perfecta enim præſentatio requiritur, ita vt iudex rei
cupiam habere poſſit, aliàs liberatio non ſequitur.
Ita poſt Boſſium tradit Valent. Francus *de fideiuſ. cap.
6. num. 126.*

Dixi, nec teneri poteſt, ſi reus forte aufugiat? Sa-
81 tisfecit † n. ſuæ promiſſioni, eo ipſo, quod reum ſemel
exhibuit, atque ideo ſi reus, vel iudicis, vel commen-
tarienſis culpa, poſtea forte aufugiat, fideiuſſor libe-
ratus erit. Hippol. *in Rubric de fideiuſſor. nu.143* Chaſ-
ſan. *in conſuetud. Burgund. Rubric.* ... *5. verb.* S'il ... *a
grace. num. 171.* Muſcatellus *in ſua practica fideiuſſo-
ria. par. modo. 8. num 6. 7. & 14.* Nec ad rem facit,
82 quod forte † carceratio aufugientis ſit iuſta, eſſet
enim admodum iniquum, ſi fideiuſſor cogeretur eſſe
cuſtos carceris, & negligentiam cuſtodis ſiue com-
mentarienſis luere. Afflict. *deciſ. 130.* (vbi teſtatur,
ita bis eſſe IVDICATVM in Regio Conſilio) Cagnol.
in l. quod te. numer. 24. ff. ſi cert. pet. Thobias Nonius
conſ. 103. numer. 9. & 10. Hieron. Gabriel *conſ. 181.
numero 15.* Farinac. *de carcer. & carcerat. quæſt. 95.*
Fachinæus *controuerſ. iuris. lib. 9. cap. 76.* Quidquid
83 etiam † dixerint, Bald. *conſ 77. vol.2.* Grammatic. *in
conſ.50. num.10. & voto vlt. num.9.* & Hippol. Rimi-
nald. *conſ 81. inter. conſilia crimin. Zilett. vol.2.* Id autem
84 multo magis procedit, ſi fideiuſſor promiſerit reum
iniuſtè carceratum, de quo notoriè conſtet, curſus ex-
hibere, & præſentare; fuga enim huius fideiuſſorem
liberat, Lucas de Penna *l. ſi quis decurio. colum.4. C. de
decur.* Gramma. *conſ. crimin.51. num.9.* Menoch. *conſ.
212. num. 57. vol.3.* Proſper Farina. *tit. de carcerib. &
carceratis. quæſt.30. num.61.* Fachinæus *controuerſ. iur.
lib.9 cap.68.* qui etiam Hippol. Rimina. *in conſ.135. n.21.
lib. 2.* contrarium ſentientem refutant, quibus adde
Ioann. Vincent. Hondedæum, *conſultat. 94. numero. 31.
volum.2.*

85 Et hoc eſt, quod alii tradunt, fideiuſſorem, de † iu-
dicio ſiſti, & iudicatum ſoluendo, liberari, quampri-
mum conſtet de incompetentia, & nullitate capturæ,
Natta *conſ. 82. colum.1. & 2. vol.1.* Alexand. *conſ.19 co-
lum 1. vol.3.* Caualcan. *deciſ.1. num 10 & 11. part.1.* poſt
Caſtrenſ. Fulgoſ. & Alexan. *in l. ſi cum ff. qui ſatiſd. cogant.*
nec diſſentit Horat. Carpan. *ad ſtatut. Mediolaneſ.
part.2. c.154. n.6.*

86 Ac licet is, † qui iuſtè carceratus eſt, eaque condi-
tione dimittitur ſub fideiuſſoribus, vt vocatus ad car-
cerem redeat, ſeruare debet fidem, & ſi contrauenit,
ſit periurus, & grauius puniri poteſt, *glo. Clem. paſtora-
lis. verb. per violentiam. de re iudic. glo conſt. lib.3. artic.41.*
87 maximè, quando † iuramentum interuenit, Carrerius

Antonius Heringius.

in praxi crim. ... *indicia a num.30.* Petr. Peckius *de iure
88 ſiſtendi cap. 8. num.5.* Is, tamen, qui iniuſtè carceratus
eſt, ſi fortè dimittatur, redire non cogitur, etiam ſi iu-
raſſet, Hippol *ſingul.177. Malitiis hominum.* Couarru.
lib.1. reſolut. cap 2. nu.11. Cochera *deciſ 66. num.12.* Hart.
Hartman. *in pract. obſer. tit. de accuſat. obſerua.9.* My-
ſinger. *cent.6. obſeruat.88. num.6.* Idem Hippolyt. *in Ru-
bric. de fideiuſſ. num.136* Seraphin de Seraphinis *de priui-
leg. iuram. priuil.132.* Ioann. Vinc. Hondedæus *conſul. 94.
n.16. & 17. vol.2.*

89 Quemadmodum, † nec in bello illicito captus re-
uerti cogitur, etiamſi redire iuraſſet, *gloſſ. l. nam & Ser-
uius ff. de negot. geſtis. text. in l. nihil. interest ff. de captiuis.*
Alphonſ. Aluarez *in ſpecul. Rom. pontific. cap. quadrigeſi-
mo ſeptimo. numero vigeſimo ſexto.* Ioan. Bodinus *de
Repub. lib.5. cap. 6. mihi. pag.932. alias pag.506.* Sicut
90 † & is, qui primo fuerat iniuſte tortus, ſi poſtea aufu-
giat, nullam pœnam incurrit, vt conſuluit Alex. *in
conſ.143. vol.2.*

91 Quinimò † ſi quis iniuſtè carceratus ſit, nec ſperet
ſe inde euadere poſſe, ſed timeat, ſe non attentis de-
fenſionibus ſuis, iniuſte condemnatum iri, vel etiam
ſciat, ſe veritatem innocentiæ ſuæ probare non poſſe,
is fores, & portas carceris effringere, & impunè au-
fugere poteſt, etiamſi dederit fideiuſſorem de tuto car-
cere, *l. capitalium. §. ad ſt. ... ff. de pœ-
nis.* Menoch. *de arbit. iud. quæſt. caſu 301. num 14.* Cla-
rus *§. fin. quæſt. 21. num.27.* Tiraquell. *de ... li-
gnag. in præfat. num 69.* Myſinger. *cent 6. obſeruat. 98.
num.5.* Ioann Vaudus *variar quæſt. lib.2. quæſt.2.* pul-
chrè Tiber. Decian. *in praxi crimin. lib.2. cap.13. numera
5. 6 7. & 8.* Couarru. *lib.1. variar. reſolut. cap 2. num.7.
cum ſeqq.* Proſper Farinacius in ſuis quæſtion. crimin.
part.1. quæſt.30. à num.61. vſque ad num.70. Euerhard.
in Topic. loco à vi iuramenti num.62. Iunior Pettus Sur-
dus *conſil. 182 num.6. & ſeq.* Ioannes Vincent. Hon-
dedæus *conſult 94. numero 10. volum 2.* vbi plures ci-
tat.

92 Nec † obſtat *l. in eos. verſic. quamuis innocentes. D. de
cuſtod. reor.* vbi ſi illi qui alias innocentes ſunt, carce-
re effracto effugiant, nihilominus puniuntur, quia fa-
cile reſponderi poteſt, non quidem prout reſpondent
Gomezius in reſol. *tit. de delict. c 9. num.11.* & ibi Eman.
Soarez. *in additionib.* quorum ſolutio nihil ad rem fa-
cit: ſed ſi dicamus, quod innocentes in iſto caſu pro-
pterea puniantur quod cum nocentibus de effrin-
gendo carcere conſpirauerint, atque ita illos elabi
permiſerit, quem intellectum etiam ſequi videtur
Clarus, *lib 5. ſentent. §. fin. quæſt.21. nu.25. verſ. quinimo ſe-
cundum al quos.*

93 In quam autem † pœnam condemnandus ſit pa-
ter, qui, vt liberaret filium incarceratum, & in-
iuſte tortum, fideiuſſit ac promiſit eum præſentare
toties, quoties, ſi filium exhibere nequeat, copioſe
oſtendit, Ioan. Ceph. *in conſ.164 lib.2.* quem lector vi-
deat.

Sicut autem fideiuſſor, qui reum exhibuit, libera-
tur, & liberatus manet, etiamſi reus poſtea iudicis cul-
94 pa aufugiat, vt ſupra *num.81.* oſtendi: Ita † etiam li-
beratur fideiuſſor, qui reum certa die ſiſtere promiſit,
ſi is reus, ante lapſum termini, propter aliud delictum,
poſtea in bannum, non tamen procmature illud ipſum
fideiuſſore, declaretur, Iaſon. *in l.2. §. vlt. num.9. D qui
ſatiſdare cogant.* Specul. *in tit. de accuſat § ſequitur. vi-
dere. num.17.* Signorol. de Hamodeis *in conſ 118. circa
finem* Alberic. *in tract. ſtatut. lib.4. q.64.* Ægid. Boſſius
in tit. de carcer. fideiuſſ. relax. num.41. & ſequentib. Ioan.
Vincent. Hondedæus *conſult. 11. num. 38. part.1.* M.
Anton. Eugenius *conſil.67. & conſil.68. lib.2.* Hippol.

*in Rubric. de fideiuſſor. numer.*146. Iullus Clarus *lib.*5.
95 *ſenten.* §.*fin. quæſt.*46. *num.*22. intelligitur n. † promi-
ſiſſe, rebus ſic ſtantibus, & permanentibus, prout ſta-
bant tempore promiſſionis, & nullo alio de nouo ſu-
perueniente, late Iaſon, Cephal. *conſ.*187.*lib.*2. Ber-
tazol. *in ſuis conſil. criminal. conſil.*432 *lib.*2. Menoch.
*conſ.*246. *num.*8. *& ſeq.lib.*3. Ioan. Botta *conſ.*38. *num.*
10. *& ſeq.* Hondedæus *d. conſultat.*111. *num.*48.49.50.
96 *&* 51. Niſi forte † promiſerit, reum præſentare toties
quoties requiſitus fuerit, tunc enim illum per talem
bannitionem non liberari, videntur velle Angelus *in
l.ſi quis reum ff. de cuſtod.reor.* & Nullus *in tract.banni-
97 torum.*1.*part.*2.*ſemper.num.*15 quæ † tamen ſententia
vix ſuſtineri poteſt. Quomodo enim fideiuſſor illum
ſiſtere, aut præſentare poteſt, quem ipſe iudex, pro
ſuperueniente nouo delicto banniendo, quaſi exemit,
quo minus in iudicium, vel ciuitatem veniret? argu-
mento *l.ſed exime di. D.ne quis eum, qui in ius vocatus
eſt vi eximat. l.*2 §. *vlt. D. ſi quis cautionibus*, *textus
elegans in l.ſed & hi.*§.*quid tamen. verſ ſed puto, quia fa-
cultatem non habet eximendi, nec dolus eius interceſſit, de-
bere eum liberari. D. de publicanis.* Angel. de Clauaſio
in ſumma.verb fideiuſſor.num 9. Horat.Lucius *in conſil.*
163.*per tot.& conſil.*197. *num.*1. *inter conſilia criminalia Z-
letti, vol.*1. ex Farinacio Ruig Rolandus *in tract. de
Commiſſ.part.*4. *lib* 6.*cap.*4.*num.*47. Hondedæus *d con-
ſult.*111.*num* 45.*& num.*51.*part.*1. Hoc enim caſu perin-
de eſt, ac ſi pars aduerſa reum ſubtraxiſſet, diciturq;
98 que factum iudicis, factum partis aduerſæ, Crauetta
*conſi.*5.*num.*1. Nicol. Gualdenſis *conſ.*160. *per tot. inter
conſilia crimin.Z letti,volum.*1. Gozadin.*conſ.*72. late Ti-
raquel. *de retract. proximit.* §.1.*gloſſ.* 14. *numer.*13. *&
ſeq.* Petrus Heigius *par.*1. *quæſt.* 19. *num.*36. Moro-
nus *inter conſil. criminal. diuerſor. conſi.*166. *num.*3. *&
ſeqq. tom.*1. Thobias Nonius *conſil.* 105. Vnde etiam
Tiber. Decian. *in reſponſ.* 29 *numero ſexageſimo ſexto.*
99 *volum.* 2. dicit, quod fideiubens aliquem † ſiſtere
in iudicio, liberetur æque, quando principalis non
poteſt venire ad ciuitatem, ac ſi morte naturali de-
ceſſiſſet.

100 Eſtque ne illud adeo verum, vt † licet iudex ſeſe
offerat, quod ſaluum conductum reo dare velit, nihil-
ominus fideiuſſor amplius non teneatur, ſed ſufficiat
ei ſemel eſſe liberatum Horat. Lucius *d. conſi.* 161. *nu.*
101 15. *conſ.*167. cuius ſententiam † Raynoldus Ridolfius,
Iuriſc. Peruſinus (præceptor Ioan. Vincen. Honde-
dæi, vt ipſe gloriatur *conſult.*5.*num.*79.*p.*1.) & Thob.
Nonius *ibid. in conſ.* 164. *&* 165. *vol.*1. nec non Berta-
zol.*in conſ.crim.*431.*in fin.lib.*2. Herculan. *in tract.de
caut.de non offendendo. cap.*23.*num.*16. & Ioan.Vincent.
Hondedæus *d.conſult.*111. *num.*62.63 *&* 64. confirma-
runt. Largior tamen in his terminis Dd. noſtros iudi-
102 ci † conſilium date, vt prios fideiuſſores pro præſen-
tatione requirat, & tum ſtatim condemnet. Albe-
ric. *lib.*4.*ſtatutor.q* 64. Hippol.*in Rub.de fideiuſſ. nu.*143.
103 *&* 150. Verum † illud ipſum conſilium ad illaquean-
das iudicum animas inuentum eſſe, dicit Hieron. Ga-
briel. *conſ.*181. *per tot.* vbi hunc paſſum eleganter ex-
plicauit.

204 Sane ſi † ipſo fideiuſſore procurante reus à Iudi-
ce bannitus eſſet, non liberaretur, cum dolus eius in-
terceſſerit. *d. l. ſed & hi.* §.*quid tamen. in verb. nec dolus
eius interceſſit.D.de publican.* Bald. *in l ſi vero.colum.*1.
verſic.vltimo ſcias ff qui ſatiſdar. cogant. Felin. *in cap.vl-*
205 *tim. num.*5. *de teſtibus.* Cauſans † enim non cauſatus
actus eſt ſpectandus, Crauetta *reſponſo* 1. *pro genero*
206 *num.*33. *&* 60. nec objicere quis id alteri poteſt, cu-
ius faciendi cauſam ipſe objiciens præbuit. *Bart.l.*1.
§.1 *ff quod legatorum facit textus in l.altius ff. ſi ſeruit. vind.*
Crauetta *in conſi.* 81. *num.*2. *& in conſi.* 919. *num.*10. *&
conſi.*969.*nu.*7. vbi id multis iuribus adductis confir-
mat.

107 Hoc amplius prædicta † intelligenda ſunt de ex-
preſſo iudicis facto, non autem de implicito, de quo
tantummodo ex ſolo, & vano rumore conſtet. Pone
208 † enim fideiuſſiſſe aliquem pro alio, quod non de-
beat aufugere extra curiam vel domum ſuam, ille au-
tem aufugit mandatum ſpernens iudicis vt in notabi-
li caſu Ioannis Vincentii Hondedæi *conſultat.* 94. *vo-
lum.*2. hunc vero deinde ex loquacibus, & garrulis qui-
buſdam ranis reſciſcere. quaſi iudex eum in arctiorem
cuſtodiam conjicere velit, & ob id prorſus aufugere?
109 Non equidem liberatus erit, fideiuſſor, cum † aufu-
giens non debuerit rumuſculo credere Cæpolla *conſ.*
26 *ad fin.* Boſſius. *in tit.de carc.fid.commit.num.*62 Hip-
pold.Rinald. *conſi.*82. *n.*21.*in conſ. crimin.Z letti volum.*
2. Proſper Farinac. *de carcer.& in carcer.quæſt.*34.*num.*
93. *lib* 1. *tit.*4.

110 Quid † autem fiet, ſi reus præſtita cautione fide-
iuſſoria à carcere liberetur, & poſtea aufugiat, ita vt
fideiuſſor eum exhibere nequeat, qua pœna fideiuſſor
erit puniendus? In hac quæſtione tres caſus (qui ta-
men, & ad caput.24. referri poſſent) ſunt diſtinguen-
di; Aut enim nulla certa pœna eſt promiſſa: Aut ve-
ro ex promiſſione certa pœna debetur; Aut denique
conſuetudine certa multa eſt ſtatuta.

111 Primo † caſu quando nulla certa pœna eſt pro-
miſſa, neque etiam conſuetudine introducta, tunc ſi
reo non venit pœna corporalis infligenda, multa
pecuniaria fideiuſſori imponitur, ſed Iudex arbitrari
poteſt de modo pecuniæ, quæ referri debet, *l. ſi quis
reum ff.de cuſtod. reor. VVeſenbec. in paratit ff.de cuſtod.
reor.num.*6.*Colerus de proceſſ. exec part.* 2.*cap.*3.*num.*48.
112 Quanquam † etiam Dd. communiter tradunt, quod
is qui fideiuſſit, aliquem ſiſtere toties, quoties requiſi-
tus fuerit, ſi eum requiſitus non ſteterit, non ſolum ad
pœnam fiſco teneatur, ſed etiam parti, ad id quod eius
intereſt, obligetur, *l.fin.ff.ſi quis in ius voc.non ierit.l.*2.
§.*ſi.D.qui ſatiſdar.cogantur. l.quoties.*81.*D.de verb.obli-
gat.* Afflict.*deciſ.*234. Follerius *in pract.crimin.in Rubr.c.
de fideiuſſoribus.numer.*260. Emanuel Soarez. *in com.m.
opin.lit.F.n* 146. Laurent. Tenninus *in tract.cautelarum.*
113 *cautel.*76. *num.*1. Quod † an ita indiſtincte verum ſit,
& obtineat, pulcherrime explicauit. Ioan. Bernardin.
Muſcatellus *in ſua practica fideiuſſoria part.* 2. *quæſt.* 2.
per totam. tandem *num.*24. Subjiciens cautelam, qua
114 † effici queat, vt in iudiciis fideiuſſor teneatur ad
pœnam, & intereſſe abſque dubio, ad quem vt, & ad
Vincent. de Franchis *deciſ.* 507. ac Ruiger. Ruland.
*de commiſſ part.*4.*lib.*6.*cap.quarto. numero* 48. lectorem
remitto.

115 Et in hoc † conſentire videtur cum iure ciuili ius
Saxonicum Conſt. *lib* 3.*articul.*9.*in princip.* vbi dicitur:
quod fideiuſſor tenetur, & obligatus eſt ad omnia ea
ad quæ ille pro quo fideiuſſit tenebatur, &c. Sequitur
Culetus *in deciſ.Germania deciſ.*29 *num.*23.24.25. *&* 26.
recte ibidem Zobelum reprehendens, qui contrarium
volebat.

116 Si vero reus, † pœna capitali eſt plectendus, fide-
iuſſor eandem pœna non punitur, ſi eum exhibere ne-
queat, ſed pœna extraordinaria arbitrio iudicis. Me-
noch. *de arbit.iud. quæſt.caſu.*304. *num.*1. *&* 2. VVeſenb.
ſupra d loco, num 6. Camillus Gallinius *de verbor.ſignif.
lib.*5.*cap.*20.*num.*156. Colerus *in deciſ Germania deciſ.*
117 29.*num.*1. Cui plane ſimile eſt, quod † fideiuſſor, qui
promiſit pro aliquo, quod in poſterum Domino ſuo
fidelis eſſe, & manere debeat, qui tamen contrauenit,
ſed ſit rebellis, & ſic incurrit crimen læſæ maieſtatis

capitis

capitis pœnam irrogans, non tenetur ad pœnam corporalem, ſed ad pœnam ſaltem pecuniariam ſiue arbitrariam, Raphael de Raymond. *in conſ. 36 inter conſ. crim. Z letti numer. 4. 5. 6. & 7. volum. 1.* Nec obſtat
118 † *l. ſi Barſatorum. 13. C. de fideiuſſoribus.* vbi is, qui reum exhibere ſpoponderat, ad præfectum prætorio vel præſidem prouinciæ tranſmittitur, caſu quo eum non exhibet; Neque enim inde colligitur, quod Lyſaniæ decurioni ſtatim pœna corporalis ſit inflicta *argumento l. interdum. § qui furem ff. de furtis, l. 1 § ſolent. D. de offic. præf. vrb. l. 3. 9. ſed ſi non latitet. D. de ſuſpect. tutor.*

119 Secundo † caſu, quando fideiuſſor ſub certa, & limitata pœna reum præſentare promiſit, tunc ad illam ſoluendam obligatur, & iudicis arbitrium ceſſat, *l. 2. C. ad Senatuſconſ. Turpil. d. l. ſi quis reum, verſ. ſed ſi neque. ff. de cuſtod. reor.* Ang. l. *in l. 2. C. de exhib. reis.* Menoch. *d. caſu. 304. n. 5* Roderic. Suarez. *in declarat. ll. fori l. 2. lib. 2. tit. de comperendinat. o. 21. mihi pag. 181. colum. 1.* Proſper. Farinac. *d. q. 34.*

120 Etſi vero † & iſto caſu dicendum videbatur, cum, & dies ſiſtendi certa, & pœna appoſita ſit, eo ipſo commiſſam intelligi pœnam; & executiue contra fideiuſſorem procedi poſſe, ex quo lapſus fuit dies ad ſiſtendum reum à iudice definitus, iuxta *l. magnam. C. de contrah. ſtipul.* Contrarium tamen verius eſt, nimirum,
121 quod † nec eo etiam caſu contra fideiuſſorem iudicio ſiſti executiue poſſit procedi ad pœnam, ſed admittatur fideiuſſor ad purgandam moram ſui principalis, ne ſibi noceat, *per l. ſancimus. C. de fideiuſſoribus. l. etſi poſt tres. D. ſi quis cautionibus,* & latius explicant Doctores *in l. ſi inſulam. ff. de verb. obligat.* Menoch. *de arbit. iud. quæſt. caſu 40.* Grammatic. *deciſ. 95.* Cacheran. *deci. pedemont. 49 numero 11. & 12.* Ioann. Robert. *lib. 2. ſentent. cap. 18.* Colerus *de proceſſ. execut. part. 2. cap. 3. num. 53. cum 2. ſeqq. & in deciſ. Germanic deciſ. 29. num. 17.* ac poteſt illos nouiſſime Ioann. Bernardin. Muſcatellus *in practica fideiuſſ. part. 2. quæſt. 1. per totam.*

122 Non ignoro tamen † Marantam *in ſpeculo ſuo par. 6 tit. de ſatiſda. num. 5.* dicere, de communi ſtylo curiarum obſeruari, vt fideiuſſores beneficio. *d. l. ſancimus. C. de fideiuſſ.* renuntient, quod etiam ſuadet Roderic. Suarez. *in declarat. ll. lib. 2. 2. tit. de comperendinationibus.*
123 *§. ſed pone quæſt. n. 26.* Cæterum id † in curia Mediolanenſi non eſſe in vſu ſcribit Clarus *lib. 5. ſentent. §. fin. quæſt. 46. num. 33.* cui rurſus contradicit Laurent. Tennius *in tracta. cautel. cautela 76. numero 1.* aſſerens, dictum Clari verum non eſſe. De iure equidem Sa-
124 xonico, in caſu, quando forte † principalis iuſto timore perculſus, ſeſe in iudicio perſonaliter præſentare non vult, poteſt fideiuſſor exactus ſuper pecuniis in diſputationem deductis, petere ſuo principali literas ſalui conductus, vt poſſit defendere cauſam ſuam abſque periculo incarcerationis, tum ante non tenetur pecunias vel litis æſtimationem inferre, quam ſi principalis conuictus fuerit de cauſa. Et ita practicari ſe vidiſſe teſtatur Colerus *d. deciſ. 29. numero vigeſimo octauo.*

125 Eodem † modo, ſi ſubſit iuſtum impedimentum, quod *in l. fin. §. illud. etiam. ad fin. C. de temporibus appellat.* inexorabilis cauſa appellatur, quo minus reus cauſam ſuam in ſtatuto termino defendere queat, fideiuſſor cum tali exceptione admittitur, & executio ſuſpenditur, *l. 2. §. ſi quis iudicio D. ſi quis cautionibus.*

126 Sic ſi fideiuſſor † adhibuerit omnem diligentiam vt reum præſentaret, nec potuit id efficere, eum excuſandum eſſe tam ab intereſſe quam à pœna pleri-

que ſtatuunt, *per l. ſi vehenda. §. idem iuris. ff. ad l. Rhod. de iactu. textus alii ſunt in l. 2. § 1. ſi quis caut. l. Celſus ait, §. 2. in verb. quam ad vrgere, quartum in ipſo ſit. ff. de arbitris. l. 4 §. Stichus in fin. ff. de ſtatu liberis. l. reum non nouum § patroni in verb. nihil ſtudii relinquentes, quod ſibi poſſibile eſt Cod. de iudiciis.* Hippol. *in Rubric. de fideiuſſor. n. 178.* Hieronymus Schurff. *conſ. 15. per totum, centur. 1. & conſ. 35. centur. 2.* Ferrarius *cautela 43.* vbi refert Aretinum dicentem hanc eſſe communem, & in practica ſeruari, quod etiam ſequitur Cephal. *conſ. 164. num. 24. & 25 lib. 2.* & in effectu probant Pariſius *conſilio 118. num. 26. volum. 1.* late Porticus Imolenſis *in conſ. 5. numer. 15. & 13.* Afflictus *deciſ. 265.* Maranta *conſil. 41. num. 6. 7. 8. 9 & 10. & in diſputat. ſua 7.* vbi late hunc articulum examinat, ſicut, & Muſcatellus *in practic. fideiuſſor part. 1. modo 19. per totum.* Anton. de Gamma *deciſ. Luſitana 32. num. 2. & 3.* Licet aliter ſentiat Proſper Farinac. *in tractat. criminal. quæſt 34. num. 16.*

127 Quo ſpectat, quod † promiſſor facti alieni, etiam cum iuramento, excuſatur, quando omnem adhibuit diligentiam, ſicut habet communis opinio, de qua poſt relatos ſedecim magni nominis Iuriſconſultos idem ſentientes, teſtatur Ioſeph. Ludouic. *deciſ. Pe-*
128 *ruſ. 27. num. 6.* In tantum, vt † & eius hæredes, qui fecit ſuum poſſe, in eo, ad quod tenebatur, excuſentur, Ioſeph. Ludouic. *d. loco. numero 7.* Et quanquam
129 † nonnulli, ad hoc, vt quis neutiquam excuſetur, hanc dant cautelam, vt promittat in inſtrumento factum ſimul, & intereſſe, & quod non intendat ſe eo excuſare, quod fecerit omnem conatum, vrgendo principalem ad obſeruantiam, ſed quod velit teneri de ſuo proprio ſoluere, & obſeruare contenta in inſtrumento, tunc enim, ſecundum illos, promiſſor iſte tenebitur, ad intereſſe, licet omnem conatum ſuum adhibuerit. Decius *conſil. 323. & 330. colum. 2. & conſil. 345. colum fin.* Viuius *lib. 1. com. opin. opin. 255.* Ioſeph. Ludouic. *in commun. concluſ. 14. numer. 123. & 124.* vbi dicit, ita Doctores vnanimiter, & communiter
130 velle: Attamen hæc cautela non officit, ſi † quis contrauenit ratione enormiſſimæ læſionis, quæ nunquam intelligitur excluſa *Cepha. conſil. 115. numer. 3. & ſeq. lib. 1. Ioſeph. Ludou. d. deciſ. Peruſina 27. num. 8. & 11.*

131 Verum † eo ſic definito, reſtat adhuc illud dubium, cui debeatur pœna conuenta, ad quam ſe obligauit fideiuſſor, in caſu non exhibiti rei, num applicetur fiſco vel parti? Ac de iure quidem ciuili certum eſt, eam committi, iudici non parti, prout de conſuetudine obſeruari ſcribit Clarus *d. quæſt 46. numero*
132 *vltim.* cum quo concordare † videtur ius Saxonicum Conſt. *lib. 2. artic. 4.* vbi ita verba ſonant: Quidam N coram Iudice conſtitutus pecuniam debitam exponit creditori, qui ſi non comparet, Iudex di-
133 ctam pecuniam lucratus eſt, &c. Cæterum † gloſſ. *ibi lit. F.* reſpondet, id ſpeciale eſſe in caſu bannimenti. Diuerſum itaque de iure Saxonico eſt ſecundum Zobelum ibi in addit. in nondum bannito, qui, ſi ad eum finem, vt relaxetur à carceribus, fideiuſſores iudicio ſiſti præbeat, & in vno vel alio termino contumaciter emanſerit, vigetur quidem pœna contra fideiuſſores, ſed ea ſoluta committitur parti, non iudici, conſtit. *lib. 3. art 9. in princ.* vbi clarus textus, & latius explicat Colerus *d. part. 2. c. 3. à nu. 90. vſque ad n. 97. & in dec. Germanic dec. 113. n. 3.*

134 Tertio caſu, quando † certa pœna eſt ſtatuta à conſuetudine, tunc iudex amplius arbitrari non poteſt, *dicta l. ſi quis reum ff. de cuſtod. reorum.* Menoch. *d. caſu.*
135 *304. num. 4.* Iure † porrò Saxonico certa ſumma de-

Antonius Heringius.

mouſtratur, quę infligitur fideiuſſori, ſi reum non pręſentet, pœnam nimirum vnius VVerigeldii Reinhar. *diſſer. Saxon. 19.* VVeſenbec. *in paratit. ff. de cuſtod. reorum num. 6. & ff de fideiuſſoribus num. 4. per text.* conſtit. *liq. 1. artic. 65.* Colerus *in deciſ. Germaniæ. deciſ. 113. num. 2. & 3.*

136 Quanquam † autem ius Saxonicum indiſtinctè
tenere videtur, quod ſiue agatur de pœna corporis
extinctiua, puta concernente vltimum ſupplicium,
ſiue etiam afflictiua, puta fuſtigatione, reus
veniat relaxandus ſub fideiuſſoribus interuenientibus,
vſque ad quantitatem vnius integri VVergeldii,
hoc eſt, viginti quatuor vicenotum vel aliquid
aliud conſt. *d. lib. 10 primo. art. 65 & libro ſecundo. artic.
decimo. §. ſcire debes 1 & lib tertio. artic. nono. in princ.
gloſſ. artic. vigeſimo ſeptimo. §. VVeſenbec. in Paratit. ff.*
137 *de fideiuſſ. numero quarto. in fin.* Tamen in † eo receſſum
eſt à litera iuris Saxonici per contrariam
conſuetudinem, & merito. Quis enim vnquam
plecteretur, qui non vel ipſe per ſe, vel per fideiuſſorem
ſuum VVergeldium ſoluere, quam torturam,
aut pœnam corporalem expectare mallet? Ideoque
138 † vſu hodie in terris Saxonicis obſeruatur, vt fideiuſſores
promittant reum toties, quoties opus fuerit
in iudicio præſentare, ſub pœna nonnunquam quingentorum,
interdum etiam mille, vel plurium florenorum,
attenta conditione rei, & conſideratis aliis
circumſtantiis, quam ſummam etiam fideiuſſores,
qui non exhibent, vel præſentant reum perſonaliter,
tenentur præciſè ſoluere, neque liberantur offerendo
VVergeldium *text. artic. quarto.* conſtit. *libro ſecundo* §.
Qui iudici præſentat pecuniam, & ea ſe ſpoliat, antequam
pars compareat nummi ſunt Auiſſi, *vbi dicitur:*
ſequuntur illud ipſum VVeſenbecius *in paratit.
C. de ſatiſdando. num. 10.* ac Colerus *d. part. 1. cap. 3. n. 84.
cum ſeqq. & in deciſion. Germaniæ deciſione 29. numero 7.
8. & 9.* (aſſerens ibi, ita à Lipſenſibus cuidam Bernhardo
Harſten in Sileſia de iure reſponſum Anno
139 1540.) *& rurſus numero 18. & 19.* Atque † eandem
obſeruationem etiam eſſe in Regno Neapolitano,
ſcribit Maranta *in ſpeculo ſuo part. 6 tit. de ſatiſdat. numero 8.*

Nec ad rem faciunt, ſupra ex iure Saxonico alle-
140 gati textus. Leges † enim Saxonicæ eatenus duntaxat
locum obtinent, quatenus vſu ſunt comprobatæ,
atque omnis eorum auctoritas conſuetudine magis
dependet, quam ab iis, quæ de hoc iure ſcripta in
manibus habentur. *Hartmann. Piſtor. part. ſecunda.
quæſtione decima tertia. numero 82. in fine.* diciţque
141 VVeſenbecius † *in paratit. ff. de petit. hæreditat. in fine*
multa in illo iure plane barbara reperiri, in eo
142 † tamen tacite reprehenſus à Iacobo Schultes. *in Epiſtola
dedicatoria ante deciſiones Germaniæ Matthiæ
Coleri ad fin.*

143 Quod † forte fideiuſſor dolo faciat, quo minus
reus exhibeantur, tunc etiam extra ordinem, pro arbitrio
cognoſcentis, puniri & coerceri poteſt, *dicta l.
ſi quis reum ff. de cuſtod. reorum. d. l. ſi Barſatorum. C. de
fideiuſſoribus.* Ioan. Faber *in §. in omnibus. Inſtit. de actionib.*
Celſus Hugo *conſ. 121. n. 1. verſic. nec omitte.* Guid.
144 Papæ *deciſ. 570. num. 3.* Nam † quod glo conſt. *lib. 3.
artic. 11. verſicul.* ſi homo dicit, fideiuſſorem illum torqueri,
& corporaliter puniri poſſe, nullo iure probatur,
ſed mera palea eſt.

§. 10. DE MORTE.

SVMMARIA.

1 *Morte tollitur obligatio fideiuſſoria, quod deinceps per tria diſtincta membra declaratur.*

2 *Morte debitoris fideiuſſori liberatio contingit.*

3 *Reo nondum conuicto, infra dilationem pro denuo præſentando aſſignatam moriente, omnem pœnam euitat fideiuſſor, qui iudicio ſiſti promiſit. Declara vt num. 4. & 6.*

5 *Iudicatum etiam poſt mortem ſolui poteſt.*

7 *Fideiuſſor poſtquam per obitum principalis, & ſic abſque ſuo facto res ad impoſſibile peruenit, num liberatus erit, ſi promiſerit: ſe curaturum, facturumque, vt reus ſiſteretur? Negat Socinus numer. 8. Affirmat Ruinus numer. 9. Decio & Craueta illud ipſum cum annexa conditione approbantibus. num. 10.*

11 *Textus iuris Saxonici, lib. 3 artic. 10. intellectus.*

12 *Iure municipali Lubecenſi liberatur fideiuſſor de iudicio ſiſti, mortuo reo principali.*

13 *Textus iuris Saxonici. lib. 3. artic. 30. & gloſſa artic. 117. explicantur.*

14 *Debitore moriente, nondum collectis rationibus, nec ſubductis calculis, fideiuſſores liberantur.*

15 *Mortuo bannito, nihilominus fideiuſſor obligatus manet.*

16 *Fideiuſſoris morte extinguitur obligatio fideiuſſoria. Sed diſtingue vt nu. 17. & ſeqq.*

18 *Fideiuſſor datus ex tempore, ſi ante illud tempus moriatur, euaneſcit obligatio.*

19 *Idem iuris eſt, ſi ſub conditione datus ſit.*

20 *L. vlt. C. de precur. intellectus.*

21 *Effectus obligationis fideiuſſoriæ etiam ad hæredem defuncti extenditur. Quod ampliatur num. 22. 23. 24. & 25.*

26 *Hæredem fideiuſſoris quem eſſe probari debet.*

27 *Filius agendo præſumitur eſſe hæres: ſecus eſt, quando conuenitur. Idque præiudicio Cam. Imperialis confirmatur num. 28.*

29 *Hæres fideiuſſoris defuncti, vt ex delicto fideiuſſoris teneatur, quid requiratur.*

30 *Fideiuſſor hæredem ſuum obligatum relinquit, etiam in caſu l. ſancimus. C. de fideiuſſ.*

31 *Debitis pro alienis moleſtari iniquum eſt.*

31 *Fideiuſſor eiuſque hæres pro vna perſona habentur.*

33 *Hæredum ex perſona obligationis conditio mutari non debet.*

34 *Hæredum omnis numerus, qui in locum defuncti ſubſtituuntur, pro ſingulari perſona habetur.*

35 *Hæres fruſtra recuſat, quod non potuit recuſare, cuius hæreditatem ſuſcepit.*

36 *Textus ſtatuti artic. 118. intellectus.*

37 *Textus conſt. libro 1. articul. 6. genuinus ſenſus adfertur.*

38 *Hæres fideiuſſoris non tenetur, quando expreſſum eſt, quod ſolus fideiuſſor, non etiam eius hæres, obligari debeat. Ratio ponitur n. 39.*

40 *Verba contractus habentur pro textu, cui magis credendum eſt, quam gloſſæ.*

41 *Obligatio aliquando in hæredes tranſit, etiamſi ſola perſona contrahentis ſit expreſſa. Sed declara, vt num. 42.*

43 *Hæres fideiuſſoris an teneatur ad obſtagium, ſi ſe ſolus fideiuſſor generaliter ad obſtagium obligauerit, examinatur. Vſque ad num. 60.*

44 *Pactum cum vna perſona factum, ad aliam non exten-*

extenditur.

45 *Fideiuſſio non trahitur ad aliam perſonam.*

46 *Conditio perſona adſcripta, non poteſt in alia perſona impleri.*

47 *Contractus ad heredem non tranſit, quando aliqua perſona eſt electa.*

48 *Dictiones*, Ipſe, *& Sc Germanica, ad perſonam in individuo ſe reſtringere videntur. Et numero 50. Sed declara vt n.51.52.53.*

54 *Dictiones*, Tantum, Duntaxat, Solummodo, Ego, Solus, *addita obligationibus, non excludant perſonam heredis.*

55 *Statuto mandante, poſſe debitorem de fuga ſuſpectum carcerari, poteſt etiam carcerari eius heres, licet de eo nulla facta ſit mentio in ſtatuto.*

56 *Dictio, Pro ſe, non ſemper eſt perſonalis.*

57 *Verba, Ego ſolus, pro me, & meis heredibus cuius ſint efficacia.*

58 *Cautela, vt heres fideiuſſoris etiam ad obſtagiam euocari queat, proponitur. Et n 59.*

60 *Heres fideiuſſoris non teneatur, ſi conuenerit, vt in locum mortui fideiuſſoris, alius fideiuſſor intra certam tempus ſubſtituatur. Et n.61.63.& 63.*

64 *Fideiuſſoris defuncti in locum ſi alius ſubſtituatur, non eſt opus conſenſu aliorum confideiuſſorum. Et numero 67.*

65 *Curator bis ex duobus; vel tribus ſi vnus moriatur, non datur alius, niſi ſuperſtites conſentiant. Et numero 68.*

67 *Cenſore vno mortuo non ſolum in defuncti locum nullus cooptabatur, verum collega quoque à cenſura cogebatur ſe abdicare.*

69 *Optime cogitata peſſime cadere ſolent.*

70 *Fideiuſſor licet de euictione teneatur, non tamen tenetur eius heres. Ratio ponitur n.73.& n.76. Sed declara, vt n 78.*

72 *Filius ex iure protimiſeos admittitur ad vindicandum bona à patre alienata ex iure emphyteutico, Æ iologia ſubnectitur n.72.74 & 75.*

77 *Heres bene poteſt contrauenire facto defuncto ius ſibi competit ex propia perſona.*

79 *Fideiuſſores contractus, qui ſpondeat emptori pro euictione, non liberantur per lapſum anni, ſed coguntur ſtare pro tali euictione per 31. annos, ex deciſione Scabinorum Lipſienſium.*

80 *Fideiuſſoris heres non tenetur, ſi talis ſit conſuetudo, qualis eſt in Normandia.n.81. In Ducatu Luneburgenſi n.82. Et in Bohemia.n.83.*

84 *Vaſallus ſi fideiuſſeris pro domino, non agnatus tamen in feudo ſuccedens huiuſmodi debitum ſoluere tenetur.*

85 *Lex prima. C. quo quiſque ordin. conuen. adducitur.*

86 *Litis morte tollitur fideiuſſoria obligatio, & quomodo.*

87 *Mortui in hac vita nulla eſt reſtitutio.*

88 *Iuriſconſulti rebus inanimatis vitam, & mortem ſæpenumero tribuunt, quod pulchre deducitur num.89.& multis ſeqq.*

1 DECIMO † tollitur obligatio fideiuſſoria MORTE, non ſolum debitori, ſed & fideiuſſoris,
2 & litis. Et † quidem MORTE DEBITORIS, ſiue REI principalis fideiuſſorem liberari, traditum eſt, *in l.ſi eum.§.qui iniuriarum. D.ſi quis cautionibus. l.ſi mandatu.59. §.penultimo. D mandati.* Atque
3 ideo, ſi † reus nondum conuictus infra dilationem, quæ aſſignatur fideiuſſori pro denuo præſentando reum, moriatur, omnem pœnam euitat fideiuſſor, qui iudicio ſiſtere promiſit, quia illa ipſa vi iuris communis expirat cum morte delinquentis, *l. defuncto. D. de publicis iudiciis. l. 2. & l. finali. C. ſi reus vel accuſat. mortuus fuerit. & l. Senatus. § ſi propter. ff. ad Senatuſconſultum Turpillianum. l. ſancimus. § ſin autem & ſecundum tempus. C. de fideiuſſoribus. l. ſi deceſſerit. vbi Iaſon & Caſtal ff. qui ſatiſdare cogantur. Ioannes Vincentius Hondedeus conſultat. 111. numero 38. volumine 1.*
4 Præterquam, † ſi disiunctiuè fuerit obligatus, vel ſi-
5 ſtere reum vel iudicatum ſoluere. Iudicatum † enim etiam poſt mortem ſolui poteſt, *l. ſi vero. in principio.*
6 *vbi Iaſon. num. quinto ff. qui ſatiſdare cogan.* Vel † moram fideiuſſor in ſoluendo commiſerit, tunc enim morte debitoris non liberatur, *d. l. ſi mandata. 59. § praeul. ff. de mandati.*

Ex quo etiam quodammodo patet vera difficilis
7 huius articuli deciſio, An fideiuſſor, poſtquam per obitum principalis, & ſic abſque ſuo facto, res ad impoſſibile peruenerit, ſit liberatus, ſi promiſerit, ſe curaturum facturumque, vt reus ſiſteret
8 r. Socinus, enim *in conſ. 8.288. vol. 2.* concludit, non eſſe liberatum.
9 Econtra liberatum † eſſe aſſerit Ruinus *in conſ. 67. vo-*
10 *lu* 4. Decius † vero *in conſ. 401. col.* & Aymo Crauetta *in conſ. 27. num. 13.* eum teneri volunt, ſi dixerit, ſe velle curare, & facere, omni excuſatione remota, etiam faciendo poſſibilia, quam ſententiam approbauit Gerard Mazollus *in conſ. 24. n. 10. 15 16. 17. 18. 19. 20. & 22.* qua de re etiam conſule Car. Pariſ. *in conſ. 110. vol. 1.* iunctis illis, quæ attuli ſupra *hoc iſo cap. § praeced. n. 126. & ſeqq.*

11 Nec in eo diſſentit † à prædicto iure ciuili iuris Saxonici diſpoſitio Conſt. *lib. 3. art. 10* vbi habetur, Quod homo in iudicio vocatus ob pecuniam debitam, & moriatur, ſi nondum condemnatus eſt ad ſoluendum & habeat fideiuſſorem ipſe quidem liberatus, eius hæredes vero tenentur ad ſolutionem, &c. Et licet ille textus loquitur in iudiciis ciuilibus, propter maius tamen periculum idem quoque obtinere debere in cauſis criminalibus, recte ſentit Culerus *in tract. de proceſſ.*
12 *ex reus d. par. 2. cap. 3 n. 63.* Concordat † etiam com prædictis ſtatutum Lubecenſe *lib. 3 tit 5. articul. 3.* vbi dicitur: Aliquis fideiubet, ſi ſuus principalis moriatur fi-
13 deiuſſio libera eſt. Nec aduerſatur † textus iuris Saxonici, *dicto lib. 3. artic. 30. (iuncto gloſ. ſtatuti artic. 117.)* qui vult, non aliter liberari fideiuſſorem, quam ſi mortuum ſiſtat, aut exhibeat in iudicio. Contrarium enim ſemper practicatum eſſe grauis teſtis eſt Colerus *in deciſ German. deciſ. 29 n. 34* exiſtimans, eo caſu ſufficere, ſi fideiuſſor in termino comparens, tale impedimentum alleget, & legitime probet, *per l. ſi. §. idem iuris ff. ad l. Rhod. de iactu.*

14 Ad eundem † modum, ſi fideiuſſores promittant ſoluere creditori omne id, & totum quod apparebit ipſum debitorem ſibi debere collectis rationib. & ſubducto calculo, & debitor talis moriatur, antequam rationes eſſent concluſæ, & calculus ſubductus, fideiuſſores non tenentur, ſed ſunt liberati Caſtr. Alex & Iaſon *in l. qui Romæ. §. Augerius. ff. de verborum obligat. per illum textum.* Iaſon *in l. pecun. col. 4 C. de pactis* Hippol. *ſingul.* 304. Peckius *de iure ſiſtendi. cap. 45. num. 18.* Sebaſt. Medic. *in tract. ii. Mors omnia ſoluit. par. 2. concl. 45. num. 126.* Petrus Follerius *in conſ. 75. num. 14. inter conſil. in criminalia Zilletti. vo um. 2. & iuiigi ſupra § 1. num. 85.* cui iunge Colerum *in deciſ Germania deciſ. 30. num 16* Horat. Carpan *ad ſtatut. Mediol. pars. 2. cap. 154.*
15 *num. 7.* Cæterum † mortuo bannito nihilominus fideiuſſorem obligatum manere, voluit Nellus *in tract. banni t. part. 2. tertii temporis. n. 21.*

16 FIDEIUSSORIS quoque morte † obligationem fideiuſſoriam extingui, tradit idem Medices *dicta*

concluſio 45 n.124. Verum opus eſt, vt in hoc articulo
talem conſtituamus diſtinctionem.

17 Aut † enim loquimur de perſona ipſa fideiuſſoris, &
tunc certum eſt, quod fideiuſſore mortuo in ipſius
perſona fideiuſſio quoque extinguatur, cum mors
18 omnia ſoluat, quod multo † magis locum habet, ſi fi-
deiuſſor datus ex tempore (iuxta tradita ſuperius *c. 11.*
num. 118. ante illud tempus moriatur, *l. qui autem. 14. §.*
ſed & ſi quis. verſ. ul. quod ſi ante deceſſit. ff. de conſtitut. pe-
19 *cun.* Item, ſi † ſub conditione datus fuerit, vel acceſ-
ſerit ad contractum, qui in mundum recipi, ſubſcri-
ptionibusque patrium confirmari debebat, iſque ante
exiſtentiam conditionis, vel abſolutionem inſtrumen-
ti moriatur, *argu. l. vnic. C. ſi poſt creationem quis deceſſe-*
rit. lib. 10. & l. contractus. C. de fide. instrument. Hinc
20 † etiam *in l. ſi fideiuſſor 27. quæ hodie eſt l. vlt. C. de procu-*
ra. dicitur, ſi fideiuſſor procuratoris non definierit
tempus, & dixerit, forte, ego fideiubeo pro ipſo, ſi
poſt a forte mortuus fuerit, aut amplius non appa-
reat, idque contigerit intra viginti dies, quod alius fi-
deiuſſor ſit dandus.

21 Aut † vero loquimur de effectu obligationis fide-
iuſſoriæ; & hæc morte fideiuſſoris adeo non extin-
22 guitur, vt fideiuſſor quoque hæredem ſuum, etiam † in
inſtrumento, non nominatim (cum eius obligatio
ſemper virtualiter inſit inſtrumento. Iaſon. *l. 2. §. item*
ſi in facto num. 1. ff. de verb. oblig. Rod. Soarez. *in l. poſt*
rem iudicatam in 1. amplias. num. 1 ff. de re iud. Negtzan.
de pignor. 4 par. princip. nu. 10. & ſeq.) obligatum relin-
23 quat, non † ſolum in contractibus, ſed etiam in deli-
ctis, *l. ſi ſeruum. 91. § nunc videamus. ff. de verb. oblig. l. 3.*
§. 1. l. 4. l. ſi à colono §. 1. ff. de fideiuſſoribus l. fideiuſſoris.
C. eod. l. 8. C. mandati. l. vnica. C. vt action. ab hered. & cont.
hered. incip. textus & ibi gloſſ. Ioan. Faber, Iaſ. Schnei-
devvein. VVeſenb. Hottoman. Myoſ. & Anto. Pic-
hard. *in § fideiuſſor. Inſtitut. de fideiuſſoribus.* Caius *lib. 2.*
Inſtit. tit. 9. §. & non ſolum. VVeſenbec. *remiſſine conſil.*
14. n. 9. verſic. ſic. etiam tranſiuit paſſiue. Colerus *in deciſ.*
24 *Germania. dec. 30. n. 1.* Imo & † in fideiuſſione iudica-
tum ſoluendi Hippolyt. de Marſil. *in ſingul. 159.* Horat.
Carp. *ad ſtatut. Mediolan. part. 1. cap. 45. num* 26. Et qui-
dem † in terminis terminantibus hæc ipſa ſententia
in Camera Imperiali approbata eſt, vt conſtat ex ſe-
lectis ſententiis Dn. Barthii. *de 16. Auguſti, Anno.* 1531.
lit. E. io his verbis: Qui fideiuſſor extitit alterius mo-
ritur relictis filiis ipſi à ſolutioni fideiuſſionis immu-
nes ſunt, &c.

27 Qua in re † tamen cautum creditorem, eiuſve no-
mine agentem eſſe oportet. Qui enim vult aliquem
conuenire vt hæredem fideiuſſoris, debet certus eſſe
illum eſſe hæredem, aut hoc probare, alias ſuccum-
bit, vt tradit Imola *in l. ſi cum dotem. §. tranſgrediamur.*
ff. ſoluto matrim. Alexand. *in l. neceſſariis. D. de acquir.*
hered. & in conſil. 34 colum. 3. volum. 4. Roland à Valle
in conſil. 58. num. 22. & 23. vol. 1. Coler. *de proceſſ. exe-*
cut. part. 1. cap 10. *numero* 289. pulchre Flamin. Char-
27 tarius *deciſ. Rotæ Genuenſ. 32. num. 1.* Etſi enim † filius
agendo præſumitur hæres tantum ſecus eſt, quando
conuenitur, vt pulchre deduxit Ioan Botta *in conſ. 75.*
num. 10. & 11. & ex Decio, Socino, Burſat. Bologne-
to, Cephalo. M. Antonius de Amatis *deciſ. 61. numero*
28 7. communem vocans. Atque † ideo in Camera Im-
periali, teſtante Dn. Chriſtiano Barthio. 20. *Nouembr.*
Anno 1571. pronuntiatum eſt: hæredes fideiuſſores
tenentur ſoluere, & ſi hoc non faciunt admoneant fi-
lios, &c. ad quem ſpectat principalis hæreditas, vel
ipſe, &c.

29 Interim † vt ex delicto fideiuſſoris ipſius hæres
quoque teneatur, requiritur, vt iſto caſu ante rei mor-
tem lis conteſtata, vel pro maleficio certa pœna pro-
miſſa fuerit. Sicut enim actiones ex delictis deſcen-
dentes in hæredem tum demum competunt, quando
lis conteſtata, vel hæres inde locuples factus fuerit,
§. ex maleficiis. Inſti. de perpet. & tempor. actionib. late
Harim. Piſtoris part. 1. quæſt. 27. Ita etiam hæres fide-
iuſſoris, non quidem pro ipſo maleficio, ſed pro pœ-
na, quam pro maleficio commiſſo fideiuſſor ſpopon-
dit (*prout ſupr. d. cap. 10. n. 140. & ſeqq. dictum.*) obliga-
tus manet, & ad eam ſoluendam conueniri poteſt *glo.*
in §. fideiuſſor. verb. relinquit obligatum, & ibi Sylueſt.
Aldobrand *in addition.* nec non Faber, Angel. & Myn-
ſing. *Inſtit. de fideiuſſ.* Angel. *in tract. malefic. verb. pro quo*
Antonius fideiuſſit. Brun. *in tract. de interitu, & perempt.*
concluſ. 10. num. 63. Hippol. *in Rubric. de fideiuſſ. num.*
160. & ſingul. 159. Bart. Iaſ. & Coſtal *in l. 10 §. 2. ff. ſi quis*
caut. in iudicio ſiſt. cauſ. Medices *d. concluſ. 45. num. 125.*
Bertazol. *in tract. clauſ. inſtrum. clauſ. 39 gloſ. 6. nu. 1. & 2.*
Rolan à Valle *conſil. 58. num 5. 6. & 7. volum. 1.* Et hæc
30 concluſio † adeo vera eſt, vt etiam in caſu legis *ſan-*
cimus. C. de fideiuſſor. fideiuſſor hæredem ſuum obli-
gatum relinquat *iuxta tex. in d. ſancimus. in fin. C. de fi-*
deiuſſ.

31 Nec † obſtat *l. 3. in fin. C. ne vxor pro marito. l. vnica*
C. vt nullus ex vicaneis. lib. 11. vbi dicitur, graue eſſe
non ſolum legibus: verum etiam æquitati naturali
contrarium, pro alienis debitis moleſtari. Et bene
Theodoricus apud Caſſiodorum *lib. 4. c. 10. Filius obli-*
gationibus paternis, ſi non ſit heres, exuitur, vxor maritali-
bus debitis, niſi per ſucceſſionis vinculum, non tenetur, & au-
dacia ad ſolutionem trahit extraneos, cum abſoluatur iura
32 *coniunctos.* Speciale † enim eſt in defuncto fideiuſſore,
& ipſius hærede, quia vna eademque perſona eſſe cen-
ſetur, §. 1. *Nouell. de iuram. à moriente præſtit. Cagnol.*
in l. 2. numer. 25. & ſequentibus. C. de pact. inter empt. &
33 *vendit. Decius conſ. 262.* Et præterea † iuris eſt, quod
hæres defuncti debita ſoluere cogatur, ſiquidem ex
perſona hæredum obligationis conditio mutari non
poteſt, *l. 2. §. ex his. ff. de verb. obligat. l. toties. in princ. in*
verb. æs alienum in hæredum perſona non minuitur. D. de
pollicitat. l. fin. §. fin. autem. C. de iure deliber. l. 1. & l. fin. C.
de hered. act. l. 1. C. ſi certum petatur. l. licet pacto. D famil.
34 *herciſcundæ.* Imo omnis † numerus hæredum, qui in
locum defuncti ſubſtituuntur, pro ſingulari perſona
habetur, *l. fundus. D. de condition. & demonſtration.* Et
35 † fruſtra recuſat hæres id, quod retractare non potuit
is, cuius hæreditatem ſuſcepit, *l. poſtulante. ff. ad Sena-*
tuſconſul. Trebellian.

36 Nihil † etiam aduerſatur text. ſtatuti articulo 118.
vbi dicitur, quod hæres non ſoluat niſi ſit ademptus
hæreditatem. Nam vt animaduertit Coletus *de pro-*
ceſſ. execut. part. 1. cap. 10. num. 257. & in deciſio Germa-
niæ deciſ. 30. num. 16. & 17. textus iſte intelligendus eſt
ſecundum ius commune; quod omnium fideiuſſo-
ris hæredes non veniant exigendi vel executandi, an-
te diſcuſſionem debitoris principalis, *Auth. præſen-*
te. C. de fideiuſſ. Eamque ſententiam, & non aliam
fuiſſe compilatoris iuris Saxonici, ſatis teſtantur ver-
ba ibidem ſequentia, hæredes fideiuſſoris non ſunt
deturbandi ſtatim, ſed cauſa cognoſcenda, quæ ver-
ba conueniunt cum verbis *d. Authent. præſente.* Et
alias etiam regulariter ſtatuta interpretationem à iu-
re communi accipiunt, præſertim declaratoriam, &
paſſiuam, *c. cum dilectus. §. quia nobis, extra. de conſuetu-*
dinibus.

37 Multò minus † hic curandus eſt textus iuris Saxo-
nici, conſt. *lib. 1 artic. 6.* qui velle videtur, hæres non
ſoluat, niſi hæreditatem accipiat. Loquitur enim in
caſu ſpeciali, furti ſcilicet, rapinæ vel eius, quod ludo
perdi-

Google

perdiıum eſt. Ea enim non tenetur hæres ſoluere, niſi
vel hæreditas inde aucta fuiſſet, vel ipſe pro reſtitu-
tione ſpopondiſſet, Matthias Colerus *in deciſ. Germa-
nia, dec. 30. n 4. & 5.*

Declaratur ounc primo ſupradicta concluſio, quod
nimirum fideiuſſoris quoque hæres obligetur, vt non
38 procedat, quando in inſtrumento † cautionis expreſ-
ſum eſt, quod ſolus fideiuſſor, non etiam ipſius hæres,
39 obligari debeat. Quotieſcunque † enim aliquid ad-
ditum eſt ex quo apparet contrahentes ad propriam
ipſorum perſonam reſpectum habuiſſe, & ad ſemetip-
ſos contractum coarctare voluiſſe, toties obligatio,
quæ ex ſui natura etiam hæredes comprehendit, pro-
pter verba illa reſtrictiua, ad hæredes non tranſit. *l. 7.
§. pactorum l. ſi vnus. §. pacta. verſic. ante omnia. ff. de pa-
ctis. l. ſi neceſſarias. §. de vendendo. ff. de pig. act. l. non ſolum.
§. tale. ff. de liber. legata.* Bart. & Angel. *in l. ſi ſic ſtipula-
tus ff de verbor. obligat.* Ruinus *conſil. 41. num. 36. volum.
1.* Tiraquel. *de retractu. § 1. gloſſ. 6. num. 2. cum ſequent.*
40 Contractus † enim verba habentur pro textu, cui ſa-
nè magis credendum eſt, quam gloſſæ, vt ait Crauett.
41 *conſil. 105. num. 2. lib. 1.* Et licet aliquando † etiam ob-
ligatio in hæredes tranſit, quando ſola perſona con-
trahentis eſt expreſſa, *l. cum qui. 56. §. 1. ff. de verb. obli-
gat. l. ſicut. §. ſi debitori. D. quib. mod. pig. vel hypoth. ſolui-
tur* Iaſon *in l. ſtipulatio iſta 38. in princ. num. 9 ff. de verbo.
obligatio.* Curtius Senior *conſ. 76. colum. antepen. pulchrè*
Ioann. Vincent. Hondedæus *conſult. 36. num. 19. 20. 21.
22. 23. & 24. vol. 1.* Nicol. Reuſnerus *lib. 1. deciſio 14. n. 27.*
42 *& 28.* Id tamen † non obtinet, quando verba quæ-
dam fuerunt addita, quæ contractum ad perſonas
duntaxat contrahentium coarctunt, & reſtringat, vt
oſtendit Hartm. Piſtor. *par. 2. quæſt. 26. num. 3. cum ali-
quo. ſeq.*

43 Hinc † igitur non immeritò oritur dubitatio, ſi fi-
deiuſſor in caſum contrauentionis ad obſtagium ob-
ligauerit de præſentando reo toties, quoties fuerit re-
quiſitus, &c. an eo mortuo ipſius hæres ad iſtiuſmodi
obſtagium euocari poſſit?

Pro parte equidem negatiua ſtringunt, non ſolum
ea, quæ modo *n. 38. & ſeq.* præmiſſa ſunt, verum etiam
44 ſequentia, quod nimirum pactum † cum vna perſo-
na factum, ad aliam non extenditur, *l. ſi vnus. §. pacta.*
45 *verſic. ante omnia. D. de pactis.* Quod † fideiuſſio non
trahatur ad aliam perſonam, Ludouic. Roman. *conſil.*
210. Hippolyt. de Marſil. *in Rubrica de fideiuſſorib. num.*
113. Barnab. Cornazz. *deciſ. Rota Lucenſ. 212. numero*
46 3. Quod conditio † perſonæ adſcripta, non poſſit in
alia perſona impleri, *l. 7. §. pactorum ff. de pactis l. cum
ita datur ff. de condit & demonſtrat.* Et denique, quod
47 contractus ad hæredem non tranſeant, ſi perſona ali-
qua ſit electa. *l. vnica. § ne autem in verb. iuſſerit. cum in
certum locum abire. C. de caducis tollend. l. Sordidorum.*
48 *C. de excuſ. num. lib. 10.* Accedunt † dictiones, hoc eſt,
Ipse, & Se, quæ vtique ad perſonam in indiuiduo ſe
49 reſtringere videntur, maximè, † quia dictio, Ipse,
præciſam, & veluti perſonalem emphaticamque de-
monſtrationem habet eius rei, cui adjicitur, Tiraquel.
50 *de retractu conuent. § 1. gl. 6. num. 15.* & perſonam † ipſam
veluti ad oculum demonſtrat, nec eam egreditur,
Bald. *conſ. 304. lib. 5. per l. ſeruus. 34. in princ. D. de ſtatu.
libe.* Iaſon *in l filiusfamilias. §. Diui.* & ibi Ferdinand.
Loazes *num. 4. 8.* & Franciſc. à Ripa *num. 111. D. de le-
gat 1.* Tiraquel. *d. loco.* Ioan. Cephal. *conſ 43. num 8. lib.
1.* Ludolph. Schader. *de feudis part. 10. ſectione 20. num.*
310 Tiberius Decianus *in reſponſo 29. num. 47. 48. & 49.
vol 1.*

51 Affirmatiuam † ſententiam vero ſtabiliunt, quod
ſequentes diſtinctiones, ego, ille, se, me, nos, hoc

operari non ſolent, vt propterea obligatio minus ad
hæredes tranſeat, cum etiam ſtipulatio, quæ tamen
eſt ſtricti iuris, non videatur coarctata ad perſonam
ſtipulatoris, vel promiſſoris, quamuis, nulla hæredum
facta mentione, adiecta fuerit dicto (Mihi) *vt pro-
batur in l. ſtipulatio iſta habere licere. §. ſicut. autem. ff. de*
52 *verb obligat.* Ideoque † ſi quis promiſerit de ſuo da-
to vel facto, nihilominus tenetur de facto ipſius, cuius
hæres eſt, & vice verſa, vt docet Bartol. *in l. ſi ſeruus ca.*
53 *in princ. D de cond. ft. furt.* Accedit, quod † etſi facti
ſtipulationes non olim, hodie tamen hæredem obli-
gant, nec cum perſona extinguuntur, vt monſtrat Io.
Goddæus *de contrahend. ſtipulat. c 9. concluſ. 7. numero*
54 *147. & 150.* Quinimò, non defuerunt, qui † autuma-
runt, quod, etſi additæ fuerint dictiones (Tantum,
Duntaxat, solummodo, ego solus tamen
perſona hæredis propterea non excludatur, ſed nihi-
lominus ad ipſum obligatio tranſeat, ita per textum,
in d. l. ſi neceſſarias. §. de vendendo. ff de pigno act. tanquã
ſingularem, docet Iaſon *in l. 2. §. item ſi in facto. num. 2.*
& notat Bartol. Caſtrenſ & DD. *in d. l. ſtipulatio iſta in
princip.* & ibi Iaſon *num 9. ff de verb. obligat* (ac multi
alii citati à Ioan. Goddæo *d. conſil. 7. num 151.* vbi per
illum textum pleriquc concludunt, quod, etſi quis de
ſuo facto tantum promiſerit, nihilominus tamen etiam
hæredes teneantur, ſequitur Hartm. Piſtor. *d. q. 26. num.
9. 10. 11. & 12.* Eamque magis communem pronun-
tiat Ioſeph. Ludou. *in commun. concluſ. concl. 6. num. 6.*
55 *7. & 8.* ſubjiciens ibidem *num. 19.* Quod ſtatuto † man-
dante, poſſe debitorem de fuga ſuſpectum carcerari,
poſſit etiam carcerari eius hæres, licet de eo nulla fa-
cta ſit mentio in ſtatuto, quod probat etiam Anton.
Sola *in conſtit. antiq. Sabaudiæ. Rubrica. de captura debito-
ris pro caſu ciuili. Decreti. Abuſionib. glo. 1. num. 7.* de quo
tamen conſule Franciſc Milanenſ. *deciſ. 12. num. 74. 75.
lib. 2.* qui illud ad hæredem ſimplicem reſtringere vi-
detur. Et dicit Bald. *in conſil. 355. num. vlt. volum. 1.* quod
56 † dicto, pro ſe non ſemper eſt perſonalis. De quo vel
eo minus hæſitandum videtur, cum in initio obliga-
57 tionum † plerunque hæc verba apponantur, quæ cum
in procemio ſiue præfatione ſiue poſita merito etiam
ad omnia ſequentia extenduntur, *l. Titia. 134. §. 1. & §.
vlt. ff. de verb. oblig. l. 4. §. vlt. D. de pactis. §. aut nec plu-
rimi in verb. contentam fuiſſe. quod prima parte verbo vſa
eſſet. Inſtit. de l. Aquilia.* Ioan. Schneid. *in tit. Inſtit. de ob-
lig in fin. n. 29.*

58 Ne igitur † in hunc diſputationis labyrinthum, &
ancipitem controuerſiam (vt rectè vocat Ioan. God-
dæus *d. c. 9. concl. 7. n. 106.*) in qua interpretes aliter ac
aliter locuti ſunt, creditor incidat, melius eſt ſtatim
ab initio circa promiſſionem obſtagii hæredum per-
ſonas nominatim exprimere, per ea quæ tradit Schnei-
devvin. *d. loco n. 30.* Nam vt *ibi* Ioan. Andr. Hoſtienſ.
59 & Archidiac. refert, ea, quæ † ſunt adducenda in con-
tractibus, literis, inſtrumentis, & priuilegiis, non poſ-
ſunt ſatis frequenter repeti, propter Sophiſticam, &
calumnioſam quorundam interpretationem tollen-
dam. Id quod multis aliis firmat Bertazollus *in tract.
ſul. inſtrument. clauſul. 12. gloſſ. quarte. per tot. & faciunt
tradita per Dn. Goddæum d. concluſ. 7. num. 161. 162. 163.
& 164.*

60 Declaratur † ſecundo prædicta concluſio. vt non
procedat, ſi conuenerit, vt in locum defuncti fideiuſ-
ſoris alius fideiuſſor intra certum tempus per princi-
palem, vel ipſo fideiuſſores ſubſtituatur, prout non-
nunquam conuenire ſolet, quemadmodum, *& in c. ex
reſcripto, de iureiurando.* Cum Abbas quoſdam ex Mo-
nachis, obſides dediſſet, illi de obſeruanda conuentio-
ne iurauerunt, vt ſi ipſi deficerent, alii monachi, loco

61 eorum in obſtagio ponerentur. Iſto enim † caſu ob-
ligatio fideiuſſoris perſonalis eſt, & hæredem non o-
neret, cum in hac conuentione id tacitè actum fu-
iſſe videatur, vt fideiuſſio illa tantum ad vitam fide-
iubentis duraret, & poſt mortem ipſius ſtatim exſpira-
ret, *argum. §. ac ſi ita in verb. quoad vitam. Inſtit. de ver-
bor. obligat. l. penult. ff. de fideiuſſoribus.* Et quando tale
62 † pactum de ſubſtituendo alio fideiuſſore in locum
deficientis pro eo ſit, ac ſi per dictionem taxatiuam
ad ſuam tantum vitam, & non vlterius ſe obligaſſet
fideiuſſor, ſatis liquet ex notatis per Tiraquell. *de re-
tract. conuent. §. 1. gloſſ. 2. num. 22. & 23. & gloſ. 6. numero 2.
3. 4. & 5. VVeſenbec. conſ. 14. numero 85. & 86.* Atque
63 † ita in dicaſteriis Lipſienſi, & Ienenſi iam dudum
de iure vniformiter reſponſum fuiſſe, teſtatur Cole-
rus *d. parte 1. cap. 10. numer. 280. in fin. & in deciſ. Ger-
maniæ, deciſ. 30. numer. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. & ſeqq.* id-
que nouiſſimè etiam comprobauit Nouella Electo-
ris Auguſti *part. 2. conſtit. 20.* vbi Daniel Mollerus
in commentariis ſuis numero 3. eidem ſententiæ ſub-
ſcripſit.

64 An verò, ſi † ipſe debitor in locum demortui fide-
iuſſoris alium ita ſubſtituat, reliquorum ſuperſtitum
fideiuſſorem conſenſum requiri dicemus? Dubitandi
65 rationem mouet, quod ſi † ex duobus, vel tribus
curatorib. vnus moriatur, non datur alius, niſi ſu-
perſtites conſentiant, atque ita aliquando petitio in
Came. Imperiali denegata, *6 Martii Anno 92.* Sic &
66 olim, † licet vno ex conſulibus mortuo, comitiis
habitis, in illius locum alius ſubrogari ſolebat: Cen-
ſore tamen vno mortuo non ſolum in defuncti lo-
cum nullus ſubrogando cooptabatur, verum collega
quoque à cenſura cogebatur ſe abdicare, Pulchre A-
lexan. ab Alexandro, *lib. 3. genial. dier. cap. 13.* Georgius
Eberlinus amicus noſter *in comment. ad l. 2. cap. 15. num.*
67 *28. D. de origin. iuris.* Sed verius eſt, non idem † fideiuſ-
ſione ſtatuendum eſſe, præſertim, ſi beneficio excuſ-
ſionis vel diuiſionis initio ſit renuntiatum Quid enim
hoc caſu præcedere poſſent cæteri fideiuſſores, cum
vtique illi pro ſua perſona in ſolidum tenerentur,
etiamſi nouus hic fideiuſſor nunquam in demortui
68 locum ſubſtituetur? Secus ſe res habet in inſtituen-
do tutore, vel curatore, non ſolum quia maius hoc
caſu vertitur periculum, vnde etiam cautius eſt pro-
uidendum, verum etiam quia futura communis re-
rum pupillarium adminiſtratio, imo eiuſdem quo-
que educatio requirit, vt, quantum fieri poteſt con-
cordes demum tutores vel curatores, qui ſe inuicem
pati, & ſufferre poſſint. At quid enim gryphes iun-
gantur equis? Quin potius quod Polybius hiſtor. *lib.
3. mihi pag. 269.* ſcribit: *Duo conſules diſſimiles diſ-
cordeſque erant, quo nihil accidere in exercitu pernicio-
ſius poteſt,* hic locum quoque ſibi vendicabit. Ne di-
cam, quod etiam iudex defuncti locum alium tuto-
rem ſubſtituens, *iuxta l. 4. C. in quib. caſib. tutor. ha-
bendi alius tendet.* magis ſecutus ſit futurus, ſi non
tantum ſuam in dando, vel confirmando nouo tutore
poteſtatem abſolute ſequatur, ſed etiam reliquorum
tutorum iudicium, voluntatem, & conſenſum explo-
ret, & attendat, *argum l. 1. §. inde quæritur ff. de noui oper.*
69 *nuntiat.* nam & † optime cogitata, peſſimè cadere ſo-
lent.

70 Declaratur † tertio, vt licet fideiuſſor de euictione
teneatur, non tamen eius hæres teneatur de euictio-
ne *l. fin. C. de euictionib.* Berous *in cap. ſi quis presbyterorum. num. 46. de reb. Eccleſ. non alien.* Abbas *conſ. 60. col. 1.*
Sebaſt Medices *d. par. 2. conclu. 45. num. 124.* Caſpar Ca-
ballin *in tract. de euictionib. §. 5. nu. 2 verſic. tertio limita.*
ex Saliceto, Curtio iun. Cephal. Menoch, & Phanuc-
cio Iaon. Vincentius Hondedæus *part. 1. conſul. 3. num.
72.* Verum quæ ſit huius rei ratio, quod fideiuſſor eui-
ctionis contra emptorem agens repellatur, hæres
verò ipſius non repellatur, Doctores valdè ambigunt,
vt conſtat ex iis, quæ tradit doctiſſimus Arius Pinel-
lus *in l. 1. par. 3. num. 3 limit. C. de bonis mater.* Qui ta-
71 men † ipſe tandem concludit, propter diuerſam
rationem, quæ eſt inter venditorem, & fideiuſſorem,
atque vtriuſque hæredem diuerſum quoque ſtatuen-
dum eſſe. Venditor enim rem vt ſuam vendit, vnde
nec ipſe, nec ipſius hæres, ſaluo pudore, rem ſemel
venditam ab emptore auocare poſſunt: Fideiuſſor au-
tem fideiubens non fatetur reio venditam ſuam eſſe,
ſed pro intereſſe tantum, ſecuta euictione, fidem in-
terponit, ideoque ipſius hæres iure ſuo proprio rem
illam (modo non fuerit fideiuſſoris propria) vendi-
re non prohibetur, *d. l. fi. iuncta l. exceptione. C. de eui-
ctionib.*

Neque id adeo mirum cuiquam videri debet. Sic
72 † enim; non obſtante diſpoſitione *l. cum à matre. C.
de rei vendic.* filius admittitur ad vindicandum ex iu-
re prothymiſeos bona à patre alienata ex iure Em-
phyteutico, *c. conſtitutus. vbi Henricus Bock num. quar-*
73 *to de in integr. reſtit.* Et ſi † namque eſt filius, & hæ-
res patris, tamen vindicat, non tanquam hæres,
ſed tanquam agnatus alius, nullus enim eſt proxi-
mior agnatus, quam filius, *l. filius. ff. de ſuis. & legit.
Cuiac. in Nouell. 18. in princ. & lib. 14. obſeruat. cap. 11.*
74 Nec eſt nouum, quod filius petat aliquid non tan-
quam alius agnatus quilibet; *l. 1. §. ſed videndum. ff.
de ſucceſſorio edicto l. 2. in princ. ff. vnde legitimi. E-
berhard. in Topic. in loco de tanquam ampliat. 33. nume-
ro vigeſimo nono. VVeſenb. conſ. 2. numero trigeſimo tertio.
part. 1.*

75 Neque verò dicitur † hoc caſu filius contrauenire
facto defuncti patris, quia pater ipſe non tenebatur
de hac euictione, procedente ex poſt facto, virtute
legis, & non ex ipſis culpa, *l. Lucius Titius. ff. de euictio-
nibus.* Tiberius Decianus *conſ. 81. in pr. vol. 3.* Et quam-
76 uis † idem Decianus *in conſ. 121. numero 31. 32. & 33. vol.
tertio.* conſuluerit, hæredem ne quidem ex perſona
ſua propria facta defuncti contrauenire poſſe, *per l.
venditrici. C. de reb. alien. non alie.* id tamen ad ſucceſ-
ſorem fideiuſſoris pro euictione quodam obligati ex-
tendi non poteſt, de quo etiam *d. l. venditrici.* nihil
diſponit, ſiquidem de ſucceſſore venditoris loqui-
tur, ſicut etiam animaduerſum eſt à Menoch. *in conſil.
89. num. 112. & 113. lib. 1.* & Ioſepho Ludouico *in comm.
concl. concluſ. 16. num. 300.* Ne dicam, aliorum traditio-
77 ne receptum eſſe, quod hæres † bene poſſit contraue-
nire facto defuncti, quando ius ſibi competit ex pro-
pria perſona: Bald. *conſ. 215. lib. 2.* Decius *conſ. 495. nu-
mero 55.* Corneus *conſil. 200. numero quinto & ſeptimo.*
Natta *conſ. 470. num. 13. & 14.* Barnabas Cornazzanus
deciſ. Lucenſi 69. n. 10. & 12. Ant. de Gamma *dec. Luſita-
niæ 8. n. 3.* Io. Vincent. Hondedæus *conſult. 14. n. 34. & 35.
par. 1.*

78 Cæterum, † quod ſupra dixi, fideiuſſoris hæredem
non teneri de euictione, id cum temperamento intel-
ligendum venit. Quatenus enim ex ſua perſona do-
minium vindicat de euictione non tenetur, hoc eſt,
non obſtat ei exceptio rei venditæ, & traditæ, licet il-
la obſtitiſſet ſuo prædeceſſori, *l. exceptione C. de eui-
ctionib. tot. tit. ff. de except. rei vendit. & trad.* quatenus
verò fideiuſſor ad id, quod intereſt, rem euictam non
eſſe, conueniri poterat, *iuxta l. ſi in venditione. 60. l.
euicta. 70. ff. de euictionibus.* eatenus etiam aduerſus hæ-
redem euictionis cauſa actio durat, *d. l. vlt. in fin. C. de
euictionibus. Nicol. Valla de reb. dub. tract. 10. verſic.
altera,*

Digitized by Google

altera, & ſecunda erit cautio. Quod Scabini Lipſenſes
79 eo extenderunt, vt † fideiuſſores contractus, qui ſpon-
dent emptori pro euictione, non liberentur per lap-
ſum anni, ſed cogantur ſtare pro tali euictione per 31.
annos, *Lipſenſ. dec. 213. vol 3.* Matthias Colerus *in dec.
German. dec. 28. n. 6. & dec. 8. n. 151*
80 Declaratur † quarto, vt ſcilicet hæres fideiuſſoris
non teneatur, ſi fortè talis ſit in aliquo loco conſue-
81 tudo, qualem † equidem conſuetudinem contra ra-
tionem iuris noſtri in Neuſtria (quæ Normandia eſt,
teſte Baptiſta Campofulgoſo *lib. 6. tit. de his quæ graui-
ter dicta vel facta ſunt. mihi pag. 755.*) eſſe ſcribit, Cu-
82 iac. *lib 23 obſeruat. c. 25. in fin.* Et in † Ducatu Lunæ-
burgenſi, vt reſpondit Modeſtin. Piſtoris *in conſ. 1. vol.
3.* Et quanquam illa conſuetudo fortaſſis iuri ſcripto
contraria eſt, *l. fideiuſſoris. 24. C. de fideiuſſorib.* æquitati
tamen naturali haud aduerſatur, *l. vnic. C. vt nulli ex
vican. lib. 11.* Vnde etiam rectè conſtituit Nouella Ele-
ctoris Auguſti *part. 2. nu. 20.* his verbis: Intereſt quod
ſi cuiuſſoi hæreditatem illius cuius fuit fideiuſſor ani-
maduertat, & ſi in ſcriptura aliqua non foret expreſſa
iudex animaduertere debet.
83 Eſtque huius † conſuetudinis manifeſtum quoque ex-
emplum in regno Behemiæ, vbi hæres fideiuſſoris
morte ſublati, ad ſolutionem crediti non tenetur, niſi
fortè defunctus tutor quorundam pupillorum fuerit,
ſicut euincit textus iuris municipalis Bohemici, *ſub
tit.* de confiſcatione bonorum ſequentibus verbis le-
gatarii, & hæredes teſtatoris ſciant legata teſtatoris, &
bona ipſius, vt noſcant vnde bona defuncti petuen-
tura ſint, &c.
84 Declaratur quinto, vt licet vaſallus † fideiuſſerit
pro domino, non tamen agnatus in feudo ſuccedens
huiuſmodi debitum ſoluere teneatur. Ludolph. Schra-
der. *de feud part. 8. cap. 7. n. 48.* Iacob. Tomingius *dec. 27.
n. 15.* Ioan. Koppen in Rangendorff. *q. 39 nu 35.* pulchrè
Andr. Kohl. *in exercit legal. exercit. 2. nu. 25* contrarium
quidem tenuerunt Afflictus, & Camerarius, verum ni-
tuntur conſtitutione regni Neapolitani, quæ cum ſit
localis, & ſubditos Regni tantum liget, alibi deroga-
re nequit his, quæ iuri communi ſunt conſentanea, *vt
inquit Andr. Kohl. d. loco.*
85 Declaratur † ſexto, vt licet hæredes eorum, quibus
ſimul cura pecuniæ ciuitatis, non tamen ſeparatis
poſtionibus, mandata eſt, vna cum ipſis in ſolidum ob-
ligentur, non tamen illi, qui hæredes vnius ex curato-
ribus extiterunt, damno, ſi quod poſt mortem eius
dolo, vel culpa collegarum acceſſit, onerentur, *text.
elegans in l. 1. C. quo quiſque ord. conueniat.* reliquas limi-
tationes lector Coler. *d. part. 1. c. 10. n. 276. & ſeqq.* ipſe-
met videre poterit.
Supereſt vt ſubjiciam quomodo fideiuſſoria obli-
gatio Litis Morte tollatur, & finiatur. Dicitur au-
86 tem † lis mori, quando legitimis tranſactis tempori-
bus perit, *l. 3. § 1. ff. quæ in fraud. cred. l. 5 § 1. C. de tem-
por. app. l. arbitrio. § dolo. Petr. Peckius in tract. de amor-
tiz. honor. cap. 3. in princ.* Cum igitur lite mortua nulla
res ſit, ideò conſtat, & fideiuſſores ex ſtipulatu iudica-
tum ſolui non teneri, *l. 2. ff. iudicat. ſolui. Antonin. Theſ-
ſaurus deciſ. 202. num. 12. verſic. ſecundus caſus eſt.* Ad-
modum autem appoſite, & conuenienter lis intermo-
ri, & perire dicitur, quæ reſtitui non poteſt. *l. properan-
87 dum. § huiuſmodi. C. de iudic.* Mortui † enim nulla in
hac vita eſt reſtitutio, cum mors omnia ſoluat, & om-
nium ſit vltimus terminus. Larè Sebaſtianus Medic.
in tract. mors omnia ſoluit. part. 1. in princ. text. elegans
in l. præſens. 57. § homini. C. de Epiſcop. & cleric. vbi dici-
tur: *Homini cuique curſus vnus eſt vita, ab opifice datus,
cuius finis eſt omnino mors.* Vnde, & Arnobius *lib. 1. ad-
uerſ gentes: Ante eſt vicinus interitus, mors omnia ſoluens, &
cunctis adimens ſentientibus vitam.* Et Seneca *lib. 7. de
benefic. cap. 1.* Mortem vocat nullius mali materiam,
88 multorum finem. Eſtque † hoc ICtis, & Impp. fami-
liare quaſi, vt rebus inanimatis viam, & mortem ſæ-
89 penumero attribuant. Hinc enim dicunt, litem † pe-
rire, *d. l. arbitrio. § dolo ff. de dolo. l. 1 § Sed & conſtituto.
90 ff de calumniatoribus,* & litem exſpirare † *l. 5. § 1. C. de
tempore appellat.* non aliter, ac vice verſa Imp. dixit.
91 Litem † viuere, *in l. cum quidam ad fin. C. de fide inſtrum.*
Idem porrò quod de lite dicitur, ad actionem quo-
92 que extenditur. Nam † hæc vivere, & mori, *l ſicut. C. de
præſcript. 30. annor.* (vbi antea malè legebatur, monen-
di pro viuendi, *§. 1. Inſtit. de perpet. & temp. actionibus.
l. 3. ff. de feriis. Sebaſt. Medices in tractatu. Mors omnia
93 ſoluit par. 2. concl. 3* concremari † & ſilere, *l inſtat. 6, C. de
iure fiſci lib 10.* extingui, *l. doli § vlt. ff. de ſeruo corrupto.*
94 interire, *l. verum. § vlt. ff pro ſocio.* & incolumis eſſe † di-
citur, quamdiu non eſt extincta, *l. 1. C. de commun. rer.
alien.* Hinc etiam fit, vt eleganter Imp Iuſtin. *in l. 1. C.
de annali except.* durationem actionum, vitam earum
95 longiorem appellet. Sic † & cauſa vulnerari dicitur,
quæ exitum fortita eſt, & in eum ſtatum, in quo ab ini-
tio fuit, non niſi cum ſumma difficultate reſtitui po-
teſt, *l. vlt. C. in quib. cauſ. in integ. reſt. non eſt neceſſaria. l.
15. C. Theodoſ de appellat. l. 2. C. Theodoſ. vnde vi.* Hinc
96 † mortuæ cauſæ diſpendium, *in l. eum anterioribus. § 1.
C de temper appellat.* Pari planè ratione dicuntur, con-
97 ſultatione † viuere, *l. 3. C. de tempor. appellat. Cuiac. lib.
98 18. obſer. c. 36.* Item † vſusfructus interimi *l. 1. C. com-
99 mun. de manumiſſ* Præſcriptio † adoleſcere, *l. ſi vinea.
100 C. de præſcript. longi temporis,* & lex † ſine fine viuere,
101 *l 4. C de domeſt. & protector. lib. 12.* Reatus † immor-
tales, *in l. præſens. 57. § homini. C. de Epiſc. & Cleric.* Præ-
102 dia † viuere, eſt quibus homo viuit, & alimenta per-
cipit. *Pet. Peckius de amortiz. bonor. c. 3.* Lapides ſene-
103 ſcunt, † vitam, & mortem pati, vt ex ſententia Plinii
retulit Rulandus *de commiſſariis lib. 6 c. 4 num. 12. & 13.
104 part. 2.* Huc etiam pertinet, quod † periculum naſci,
creſcere, & decreſcere, mori, & ſummatim iſtorum
omnium ratione ex ſententia Papirii Frontonis (cu-
ius etiam fit mentio *in l 4. in fin ff. de l. Rhod. de iactu. l. fi-
lius familias. 114. § quid ergo. ff. de legat l. liberorum 220. §.
1. ff. de verb ſignificat.*) ſimili eſſe homini dicitur, *l. pecu-
lium 40. ff. de peculio. l. id quod. 19. § vlt. cum l. ſeqq. ff. de
conſtit pec. Scipio Gentilis lib 2. parerg. c. 7.* Poſſet igitur
dici peculium quoque ἀκμάζειν. Hoc namque, & in
homine, & in aliis rebus contingit, vt auctor eſt Do-
ctor ſapientum III. *de Anima*; Ἀνάγκη, inquit, τὸ γινόμενον αὔξησιν ἔχειν καὶ ἀκμὴν, καὶ φθίσιν. Et Xenophon VII.
Pædias. Ὁ δὲ ἐμὸς χρόνος, ἐν ἀκμῇ τοῦ βίου ἀπολήγει. Et
quamuis ambitioſi Medici veriti fuerunt ἀκμὴν voca-
re ſtatam ætatem, latinum tamen verbum ſcitiſſimum
eſt, vt oſtendit Iulius Scaliger *poetices lib. 1. c. 13.* Sic hæ-
105 reditas † quoque augmentum recipit, & deminutio-
nem *l. item veniunt. § item non ſolum ff. de pet. hæred.* vt &
actio, *d. l. item § cum prædiximus. l. 6. § ſed & acceſſionem.
ff. com. diuid.* vt de ſimilibus nihil dicam, ſed totum
hunc locum inſigni dicto. Tertulliani *in lib. de ſurre-
ction. carnis.* concludam: *Dies, inquit, moritur in noctem,
& tenebris vſquequaque ſepelitur. Et tamen rurſus cum
ſuo cultu, cum dote, cum ſole, eadem & integra, & tota
vniuerſo orbi reuiuiſcit, interficiens mortem ſuam no-
ctem deſcindens ſepulturam ſuam tenebras, hæres ſibimet
exiſtens.*

§. 11. DE DISSENSV.

SVMMARIA.

1 *Diſſenſu tollitur obligatio fideiuſſoria. Et num.7. Ratio ponitur, num.2.*
3 *Res integra quot modis dicatur. Et num. 4. 5. & 6.*

1 VNDECIMO † tollitur fideiuſſio ſi debitor & creditor conſenſu contractam obligationem, pro qua fideiuſſor interuenit, contrario DISSENSV,
2 re integra diſſoluerint. Eæ enim † obligationes, quæ conſenſu contrahuntur contraria voluntate vtriuſque partis diſſoluuntur, *§. fin. Inſti. quibus modis tollitur oblig. l. ab emptione. ff. de pactis. l. prout 80. ff. de ſolut. l. 1. & 2. C. quando liceat ab emptione recedere.* Atque ideo, principali obligatione diſſoluta, acceſſorium amplius ſubſiſtere nequit, *leg. ubi dolo §. 1. cum principa-*
3 *† lis ff. de reg. iuris.* Etſi autem, Rem integram adhuc eſſe, varie dici annotant Azo *in ſumma cod. quando li-ceat ab empt. diſced.* Barbat. *conſil.* 47. & Alexand *conſil. 1. 8. volum 1* Mynſing *num 3.* & Anto. Pichard. *num. 9. in §. recte quoque. Inſtit. de mandato.* Rulan. *in tract. de commiſſ part. 1. l. 3 cap. 7. num 7 8 9. 10. 11. & 12.* Petrus Gilkenius *de praeſcript. part 2 memb. 2 cap. 2. num 34. &*
4 35. Et inter † alia, etiam res tandiu integra eſſe dicitur, quandiu nondum intereſſe cœpit, *l. 8. §. mandati.*
5 Item † res dicitur integra, quando non eſt proceſſum ad aliquid, quo ſoleat aſſignari præbenda. Frideric. de Senis *quaeſt. 96. numero quinto. mihi fol. 121.* hoc
6 † tamen in hoc loco res adhuc integra eſt, quando res nondum eſt ſecuta, vt puta quando in emptione, & venditione neque pretium ſolutum, neque fundus traditus eſt, *in fi. Inſtit. quibus mod. toll. obligat. l. 2. ff. de reſcin. vendit.* Vel in locatione, conductione res vtenda, vel facienda data, neque certa merces promiſſa, vt de reliquis contractibus, qui con-
7 ſenſu contrahuntur, nihil dicam. Et huic † eſt quod Papinianus *in l. Si cum. 95. §. vlt. ff. de ſolutionib.* aſſerit: Si inter emptorem, & venditorem conuenerit, priuſquam aliquid ex alterutra parte ſolueretur, vt ab emptione diſcedatur fideiuſſorem eo nomine acceptum ſoluto contractu liberari, nec diſſentit Paul. *in l. 3. ff. de reſcind. vendit.*

§. 12. DE PROROGATIONE.

SVMMARIA.

1 *Prorogatione tollitur obligatio fideiuſſoria. Sed declara, vt numero 1. & 3. Auctoris ſententia porro ponitur, numero quinto. & ſeq. Quæ eſt verior & communis, imo magis communis & veriſſima, numero 6. Sed in Electoratu Saxonico haud recepta, num. 17.*
4 *Verum plus vno eſſe non poteſt.*
7 *Prorogare quid ſit?*
8 *Tempus prorogatum, & futurum different.*
9 *Leg. ſi cum Hermes. C. de locato intellectus. Et numero 18.*
10 *Temporis adiectio definit dilationem, intra quam de ſolutione cogitandum eſt.*
11 *Prorogatio non dicitur liberatio. ſed obligationis prius con rolte dilatio. Et num. 12. & 14.*
13 *Terminus ſoluendi prorogatus intelligitur prorogatus cum omnibus ſuis acceſſoriis & qualitatibus.*
15 *L. ſi à colono. § 1. ff. de fideiuſſ. inducitur.*
19 *Fideiubens pro cuſtodibus caſtri, atque ad ſex menſes, elapſis ſex menſibus, eſt liberatus, etiam ſi à Caſtellano prorogatus ſit terminus ſex menſium ſine conſenſu fideiuſſoris.*
20 *Inter tempus finiende obligationis, & differendæ ſolutionis, vtrum interpretes recte diſtinguant. Et num. 21.*
21 *Obligatio quomodo apte definiatur.*
23 *Dilatio, ad Triennium, quid importet.*
24 *Dilatio vſque, cuius ſit effectus.*
25 *Nouella Conſtitutio Electoris Auguſti 19. § part. 2. declaratur.*
26 *Conſtitutio particularis, & localis ad alium locum extendi nequit.*
27 *Conſtitutiones Electoralis licet loco clauduntur non tamen earundem æquitas, & ratio ipſa clauditur, quæ vbique viget.*
28 *Palam iure Saxonico in deciſionib. cauſarum plebeiorum adhuc viuuntur.*
29 *Æmilii Ferretti reſponſum 8. in dubium reuocatur.*
30 *Altare vnum non eſt detegendum, vt alterum cooperiatur.*
31 *Lex contractuum eſt voluntas contrahentium.*

1 DVODECIMO † fideiuſſor liberari dicitur PER PROROGATIONEM termini ſine temporis, quando ſcilicet creditor terminum fideiuſſioni conſtitutum, quamdiu illa durare debeat, inſcio, & abſente, vel præſente quidem, ſed non ſentiente fideiuſſore, prorogauit, puta ſi cum fideiuſſor vſque ad Ianuariarum Iduum diem (*vt ait l. 4. Cod. de collat. fund. patrim. lib. 11.*) ſe obligaſſet, principalis debitor, eam obligationem, vſque ad Calendas Octob. extendi fecerit, rogans creditorem, vt vſque ad illum diem de ſolutione ſecum ſit contentus. Nam iſto caſu magnæ auctoritatis Doctores ita diſtinguere ſolent.
2 Aut † fideiuſſor ſe ad certum vſque tempus obligauit, & ſi creditor debitori ſuo ſolutionis terminum prorogauerit, fideiuſſore non conſentiente, fideiuſſor (ſecundum illos) obligatione ſua liberatur, pro quo allegant *l. ſi cum Hermes C. de locato. l. item quæritur. §. qui impleto. ff. eod. tit. fac. in princip. verſ. Sed, ſi venditor. D. de peric. & com. rei vend.*
3 Aut † verò ſimpliciter fideiuſſor ſe pro ſolutione facienda obligauit, nullo adiecto tempore, tunc facta prorogatione non liberatur, ſed obligatus manet; *d. §. qui impleto.* Atque hanc diſtinctionem, tanquam veram approbarunt Specul. *in tit. de fideiuſſor. § 1. numer. 19.* Panormi. *in cap. conſtitutus, in fin. extra de fideiuſſor.* Hippolit. *in Rubr. de fideiuſſor. num. 89.* Cepella Tholoſana *deciſ. 181. & ibi Aufrer. in addit.* Guido Papæ *ſing. 977. numer. 1.* Pract. Ferrarienſ. *in forma libell contra plures reos debendi, in gloſſ. ſuper verb. Solutionem facere recuſauerunt, numero 1. & ibi Maſuer. in addit. verſ. conſenſerit.* Hieronimus Gratus *reſponſ. 126. numero 10. & 11.* Benuen Stracha *in tractat. de decurionibus. parte quinta, numero primo* (relatus ab amico noſtro Dn. Rutgero Rulando *in tractat. de commiſſ. part. 4 lib. 9. capite vltimo numero 47.*) Tiraquell. *de retrac. conuent. §. 1. gloſſ 7. num. 126.* Mynſing. *centur. 6. obſeruat. 53.* Andreas Gail. *lib. 1. obſeruat. 91. in fin. & lib. 2. obſeruat. 30. numero vlt.* Hartman *in pract. obſeruat. tit. 29 obſeruat. 1.* Alexand. Raudenſis *de analectis lib. 1. cap. 11. num. 7.* (*quem etiam vide deciſ. 6 num 164.*) vt ſilentio prætercam Rotam *deciſ. 859. vel 860.* Franc Marc. *quaeſt. 529.* Bertrand. *conſil. 188 colum. 1. & ſeq vol. 1.* Lælium de Zanchis *in tract. de priuileg. Eccleſ. priuileg. 115. n. 13. & 14.* Vincent. Caroc. *in tractat. de locato & conducto part. 3. tit. de fideiuſſorib. num. 1. & in tit. de reuocatione locationes*

tionis 9 58.*part.*3.*& deciſ.*74.*n.*7.*&* 8. Bertazolium *clauſula*.41 *gl.*7.*n.*5. Maſcard. *de probation. concluſ.*ccix.*nu.*12. Fuluium Pacianum *de probat. lib.*1.*cap.*52.*num.*13.*&* 14. Qui quidem omnes hanc opinionem communem, imo & magis communem pronunciant, quamuis longe plures diſtinctiones hac de re adferat Ludolph. Schrader. *in Miſcellaneis, Anno,&c.*96.*editis*, *cap.*20. *mihi pag* 689.690. *&* 691.

4 Sed cum plus † vno verum eſſe non poſſit, vt ait Ariſtoteles, & poſt illum Andreas Knichen *de veſtitur. pactionib. cap.*3.*num.*210. videndum erit, num hæc di-
5 ſtinctio de iure ſubſiſtere poſſit. Et ſanè † putauerim, contrariam ſententiam, & æquiorem, & veriorem eſſe, quod nimirum fideiuſſor, qui ad certum tem-
6 pus tantum fidem ſuam obligauit (nam † eum, qui ſimpliciter fideiuſſit, non coarctata ad certum tempus obligatione fideiuſſoria, vel die ſolutioni aſſignata, nequaquam per prorogationem creditoris obligatione eximi, per ſe verum, & inconcuſſum exiſtit) ſemper obligatus maneat; etiamſi terminus ſolutionis alioquin ſit prorogatus, idque, vt clarius fiat, tali declarato exemplo: Titius pro Mæuio apud Caium pro 1000. florenis fideiuſſit, vſque ad quinquennium: appropinquante iam fine quinquennii, Mæuius debitor cum Caio creditore ſuo agit, vt ſolutionem illam, quæ in fine quinquennii fieri debebat, in ſequentem
7 annum, vel vlterius differat. Eſt enim † prorogare hoc caſu exactionem differre, *l. debitoribus. ff de re iudicat.* pulchrè Hermannus Vulteius *in commentar. ad l.*1.*num.*65.*Cod. de iuriſdict.* diem ſolutionis proferre, & prorelare, *l. cum ſoluenda ff. de diſtract. pignor. l.*2.*§ penult ff. de iudiciis. l. Labeo* 25.*§.*1.*ff. de recept. l. cum ſtipulatus.*113. *D. de verbor. obligat. l. fortiſſimi. Cod. de erogat. milit. annon. lib.*12. debitori pecuniam proferre, *l. quo teſtamentum.*27.*ff. de probat.* & dare interuallum; nec vrgere ad ſolutionem, *l. ſi vero.*12.*§. ſi poſt creditam.ff. mandati.* Quid iam dicemus? Certè vtcunque Titius fideiuſſor prorogationi non conſentiat, nihilominus tamen in ſummam illam 1000. florenorum obligatus manebit.

Et huius deciſionis rationes plures aſſignari poſ-
8 ſunt. Primò † enim præſupponendo, inter tempus præteritum, ſcilicet quinquennium, & tempus futurum ſiue prorogatum, diſtinguendum eſſe: rectè ſtatuo, quoad tempus præteritum, initio obligationi adiectum, fideiuſſori nullam liberationem competere, quoad prorogatum ſiue futurum verum verò fideiuſſorem ita ab obligatione eximi per prorogationem, vt nullo modo vlterius ad præſtationem eius, quod obligationi principali ex tempore prorogato accedit, adſtringatur. Mille igitur florenos cum vſuris quinquennalibus debebit Titius fideiuſſor, quamdiu etiam Mæuio debitori dilatio ad ſoluendum conceditur: at ratione vſurarum, & aliarum acceſſionum, reſpectu temporis, à quinquennio finito elapſi, Caio creditori à Mæuio debitarum, nequaquam conueniri poterit, quod etiam non obſcurè probat Tiberius Decianus *reſponſo* 72.*n.*45.*lib.*2.

9 Idque euidentiſſimè demonſtrat *d. l. ſi cum Hermes. in illis verbis: non oportere de poſterioris temporis periculo adſtringi. Cod. de locate.* & facit in argumentum *l. vlt. in verb. ſecuti temporis periculum ad eo peruenire non potuiſſe, manifeſtum eſt. C. in quib. caſib tutor vel curat. hab.*
10 *tutor. dari poteſt* Ratio † rationis eſt, quod adiectio temporis regulariter definit dilationem intra quam promiſſor cogitare debet de facienda ſolutione, non autem eſt modus terminandæ obligationis, *l. obligationum.§. placet ff. de obligat. & actio. c. cum dilecti. extr. de dolo, & contumac. text. in l. ſed ſi manente. ff. de precario.* Et ideò eleganter Paulus reſpondit: Die adiecto in mandato, intra quem præſtaturum ſe Lucius Titius ſcripſit, non eſſe impedimento, quo minus etiam poſt eum diem conueniri mandati iudicio poſſit, *l. ſi mandat.*59. *§.*2 *ff. mandati.* Nec minus ſcitè Camillus Borellus *in*
11 *controuerſia* 11.*nu.*12. ſcribit: Quod † prorogatio non dicatur liberatio, ſed obligationis prius contractæ dilatio, *ver l. cum ſtipulatus ſum. ff. de verb oblig.*

Secundò etiam certum eſt, quod demum poſt lapſum termini ad ſolutionem præfixi, & non ante, propter exceptionem, plus tempore petitionis, poterit conueniri, & exigi reus, *l. quoties in diem D. de verbor. obligat.* Quod ſi igitur creditor iure ſuo vti noluerit, exigendo pecuniam debitam in præfixo termino, ſed ſolutionem prorogauerit, quid, quæſo, poteſt cauſari fideiuſſor, cum & hæc prorogatio in ipſius gratiam concedatur, vt qui aliter coactus fuiſſet in primo termino ſoluere, fortaſſis etiam cum ſuo incommodo? *facit l.*3.*Cod. depoſiti. l. cum quidam. § D uſu ff de vſur. l. cum qui verſi ...um grat as agere C. de natur. lib.*

Tertiò pro hac ſententia vrget, quod per proroga-
12 tionem † vlterioris temporis non tollitur, ſed tantum differtur exactio, *d. l. ſi vero.*12 *§ ſi poſt creditam ff mandati. Alex. conſil.*72.*num* 7.*vol.*6. Si igitur certa dies pro dilatione ſolutionis apponatur, non debet eius lapſus liberare, vel reum, vel fideiuſſorem, ne inducta ad vnum finem operentur contrarium, *argumento l. ſi vnus. §. ſi cum reo D. de pactis.* contraria autem eſſe differre, & liberare, non eſt ambiguum.

13 Quartò mouet, quod † terminus ſoluendi prorogatus, intelligitur prorogatus cum omnibus ſuis acceſſoriis, & qualitatibus Bart. *in l.*1 *§. & poſt operis. num* 4 *ff de noui operis nunciation.* Iaſon *in l.*1.*numer.*18. *cum ſeqq. C. de iudiciis.* Daniel Mollerus *in comment. ad conſtit. Saxonic. conſtit.*19.*num.*1 *part.*2. vbi præter Alex. Ant. Naſſam Galeſium, Feli. Tiraq Beroum. Boer. Franc. Marc. & alium Iuriſconſ. etiam allegat Mynſ. *cent.*6.*obſ* 53 ac Tiber. Decia. *reſponſ.*72.*lib.*2. Etſi igitur creditor ſolutionis terminum prorogauit, non tamen hoc eo animo fecit, quaſi quidquam in obligatione priſtina immutari vellet, ſed vt gratificaretur tam fideiuſſori, quam reo, qui alias præcisè ſoluere coacti fuiſſent Auſterius *in additon. ad Cavell. Tholoſ. dec.*181. Pariſius *conſ.*42.*lib.*1. Alciatus *in l. lecta.n.*53.*ff. ſi*
14 *certum petatur* Atque ideò prorogatio iſthæc † creditori non debet nocere, vel ad alium (vt modo dixi) finem trahi, cum ſatis ſit, prorogationem hanc efficere ne debitor, vel eius fideiuſſor, durante dilatione, moleſtentur, aut in mora eſſe videantur, *l. Lucius §. Paulus D. de adminiſt. tut. l. Labeo. § ſi per ſ. de uſ...eom. D. de arbitris.* Alexand. *conſ.*82.*vol.*6. Fachineus *lib.*2.*controuerſ iuris. cap.*88. *verſ poſterius autem.* Daniel Mollerus *d. conſtit.*19 *num.*3. *&* 4. Camillus Borellus *controuerſia* 11.*n.*25 *&* 16.

15 Quintò, huc † non male adduci poteſt text. *in l. ſi à colono § 1. D de fideiuſſoribus.* vbi Paulus ita inquit: *Cum facto ſuo reus principalis obligationem perpetuat, etiam fideiuſſoris durat obligatio: veluti ſi moram fecit in Sticho ſoluendo, & is deceſſit.* Et ad idem eſt text. *in l. ſi ſeruum.*91. *§. nunc videamus. D. de verborum obligation.* Quod ſi igitur debitor in præiudicium fideiuſsoris ſuo facto obligationem perpetuare, h. e. eam, quæ tempore tandem defitura erat, perpetuam facere poteſt, quæ quidem perpetuitas, ſecundum naturam actionum perſonalium ciuilium, ad 30. annos extenditur, cur non etiam eandem ſuo pacto ad breue aliquod temporis ſpacium differret, ſiquidem non debet, cui plus licet, quod minus eſt non licere? *Vulgata l. non debet.*21.*D. de reg. iur.*

Digitized by Google

16 Atque † hæc ſententia, quidquid etiam alii dicant, procul dubio verior, & magis communis eſt, ſicut eam quoque communem pronuntiat Iaſon *in l. lecta. num. 9. ff. ſi certum petat. & in l. 1. numero 18. cum ſequentibus. C. de iudiciis.* vbi formaliter inquit, ſe, quidquid alias tenuerit, hanc opinionem nunc tenere. Item Abbas Panormitanus, & Auguſt. Beroius *in c. de cauſis. num. 36. & ſeq.* communem dicens, *de offic. iud. de leg.* Anton. Gabr. Roman. *in com. concluſ. lib. 5. tit. de fideiuſſoribus. concluſ. 31.* Portius *lib. 3. concluſ. concluſ. 4.* Io. de Imola *in c. conſtitutus. de fideiuſſor.* VVeſenb. *in paras. ff. de noua. cum. 6. in fin.* Eman. Soarez *in com. opin. lit. F. num. 160.* Camillus Borellus *controuerſia 11. nu. 19.* Eamque adeo probat Anton. Gomeſius *in reſolut. tit. de contractibus. cap. 13. num. 19.* vt addat, eam tanquam veriſſimam in iudicando, & conſulendo tenendam eſſe, non autem contrariam, id quod nouiſſime etiam eleganter demonſtrauit Colerus *de proceſſ. execut. part. 1. c. 10. à 298. ad 318. attingens etiam in deciſion. Germania. deciſione trigeſima, num. 20. & 21.* & poſt eum, non minus erudite, quam luculenter Antonin. Teſſaurus *deciſ. 125.* vbi permultos Doctores ita ſentientes accumulat, & hanc partem tutiorem, communiorem, & æquiorem dicit. In eandem ſententiam quoque nouiſſime conceſſit Ioann. Goddæus *de contrah. ſtipulat. cap. 11. concluſ. 10.*

17 In terris † quoque Saxonicis ita quotidie practicari teſtatur Ioach. a Beuſt. *in tractatu de iuramento. nouando.* id quod tamen vix eſt veriſimile, propter Nouellam conſtitutionem Electoris Auguſti 19. *in princ. p. & § 1. part 2.* quæ contrarium diſponit, de quo vlterius vide Daniel. Molierum *lib. 1. ſemeſt. cum c. 17. & in commenta ad d. conſtit. 19.*

18 Nec † obſtat *d. l. ſi cum Hermes. C. de locat.* Et ſi enim ibi dicitur, non teneri fideiuſſorem in futurum, non ſtatim tamen inde ſequitur, non teneri quoque eum in id, pro quo in præteritum fideiuſſerat, *argumento textus in l. vltima. in fine verſic. ex eo die. C. de negotiis geſtis.* Non aduerſantur etiam *l. final. ff. de pactis. l. vbi eumque. D. de fideiuſſoribus.* & alia quædam ex aduerſo prolata argumenta. Nam ad ea omnia facile reſponderi poteſt, vt oſtendunt Colerus *ſupra dicto loco nu. 307. & 308.* Anton. Teſſaur. *dicta dec. 125. nu. 15.* quibus hac in parte aſtipulor.

Euerſa igitur contraria opinione corruunt etiam omnia illa, quæ ſuper ea fundantur, vtpote cum Do-

19 ctores ſcribunt; Si † quis fideiuſſerit pro cuſtodibus caſtri, vſque ad ſex menſes, quod elapſis ſex menſibus, ſit liberatus, etiam ſi à caſtellano prorogatus ſit terminus ſex menſium, ſine conſenſu fideiuſſoris, Angelus *in l. ſi vnus. § ſi cum reo ff. de pact.* Martinus Laudenſis *in tractatu de caſtris, & caſtellan. quæſtione vigeſima nona.* Baldus *in additionibus ad Speculatorem, titul. de fideiuſſoribus num. 19. verbo, conſtitutus* Marian. Socin. (poſt Bald. Petr. de Anchar. Henric. Bohic. Iacob. de Arena. Ioan. de Imol. & Abbat. Siculum) *in conſ. 21. nu. 10. & 11. vol. 1.* Muſcatellus *in practica fideiuſſoria. part 1. modo 14 num. 13. 14. 15. 16. & 17.* vbi tamen ſubdubitat, & cogitandum relinquit. Nam quoad elapſum tempus ſex menſium, fideiuſſor nullo modo eſt liberatus, ſed ad id, quod in conuentionem expreſſe venit, tenetur: at quoad tempus futurum ſiue prorogatum liberatus eſt, & de nullo periculo adſtringitur, etiamſi cuſtodes caſtrum poſtea deſerant, *d. l. ſi cum Hermes C. de locato.* Et ita quoque intelligendus eſt Andreas Gail. *lib. 2. obſeruat. 30. nu. 12.* qui de hac ipſa quæſtione ibi diſſerit.

20 Notandum tamen † eſt prædictam noſtram concluſionem, quod plerisque Interpretibus placuerit, ſi tempus adiectum fuerit cauſa finiendæ obligationis, non autem cauſa differendæ in longius tempus ſolutionis, quod iſto caſu per prorogationem termini fideiuſſor liberetur, & poſt tempus limitatum amplius conuenire non poſſit, Panormitanus *in cap. conſtit. num. numero 10. de fideiuſſoribus.* Iaſon *in l. lecta, num. 21. D. ſi certum petat.* Ferrarienſ. *in forma libelli contra plures reos debendi. verb. ſolutionem, num. 2.* Alexander *conſ. 66. columna ſecunda. volumine 7.* Æmilius Ferretus *reſponſ. 8.* Decius *conſ. 94. in fi.* allegatus à Hieronymo Grato *reſponſo 126. num. 12.* Tiraquellus *de retractu conuent. § 1. gloſſ. 7. num. 126.* Andreas Gail. *lib. 2. obſeruat. 30. num 11.* qui plures citat. Attingit etiam eandem diſtinctionem Auguſtin. Moria *in emporio iuris. part. 1. titul. 8. in princip. n. 12. præmiſſ. n. 85. num.* tamen 86. eam improbans.

21 Verum † etſi hi inter tempus finiendæ obligationis, & tempus differendæ ſolutionis ita diſtinguunt, tamen verius eſt, fideiuſſorem, etiam ſi dixerit, quod tantum ad triennium, & non vltra pro obligatione, velit teneri, non liberari ab obligatione, per ſolum lapſum triennii, in ea ſumma pecuniæ, quæ demum poſt triennium erat exigibilis, *per tex. um in dicta l. ſi cum Hermes in fin.* qui ſatis euincit, eum, qui pro alio ad certum tempus fidem ſuam obligauit, ratione quidem illius temporis omnino teneri, licet poſterioris temporis periculo non adſtringatur. Ecce in hac lege fideiuſſor finiendæ obligationi quinquennium præſcripſerat, ſed in prorogatio, num liberatum eſſe fideiuſſorem Imperator Alexander pronuntiat? Neququam, ſed ait, fideiuſſorem ſaltem poſterioris temporis periculo non adſtringi, ergo certe à contrario ſenſu ſtatuit, eum anterioris temporis ratione obligatum permanere.

Et quis, quæſo, eſſet huius triennalis obligationis effectus, lapſo triennio fideiuſſorem ſtatim liberari dicendum eſſet? Hoc enim mihi videtur neceſſe eſt, ex ſtipulatione, qua fideiuſſor ſe obligauit, ortam fuiſſe obligationem naturalem, & ciuilem, & ex hac obligatione rurſus actionem, & vim exigendi promanare, iuxta definitionem obligationis, *§. 1. Inſtitut. de obligationibus.* vbi Stephan. Bodens eleganter dicit, quod

22 † obligatio ſit iuris vinculum, quo vel inuiti creditoribus noſtris aliud dare, vel facere compellimur, pro lege, quæ inter contrahentes dicta eſt. Quæ igitur actio ex efficaci obligatione ſemel nata, ea ſolo tempore certe rurſus perimi non poteſt, cum ne quidem inducatur, *l. obligationum fere. § placet. ff. de oblig. & action. §. at ſi ita ſtipuleris Inſtit. de verbor. oblig.* alias enim fideiuſſor obligatus, & non obligatus eſſet, quod eſt abſurdum.

Præterea, ſi conſideremus ipſa verba quibus fideiuſſit fidem ſuam ad certum forte tempus obligat, manifeſtum fiet, eum etiam, adueniente termino, pro præterito tempore non liberari. Quid enim, ſi ita ſtipulanti creditori ſpondeat *ad triennium, & non vltra pro Maeuio ſpondeo?* Profecto pro toto illo comple-

23 to triennio tenebitur, non ſolum, † quia, Ad triennium, idem ſignificat, quod, Vſque ad triennium, *l. mariti 29. §. quinquennium ff de adulteriis.* iunctis iis, quæ tradit Tiraquellus *de retractu conuention. § 1. gloſſa undecima numero 67. & ſequentibus.* Camillus Borellus *in tractatu de compromiſſis. §. 1 gloſſ. 3. numero 313.* verum

24 etiam, quia propriiſſima † natura dictionis, VSQVE, hæc eſt, vt terminum ad quem ſignificet & omnia, quæ intra illum terminum comprehenduntur, includat, *l. patronus. §. Sempronio. D. de legat. tertio. Vincentius Caroſius deciſione 42. num. 18. vbi plura hac de re.* vnde ſequetur, vt & fideiuſſor ad omne id ex ſua ſponſione teneatur, quod debitorem ratione elapſi triennii dare fa-

re facere oportet, quandoquidem illius ſponſionis tria ſunt capita: vnum ſed ad triennium ſpondere alterutri, ſe non vltra ſpondere: tertium, ſe ſpondere idem, quod debet debitor principalis. Etſi igitur vltra triennium ex primo, & ſecundo capite amplius fideiuſſor non tenetur, iuxta textum rotundum *in l. non intelligitur. §. cum quinquennium ff. de iure fiſci. d. l. ſi vnus, § ſi cum reo, ff. de pactis.* attamen ex tertio capite tenetur, vt ſoluat id, quod ſpopondit, *l. Celſus §. 1. verſic. ſed ipſe recte putat. ff. de arbitris.* Alias enim ſponſio illa perinde habenda eſſet, ac ſi creditori ſtipulanti, in hunc modum dicis cauſa promiſiſſet: *Spondeo quidem tibi pro debitore tuo ad triennium, ſed tamen ſub illa conditione, vt intra, vel poſt triennium à me nihil exigas,* quo quid magis rediculum eſſe poſſit, non video, cum ſponſio, & obligatio abſque effectu actionem producendi eſſe nequeat, nec opus ſit verbis, quæ rerum effectus nullus ſequitur, *l. contractus 54. ff. de obligationibus, & actionibus leg. vltima Cod. de donationibus.* Imo pro homine bardo, & ſupino meritò habendus ſit, qui ſub tali ſponſione cuiquam pecuniam ſuam credat, *l. cum de indebito ff. de probationibus.*

25 Nec ad † rem facit Nouella Electoris Auguſt. *par. 2. conſtitut. 19. §.* quæ contrariæ ſententiæ aſtipulatur, ſtatuens, ſi fideiuſſor in inſtrumento obligationis expreſsè proteſtetur, ſe poſt tempus ſolutionis præfinitum amplius obligatum eſſe nolle, & debitore ceſſante, fideiuſſorem intra tres menſes poſt elapſum terminum non conueniat creditore, vel fideiuſſore inſcio, & non conſentiente, terminum ſolutionis prorogat, quod fideiuſſor ſit liberatus, quod etiam probat Daniel Molletus *in d. conſtitut. 19. n. 6. 7. & 8. & lib. 1 ſemeſtr. cap. 17.* aſtipulatorem habens Hieronymum Treutlerum *ſelect. diſput. vol. 2 diſput. 28. theſi 4. lit. G,*
26 *in fin.* Particularis † enim, & præciſi fori eſt, & ob id, tanquam localis conſtitutio, extendi ad alium locum nequit, non magis, quam quodlibet aliud ſtatutum, Bald. *auth. hodie. C. de indictis.* Curt. ſenior. *conſ. colum. 7.* Roland. à Valle *conſ. 55. n. 13. vol. 1.* Ludolph. Schrad. *de feud. part. 7. cap. 5. num. 71. & ſeqq.* And. Kirch. *de veſtitis pactionibus cap. 1. num. 36.* Ne dicam, quod ipſe Elector fateatur, dubium eſſe, num etiam iure communi probari queat, id quod fieri vix poſſe, iam eſt oſtenſum, idem mecum ſentiente Matthia Colero *in tractat. de proceſſ. execut. part. 1. capit. 10. num. 303. 304. & 310. 311.* vbi alia ad hoc accumulat.

Atque hæc quidem ſententia non euertitur ex eo,
27 quod † licet Conſtitutiones Electorales loco clauduntur, non tamen earundem æquitas, & ratio ipſe claudatur, quæ vbique viget. Cicero *in lib. de Republ.* Quoddam Doctor *conſ. 9. n. 28.* Virgilius Pingizzerus *conſ. 1. n. 4.* Vnde etiam Horat. Piſtor. in quodam apud me aſſeruato manuſcripto conſilio, in cauſa N. contra N. *An.* 589. conſuluit, quod ex Conſtitutionibus Electoralibus declaratio deſumi poſſit, etiam in locis extraneis, cum in conſuetudine fori Saxonici fundentur. Et enim hoc fortaſſis admitti poſſet in illis locis, vbi ius Saxonicum adhuc viget, alias ad declarationem iuris communis fruſtra adhiberentur. Et
28 proinde, cum † ſecundum Teutonum leges ſiue ius Saxonicum in Sacro Regio Auditorio Lituanico re pondeatur, ceu auctor eſt Pet. Royzius *deciſ. Lituanica. 1. n. 187.* Ioan. Daurh. *in tract. de teſtam. in prolegom. num. 8. verſ. item Poloni. mihi pag. 40.* poſſet ibi Conſtitutionum Electoralium pro declaratione aliquis eſſe vſus, per ea quæ tradit Andr. Rauchbar. *part. 1 qu. 40. num. 13.*
29 Pariter † non infringitur per rationes ab Æmylio *Antonius Heringius.*

Ferretto *in d. reſponſo 8* ; alium adductas. Nam primo nihil officit, quod fauor fideiuſſoris in obligatione ſua requirat, vt non poſſit conueniri poſt diem, ſiquidem faciliores, & propenſiores eſſe debemus ad liberandum, quam ad obligandum, *l. Arrianus ff. de obligationib. & actionib.* Etſi enim verum eſt, hoc modo fideiuſſoris vtilitatem promoueri, id tamen abſque præiudicio creditoris eſt intelligendum, quandoquidem non debemus vni ita prodeſſe, vt alteri obſimus, iux-
30 ta illud vulgarum: Non † eſſe vnum altare detegendum, vt alterum cooperiatur. Præterea, hic non de aliquo obligando, ſed de iam obligato agimus, & proinde *d. l. Arrianus* locum obtinere nequit, præſertim, quia noſtrum non eſt, ex imaginaria quadam, & nuſquam ſcripta, æquitate, cum detrimento alterius, & ademptione iuris quæſiti, ad liberationem propendere, iuxta tradita per Zaſium *conſ. 10. n. 34. lib. 1.*

Nihil etiam impedit, quod fauorabiliores eſſe debeamus in fideiuſſorem excipientem, damnumque vitantem, quam in creditorem agentem, lucrumque captantem, *l. vlt. § ſi quis verò C. de codicill. l. fauorabiliores ff de reg. iur.* Non enim hic creditor ſollicitus eſt de nudo lucro captando, ſed de damno vitando, cum ſuum tantum perſequatur, & quod fideiuſſorem ex contractu inito dare facere oportet, petat.

31 Denique nihil vrget, Quod † lex contractuum eſt voluntas contrahentium, *l. contractus ff de regulis iuris l. non omnis ff. ſi certum petat.* Voluntas autem ex verbis præcipuè colligitur, *l. non aliter ff de legat. 3.* Et quod is, qui promittit, quod obligatio ſua tantum per annum, vel triennium proximum futurum durare debeat, non ſimul promittat, indemnem futurum creditorem, aut ſe ſolutum, atque ideo ineptum videri, illam promiſſionem ab obligatione extendere ad ſolutionem poſt annum demum faciendam. Nam præterquam, quod hæc adiectio prorſus euertitur, per ea, quæ proximè dixi *n. 22. 23. & 24.* inſuper etiam nugatorium, & cauſſatorium eſt dicere? Fideiuſſorem quidem hunc obligari, ſed tamen non ad hunc effectum, vt poſt annum creditor indemnis ſeruetur, aut vt is fideiuſſor ſoluat. Quorſum enim obligatio iſta, cui adimitur effectus? Cuius etiam vtilitatis fideiuſſor iſte, quem vt maximè velis, conuenire tamen, vel intra (propter exceptionem plus tempore petitionis) vel poſt annum non potes? *l. 2. in princ. ff qui ſatiſd. cogant.* Sed inquis: Intra annum, vel triennium creditor aduerſus fideiuſſorem actionem inſtituere debuit, quod quia non fecit, ferat negligentiæ ſuæ acceptum, poſt annum, vel triennium, ratione prioris ſuæ obligationis, conuenire non poterit, Abſurdum, & cum ipſo fine fideiuſſionis in vniuerſum pugnans. Cum enim obligationi tam principali, quam acceſſoriæ annale, vel triennale tempus ſit præfixum, liberum eſt, tam debitori, vel fideiuſſori, an velint ſe intra tale tempus obligatione liberare, quam creditori, an velit illos pro ſolutione conuenire, vt latius deduxi intra *hoc ipſo cap. § 15. n. 10. & multis ſeq.* Quod igitur fauore creditoris introductum eſt, non debet in ipſius læſionem retorqueri, *l. quod fauore, C. de legib. l. nulla iuris ratio ff eod. tit.* Quin potius contentus eo eſſe debet fideiuſſor, quod vltra triennium ipſius obligatio non extenditur, non etiam ſimul poſtulare, vt durante illo triennio obligatio ipſius nullarum fuerit virium, nullius effectus, cum tamen omnis fideiuſſoris quantumcunque in tempus etiam obligatio eius ſit duratura, in hoc accipiatur, vt creditor tantum ab eo conſequi queat, ſi debitor fortè in ſoluendo moram nectat, aut etiam ſoluere nequeat, vt oſtendi ſupra *n. p. 16.*

§. 13. DE ELECTIONE.

S V M M A R I A.

1 *Electione tollitur obligatio fideiuſſoria.*
2 *Electio non poteſt eſſe, niſi plures ponantur, & adſit iudicium.*
3 *Inuentio facilis electio.*
4 *Electio malu culpam ſecum trahit.*
5 *Eligens eligendo etiam idoneum peccat, ſi alium magis idoneum omittat.*
6 *Electione vnius ex pluribus reis debendi quatenus liberatio contingat.*
7 *L. ſi creditores C. de pactis intellectus.*
8 *Creditor ſi vnum ex correis, vel fideiuſſoribus ſcripſerit, vt ſoluat ſuam partem, quotam, atque huic admonitioni fideiuſſor vcſualiter paruerit, debitum diuiſum eſt.*
9 *Creditoribus pluribus concurrentibus, & ſeparationem bonorum petentibus, quatenus hæres electione liberetur.*
10 *Electio vnius ex pluribus confideiuſſoribus quatenus reliquos liberet. Et num. 11.*
12 *Dn Georgy Obrechtiſ ſententia commode explicatur.*
13 *Electo debitore num fideiuſſor liberetur? Et num. 14.*
15 *Electo reo non liberatur mandator.*
16 *Electo vno ex pluribus fideiuſſoribus non tamen debitor liberatur.*
17 *Electo vno ex pluribus mandatoribus, num cæteri mandatores liberentur.*
18 *Creditor pro eodem debito, & pignora, & fideiuſſores accipiens electionem habet, vtrum ius perſequatur, Sed declaru, vt num. 19.*
20 *Creditor, qui à debitore pignus habet, ad pignoris venditionem prius deuenire debet, quam fideiuſſorem conueniat, iuxta Cardinalem, & Valentin. Francum. Sed contrarium auctori vtrius videtur.*
21 *Conctio electioni eſt contraria.*
22 *Rationibus non licet vti ad correctionem eius, quod nominatim deciſum eſt.*
23 *Pignoribus datis à reo principali diſtractis, reſiduum fideiuſſore petere licet. Et num. 24*
25 *L. à Diuo Pio. § ſi pignora ff. de iud. explicatur.*
26 *Datio in ſolutum vicem venditionis obtinet.*
27 *L. ſi vt proponis C. de fideiuſſoribus intellectus. Et num 28.*
29 *Creditor, cui ab initio debitor pignus & fideiuſſorem obligauit, poteſt debitori gratiam facere, vt pignus vendat, fideiuſſor nihilominus obligato manente. Quod tamen declarationem recipit, vt n. 31.*
30 *Amiſſio pignori fideiuſſorem in nullo releuat.*
32 *Debitor vendens pignus, quod alieni datum eſt, vt fideiubeat, furtum committit.*

1 DEcimo tertio † fideiuſſio tolli dicitur per ELECTIONEM huius vel alterius fideiuſſoris, Quando fideiuſſore vocatus eſt, neque enim electio
2 eſſe † poteſt, niſi plures ponantur, & adſit iudicium, vt ait Æmylius Ferretus, *in l. ſerui electione 5. num. 3.*
1 *ff. de legat.* 1. Quamobrem etiam hac in re credito-
3 rem cautum eſſe oportet, facilis † enim, vt alibi in ſimili ait Plinius iunior, hoc caſu inuentio, non faci-
4 lis electio malaque † electio eſt in culpa, vt ait M. Anton de Amatis *deciſ. 8. num. 44 & deciſ. 21. num. 47.*
5 Et peccat † eligens eligendo etiam idoneum, ſi alium magis idoneum omittat. *Abbas in capit. conſtituis la 2. num. 7. in fin. ad appellationibus Anton. de Gamma deciſ. 267. num. 2.* Vt igitur tanto clarius pareat, quid de eo iura noſtra non ſolum vetera, ſed etiam nouiſſima ſtatuant, paucis rem iſtam perſtringam, & relatis aliquot cauſibus explicabo.

6 Primus igitur † caſus eſto, quando creditor duos vel plures reos debendi habet, tunc iure prouiſum eſt, quod alterutrum horum creditor eligere, vel pro parte conuenire (intellige, iudicialiter) vel ſatis non faciente, contra quem egerat primo, poſt illum ad alium reuerti poſſit, cum nullus de his electione (quod bene notandum, nam ad petitionem creditoris ſubſecuta forte debitoris vnius acceptataque ſolutione ſecus eſſet) liberetur, *l. reos & ibi Bart. Bald. n. 1. Salycet. n. 4. C. de fideiuſſorib. Frederic. Pruckman. conſ. 8. nu. 28. 29. 30. 31. & 32* Cui non obſtat *l. ſi creditores C. de pactis* quæ etiam eſt Impp. Dioclet. & Maximiniani. Dici enim poteſt, ibi pro, Quenquam, legendu eſſe. Quemque, vt exiſtimat, Ludouicus Charondas, vel potius, vt ego arbitror, quod ibi creditores non ſolum ex pluribus correis debendi vnum elegerint, verum etiam obligationem, lite cum correis iſtis conteſtata, diuiſerint, ab vnoquoque eorum pro ſua perſona, vi taciti pacti partem debiti accipiendo, & admittendo, *iuxta l. liberum Cod. de fideiuſſ.* Idque quodammodo euincunt verba illa, *Ex parte debiti, & pro ſua perſona ſoluentem,* quam interpretationem etiam poſt Oldrad. Bald. Imolam, & Caſtren. contra Socinum, & Decium probauit Æmylius Ferretus, *in l. ſi ex toto §. ſi un nu. 19. ff. de legat. 1.* Et vt maximè inter has leges eſſet aliqua probabilis diſcrepantia, tamen hodie per conſtitutionem Iuſtinianam, *in l. vlt. C. de fideiuſſ.* illa foret ſublata, ſi quidem ibi ſtatuitur, quod electione vnius rei debendi nequaquam præiudicium creditori aduerſus alium fieri debeat, quod etiam innuit *Ferretus d. loco num. 17.*
8. Niſi forte creditor † ad vnum ex correis, vel fideiuſſoribus ſcripſerit, vt ſolueret partem ſuam, ſiue partem virilem, quotam, huicque admonitioni correus, vel fideiuſſor paruerit, creditorique facta computatione, quotam ſuam dederit, tunc enim debitum diuiſum eſt, nec opus eſt aliqua proteſtatione, ſe pro reliquis partibus teneri nolle, prout in ſpecie decidunt Salyce *num. 4.* Alexand. *numer. 4.* Curt. *numer. 4. in d. l. ſi debitores Cod. de pactis.* Et poſt illos Frideric. Pruckman. *in conſ. 8. per diſcurſum, & præſertim num. 15. & 25.* vbi admodum eleganter hanc materiam pertractat. Probauit eam ipſam ſententiam quoque cum Caſtellian. Cotta *in memorabilibus verb. Creditor habens,* Horat. Carpan. *ad ſtatut. Mediolan. p. 2. cap. 189. num. 2.* cui adde de Ioan. de Arnono *in cautelu* 81.

9 Secundus † caſus eſt, quando plures creditores concurrunt, & ſeparationem bonorum, debitoris nimirum defuncti & hæredis ipſius petunt *iuxta l. 1. ff. de ſeparationib. l. 2. & 8 C. de reb. auct. iud. poſſid.* hoc caſu, ſi quidam creditores nouandi animo ab hærede ſtipulentur, amittunt ſeparationis commodum, cum ſecuti ſint nomen hæredis, nec poſſint iam ſe ab eo ſeparare, qui quodammodo eum elegerunt, ſed etſi vſuras ab eo ea mente, quaſi eum eligendo exegerunt, idem erit probandum *d. l. 1. §. illud ſciendum. ff. de ſeparationib.* Et hæc electio in tantum ſeparationem impedit, vt illa ne quidem redintegrari queat, licet creditores ſeparationem petentes ab hærede fideiuſſores acceperunt *d. l. 1. §. item quæritur. ff. de ſeparationibus.*

10 Tertius † caſus eſt, quando vnus ex pluribus confideiuſſoribus eiuſdem quantitatis à creditore electus totum exſoluit, hoc caſu talis electio, interueniente ſolutione reliquos confideiuſſores, quidem liberat,

ſed

ſed ſoluens nullam habet ad repetendum actionem niſi ei ceſſa fuerit, *l. vt fideiuſſor. 38. ff. de fideiuſſoribus.*

11 Quando verò † vnus ex fideiuſſoribus ſaltem eligitur
nec totum ſoluit, tunc vtique ſola illa electio reliquos confideiuſſores non liberat, ſed integrum manet ius creditori, donec in ſolidum pecuniæ ei perſoluantur, vel alio modo ſatisfiat, *d. l. vlt. C. de fidei.* Et quamuis *in l. liberam. C. eod.* dicatur, poſt litis conteſtationem petitionem contra plures fideiuſſores diuiſam non redintegrari, tamen, & id abrogatum iam eſt *in d. l. vlt.* ibique ſtatutum, quod etiam conteſtatione contra vnum ex fideiuſſoribus facta, alter non liberetur. Et
12 proinde de iure † nouiſſimo vix procedet ſententia
Dn. Georgij Obtechti, *in tract. de lit. conteſtatione c. 10. n. 82.* volentis creditorem qui cum vno è fideiuſſorib. litem conteſtatus eſt, poſtea petitionem in omnes redintegrare non poſſe.

13 Quartus † caſus eſt, quando à creditore eligitur debitor ipſe, quo electo etiam olim fideiuſſor liberabatur, vt ſcribit Cuiac. *lib. 2. tit. 9. §. creditor.* & Paulus *lib. 2. ſentca. tit. 17. C. de fideiuſ. tat.* & quidem non ſolum ipſe fideiuſſor, & hæres eius, vt ibidem Paulus notat his verbis: *Electo reo principali, fideiuſ. vel hæres liberatur.* Et quia illa electione rei principalis fideiuſſor liberabatur, ideo cauti creditores curare ſolebant, vt reum principalem mandatu fideiuſſoris eligerent, quoniam hoc genere creditori in fidejuſſorem integra erat actio mandati, ſi ſuum à reo principali ſeruari non poſſet, *l. ſi mandauero 22. §. integrum l. ſi mandatu. 45. §. vlt. ff. mandati. Cuiac. lib. 23. obſerua. c. 25.*

14 Verum hæc Iuſtinianæa conſtitutione ſunt mutata, &
ſancitum, quod rei principalis electione neutiquam liberari debeant fideiuſſores, niſi prius creditori ſatisfiat, *d. l. vlt. C. de fideiuſs.* Et licet hæc ſanctio de Reo tantum loquatur, tamen & de hærede rei intelligenda erit, quum reus hæredem ſuum proculdubio obligatum relinquat, vt ſupra hoc ipſo capite §. 10. *n. 21. & ſeq.* eſt demonſtratum.

15 Cui tamen † hoc ad explicationem iuris veteris addendum eſt, quod vtcunque illo iure electo reo, fideiuſſor liberaretur, non tamen ſimiliter electo reo, liberatus fuerit mandator. Paulus *d. lib. 2. ſent. tit. 17. in fin. l. Granium 71. in pr. verſ. quamuis enim ff. de fidei.* cuius diuerſitatis rationem explicat. *Cuiac. d. lib. 23. obſer. cap. 25.* Eſtque huic deciſionis iuris veteris etiamnum inhærendum, cum contrarium *in d. l. vlt. C. de fideiuſs.* non reperiatur.

16 Quintus † caſus eſt, ſi creditor vnum ex fideiuſſorib. eligat, & debitor ſe per id liberatum eſſe aſſerat, nam per electionem illum debitor etſi olim, auctore Caio *in frag. lib. 2. tit. 9. §. creditor.* non tamen hodie liberationem meretur, ſed integrum manet ius creditori, donec in ſolidum pecuniæ perſoluantur, vel alio modo ſatisfiat, *d. l. vlt. C. de fid. Alciat. in l. ſi creditores n. 24. C. de pact.* An verò creditor, relicto reo, fidejuſſorem ita eligere poſſit, infra ſuo loco *c. 27.* dicetur.

17 Sextus † caſus eſt, quando ex pluribus mandatoribus ſimpliciter acceptis, vnus mandator eligitur, quo genere tamen vno ex mandatoribus ita electo, lite etiam cum eo conteſtata, imo & abſolutione ſecuta, cæteri non liberantur, *l. amiſſi. §. vlt. & ibi Gothofred. in gl. 5. ff. de fideiuſ. l. reos 23. l. vlt. in pr. C. eod. Paulus lib. 2. ſent. tit. 17. in fin. Cuiac. d. lib. 23. obſer. cap. 25.* Nec eſt quod quiſquam *d. l. liberum. & d. l. reos* tanquam contrarias committat; Illa enim de fideiuſſoribus: hæc de mandatoribus loquitur, inter quos ſemper fuit hac in re differentia, donec illa tandem ſublata eſt, per conſtit. Iuſtiniani *in d. l. vlt. C. de fideiuſſ.* quæ fideiuſſores mandatoribus exæquauit.

18 Hiſce nunc † eleganter ſubiicimus, quod creditor, qui pro eodem debito & pignora, & fideiuſſores accepit, electionem habeat, vtrum ius perſequatur. Pignus namque diſtrahere non cogitur, ſi fideiuſſorem ſimpliciter acceptum omiſſo pignore conuenire velit, *l. inter eos 51. §. creditor ff. de fideiuſſ. Rutger. Ruland. de commiſs. par. 3. lib. 7. cap. 5. n. 12.* Imò, etſi mandato-
rem, pignoribus non diſtractis, eligere velit, *l. qui mu-*
19 *tuam 56 ff. mandati.* Modo non in id † tantum, quod ex
pignoribus refici non poteſt, fideiuſſor ſit acceptus, tunc enim hypothecis, vel pignoribus prius diſtractis, nihilominus in id, quod deeſt, aduerſus reum, vel fideiuſſorem ei actio competit, *l. inter creditricem 63. ff. de fideiuſ. l. 3. C. de diſtrac. pig. l. quamuis 8. C. de pignor. l. grege. §. etiamſi creditor. ff. de pignor. l. 2. in fin. C. de fidei. ius.* Nec obſtat Auth *ſed hodie. C. de obligat. & act. & Auth. Hoc ſi debitor. C. de pignor.* Illi enim textus in alijs terminis loquuntur.

20 Non aduerſantur † etiam, quod poſt Cardin. *in cap. peruenit extra, de fideiuſſorib.* tradit Francus *in tract. de fideiuſ. c. 5 n. 176.* creditorem, qui a debito pignus habet ad pignoris venditionem prius deuenire debere, quam fideiuſſorem conueniat: contradicit enim iam citatis textibus, qui creditori liberam electionem relinquunt. Et vtcunque largiamur, fideiuſſorem beneficio excuſſionis etiam in venditione iſtius pignoris vti poſſe, ſi forte conueniatur, interim tamen libertas illa eligendi conueniendique ſine lege expreſſa
21 creditori non eſt adimenda, ſiquidem coactio ele-
ctioni prorſus eſt contraria. Nec moueri debuerunt textu *d. cap. peruenit.* Verbum enim ibi nullum de
22 pignore ſimul cum fideiuſſore dato tantum † adeſt,
vt liceat vti rationibus ad correctionem eius, quod nominatim deciſum eſt, *gloſ. cap. 1. de feud. cognit.* Tiraquel. *de iure primog. quæſt. 95. num. 15.* Fortun. Garcias *de vlt. fin. iuris n. 395.*

23 Quod vero † in pignoribus dandis adiici ſolet, vt quo minus pignus veniſſet, reliquum debitor redderet, ſupervacuum eſt, quia ipſo iure ita ſe res habet, etiam non adiecto eo, *l. quæſitum §. 1. ff de diſtract. pig. l. creditor. 28 ff. de reb. cred. l. aduerſ. ibi, de reſiduo manet integra actio. C. de oblig. & act. d. l. 3. C. de diſtract. pig. l. ſi*
24 *ex maiore C. de except.* Et † hinc ab Imp. reſcriptum
quoque eſt, pignoribus datis a reo principali diſtractis, ne quidem poſt longi temporis interuallum, reſiduum a fideiuſſore creditorem petere prohiberi, *l. pign. C. de fideiuſs.*

25 Neque † eſt prædictis contrarius Vlpianus, *in l. à diuo Pio. § ſi pignora ff. de re iud.* vbi is, qui ſemel accepit pignus, etiamſi non ſit ſufficiens, non poteſt tamen quid amplius petere. Quia loquitur in pignore iudiciali, quod creditor ea quantitate accepiſſe à iudice
26 præſumitur, quæ ſibi debebatur. Vnde † cum illa da-
tio in ſolutum, vel addictio vicem venditionis obtineat, *l. ſi prædium C. de evict.* à qua ſe ſemel contracta fuerit, alter in alterius præiudicium amplius reſilire non poteſt, *l. ſicut. C. de oblig. & act. l. ſucceſſores. C. de ſolut.* idcirco, ſi creditor, cum debitore agens, pro certo debito pignus ſibi adiudicari patiatur, nec contradicat, ſi in totum debitum non ſufficiat, non poteſt ad ſuperfluum agere, quia de eo tranſegiſſe pacto videtur, vt loquitur, text. *in dict. §. ſi pignora*, & ſcribit inter alios Guid. Pap. *quæſt. 148. incip. Nobilis Petrus.* Chaſſan. *in conſuet. Burgund. Rubr. 5. §. 2. in verb. Sea prine. obl. na. 19.* Iacob. Menoch. *de præſumpt. lib. 2. præſum. 92.* & Matthias Colerus *de proceſs. execut. par. 3. 29. num. 50. & ſeqq.*

27 Non aduerſatur † etiam *l ſi vt proponis Cod. de fideiuſſorib.* Nam creditor ibi fundum pignori ſibi

obligatum dolo malo iuſto pretio non vendiderat,
fruſtra igitur reſiduam quantitatem, quæ ex pretio
eiuſdem ſeruari potuiſſet, à fideiuſſore ſibi refundi
poſcit: quin potius iudex aditus ſi fuerit probatum,
creditorem, cui ius diſtrahendi pignora fuit, dolo ma-
lo fundum vendidiſſe, quanti debitoris intereſt, reſti-
tuere creditorem iubere poteſt, *l. 1. C. ſi vendito pign.*
28 *agatur.* Niſi fortè † creditor iureiurando ſuo ſe pur-
gare, & docere queat, ſe tanti rem vendidiſſe, quanti
potuerit venire, tunc enim tantummodo id reddit
debitori, quod ex iuramento ſuperfluum fuerit vi-
ſum. Sin autem ex iureiurando etiam minus habuiſſe
creditor inueniatur in reſiduum habet integram
actionem, *l. vlt. §. pen. C. de iure dominij impetrando.*

29 Quid † autem dicemus, ſi debitor ab initio credi-
tori ſuo ſimul pignus, & fideiuſſorem dederit, poſteà
verò creditor debitori gratiam faciat, vt poſſit pi-
gnus vendere, an fideiuſſor liberatus erit, cum credi-
tor ipſi parato ſoluere, non poſſit vna cum actione
pignus cedere? Sanè hæc quæſtio probabili ratione
dubitandi non caret; Videtur enim creditor cum
debitore colluſiſſe, & pignus omiſiſſe, ad hoc vt fide-
iuſſor ſolutione integri debiti premeretur, quod iura
non permittunt, *l. et ſi pignus ff. quæ in fraud. credit.* Sed
verò magis ſimile eſt, vt ſi creditori, & pignus, & fide-
iuſſorem ſimul debitor obligauerit, liberum ſit credi-
tori pignus omittere, & debitori gratiam facere, vt
pignus vendat, fideiuſſore nihilominus obligato ma-
nente. Si enim integrum eſt creditori omiſſo pignore
fideiuſſorem conuenire, *d. l. inter eos §. creditor. ff. de*
fideiuſſ. cur non etiam pignus vendere permittat, &
30 fideiuſſorem conueniat? Si etiam amiſſio pignoris
fideiuſſorem in nullo releuat, quo minus in ſolidum
teneatur, *l. amiſſi in prin. ff. de fideiuſſ.* cur venditionis
permiſſio illum releuaret? Hinc Imp. Alex. *in l. etiam*
9. C. de fideiuſſ. reſcripſit. Etiam ſi de iure obligationis
pignorum actum fuerit, fideiuſſoris liberationem non
contingere.

31 Fateor † equidem, ſi fideiuſſor ita fidem ſuam obli-
gauerit, quod velit tantum in id teneri, quod minus
ex pignore vendito redigi queat, iſto caſu in ipſius
præiudicium ad hoc nimirum, vt ſolidum ſoluat, pi-
gnus nec omitti nec vendi poſſe, *d. l. inter creditricem*
63. ff. de fideiuſſ. (licet amitti, & perdi poſſit, *d. l. amiſſi in*
32 *pr. ff. eodem.*) Et contrario vero, † ſi pignus non ſimul
cum fideiuſſore ſit obligatum, ſed datum ſit fideiuſ-
ſori, vt fideiubeat, iuxta *l. 9 §. 1. ff. de pign. act. l. Titius*
81. ff. de contrah. empt. tum tantum abeſt, vt debitor
illud pignus vendere poſſit, vt ſi vendat, etiam furtum
committat, *l. ſi is qui rem. 66. in pr. ff. de furt.*

§. 14. DE BONORVM ADEMPTIONE.

SVMMARIA.

1 *Ademptione bonorum tollitur obligatio fideiuſſoria, reſpectu non ſolum debitoris, ſed etiam fideiuſſoris.*
2 *Publicatis bonis vniuerſis, debitor habetur pro mortuo. Et num. 3 4 & 5.*
6 *Fiſcus publicatis bonis, an tanquam heres debitoris conueniri poſſit deducitur, & ſimul oſtenditur, fide-iuſſores hoc caſu nihilominus beneficium excuſſionis habere. Et num. 7. 8. 11. 13.*
9 *Fiſco ob debitum reſtituendum conuento, & ſoluente, fi-deiuſſores quoque liberantur.*
10 *Fiſcus ſi ſemel bona publicata acceptauit, poſuit cu-ſtodiam ſuper domum oppida, caſtra, & omnia alia reliqua bona, &c. non poteſt ea repudiare, ſed fide-iuſſor liberatus manebit.*
12 *Priuilegia fiſci ſunt permulta.*
14 *Fiſcum in præiudicium creditorum non eſt priuilegia-tus, quando agit de lucro captando,*
15 *Fiſcus non niſi in caſibus expreſſis eſt priuilegiatus.*
16 *Publicatis bonis pro parte, pro reliqua parte debitor creditoribus obligatus manet.*
17 *Deportatus debitor, ſi per indulgentiam principis bona ſua recipiat omnino creditoribus ſoluere tene-tur. Declara, vt n. 18.*
19 *Pœna non præſtat immunitatem.*
20 *Debitori ſi abſque capitis diminutione bona tantum adimantur fideiuſſor liberatur, ſi modo debitor ido-neus fuerit facultatibus.*
21 *L. defenſiones. C. de except. intellectus.*
22 *Debitori ſi vna cum capitis diminutione, ob delictum etiam omnia bona adimantur, fideiuſſor non liberatur. Quod plenius deducitur n. 23. 24. 25. & 26.*
27 *L. 4. in princ. ff. ſi quis cautionibus explicatur, & nu. 28.*
29 *Banniti ex Conſtitutione Imperij bona, & vitam amit-tuntur, ideoque eorum fideiuſſores non liberantur. Sed limita vt num. 30.*
31 *Mariti bonis confiſcatis vxor nihilominus dotem ſuam ſaluam habet.*
32 *Excuſſio contra fiſcum in bonis debitoris delinquentis, & condemnati facienda eſt, antequam fideiuſſor eius conueniatur.*
33 *Fideiuſſor contra fiſcum ceſſis actionibus experiri poteſt.*
34 *Caſus fortuitus in amittendo pignore nec debitorem, nec fideiuſſorem liberat.*

1 DEcimo quarto † fideiuſſoria obligatio extingui
dicitur per BONORVM ADEMPTIONEM,
reſpectu non ſolum debitoris, verum etiam fideiuſſo-
ris, *Hippolit. in Rubric. de fideiuſſorib. num.* 346. Et
quidem, quod ad debitorem attinet, ſi illi omnia ſua
bona adempta ſint, nec à creditoribus, nec publico
nomine conueniri poteſt, *l. 2. ff. de ſent. paſſ. & reſtit. l. 2.*
2 *in princ. ff. de capite minutis,* non ſolum enim † debitor,
facta vniuerſorum bonorum publicatione, pro mor-
tuo habetur, *§. publicatione. Inſtit. de ſocietate*: Verum
3 † etiam tota obligatio extinguitur, ſi debitori, de-
portatio vna irrogetur, *l. ſi debitori* 47 *ff. de fideiuſ. l.*
vlt. ff. de duobus reis iuncta l. vlt. in fin. Cod. de ſent. paſſ.
4 vbi habetur, quod † ipſum deportationis nomen per
5 ſe omnium rerum ſit ſpoliatio: iniquum autem † eſt
dari actionem in eum, cui bona ſunt ablata, *l. 1. §. vlt.*
ff. quæ in fraud. credit.

6 Cæterum † reo ita liberato nihilominus datur actio
aduerſus fiſcum bona deportati debitoris occupan-
7 tem. Etſi † enim nonnulli voluerunt, prius fideiuſſo-
rem conueniendum eſſe, quam quis fiſcum bonorum
poſſeſſorem conuenire queat, Ancharan. *conſi. 294.* So-
cin. *conſi. 46. lib. 4.* Panormitan. *conſi. 92. num. 12. lib. 2.*
8 Contrarium † tamen verius eſt, propterea, quod fiſcus
ſuccedit in bonis debitoris, ad inſtar hæredis, licet
reuera hæres non ſit, vtiturque non proprio, ſed eius
iure, cui ſucceſſit, *l. fiſcus ff. de iure fiſci. l. ſi ſub pignore.*
C. de fiſcalibus vſuris. atque ideo tenetur creditoribus
ſatisfacere ſicut hæres, ſicque bona in eum tranſeunt
cum ſuo onere, tam actiue, quam paſſiue, *l. ſi marito.*
31. l. ſi maritus 36. ff. ſolut. matrim. l. inter eos. §. vlt. ff. de
fideiuſſorib. l. 2. §. 1. ff. de aliment. legat. l. res ff. de iure fiſci.
l. ſi tutor. 9. §. penult. ff. de tutel. & rationib. diſtrah. textus
elegans in l. in facto. 60. §. fin. ff. de condit. & demonſtrat. l.
cum de in rem verſo § 1. ff. de vſuris l. 2. C. ſoluto matri-
monio. l. 2. C. ad l. Iul. de vi publica. l. ſi vt proponis C. de
bon. proſcript. Raphael. de Raymund. *in conſi. 36. num.*
13. &

13.& 14. *inter conſ. crimi. Zilettj. vol.* 1. Alber. de Roſate
in l. ulliono. §. *publicatione. ff. de pro ſocio.* Rebuffus *in l.
Princeps ff. de verb. ſignif.* Crauetta. *conſi.* 161. *num.* 7.
Iul. Clarus *in* § *fin. quaſt.* 78. *num.* 29. Andr. Gail. *lib.* 2.
obſer. 86. *num.* 6. Ioan Zangerus *in tract. de exceptionib.
part.* 3 *cap.* 1. *num.* 19. Eman. Soarez *in com. opin. lit. F,
num.* 306 Pulchre M. Anton. Peregrin. *de iure fiſci. lib.*
5. *tit.* 1. *num.* 66 Menoch. *de arbit. iud. quaſt caſu* 137. *nu.*
3. 4. 5. 6. & 7. vbi egregie hoc declarat. Eamque ſenten-
tiam probabiliorem, & æquiorem vocat And. Fachi-
nus *lib.* 8. *contrauerſ. cap.* 55. contrariis argumentis ibi-
9 dem accurate reſpondens. Ideoque fiſco, † debitum
reſtituendum conuento, & ſoluente, fideiuſſores
quoque liberatur, *l. ſi indebitum.* 15. *C. de fideiuſſoribus.*
10 Hoc amplius, ſi † fiſcus ſemel bona publicata acce-
ptauerit, puta, ſi arma dominica præpoſuerit domui
debitoris banniti, ac ſuper opida contra, & alia omnia
bona mobilia, & immobilia, &c. non poterit denuo
repudiare, ſed fideiuſſor liberatus manebit, vt voluit
Raphael de Raymund. *d conſ.* 36. *n.* 21. cum quo tranſit
Stephan. de Barberiis *in conſ.* 39. *n.* 17. & 18. *inter conſi.
criminal Zilotti, volum* 1.
11 Eaque † omnia multo magis, vt ego opinior, ad-
mittenda ſunt, ſi bona in fiſcum delata ſint ſoluendo,
iuxta Bart. *in l. in fraudem.* §. *ſi principalis ff. de iure fiſci.*
Raphael. de Raymund. *d. conſ.* 36. *n.* 15. & 20. Fideiuſſo-
ribuſque excuſſionis beneficium ſaluum remanſerit.
12 Quamquam † enim priuilegia fiſci ſunt permulta,
Euerhard. in Tobic. *loco à fiſco ad Eccleſiam. num.* 2.
Franciſ. Lucanus *de priuil fiſci per diſcurſ.* nec contra
fiſcum, quod non eſt expreſſe ſancitum, ſupeſtitioſis
præſumptionibus eſt præſumendum, Crauetta *conſil.*
280. *colum. vlt. in prin.* Maſcard. *de probat. concluſ.* 806. *n.*
13 8. Attamen, quia, vt modo dictum fiſcus, † confiſca-
torum bonorum ſucceſſor, pro hærede habetur, pul-
chre Gail. *lib.* 2. *obſ.* 86. *n.* 6. atque ideo etiam ad præ-
ſtandum, & ſubeundum ea onera tenetur, ad quæ bo-
norum ſuorum nomine tenebatur is, cui fiſcus ſucceſ-
ſit, *l. non intelligitur.* § *cum ex cauſa ff. de iure fiſc.* Spe-
culat. *de feud.* §. 2. *verſic.* 24. Iul. Clarus §. *fin. quaſt.* 78.
num. 29 Idcirco nil mirum, ſi & beneficio excuſſionis
fideiuſſores ſe tueantur, ac creditores pro exactione
debiti ad fiſcum remittant. Ratio rationis eſt, non
14 ſolum, quod † quotieſcunque fiſcus agit de lucro ca-
ptando, aut pœna exigenda ab eo, qui crimen com-
miſiſſe dicitur, cuiuſque patrimonium ob id fiſco de-
latum eſt, contra fiſcum in dubio eſt pronuntiandum,
neque is in præiudicium creditorum eſt priuilegiatus,
l. non puto. & ibi Dd. ff. de iure fiſci. Matheſilan. *ſingul.*
71. Plotus *de in lit. iurando* §. 6. *n.* 26 Eman. Soarez *in
commun. opin. lit. F, num.* 105. Gail. *d. obſeruat.* 86. *num.*
7. & 8. iunctis iis quæ attuli ſupra *cap.* 7. *num.* 276. &
ſeqq Verum etiam, quod tempore latarum Sanctio-
num Imperialium, *in l.* 1. & *l. ſententia. C. de fideiuſſ.* Be-
neficium Iuſtinianæum excuſſionis ſiue Auth. *præſen-
te C. de fideiuſſ.* nondum in vſu fuit; atque ideo ſimul
ſtare poſſunt iſta duo: Manere quidem fideiuſſorem
debitoris deportati obligatum: Ac nihilominus ha-
bere beneficium excuſſionis, vt nempe fiſcus prius ex-
cutiatur, qui in locum debitoris ſucceſſit. Fiſcus
15 † namque non niſi in caſibus expreſſis eſt priuilegia-
tus, in non expreſſis iuris communis diſpoſitio locum
habet, *l. fin. C. de vſur. fiſcal. lib.* 10. *Gail. lib.* 1. *obſer.* 90.
num. 2.
16 Si verò † debitori pro parte tantum bona adem-
pta ſint, quæ particularis publicatio appellatur *in l.
vlt. C. ſi reus, vel accuſ. mortuus fuerit.* tunc pro ea parte
creditoribus obligatus manet, *l.* 1. *C. de fideiuſſ.* Eodem
17 † modo ſi deportatus, per indulgentiam Principis,

receperit ſubſtantiam ſuam, vel totam, vel pro parte
18 (ſecus autem, † ſi recepiſſet libertatem tantum, abſq;
bonis, *l. ſeruus* 30. *ff. de obligat. & actionib.*) tum ſe pro-
tegere ſceleris pœna contra creditores, quo minus iu-
re debitum ſoluat, improbe conatur, *l.* 3. *l. ſi deportatio-
nis C. de ſententiam paſſis l.* 2. & 3. *ff. eodem tit.* quos tex-
tus aureis literis ſcribendos eſſe dicit Ioan. de Arno-
19 no *in epitomate* 82. Pœna † enim non præſtat immu-
nitatem, ne quod introductum eſt in odium, in fauo-
rem retorqueatur, *l.* 1. *C de infamib. Folin. in cap. intelli-
gimus col.* 1. *de iudiciis Molin. de conſuetu. Pariſien. tit.* 1.
§. 37. *gloſſ.* 7. *num.* 5.
Et prædicta ſatis probabili, & æqua opinione re-
tenta, quod nimirum fiſcus, bona debitoris deporta-
ti occupans, creditoribus ad ſolutionem obligetur,
& beneficium excuſſionis (modo ei non ſit renuncia-
tum) pati cogatur, facilè concordari poſſunt quædam
iura, quæ fideiuſſorem modo liberari, modo non li-
berari aſſtruunt, & ſic primo aſpectu ſecum pugnare
videntur.
20 Aut enim debitor † capite non diminuitur, ſed bo-
na tantum ei adimuntur (puta ſi res debitoris a cre-
ditore ex dicto poſſeſſæ, & diſtractæ ſint) & tunc fi-
deiuſſor liberatur, ſi modo creditori per id ſit ſatiſ-
factum, *l. defenſiones, C. de exception. l. in fraudem* §. *ſi
principalis ff. de iure fiſci l. hæres* §. *quod ſtipulator, verſi.
argumentum rei & ibi Charondas ff. de fideiuſſ & l. ſi in-
21 debitum in fin.* C. *eodem.* Et hoc † eſt, quod *in d. l. defen-
„ ſiones,* dicitur: Defenſiones rei ad Interceſſores quo-
„ que extendi, ſi modo reus in integro ſtatu maneat;
Integer enim eſt ſtatus debitoris, cui, ſine capitis di-
minutione, bona ſunt adempta.
22 Aut verò † debitor ob delictum capite minuitur,
puta per deportationem, ac bona ſimul publicantur,
vel omnia, vel ſaltem pars eorum, tunc fideiuſſor non
liberatur, ſed iure priſtino conueniri poteſt, *l.* 1. *l. ſen-
tentia C. de fideiuſſorib. l. ſi debitor l. ſi deportationis C. de
ſentent paſſis. Peregr. de iure fiſci. lib.* 5. *tit.* 1. *per diſcurſum
Anguſola conſil. criminali* 11. *num.* 8. ſaluo tamen fide-
23 iuſſori † ſemper beneficio excuſſionis manente, cum
contrarium ratione fieri in iure non ſit expreſſum
vnde, & nos tale in odium eius, qui certat de damno
vitando, præſumere non debemus, cur enim ſtare
prohibeatur, quod mutatum non reperitur? *l. praci-
pimus C. de appellat.*
24 Dico, ob delictum. Nam ſi ob pecuniam debitam
fiſco bona debitoris occupata ſint manſit debitor,
vna cum ſuis fideiuſſoribus proprijs creditoribus
obligatus, *d. l. ſi debitor. in fin. C. de ſent. paſſ. glo. in d. l. in
25 fraudem* §. *ſi principalis verb. fideiuſſores* Imo † etſi
condemnatus ciuitatem Romanam poſtea amiſerit;
nihilominus de iudicato ſoluendo cum fideiuſſore
agi poteſt *l. ſi pro condemnato ff. qui ſatiſd. cogun.*
26 Dico, per deportationem Nam † relegatus, adem-
ptis etiam bonis, vel parte bonorum ablata, nihilo-
minus cum fideiuſſoribus ſuis obligatus manet, vt
vult Cuiatius *lib.* 15. *obſeruat. cap.* 35. Sequitur Francus
27 *in tract. de fideiuſſ. cap.* 3. *num.* 26. Neque † obſtat, *l. ſed
etſi* 4 *in princip. ff ſi quis cautionibus* vbi dicitur, ſi quis
rei capitalis damnatus, hoc eſt, in exilium miſſus, &
relegatus ſit fideiuſſori dandam eſſe exceptionem al-
legationis iuſtæ cauſæ, cur eum iudicio non ſiſtat, quo
innuitur, fideiuſſorem hac exceptione munitum ab
obligatione quaſi liberari, contra *d. l.* 1. & *l. ſententia.*
28 *C. de fideiuſſ.* Accurſius enim † *in d. l. defenſores. verb.
ſtatus.* reſpondet, id in iudiciorum cauſis verum eſſe,
non autem in cauſis contractuum. Sed illa ſolutio
non eſt realis, & ob id merito reprehenſa à Specula-
tore, *in tit. de accuſatione* §. *ſequitur videre, numer.* 17. &

Antonius Heringius.

Baldo *in l. ſi vero. ff. qui ſatiſdar. cogant.* Rectius igitur
dicimus: illam exceptionem ex ipſamet rei natura
naſci, cum fideiuſſor illum non poſſit iudicio ſiſtere,
quem magiſtratus exulare iuſſit, niſi idem ab exilio
per eundem magiſtratum reuocetur, *l. in inſulam, leg.
cum indulgentia, C. de ſenten. paſſis.* pro quo facit, quod
articuli ſupra *hoc cap. §. 9. num. 97. & 98.* Et hæc clario-
rem lucem præ ſe ferunt, quam ea, quæ coacernat
Ioan. Andr. *in addit. ad Speculat. titu. de fideiuſſ. in prin.
verſic. item ſciendum quod Vbertus.* ex quibus difficil-
lime intelligi poteſt, quatenus fideiuſſor per adem-
ptionem bonorum debitoris liberetur.

29 Quia † verò banniti, & proſcripti Imperij, vigore
conſtitutionum Imperij non ſolum viam amittunt,
verum etiam bona eorum publicantur, *Ordin. Camer.
Imper. part. 2. titu. 9. §. banniti omnia bona ſua amittunt,
Gail. lib. 2. obſer 86. num. 9. & 10. Ioan. Goddæus de con-
30 trah. ſtipulat. cap. 7. concl. 4. num. 33.* ideo ſequitur, † eo-
rum quoque fideiuſſores, & maximè ſi beneficio ex-
cuſſionis renuntiauerint, non liberari, ſed iure priſti-
no conueniri, & ad executionem adigi poſſe, *l. 1. l.
ſententia, C. de fideiuſſ.* Nam ſi fortè, vt antea dictum,
beneficio excuſſionis non renuntiauerint, tunc fiſcum
(qui, vt *alibi* ait Franciſc. de Marchis, talia bona in
ſuum ſaccum iam imburſauit) prius conueniendum
eſſe cenſeo, non ſolum ſupra allatis iuribus: verum
31 etiam eo adductus, quod † mariti bonis confiſcatis
vxor nihilominus dotem ſuam ſaluam habere debet,
Gail. lib. 2. obſeru. 86. & quod in ſpecie, ſecundum ma-
gis veram, & communem opinionem, traditum eſt,
32 excuſſionem † contra fiſcum in bonis debitoris de-
linquentis, & condemnati faciendam eſſe, antequam
fideiuſſor eius conueniatur, *gl. ſing. in d. l. ſententia,
verb. interceſſores C. de fideiuſſ.* Andr. Gail. *de pace publ.
lib. 2 obſeru. 16. num. 19.* vbi id multis aliis ſimilibus
confirmat, quibus addantur ea quæ afferam infra *cap.
33 27. par. 1.* Sanè † ſi fideiuſſor iſte beneficio excuſ-
ſionis renunciauerit, & ſic neceſſitate compulſus ſol-
uerit, credo eidem, ceſſis à creditore actionibus, in-
tegrum eſſe à fiſco ſolutum repetere, quidquid enim
iſto caſu aduerſus debitorem licuiſſet, illud etiam ad-
uerſus fiſcum, qui in locum debitoris ſucceſſit, ei
omnino eſt permittendum, quod prolixius demon-
34 ſtrare non eſt opus. Eſt tamen alius † caſus, quo debi-
tori bona adimuntur, puta ſi caſu fortuito pignus vna
cum fideiuſſore datum forte intereat, & amittatur,
ſed illud damnum, nec debitorem, nec fideiuſſorem
liberat, *l. amiſſi in princ. ff. de fideiuſſ.* de quo infra *cap.
24. num. 205.* plura adducam.

§. 15. DE INOPIA.

SVMMARIA.

1 *Inopia debitoris vel fideiuſſoris quatenus tollat obliga-
tionem fideiuſſoriam, oſtenditur. Et n. 2. 5. 6. & 7.*
3 *Nihil habens, nihil dat.*
4 *Inops miſerior eſt paupere.*
8 *Debitor ſi vergat ad inopiam, idque fideiuſſores cre-
ditori ſignificauerint, is vero debitorem conuenire
negligat, an adhuc teneantur fideiuſſores, ſiue fiat non
ſoluendo, late deducitur vſque ad num. 34.*
9 *L. ſi fideiuſſor. 62. ff. de fideiuſſor. intellectus. Et numero
27*
10 *Præſcribere mihi legem nemo poteſt in re abſolute mei
arbitri.*
11 *Agere inuitus nemo cogitur.*
12 *Debitum ſolui poteſt, etiam ante diem, inuito cre-
ditori.*
13 *Creditor ad petitionem debiti iure vrgeri minime
poteſt.*
14 *L. ſi fideiuſſores 42. in prin. ff. de fideiuſſ.* } *inducuntur,*
15 *L. fideiuſſor. 16. §. vlt. ff. eod. tit.* } *Et num. 30.*
16 *Interpellatio heredis defuncti, pro quo ego fideiuſſi,
præcedere debent, antequam ego conuenire poſſunt.*
17 *Culpa & mora eadem eſt ratio, quando de periculo
agitur.*
18 *Fideiuſſores, ſi beneficio excuſſionis renuntiauerint,
fruſtra monent creditorem, vt debitorem facultati-
bus labentem conueniat Sed declara, vt n. 19.*
20 *Sagitta fraudis redire debent in doloſum verticem
ſagittantis.*
21 *Creditor ad inſtantiam fideiuſſorum (qui beneficio ex-
cuſſionis non renuntiarunt) debitorem facultatibus
labentem doloſe non conueniens, non habet regreſ-
ſum aduerſus eos Quod ampliatur, n. 15.*
22 *Dolus eſt, ſi quis nolit perſequi, quod perſequi poteſt.*
23 *Perueniſſe dicimus, quod quis exigit, aut exigere
poteſt.*
24 *Bona nomina mala fiunt, niſi appellentur.*
28 *Chaſſanei dictum commoda explicatione adiuua-
tur.*
29 *Petenti præſtare cogor, quod me non lædit, & petenti
prodeſt.*
31 *Cautela pro fideiuſſore ſi creditor, ad eius inſtantiam,
debitorem facultatibus labentem exigere nolit.*
32 *L. 1. C. de condict. ex lege explicatur.*
33 *Debitum nec exigi, nec ſolutio mandari ante tempus
poteſt.*
34 *Ceſſio bonorum debitoris non liberat fideiuſſorem. Sed
limita, num. 35. & 36.*

1 DEcimoquinto † tolli dicitur obligatio fideiuſ-
ſoria per INOPIAM, quæ vel fideiuſſori, vel de-
2 bitori contingit. Et quidem ſi medio † tempore om-
nibus fideiuſſoribus, vel ſaltem vni eorum, calamitas
inſignis acciderit, ita vt ad inopiam perueniant;
liberatio proculdubio ipſis contingit, debitore nihil-
ominus obligato manente, *l. ſi ad arbitr. 10. §. 1. ff. qui
ſatiſd. cogant. l. 5. §. vlt. & l. 4. ff. de verbo ſignific.* Qui
3. † enim nihil habet, eo etiam nihil peti poteſt, *l. nam
is nullam, ff. de dolo c. cum tut. de vſuris.* Vnde iocoſe
Bartolus ait, *in l. ſi vniuerſa. C. de legatis. Mul. da chi
4 non ha.* Inops † autem nihil habet, & miſerior eſt pau-
pere, quia pauper ex eo dicitur à multis, quod pa-
rum habeat, vt apud Sebaſt. Medic. *de caſib. fortuit.
part. 2. quæſt. 4. num. 4.* præterquam † ſi vnus fideiuſſo-
rum, ante exactam à ſe partem, ad inopiam peruene-
rit, tunc enim iſti quidem, vt modo dici, liberatio
6 contingit, modo † tamen primo inopiam legitime
probet, deinde non ſua culpa, ſed ſolo fortunæ vitio
ſe facultatibus euerſam eſſe, oſtendat, argumento eo-
rem quæ tradit Bald. *in cap. quæ in Eccleſiarum, num. 3.
de conſtitutionib.* Maſcard. *de probat. concluſ. 1154. num. 5.
& 6.* Sed pars eius ad cæterorum onus reſpicit, *l. inter.
26. ff. de fideiuſſ. & infra ſuo loco. cap. 27. part. 2. latis di-
7 cam.* Quod ſi † vero reus medio tempore non ſoluen-
do fiat, tum vtique huius inopiam fidejuſſores neuti-
quam liberat, ſed quandocunque conueniri poſſunt,
§. vlt. Inſtit. de replicat. l. Titius. 76. ff. de procurator. &
pluribus explicaui ſupra *cap. 16.* Nec obſtat *l. ſeu ob in-
anes. 14. ff. mandati.* quæ vult, mandato renũtiari poſſe,
principali reo, ſcilicet mandatore, ad inopiam reda-
cto: nam id verum eſt, re adhuc integra, vbi autem
intereſſe cœpit, tum renuntiatio fruſtra interponitur,
quidem in primis in contractu fidejuſſionis, *l. 1. §. ſed
aut proprio ff. de obligat. & actionibus.*

Digitized by Google

8 Verum hic † conſequenter elegans incidit quæſtio,
Quæ juris nimirum ſit, ſi forte obligatio fideiuſſoria,
non quidem diu ſteterit, vt ita non facile ſe à fide-
iuſſione eximi petere poſſint fideiuſſores, coniectu-
ram tamen habeant, debitorem labi facultatibus,
idque creditori denuntiauerint, vt debitum exigat,
dum conſequi poteſt, is vero neglexerit, an hoc caſu
fideiuſſores, debitore forte poſtea ad inopiam reda-
9 cto, ab impetitione creditoris ſint liberati? Et † pri-
ma fronte dicendum videbatur, quod non ſint libera-
ti propter reſponſum Scæuolæ *in l. ſi fideiuſſor. 62. ff. de
fideiuſſoribus.* vbi interrogatus Scæuola, *ſi fideiuſſor cre-
ditori denuntiauerit, vt debitorem ad ſoluendum pecu-
niam compelleret vel pignus diſtraheret, iſque ceſſauerit,
an poſſet eum fideiuſſor doli mali exceptione ſubmouere?*
Reſpondit, *non poſſe.*

Cuius ratio eſſe poterit, quod in re abſolute mei
10 † arbitrij nemo mihi recte legem præſcribit, vt hoc
faciam, vel illud omittam, *l. in re mandata, C. mandati.*
11 *l. etiam §. licet, ff ſolut. matrimon.* non † magis, quam iu-
re cogi poſſim, vt inuitus contra alium agam, *l. vnica,
C. vt nemo inuitus, l. 4. in principio, C. de vſuris pupillari-*
12 *bus.* Et † quamuis debitum, etiam inuito creditori,
ante diem ſolui poteſt, *l. ſtipulatio 38. §. inter. vbi Bart.
& Iaſon. D. de verbor. oblig. l. quod quis. 50. D. de oblig. &
action. l. quod certo, 70. D. de ſoluc.* Petr. Peck. *de iure ſi-
ſtendi. cap. 37. num. 4.* Cuiac. *lib. 23. obſeru. cap. 22.* Tamen
13 † econuerſo creditor ad petitionem debiti vrgeri ju-
re minime poteſt, cum, & donare illud debitori, ſi
vellet, poſſet, *l. creditor, C. de pignoribus* maxime hoc in
caſu, quo etiam fideiuſſorem, relicto reo, creditor eli-
gere poteſt, *l. ſicut eligendi, l. iure noſtro. l. ſi alienam, l.
vltim. C. de fideiuſſoribus.*

14 Ad idem etiam pertinet *l. ſi fideiuſſores 41. in princip.
de fideiuſſoribus:* vbi Modeſtinus decidit: *Si fideiuſſores
in id accepti ſint, quod à curatore ſeruari non poſſit, &
poſt impletam legitimam ætatem tam ab ipſo curatore,
quam ab hæredibus eius ſolidum ſeruari potuit, & ceſſan-
te pupillo, curator ſoluendo eſſe deſierit, quod nihilominus
in fideiuſſorem vtilis actio competat.*

15 Eadem † quoque ratione Iulianus reſpondit *in l.
fideiuſſor. 16. §. vltim. ff. de fideiuſſor. Cum fideiuſſor hoc
modo acceptus eſſet, ſi reus quadraginta, quæ ei credidi,
non ſoluerit, fide tua eſſe iubes? Veriſimile eſſe, id actum, vt
cum interpellatus reus non ſoluiſſet, fideiuſſor teneretur,
ſed etſi reus, antequam interpellaretur, deceſſiſſet, fide-
iuſſorem obligatum eſſe, quia hoc quoque caſu verum eſſe,
reum non ſoluiſſe.* Patet igitur, creditorem non cogi,
vt debitorem de ſolutione interpellet, & nihilomi-
16 nus fideiuſſorem obligatum manere. Atque † ideo
ex *d. l. fideiuſſor. §. vltimo, ff. de fideiuſſoribus.* nonnulli
colligunt, ſi quis promittat centum, ac, eo non ſol-
uente, ego fideiubeam, contingatque reum ante ſo-
lutionem mori, quod ſtatim conueniri poſſim, hæ-
rede non interpellato, neque excuſſo. Verum Baldus
in l. pen. num. 24. C. de cond. inſer. interpellationem hæ-
redis præcedere debere rectius autumat, quem ſe-
quitur Aufrer. *in addit. ad Capell. Tholoſ. quæſt.* 130.
Vinc. Caroc. *de excuſſion. bonorum. part. 2. quæſt. 71.* quod
extra omnem diſputationem poſitum eſſe arbitror, ſi
fideiuſſor beneficio excuſſionis debito modo non re-
nuntiauerit.

Et vt maxime prædicta ſe ita non haberent, tamen
adhuc videretur eſſe per culpā, creditoris nimirum in
eo, quod debitum ſuum non exigit, fideiuſſoris vero
in eo, quod ſe ab obligatione eximi non petit, neque
igitur eſt, quod alter alteri moram obiiciat, ſed ſecun-
dum modo allegata jura, potiores partes creditoris
erunt, pro quo facit *l. hominem, 37. ad finem, ff. mandati,
l. vltima in fine. C. depoſiti.* attento etiam eo, quod quo-
17 ties † de periculo agitur, eadem eſt culpæ, & moræ
ratio, *l. ſi ſeruum, §. ſequitur, ff. de verbor. oblig. Cuiac. ad
Africa. tract. 5 mihi pag. 215.*

Veruntamen his, & ſimilibus non obſtantibus,
contrarium verius eſſe, per ſequentem diſtinctionem
monſtrari poteſt.

18 Aut † enim fideiuſſores beneficio excuſſionis re-
nuntiarunt, & hoc caſu, etiamſi debitor ſenſim laba-
tur facultatibus, idque fideiuſſores creditori denun-
tient, inſtanter petentes, vt eum conueniet, is vero
ceſſet, non poſſunt creditori doli mali exceptionem
obiicere, propterea, quod creditor fideiuſſores ſic re-
nuntiantes conuenire poteſt, etiamſi debitor nihil
habeat, vt infra *cap. 27.* fuſius oſtendam: atque ita ſen-
tit Gomeſ. *tom. 2. reſol. de contract. cap. 13. n. 9.* quem ſe-
cutus eſt Eman. Suarez *in copin. lit. F nu. 167.*

19 Cæterum, † primum huius diſtinctionis membrum
eatenus ſubſiſtit, quatenus fraus, & dolus creditoris
abeſt. Quid enim ſi fideiuſſores pudori ſuo, in mole-
ſtando, & excutiendo debitore, conſanguineo forſi-
tan ſuo, parcentes, expreſsè proteſtentur, quod no-
lint vlterius teneri, ſi creditor debitorem prodigum
non exigat, ſed eum facultatibus labi patiatur, &
apertè conſtare poſſit, creditorem ex propoſito tan-
tum nocendi, inque necem, & diſpendium fideiuſ-
ſorum, ad hoc, vt ipſorum actionum: inanes fiant,
exactionem debiti intermittere? Negari certè non
poteſt, quin dolus huius creditoris puniendus ſit, qui
malitiam ſuam ſibi lucroſam, aliis verò vult eſſe dam-
noſam, *l. 1. in princ. ff. de dolo. l. 1. l. 4. §. Marcellus, l. pro-
curator, §. 1. ff. de dol. mal. exception. cap. aduerſus de im-
munitat. Eccleſ.* & quin ipſe merito in eam, quam aliis
fodit, foueam præcipitetur, vt ita ſuæ propriæ negli-
gentiæ damna deploret, *argumento l. exception. 67. in
fin. ff. de fideiuſſor. l. 2. C de fundo patrimon. lib. 11.* Id quod
etiam probatur Bald. *in l. fin. num. 3. ff ſi certum petatur.*
dum ibi ſtatuit, quod creditor talis, ſi à fideiuſſoribus
debitum petat, doli mali exceptione ſubmoueri poſ-
ſit, pro quo facit, *l. vltim. ad fin. in verb. doloſa vel ſimu-
lationem eum prohibuerit, C. de negot. geſt. l. 1. & 2. C. de
diuid. tutel.* Et valde eleganti dicto hanc ſententiam
expreſſit Caſſiodor. *lib. 5. epiſt.* inquiens: Inſperatum
bonum eſt, ſi ad quem deceptionis pertinet pericu-
20 lum, ſibi gratiæ procuret augumentum, Ius † enim
exigit, ſagittas fraudis redire in doloſum verticem
ſagittantis.

21 Aut † verò fideiuſſores beneficio excuſſionis non
renuntiarunt, ſed ſimpliciter fideiuſſerunt; hoc caſu,
ſi deſidem, ac negligentem in exactione ſui debiti
creditorem præmouerint, iſque à principali, ſenſim
ad inopiam perueniente, nihil petere voluerit, quan-
tumuis principalis debitor deinde reddatur inido-
neus, fideiuſſores tamen erunt liberati, quæ ſenten-
tia communis eſt teſte Gomeſ. *de contract. cap. 13. n. 9.*
Eman. Soarez. *in communibus opinionibus, litera F. num.*
168. probatque illam ipſam Colerus *de proceſſ. execu-
par. 1. cap. 10. num. 314.* quibus ego vlterius addo Fran-
ciſc. Burſat. *in conſ. 224. num. 27. volum. 1. & in conſilio
193. num. 56. lib. 2.* Bertazol. *in tract. clauſul. inſtrumen.
clauſul. 43. glo. 4.* Ioan. Brechæum *in l. ſi ita ſtipulatus,
250. num. 5. in fin. ff. de verb. ſignif.* Hora. Carpanum *ad*
22 *ſtatut. Mediolan. par. 2. cap. 189. num. 28.* Dolus † enim
non tantum culpa eſt, ſi quis nolit perſequi, quod per-
ſequi poteſt, aut, ſi quis non exegerit, quod exigere
potuit, *l. dolus, ff mandati, l. ſed etſi. § 2. l. ſi quid. 31. § il-
lud ff de petit hæred. l. 3. § geſta. in verb. ſi forte dum ope-
ra à debitore non petit, vt tempore liberetur, ff. quæ in*
23 *fraudem credit.* Imo † & perueniſſe jam accipimus,

quod quis exigit, aut exigere poteſt, *l. ſi vero. §. dabit, ff. ſolut. matrim. l. 2. §. ſed etſi, 5. ff. de hered. vel action. vendit. facit. l. prima, C. de peric. nomin. lib. 11. l. ſi fundum, ff. de fundo dotali, l. ſi extraneus 33. ff. de iure dot. l. Manu ff. ſol. matr.* Cuilibet enim diligenti patrifamilias notum debet eſſe illud dictum Alphij fœneratoris apud
24 Columellam: Bona † nomina, niſi appellentur, mala fieri: refert Alciat. *in l. periculum. ff. ſi cert. petat. M. Anton. de Amat. deciſ.* 110. n. 10.

25 Et hæc † ſententia multo magis locum obtinebit in fideiuſſore indemnitatis. Nam etſi ab eo creditor non eſt interpellatus, vt debitorem conueniat, nihilominus tamen imputare ſibi debet, quod debitorem per moram ſuam idoneum fieri paſſus eſt. Debet etenim res incipere ab ipſius exactione, & excuſſione, in qua ſi deſes, & negligens eſt ferat id ſibi acceptum; Curt. & communiter Doct. *in l. ſi ego, ff. de reb. credit.* Magonius *deciſ. Florent.* 45. *num.* 8. Gratus *reſponſ.* 53. *numer.* 59. *lib.* 1. modo fideiuſſor, qui non
26 denuntiauit (quanquam † præmonere, & requirere vtilius eſt, *Caroc. de excuſ. bonor. par. 2. quæſt. 14. numero* 37.) eam moram doloſam, & voluntariam fuiſſe, probare poſſit, *Soarez. d. loco num. 166. Coler. d. loc. num* 315.

27 Nec † obſtat prædictis *l. ſi fideiuſſ. 62. ff. de fideiuſſ.* Illa enim intelligitur procedere quando fideiuſſor, abſque vlla neceſſitate, & dilapidationis metu, moleſtat creditorem, vt debitorem conueniat, qui ſanè merito repellitur, cum perfide agat, inſtigans creditorem, vt debitorem ad ſolutionem præcipitat, qui alias debitoris moram per ſe libenter ferret, *argumento, l. ſi extraneus, 33. ff. de iure dotium.* atque eorum, quæ deinceps in hoc ipſo capite dicam. Et ſic intelligi
28 quoque poteſt, quod † ſcribit Chaſſan. *in conſuetud. Burg. Rubr. 5. § 2. verb ſon principal obligé, num. 25.* creditorem non teneri agere, etiamſi fideiuſſor ipſi denuntiet, debitorem bona ſua dilapidare, idque ita in Burgundia obſeruari: pro quo allegat Alexand. *in l. ſi fideiuſſor creditori in apoſt. ad Bart. ff. de fideiuſſ. Iaſon in l. non ſolum §. morte. in 17. col. verſ ſecunda concluſio, ff. de nou. oper. nunt.* Alias enim ſi tam generaliter id acceperis, per diſtinctionem prædictam euertetur.

Non aduerſatur etiam, quod liberum ſit creditori, quando debitorem conuenire velit, & proinde cogi nequeat, vt à debitore ad inſtantiam fideiuſſorem quidquam exigat: hoc enim plane verum eſt, quando de futura debitoris inopia certo non conſtat: at vbi
29 ſenſim † ille facultatibus labi incipit, rectius eſt, vt præſtet petenti, quod ipſum non lædit, & petenti prodeſt, *l. 2. §. item Varus, ff de aqua, & aqua plu. arc. l. ſi ſeruos, in fin. ff. de pignor. act. l. 1. verſic dummodo, ff. de ſolutionib. l. ſeruus. 7. in fin. ff. de ſeruis export.*

30 Nihil etiam † vrgent *d. l. ſi fideiuſſores* 41. *& d. l. fideiuſſor. 16 §. vltimo, ff. de fideiuſſorib.* Vtcunque enim ipſo iure creditor non cogitur, vt debitorem ad ſolutionem faciendam interpellet, & ſiue interpellet, ſiue non interpellet, nihilominus fideiuſſor in euentum tenetur. Tamen aliud eſt, ſi creditor doloſè debitum non exigat, nec ad interpellationem fideiuſſorum ex neceſſitate factam, fideiuſſorem conueniat.

Denique non obſtat, quod fideiuſſoris aliqua ſit culpa, dum ſe ab obligatione liberari non petit: quomodo enim id petendo obtinebit, ſi creditor liberationi conſentire nolit, neque fideiuſſor aliter creditori cauere poſſit? argumento eorum, quæ ſcribit Abbas *in conſil. 90. Videtur quod fideiuſſoratis b. 1.*

Ne verò huic diſputationi ſemper immergatur fi-
31 deiuſſor, do † ipſi cautelam, ſi debitoris forte patrimonium exhauriatur, vt apud iudicem inſtet, vt is debitorem commoneat (ſi ſaltem adhuc ſit ſoluendo) vt ante definitum tempus, vel debita repræſentet, vel fideiuſſori ſolutionis ſecuritatem faciat, *l. 1. C. de condict. ex lege.* iunctis iis, quæ tradit Quintilianus Mandoſius *in tract. de monitoriis, quæſt. 7. nu. 1. & in ter-*
32 *minus terminantibus, quæſt.* 50. Etſi enim † lex illa de debitoribus tantum ex primipilu loquitur, ſicut etiam animaduertit Bernardus Waltherus *lib. 1. Miſcellan. cap* 37. quia autem ratio illius legis in eo potiſſimum fundatur, quod, quia primipili curam annonæ, inter milites diuidendæ, habebant, vt eos bene curator Reipublicæ, cum vſus foret, præſtarent, *l. 3. l. 7 l. 8. C. de cohortalibus, lib.* 12. (vnde etiam *ad dict. l. 1.* debitor ex primipilo a Græcis dicitur *ἀφ̓ ... ... τῶ δημοσίω χρεωστῶν*; de quo etiam conſule Iuſtum Lipſium *de militia Romana lib. 2. dialogo 8. mihi pagina 82. in fine.*) illa annonæ præſtatio ſine magno exercitus periculo differri non poterat, *l. 1. §. frumentaria, ff. de adminiſtrat. rerum. ad ciuitatem pertinentium. Nouella 8. cap 10. §. ſecundo, l. vltim ff. de appellat. recip.* & vero debitore ad inopiam prolabente, periculum quoque eſt in mora, maxime ſi ſolutio vlterius differatur, *l. 1. C. de pericul. nomin. lib. vndecimo*, non credo iudicem multum peccaturum ſi diſpoſitionem dictæ *l. 1. C. de condict. ex leg.* ad requiſitionem fideiuſſoris ſequatur, per ea, quæ in ſimilibus fere terminis *ex dicta l. 1.* tradit Vincentius Carocius *de excuſſ. bonor. part. 2. quæſt.*
33 53. Extra † hunc autem caſum firma manet concluſio: Ante tempus debitum nec exigi, nec ſolutionem mandati poſſe, *l. continuus, § cum ita ff. de verb oblig. l. 1. in fine. ff. quando dies vſusfr. leg. ced. c. vnic. in princ. de plus petitionibus.*

Quia vero ceſſio bonorum non niſi in extrema neceſſitate fieri ſolet, debitore nimirum fortunæ aſperitate, vel dilapidatione ſua ad inopiam vergente, ideo non incommodè hic quæritur: Vtrum ceſſio bonorum, à debitore facta, fideiuſſorem quoque
34 ſtatim ab obligatione liberet? Et ne † in re clara æquo longior ſim, breuiter ſtatuo, creditorem, qui fideiuſſores vna cum reo principali obligatos habet, non cogi, ceſſionem acceptare, ſed poſſe, ſpreto debitoris beneficio, impune contra fideiuſſores, ſecundum formam literarum, in qua ſe obligarunt, procedere, atque ita quoque viſum eſt Bartolo. *in l. heres à debitore, §. ſi ſtipulator. num. 1. & 2. ff. de fideiuſſoribus.* Angel. de Aret *in §. fin. nu. 10. Inſtit. de actionibus* Coler. *de proceſſ. execut part. 1. cap. 6. nu. 113. & faciunt ea, quæ dicam infra cap. 27. part. 4.*

35 Limitatur † tamen hæc concluſio per nonnullos duobus modis: Primo, ſi creditor acceptet bona debitoris in ſolutum. tunc enim, & fideiuſſorem eum liberaſſe cenſeri, volunt Caſtrenſis *in dict. l. heres §. quod ſi debitor.* & Laurent. Syluan. *in conſ. 24. nu. 9. in fin.* cuius limitationis veritas tamen patebit ex iis, quæ dicam infra *hoc cap §. 21.*

36 Secundo limitatur, ſi † interuenerit conſenſus creditoris, hoc eſt, ſi ceſſioni bonorum expreſſe conſentiat, & ſibi nihil reſeruet, quia tunc etiam fideiuſſorem liberaſſe cenſetur. *Syluanus dicto conſ. 24. num 8. verſ vltimo pro iſta parte videtur caſus. per textum in l. ſi præcedente, §. Lucius. ff. mandati.*

§. 16. DE

§. 16. DE CONFVSIONE.

SVMMARIA.

1 *Confuſione extinguitur obligatio fideiuſſoria.*

2 *In l. 71. ff. de fideiuſſ. in princ. legi debet, Granius Antonius, non Vranius Antoninus.*

3 *Graniorum nomen apud Romanos fuit notiſſimum.*

4 *Vranij nomen in hiſtoria Romana non legitur, niſi apud Agathiam.*

5 *Conſolidatio, Confuſio, & Extinctio differunt.*

6 *Seruitutes vſuſfructus, actiones, obligationes, vt & multa alia confundi dicuntur.*

7 *Confuſionis deſcriptio adfertur. Et num. 8.*

9 *I. Creditore debitori hærede exiſtente liberatur fideiuſſor. Et num. 10. 11. 12. 14. & 17. Sed declaratur nu. 19. 20. 24. & 25.*

13 *Actio, & paſſio in vno ſubiecto ſimul ſtare non poſſunt.*

15 *Fideiuſſor per confuſionem liberatus non tenetur ad æſtimationem rei debitæ, neque etiam ad ſimilem quantitatem. Et nu. 16.*

18 *Confuſio non eſt ante aditionem.*

21 *Principale maius eſt, quam acceſſorium.*

22 *Cauda non debet eſſe maior capite.*

23 *Minora maioribus quando comparantur, inferioris comparatio ſuperioris iniuria eſt.*

26 *II. Debitore creditori hærede exiſtente, fideiuſſori liberatio contingit.*

27 *III. Fideiuſſore creditori hærede exiſtente, fideiuſſor liberatur, ſed reus obligatus manet.*

28 *IV. Creditor fideiuſſori hæres ſi exiſtat, liberatur quidem fideiuſſor, ſed reus obligatus manet. Declara vt num. 30.*

31 *V. Fideiuſſor debitori ſuccedente, fideiuſſoria obligatio extinguitur.*

32 *Lite conteſtata contra fideiuſſorem, ſi fideiuſſor ſuccedat reo, non opus eſt inchoare nouam inſtantiam.*

33 *Fideiuſſor adeundo hæreditatem ſui principalis, fit quaſi hæres eius.*

34 *Confuſio ex duabus obligationibus vnam, nouatio ex veteri nouam facit.*

35 *Inuentarij confectio num fideiuſſori hæreditatem adeunti proſit? Et num. 36. 37. 41. 42. 43. 44.*

38 *Hæreditas omni ſoluendo eſſe videtur, quam hæres adiit. Et num. 39. ac 40.*

45 *VI. Debitore fideiuſſori hærede exiſtente fideiuſſoria obligatio tollitur. Sed notabiliter declaratur n. 46. & 48.*

47 *Hypotheca conditio eſt, vt duret, donec debitum ſit ſolutum.*

49 *VII. Fideiuſſoris hærede vel fideiuſſori, vel ipſi reo principali ſuccedente, obligatio fideiuſſoria euaneſcit.*

50 *Obligatio duplex, altera alteri diſpar, cum eodem eſſe non poteſt.*

51 *VIII. Fideiuſſore confideiuſſori hærede exiſtente, non contingit liberatio. Ratio ponitur n. 52. & 53.*

54 *IX. Fiſco tum debitori, quam creditori licet diuerſis ſtationibus ſuccedente, liberatur fideiuſſor.*

55 *Confuſio obligationum etiam aliis, quam nouem prædictis contingit modis.*

1 Decimo sexto † tollitur obligatio fideiuſſoria Confvsione, propterea, quod per confuſionem perinde extinguitur obligatio, ac per ſolutionem, vel compenſationem *l. ſi id 21. §. 1. ff. de liberat. legat. l. vt debitum. 5. verſic. etiam. C. de hæred. vel actio. vend. l. debitor, l. Granius Antonius, ff. de fideiuſſoribus, l. ſicut 75. l. verborum. 107. ff. de verbor. obligationibus. gloſ. l. ita nobis. C. de adulteriis* Guido Papæ *deciſ. 209. numer.* 2. Rodic. Suarez. *in l. quoniam in prioribus, ampliat. 7. C. de inofficioſ. teſtamen.* Antonius de Padilla *in l. vnum ex familia. §. ſed ſi rem §. 3. ff. de legat. 2.* pulchrè Cuiac. *tract. de Africanum. 7. mihi pagina 325. & 326. & tractatu 9. pag. 578.* Franciſc. Hottomannus *in diſputat. ad l. frater à fratre. mihi pag. 392. 393. 394. 395.* Ioannes Goddæus *de contrahen. ſtipulatio. capit. 12. concluſ. 12.* quos Lector pro clariore explicatione videre poterit. Obiter au-
2 tem † pro tyronibus iuris hoc adiicio, non fruſtra principio dict. *l. 71. ff. de fideiuſſ.* cum Codice Etruſco, contra vulgatam, a Neotericis quoque ipſis receptam, lectionem, me legere Granius Antonius.
3 Nam Graniorum † nomen notiſſimum fuit apud Romanos, vnde Granius Præco, Granius Flaccus, Granius Marcellus, Granius Martianus, Granius Sereuus, Granius Licinianus, & alij referuntur à Cornelio Tacito *lib. 1. 4. & 6. annal.* Ioannes Glan-
4 dorpio *in Onomaſtico lit. G. mihi pag. 387.* Vranij † verò nomen in hiſtorica Romana me legiſſe non memini, præterquam apud Agathiam in hiſtoria Iuſtiniani (*mihi in verſione Bonauenturæ Vulcanij pagina 59.*) qui mentionem facit cujuſdam Vranij, Medici profeſſione, cum Homerico Therſite eundem poſtea comparans.

5 Vt porro hic omittam, quoſdam non † inepte conſtituere differentiam inter conſolidationem, confuſionem, & extinctionem, Hieron. Gigas. *in tract. de*
6 *penſione q. 49. num. 5.* inſuper † quoque certum eſt, non tantum ſeruitutes, vſumfructum, actiones, & obligationes (vt oſtendit Pard. Prattæus *Lexico ſuo verb. confundi*, ex quo transſcribere non eſt opus) verum etiam tutelæ petitionem, *leg. vlt. Cod. de contrar. iud. tutela.* Dotem cum bonis, *l. ſi ſoror Cod. de collat.* Prædia cum prædiis, *l. fideiuſſor. 32. ff. de negot. geſt.* ius dominij *leg. arbor. 19. in princip. ff. Com. diuid.* Rem cum pecunia, *l. ſi non ſortem §. ſi centum, ff. de condic. ind.* Lucratiuam cum oneroſa cauſa *leg. vnic. C. de impon. lucrat. deſcrip.* & debitum cum credito confundi, *dict. leg. debitori. 50. ff. de fideiuſſ. & alibi ſæpiſſimè.*

Ad propoſitum igitur noſtrum reuertendo, ſcien-
7 dum initio eſt. Quod † confuſio ſit non tantum concurſus debiti, & crediti in eandem perſonam, qui plerumque contingit aditione hæreditatis. *l. matrem 81. in fin. ff. ad Senatuſc. Trebell.* Cuia. *ad l. ſi hæreditatem 20. ff. de hæred. vel act. vend. & ad Afric. tracta. 7. mihi pag.* 314. Herman, Vlteius *lib. 1. iuriſper. Roma. capit. 57.* Ioan. Zangerus *in tract. de except. par. 3. cap 7. numer. 2.*
8 Sed etiam † concurſus principalis, & fideiuſſoriæ obligationis in eandem perſonam. Idem Cujac. *dicto tract. 7. mihi pag. 365.* Subiicio igitur, ad declarationem materiæ noſtræ, ſequentes caſus, ex quibus apparebit, quot modis fiat confuſio, & quando, facta confuſione, fideiuſſoria obligatione extinguatur.

9 Primò † igitur fit confuſio, quando creditor debitoris hæres exiſtit, Maranta *conſil. 49. num. 4.* Neuiza. *conſil. 69. num. 12.* Ioan. Auton. Trigona *ſingul. 4. num. 1.* Guidus Pancirolus *conſil. 98. num. 1.* Hottomannus *in quaſt. illuſtr. quaſt. 38. mihi pag. 272.* Petrus Peckius *teſtamen. coniug. lib. 5. cap. 29. numer. 1 & 2.* Ioann. Goddæus *d. cap. 12. conclu. 12. num 90.* Duennas *regulas 18.* Petrus Auguſtinus Morla *in emporio iuris par. 1. titul. 8 quaſt. 3. num. 5. & ſeqq.* Ioan. Zangerus *d. cap. 7. num. 5.*
10 & per † hanc confuſionem eorum bona adeo confunduntur, & conſolidantur, vt obligationes, quæ inter illos erant, prorſus tollantur, & creditor, facta

aditione, ſibiipſi ſtatim ſoluiſſe dicatur, l. deducta. 58.
in princip. l. debitor. 59. in princip. ff. ad Trebell. debitori.
vbi glo. magna verb. confuſa. & Aleiat. in num. 27. Cod. de
pact. part. in l. peculium autem, ff. de peculio. Imo, vt ne
quidem creditor iſta portione, in qua hæres eſt, vel
ipſam hæreditatem, vel alios hæredes moleſtare poſ-
11 ſit, ſed tantum pro reſiduo, nam † vltra eam portio-
nem, qua quis ſucceſſit, petitio vel actio non con-
funditur l. 1. & ibi gloſſ. verb. competente, l. ſi adultus, C. de
hæred. act. l. ſi ab eo. C. de negot. geſt. l. ſi vxor. C. de bon.
auct. iud. poſſ. l. licet. C. ad leg. Falcid. l. cum a matre, C. de
rei vindic. Ioan. Zangerus d. cap. 7. n. 4.

12 Quia verò inauditum † eſt, vt pro eodem apud
eundẽ quis ſit fideiuſſor, hoc eſt, vt ſibiipſi quiſquam
ſit obligatus, vel ſecum agat, l. Granius, verſic. tamen
vbi ſucceſſit, ff. de fideiuſſor. Vnde etiam Iaſon in d. l. de-
bitori, num. 4. C. de pact. Pancirolus d. conſ. 98. num. 9.
13 dicunt, quod † impoſſibile ſit, vt actio, & paſſio
ſtent in vno ſubiecto: & vt quis ſibiipſi ſit obligatus,
ac ſibimet ſoluat, cum inter dantem, & accipientem
debeat eſſe differentia, iuxta l. 2. vbi Bart. ff. de ſtipula.
ſeruor. textus eſt in l. quidam referunt. in verb. eſſe enim
debet cui detur, ff. de iure codicillor. Hieron. à Lauren-
14 tiis deciſ. Auenion. 45. numero 1. Idcircò † quoque fide-
iuſſor tali confuſione facta liberatur, quia nec reus
eſt, pro quo debeat, ſed nec res vlla quæ debeatur, ſi
id 21. §. 1. ff. de liber. legat. l. Stychum, 38. §. 1. l. debitor.
50. d. l. Granius, ff. de fideiuſſor. l. 2. §. cum quis debitori,
ff. de hæred. vel act. vend. Auguſtin. Morla dicto loc. num.
6. & 7.

15 Et fruſtra hoc † quidem caſu diſputatur, anne ſal-
tem fideiuſſor ad æſtimationem rei debitæ, aut ſimi-
lem quantitatem teneatur, quod vtique in aliis qui-
buſdam caſibus locum obtinere videmus, iuxta ea,
quæ tradit Couar. in c. ſilium. nu. 5. extr. de teſtam. Fran-
ciſc. Mantica de coniect. vltimar. volunt. lib. 9. tit. Nam
quia confuſio ſolutionis jure, ac poteſtate omnem
obligationem perſonalem omnino tollit, vt ſupra
dixi, atque ita res nulla remanet, quæ amplius debea-
tur, non debetur quoque eius rei, quæ nulla eſt, &
præſtari nequit, æſtimatio, argumento, l. apud Iulia-
num, §. ſi ea prædia. ff. de legat. 1. Similis quoque quan-
16 titatis † peti non poteſt, quia petenti obſtat exce-
ptio, dolo facis, petens, quod habes, de qua Bartol.
in l. 1. C. de re iudicat. nec patitur bona fides, vt idem
his exigatur, vel ſoluatur, l. bona fides, ff. depoſiti, l. bona
17 fides, ff. de regul. iuris. Quanquam, ſi † creditor forte
debitoris hæreditatem repudiet, aliud eſt dicendum,
18 ante aditionem † enim non eſt confuſio, d. l. matrem
81. in fin. ff. ad Trebell. atque ideo, non facta confuſio-
ne, fideiuſſor obligatus remanet, & ſi pro debitore
mortuo ſoluat aduerſus hæredes alios vel hæredita-
tem jacentem regreſſum habet.

Verum circa hunc caſum lector ad duo, vt animad-
19 uertat, neceſſarium eſt. Quid enim, ſi † creditor, &
fideiuſſor ſimul debitori ſuccedant? Hoc caſu, quod
ad portionem creditoris attinet, obligatio quidem
ratione confuſionis intercidit, aut (quod eſt verius)
ſolutionis poteſtate: Sed pro parte cohæredis obli-
gatio ſalua eſt, non fideiuſſoria, ſed hæreditaria, quo-
niam maior tollit minorem, l. debitori. 50. ff. de fideiuſ-
20 ſorib. Et † vocat Papinianus obligationem hæredi-
tariam maiorem, eamque ſaluam eſſe dicit, quia ſub-
21 lata acceſſione manet principale: principale † autem
vtique ſemper maius eſt, quam acceſſorium, alioquin
22 cauda † major eſſe capite, quod eſt abſurdum, M.
Anton. de Amatis decis. 34. num. 7. cum tamen, quan-
23 do † minora maioribus comparantur, inferioris
comparatio ſuperioris iniuria ſit, vt loquitur D.
Hieronym, libr. 1. aduerſus Iouinianum, mihi pag. 18
hoc eſt fideiuſſor, facta confuſione deſinit quidem
eſſe fideiuſſor, ſed nihilominus manet reus princi-
palis, quia reo hæres exiſtit, atque ideo vna eadem-
que cum ipſo perſona eſſe cenſetur, l. generaliter. ff. de
fideiuſſoribus, l. debitor ff. de ſeparationibus, Cuiac. ad
Africani tract. 7. mihi pag. 326. Francus in tract. de fide-
iuſſorib. cap. 6. n. 98.

24 Rurſus pone, creditorem vni † ex reis debendi hæ-
redem exiſtere, & pro illo datum etiam eſſe fideiuſ-
ſorem, hoc caſu alter reus, & ipſius fideiuſſor non li-
berantur: quia, facta confuſione, perſona tantum, &
quidquid perſonæ accedit, atque ita etiam fideiuſſor
obligationi eximitur, non res omnis ſoluitur, l. gra-
nius, verſ. ſed cum duo, ff. de fideiuſſorib. Re autem omni
nondum ſoluta, alter reus etiam cum ſuo acceſſorio
liberari non poteſt, qua de re latius diſſerentem con-
ſule Petr. Auguſtin. Morlam d. part. 1. tit. 8. quæſt. 3. nu. 7.
25 8. 9. & 10. Quid † autem dicemus, ſi creditor debi-
tori ſuo hæres exiſtat, & inuentarium confecerit? Re-
ſpondeo, hoc caſu actiones non confundi, & ideo in
venditione bonorum creditorem hunc aliis credito-
ribus reputare creditum ſuum, l. fin. § in computatione.
C. de iure delib. Fideiuſſores tamen, non aliter conue-
nire aut pignora perſequi poſſe, quam ſi hæreditas
ſoluendo non ſit, id eſt, ſi nec, quod ſibi debetur vt
æs alienum, conſequi poſſit, nec ei ſalua ſit quarta,
quæ ex l. Falcidia hæredi debetur. Sebaſtian. Monti-
culus in tract. de inuentario. quæſt. 9. numer. 78. Ioannes
Zangerus in tract. de except. par. 3. cap. 7. nu. 28. dicens,
hoc eſſe ius nouum, continens correctionem iuris
Pandectarum, quo, ſiue bona erant deſcripta, ſiue non
per aditionem confunduntur actiones, & fideiuſſores
liberantur.

26 Secundo † fit confuſio, & fideiuſſori liberatio con-
tingit, ſi debitor creditoris hæres exſiſtat, non aliam
ſane ob cauſam, quam qua in præcedenti caſu vſus
fui: & ſunt ad hanc rem textus in l. hæres, §. quod ſi ſti-
pulator, ff. de fideiuſſ. l. qui hominem. 34. §. quidam, l. ſicut,
75 ff. de ſolutio, l. 1. §. ſi debitor, ff. ad l. Falcid. ſequitur,
Neuiz. conſ. 46. n. 23.

27 Tertiò † confunditur obligatio, ſi fideiuſſor credi-
toris hæres exſiſtat; & hoc quidem caſu ipſe fideiuſ-
ſor liberatur à ſua obligatione, reo principali nihilo-
minus obligato manente, l. hæres, §. quod ſi ſtipulator,
verſ. quod ſi idem, & §. vltim. l. Granius, in fin. princ. verſ.
vel fideiuſſor creditori puto conuenire confuſione obliga-
tionis, non liberari reum, ff. de fideiuſſorib. l. in omnibus. 43.
ff. de ſolut. Ioan. Zanguerus part. 4. ca. 7. num. 7. & num.
28 18 verſic. 3. caſu. Succedit † enim fideiuſſor in omne
ius defuncti, cui etiam nomina debitorum annume-
rantur, l. nomen ff. de legat. 3. atque ideo ad exactionem
eius nominis ei quoque actio mandati relicta eſſe
cenſetur, l. ex legato. C. de legat. l. ſeruum filii, §. cum qui
ff. de legat. 1. l. ſi ei. 11. D. mandati. Bertazolius clauſ. 43.
gloſ. 6. num. 3. Adeo verò obligatione confunditur, vt
ſi fideiuſſor iudicatum ſolui ſtipulatori hæres exiſterit,
ex integro ſit cauendum, l. de die, §. fideiuſſor. D. qui ſa-
tiſd. cogant.

29 Quarto † obligatio confunditur, quando creditor
fideiuſſori hæres exſiſtit. Sed etſi iſto caſu fideiuſſor
liberatur, propterea quod morte interueniente in
eadem perſonam jus ſtipulantis promittentiſque de-
uenit, reus tamen obligatus manet, dict. l. Granius, in
fin. princ. D. de fideiuſſorib. d. l. in omnibus. 43 D. de ſolutio-
nib. d. l. de die. §. ſi fideiuſſ. D. qui ſatiſd. cogant. Ioan. Zan-
30 gerus de excep. part. 3. cap. 7. num. 7. Limitat † vero Dn.
Zangerus. d. l. num. 18. verſic. quarto caſu. hanc ipſam
concluſionem, vt non obtineat, ſi creditor ſuccedat
fideiuſſori

fideiuſſori confecto inuentario; tunc enim aſſerit, confundi actiones, ſed creditorem recte deducere, quod ſibi ex cauſa fideiuſſoria debetur, cum fideiuſſor fuit eius debitor, *l. final. §. in computatione, C. de iure deliber. Sebaſtianus Monticulus in tract. de inuentario, quæſt. 9. nu. 76.*

31 Quinto † fit confuſio obligationum quando fideiuſſor debitori ſuccedit. Quod autem eo caſu fideiuſſor ex cauſa fideiuſſionis liberetur, id vulgo iactari, & pro regula iuris quaſi obſeruari, ſcribunt Papinianus, Scæuola, Vlpianus, & Africanus, *in l. Stychum 95. §. quod vulgò. l. ſi duo. 93. § ſed etſi, ff. de ſolut., l. 5. in princ. l. heres, 21. §. vltim. ff. de fideiuſſor.* Franciſchin. Curt. & Alciat. *num. 28. in l. debitori. vbi Curtius duobus modis limitat. Cod. de pact.* Ioan. Donat. à Fina. *in Enchiridio concluſ. iur. lib. 1. verb. fideiuſſor. id princ. mihi pag. 41.* Ronchegal. *in l. ſi reus 13. num. 2. & 4. ff. de duob. reis:* Cuiac. *lib. 11 obſeruat. cap. 34. & tract. 7. ad African. mihi pag. 374.* Franciſc. Hottoman. *in ſuo laſcurio* (vbi peruagatam, tritam, & decantatam Doctorum rationem vocat) Cardinalis Pariſius *in conſil. 12. numer. 2. & ſeq. volum. 1.* Francus *de fideiuſſoribus d. cap. 6. num. 95.* Ioan. Goddæus *de contrah. & commit. ſtipulat. cap. 5. concluſ. 10. num. 159.* Carocius *de excuſſione bonor. part. 2 quæſt. 52. numer. 1. 2. & 3.* quem etiam *numer. 14. & 17.* lector adeat, cum ibi duas limitationes notabiles ad præcedentem regulam adducat; quarum altera imprimis eſt notanda, quod † nimirum lite conteſtata contra fideiuſſorem, ſi fideiuſſor ſuccedat reo, non opus ſit inchoare nouam inſtantiam, quaſi extincta obligatione acceſſoria.

32 (see above)

Ratio porrò præcedentis regulæ eſt, quod fideiuſſor † adeundo hæreditatem ſui principalis fit quaſi hæres ipſius, & de nouo cum creditoribus ipſius contrahere cenſetur. *d. l. 5. in princ ff. de fideiuſſorib.* Ioann. Zangerus *d. cap. 7. num. 10. verſic. quod ſi reus.* Et obligatio maior ſiue plenior extinguit minorem, ſcilicet fideiuſſoriam, cum rei, & fideiuſſoris obligatio in vnam perſonam confluat, abſque tamen nouatione: confuſio † enim ex duabus obligationibus vnam, nouatio ex veteri nouam facit, *l. 1. & l. vltim. ff. de nouationibus.*

33 34

35 Cæterum † hic à Doctoribus eleganter quæſitum inuenio, ſi fideiuſſor principali ſuo hæres exſiſtat, hæreditatemque adeat, & inuentarium conficiat, num ipſi confectio inuentarij quidquam proficiat? Et communiter diſtingui conſueuit: Si fideiuſſor reſpectu ſuæ perſonæ inuentario innitatur, vt ipſi nihil proſit, ſed in ſolidum conueniri poſſit, ſin autem conueniatur nomine defuncti, vt illo caſu inuentario ſe defendere poſſit, vt videre licet apud glo. & Cynum *in l. fin §. in computatione, C. de iur. deliber. Bart. in l. generaliter. ff. de fideiuſſoribus, & in l. debitor, ff. de ſeparation. Ang. l. ad Cambil. in tract. de teſtam. gloſ. 111. numer. 19. Francus in tract. de fideiuſſor. cap. 6. num. 103.* in cuius

36 † opinionis caſtra nouiſſime quoque tranſierunt Didacus Spino. *in ſpeculo teſtamentor. gl. 35. num. 43.* & Ant. Pichar. Hiſpanus *in princ. tit. numer. 13. in fin. Inſtit. quib. mod. toll. oblig.* Ioan. Goddæus *de contrah. ſtipulat. cap. 12. concl. 12. n. 92.*

Sed Gulielm. Durandus, vulgo Speculator dictus, *in tit. de fideiuſſor num. 23.* indiſtincte tenet, fideiuſſo-

37 rem † ex contractu fideiuſſionis conuentum in ſolidum teneri, vtcunque inuentarium confecerit, cuius etiam non in Specula, ſed in ingenioſi cerebri officina nata opinio rationem habet; eamque poſt Caſtrenſ. Alexand. Iaſon. & Decium probat Cardinalis Pariſius *in conſil. 121. num. 3. & 4. vol. 1.* Ioan. Saixon. *in conſuet. Turon. tit. 14. artic. 9 gloſſ. 1. verſic. nunc occurrit. pulcra quæſt.* Carocius *de excuſſ. bonor. part. 2. quæſt. 58. numer 4. & 16.* (vbi hanc communem Docto. opinionem eſſe dicit) Roland à Valle *in tract. de inuentario, part. 3. §. quarterus quoque nu fideiuſſor. mihi pag. 173.* & ipſe *num. 9.* eam communem appellans, a qua nullatenus ſit recedendum. Cum enim ſupra *cap. 16. & hoc ipſo cap. §. 11. num. 7.* oſtenſum fuerit, inopiam debitoris fideiuſſorem non liberare, quo minus in ſolidum teneatur, & hoc amplius, fideiuſſioris facultates debitoris facultatibus aggregari, adeo, vt etiam abſque excuſſione fideiuſſor ad ſolutionem præcipitari poſſit, quando debitor notoriè non eſt ſoluendo, vt probabitur infra *cap. 27. part. 1. num. 200.* dicendum vtique videtur, inuentarij confectionem non obeſſe, quominus fideiuſſor in ſolidum conueniri poſſit, nam

38 & omnis † hæreditas ſoluendo eſſe videtur, quam hæres adit, qua ratione etiam hæres omnibus creditoribus hæreditariis ex contractu defuncti tenetur in ſolidum, vt vel ſoluat de ſuo, ſi hæreditas non ſit ſoluendo, *l. libertus, 30. ff. de bonis liberto.*

39 Et ideo † Papinianus *in l. debitor, ff. de ſeparat.* dicit, rationem iuris non pati, vt creditor, qui accepto fideiuſſore diligenter ſibi proſpexerat, damno adficiatur, quod vtique fieret, ſi fideiuſſor poſt aditam hæreditatem amplius ex ſuo contractu conuenire non poſſet, ne quidem in reſiduo, cum tamen ex perſona hæredis obligationis conditio non immutetur, *l. 2. §. ex his ff. de verb. oblig.*

40 Nec obſtare videtur, quod † quando fideiuſſor debitori ſucceſſit, obligatio fideiuſſionis ſit extincta, atque ideò reſtitui non poſſit, *d. l. debitor. ff. de ſeparationib. l. qui res, §. aream. ff. de ſolut.* Nam Papinianus *in d. l. debitor.* hoc apertè diluit, dum negat, rationem iuris pati, vt proptereà creditor, qui ſibi diligenter proſpexit, damno adficiatur. Quamuis enim obligationis ſubiectum mutatum ſit, eo ipſo, quod ex fideiuſſore factus ſit hæres, qui locum rei principalis ſubingreditur, tamen obligationis effectus nihilominus perdurat, & fideiuſſor tam ſuo, quam hæreditario nomine conueniri poteſt, per vnam quidem actionem, ſed ita; vt per eam vtriuſque contractus ſentiat commodum, *l. hæres 21. §. non eſt nouum, ff. de fideiuſſor. l. non eſt nouum, ff. de actio. emptio.*

41 Et hoc † proculdubio etiam voluerunt Sebaſtia. Monticulus *in tract. de inuentar. 11. quæſt. 9 n. 71.* & Ioan. Zangerus *in tract. de except. part. 3. cap. 7. nu. 18.* dum ſtatuunt, quando fideiuſſor ſuccedit debitori, & inuentarium conficit, quod ſalua maneat fideiuſſori actio mandati aduerſus debitorem, & quia hic fideiuſſor creditori, vel actione ex ſtipulatu, & ſic nomine proprio, aut nomine hæreditario, obſtrictus eſt, & remanet, quod ideo ille ipſe fideiuſſor, vt alius quiuis creditor, deducat tanquam æs alienum ex hæreditate ſibi delata, & ſic actio mandati non confundatur.

Cui etiam hoc accedit, quod Iulianus *in l. generaliter. 5. D. de fideiuſſ.* ait, fideiuſſorem hæredem exiſtentem ei, pro quo fideiuſſit, non tantum quaſi hæredem rei teneri, ſed etiam quaſi reum eſſe obligatum, & cauſa fideiuſſionis liberari. Cum igitur reus mortuus in ſolidum fuerit obligatus, & fideiuſſor eius perſonam repræſentet, conſequens, fit, bonis rei, & fideiuſſoris conſolidatis vnum iam eſſe patrimonium, atque eius nomine fideiuſſorem tanquam reum in ſolidum teneri.

42 Fateor † tamen nouam diſtinctionem Iuſtiniani *in l. ſcimus, C. de iure delib.* nonnihil prædictis aduerſari, cum generaliter decidat, hæredem ſi inuentarium fecerit creditoribus hæreditariis vltra vires hæreditatis

non teneri, quod quidem alij in tantum extendunt,
vt inuentarium non ſolum proſit aduerſus obligatio-
nes mere hæreditarias, ſed & aduerſus mixtas, a pro-
pria hæredis promiſſione ortas, iuncta hæreditatis
aditione, ſine qua alioquin cum effectu non gigneren-
tur, vt commune ait Iaſon *in l. qua dote. §. 2. ff. ſolut.*
matri. & eundem ſecutus Eman. Soarez. *in theſau. com-*
43 *mun. opinion. lit. I. num* 167. Cæterum † æquior videtur
Speculatoris ſpeculatio, ac opinio, ne quo in fauo-
rem creditorum introductum eſt, in eorũdem odium
retorqueatur. Ceſſare verò videtur tota hæc diſpu-
tatio, quando fideiuſſor omni iuris, ac legum auxilio
pro ſe facienti renuntiauit. Quia enim inuentarij
44 † quoque confectio iuris beneficium, ſiue legis auxi-
lium eſt, *d. l. ſcimus in fin. princ. & §. ſin vero poſtquam.*
& § ſin autem hoc, C. de iure deliber. Idcirco etiam fide-
iuſſor huic renuntiaſſe procul dubio cenſebitur, per
ea, quæ tradidi ſupra *cap.* 17.

45 Sexto † confundi dicitur obligatio, ſi debitor fide-
iuſſori hæres exiſtat, *l. Lucius* 24 *ff. de fideiuſſor. d. l. de-*
bitor. vbi Zaſius etiam not. ff. de ſeparat. l. cum is qui. §. 1.
ff. de condict. indeb. Diſſenſerunt equidem Proculiani,
Sabiniani, vtrum etiam hoc caſu, ſi debitor fideiuſſori
hæres extiterit, obligatio fideiuſſoria extinguatur,
Proculianis exiſtimantibus, multum intereſſe, vtrum
ſequela accedat principali obligationi, vt in præce-
denti caſu, vel an principalis obligatio accedat ſe-
quelæ, vt hic: Illo caſu, ſequelam extingui: hoc vero
minime, *l. ſi duo rei, §. vlt. ff. de ſolutionib.* Sabinianis
econtra, vtroque caſu ſequelæ obligationem confun-
di, principalem remanere, affirmantibus, quorum
etiam ſententia recepta eſt, *l. cum reus*, 14. *l. heres*, 21.
§. quod ſi hic ſeruus, verſic. nec his contrarium eſſe, d. l.
Lucius, 24. *ff de fideiuſſor l. cum quis, §. vlt. ff de ſolut. d. l.*
debitor, ff. de ſeparat. Cuiac. *lib.* 11. *obſeruat. cap.* 34. *&*
tract. 7. *ad African. mihi pag.* 365. *&* 366. Ioan. Zangerus
d. cap. 7. *n.* 9. 10. *verſic. idem eſt, ſi fideiuſſor. & nu.* 18. *verſ.*
ſecundo caſu.

46 Verum † circa hunc caſum in primis eſt notãdum,
ſi fideiuſſor pro aliquo dederit pignus, & deinde for-
te debitori huic ſuccedat, quod fideiuſſoria obliga-
tio quidem extinguatur, non autem obligatio pigno-
ris; hæc enim durat, quod ſecus ſe habere, ſi alium de-
diſſet fideiuſſorem, textus eſt ſingularis ſecundum
Bartolum *in d. l. cum quis*, 38. *§. vlt. ff. de ſolutio.* probat
Ioan Zangerus *d. part.* 3. *cap.* 7. *nu.* 7. *&* 8. Eſt, & ratio
47 diuerſitatis, quia † hypothecæ conditio eſt, vt duret
donec debitum ſit ſolutum vel aliter ſatisfactum,
iuxta gloſſ. ibi: Illam autem conditionem non habet
fideiuſſor fideiuſſoris. Bart. *in ſingulari* 35. *incip. ſi fide-*
iuſſor. debitori Petrus de Ranenna *ſingul.* 630. Cuiac.
tract. 7. *ad Afric. in mihi pag.* 374. Anton. Neguzant. *in*
tract. de pignor. lib. 2. *memb.* 6 *part. princip. num* 7. Hinc
etiam dicit Ioann. Saixon. *in conſuetud. Turonenſ.*
titul. 14. *§.* 9. *gloſſ.* 1. *verſic. an autem per aditionem*
48 *hæreditatis, &c.* quod † bonum ſit conſilium ſi ve-
lis impedire, ne extinguatur obligatio fideiuſſoria
per vnionem cum principali, vt fideiuſſorem, pro
ſecuritate debiti, hypothecam vel pignus dare pro-
cures.

49 Septimo † confunditur obligatio, ſublata etiam
fideiuſſione, ſi fideiuſſoris hæres non ſolum fideiuſſo-
ri: ſed etiam Ipsi Reo principali ſuccedat. Tunc
enim interceſſionis obligatione finita, velut princi-
palis tantum debitoris hæres conueniri poteſt, *l. fide-*
iuſſeris, C. de fideiuſſorib. Nam fideiuſſor, & ipſius hæres
acceſſoriæ obligantur, principalis igitur obligatio
ſuperueniens adita hæreditate, tanquam maior, &
plenior, ſuperuentu ſuo excludit fideiuſſoriam, quaſi
50 minorem, cum † duplex obligatio ciuilis altera alte-
ri diſpar cum eodem eſſe non poſſit, *d. l. heres* 21. *§.*
ſeruo ff. de fideiuſſor.

51 Octauo † fit obligationum confuſio, quando fide-
iuſſor confideiuſſori ſuo hæres exiſtit. Cæterum hunc
ab obligatione fideiuſſoria non liberari, manifeſti iu-
52 ris eſt. Sicut enim † quando duæ ſunt obligationes
principales, altera alteri potius adiicitur ad actionem,
quam vt confuſionem parere videatur, *d. l. ſi duo. §. pe-*
nult. ff. de ſolutionib. Ita quoque duæ obligationes ac-
ceſſoriæ in vnius perſona concurrere poſſunt, & neu-
tra confunditur, quia altera non eſt maior altera, ſed
ſunt ambæ pares, vtriuſque poteſtatis, paris, & indif-
ferentis rationis, vt ita Ioan. Goddæus *de contrahend.*
53 *ſtipulat. cap.* 5. *concluſ.* 10. *nu.* 159. Imo, † & is, in cuius
perſona ſubſiſtunt, ex vtraque obligatur, proprio
ſcilicet atque etiam hæreditario nomine, nec inanis
eſt poſterior, ſi proprio forte conuentus poſſit ſe tueri
exceptione pacti: non poſſit autem poſteriore, quan-
quam ſi ex vna agi cœperit, conſumitur altera, ne bis
idem exigatur, quod æquitas non patitur, *d. l. heres.*
21 *§. non eſt nouum, ff. de fideiuſſorib. d. l. ſi duo*, 93. *in princ.*
ff. de ſolutionib. l. bona fides. ff. de regul. iu. Cuiac. *tract.* 7.
ad African. mihi pag. 366.

54 Nono † obligationum confuſio fideiuſſorem libe-
rat, ſi fiſcus tam debitori, quam creditori, licet di-
uerſis ſtationibus ſuccedat, *l. Granius in princ. ff. de fi-*
deiuſſor. l. 2. *C. de ſolutionibus.* Nam, vt ſupra dixi, inau-
ditum eſt, vt pro eodem apud eundem quis ſit obli-
gatus, *l. heres. §. quod ſtipulat. ff. de fideiuſſorib.*

55 Fit quidem, & † aliis modis obligationum confuſio,
puta, ſi debitor debitori, vel reus reo ſuccedat, *vt in l.*
5. *ff de fideiuſſor. l. ſi duo rei, D. de ſolutionib. l. ſi reus*, 13. *ff.*
de duob. reis. Si petitor poſſeſſori ſuccedat, *vt in l.* 8. *ff.*
iudicat. ſolui. vel ſi procurator, vel defenſor domino
hæres exſiſtat, *vt in l. ſi ante*, 7. *in fin ff. iudicat. ſolui.* Quia
vero illi caſus propriè ad hanc materiam non perti-
nent, vt nec ille, qui habetur, *in l. ſi is qui*, 18 *ff. de obli-*
gation. & action. idcirco illorum explicationem nunc
omitto.

§. 37. DE METV, ET CRVCIATV CORPORIS.

SVMMARIA.

1 *Fideiuſſor liberatur, ſi vi metuue ad fideiubendum ſit coa-*
ctus. Quod ampliatur, nu. 2. 3. 4. *&* 5.
6 *Fideiuſſor, pro relaxatione carcerati interueniens, non*
tenetur, ſi fideiuſſio metu facta fuerit.
7 *Creditor vim inferens vna cum iure crediti etiam obli-*
gationis fideiuſſoria ius amittit.
8 *Debitore per vim iniuriam, & metum per tertium*
quondam exacto, quatenus fideiuſſor liberetur, re-
miſſiue.

1 DEcimoseptimo † liberatur fideiuſſor ab
obligatione fideiuſſoria, ſi probare poſſit,
quod Metv Mortis vel propter Crvciatvm
Corporis, vel capitales minas pertimeſcendo,
ad fideiubendum ſit coactus, *l.* 2. *l. ſi donationis. l. vlt.*
C. de his quæ vi met. cauſ. fiunt. Natta *conſil.* 50. *numero.*
lib. 1. Quod enim vi metuſve cauſa geſtum erit,
prætor ratum non habet, *l.* 1. *ff quod metus cauſa.*
2 Nec intereſt † creditor debitorve ipſimet vim adhi-
beant, an alius eorum nomine. Nam, vt ait Seneca
lib. 4. *controuerſia. controuerſ.* 8. æque † dignus eſt pœ-
na, qui ipſe vim adhibet, vt qui ab alio admota, ad
lucrum ſuum vtitur.

Hinc

Hinc ſi quis † per metum reus conſtitutus ſit & fideiuſſorem volentem dederit, & ipſe & fideiuſſor liberatur: Si ſolus fideiuſſor metu acceſſit, non etiam reus, ſolus fideiuſſor liberabitur, *l. item. 14. §. Labeo*
5 *au. ff. quod metus cauſa.* Item, † ſi quis per vim ſiſti promittendo, poſtea fideiuſſorem (intellige etiam per vim, primam vim ex poſt facto ratificare videatur, *vt in l. 2. de his qua vi metusve cauſa.*) adhibeat, is quoque liberatur, *dicta l. item §. ſi quis vbi gloſſ. ff. quod metus cauſa.*

6 Cui † etiam conuenit, quod fideiuſſor pro relaxatione carcerati interueniens, ad nullam pœnam exſoluendum, neque etiam ad reum ſiſtendum teneatur, ſi fideiuſſio metu facta fuerit, vt ſcribit Afflict. *dec. ſ. Neapolit. 148. & dixi ſupra cap. 10. num. 38. & 39.* cui iunge tradita per Proſper. Farinacium *de carcerib. & carcerat. lib. 1. tit. quaeſt. 35. per tot.* Nec dubito, quin in caſu l. *exſtat. ff. quod metus cauſa & l. creditores. ff. ad*
7 *l. Iul. de vi priuata.* creditor † vna cum iure crediti etiam ius obligationis fideiuſſoriæ amittat, & fideiuſſori liberatio contingat, *argum. l. in omnibus 43. ff. de ſolutionib. & dicam infra cap. 27. part. 4.*

8 Quatenus vero debitor † ab alio per iniuriam, vim compulſiuam, expulſiuam, vel metum exactus liberetur à nexu ſui creditoris, & per conſequens etiam fideiuſſor, videat lector apud Menoch. *de arbitr. iudic. quaeſt. caſu 137. & in Remedio l. exſtat. ff. quod vi metusve cauſa* Durand. *de arte teſtandi, tit. 6. cautela 12.* Couarr. *lib. 5. reſolution. cap. 16. num. 7* Franciſ. Sarment. *lib. 2. ſelect. capit. 13. num. 7.* Ioan. Gutierrez. *lib. 1. Canonic. quaeſt. capite 34. num. 90.* vbi valde eleganter hoc explicarunt.

§. 18. DE TEMPORE ET NON EXISTENTIA CONDITIONIS.

SVMMARIA.

1 *Fideiuſſori liberatio contingit tempore, & non exſiſtentia conditionis. Et num. 5.*
2 *Fideiuſſor, ſi fideiuſſerit ſub conditione, eaque non purificetur, non tenetur. Et num. 3.*
4 *Conditione ceſſante, ſub qua fideiuſſores promiſerunt, ceſſare etiam debet eorum promiſſio.*
6 *Fideiuſſor datus in prima conductione, finito tempore, non cenſetur renouatus, & repetitus, in tacita conductione.*
7 *Fideiuſſor pro dote non tenetur vlterius, ſi intra biennium dos non exigatur, de iure Lubecenſi.*
8 *Fideiuſſores primi compromiſſi non comprehenduntur in prorogatione ipſius, niſi conſenſerint.*
9 *Liberato reo tempore non liberatur fideiuſſor.*
10 *Praeſcriptione triginta vel plurium annorum tollitur obligatio fideiuſſoria. Et num. 12. ac 13.*
11 *Liberatus tempore ſimilis eſt ei, qui ſatisfecit.*
14 *Anniuerſaria vſurarum ſolutio praeſcriptionem impedit.*
15 *V[illegible] ex tribus fideiuſſoribus intra 30. annos conuentus, fruſtra ſe reliqui praeſcriptione tuentur.*
16 *Interruptio vna in vno eodemque contractu ſufficit.*
17 *Valentini Franc. opinio non admittitur*

1 DECIMO OCTAVO † obligatio fideiuſſoria TEMPORE, & NON EXISTENTIA CONDITIONIS tolli dicitur, Hippolyt. *in Rubric. de fideiuſſoribus numero 141.* nec non Marianus, & Bartholomæus Socini mox allegandi, Decius *conſilio 93. colum. 1.* Nenizantus *conſilio 51. numero 28.* Cum enim ad tempus, vel longum, vel breue, vel vitæ

Anton. Heringius.

fideiuſſoris, vel debitoris, nec non ſub conditione fideiuſſor accipi poſſit, vt docui ſupra *capite 11. numer. 195. & ſeqq.* non mirum eſt, ſi finito tempore conſtituto in futurum etiam fideiuſſor [licet diuerſimode] ab obligatione temporali, vel etiam exiſtente purificatane conditione liberetur *l. ſi fideiuſſ. l. vlt. ff. mandati. l. ſi fideiuſſor. C. de fideiuſſ. l. ſtipulatio. 69. D. eodem Iaſon in l. 2 §. ſi quis numer. 8. ff. ſi quis cautionibus.* Roderic. Suarez. *de fideiuſſoribus in cauſa criminal. numer. 34. in fin. verſicul. vnum tamen.* Horat. Carpanus *ad Statut. Mediolan. parte 1. capite 45. numero 13* Francus *in tractat. de fideiuſſor. capite 6. numero 129. & 130.* Zobel. *in addit. ad libro 2. artic. 10. lit. B.* Marian. Socin. *conſilio 173. numero 3. verſi. ex quibus etiam & numero 8. verſic. & hoc maximo volum. 2.* Bartol Socin. *conſilio 62. per tot. volum. 2.* vbi probant, ſi † fide-
2 iuſſores fideiuſſerint ſub conditione eaque non purificetur, quod non teneantur, *per leg. cedere diem ff. de verb. ſignif.*

3 Id quod † in conditione impoſſibili, vel expleta, vel ea, cuius euentus nihil operatur, facillime admitto. Vt enim impoſſibilis omnem contractum vitiat, *l. non ſolum. 31. ff. oblig. & actio. l. ſi ſub impoſſibili ff. de fideiuſſoribus,* conditio quoque ſemel expleta amplius expleri non poteſt, *l. ſi ita fuerit. 13. in princip. verſic. nec enim ff. manum teſtam.* ita illa, cuius euentus nihil operatur, in conſiderationem quoque non venit, *Bart. in l. ſi quis ita ſcripſerit. 33. ff. de hered. inſtit.* at conditionis, alias honeſtæ, & poſſibilis, cuius vtique dies nec ceſſit, nec venit, euentum omnino exſpectandum & auea, fideiuſſorem vere liberatum eſſe, dici non poſſe, probabilius eſt. Et ſic etiam intelligo, quod Alex. *in conſil. 41. in fin. vol. 6.* & Hippol. Riminald. *inter. conſ. criminal.* Zilleti, *conſil. 82. num. 7 vol. 2.* ſcrip-
4 tum reliquerunt, nimirum ceſſante † conditione, ſub qua fideiuſſores promiſerunt, etiam debere ceſſare eorum promiſſionem.

Etſi porrò tempus non eſt modus ipſo iure terminandæ obligationis præteritæ, *l. obligationum. §. placet. ff. de oblig. & act.* attamen adiectio certi, & definita, temporis impedimento eſt, quo minus in futurum, &
5 vlterius quis obligari queat, intelligitur † enim promiſſoris gratia adiectum, *l. cum tempus 17 ff. de regul. iur.* & ob id, fideiuſſor poſt tempus conueniatur, ratione futuri temporis, vel pacti conuenti, vel doli mali exceptione creditorem ſummouere poteſt, *d. l. obligationum §. placet. facit. l. 4 ff. ſeruus ſi filius fam. ff. de tut. & rat. diſtrah.* Ioan. Goddæus *de contrah. ſtipul. cap. 12. concluſ. 10. numero 86. iunctis ijs qua ſupra hoc ipſo cap. §. 14. tradidi.*

6 Hinc fideiuſſor † datus in prima conductione, finito tempore, non cenſetur renouatus, & repetitus in tacita conductione, vt poſt Odofred. Mantoam & & Boeriu tradit Borguin. Caualc. *decif. 44. numero 82.* Decian. *conſ. 72. numer. 12. 13. & 14. vol. 7.* Sic iure mu-
7 nicipali Lubecenſi, ſi quis † intra biennium dotem promiſſam non exigat, non amplius fideiuſſor eius dotis nomine tenetur; iuxta Statutum Lubecenſe *lib. 1. tit. 5. art. 3.* vbi dicitur: Qui fideiuſſor fuit ſponſaliorum ſi non ſit vocatus termino annorum duorum ad dotem ſoluendam liberatus intelligitur; & amplius non tenetur; &c.

8 Sic & † fideiuſſores primi compromiſſi non comprehenduntur in prorogatione ipſius, niſi conſenſerint, vt ait Ægid. Bellamera *conſ. 9. num. 34.* Dynus *in l. Titius ff. de excuſſ. tutor.* inquiens? Si compromiſſum ſit in longius tempus prorogatum, quod intelligatur prorogatum, quoad ipſas partes, non quoad fideiuſſores, *per l. Labeo §. fin. ff. de arbit.* probant idipſum

A a

Google

Hieron. Gabriel. *reſponſo. 43. numer.* 17. Iaſon. *in leg.* 1. *num.* 18. *C. de iudic.* Tiraqu. *in repetit. l. bouet. §. hoc ſermo. p.* 1. *num.* 130. Sebaſt. Medices *de regul. iur. regul.* 4 *nu* 39. *verb. ſi fideiuſſor compromiſſi.* Alexand. Raudenſis *de analogia, lib.* 1. *cap.* 11. *numer.* 8. Tiber. Decian. *reſponſo* 72. *lib.* 2. *& reſponſo* 19. *numer.* 173. *lib.* 3. Menoch. *conſil.* 120. *numer.* 30. *lib.* 2. Petr. Auguſtin. Morla *in Emporio iuris, part.* 1. *tit.* 8 *q.* 16. *num* 5. *& q.* 22. *num.* 3. *& part.* 2. *tit.* 3. *in* 8. *præmiſſo, numer.* 31. *&* 32. Horat. Carpan. *ad Statut. Mediolanenſ. part.* 3. *c.* 120.

Circa quæ tamen, & hoc notandum eſt, quod vtcunque liberato reo ſolutione, vel acceptilatione li-
9 beretur etiam fideiuſſor, liberato † tamen reo tempore non liberetur fideiuſſor, cum multum interſit, res ſoluatur, an perſona liberetur, *l. vlt. ff. de duob. reis. l. cum quis.* 38. *§. ſi quis pro reo. ff. ſolut.* Cuiac. *ad Africa. tract.* 7. *pag* 398.

10 An † vero, & ſpacio 30. vel plurium annorum decurſo fideiuſſorem ita liberari dicemus, vt conueniri non poſſit? Et ſanè ſi intra longiſſimum hoc tempus nec debitum exactum, neque vſuræ quotannis ſolutæ fuerint, vix eſt, vt non ſit liberatus fideiuſſor, vel etiam ipſius hæres, *l. ſicut. l. omnes. C. de præſcript.* 30. *annor. l. ſi eo tempore. C. de remiſſ. pignor.* Gomeſ. *in reſolut. tit. de contract. cap.* 13. *numer.* 20. Francus *d. cap.* 6. *numer.* 84. *& ſeqq.* Nam firma hæc coniectura eſt debitum ſolutum, atque ita tam fideiuſſorem, quam debitorem à
11 creditore liberatos eſſe, ſiquidem † & is, qui tempore liberatur, ſimilis eſt ei, qui ſatisfecit, l. *ſi pupillus.* 45. *ff. de admin. tut.* pulchrè Menoch. *de præſumpt. lib.* 3. *præſumpt.* 135. *numer.* 3. *& ſeqq.* Petrus Gilkenius *de præſcript. part* 2. *memb.* 2. *cap.* 3. *numer.* 48 quibus iunge Nicol. Vigelium *in Methodo iuris ciuilis, part.* 5. *libr.* 15. *tit.* 13.

Nec obſtant *text. in l. cum ſcimus §* 1. *& l. cum ſatis. in princ. C. de agric. & cenſit. lib.* 11. Specialis enim ibi tractatur facti ſpecies, nihil cum propoſitione noſtra commune habens.

12 Bene autem † moniti, huic coniecturæ tum demum
13 locum eſſe, ſi & intra 30. annos (hi enim † omnino requiruntur, *Franc. d. cap.* 6. *numero.* 87. *&* 88.) nihil vſurarum nomine à debitore, vel fideiuſſore ſit
14 ſolutum. Anniuerſaria enim † vſurarum ſolutio præſcriptionem impedit, & creditoris ius ſuum conſeruat, *argum. l. cum notiſſimi. §. ſinè. C. de præſcript.* 30. *annor. l. vniuerſi.* 4. *C. de fund. rei priuato. lib.* 11. *d. loco.*

15 Sed & † hoc addendum reſtat, ſi eum fortè tres eſſent fideiuſſores, quorum vnum creditor conuenerit, & poſt lapſum 30. demum annorum alios conueniat, illiq; ſe præſcriptione defendere conentur, id cre-
16 ditori neutiquam obeſſe: ſufficit † enim vna in vno eodemq; contractu interruptio, vel agnitio, *iuxta l vlt. C. de duob. reis* Licet enim iſta lex fideiuſſorum nullam
17 mentionem facit: vnde etiam † Franc. *cap.* 6. *nu.* 89. aliud in fideiuſſoribus receptum eſſe autumat, quia tamen idem Iuſtinianus *in l. vlt. C. de fideiuſſorib.* reos debendi, fideiuſſores, & mandatores in ſimilibus ferè terminis æquiparat, & verò nulla (quantum ego video) ratio ſubeſt, cur aliud in reis debendi pluribus, aliud in pluribus fideiuſſoribus ſit ſtatuendum, idcirco bona occaſio eſt, id, quod tendit ad eandem vtilitatem, interpretatione ſupplere, *l. nam vt ait Pedius. ff. de legib.*

§. 19. DE SENTENTIA DIFFINITIVA.

SVMMARIA.

1 *Sententia iudicis diffinitiua obligatio fideiuſſoria finitur. Et num.* 2. 4. *&* 5.
3 *Laudo arbitri quoq; eadem obligatio tollitur, ex B[illegible], Angelo, Decio, ac Menochio.*
6 *Fideiuſſor generaliter, fideiuſſor in cauſa criminali, fideiuſſor de defendendo, & fideiuſſor iudicio ſiſti, ſententia lata liberantur. Et nu.* 7. 8 *&* 9.
10 *Fideiuſſor iudicio ſiſti non liberatur lata ſententia, ſi ſimul promiſerit, præſentare toties, quoties.*
11 *Aut quando curia placuerit.*
12 *Aut ſententia dicatur nulla, & poſteà confirmetur, vel agatur per viam reſtitutionis in integrum.*
13 *Aut fideiuſſeris quis, de parendo mandatis Iudicis ſiue Tribunalis.*
14 *Aut fideiuſſio interpoſita ſit, de re ſequeſtrata exhibenda.*
15 *Sententia lata abſolutoria pro fideiuſſore, appellatio creditoris integra manet.*
16 *Litis conteſtatione fideiuſſoris ſimplicis, vt ut principalis non liberatur. Fallit in adpromiſſore indemnitat. n.* 17.

1 DECIMONONO † obligatio fideiuſſoria tolli dicitur per SENTENTIAM IVDICIS DIFFINITIVAM, *l. creditor in princ. ff. de appellat.* Tiraquellus *in repetit. l. bouet. §. hoc ſermone. num.* 48. *ff. de verborum ſignifica.* pulchrè Hippolytus *in Rubric. de fideiuſſorib. num.* 212. VVeſenb. *in parat. ff. de fideiuſſ. nu.* 6. *in fine* Francus *de fideiuſſor. cap.*
2 6 *nu.* 133. Quia enim † obligatio ex contractu per iudicis ſententiam dirimitur, *iuxta gloſſ. in l.* 1. *C. de iudiciis per l. Iulianus.* 60. *ff. de condiction. indebi.* Ideò etiam fideiuſſores liberari, traditum eſt à Bartolo *in l.* 1. *ff. iudicat. ſolui.* Cyno, & Baldo *in l.* 1. *C. de vſuris rei iudic.* At-
3 que idem † quoq; de laudo Arbitri reſponderunt Bald. *in conſ.* 62. *lib.* 2. & Angelus *conſil.* 78. quos ſecuti ſunt Decius *conſil.* 400. *col. vlt.* ac Menoch. *conſ.* 212. *nu.* 35. 36. *&* 37. *lib.* 3.

4 Cæterum, † quod de nouatione, quæ ſit per ſententiam, & ſubſequente liberatione dictum iam eſt, dextre eſt intelligendum. Alia enim eſt nouatio, ſi reus abſoluatur, alia, ſi reus actore obtinente condemnetur. Priore caſu, licèt ex ſententia abſolutoria ciuilis obligatio tollatur, naturalis tamen manet, & ideo obligatio ipſo iure nondum eſt ſublata, ſed ſi ex veteri obligatione agatur, actio per exceptionem rei iudicatæ eliditur, *dicta l. Iulianus* 60. *in principio. ff. de condict. indeb.* Poſteriori autem caſu, ex ſententia condemna-
5 toria, & † re iudicata noua actio, iudicati nimirum, quæ ante non fuit, oritur, & quidem vetus actio in hanc nouam non transfunditur, ſed illi cumulatur, ideoq; hæc nouatio, per ſententiam ſcilicet condemnatoriam, obligationem nequaquam toll[illegible] *& Dd. in d. l.* 1. *C. de iudiciis.* Cantiuncula *in §. præterea. Inſt. quib. mod. toll. oblig.*

6 Neque verò † tantum fideiuſſorem contractus: ve-
7 rum † etiam fideiuſſorem in cauſa criminali, Cremenſ. *ſingul.* 11. Tobias Nonius *conſil.* 103. *nu.* 4 Ioan. Vinc.
8 Hondedæus *conſulta.* 111. *num.* 36. vt † & fideiuſſorem de defendendo, Bar. *in l. cum quærebatur. in fi. princ. ff. iud. ſolui.* Anchatan. Regienſis *q.* 15. *nu.* 3. *lib.* 2. Alciat. *in l. ſi pacto quo pœnam. nu.* 15. *C. de pact.* (vbi probat, Quod fideiuſſor iudicatum ſolui liberatur, quandocunque reo ante ſententiam defendente) & fideiuſſorem

Digitized by Google

9 ſotem † iudicio ſiſti, lata ſcotentia liberari, receptum eſt, *per l. Grace. §. & poſt litem. & ibi Diony. Gothefr. in gl. X. ff. de fideiuſſoribus.* quem caſum ſingularem eſſe dicit ibi Bartolus, & *in ſingula. ſuo* 30. eumque alibi non reperiri aſſerit Matheſilan. *in ſingul.* 178. *incip. Nota quod fideiuſſor.* & ibi Ioan. Bapt. Caſtilion. & Sarayna *in addition.* nec non Angel. *in l. fideiuſſor. §. in fideiuſſorem. ff. qui ſatiſd. cog.* Bart. *in l.* 1. *numer.* 1. *ff. ſi quis in ius vocat. non ierit.* Roderic. Suarez. *in declarat. ll. fori. nt. de compendinationibus. §. ſed pone quæſtionem. numer.* 27. *mihi pag* 186. Menoch. *conſil.* 212. *num.* 10. *vol.* 3. vbi etiam Alex. Franc. de Marchis, Pariſium, & Nattam, pro hac ſententia citat, probat Elbertus Leonions *in conſil.* 72. *numer.* 5. *verſ. maior autem.* Aloiſios de Albertis *ſingulari* 120. ſubjiciens, id obtinere ſiue ſit reus condemnatus, *d. §. & poſt litem.* ſiue abſolutus à lite, & obſeruatione iudicij, *l. properandum. §. ſiquidem cum gl. C. de iudic.*

10 Quanquam † ſectis eſt, ſi fideiuſſor iudicio ſiſti ſimul promiſerit: Præſentare Toties, Quoties, *Pet. de Roaen. ſingul.* 207. *Roder, Suarez. d. loco. num.* 28. 29. 30. 31.

11 Aut † ſiſtere, quandocunque Curiæ placuerit, *Bart. in l. ſi quis reum. ff. de cuſtod. reor. Hippolyt. in Rubric. de fideiuſſor. numer.* 140. *Muſcatell. in pract. fideiuſſor. part.* 1. *modo* 13 *numero* 4. Lex enim hoc caſu non reſiſtit fideiuſſoris voluntati, ſed promittit, vt ait Rolandus à Valle *conſil.* 21. *numer.* 6. & 49. *volum.* 2. ſequitur Franc. *cap.* 6. *num.* 144.

12 Aut ſententia † dicatur nulla, & poſteà confirmetur, vel agatur per viam reſtitutionis in integrum, nim, & tunc fideiuſſio durat. *Ant. Teſſaur. deciſ.* 202. *num.* 17.

13 Aut fideiuſſerit † quis de parendo mandatis iudicis ſiue Tribunalis, vult obtemperare in omnibus quæ à iudice fuerint mandata, vt pulchrè explicauit Ioan. Bernardin. Muſcatellus *d. part.* 1. *modo* 13. *per tot.* vbi rationes elegantes adducit, quamuis contradicat Francus *cap.* 6. *num* 140.

14 Aut † fideiuſſio interpoſita de re ſequeſtrata exhibenda, tunc enim tam diu durat, donec lis finiatur, etiam in cauſa appellationis, Curtius *in tract. de ſequeſtrat. numer.* 56. *verſiculo.* 2. *alio modo.* & *num.* 57. & *quæſtione* 14. *num.* 65. Rebuff. *de ſequeſtr. articul.* 7. *gloſſ. vnic. ad finem.* Hotat. Carp. *ad ſtatut. Mediolan. parte* 1. *capit.*
15 111. *numer.* 84. & 85. Quin † tamen lata ſententia diffinitiua abſolutoria, pro fideiuſſore, caſu quo alias appellationi locus eſt, creditori appellare liceat, nullum dubium habet, & ſatis idipſum innuit dicta *l. creditor. ff. de appellationibus.*

Dixi modo de ſententia, & quomodo per eam fideiuſſor liberetur, quid autem ſtatuemus de litis con-
16 teſtatione, cum fideiuſſore facta? Certè per † litis conteſtationem fideiuſſoris ſimplicis reus principalis non liberatur, *leg. reos.* 23. *l. vlt. C. de fideiuſſoribus l. item.* 18. *§. fin. ff. de conſtit. pecun.* Adpromiſſor verò
17 † indemnitatis, cum ſuo nomine obſtrictus ſit, litis conteſtatione reum, etiam inuitum, quaſi per delegationem, & nouationem, liberat in ea parte, qua conditio tum extitit, vel lis ſuſcepta fuerit, *l. ſi ali verſic. ſed etſi tam Seio. ff. de rebus credit. l.* 2. *C. ſi mater eidem. promiſerit. l. delegare.* 11. *ff. de nouationibus.* Bartolus, Iaſon, Caſtrenſis, Duarenus *ad l. decem.* 116. *ff. de verbor. oblig.* Ioan. Goddæus *in l. ſi ita.* 150. *nu.* 5. *ff. de verbor. ſignific.*

Antonius Heringius.

§. 20. DE FINITIONE INSTANTIÆ.

SUMMARIA.

1 *Inſtantiæ finitione tollitur obligatio fideiuſſoria ad litem facta.*
2 *Inſtantia quid propriè ſit.*
3 *Inſtantia finita, mandatum procuratoris finitur.*
4 *Fideiuſſor ſimpliciter acceptus in prima inſtantia, non eſt obligatus in cauſa appellationis. Eaque ſententia eſt communis. num.* 5. 6 & 7. *Sed reprobatur ab Antonio Teſſauro, & Damhauderio, num.* 8. *A quibus diſſentit auctor, pro communi opinione depugnans, num.* 9. & *ſeqq.*
9 *Inſtantia appellationis à prima inſtantia differt, non diuerſitate materiæ veteris, ſed iudicij, & materia noua. Et num* 10. *ac* 11.
12 *Fideiuſſor exercitationis litis in prima inſtantia, non tenetur pro altera cauſa in inſtantia appellationis. Quod notabiliter limitatur numer.* 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. & 21.
13 *L. creditor. ff. de appellat. ſenſus.*
22 *Cautela Iulij Clari efficiens, vt fideiuſſor etiam in cauſis appellationum teneatur, adducitur.*
23 *Appellatio ad Cameram Imperialem in cauſis criminalibus ex conſuetudine Germaniæ non admittitur.*
24 *Fideiuſſor promittens, ſe teneri velle in omni inſtantia, & pro quacunque cauſa, tenetur etiam in cauſa appellationis.*
25 *Fideiubens pro Actore de ſoluendis expenſis, ſi ſuccubuerit in cauſa, non tenetur, ſi poſteà declaratum fuerit, peremptam eſſe inſtantiam, & ſucceſſiue Actor condemnetur in expenſas.*
26 *Sententiæ Cameræ Imperialis ſunt immunes ab vlteriori appellatione.*
27 *Fideiuſſor datus in cauſa noui operis nunciationis, non tenetur in inſtantia Reuiſionis.*
29 *Reuiſio, & recurſus regulariter appellationis naturam imitantur.*
29 *Reuiſio actorum appellationis eſt ſpecies.*
30 *Inſtantia alia eſt iudicij Cameralis, alia iudicij Reuiſorij.*
31 *Fideiuſſores Officialis abſolui, ſi proceſſu Reuiſorio fuerit condemnatus Officialis, non tenentur.*
23 *Fideiuſſor compromiſſi non tenetur pro eo, quod augetur in cauſa Reductionis, ſed tantum pro eo, quod continet laudum Arbitri.*
33 *Fideiuſſor tenetur, ſi ſententiam Cameræ condemnatoriam, Reuiſoriam ſententia confirmatoria ſequatur.*

1 VIGESIMO † obligatio fideiuſſoria finiri dicitur FINITA INSTANTIA, ad quam datus eſt fideiuſſor, *dicta l. Grace. §. & poſt litem. & ibi Bartolus. ff de fideiuſ. l.* 2. *ff. iudicatum ſolui.* Hippolytus *in Rubric. de fideiuſ. nu.* 108 & 109. & *in ſingul.* 419. Gerardus Mazollus *conſilio* 96. *num.* 25. Auguſtinus Berous *conſil.* 14. *numer.* 6. *volum.* 3. Aochatanus Regienſis *quæſt.* 15. *numer.* 16. *libro* 2. Stephanus Bertrandus *conſ.* 171. *nu.* 5. *volum* 1. Aſin. *in praxi iudic. §.* 2. *cap.* 13. *num.* 42. & 34. Menoch. *d. conſ.* 212. *nu.* 21. *lib* 3. Laorentius Termitus *in tract. cantelarum. cautela* 78. Ioan. Guddæus *de contrah. ſtipul. cap.* 12. *conclaſ.* 11. *num.* 8. Barnabas Cornazzan. *deciſ. Lucenſi* 59. *nu.* 16. ex Afflicto, & Viſillo Hotat. Carp. *ad ſtatut. Mediolanen. part.* 1. *cap.* 44. *num.* 68 & *cap.* 111.
2 *num.* 10. Notum † autem eſt, inſtantiam eſſe exercitationem iudicij à litis conteſtatione ad ſententiam vſque, *l. & poſt editum §. penul. ff. de iudicijs* latè Ioan Baptiſta Aſinius *in praxi iudic. in princip.* Datus igitur ſiue

Digitized by Google

acceptus fideiuſſor litis exercitationis, condemnato
reo, exceptione ſe tueri poteſt, quia inſtantia finita eſt,
pro qua acceptus erat, *d. §. & poſt litem* Non aliter, ac
3 † mandatum procuratoris finitur, finita inſtantia, vi-
delicet, lata ſententia definitiua. Nec enim cogitur
procurator in ſecunda inſtantia, hoc eſt, in iudiciu ap-
pellationis, operam ſuam præbere, *l. mutus. 17. vbi Do-
ctores C. de procuratoribus.* Andreas Gail. *lib. 1. obſerua-
tion. 139. numero 11.* cum ſufficiat, vel in pancia amici
rebus conſuluiſſe, *l. tutori. 21. C. de negot. geſt. l. tutores.
39. §. qui ſe negotijs ff. de adminiſt. tutor.* nec vlterius pro-
curator grauandus ſit, quam quatenus negotium in ſe
ſuſcepit, ſuſcepit autem iudicium, id quod per ſenten-
tiam ſoluitur, *l. iudex poſteaquam. D. de re iudicat.* Solui
igitur, & eius obligationem eodem tempore par eſt:
D. VVeſenbec. *in paratit. D. de procurator. num. 11. verſ.
finitur etiam mandatum.*

Iſta autem doctrina ad multa porrigi poteſt. Primò
4 enim hinc eſt, Quod † fideiuſſor ſimpliciter datus at-
que acceptus in prima inſtantia, ſi appellatio inter-
uenerit, & deſerta non ſit, non amplius in euentum vl-
lum tenetur, cum non ſit obligatus in cauſis appella-
tionis, *l. eum apud. 20 & ibi Bart. ff. iudicat. ſolui. l. non à
iudice. §. vlt. & ib Bart. ff. de iudicijs, idem Bart. in ſing. 40.
Pet. de Rauenna ſingul. 376. tex. in § ſi vero. verſic. omnia
dabit fideiuſſor, quæ in condemnatione continentur, niſi fue-
rit prouocatum. Inſti. de ſatiſdat.* Atque † ita multi tradi-
5 derunt præſertim ex neotericis Boerius *deciſ. 315. nu.
1* Alciatus *reſponſ. 5. nu. 10. & ſeqq. lib. 5.* Socinus iun.
conſ. 91. vol. 4 Auguſtinus Berous *in quaſt famil. 76. nu.
2.* Menochius *conſi 120. numero 10. lib. 2.* Clarus *in pra-
ctica crimin. §. fin. quæſt. 46. numer. 20.* Ancharanus Re-
gienſis *q. 15. lib. 2.* Nicol. Valla *de rebus dubijs. tract. 16.
nu. 5 mihi pag. 281.* Hieron. Gratus *reſponſ. 102. nu. 5. lib.*
6 1. (vbi dicit, ita † teneri per omnes Scribentes) Co-
ſtalius *in l. in cauſa. 27. §. ſi ex parte. ff. de procurator.*
Emanuel Soarez *in comm opin. lit. F. nu. 551.* Tiber. De-
cianus *in conſ. 19. num. 172. & 173. volum. 3.* latiſſimè
Vincen. de Fran. *deciſ. 208. & 220. deciſ. 344.* Muſcatel-
lus *in practica fideiuſſoria. part. 2. modo 12. nume. 6. verſic.
primam tamen.* Horatius Capanns *ad ſtatuta Mediolan.
parte 1. cap. 44. numero 65. & cap. 45. num. 24.* Andreas
Fachineus *libro 8. controuerſiar. cap. 57.* qui hac com-
7 munem † opinionem eſſe pronunciant, quamuis eam
8 † plane reijciat Antoninus Teſſaurus *deciſ. 202.* con-
trariam ſententiam veriorem eſſe exſtimans, & deni-
que *numero 19. in fine.* ſubjiciens, mirum in modum
decipi eos, qui ſuper prædicta communi opinione
ſimpliciter ſe fundant, cui etiam aſtipulatur Damhau-
der. *in pract. crim. cap. 20. nu. 13.* prout eum refert Valent.
Francus *d. cap. 6. num. 136.*

9 Certè † appellationis inſtantia à prima inſtantia
differt, Vincent. Carocius *deiſ. 115. num. 3.* Andreas
Gail. *lib. 1. obſeru. 76. num. 1. per cap. per tuas. de appel-
10 lationibus.* non † quidem diuerſitate materiæ antiquæ
(quo etiam procul dubio reſpicit Vinc. de Franchis
deciſio. 520. nu. 1. inquiens, appellationis cauſam eſſe
eiuſdem naturæ, cuius eſt principalis, *per l. 1. ff. an per
alium cauſ. appellat.*) Sed tamen diuerſitate iudicij, &
materiæ nouæ, hoc eſt, ratione iniquitatis ſententiæ,
vt pulchrè alias Mynſigerus *reſponſo 85. num 8.* nec diſ-
ſentit Georgius Obrechtus *in tractat. de iuramen. ca-
11 lumnia. cap. 8. num. 11.* aſſerens ibi: Quod † cauſa prin-
cipalis, & cauſa appellationis, ſit quidem eadem,
quoad merita cauſæ: ſed tamen diuerſa, & ſeparata
eſſe iudicia. Aliud enim eſt iudicium cauſæ principa-
lis, & aliud cauſæ appellationis, & vtrobique alij ſunt
iudices, & alia pronunciando ſeruatur ratio. Atque
12 ideò fideiuſſor, † qui ex vna cauſa pro aliquo fideiuſ-
ſit, puta, pro exercitatione litis in prima inſtantia,
non videtur teneri pro altera, puta, pro cauſa appel-
lationis in ſecunda inſtantia, per ea quæ tradit Bald.
in conſilio ducenteſimo ſeptuageſimo ſecund. libro ſecundo.
Marſilius *dict. ſingulari. 313.* Decius *conſil. 177. columna.
2. verſicul. confirmatur hoc.* Elbertus Leoninus *conſilio
72. numero quinto. verſic. maior autem.* vbi ita inquit:
Cum ipſa inſtantia atque agitatio iudicij ſit cauſa
conſtituendæ cautionis de iudicio ſiſti, merito finita
cauſa, ob quam cautio eſt præſtita, quoque finiri de-
bet ipſa cautio, quæ cauſa ſiſtendi iudicio facta eſt, &c.
Quod etiam optime innuit elegans Summarium Bar-
toli in *d. l. eum apud.* dum ait: *fideiuſſor acceptus in prima
cauſa, non tenetur in eo, quod iudicatur in cauſa appe-
lationis.*
13 Nec † videtur obſtare *l. creditor. ff. de apellat.* ex qua
ſupra *§. praced. num. 15.* collegi, lata ſententia diffini-
tiua abſolutoria pro fideiuſſore, creditorem denuo
appellare poſſe: Id enim intelligendum eſt fideiuſſore
totius cauſæ, cum quo principaliter creditor egit.
Nam ſi poſtea inter fideiuſſorem, & creditorem ſen-
tentia ſit dicta, non video, cur creditori appellare
non ſit integrum, cum & condemnato fideiuſſori in-
tegrum imo neceſſarium fuiſſet, *l. à ſententia. in princi-
pio ff. de appellationibus. l. ſi pro ea ſ. mandati l. 8. §. vlt. ff.
eodem.* At ſecus eſt, ſi pro iudicato primæ inſtantiæ tã-
tum interuenerit fideiuſſor, & creditor principaliter
cum debitore egerit, tunc enim, debitore condem-
nato, vel abſoluto, vlterius pro iudicato in ſecunda
inſtantia non tenetur fideiuſſor, ſecundum ſupra alle-
gata iura, & Cardinalem Pariſium *in conſilio. 171.
14 numero trigeſimo. volumine quarto.* Niſi † forte ab initio
aliud ſit actum, *d. l. eum apud. in fine.* & ibi Bald. *ff. iudi-
cat. ſolui.* Hieronymus Gabrielius *conſil. 35. numero 6.*
Franciſcus de Marchis *quæſtio. 252. part. 1. quæſt. 357.
part. 2.* Rodericus Suarez. *in declarat. ll. fori tit. de com-
perendinationibus. libro 2. §. ſed pone quæſtionem. numero
15 18. & præſertim nume. 36.* vbi † dicit ſe conſulere iu-
dici, vt ſemper accipiat latiſſimè fideiuſſores, promit-
tentes reum exhibere, & præſentare iudici poſt ſen-
tentiam, & ante, & in omnes tempus, quoties à iudice
fuerit petitum.
16 Vel † ſtipulatio in certam Iudicis perſonam ſit con-
cepta, *Molineus in Labyrinth. diuid. & indiuid. ſtipulat.
part. 2. & dicam infra. §. 26. num. 23. & 4.*
17 Vel † fideiuſſor de ſoluendo iudicatum datus ſit in
cauſa appellationis, is enim reſpectu huius cauſæ te-
netur ad omnem condemnationem, late Muſcatellus
in practica fideiuſſoria, *p. 1. modo. 11. nu. 11. 12. 13. & 14.*
18 Vel † verba fideiuſſionis ſint admodum generalia,
*Aretin. in §. 1. Inſtit. de ſatiſdat. Gratus reſponſo 34. num.
5. lib 2.*
19 Vel aliæ † ſententiæ ſint conformes primæ, tunc
enim vltra primam ſententiam eum teneri voluit Bal-
dus *in l. Iulianus. ff. qui ſatiſdare cogantur.* Gratus *dicto
reſponſo 34. num. 7.* vbi dicit, hanc opinionem eſſe mul-
tum æquam, cum alias eſſet in poteſtate rei fideiuſſo-
ris, euitare promiſſionem de iudicatum ſoluendo, in-
terpoſita appellatione.
20 Vel † fideiuſſor rem habeat de qua lis eſt, & reſpectu
rei ſe obliget, tunc enim tenetur fideiuſſor iudicatum
ſolui, quacunque inſtantia, *Hieronymus Garbrielius d.
conſilio 53. num. 7. & 8.*
21 Vel † denique quis fideiuſſerit de non baratando,
vel deteriorando rem, ſed eam reſtituendo, abſque
aliqua procraſtinatione, in caſum victoriæ, *Bald. in l ſi.
fideiuſſor. § ſi ſatiſdatum. ff. ſatiſd. cog. Muſcatell. in pract.
fideiuſſ. part. 1. modo 17. num. 19. & 20.*

Quod autem Clarus *d. quæſt 46. num. 20.* ex Boerio,
Pariſio

Patiſio & Angelo, cautellam tradit, vt is, qui in cau-
22 ſis criminalibus pro † relaxando reo, ſibi fideiuſſo-
rem dari permittit, apponi curet clauſulam; Quod fi-
deiuſſor promittat ſtare, & ſoluere quamcunque con-
demnationem, quæ fiet contra principalem, etiam
in cauſis appellationum, ea in Germania vix vtilita-
23 tem habet, cum † ex generali conſuetudine appella-
tio ad Cameram Imperialem in criminalibus non per-
mittatur. Ordin. Camer. *p.2. tit.* 28. Mynſ. *cent.* 4. *obſ.*
41. Ioach. à Beuſt. *in Rubric de iureiur. num* 97. Quin-
24 quam rurſus eandem † clauſulam, nimirum, vt fideiuſ-
ſor promittat, ſe teneri velle in omni inſtantia, & pro
quacunque cauſa, ad euitandas omnes difficultates, &
quæſtiones, bonam eſſe autumat Antonius Teſſaurus
dicta deciſione 202. *numero.* 19. *verſicu. ad euitandas.*
quem ipſemet lector conſulere poterit, vbi etiam
in fin. princip. & numero. 10. inueniet, totam hinc
quæſtionem eſſe dubitabilem, & difficilem, & obſ-
curam, atque ideo non eſt, vt eiuſdem authenticam
determinationem mihi ſumma, ſed merito eam ad
doctiores reijcio, qui cicadam forte ala corripere
ſatagunt.
25 Infertur quoque † vlterius ex hac doctrina, ſi quis
fideiuſſerit pro actore de ſoluendis expenſis, ſi ſuccu-
buerit in cauſa, & poſtea declaratū fuerit, peremptam
inſtantiam, ac ſucceſſiuè condemnetur actio, in ex-
penſas, quod tamen fideiuſſor non teneatur ad has
expenſas, quia ad eas ſe non obligauit. Bald *conſilio*
106. *incip. proponitur quod quidam. volum.* 2. Marſilius
ſingul. 218. *incip. Diligenter.* Maranta *in ſpec. ſuo in*
8. *memb.* 6. *part. numero* 17. Aucharan. *quæſt. famil.* 15.
numero. 6. *lib.* Surdus *deciſ.* 212. *numero* 2. Tiber. Decian.
conſi. 72. *numero* 19. *vol.* 2. Muſcatellus *in practica fide-
iuſſoria par.* 1. *modo* 11. *numero* 2. Franciſ. Calletus *in
addit. ad Faluium Pacian. lib.* 1. *cap.* 57. *lit. D.* Io. Bapti-
ſta Aſinius *in praxi iudicior. in princip. numero* 19. *mihi
pag.* 4. *& in §* 32. *cap.* 26. dicens ibi, parentem ſuum
conſulendo prædiam opinionem Baldi tenuiſſe, &
finaliter in eo reſidens, quod accurate conſideranda
ſint verba fideiuſſionis, ſi quidem illa ſunt ſtricta, &
proprie intelligenda, vt merito actor non dicatur ſuc-
cubuiſſe in cauſa, ſi cauſam adhuc in alia inſtantia re-
aſſumere poſſit.
Reliquas quæſtiones, quæ apud Bartol. & Dd nec
non Cardin. Albanum *in add. ad Bart. in d. l. cum apud* &
Roderic Suarez *declarat. ll. fori. lib.* 2. *tit. de comperendi-
nationibus.* §. *ſed pone quæſtionem. per diſcurſ.* nec non
Valen. Francum, *d. cap.* 6. *numero* 140 *& ſeqq.* tractan-
tur, ſtudioſus lector ipſemet ſuis in locis videre
poterit. Ego in præſentiarum ſaltem vnam adij-
ciam, quæ in praxi occurrere, & admodum vtilis eſſe
poteſt.
26 Notum † enim eſt, quamuis aduerſus ſententias in
ſummo Imperij Tribunali, quod Cameram Imperij
appellant, latas; non admittatur vlla appellatio, quod
tamen illæ ipſæ ſententiæ Reuiſioni Deputatorum
Statuum Imperij ſint ſubiectæ. *Ordin. Cam. Imp. part.* 3.
titu 53. Pone igitur, obligaſſe ſe aliquem pro alio, in
cauſa forte noui operis nunciationis, tanquam fide-
iuſſorem, de facienda vel etiam curanda demolitione,
ſi ſententia contra principalem feratur, iuxta ea quæ
tradidi ſopra. *cap.* 15. *numero.* 92. Ferri autem pro hoc
ipſo, cui nuntiatio facta eſt, ſententiam abſoluto-
riam de non demoliendo, Quod fuit contractum
penitus ſit deſtructum, & omnia ad priſtinum ſta-
tum reuocata actor abſolutus, & ita in Camera
imperiali fuit obſeruatum, &c. Verum eiuſdem ſen-
tentiæ rurſus ab impetrante reuiſionem peti, num
prædictum fideiuſſorem etiam in inſtantia Reuiſionis
teneri, vel ſtatim petita apud Electorem Moguntinum,
& Cameralibus intimata Reuiſione, liberatum eſſe
dicemus?
Et quanquam pro ratione dubitandi hic nonnulla
moueri poſſent, ne tamen longis ambagibus vtar, bre-
27 uiter conciudo, fideiuſſorem † hoc caſu liberari, in
inſtantia Reuiſionis vlterius oon obligari. Cum enim
28 Reuiſio † & recurſus regulariter appellationis natu-
ram imitari ſoleant, vt poſt multos alios, egregie oſ-
tendit Petrus Heigius *in quæſt iuris quæſt.* 10. *num.* 64 *&*
29 *ſeqq.* Vnde, & Reuiſionem actorum † appellationis
ſpeciem appellat *Bart. in l. ſocietatem.* §. *arbitrorum co-
lum.* 4. *ff. pro ſocio.* quem ſequitur Ioan. Cephal. *conſi.*
180. *num.* 19. *lib.* 2. Et hinc amplius, ſicut alia inſtantia
eſt coram iudice inferiore, alia inſtantia appellationis
coram iudice ſuperiore, vt probaui ſupra *hoc ipſo* §. *nu.*
30 10. *&* 11. Ita quoque † alia inſtantia ſit iudicij Came-
ralis alia inſtantia iudicij Reuiſorij, vt pote quod non
per eoſdem, & primos iudices, ſed alios à Statib. Im-
perij, & ipſo Imperatore delectos conſiliarios, tan-
quam maiores iudices, peragitur, Bendetus *de Reui-
ſione. concluſ. num.* 12. *&* 19. Heigius *d. quæſt.* 10. *num.*
70 ſequitur vtique, quod ſicut fideiuſſor, lata ſenten-
tia diffinitiua, & quidem abſolutoria. non tenetur am-
plius in cauſa appellationis, *vt oſtendi ſupra, d. nu.* 10.
& multum ſeqq. Ita nec fideiuſſor de faciendo iudi-
catum, ſi ſententia per Cameram abſolutoria pro
reo feratur, vlterius in iudicio Reuiſorio, fortaſſis
prioris ſententia reformatorio, teneatur. Surrogatum
ſi quidem ſapere debet naturam eius, in cuius lo-
cum ſurrogatur Eberh *in Topic. loco à vi ſurrogat.*
Bendetus *d. loco. concluſ.* 20. *numero* 59. *&* 60. Accedit,
quod hoc caſu interuenit ſententia diffinitiua, nec
non finitio primæ inſtantiæ, & mutatio iudicis,
quibus concurrentibus, quid mirum ſi fideiuſſoris
obligatio finiatur, cum, & ſingula ad eam finien-
dam ſufficiant; *ſicut dixi ſupra*, §. 19. *nu.* 12. *& infra*, §. 26.
nu. 2.
Atque hæc ſententia expreſſe probatur per Bart.
in l. fin. ff. de pactis. Angel. Aretin. *in tract. maleficiorum.
verb. fideiuſſit. colu.* 2. *verſi. penul.* Bertachin. *in reperto-
rio, verb. fideiuſſor mihi pag.* 475. Hippoly. *in rubric. de
fideiuſſor. quæſt.* 8. *num.* 93. & nouiſſime Ioan. Bernard.
Muſcatelum *in ſua practica fideiuſſoria, part.* 1. *modo* 32.
num. 8 *& modo* 14 *nu.* 17. vbi dicunt, ſi aliquis officia-
31 lis † pro ſuo Syndicatu ſit abſolutus, proceſſus vero
poſtea vigore alicuius ſtatuti reuideatur, ac officialis
condemnetur, quod fideiuſſores non teneantur. Idem
quoque tenuit Paris de Puteo *in tract Syndicatus. verb.
fideiuſ. cap.* 1. *poſt num.* 4.
32 Facit in argumentum, & hoc, quod † fideiuſſor con-
promiſſi non tenetur pro eo, quod augetur in cauſa
Reductionis, ſed tantum pro eo, quod continet laudū
arbitri, *gl. in l. in propoſita. ff. pro ſocio. Bald. in l. ſi. q.* 10. *C.
mandati. Decius conſ.* 94. *per tot.*
33 Sane † ſi ſententiam Cameræ condemnatoriam,
fortaſſis Reuiſorum ſententia confirmatoria ſequa-
tur, probabili ratione dubitaodi reus non videtur
carere, propterea quod ſupra *n.* 19. ex Baldo, & Hie-
ron Grato dictum eſt, ſi aliæ ſententiæ ſint conformes
primæ, quo fideiuſſor etiam vltra primam ſententiam
teneatur. Quidquid ſit, cum hoc exulceratiſſimo ſecu-
lo tot ſere Reuiſiones inſtituantur, quot ſententiæ in
Camera Imperiali feruntur, idcirco ab initio conſul-
tum eſt, exprimere, quod fideiuſſor in omni inſtantia,
& pro quacunque cauſa teneri velit, *per hoc ea attuli
ſupra hoc ipſo* §. *num.* 22.

§.21. DE DATIONE IN SOLVTVM.

SVMMARIA

1 *Datione in ſolutum tollitur obligatio fideiuſſoria, ex ſententia Capolla. Qua limitatur n.2 Contrarium aſtruente Speculatore, nu.3. Qua opiniones conciliantur, nu.4. & ſeqq. praſertim nu.19.*
4 *Datio in ſolutum vicem venditionis obtinet. Quod declaratur nu.5.*
6 *Venditio ſemel rite contracta, vt & datio in ſolutum, pœnitentiam non admittunt.*
7 *Creditor merces in ſolutum accipiens & debitorem liberans, non poteſt ob laſionem dationem in ſolutum reſcindere.*
8 *Dationem in ſolutum accipiens ius plenum conſequitur & fit vtilis Dominus.*
9 *Datio in ſolutum aque liberationem operatur, ac ſolutio.*
10 *Satisfactio pro ſolutione cedit.*
11 *Res qualibet tanti eſt, quanti emptorem inuenit.*
12 *Remedium l.2.C. de reſcind. vendit. in datione in ſolutum quatenus locum habeat, oſtenditur.*
13 *Remedium d l.2. ſoli venditori competit ex ſententia Iacobi Cuiatij, cui tamen ab alijs contradicitur.*
14 *Datio in ſolutum tollit naturalem obligationem.*
15 *Obligatio ſemel extincta inſtaurari non poteſt.*
16 *Creditori vtilis actio accommodatur, ſi pro ſoluto ei res data fuerit, adhoc, vt vel id quantitatem debiti ei ſatisfiat, vel quantum eius interſit.*
17 *L.26 & l.98 ff. de ſolutionibus* } *adducuntur pro Speculatoris opinione.*
18 *L. deferre. §. vlt cum 3. ll. ſeqq. ff. de iure fiſci* } *adducuntur pro Speculatoris opinione.*
20 *Creditori non obeſt acceptio dationis in ſolutum, ſi ab initio expreſſe proteſtatus fuerit, ſe nolle alier rem in ſolutum datam accipere, quam ſi ſe ad debiti ſui quantitatem extendat.*
21 *Crediter per dolum debitoris aſtimatum fundum in ſolutum accipiens, ſibi non praiudicat. Idem eſt, ſi ex errore, nihil vlterius ſibi deberi exiſtimans, rem in ſolutum accipiat. nu.22.*
23 *Sciens ſibi plus deberi, licet minus accipiat, tamen ſibi non praiudicat.*
24 *Donandi animus non facile praſumitur.*
25 *Error calculi poteſt allegari.*
26 *Calculi ratio non operatur niſi in eo, quod calculatum eſt.*
27 *Prouerbium Germanicum, vnde fluxerit.*
28 *Error calculi varijs modis probari poteſt.*
29 *Res in ſolutum data ſi euincatur, debitor non cenſetur liberatus. & num.30.*
31 *Liberatio totalis debitorem à reſidui petitione liberat. & num.32.*
33 *Crediter recipiens res quaſdam in ſolutum à debitore pro eo, quod ſupereſt, vel pro reſiduo, vel pro ſumma reſtante, poſtea non peterit aliquid petere, etiam ſi ſibi plus debeatur.*
34 *Reſiduum continet partem reſtantem.*
35 *Reſiduum promittens, non tenetur in ſolidum.*
36 *Reſidui commemoratio etiam totum admittit, cuius adhuc nulla pars eſt ſoluta.*
37 *Cautela Caſtrenſis, Iaſonis, Capolla, & Chaſſanai reijcitur.*
38 *Creditor iudicis auctoritate interueniente res in ſolutum accipiens, fruſtra de reſiduo actionem inſtituit.*
39 *Creditor, cui per ſubhaſtationem liberantur bona debitoris, habetur loco emptoris, ideoque ad fideiuſſorem redire nequit.*

1 VIGESIMOPRIMO † obligatio fideiuſſoria tolli
dicitur per DATIONEM IN SOLVTVM.
Ita enim traditum eſt à Cæpolla *in cautel. 13. incip.*
Si aliquis eſt debitor. allegante ad hoc Barto. &
Dd. *in l. ſi quis aliam. ff. de ſolut.* ſubijciente † etiam
2 limitationem, vt hoc non procedat, ſi quis dixerit,
quod per illam dationem in ſolutum ab obligatione
fideiuſſoria recedere non intendat. Verum
3 † Cæpollæ apertè contradicit Specul. *in tit. de fideiuſſ. nu.24. verſic. pone eum deberet.* exiſtimans, licet
principalis obligatio extincta ſit per dationem in
ſolutum, quod tamen actio vtilis contra fideiuſſorem
reſtituatur, ad id ſcilicet, quod creditori deeſt, per
textus ibi ab ipſo allegatos. Et ſi rem totam exacte
perpendamus, pro vtriuſque opinione non leuia ſtringunt
fundamenta.
4 Sententia † namque Cæpollæ ex eo primum ſtabilitur,
quod datio in ſolutum vicem venditionis obtineat,
l. *vlt. ff. quibus ex cauſis in poſſ. eat. l.4. §. auctoris. ff.*
de doli mali excep. ſi prædium. C. de euictionibus. l. libera.
*& ibi glo. C. de ſent. & interlocut. l. ſi ſecundum. C. mandati.
l. eleganter. in prin. ff. de pignor. actione.* Natta *conſ.* 207.
*nu.*3. Cephalus *conſ.* 98. *lib.*1. Io. Baptiſt. Aſinius *in tractat.
de execut. in prolegom. c.1. nu.*12. Tiraq. *de retract.* §.
1. gl.14. *nu.* 13. & 4. Io. Vincen. Hondedæus *conſultat.*
34. *nu* 42. *volum.*2. Amo. de Gamma *deciſ. Luſitan.* 295.
5 vbi tamen † hoc ſaltem verum eſſe largitur largo, &
improprio modo, & quidem in materia fauorabili non
autem ſtricta, & odioſa, de quo plura vide apud Horat.
Carp. *ad Statut. Mediolan. par.*1. *c.*417. *num.*514. *& ſequ.*
6 A venditione † autem ſemel rite contracta reſilire non
licet, vt nec à datione in ſolutum, l. *ſicut. C. de obligat.
& act.* Cephalus *conſ.* 286. *nu.* 14. *lib.* 2. Sed potius ſibi
acceptum cogitur ferre creditor, qui rem inſolutum
accepit, ſiquidem de ſuperfluo pacto tranſegiſſe videtur,
*l. à diuo Pio. §. ſi pignora. ff. de re iud. & dixi ſupra hoc
cap. §.13. nu.* 25. & 26. Atque hinc Simon Piſtoris Cancellarius
quondam Ducum Saxoniæ *in conſ.9.* (quod
impreſſum eſt poſt conſilia Modeſtini Piſtoris) con-
7 cludit; Si creditor † merces in ſolutum acceperit, &
debitorem liberauerit, quod deinde, ob læſionem,
non poſſit dationem in ſolutum reſcindere. Datio-
8 nem enim † in ſolutum accipiens ius plenum conſequitur.
*Bart. & Dd. in l. Pomponius. § ſi iuſſu. ff. de acq.
poſſ. Socin. conſ.60. numer.3. lib.1. Crauet conſ.* 248. *numer* 1.
Et ſit vtilis Dominus, *l. eleganter. in pr. ff. de pign. act.
Alex. conſ.* 76. *v ſis. vel.*3. *Camill. Borel. controu.*67. *numero* 11.
9 Deinde etiam † certum eſt, quod datio in ſolutum
æque liberationem operetur, atque ſolutio, cum id reuera
in ſolutum, vel pro ſoluto dari dicatur, quod vt in
liberationem debiti cedat, in creditorem transfertur,
10 *l. non omnis. §. vlt. ff. de reb. cred.* Satisfactio † enim pro
ſolutione eſt, & ſatisfacere dicimur ei, cuius deſiderium
implemus, l. *ſatisfactio.*52. *ff. de ſolution.* l.5. § *ſuis
acceptio ff de verb. oblig.* Cum igitur in ſolutum datio ſit
pro ſolutione, ſolutione autem facta liberetur tam debitor,
quam fideiuſſor, ſequitur vtique, & datione in
11 ſolutum vtrumque liberari, quælibet † enim res tanti
eſſe intelligitur, quanti emptorem inuenit. *Alex. in l.*1.
*§ ſi heres. nu.*2. *ff. ad Trebel. per l. ſi ſeruus. ff. de condict. furt.*
Emptoris autem perſonam hoc caſu ſuſtinet creditor,
qui rem in ſolutum accipit, *l. minor.*40. §.1 *ff de minorib.*
cui etiam tum ſatisfactum videtur, ſi, vt ipſe voluit, ſibi
cauit, licet in hoc ſemetipſo ſit deceptus, *l. ſi rem §.
omnis. ff. de pign. act. l. item liberatur. ff. qu b. mod. pign. vel
hypoth. ſoluitur.*
12 Tertio † quoq; huic opinioni ſuffragatur, quod nequidem
remedium *l.2. C. de reſcind. vend.* in datione in
ſolu-

ſolutum aliter locum habet ex parte creditoris, quam
ſi is vltra dimidium ſit læſus latè Tiraque. *de retract. li-
gnag.* §. 1. *glo.* 14. Arius Pinellus *in l.2 par.1.cap. 4.nu. 8.
C. de reſcin. ven. per l. ſi res.* §. *ſi mulier. ff. de iure dot.* multo
igitur minus danda eſt creditori actio vtilis in fideiuſ-
13 ſorem, pro minimo fortè reſiduo, præſertim ſi † cum
Iacob. Cuia. *lib.* 16. *obſ. c.* 18. *& lib.* 17. *c.* 1. (contra Io.
Rober. *lib. 2. animaduerſ. iuris. c.* 13. *& lib.* 2. *Notat. ad-
uerſ. Ant. Mercator. c.* 13. Fabian. de Monte S. Sabini *in
tract. de empt. & vend. 6. quæſt. prin. nu.* 44. Arium Pinel-
lum *in l. 2. part. 1. c. 2. nu. 1. ... 2. C. de reſcind. vend.*) Sen-
tiamus beneficium l. 2. *C. de reſcind. vend.* ſoli vendito-
ri competere, & ad emptorem, cui hoc caſu par eſt cre-
ditor in ſolutum accipiens, non porrigi.

14 Denique † Cæpollæ opinionem ſuffulcit, quod per
dationem in ſolutum tollitur naturalis obligatio, & à
contractu receditur, l. *eleganter. in princip. ff. de pignor.
actio. l. debitor. 59. ff. ad Trebellian. iuncta l. ſolutam. ff. de
ſolutionibus.* Dicendum igitur videtur, poſtquam à
contractu receſſum eſt, fideiuſſorem vlterius moleſta-
15 ri non poſſe, cum obligatio † ſemel extincta, vel
euacuata amplius inſtaurari non poſſit, l. *cum ex cauſa.
Cod. de remiſſ. pign. l.* 4. C *de ſolut. l. qui res* §. *aream ff eod.
tit.*

Sed ex aduerſo pro Speculatore, quoque vna atq; al-
16 tera ratio militat. Et quidem † primo textus *in d. l. ele-
ganter. ff. de pign. act. & in d. l. prædium C. de euictionibus.*
Satis clarè innuunt, quod creditori vtilis actio ac-
commodetur, ſi pro ſoluto ei res data fuerit, ad hoc vt
vel in quantitatem debiti ei ſatisfiat, vel quantum eius
interſit: Inde igitur ſequitur per in ſolutum dationem
adeo obligationem non extingui, vt creditori pro eo,
quod ſibi deeſt, aduerſus debitorem, vel fideiuſſorem
etiam pateat regreſſus, l. *aduerſus. C. de obligationib. &
actionib. l. vlt.* §. *ſed ſiquidem. C. de iure dom. impetrando. l.
vlt. C. ſi vendito pignore agatur.*

17 Deinde etiam Speculatoris † opinionem adiuuant
textus *in l. ſi creditor. 26. & in l. qui res. 98. in princip. ff.
de ſolutionibus.* quarum illa ſtatuit: Si creditor fun-
dum pignoratum vendiderit, non aliter debitorem li-
berari, quam ſi creditor tantum, quantum ſibi debe-
batur, acceperit: hæc verò diſponit. Si res pignorata
in dotem detur, non aliter eius ſolutionem liberare,
quam ſi ex euentu certum ſit, eam apud maritum re-
manere.

18 Denique † ad defendendam Speculatoris ſenten-
tiam adduci poſſunt textus *in l. deferre.* §. *vlt. cum 3. ll.
ſeqq. ff. de iure fiſci.* vbi apertè probatur: Si debitor fi-
ſcalis creditori ſuo ſoluat, vel pecuniam in ſolutum
det, quod fiſcus poſſit talem pecuniam à creditore re-
petere, quodque ſic remaneat creditori ſuo debitor
vna cum fideiuſſoribus, ac pignoribus obligatus, non
aliter, ac ſi nihil ſoluiſſet.

19 Quid igitur † in conflictu diſcrepantium harum
opinionum ſtatuendum? Ego, vt, quid ſentiam, libe-
re profitear, nonnunquam creditoris, nonnunquam
etiam debitoris, ſi ſuper datione in ſolutum contro-
uertant, rationem habendam eſſe, atque ideò rem cer-
20 ta regula definiri non poſſe, arbitror. Quid enim, † ſi
creditor initio expreſſe proteſtatus fuerit, ſe nolle
aliter rem in ſolutum datam accipere, quam ſi ſe ex-
tendat ad ſui debiti quantitatem, & caſu, quo ipſi in
quantitatem debiti non ſufficiat, quod reſiduum ex
alijs bonis debitoris petere velit? Hoc vtique caſu
creditorem allegantem, ſe contradixiſſe adiudica-
tioni in ſolutum, cum ſua probatione admittere, hu-
manius eſt; Proteſtatio enim, diſſenſum ipſius arguit,
factaque eſt iuris in futurum competituri conſeruan-
di cauſa, *l. ſi debitor.* §. 1. *D. quibus modis pign. vel hypot.*

ſoluitur. l. 1. §. *quia autem. in fin. ff. quod legatorum.* Faciunt
tradita per Vincent. Carocium *de excuſſ. bon. 1. quæſt.
2. quæſt princip. num. 39 & ſequentib.*

21 Rurſus pone, debitorem per dolum † pluris æſti-
matum fundum in ſolutum dediſſe: Certè cum Mar-
ciano ſentiendum eſt, eum non liberari, niſi id, quod
deeſt, repleatur, *l. ſi quis aliam 46.* §. *vlt. ff. de ſolut.* Do-
lus enim omnino puniendus, etiamſi ipſi, qui eum ad-
miſit, damnoſus futurus erit, *l. procurator. 11.* §. *1. ff. de
doli mali exceptione.*

22 Fieri † etiam poteſt, vt credens ex errore nihil vl-
terius ſibi deberi exiſtimans, quam res æſtimabatur;
rem in ſolutum accipiat, poſteaque errorem calculi
deprehendat: hoc vtique caſu à petendo reſiduo ne-
quaquam arceatur, quantumuis debitori pactum gene-
rale de non amplius petendo feciſſet, *l. ſi ex maiore. C.
de except. l. ſi inter. C. de ſolut.* §. *ſi minus. Inſtit. de action.*
23 Nam † ſciens ſibi plus deberi, licet minus accipiat,
tamen ſibi non præiudicat, Bart. Bald. Alberic. &
communiter Dd. *in l. ſi qui vſumfructum. ff. de vſufructu.*
Albert. Brunus *in tract. de augumento monetæ in 18.*
24 *particula limitat. 4. num. 4.* cum donandi † animus non
facile præſumatur, *l. cum de indebito ff. de probat.* Iaco
25 *Menoch. de arbit. iud. quæſt. caſu* 88. Quanquam † & er-
ror calculi perpetuò poteſt allegari ſi res iudicatæ vel
tranſactione ſopitæ non ſint, *l. vnic. & ibi Iacob. Ayrerus
per diſcurſum. C. de errore calculi. l. calculi & ibi gloſſ. ff. de
adminiſt. rer. ad ciuit. part. Schurff. conſil. 36. numer. 1. cent. 1.
Modeſt. Piſt. conſ. 35. in 4. quæſt. vol. 1.* Ratio enim cal-
26 culi non † operatur niſi in eo, quod calculatum eſt,
l. ſemper §. *Lucius D. de pactis. Baldus conſil. 50. num. 1.*
27 *vol. 4.* Vnde † germanicum prouerbium fluxit, Com-
28 puta non faciunt ſolutionem. Error † autem calculi
varijs modis probari poteſt, quos perſequitur Maſcard.
de probat. *concluſ. 253.* cui iunge Eman. Soarez. *in com.
opin. lit. E. nu. 158. & 159.*

29 Denique † contingere poteſt, vt res in ſolutum da-
ta creditori vel à fiſco, vel alio quopiam rurſus euin-
catur hoc caſu tantum abeſt, vt datio in ſolutum de-
bitorem liberet, vt etiam is, vna cum ſuo fideiuſſore,
30 pro euictione teneatur, ſi quidem † aliter res pro reſo-
luta liberationem præſtat, niſi pro ſolido ſuſcipiens
fiat, *d. l. ſi quis aliã. ff. de ſolut. d. l. eleganter. 24 ff. de pignor.
act. d. l. ſi prædium C. de euictionibus. d. l. deferre. cum. 3. ll.
ſeqq. D. de iure fiſci. l. actore. l. exceptione. C. de euictionibus.
Bertazol. in tract. clauſul. inſtrumen. clauſ. 41. gloſſ. 7. num.
5. in fin.*

Cæterum, vt ante *numero* 19. monui, & debitoris
31 † quandoque habenda eſt ratio. Quid enim, ſi credi-
tori ex maiore debiti quantitate per dationem alicu-
ius rei in ſolutum minor ſoluta, ſi ipſe totalem libe-
rationem debitor præſtiterit? Dubitari non debet,
quin debitor plenam liberationem ſit conſecutus, ita
vt pro reſiduo conueniri nequeat, *l. ſi ex maiore. C. de
except. l. ſi inter. C. de ſolutionibus. l. 2.* §. *1. D. de pactis.*

32 Quod multo † magis locum habet, ſi liberationi
adiectum ſit pactum tranſactionis ſpeciale; Amplius
eius debiti nomine non peti, *l. ſi decreta. vbi Dd. C. de
tranſactionibus. l. amplius non peti. l. procurator 23. D. rem
rat. hab.* Nam hoc caſu conſenſu tranſactionis finitis
ſtare conuenit, *l. intereſt. C. de ſolution.*

33 Sic † ſi creditor recipiat res quaſdam in ſolutum à
debitore, pro eo, quod ſupereſt, vel pro reſiduo, vel
pro ſumma reſtante, poſtea non poterit aliquid pete-
re, etiamſi ſibi plus debeatur, *l. ex pluribus. & ibi gloſ.
verb. reliquum. D. de ſolutionib.* Roman. *in ſingul. 702. in-
cip. verba illa quæ ſolent.* Guido Papæ *quæſt.* 181. Vincen.
Carocius *de excuſſ. bonor. 1. quæſt 2. quæſt. princi num.* 12.
14 Reſiduum enim † non ſolum continet partem reſtan-

tem, *Alciat. in l. poteſt reliquorum ff. de verb. ſignif.* Vnde
35 † etiam qui promiſit reſiduum, non tenetur in ſolidum, cum obligatio fuerit diuiſa & taxata per pactum. Bald. *in l. fin. §. fi. nu. 6. C. de vſuris re iudic.* Ioan. Bernardin Muſcatell. *in pract. fideiuſſ. part. 1. modo 20. num. 23.* Iaſonem contrarium ſentientem ibidem refutans: Sed
36 † reſidui commemoratio etiam totum admittit, cuius adhuc nulla pars eſt ſoluta. Idem Alciat. *in l. caeterorum ff. de verb. ſign.* Ioan. Goddaeus *in d. l. poteſt. reliquorum. num. 3.* Roman *ſingul. 35. incip. Lego de meis.* Cephal. *conſil 124. nu 6. lib. 1. per l. 1 C. de ha ed. inſtit. l. eum optio. ff. de optione legata text. aly. in l. Lucius Titius curator. ff. de adminiſt tutor. l. reſcripto. §. ſed eos ff. de muneribus.*
37 Et ſi autem † Caſtrenſ. *in d l. 2 in fin. C. de hared inſtit.* Caepolla *cautel. 121.* Iaſon. *in conſ* 100. *vol.* 4 & Chaſſan. *in conſuet. Burgund. Rubric. des enfans de pluſieurs. §. 6. gloſ. & reliqua.* creditori dant cautelam, vt non inſerat, in acceptilatione, vel quitantia, quod receperit pro reliquo: Attamen additionator Caepollae dicit, illam cautellam eſſe damnabilem, & viro bono inconuenientem, quem ſequi videtur. Petrus Rebuff. *in d. l. poteſt. reliquorum ff. de verborum. ſignificat.*
38 Hoc amplius pone, debitorem creditori ſuo † iudicialiter res quaſdam in ſolutum dare coactum fuiſſe, iudicis auctoritate interueniente, hoc caſu nec remedium *l. 2. C. de reſcind. vendit.* locum habet propter auctoritatem rei iudicatae, *Bald. in l. error. C. de execut. rei iudic. Fabian de Monte S. Sauini in tract. de empt. & vendit. 8 quaſt. princip. nu. 9.* neque etiam actio ad reſiduum creditori competit, quia de eo tranſigiſſe pactu videtur, *l. à diuo Pio. §. ſi pignora. vbi Iaſo. nu. 1. & 3. Alexan. numero 9. & 10. & reliqui Dd. ff. de re iudicata Celerius de proceſſ. execut. part. 5. capite 9. numero 50. cum alijs*
39 *quos ſequentibus.* Atque ideo † etiam Guido Papae *deciſio* 348. concludit creditorem, cui per ſubhaſtationem liberantur bona debitoris (ita loquitur) haberi loco emptoris, & poſtea ad fideiuſſorem redire non poſſe, idque Apoſtilla ibidem in practica bene notandum eſſe monet, quibus addantur tradita per Horat. Carpan. *ad Statuta Mediolan. part. 1. cap. 438. num. 5. & 6.*

§. 22. DE NVLLITATE CONTRACTVS.

SVMMARIA.

1 *Contractu nullo aut inualido exiſtente, fideiuſſoria obligatio corruit.*
2 *Seruus ſi iudicio ſe ſiſti promittat, non committitur ſtipulatio.*
3 *Vxore viri creditori donationis cauſa promittente neque vir liberatur, neque mulier, vel fideiuſſor eius obligantur.*

1 VIGESIMOSECVNDO † fideiuſſoria obligatio nonnunquam tollitur propter NVLLITATEM SIVE INVALIDITATEM CONTRACTVS VEL NEGOTII pro quo fideiuſſor fidem ſuam interpoſuit, Hippol. *in Rubric. de fideiuſſ. num* 350. *per text. in l. cum lex. l. ſi à reo. §. vlt. ff. de fideiuſſ. l. cum principalis. ff. de reg. iur. l. eius qui §. quod ſi ſtipulatus. & ibi Alex. & Decius, num. 5. ff. ſi cert petatur.* Aymo Crauetta *conſ* 281. *num. 2. & 3. vol. 1.* iunctis iis quae ſupra *cap. 10. num* 18. 19. 20. 21.
2 22. 23. 24. de hac ipſa re tradidi. Et hic Vlpianus † *in l. 9. ff. ſi quis cautionib.* ſtatuit: Si ſeruus iudicio ſe ſiſti promittat, quod non committatur ſtipulatio, neque in eum, neque in fideiuſſores eius; Nam, vt ibi Bartolus ait, vbi obligatio rei principalis eſt nulla, ſimpliciter
3 quoque obligatio fideiuſſoris nulla erit. Eodem † modo idem Vlpianus *in l. ſi ſponſus. §. ſi vxor. ff. de donat. inter virum, & vxorem.* reſpondet: Si vxor viri creditori donationis cauſa promiſerit, & fideiuſſorem dederit, neque virum liberari, neque mulierem obligari, vel fideiuſſorem eius, ſed ſecundum Iulianum perinde haberi, ac ſi nihil promiſiſſet.

§. 23. DE CITATIONE, ET SPONtanea comparitione Rei, iudicio forte ſiſtendi.

SVMMARIA.

1 *Reus ad iudicium citatus ſponte comparens liberat fideiuſſorem ſuum. Non ſolum iure Saxonico, num. 2. Verum etiam iure municipali Lubecenſi nu. 3.*
4 *Praeſens in iudicio non eſt amplius citandus.*
5 *Praeſentia habet effectum citationis.*

1 VIGESIMOTERTIO † finitur obligatio fideiuſſoria per CITATIONEM, ET SPONTANEAM COMPARITIONEM REI, IVDICIO FORTE SISTENDI. Si enim fideiuſſor ſimpliciter promiſerit, aliquem praeſentare, ſiue iudicio ſiſtere, & reus ille ſemel fuerit ad iudicium citatus, & ſponte ſua ierit, & coram iudice ſcriptum coſtituerit, fideiuſſor liberatus erit. Bartol. *in l. ſi quis reum. num. 2. ff de cuſtod. reor.* Angel. *in l. Graec. §. & poſt litem. ff. de fideiuſſ.* Crottus *conſil. 41. nu. 145. lib. 3.* Cremenſis *in ſingul.* 11. Menoch. *conſ.* 212. *num* 18. *lib.* 3. nec diſſentit Francus *d. c. 6 numer. 116 &*
2 *ſeqq.* Id quod etiam † iure non ſolum Saxonico conſt. *lib 3. artic. 9.* vbi dicitur: ſe coram iudice conſtituens promittens eſſe Idoneum aliquis, & Iudex non recipit fideiuſſor liberatus eſt, & ſi alius venerit pro eo
3 iudex recipiet eum, &c. Sed etiam † iure municipali Lubecenſi eſt receptum, vt dicui ſupra hoc ipſo capite *§ 9. num. 2. & 3.*

Ratio vero huius eſt, quod promiſſio de iudicio ſiſti per ſpontaneam comparitionem effectum ſuum conſequitur, ſiquidem neceſſarium non eſt, eum amplius iudicio ſiſtere, qui ipſemet in iudicio comparet, non
4 magis, quam opus eſt, praeſentem in iudicio † denuo citare, vt volunt communiter Doctores, Socinus *reg.* 378. Capicius *deciſ.* 34. *numer.* 8. Mynſing. *centur. 6. obſer. 6. num.* 8. Lanfrancus Balbus *deciſ.* 172. Gail. *lib. 1. obſer.* 48. *num.* 4. & *obſer.* 58. *num.* 5. Bernhard. Greuaeus *in concluſ. practicis ad Gail um. lib. 1. concluſ.* 51. *conſid.* 2.
5 Cum praeſentia † habeat effectum citationis, nec curandum ſit de modo, quando habemus effectum, *iuxta Dd. in leg. de vnoquoque. ff. de re iudic.* Iaſon. *in leg. 1. ff. de in ius voc.* Crauetta *conſilio quarto numero vigeſimoquinto & conſilio* 348. *numero vigeſimoquarto & conſilio* 500. *num.* 3. 4. 5. 6. Et parum certè intereſt, vtrum reus ipſemet ſe ſua ſponte ſiſtat, vel an à fideiuſſore ſiſtatur, non magis, quam intereſt, quando duo ſunt rei promittendi, quis eorum ſoluat. In vtraque enim obligatione vna res vertitur, & vel alter debitum ſoluendo, omnes liberat, *l. 2. ff. de duobus reis. §. ex huiuſmodi. Inſtit. eodem tit.*

§. 24. DE ARROGATIONE.

SVMMARIA.

1 *Fideiuſſor liberatur, ſi creditor debitorem, vel fideiuſſorem eiuſve haeredem arroget.*
2 *Debitoris appellatione comprehenditur fideiuſſor.*
3 *Arrogatus eius iuri ſubijcitur, qui eum arrogauit, cum omnibus bonis.*

4 *Arrogato*

4 *Arrogato debitore tam debitor, quam fideiuſſor liberantur.*
5 *Arrogato fideiuſſore liberatur quidem fideiuſſor, ſed reus principali obligatus manet.*

1 VIGESIMOQVARTO † tollitur ſiue finitur obli-
gatio fideiuſſoria per ARROGATIONEM,
puta, ſi creditor debitorem, vel fideiuſſorem,
eiuſve hæredem, arroget. Nam & fideiuſſorem
2 † appellatione debitoris comprehendi, magis
communis eſt opinio, ſecundum Bart. Alex. Iaſ.
& alios *in l. 1. ff. ſi cert. petatur.* Franc. de Marchis
*quæſt. 340. part. 1. & tetigi ſupra cap. 15. num. 1. & hoc
ipſo capite, §. num. 44.* Iuris autem eſt indubitati, ſi
creditor debitorem ſuum arroget, non ſolum iudicium
cum eo completum, ſed & obligationem ſolui, cum
3 † arrogatus eius iuri, qui eum arrogauit, ſubijciatur
cum omnibus bonis, *l. 2. §. penult. ff. de cap. minut. l. ſi à
me fueris. 11. ff. de iudicijs l. ſi paterfamilias ff. de adoptio-
nibus. l. ſi quis. 7 ff. de pecul. legato. iuncta. l. ſi ino. 83. ff. de
ſolutionibus.* Nemo autem ſibi quidquam ipſe debere,
nec à ſe exigere poteſt, vt ſupra *cap. 7. in princip* pluri-
4 bus comprobaui. Cæterum in hoc † articulo illud ob-
ſeruandum, ſi creditor debitorem arroget, & debito-
5 rem, & fideiuſſorem liberari: Sin autem † ſolum fide-
iuſſorem arroget, tunc liberato fideiuſſore, nihilomi-
nus debitorem obligatum manere: Videtur enim ar-
rogatio hoc cum liberatione legata, & confuſione cõ-
mune habere, iuxta tex. *in l. 2. & l. ſi damnatus. ff. de libe-
rat. legat l. heres. §. quod ſi ſtipulator. verſic. quod ſi idem.
& §. vlt. l. Grauius in fin. princ. D. de fideiuſſ. l. in omnibus.
43. ff. de ſolut.*

§. 25. DE ALTERATIONE OBLIGATIONIS.

SVMMARIA.

1 *Alterato contractu finitur obligatio fideiuſſoria.*
2 *Fideiuſſor non tenetur ex nouo contractu, niſi denuo intercedat.*
3 *Alteratio contractuum quomodo contingat. Et numero 4. ac 5.*
6 *Alterato contractu per locatorem, licitum eſt fideiuſſoribus ab eo recedere. Limitatur tamen. nu. 7. & 8.*

5 VIGESIMOQVINTO † finiri dicitur obli-
gatio fideiuſſoria OB ALTERATIONEM
OBLIGATIONIS SIVE CONTRACTVS,
pro quo fideiuſſor fidem ſuam interpoſuit, *Bald.
in l. iam mandatori. C. de non numer. pec.* Barth. Soc.
in conſi. 62. numero. 23. vol. 2. vbi plures allegat. Bar-
bat. *conſi. 31. col. & 2. vol. 1.* Ancharan. Regiens. *q. 48.
numero 11. & 24. lib. 3.* expreſſe ibi ſtatuens, fideiuſſo-
2 rem † non teneri ex nouo contractu, niſi denuo inter-
cedat, per interpoſitam ſtipulationem. Quod etiam
tuetur Ioan Goddæus *de contrah. ſtipulat. c. 12. concluſ.
10. num. 85.* Videturque idem poſt Boſſium, Viuium,
& Carocium ſentire Horat. Carpanus *ad Statut. Me-
diolanenſ. par. 2. c. 189. num. 12.*
3 Alteratur † autem reuera initi contractus, quando
poſteà, vel in continenti, vel ex interuallo, per certa
pacta illis quidquam vel adijcitur, vel detrahitur, *l. pa-
cta conuenta ff. de contrah. emptione. Cuiac lib. 14. obſer. c.
28. & lib. 2. cap. 15.* Quod ſi igitur venditor, & emptor
poſt emptionem paciſcantur, de minuendo, vel augẽ-
do pretio, receſſum eſt à priore contractu, & noua em-
ptio interceſſiſſe videtur, ideoque fideiuſſor, qui pro
priore contractu interceſſerat, amplius non tenetur,
mutato enim pretio, ex quo conſiſtit ſubſtantia, natu-
ra, & ſtatus emptionis, & emptio mutatur, *d. l. pacta
conuenta.* Idem eſt, ſi poſteà venditor, & emptor
merces alterent, & recepta merce prius vendita,
alia pro eodem, vel maiore pretio ematur, vt enim
pretium: ita & merx de ſubſtantia eſt emptionis, &
venditionis.
4 Sed animaduertendum eſt, id † tum demum locum
habere, ſi omnib. integris manentibus (qua locutione
etiam vtitur Seneca, *lib. 4. de beneficijs. cap. 34.* dum in-
quit: Non mutat ſapiens conſilium, omnibus his ma-
nentibus, quæ erant, cum ſumeret) hoc eſt, nondũ ad-
impleta emptione venditione, nondum tradita re, nõ-
dum dato pretio, vel etiam ſi adimpleta ſit venditio
(quod eſt adijciendũ ad Paulum *in d. l. pacta conuenta*)
in integrum reſtitutionis omnibus, quæ præſtita ſunt,
hoc eſt reddito pretio, reddita re, *vt in l. ab emptione.
ff. de pactis.* rurſum paciſcantur, de augendo, vel mi-
nuendo pretio: Nam tunc ſolum receſſum videri à
priore emptione, & emptionem nouam reperi, & con-
ſtitui, iura noſtra oſtendunt, *d. l. pacta conuenta. l. iuriſ-
gentium §. adeo. l. ſi vnus. §. pactus verſ. idem dicimus. ff. de
pact.* At ſi res non ſit amplius integra, vel etiam in
integrum reſtitui nõ poſſit, puta, ſi vel res tradita, vel
pretium ſolutum ſit, non poteſt certè ſolo pacto no-
ua emptio conſtitui, ſed prior inconcuſſa manet *l. 2. ff.
de reſcind. vendit.* aut opus eſt, vt actus priori ſimilis
retroagens venditionem intercedat, *l. 1. C. quando li-
ceat ab emptor. diſced* Anton Gomez. *tom. 2. cap. 1. nu.
2.* Fabian de Monte S. Sabini *quæſt. 5. num. 65.* Didac.
Perez. Laſſarte *in tracta. de decima vendit. onic. cap. 14.
num. 8 & 9.* Et proinde priore quidem caſu liberatur
fideiuſſor, non item poſteriori, *argumento l. in omnibus.
ff. de ſolutionib.*
5 Eadem † planè etiam in contractu locationis, &
conductionis locum habent *per d. l. ab emptione. ff. de
pact.* cum locatio, & conductio proxima ſit emptioni
& venditioni, iiſdem iuris regulis conſiſtat. l. 2. *D.
locat.* Quamobrem ſi locator, & conductor re inte-
gra paciſcantur, de augenda vel minuenda mercede,
vel ſi pro ædibus prius locatis aliæ denuo locentur,
prioribus nondum traditis, receſſum vtique videtur
de priore locatione, atque ideo fideiuſſor, qui pro il-
la interceſſerat, proculdubio liberatus erit, *d. l. pacta
conuenta, cum ſimilib. iuribus ſupra allegatis.*
Atque illud eſt, quod interpretes noſtri ſcibunt:
6 † Alterato contractu per locatorem, licitum eſſe fide-
iuſſoribus ab illo recedere, eoque minimè obligatos
eſſe. Ægid. Boſſ. *de remiſſ. merced. cond. num. 50.* Carol.
Ruin. *conſ. 66. num. 3. volum. 1.* Berous *conſ. 144.* Fran-
ciſc. de Marc, *deciſ. Delphin. 538. & 519. part. 1.* Crotus
7 *conſ. 11. num ...* niſi † fortè ipſimet alterationi con-
ſenſerint, tunc enim ſe res aliter habet, ſiquidem, &
pro noua conductione interceſſiſſe videtur, Anton,
Gomez. *variar. reſolut. tom. 3. cap. 13. num. 20.* Franciſc.
Burſat. *conſi. 293. num. 7. & num 49. par. 2.* Quemad-
8 modum † & pro illis obligati maneant, quæ quaſi actus
conſecutiui ſiue executiui ſunt veteris obligationis,
vt late firmat. Bald. *in conſ. 428. ſi fideiuſſor. lib. 2. & in
conſ. 156. cum duob. lib. 3.* pulchrè Aymo Cravet. *conſ.
436. per tot. part. 3.*

§. 26. DE MVTATIONE IVDICIS.

SVMMARIA.

1 *Mutato Iudice finitur obligatio fideiuſſoria de iudicatum ſoluendis.*
2 *Fideiuſſor, qui ſatiſdedit iudicio ſiſti, aut iudicatum ſolui*

non teneri, quod quidem alij in tantum extendunt, vt inuentarium non ſolum proſit aduerſus obligationes merè hæreditarias, ſed & aduerſus mixtas, a propria hæredis promiſſione ortas, iuncta hæreditatis aditione, ſine qua alioquin cum effectu non gignerentur, vt commune ait Iaſon *in l. qua dotis. ſi. ff. ſolut. matri.* & eundem ſecutus Eman. Soarez *in theſau. com-* 43 *mun. opinion. lit. I, num.* 167. Cæterum † æquior videtur Speculatoris ſpeculatio, ac opinio, ne quo in fauorem creditorum introductum eſt, in eorũdem odium retorqueatur. Ceſſare verò videtur tota hæc diſputatio, quando fideiuſſor omni iuris, ac legum auxilio pro ſe facienti renuntiauit. Quia enim inuentarij 44 † quoque confectio iuris beneficium ſiue legis auxilium eſt, *d. l. ſcimus in fin. princ. & §. ſin vero poſtquam. & § ſin autem hoc, C. de iure deliber.* Idcirco etiam fideiuſſor huic renuntiaſſe procul dubio cenſebitur, per ea, quæ tradidi ſupra *cap.* 17.

45 Sexto † confundi dicitur obligatio, ſi debitor fideiuſſori hæres exiſtat, *l. Lucius 24 ff. de fideiuſſor. d. l. debitor. vbi Zaſius etiam not. ff. de ſeparat. l. cum is qui. §. 1. ff. de condict. indeb.* Diſſenſerunt quidem Proculiani, Sabiniani, vtrum etiam hoc caſu, ſi debitor fideiuſſori hæres extiterit, obligatio fideiuſſoria extinguatur, Proculianis exiſtimantibus, multum intereſſe, vtrum ſequela accedat principali obligationi, vt in præcedenti caſu, vel an principalis obligatio accedat ſequelæ, vt hic: Iſto caſu, ſequelam extingui: hoc vero minime, *l. ſi duo rei, §. vlt. ff. de ſolutionib.* Sabinianis econtra, vtroque caſu ſequelæ obligationem confundi, principalem remanere, affirmantibus, quorum etiam ſententia recepta eſt, *l cum ſeru, 14. l. heres, 21. §. quod ſi hic ſeruus, verſic. nec hui contrarium eſſe, d. l. Lucius, 24. ff. de fideiuſſor. l. cum quis, §. vlt. ff de ſolut. d. l. debitor, ff. de ſeparat.* Cuiac. *lib.* 11. *obſeruat. cap.* 34. *& tract. 7. ad African. mihi pag.* 365. *&* 366. Ioan. Zangerus *d. cap. 7. n. 9. 10. verſic. idem eſt, ſi fideiuſſor. & nu. 18. verſ. ſecundo caſu.*

46 Verum † circa hunc caſum in primis eſt notãdum, ſi fideiuſſor pro aliquo dederit pignus, & deinde forte debitori huic ſuccedat, quod fideiuſſoria obligatio quidem extinguatur, non autem obligatio pignoris; hæc enim durat, quod ſecus ſe habere, ſi alium dediſſet fideiuſſorem, textus eſt ſingularis ſecundum Bartolum *in d. l. cum quis, 38. §. vlt. ff. de ſolutio.* probat Ioan Zangerus *d. part. 3. cap. 7. nu. 7. &* 8. Eſt, & ratio 47 diuerſitatis, quia † hypothecæ conditio eſt, vt duret donec debitum ſit ſolutum vel aliter ſatisfactum, iuxta gloſſ. ibi: Iſtam autem conditionem non habet fideiuſſor fideiuſſoris. Bart. *in ſingulari 35. incip. ſi fideiuſſor. debitori* Petrus de Rauenna *ſingul.* 630. Cuiac. *tract. 7. ad Afric. in mihi pag.* 374. Anton. Neguzant. *in tract. de pignor. lib. 2. memb. 6 part. princip. num* 7. Hinc etiam dicit Ioann. Saixon. *in conſuetud. Turonenſ. titul. 14. §. 9. gloſſ, 1. verſic. an autem per aditionem* 48 *hæreditatis, &c.* quod † bonum ſit conſilium ſi velis impedire, ne extinguatur obligatio fideiuſſoria per vnionem cum principali, vt fideiuſſorem, pro ſecuritate debiti, hypothecam vel pignus dare procures.

49 Septimo † confunditur obligatio, ſublata etiam fideiuſſione, ſi fideiuſſoris hæres non ſolum fideiuſſori: ſed etiam Ipsi Reo principali ſuccedat. Tunc enim interceſſionis obligatione finita, velut principalis tantum debitoris hæres conueniri poteſt, *l. fideiuſſoris, C. de fideiuſſorib* Nam fideiuſſor, & ipſius hæres acceſſoriæ obligantur, principalis igitur obligatio ſuperueniens adita hæreditate, tanquam maior, & plenior, ſuperuentu ſuo excludit fideiuſſoriam, quaſi 50 minorem, cum † duplex obligatio ciuilis altera alteri diſpar cum eodem eſſe non poſſit, *d. l. heres 21. §. ſeruo ff. de fideiuſſor.*

51 Octauo † fit obligationum confuſio, quando fideiuſſor confideiuſſori ſuo hæres exiſtit. Cæterum hunc ab obligatione fideiuſſoria non liberati, manifeſti iu- 52 ris eſt. Sicut enim † quando duæ ſunt obligationes principales, altera alteri potius adiicitur ad actionem, quam vt confuſionem parere videatur, *d. l. ſi duo. §. penult. ff. de ſolutionib.* Ita quoque duæ obligationes acceſſoriæ in vnius perſona concurrere poſſunt, & neutra confunditur, quia altera non eſt maior altera; ſed ſunt ambæ pares, vtriuſque poteſtatis, paris, & indifferentis rationis, vt ita Ioan. Goddæus *de contrahend.* 53 *ſtipulat. cap. 5. concluſ. 10. nu.* 159. Imo, † & is, in cuius perſona ſubſiſtunt, ex vtraque obligatur, proprio ſcilicet atque etiam hæreditario nomine, nec inanis eſt poſterior, ſi proprio forte conuentus poſſit ſe tueri exceptione pacti: non poſſit autem poſteriore, quanquam ſi ex vna agi cœperit, conſumitur altera, ne bis idem exigatur, quod æquitas non patitur, *d. l heres. 21 §. non eſt nouum, ff. de fideiuſſorib. d l. ſi duo, 93. in princ. ff. de ſolutionib. l. bona fides. ff de regul. iu.* Cuiac. *tract. 7. ad African. mihi pag.* 366.

54 Nono † obligationum confuſio fideiuſſorem liberat, ſi fiſcus tam debitori, quam creditori, licet diuerſis ſtationibus ſuccedat, *l. Granius in princ. ff. de fideiuſſor. l. 2. C. de ſolutionibus.* Nam, vt ſupra dixi, inauditum eſt, vt pro eodem apud eundem quis ſit obligatus, *l. heres. §. quod ſtipulat. ff. de fideiuſſorib.*

55 Fit quidem, & † aliis modis obligationum confuſio, puta, ſi debitor debitori, vel reus reo ſuccedat, *vt in l. 5. ff de fideiuſſor. l. ſi duo rei, D. de ſolutionib. l. ſi reus, 13. ff. de duob. reis.* Si petitor poſſeſſori ſuccedat, *vt in l. 8. ff. iudicat. ſolui.* vel ſi procurator, vel defenſor domino hæres exſiſtat, *vt in l. ſi ante, 7. in fin. ff. iudicat. ſolui.* Quia vero illi caſus proprie ad hanc materiam non pertinent, vt nec ille, qui habetur, *in l. ſi is qui, 18 ff. de obligation. & action.* idcirco illorum explicationem nunc omitto.

§. 17. DE METV, ET CRVCIATV CORPORIS.

SVMMARIA.

1 *Fideiuſſor liberatur, ſi vi metuue ad fideiubendum ſit coactus. Quod ampliatur, nu. 2. 3. 4. & 5.*

6 *Fideiuſſor, pro relaxatione carcerati interueniens, non tenetur, ſi fideiuſſio metu facta fuerit.*

7 *Creditor vim inferens vna cum iure crediti etiam obligationis fideiuſſoria ius amittit.*

8 *Debitore per vim iniuriam, & metum per tertium quendam exacto, quatenus fideiuſſor liberetur, remiſſiue.*

1 DECIMOSEPTIMO † liberatur fideiuſſor ab obligatione fideiuſſoria, ſi probare poſſit, quod METV MORTIS vel propter CRVCIATVM CORPORIS, vel capitales minas pertimeſcendo, ad fideiubendum ſit coactus, *l. 2. l. ſi donationis. l. vlt. C. de his quæ vi met. cauſ. fiunt.* Natta *conſil.* 501 *numero lib.* 3. Quod enim vi metusve cauſa geſtum erit, prætor ratum non habet, *l. 1. ff quod metus cauſa.* 2 Nec intereſt † creditor debitorve ipſimet vim adhibeant, an alius eorum nomine. Nam, vt ait Seneca *lib. 4. controuerſia. controuerſ.* 8. æque † dignus eſt pœna, qui ipſe vim adhibet, vt qui ab alio admota, ad lucrum ſuum vtitur.

Hinc

Hinc ſi quis † per metum reus conſtitutus ſit & fide-
iuſſorem volentem dederit, & ipſe & fideiuſſor libe-
ratur: Si ſolus fideiuſſor metu acceſſit, non etiam
reus, ſolus fideiuſſor liberabitur, *l. item. 14. §. Labeo.*
5 *au. ff. quod metus cauſa.* Item, † ſi quis per vim ſiſti pro-
mittendo, poſtea fideiuſſorem (intellige etiam per
vim, primam vim ex poſt facto ratificare videatur,
vt in l. 2. de his quæ vi metusve cauſa.) adhibeat, is
quoque liberatur, *dicta l. item §. ſi quis vbi gloſſ. ff. quod
metus cauſa.*

6 Cui † etiam conuenit, quod fideiuſſor pro relaxa-
tione carcerati interueniens, ad nullam pœnam exſol-
uendum; neque etiam ad reum ſiſtendum teneatur,
ſi fideiuſſio metu facta fuerit, vt ſcribit Afflict. *dec. ſ.
Neapolit.* 148. *& dixi ſupra cap.* 10. *num.* 38. *&* 39. cui
iunge tradita per Proſper. Farinacium *de carcerib. &
carcerat. lib. 1. tit. quæſt. 35. per tot.* Nec dubito, quin
in caſu l. *exſtat. ff. quod metus cauſa & l. creditores. ff. ad*
7 *l. Iul. de vi priuata.* creditor † vna cum iure crediti
etiam ius obligationis fideiuſſoriæ amittat, & fideiuſ-
ſori liberatio contingat, *argum. l. in omnibus 43. ff. de
ſolutionib. & dicam infra cap. 27. part. 4.*

8 Quatenus verò debitor † ab alio per iniuriam, vim
compulſiuam, expulſiuam, vel metum exactus libe-
retur à nexu ſui creditoris, & per conſequens etiam fi-
deiuſſor, videat lector apud Menoch. *de arbit. iudic.
quæſt. caſu* 137. *& in Remedio l. exſtat. ff. quod vi metusve
cauſa* Durand. *de arte teſtandi, tit. 6. cautela* 12.
Couarr. *lib. 5. reſolutio cap.* 16. *num.* 7 Franciſ. Sarmeol.
lib. 2. ſelect. capit. 13. *num.* 7. Ioan. Gutierrez. *lib. 1. Ca-
nonic quæſt. capite* 34. *num.* 90. vbi valde eleganter hoc
explicarunt.

§. 18. DE TEMPORE ET NON EXISTENTIA CONDITIONIS.

SVMMARIA.

1 *Fideiuſſori liberatio contingit tempore, & non exſiſten-
tia conditionis. Et num. 5.*
2 *Fideiuſſor, ſi fideiuſſerit ſub conditione, eaque non puri-
ficetur, non tenetur. Et num. 3.*
4 *Conditione ceſſante, ſub qua fideiuſſores promiſerunt,
ceſſare etiam debet eorum promiſſio.*
6 *Fideiuſſor datus in prima conductione, finito tempore,
non cenſetur renouatus, & repetitus, in tacita condu-
ctione.*
7 *Fideiuſſor pro dote non tenetur vlterius, ſi intra bien-
nium dos non exigatur, de iure Lubecenſi.*
8 *Fideiuſſores primi compromiſſi non comprehenduntur in
prorogatione ipſius, niſi conſenſerint.*
9 *Liberato reo tempore non liberatur fideiuſſor.*
10 *Præſcriptione triginta vel plurium annorum tollitur ob-
ligatio fideiuſſoria. Et num. 12. ac 13.*
11 *Liberatus tempore ſimilis eſt ei, qui ſatisfecit.*
14 *Anniuerſaria vſurarum ſolutio præſcriptionem impe-
dit.*
15 *V[illegible] ex tribus fideiuſſoribus intra 30. annos con-
[illegible], fruſtra ſe reliqui præſcriptione tuentur.*
16 *Interruptio vna in vno eodemque contractu ſufficit.*
17 *Valentini Franci opinio non admittitur*

1 DECIMO OCTAVO † obligatio fideiuſſoria
TEMPORE, & NON EXISTENTIA
CONDITIONIS tolli dicitur, Hippolyt. *in Ru-
bric. de fideiuſſoribus numero* 141. nec non Marianus,
& Bartholomæus Socini mox allegandi, Decius *con-
ſilio 93. colum. 1.* Neoizanus *conſilio 51. numero* 28. Cum
enim ad tempus, vel longum, vel breue, vel vitæ
Anton. Heringius.

fideiuſſoris, vel debitoris, nec non ſub conditione
fideiuſſor accipi poſſit, vt docui ſupra *capite 11. numer.
195. & ſeqq.* non mirum eſt, ſi ſtatuto tempore conſti-
tuto in futurum etiam fideiuſſor [licet diuerſimode]
ab obligatione temporali, vel etiam naſcente puri-
ficataue conditione liberetur *l. ſi fideiuſſ. l. vlt. ff. man-
dati. l. ſi fideiuſſor. C. de fideiuſſ. l. tuto. 69. D. eodem Ia-
ſon in l. 2 § ſi quis numer. 8. ff. ſi quis cautionibus.* Ro-
deric. Suarez. *de fideiuſſoribus in cauſa criminal. numer.
34. in fin. verſicul. vnum tamen* Horat. Carpanus *ad
Statut. Mediolan. parte 1. capite 45. numero 13* Francus
in tractat. de fideiuſſor. capite 6. numero 129. *&* 130.
Zobel. *in addit. ad libro 2 artic. 10. lit. B* Marian. So-
cin. *conſilio 171. numero 3. verſi. ex quibus etiam &
numero 8. verſic. & hoc maxime volum. 2.* Bartol Socin.
conſilio 62. per tot. volum. 2. vbi probant, ſi † fide-
2 iuſſores fideiuſſerint ſub conditione eaque non purifi-
cetur, quod non teneantur, *per leg. cedere diem ff. de
verb. ſignif.*

3 Id quod † in conditione impoſſibili, vel expleta, vel
ea, cuius euentus nihil operatur, facillime admitto.
Vt enim impoſſibilis omnem contractum vitiat, *l. non
ſolum. 31. ff. oblig. & actio. l. ſi ſub impoſſibili ff. de fide-
iuſſoribus* conditio quoque ſemel expleta amplius ex-
pleri non poteſt, *l. ſi ita fuerit. 13. in princip. verſic. nec
enim ff. manum teſtam.* ita illa, cuius euentus nihil ope-
ratur, in conſiderationem quoque non venit, *Bart. in
l. ſi quis ita ſcripſerit. 33. ff. de hered. inſtit.* at conditio-
nis, alias honeſtæ, & poſſibilis, cuius vtique dies
nec ceſſit, nec venit, euentum omnino exſpectandum
& antea, fideiuſſorem vere liberatum eſſe, dici non
poſſe, probabilius eſt. Et ſic etiam intelligo, quod
Alex. *in conſil. 41. in fin. vol. 6.* & Hippol. Rimnald. *in-
ter. conſ. criminal. Zilleti, conſil. 82. num. 7 vol. 2.* ſcrip-
4 tum reliquerunt, nimirum ceſſante † conditione, ſub
qua fideiuſſores promiſerunt, etiam debere ceſſare eo-
rum promiſſionem.

Etſi porrò tempus non eſt modus ipſo iure termi-
nandæ obligationis præteritæ, *l. obligationum. §. placet.
ff. de oblig. & act.* attamen adiectio certi, & definita,
temporis impedimento eſt, quo minus in futurum, &
5 vlterius quis obligari queat, intelligitur † enim pro-
miſſoris gratia adiectum, *l. cum tempus 17 ff. de regul.
iur.* & ob id, fideiuſſor poſt tempus conueniatur, ra-
tione futuri temporis, vel pacti conuenti, vel doli
mali exceptione creditorem ſummouere poteſt, *d. l.
obligationum §. place. ſicut. l. 4 ff. ſerui ſi filius fam. ff de
tut. & rat. diſtrah.* Ioan Goddæus *de contrah. ſtipul.
cap. 12. concluſ. 10. numero 86. iunctis ijs quæ ſupra hoc
ipſo cap. §. 14. tradidi.*

6 Hinc fideiuſſor † datus in prima conductione, finito
tempore, non cenſetur renouatus, & repetitus in
tacita conductione, vt poſt Odofred. Mantuam &
& Boer. tradit Borguin. Caualc. *deciſ. 44. numero* 82.
Decian. *conſ. 72. numer. 12. 13. & 14. vol.* 7 Sic iure mu-
7 nicipali Lubecenſi, ſi quis † intra biennium dotem
promiſſam non exigat, non amplius fideiuſſor eius
dotis nomine tenetur, iuxta Statutum Lubecenſe *lib.
1. tit. 5. art. 3.* vbi dicitur: Qui fideiuſſor fuit ſponſa-
liorum ſi non ſit vocatus termino annorum duorum
ad dotem ſoluendam liberatus intelligitur, & am-
plius non tenetur, &c.

8 Sic & † fideiuſſores primi compromiſſi non com-
prehenduntur in prorogatione ipſius, niſi conſenſe-
rint, vt ait Ægid. Bellamera *conſ. 9. num.* 34. Dynus
in l. Titius ff. de excuſſ. tutor. inquiens: Si compromiſ-
ſum ſit in longius tempus prorogatum, quod intelli-
gatur prorogatum, quoad ipſas partes, non quoad fi-
deiuſſores, *per l. Labeo §. fin. ff. de arbit.* probant idipſum

Hieron. Gabriel. *reſponſo. 43. numer. 17.* Iaſon. *in leg. 1. num. 18. C. de iudic.* Tiraqu. *in repetit. l. boues. §. hoc ſermo. p. 1. num. 130.* Sebaſt. Medices *de regul iur. regul. 4 nũ 39. verb. ſi 'e uſſor. compromiſſi.* Alexand. Raudenſis *de analogis, lib. 1. cap. 11. numer. 8.* Tiber. Decian. *reſponſo 72. lib. 2. & reſponſo 19. numer. 173. lib. 3.* Menoch. *conſil. 120. numer. 30. lib. 2.* Petr. Auguſtin. Morla *in Emporio iuris, part. 1. tit. 8 q. 16. num 5. & q. 12. num. 3. & part. 1. tit. 3. in 8. præmiſſo, numer. 31. & 32.* Horat. Carpan. *ad Statut. Mediolanenſ. part. 3. c. 120.*

Circa quæ tamen, & hoc notandum eſt, quod vtcunque liberato reo ſolutione, vel acceptilatione li-
9 beretur etiam fideiuſſor, liberato † tamen reo tempore non liberetur fideiuſſor, cum multum interſit, res ſoluatur, an perſona liberetur, *l. vlt. ff. de duob. reis. l. cum quis. 38. §. ſi quis pro reo. ff. ſolut.* Cuiac. *ad Africa. tract. 7. pag 398.*

10 An † vero, & ſpacio 30. vel plurium annorum decurſo fideiuſſorem ita liberari dicemus, vt conueniri non poſſit? Et ſanè ſi intra longiſſimum hoc tempus nec debitum exactum, neque vſuræ quotannis ſolutæ fuerint, vix eſt, vt non ſit liberatus fideiuſſor, vel etiam ipſius hæres, *l. ſicut. l. omnes. C. de præſcript. 30. annor. l. ſi eo tempore. C. de remiſſ. pignor. Gomeſ. in reſolut. tit. de contract. cap. 13. numer. 20. Francus d. cap. 6. numer. 84. & ſeqq.* Nam firma hæc coniectura eſt debitum ſolutum, atque ita tam fideiuſſorem, quam debitorem à
11 creditore liberatos eſſe, ſiquidem † & is, qui tempore liberatur, ſimilis eſt ei, qui ſatiſfecit, *l. ſi pupillus. 45. ff. de admin. tut.* pulchrè Menoch. *de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 135. numer. 3. & ſeqq.* Petrus Gilkenius *de præſcript. part. 2. memb. 2. cap. 3. numer. 48* quibus iunge Nicol. Vigelium *in Methodo iuris ciuilis, part. 5. libr. 15. tit. 13.*

Nec obſtant *text. in l. cum ſcimus § 1. & l. cum ſatis. in princ. C. de agric. & cenſit. lib. 11.* Specialis enim ibi tractatur facti ſpecies, nihil cum propoſitione noſtra commune habens.

12 Bene autem † monui, huic coniecturæ tum demum
13 locum eſſe, ſi & intra 30. annos (hi enim † omnino requiruntur, *Franc. d. cap. 6. numero. 87. & 88.*) nihil vſurarum nomine à debitore, vel fideiuſſore ſit
14 ſolutum. Anniuerſaria enim † vſurarum ſolutio præſcriptionem impedit, & creditoris ius ſuum conſeruat, *argum. l. cum notiſſimi. §. imò. C. de præſcript. 30. annor. l. vniuerſi. 4. C. de fund. rei priuatæ. lib. 11. d. loco.*

15 Sed & † hoc addendum reſtat, ſi cum fortè tres eſſent fideiuſſores, quorum vnum creditor conuenerit, & poſt lapſum 30. demum annorum alios conueniat, illiq; ſe præſcriptione defendere conentur, id cre-
16 ditori neutiquam obeſſe: ſufficit † enim vna in vno eodemq; contractu interruptio, vel agnitio, *iuxta l vlt. C. de duob. reis* Licet enim iſta lex fideiuſſorum nullam
17 mentionem facit: vnde etiam † Franc. *cap. 6. nu. 89.* aliud in fideiuſſoribus receptum eſſe autumat, quia tamen idem Iuſtinianus *in l. vlt. C. de fideiuſſorib.* reos debendi, fideiuſſores, & mandatores in ſimilibus ferè terminis æquiparat, & verò nulla (quantum ego video) ratio ſubeſt, cur aliud in reis debendi pluribus, aliud in pluribus fideiuſſoribus ſit ſtatuendum, idcirco bona occaſio eſt, id, quod tendit ad eandem vtilitatem, interpretatione ſupplere, *l. nam vt ait Pedius. ff. de legib.*

§. 19. DE SENTENTIA DIFFINITIVA.

SVMMARIA.

1 *Sententia iudicis diffinitiua obligatio fideiuſſoria finitur. Et num. 2. 4. & 5.*
3 *Laudo arbitri quoq; eadem obligatio tollitur, ex B[illegible], Angelo, Decio, ac Menochio.*
6 *Fideiuſſor contractus, fideiuſſor in cauſa criminali, fideiuſſor de defendendo, & fideiuſſor iudicio ſiſti ſententia lata liberantur. Et nu. 7. 8 & 9.*
10 *Fideiuſſor iudicio ſiſti non liberatur lata ſententia, ſi ſimul promiſerit, præſentare toties, quoties.*
11 *Aut quando curiæ placuerit.*
12 *Aut ſententia dicatur nulla, & poſteà confirmetur, vel agatur per viam reſtitutionis in integrum.*
13 *Aut fideiuſſerit quis, de parendo mandatis Iudicis ſiue Tribunalis.*
14 *Aut fideiuſſio interpoſita ſit, de re ſequeſtrata exhibenda.*
15 *Sententia lata abſolutoria pro fideiuſſore, appellatio creditori integra manet.*
16 *Litis conteſtatione fideiuſſoris ſimplicis, reus principalis non liberatur. Fallit in adpromiſſore indemnitat. n. 17.*

1 DECIMONONO † obligatio fideiuſſoria tolli dicitur per SENTENTIAM IVDICIS DIFFINITIVAM, *l. creditor in princ. ff. de appellat.* Tiraquellus *in repetit. l. boues. §. hoc ſermone. num. 48. ff. de verborum ſignifica.* pulchrè Hippolytus *in Rubric. de fideiuſſorib. num. 212.* VVeſenb. *in parat. ff. de fideiuſſ. nu. 6. in fine* Francus *de fideiuſſor. cap.*
2 *6 nu. 133.* Quia enim † obligatio ex contractu per iudicis ſententiam dicitur, *iuxta gloſſ. in l. 1. C. de iudiciis per l. Iulianus. 60. ff. de condiction. indebi.* Ideò etiam fideiuſſores liberari, traditum eſt à Bartolo *in l. 1. ff. iudicat. ſolui.* Cyno, & Baldo *in l. 1. C. de vſuris rei iudic.* At-
3 que idem † quoq; de laudo Arbitri reſponderunt Bald. *in conſ. 62. lib. 2.* & Angelus *conſil. 78.* quos ſecuti ſunt Decius *conſil. 400. col. vlt.* ac Menoch. *conſ. 212. nu. 35. 36. & 37. lib. 3.*

4 Cæterum, † quod de nouatione, quæ fit per ſententiam, & ſubſequente liberatione dictum iam eſt, dextre eſt intelligendum. Alia enim eſt nouatio, ſi reus abſoluatur, alia, ſi reus actore obtinente condemnetur. Priore caſu, licet ex ſententia abſolutoria ciuilis obligatio tollatur, naturalis tamen manet, & ideo obligatio ipſo iure nondum eſt ſublata, ſed ſi ex veteri obligatione agatur, actio per exceptionem rei iudicatæ eliditur, *dicta l. Iulianus 60. in principio. ff. de condict. indeb.* Poſteriori autem caſu, ex ſententia condemna-
5 toria, & † re iudicata noua actio, iudicati nimirum, quæ ante non fuit, oritur, & quidem vetus actio in hanc nouam non transfunditur, ſed illi cumulatur, ideoq; hæc nouatio, per ſententiam ſcilicet condemnatoriam, obligationem nequaquam tollit. *Gl. & Dd. in d. l. 1. C. de iudiciis. Cantiuncula in §. præterea. Inſt. quib. mod. toll. oblig.*

6 Neque verò † tantum fideiuſſorem contractus: ve-
7 rum † etiam fideiuſſorem in cauſa criminali, Cremenſ. *ſingul. 11.* Tobias Nonius *conſil. 103. nu. 4* Ioan. Vinc.
8 Hondedæus *conſulta. 111. num. 36.* Vt † & fideiuſſorem de defendendo, Bar. *in l. cum quærebatur. in ſi 1. princ. ff. iud. ſolui.* Anchatan. Regienſis *q. 15. nu. 3. lib. 2.* Alciat. *in l. ſi pacto quo pœnam. nu. 15. C. de pact.* (vbi probat, Quod fideiuſſor iudicatum ſolui liberatur, quandocunque reo ante ſententiam defendente) & fideiuſſorem

Google

9 ſorem † iudicio ſiſti, lata ſententia liberari, receptum eſt, *per l. Græce.§.& poſt litem.& ibi Diony.Gothofr.in gl. X.ff. de fideiuſſoribus.* quem caſum ſingularem eſſe dicit ibi Bartolus, & *in ſingula.ſua* 30. eumque alibi non reperirit aſſerit Mathesilan. *in ſingul.*178. *incip. Nota quod fideiuſſor.* & ibi Ioan. Bapt. Caſtilion. & Sarayna *in additien.* nec non Angel. *in l. fideiuſſor.§.in fideiuſſorem.ff. qui ſatiſd. cog.* Bart. *in l.1. numer.1. ff. ſi quis in ius vocat. non ierit.* Roderic.Suarez. *in declarat.ll.fori.tit. de compromiſſ.* *Medinatenſibus.* §. *ſed pone qu:ſtionem. numer.*27. *mihi pag.*186.Menoch.*conſil.*212.*num.*20.*vol.*3.vbi etiam Alex.Franc.de Marchis, Pariſium, & Nattam, pro hac ſententia citat, probat Elbertus Leoninus *in conſil.*72.*numer.*5. *verſ. maior ratio.* Aloiſius de Albertis *ſingulari* 120. ſubijciens, id obtinere ſiue ſit reus condemnatus,*d.§ & poſt litem.* ſiue abſolutus à lite, & obſeruatione iudicij, *l. preparandum.§.ſiquidem cum gl.C. de iudic.*

10 Quanquam † ſecus eſt, ſi fideiuſſor iudicio ſiſti ſimul promiſerit: Præſentare Toties, Quoties, *Pet. de Rauen.ſingul.*207. *Roder. Suarez. d.loco. num.*28.29. 30. 31.

11 Aut † ſiſtere, quandocunque Curiæ placuerit,*Bart. in l. ſi quis reum. ff. de cuſtod.reor.Hippolyt.in Rubric. de fideiuſſor.numer.*140. *Muſcatell.in pract. fideiuſſor.part.*1. *modo* 13 *numero* 4. Lex enim hoc caſu non ſuſtitit fideiuſſoris voluntati, ſed promittit, vt ait Rolandus à Valle *conſil.*21.*numer.*6.*&* 49. *volum.*2 ſequitur Franc. *cap.*6. *num.*144.

12 Aut ſententia † dicatur nulla, & poſteà confirmetur, vel agatur per viam reſtitutionis in integrum, nam, & tunc fideiuſſio durat. *Ant.Teſſaur.deciſ.*202. *num.*17.

13 Aut fideiuſſerit † quis de parendo mandatis iudicis ſiue Tribunalis, vult obtemperare in omnibus quæ à iudice fuerint mandata, vt pulchrè explicauit Ioan. Bernardin. Muſcatellus *d. part.*1. *modo* 13. *per tot.* vbi rationes elegantes adducit, quamuis contradicat Francus *cap.*6.*num* 140.

14 Aut † fideiuſſio interpoſita de re ſequeſtrata exhibenda, tunc enim tam diu durat, donec lis finiatur, etiam in cauſa appellationis, Curtius *in tract.de ſequeſtrat. numer.*56.*verſiculo.*2. *alio modo.& num.*57.*& queſtione* 14.*num.*65. Rebuff. *de ſequeſtr.articul.*7.*gloſſ.vnic. ad finem.* Horat.Carp. *ad ſtatut. Mediolan.parte* 1.*capit.* 111.*numer.*84.*&* 85.

15 Quin † tamen lata ſententia diffinitiua abſolutoria, pro fideiuſſore, caſu quo alias appellationi locus eſt,creditori appellare liceat,nullum dubium habet, & ſatis idipſum innuit dicta *l.ceditor. ff. de appellationibus.*

Dixi modo de ſententia, & quomodo per eam fideiuſſor liberetur, quid autem ſtatueimus de litis con-

16 teſtatione, cum fideiuſſore facta? Certè per † litis conteſtationem fideiuſſoris ſimplicis reus principalis non liberatur, *leg.reos.*23.*l.vlt.C. de fideiuſſoribus l. item.*18. §. *fin. ff. de conſtit. pecun.* Adpromiſſor verò

17 † indemnitatis, cum ſuo nomine obſtrictus ſit, litis conteſtatione reum, etiam inuitum, quaſi per delegationem, & nouationem, liberat in ea parte, qua conditio tum extitit, vel lis ſuſcepta fuerit, *l. ſi ali verſic. ſed etſi tum Seio.ff. de rebus credit. l.*2. *C. ſi mater indem. promiſerit, l. delegare.*11.*ff. de nouationib.* Bartolus, Iaſon, Caſtrenſis, Duarenus *ad l. decem.*116.*ff. de verbor. oblig.* Ioan. Goddæus *in l. ſi ita.*150.*nu.*5*&.ac verbor. ſignific.*

Antonius Heringius.

§. 20. DE FINITIONE INSTANTIÆ.

SVMMARIA.

1 *Inſtantia finitione tollitur obligatio fideiuſſoria ad litem facta.*

2 *Inſtantia quid propriè ſit.*

3 *Inſtantia finita, mandatum procuratoris finitur.*

4 *Fideiuſſor ſimpliciter acceptus in prima inſtantia, non eſt obligatus in cauſa appellationis. Eaque ſententia eſt communis. num.*5.6 *&* 7. *Sed reprobatur ab Antonio Teſſaure, & Dambauderio, num.*8. *A quibus diſſentit auctor, pro communi opinione depugnans, num.*9. *& ſeqq.*

9 *Inſtantia appellationis à prima inſtantia differt, non diuerſitate materia veteris,ſed iudicij, & materia noua. Et num* 10. *ac* 11.

12 *Fideiuſſor ex reitationis litis in prima inſtantia, non tenetur pro altera cauſa in inſtantia appellationis. Quod notabiliter limitatur numer.*14.15.16.17.18.19. 20.*&* 21.

13 *L. ceditor. ff. de appellat. ſe ſus.*

22 *Cautela Polij Clari eſſi iens,vt fideiuſſor etiam in cauſis appellationum teneatur, adducitur.*

23 *Appellatio ad Cameram Imperialem in cauſis criminalibus ex conſuetudine Germania non admittitur.*

24 *Fideiuſſor promittens, ſe teneri velle in omni inſtantia, & pro quacunque cauſa, tenetur etiam in cauſa appellationis.*

25 *Fideiubens pro Actore de ſoluendis expenſis, ſi ſuccubuerit in cauſa, non tenetur, ſi poſteà declaratum fuerit, peremptam eſſe inſtantiam, & ſucceſſiue Actor condemnatur in expenſas.*

26 *Sententia Camera Imperialis ſunt immunes ab vlteriori appellatione.*

27 *Fideiuſſor datus in cauſa noui operis nuntiationis, non tenetur in inſtantia Reuiſionis.*

28 *Reuiſio, & recurſus regulariter appellationis naturam imitantur.*

29 *Reuiſio aliorum appellationis eſt ſpecies.*

30 *Inſtantia alia eſt iudicij Cameralis, alia iudicij Reuiſorij.*

31 *Fideiuſſores Officialis abſoluti, ſi proceſſu Reuiſorio fuerit condemnatus Officialis, non tenentur.*

32 *Fideiuſſor compromiſſi non tenetur pro eo, quod augetur in cauſa Reductionis,ſed tantum pro eo,quod continet laudum Arbitri.*

33 *Fideiuſſor tenetur, ſi ſententiam Camera condemnatoriam, Reuiſorium ſententia eo ſi materia ſequatur.*

1 VIGESIMO † obligatio fideiuſſoria finiri dicitur FINITA INSTANTIA, ad quam datus eſt fideiuſſor, *dicta l. Græce.§.& poſt litem. & ibi Bartolus, ff. de fideiuſſ.l.*2.*ff. iudicatum ſolui.* Hippolytus *in Rubric. de fideiuſſ. nu.*108.*&* 109.*& in ſingul* 315. Gerardus Mazollas *conſilio* 96. *num.*25. Auguſtinus Beroius *conſil.*14.*numer.* 6. *volum.*3. Ancharanus Regienſis *quaſt.*15. *numer.*16. *libro* 2. Stephanus Bertrandus *conſ.* 171. *nu.* 5. *volum.*1. Afin. *in praxi iudic.§.*2.*cap.* 13.*num.* 42.*&* 34. Menoch. *d. conſi.* 212.*nu.* 21. *lib* 3. Laurentius Terminus *in tract. cautelarum.cautela* 78 Ioan.Goddæus *de contrah.ſtipul. cap.*12.*concluſ.*11.*num.* 8. Barnabas Comazzan. *deciſ. Lucenſ.*59. *nu.* 16.ex Afflicto, & Viſillo Horat. Carp. *ad ſtatut. Mediolan.part.*1.*cap.*44.*num.* 68 *& cap.* 111. *num.* 10.

2 Notum † autem eſt, inſtantiam eſſe exercitationem iudicij à litis conteſtatione ad ſententiam vſque,*l.& poſt edictum §.penul.ff.de iudicijs* latè Ioan Baptiſta Aſinius *in praxi iudic.in princip.* Datus igitur ſine

acceptus fideiuſſor litis exercitationis, condemnato
reo, exceptione ſe tueri poteſt, quia inſtantia finita eſt,
pro qua acceptus erat, d. §. & poſt litem Non aliter, ac
3 † mandatum procuratoris finitur, finita inſtantia, videlicet, lata ſententia definitiua. Nec enim cogitur
procurator in ſecunda inſtantia, hoc eſt, in iudicio appellationis, operam ſuam præbere, l. inuitus. 17. vbi Doctores. C. de procuratoribus. Andreas Gail. lib. 1. obſeruation. 139. numero 11. cum ſufficiat, vel in paucis amici
rebus conſuluiſſe, l. tutori. 21. C. de negot. geſt. l. tutores.
39. §. qui ſe negotijs ff. de adminiſt. tutor. nec vlterius procurator grauandus ſit, quam quatenus negotium in ſe
ſuſcepit, ſuſcepit autem iudicium, id quod per ſententiam ſoluitur, l. iudex poſteaquam. D. de re iudicat. Solui
igitur, & eius obligationem eodem tempore par eſt:
D. VVeſenbec. in pararit. D. de procurator. num. 11. verſ.
finitur etiam mandatum.

Iſta autem doctrina ad multa porrigi poteſt. Primò
4 enim hinc eſt, Quod † fideiuſſor ſimpliciter datus atque acceptus in prima inſtantia, ſi appellatio interuenerit, & deſerta non ſit, non amplius in euentum vllum tenetur, cum non ſit obligatus in cauſis appellationis, l. cum apud. 20 & ibi Bart. ff. iudicat. ſolui. l. non à
iudice. §. vlt. & ib Bart. ff. de iudicijs. idem Bart. in ſing. 40.
Pet. de Rauenna ſingul. 376. tex. in § ſi vero. verſic. omnia
dabit fideiuſſor, quæ in condemnatione continentur, niſi fuerit prouocatum. Inſti. de ſatiſdat. Atque † ita multi tradi-
5 derunt præſertim ex neotericis Boerius deciſ. 315. nu.
1. Alciatus reſponſ. 5. nu. 10. & ſeqq. lib. 5. Socinus iun.
conſ. 91. vol. 4 Auguſtinus Berous in quæſt famil. 76. nu.
2. Menochius conſ. 110. numero 10. lib. 2. Clarus in practica crimin. §. fin quæſt. 46. numer. 20. Anchatanus Regienſis q. 15. lib. 2. Nicol. Valla de rebus dubijs. tract. 16.
nu. 5. mihi pag. 281. Hieron. Gratus reſponſ. 102. nu. 5. lib.
6 1. (vbi dicit, ita † teneri per omnes Scribentes) Coſtalius in l. in cauſa. 27. §. ſi ex parte. ff. de procurator.
Emanuel Soarez. in comm. opin. lit. F. nu. 551. Tiber. Decianus in conſ. 19. num. 172. & 173. volum. 3. latiſſimè
Vincen. de Fran. deciſ. 208. & 220. deciſ. 344. Muſcarellus in practica fideiuſſoria. part. 1. modo 12. nume. 6. verſic.
primam tamen. Horatius Capanus ad ſtatuta Mediolan.
parte 1. cap. 44. numero 63. & cap. 45. num. 24. Andreas
Fachineus libro 8. controuerſiar. cap. 57. qui hac com-
7 munem † opinionem eſſe pronuntiant, quamuis eam
8 † plane reijciat Antonius Teſſaurus deciſ. 202. contrariam ſententiam veriorem eſſe exſtimans, & denique numero 19. in fine. ſubijciens, mirum in modum
decipi eos, qui ſuper prædicta communi opinione
ſimpliciter ſe fundant, cui etiam aſtipulatur Damhauder. in pract. crim. cap. 20. nu. 13. prout eum refert Valenti.
Francus d. cap. 6. num. 136.

9 Certè † appellationis inſtantia à prima inſtantia
differt, Vincent. Carocius deiſ. 115. num. 3. Andreas
Gail. lib. 1. obſeru. 76. num. 1. per cap. per tuas. de appel-
10 lationibus. non † quidem diuerſitate materiæ antiquæ
(quo etiam procul dubio reſpicit Vinc. de Franchis
deciſio. 520. nu. 1. inquiens, appellationis cauſam eſſe
eiuſdem naturæ, cuius eſt principalis, per. l. 1. ff. an per.
alium cauſ. appellat.) Sed tamen diuerſitate iudicij, &
materiæ nouæ, hoc eſt, ratione iniquitatis ſententiæ,
vt pulchrè alias Mynſigerus reſponſo 85. num. 8. nec diſſentit Georgius Obrecbtus in tractat. de iuramen. ca-
11 lumnia. cap. 8. num. 11. aſſerens ibi: Quod † cauſa principalis, & cauſa appellationis, ſit quidem eadem,
quoad merita cauſæ: ſed tamen diuerſa, & ſeparata
eſſe iudicia. Aliud enim eſt iudicium cauſæ principalis, & aliud cauſæ appellationis, & vtrobique alij ſunt
iudices, & alia pronunciando ſeruatur ratio. Atque
12 ideò fideiuſſor, † qui ex vna cauſa pro aliquo fideiuſſit, puta, pro exercitatione litis in prima inſtantia,
non videtur teneri pro altera, puta, pro cauſa appellationis in ſecunda inſtantia, per ea quæ tradit Bald.
in conſilio ducenteſimo ſeptuageſimo ſecund. libro ſecundo.
Marſilius dict. ſingulari. 313. Decius conſil. 107. columna.
2. verſicul. confirmatur hoc. Elbertus Leoninus conſilio
72. numero quinto. verſic. maior autem. vbi ita inquit:
Cum ipſa inſtantia atque agitatio iudicij ſit cauſa
conſtituendæ cautionis de iudicio ſiſti, merito finita
cauſa, ob quam cautio eſt præſtita, quoque finiri debet ipſa cautio, quæ cauſa ſiſtendi iudicio facta eſt, &c.
Quod etiam optime innuit elegans Summarium Bartoli in d. l. cum apud. dum ait: fideiuſſor acceptus in prima
cauſa, non tenetur in eo, quod iudicatur in cauſa appellationis.

13 Nec † videtur obſtare l. creditor. ff. de appellat. ex qua
ſupra §. praced. num. 15. collegi, lata ſententia diffinitiua abſolutoria pro fideiuſſore, creditorem denuo
appellare poſſe: Id enim intelligendum eſt fideiuſſore
totius cauſæ, cum quo principaliter creditor egit.
Nam ſi poſtea inter fideiuſſorem, & creditorem ſententia ſit dicta, non video, cur creditori appellare
non ſit integrum, cum & condemnato fideiuſſori integrum imo neceſſarium fuiſſet, l. à ſententia. in principio ff. de appellationibus. l. ſi pro ea C. mandati l. 8. §. vlt. ff.
eodem. At ſecus eſt, ſi pro iudicato primæ inſtantiæ tantum interuenerit fideiuſſor, & creditor principaliter
cum debitore egerit, tunc enim, debitore condemnato, vel abſoluto, vlterius pro iudicato in ſecunda
inſtantia non tenetur fideiuſſor, ſecundum ſupra allegata iura, & Cardinalem Pariſium in conſilio. 171.
14 numero trigeſimo. volumine quarto. Niſi † forte ab initio
aliud ſit actum, d. l. cum apud. in fine. & ibi Bald. ff. iudicat. ſolui. Hieronymus Gabrielius conſil. 35. numero 6.
Franciſcus de Marchis quæſtio. 252. part. 1. quæſt. 357.
part. 2. Rodericus Suarez. in declarat. ll. fori tit. de comperendinationibus. libro 2. §. ſed pone quæſtionem. numero
15 28. & præſertim nume. 36. vbi † dicit ſe conſulere iudici, vt ſemper accipiat latiſſimè fideiuſſores, promittentes reum exhibere, & præſentare iudici poſt ſententiam, & ante, & in omnes tempus, quoties à iudice
fuerit petitum.

16 Vel † ſtipulatio in certam iudicis perſonam ſit concepta, Molineus in Labyrinth. diuid. & indiuid. ſtipulat.
part. 2. & dicam infra. §. 26. num. 23. & 4.

17 Vel † fideiuſſor de ſoluendo iudicatum datus ſit in
cauſa appellationis, is enim reſpectu huius cauſæ tenetur ad omnem condemnationem, late Muſcarellus
in practica fideiuſſoria, p. 1. modo. 12. nu. 11. 12. 13. & 14.

18 Vel † verba fideiuſſionis ſint admodum generalia,
Aretin. in §. 1. Inſtit. de ſatiſdat. Gratus reſponſo 34. num.
5. lib 2.

19 Vel aliæ † ſententiæ ſint conformes primæ, tunc
enim vltra primam ſententiam eum teneri voluit Baldus in l. Iulianus. ff. qui ſatiſdare coguntur. Gratus dicto
reſponſo 34. num. 7. vbi dicit, hanc opinionem eſſe multum æquam, cum alias eſſet in poteſtate rei fideiuſſoris, euitare promiſſionem de iudicatum ſoluendo, interpoſita appellatione.

20 Vel † fideiuſſor rem habeat de qua lis eſt, & reſpectu
rei ſe obliget, tunc enim tenetur fideiuſſor iudicatum
ſolui, quacunque inſtantia, Hieronymus Garbrielius d.
conſilio 53. num. 7. & 8.

21 Vel † denique quis fideiuſſerit de non baratando,
vel deteriorando rem, ſed eam reſtituendo, abſque
aliqua procraſtinatione, in caſum victoriæ, Bald. in l ſi.
fideiuſſor. §. ſi ſatiſdatum. ff. ſatiſd. cog. Muſcatell. in pract.
fideiuſſ. part. 1. modo 17. num. 19. & 20.

Quod autem Clarus d. quæſt. 46. num. 20. ex Boetio,
Pariſio

Pariſio & Aogelo, cautellam tradit, vt is, qui in cau-
22 ſis criminalibus pro † relaxando reo, ſibi fideiuſſorem dari permittit, apponi curet clauſulam; Quod fideiuſſor promittat ſtare, & ſoluere quamcunque condemnationem, quæ fiet contra principalem, etiam in cauſis appellationum, ea in Germania vix vtilita-
23 tem habet, cum † ex generali conſuetudine appellatio ad Cameram Imperialem in criminalibus non permittatur. Ordin. Camer. *p.* 2. *tit.* 28. Mynſ. *cent.* 4. *obſ.* 41. Ioach. à Beuſt. *in Rubric de iureiur. num* 97. Quin-
24 quam rurſus eandem † clauſulam, nimirum, vt fideiuſſor promittat, ſe teneri velle in omni inſtantia, & pro quacunque cauſa, ad euitandas omnes difficultates, & quæſtiones, bonam eſſe autumat Antonius Teſſaurus *dicta deciſione* 202. *numero.* 19. *verſicu. ad euitandas.* quem ipſemet lector conſulere poterit, vbi etiam *in fin. princip. & numero.* 10. inueniet, totam hanc quæſtionem eſſe dubitabilem, & difficilem, & obſcuram, atque ideo non eſt, vt einſdem authenticam determinationem mihi ſumma, ſed merito eam ad doctiores reijcio, qui cicadam ſorte ala corripere ſatagunt.

25 Infertur quoque † vlterius ex hac doctrina, ſi quis fideiuſſerit pro actore de ſoluendis expenſis, ſi ſuccubuerit in cauſa, & poſtea declaratũ fuerit, peremptam inſtantiam, ac ſucceſſiuè condemnetur actio, in expenſas, quod tamen fideiuſſor non teneatur ad has expenſas, quia ad eas ſe non obligauit. Bald *conſilio* 106. *incip. proponitur quod quidam. volum.* 2. Marſilius *ſingul* 218. *incip. Diligenter.* Maranta *in ſpec. ſuo in* 8. *memb.* 6. *part. numero* 17. Ancharan. *quaſt. famil.* 15. *numero.* 6. *lib.* Surdus *deciſ.* 212. *numero* 2. Tiber. Decian. *conſi.* 72. *numero* 19. *vol.* 2. Muſcatellus *in practica fideiuſſoria par.* 1. *modo* 11. *numero* 2. Franciſ. Calletus *in addit. ad Faluium Pacian. lib.* 1. *cap.* 57. *lit. D.* Io. Baptiſta Aſinius *in praxi iudicior. in princip. numero* 19. *mihi pag.* 4. *& in* § 32. *cap.* 26. dicens ibi, parentem ſuum conſulendo prædiam opinionem Baldi tenuiſſe, & finaliter in eo reſidens, quod accurate conſideranda ſint verba fideiuſſionis, ſi quidem illa ſunt ſtricta, & proprie intelligenda, vt merito actor non dicatur ſuccubuiſſe in cauſa, ſi cauſam adhuc in alia inſtantia reaſſumere poſſit.

Reliquas quæſtiones, quæ apud Bartol. & Dd nec non Cardin. Albanum *in add. ad Bart. in d. l. cum apud* & Roderic Suarez *declarat. ll. fori. lib.* 2. *tit. de comperendinationibus.* §. *ſed pone quaſtionem. per diſcurſ.* nec non Valen. Francum, *d. cap.* 6. *numero* 140 *& ſeqq.* tractantur, ſtudioſus lector ipſemet ſuis in locis videre poterit. Ego in præſentiarum ſaltem vnam adijciam, quæ in praxi occurrere, & admodum vtilis eſſe poteſt.

26 Notum † enim eſt, quamuis aduerſus ſententias in ſummo Imperij Tribunali, quod Cameram Imperij appellant, latas; non admittatur vlla appellatio, quod tamen illæ ipſæ ſententiæ Reuiſioni Deputatorum Statuum Imperij ſint ſubiectæ. *Ordin. Cam. Imp. part.* 3. *titu.* 53. Pone igitur, obligaſſe ſe aliquem pro alio, in cauſa forte noui operis nuntiationis, tanquam fideiuſſorem, de facienda vel etiam curanda demolitione, ſi ſententia contra principalem feratur, iuxta ea quæ tradidi ſupra *cap.* 15. *numero.* 92. Ferri autem pro hoc ipſo, cui nuntiatio facta eſt, ſententiam abſolutoriam de non demoliendo, Quod fuit contractum penitus ſit deſtructum, & omnia ad priſtinum ſtatum reuocata actor abſolutus, & ita in Camera imperiali fuit obſeruatum, &c. Verum eiuſdem ſententiæ rurſus ab impetrante reuiſionem peti, num prædictum fideiuſſorem etiam in inſtantia Reuiſionis teneri, vel ſtatim petita apud Electorem Moguntinum, & Cameralibus intimata Reuiſione, liberatum eſſe dicemus?

Et quanquam pro ratione dubitandi hic nonnulla moueri poſſent, ne tamen longis ambagibus vtar, bre-
27 uiter concludo, fideiuſſorem † hoc caſu liberari, in inſtantia Reuiſionis vlterius non obligari. Cum enim
28 Reuiſio † & recurſus regulariter appellationis naturam imitari ſoleant, vt poſt multos alios, egregie oſtendit Petrus Heigius *in quaſt. iuris quaſt.* 10. *num.* 64 *&*
29 *ſeqq.* Vnde, & Reuiſionem actorum † appellationis ſpeciem appellat *Bart. in l. ſocietatem.* §. *arbitrorum colum.* 4. *ff. pro ſocio.* quem ſequitur Ioan. Cephal. *conſi.* 180. *num.* 19. *lib.* 1. Et hoc amplius, ſicut alia inſtantia eſt coram iudice inferiore, alia inſtantia appellationis coram iudice ſuperiore, vt probaui ſupra *hoc ipſo* §. *nu.*
30 10. *&* 11. Ita quoque † alia inſtantia ſit iudicij Cameralia alia inſtantia iudicij Reuiſorij, vt pote quod non per eoſdem, & primos iudices, ſed alios à Statib. Imperij, & ipſo Imperatore delectos conſiliarios, tanquam maiores iudices, peragitur, Bendetus *de Reuiſione. concluſ. num.* 12. *&* 19. Heigius *d. quaſt.* 10. *num.* 70 ſequitur vtique, quod ſicut fideiuſſor, lata ſententia diffinitiua, & quidem abſolutoria, non tenetur amplius in cauſa appellationis, *vt oſtendi ſupra, d. nu.* 10. *& multum ſeqq.* Ita nec fideiuſſor de faciendo iudicatum, ſi ſententia per Cameram abſolutoria pro reo feratur, vlterius in iudicio Reuiſorio, fortaſſis prioris ſententia reformatorio, teneatur. Surrogatum ſi quidem ſapere debet naturam eius, in cuius locum ſurrogatur Eberh *in Topic. loco à vi ſurrogat.* Bendetus *d. loco. concluſ.* 20. *numero* 59. *&* 60. Accedit, quod hoc caſu interuenit ſententia diffinitiua, nec non finitio primæ inſtantiæ, & mutatio iudicis, quibus concurrentibus, quid mirum ſi fideiuſſoris obligatio finiatur, cum, & ſingula ad eam finiendam ſufficiant? *ſicut dixi ſupra,* §. 19. *nu.* 12. *& infra,* § 26. *nu.* 2.

Atque hæc ſententia expreſſe probatur per Bart. *in l. fin. ff. de pactis.* Angel. Aretin. *in tract. maleficiorum. verb. fideiuſſit. colu.* 2. *verſi. penul.* Bertachin. *in repertorio, verb. fideiuſſor mihi pag.* 475. Hippoly. *in rubric. de fideiuſſor. quaſt.* 8. *num.* 93. & nouiſſime Ioan. Bernard. Muſcatelum *in ſua practica fideiuſſoria, part.* 1. *modo* 32. *num.* 8 *& modo* 14 *nu.* 17. vbi dicunt, ſi aliquis officia-
31 lis † pro ſuo Syndicatu ſit abſolutus, proceſſus vero poſtea vigore alicuius ſtatuti reuideatur, ac officialis condemnetur, quod fideiuſſores non teneantur. Idem quoque tenuit Paris de Puteo *in tract Syndicatus. verb. fideiuſ cap.* 1. *poſt num.* 4.

32 Facit in argumentum, & hoc, quod † fideiuſſor compromiſſi non tenetur pro eo, quod augetur in cauſa Reductionis, ſed tantum pro eo, quod continet laudũ arbitri, *gl. in l. in propoſita. ff. pro ſocio. Bald. in l. ſi. q.* 10. *C. mandati. Decius conſ.* 94. *per tot.*

33 Sane † ſi ſententiam Cameræ condemnatoriam, fortaſſis Reuiſorum ſententia confirmatoria ſequatur, probabili ratione dubitandi reus non videtur carere, propterea quod ſupra *n.* 19. ex Baldo, & Hieron Grato dictum eſt, ſi aliæ ſententiæ ſint conformes primæ, quo fideiuſſor etiam vltra primam ſententiam teneatur. Quidquid ſit, cum hoc exulceratiſſimo ſeculo tot fere Reuiſiones inſtituantur, quot ſententiæ in Camera Imperiali feruntur, idcirco ab initio conſultum eſt, exprimere, quod fideiuſſor in omni inſtantia, & pro quacunque cauſa teneri velit, *per hoc ea atuli ſupra hoc ipſo* §. *num.* 22.

Antonius Heringius.

§.21. DE DATIONE IN SOLVTVM.

SVMMARIA

2 *Datione in ſolutum tollitur obligatio fideiuſſoria, ex ſententia Cæpollæ. Quæ limitatur n.2 Contrarium aſtruente Speculatore, nu.3. Quæ opiniones conciliantur, nu.4. & ſeqq. præſertim nu.19.*
4 *Datio in ſolutum vicem venditionis obtinet. Quod declaratur nu.5.*
6 *Venditio ſemel rite contracta, vt & datio in ſolutum, pœnitentiam non admittunt.*
7 *Creditor merces in ſolutum accipiens & debitorem liberans, non poteſt ob læſionem dationem in ſolutum reſcindere.*
8 *Dationem in ſolutum accipiens ius plenum conſequitur & fit vtilis Dominus.*
9 *Datio in ſolutum æque liberationem operatur, ac ſolutio.*
10 *Satisfactio pro ſolutione cedit.*
11 *Res qualibet tanti eſt, quanti emptorem inuenit.*
12 *Remedium l.2.C. de reſcind. vendit. in datione in ſolutum quatenus locum habeat, oſtenditur.*
13 *Remedium d.l.2. ſoli venditori competit ex ſententia Iacobi Cuiatij, cui tamen ab alijs contradicitur.*
14 *Datio in ſolutum tollit naturalem obligationem.*
15 *Obligatio ſemel extincta inſtaurari non poteſt.*
16 *Creditori vtilis actio accommodatur, ſi pro ſoluto ei res data fuerit, adhoc, vt vel id quantitatem debiti ei ſatisfiat, vel quantum eius interſit.*
17 *L.26 & l.98 ff. de ſolutionibus* } *adducuntur pro Speculatoris opinione.*
18 *L. deferre. §. vlt cum 3. ll. ſeqq. ff. de iure fiſci*
20 *Creditori non obeſt acceptio dationis in ſolutum, ſi ab initio expreſſe proteſtatus fuerit, ſe nolle aliter rem in ſolutum datam accipere, quam ſi ſe ad debiti ſui quantitatem extendat.*
21 *Creditor per dolum debitoris æſtimatum fundum in ſolutum accipiens, ſibi non præiudicat. Idem eſt, ſi ex errore, nihil vlterius ſibi deberi exiſtimans, rem in ſolutum accipiat. nu.22.*
23 *Sciens ſibi plus deberi, licet minus accipiat, tamen ſibi non præiudicat.*
24 *Donandi animus non facile præſumitur.*
25 *Error calculi poteſt allegari.*
26 *Calculi ratio non operatur niſi in eo, quod calculatum eſt.*
27 *Prouerbium Germanicum, vnde fluxerit.*
28 *Error calculi varijs modis probari poteſt.*
29 *Res in ſolutum data ſi euincatur, debitor non cenſetur liberatus. & num.30.*
31 *Liberatio totalis debitorem à reſidui petitione liberat. & num.32.*
33 *Creditor recipiens res quaſdam in ſolutum à debitore pro eo, quod ſupereſt, vel pro reſiduo, vel pro ſumma reſtante, poſtea non poteſt aliquid petere, etiam ſi ſibi plus debeatur.*
34 *Reſiduum continet partem reſtantem.*
35 *Reſiduum promittens, non tenetur in ſolidum.*
36 *Reſidui commemoratio etiam totum admittit, cuius adhuc nulla pars eſt ſoluta.*
37 *Cautela Caſtrenſis, Iaſonis, Capollæ, & Chaſſanæi rejicitur.*
38 *Creditor iudicis auctoritate interueniente res in ſolutum accipiens, fruſtra de reſiduo actionem inſtituit.*
39 *Creditor, cui per ſubhaſtationem liberantur bona debitoris, habetur loco emptoris, ideoque ad fideiuſſorem redire nequit.*

1 VIGESIMOPRIMO † obligatio fideiuſſoria tolli
dicitur per DATIONEM IN SOLVTVM.
Ita enim traditum eſt à Cæpolla *in cautel.* 13. *incip.*
Si aliquis eſt debitor. allegante ad hoc Barto. &
Dd. *in l. ſi quis aliam. ff. de ſolut.* ſubijciente † etiam
2 limitationem, vt hoc non procedat, ſi quis dixerit, quod per illam dationem in ſolutum ab obligatione fideiuſſoria recedere non intendat. Verum
3 † Cæpollæ apertè contradicit Specul. *in tit. de fideiuſſ. nu.24. verſic. pone cum deberes.* exiſtimans, licet
principalis obligatio extincta ſit per dationem in
ſolutum, quod tamen actio vtilis contra fideiuſſorem reſtituatur, ad id ſcilicet, quod creditori deeſt, per
textus ibi ab ipſo allegatos. Et ſi rem totam exacte
perpendamus, pro vtriuſque opinione non leuia ſtringunt fundamenta.
4 Sententia † namque Cæpollæ ex eo primum ſtabilitur, quod datio in ſolutum vicem venditionis obtineat, l. *vlt. ff. quibus ex cauſis in poſſ. eat. l. 4. §. auctoris. ff.*
de doli mali except. ſi prædium. C. de euictionibus. l. libera.
& ibi glo. C. de ſent. & interlocut. l. ſi ſecundum. C. mandati. l. eleganter. in prin. ff. de pignor. actione. Natta *conſ.* 207.
*nu.*3. Cephalus *conſ.* 98. *lib.* 1. Io. Baptiſt. Aſinius *in tract. de execut. in prolegom. c.* 1. *nu.* 12. Tiraq. *de retract.* §.
1. gl. 14. *nu.* 13. & 4. Io. Vincen. Hondedæus *conſultat.*
34. *nu* 42. *volum.* 2. Anto. de Gamma *deciſ. Luſitan.* 291.
5 vbi tamen † hoc ſaltem verum eſſe largitur largo, &
improprio modo, & quidem in materia fauorabili non
autem ſtricta, & odioſa, de quo plura vide apud Hotar.
Carp. *ad Statut. Mediolan. par.* 1. *c.* 417. *num.* 514. *& ſequ.*
6 A venditione † autem ſemel rite contracta reſilire non
licet, vt nec à datione in ſolutum, l. *ficut. C. de obligat.*
& act. Cephalus *conſ.* 286. *nu.* 14. *lib.* 2. Sed potius ſibi
acceptum cogitur ferre creditor, qui rem in ſolutum
accepit, ſiquidem de ſuperfluo pacto tacite egiſſe videtur, *l. à diuo Pio. §. ſi pignora. ff. de re iud. & dixi ſupra hoc*
cap. §. 13. *nu.* 25. & 26. Atque hinc Simon Piſtoris Cancellarius quondam Ducum Saxoniæ *in conſ.* 9. (quod
impreſſum eſt poſt conſilia Modeſtini Piſtoris) con-
7 cludit; Si creditor † merces in ſolutum acceperit, &
debitorem liberauerit, quod deinde, ob læſionem,
non poſſit dationem in ſolutum reſcindere. Datio-
8 nem enim † in ſolutum accipiens ius plenum conſequitur. *Bart. & Dd. in l. Pomponius. § ſi iuſſu. ff. de acq.*
poſſ. Socin. conſ. 60. *numer.* 3. *lib.* 1. *Crauet conſ.* 248. *numer* 1.
Et ſit vtilis Dominus, *l. eleganter. in pr. ff. de pign. act.*
Alex. conſi. 76. *viſi. vel.* 3. *Camill. Borel. controu.* 67. *numero* 11.
9 Deinde etiam † certum eſt, quod datio in ſolutum
æque liberationem operetur, atque ſolutio, cum id tenera in ſolutum, vel pro ſoluto dari dicatur, quod vt in
liberationem debiti cedat, in creditorem transfertur,
10 l. *non omnis. §. vlt. ff. de reb. cred.* Satisfactio † enim pro
ſolutione eſt, & ſatisfacere dicimur ei, cuius deſiderium implemus, l. *ſatisfactio.* 52. *ff. de ſolution.* l. 5. § *ſuis*
acceptio ff de verb. oblig. Cum igitur in ſolutum datio ſit
pro ſolutione, ſolutione autem facta liberetur tam debitor, quam fideiuſſor, ſequitur vtique, & dationem in
11 ſolutum vtrumque liberari, quælibet † enim res tanti
eſſe intelligitur, quanti emptorem inuenit. *Alex. in l.* 1.
§ *ſi hæres. nu.* 2. *ff. ad Trebel. per l. ſi ſeruus. ff. de condict. furt.*
Emptoris autem perſonam hoc caſu ſuſtinet creditor,
qui rem in ſolutum accipit, *l. minor.* 40. §. 1 *ff de minorib.*
cui etiam tum ſatisfactum videtur, ſi, vt ipſe voluit, ſibi cauit, licet in hoc ſemetipſo ſit deceptus, *l. ſi rem §.*
omnis. ff. de pign. act. l. item liberatur. ff. qu. b. mod. pign. vel
hypoth. ſoluitur.
12 Tertio † quoq; huic opinioni ſuffragatur, quod nequidem remedium *l.* 2. *C. de reſcind. vend.* in datione in
ſolu-

ſolutum aliter locum habet ex parte creditoris, quam ſi is vltra dimidium ſit læſus latè Tiraquel. *de retract. lignag. §. 1. glo. 14.* Arius Pinellus *in l. 2. par. 1. cap. 4. nu. 8. C. de reſcin. ven. per l. ſi res. § ſi mulier. ff. de iure dot.* multo igitur minus danda eſt creditori actio vtilis in fideiuſ-
13 ſorem, pro minimo fortè reſiduo, præſertim ſi † cum Iacob. Cuia. *lib. 16. obſ. c. 18 & lib. 17. c. 1.* (contra Io. Robert. *lib. 2. animaduerſ. iuris. c. 13. & lib. 2. Notat. aduerſ. Ant. Mercator. c. 13.* Fabian. de Monte S. Sabini *in tract. de empt. & vend. 6. quæſt. prin. nu. 44.* Arium Pinellum *in l. 2. part. 1. c. 2. nu. 1. et 2. C. de reſcind. vend.*) Sentiamus beneficium l. 2. C. *de reſcind. vend.* ſoli venditori competere, & ad emptorem, cui hoc caſu par eſt creditor in ſolutum accipiens, non porrigi.
14 Denique † Cæpollæ opinionem ſuffulcit, quod per dationem in ſolutum tollitur naturalis obligatio, & à contractu receditur, l. *eleganter. in princip. ff. de pignor. actio. l. debitor. 59. ff. ad Trebellian. iuncta l. ſolutam. ff. de ſolutionibus.* Dicendum igitur videtur, poſtquam à contractu receſſum eſt, fideiuſſorem vlterius moleſta-
15 ri non poſſe, cum obligatio † ſemel extincta, vel euacuata amplius inſtaurari non poſſit, l. *cum ex cauſa. Cod. de remiſſ. pign. l. 4. C. de ſolut. l. qui res §. aream ff. eod. titu.*

Sed ex aduerſo pro Speculatore, quoque vna atq; al-
16 tera ratio militat. Et quidem † primo textus *in d. l. eleganter. ff. de pign. act. & in d. l. prædium C. de euictionibus.* Satis clarè innuunt, quod creditori vtilis actio accommodetur, ſi pro ſoluto ei res data fuerit, ad hoc vt vel in quantitatem debiti ei ſatisfiat, vel quantum eius intereſt: Inde igitur ſequitur per in ſolutum dationem adeo obligationem non extingui, vt creditori pro eo, quod ſibi deeſt, aduerſus debitorem, vel fideiuſſorem etiam pateat regreſſus, l. *aduerſus. C. de obligationib. & actionib. l. vlt. § ſed ſiquidem. C. de iure dom. impetrando. l. vlt. C. ſi vendito pignore agatur.*
17 Deinde etiam Speculatoris † opinionem adiuuant textus *in l. ſi creditor. 26. & in l. qui res. 98. in princip. ff. de ſolutionibus.* quarum illa ſtatuit: Si creditor fundum pignoratum vendiderit, non aliter debitorem liberari, quam ſi creditor tantum, quantum ſibi debebatur, acceperit: hæc verò diſponit. Si res pignorata in dotem detur, non aliter eius ſolutionem liberare, quam ſi ex euentu certum ſit, eam apud maritum remanere.
18 Denique † ad defendendam Speculatoris ſententiam adduci poſſunt textus *in l. deferre. §. vlt. cum 3. ll. ſeqq. ff. de iure fiſci.* vbi apertè probatur: Si debitor fiſcalis creditori ſuo ſoluat, vel pecuniam in ſolutum det, quod fiſcus poſſit talem pecuniam à creditore repetere, quodque ſic remaneat creditori ſuo debitor vna cum fideiuſſoribus, ac pignoribus obligatus, non aliter, ac ſi nihil ſoluiſſet.
19 Quid igitur † in conflictu diſcrepantium harum opinionum ſtatuendum? Ego, vt, quid ſentiam, liberè profitear, nonnunquam creditoris, nonnunquam etiam debitoris, ſi ſuper datione in ſolutum controuertant, rationem habendam eſſe, atque ideò rem cer-
20 ta regula definiri non poſſe, arbitror. Quid enim, † ſi creditor initio expreſſe proteſtatus fuerit, ſe nolle aliter rem in ſolutum datam accipere, quam ſi ſe extendat ad ſui debiti quantitatem, & caſu, quo ipſi in quantitatem debiti non ſufficiat, quod reſiduum ex alijs bonis debitoris petere velit? Hoc vtique caſu creditorem allegantem, ſe contradixiſſe adiudicationi in ſolutum, cum ſua probatione admittere, humanius eſt; Proteſtatio enim, diſſenſum ipſius arguit, factaque eſt iuris in futurum competituri conſeruandi cauſa, *l. ſi debitor. §. 1. D. quibus modis pign. vel hypot.* *Antonius Heringius.*

ſoluitur. l. 1. §. quia autem. in fin. ff. quod legatorum. Faciunt tradita per Vincent. Carocium *de excuſſ. bon. 1. quæſt. 2. quæſt. princip. num. 39 & ſequentib.*
21 Rurſus pone, debitorem per dolum † pluris æſtimatum fundum in ſolutum dediſſe: Certè cum Marciano ſentiendum eſt, eum non liberari, niſi id, quod deeſt, repleatur, *l. ſi quis aliam 46. §. vlt. ff. de ſolut.* Dolus enim omnino puniendus, etiamſi ipſi, qui eum admiſit, damnoſus futurus erit, *l. procurator. 11. §. 1. ff. de doli mali exceptione.*
22 Fieri † etiam poteſt, vt creditor ex errore nihil vlterius ſibi deberi exiſtimans, quam res æſtimabatur, rem in ſolutum accipiat, poſteaque errorem calculi deprehendat: hoc vtique caſu à petendo reſiduo nequaquam arcetur, quantumuis debitori pactum generale de non amplius petendo feciſſet, *l. ſi ex maiore. C. de except. l. ſi inter. C. de ſolut. §. ſi minus. Inſtit. de action.*
23 Nam † ſciens ſibi plus deberi, licet minus accipiat, tamen ſibi non præiudicat, Bart. Bald. Alberic. & communiter Dd. *in l. is qui vſumfructum. ff. de vſufructu.* Albert. Brunus *in tract. de augumento monetæ in 18.*
24 *particula limitat. 4. num. 4.* cum donandi † animus non facile præſumatur, *l. cum de indebito ff. de probat. late*
25 *Menoch. de arbit. iud. quæſt. caſu* 88. Quanquam † & error calculi perpetuò poteſt allegari ſi res iudicatæ vel tranſactione ſopitæ non ſint, *l. vnic. & ibi Iacob. Ayrerus per diſcurſum. C. de errore calculi. l. calculi & ibi gloſſ. ff. de adminiſt. rer. ad ciuit. pert. Schurff. conſil. 36. numer. 1. cent. 1. Modeſt. Piſto. conſ. 35. in 4 quæſt. vol. 1.* Ratio enim cal-
26 culi non † operatur niſi in eo, quod calculatum eſt, *l. emptor §. Lucius D. de pactis. Baldus conſil. 50. num. 1.*
27 *vol. 4.* Vnde † germanicum prouerbium fluxit, Com-
28 puta non faciunt ſolutionem. Error † autem calculi varijs modis probari poteſt, quos perſequitur Maſcard. de probat. *concluſ. 253.* cui iunge Eman. Soarez. *in com. opin. lit. E. nu. 158. & 159.*
29 Denique † contingere poteſt, vt res in ſolutum data creditori vel à fiſco, vel alio quopiam rurſus euincatur hoc caſu tantum abeſt, vt datio in ſolutum debitorem liberet, vt etiam is, vna cum ſuo fideiuſſore,
30 pro euictione teneatur, ſi quidem † aliter res pro reſoluta liberationem præſtat, niſi pro ſolido ſuſcipientis fiat, *d. l. ſi quis aliã. ff. de ſolut. d. l. eleganter. 24 ff. de pignor. act. d. l. ſi prædium C. de euictionibus. d. l. deferre. cum. 3. ll. ſeqq. D. de iure fiſci. l. actore. l. exceptione. C. de euictionibus. Bertazol. in tract. clauſul. inſtrumen. clauſ. 41. gloſſ. 7. num. 5. in fin.*

Cæterum, vt ante *numero* 19. monui, & debitoris
31 † quandoque habenda eſt ratio. Quid enim, ſi creditori ex maiore debiti quantitate per dationem alicuius rei in ſolutum minor ſoluta, ſi ipſe totalem liberationem debitor præſtiterit? Dubitari non debet, quin debitor plenam liberationem ſit conſecutus, ita vt pro reſiduo conueniri nequeat, *l. ſi ex maiore. C. de except. l. ſi inter. C. de ſolutionibus. l. 2. §. 1. D. de pactis.*
32 Quod multo † magis locum habet, ſi liberationi adiectum ſit pactum tranſactionis ſpeciale; Amplius eius debiti nomine non peti, *l. ſi decreta. vbi Dd. C. de tranſactionibus. l. amplius non peti. l. procurator 23. D. rem rat. hab.* Nam hoc caſu conſenſu tranſactionis finitis ſtare conuenit, *l. intereſt. C. de ſolution.*
33 Sic † ſi creditor recipiat res quaſdam in ſolutum à debitore, pro eo, quod ſupereſt, vel pro reſiduo, vel pro ſumma reſtante, poſtea non poterit aliquid petere, etiamſi ſibi plus debeatur, *l. ex pluribus. & ibi gloſ. verb. reliquum. D. de ſolutionib.* Roman. *in ſingul. 702. incip. verba illa quæ ſolent.* Guido Papæ *quæſt.* 181. Vincen. Carocius *de excuſſ. bonor. 1. quæſt 2. quæſt. princi num. 12.*
34 Reſiduum enim † non ſolum continet partem reſtan-

4 *Arrogato debitore tam debitor, quam fideiuſſor liberantur.*

5 *Arrogato fideiuſſore liberatur quidem fideiuſſor, ſed reus principali obligatus manet.*

1 VIGESIMOQVARTO † tollitur ſiue finitur obligatio fideiuſſoria per ARROGATIONEM,
puta, ſi creditor debitorem, vel fideiuſſorem,
eiuſve hæredem, arroget. Nam & fideiuſſorem
2 † appellatione debitoris comprehendi, magis
communis eſt opinio, ſecundum Bart. Alex. Iaſ.
& alios *in l. 1. ff. ſi cert. petatur.* Franc. de Marchis
*quæſt. 340. part. 1. & tetigi ſupra cap. 15. num. 1. & hoc
ipſo capite, §. num.* 44. Iuris autem eſt indubitati, ſi
creditor debitorem ſuum arroget, non ſolum iudicium
cum eo completum, ſed & obligationem ſolui, cum
3 † arrogatus eius iuri, qui eum arrogauit, ſubijciatur
cum omnibus bonis, *l. 2. §. penult. ff de cap. minut. l. ſi à
me fuerit.* 11. *ff. de iudicijs l. ſi pater familias ff. de adoptionibus. l. ſi quis. 7 ff. de pecul. legato. iuncta. l. ſi tuo* 83. *ff. de
ſolutionibus.* Nemo autem ſibi quidquam ipſe debere,
nec à ſe exigere poteſt, vt ſupra *cap. 7. in princip* pluribus
4 bus comprobaui. Cæterum in hoc † articulo illud obſeruandum,
ſi creditor debitorem arroget, & debito-
5 rem, & fideiuſſorem liberari: Sin autem † ſolum fideiuſſorem
arroget, tunc liberato fideiuſſore, nihilòminus
debitorem obligatum manere: Videtur enim arrogatio
hoc cum liberatione legata, & confuſione cõmune
habere, iuxta tex. *in l. 2. & l. ſi damnatus. ff. de liberat. legat. l. hæres. §. quod ſi ſtipulator. verſic. quod ſi idem.
& §. vlt. l. Grauius in fin. princ. D. de fideiuſſ. l. in omnibus.
43. ff. de ſolut.*

§. 25. DE ALTERATIONE OBLIGATIONIS.

SVMMARIA.

1 *Alterato contractu finitur obligatio fideiuſſoria.*

2 *Fideiuſſor non tenetur ex nouo contractu, niſi denuo intercedat.*

3 *Alteratio contractuum quomodo contingat. Et numero 4. ac 5.*

6 *Alterato contractu per locatorem, licitum eſt fideiuſſoribus ab eo recedere. Limitatur tamen. nu. 7. & 8.*

1 VIGESIMOQVINTO † finiri dicitur obligatio fideiuſſoria OB ALTERATIONEM
OBLIGATIONIS SIVE CONTRACTVS,
pro quo fideiuſſor fidem ſuam interpoſuit, *Bald.
in l. iam mandatori. C. de non numer. pec.* Barth. Soc.
in conſi. 62. numero. 23. vol. 2. vbi plures allegat Barbat.
conſi. 31. col. & 2. vol. 1. Ancharan. Regienſ. *q. 42.
numero 11. & 24. lib. 3.* expreſſè ibi ſtatuens, fideiuſſo-
2 rem † non teneri ex nouo contractu, niſi denuo intercedat,
per interpoſitam ſtipulationem. Quod etiam
tuetur Ioan Goddæus *de contrah. ſtipulat. c. 12. concluſ.
10. num.* 85. Videturque idem poſt Boſſium, Viuium,
& Carocium ſentire Horat. Carpanus *ad Statut. Mediolanenſ. par. 2. c. 189. num.* 12.

3 Alteratur † autem reuera initi contractus, quando
poſtea, vel in continenti, vel ex interuallo, per certa
pacta illis quidquam vel adijcitur, vel detrahitur, *l. pacta conuenta ff. de contrah. emptione. Cuiac lib. 14. obſer. c.
28. & lib. 2. cap. 15.* Quod ſi igitur venditor, & emptor
poſt emptionem paciſcantur, de minuendo, vel augẽdo
pretio, receſſum eſt à priore contractu, & noua emptio
interceſſiſſe videtur, ideoque fideiuſſor, qui pro
priore contractu interceſſerat, amplius non tenetur,
mutato enim pretio, ex quo conſiſtit ſubſtantia, natura,
& ſtatus emptionis, & emptio mutatur, *d. l. pacta
conuenta.* Idem eſt, ſi poſteà venditor, & emptor
merces alterent, & recepta merce prius vendita,
alia pro eodem, vel maiore pretio ematur, vt enim
pretium: ita & merx de ſubſtantia eſt emptionis, &
venditionis.

4 Sed animaduertendum eſt, id † tum demum locum
habere, ſi omnib. integris manentibus (qua locutione
etiam vtitur Seneca, *lib. 4. de benefi ys. cap. 34.* dum inquit:
Non mutat ſapiens conſilium, omnibus his manentibus,
quæ erant, cum ſumeret) hoc eſt, nondũ adimpleta
emptione venditione, nondum tradita re, nõdum
dato pretio, vel etiam ſi adimpleta ſit venditio
(quod eſt adijciendũ ad Paulum *in d. l. pacta conuenta*)
in integrum reſtitutionis omnibus, quæ præſtita ſunt,
hoc eſt reddito pretio, reddita re, *vt in l. ab emptione.
ff de pactis.* rurſum paciſcantur, de augendo, vel minuendo
pretio: Nam tunc ſolum receſſum videri à
priore emptione, & emptionem nouam reperi, & conſtitui,
iura noſtra oſtendunt, *d. l. pacta conuenta. l. iuriſgentium
§. adeo. l ſi vnus. §. pactus verſ. idem dicimus. ff. de
pact.* At ſi res non ſit amplius integra, vel etiam in
integrum reſtitui nõ poſſit, puta, ſi vel res tradita ſit, vel
pretium ſolutum ſit, non poteſt certè ſolo pacto noua
emptio conſtitui, ſed prior inconcuſſa manet *l. 2. ff.
de reſcind. vendit.* ſed opus eſt, vt actus priori ſimilis
retroagens venditionem intercedat, *l. 1. C. quando liceat
ab emptor. diſced* Anton Gomez. *tom. 2. cap. 2. nu.
2.* Fabian de Monte S. Sabini *quæſt. 5. num.* 65. Didac.
Perez. Laſſarte *in tracta. de decima vendit onis, cap. 14.
num. 8 & 9.* Et proinde priore quidem caſu liberatur
fideiuſſor, non item poſteriori, *argumento l. in omnibus.
ff de ſolutionib.*

5 Eadem † planè etiam in contractu locationis, &
conductionis locum habent *per d. l. ab emptione. ff de
pact.* cum locatio, & conductio proxima ſit emptioni
& venditioni, iiſdem iuris regulis conſiſtat. l. 2. *D.
locat.* Quamobrem ſi locator, & conductor re integra
paciſcantur, de augenda vel minuenda mercede,
vel ſi pro ædibus prius locatis aliæ denuo locentur,
prioribus nondum traditis, receſſum vtique videtur
de priore locatione, atque ideo fideiuſſor, qui pro illa
interceſſerat, proculdubio liberatus erit, *d. l. pacta
conuenta, cum ſimilib. iuribus ſupra allegatis.*

Atque illud eſt, quod interpretes noſtri ſcribunt:
6 † Alterato contractu per locatorem, licitum eſſe fideiuſſoribus
ab illo recedere, eoque minimè obligatos
eſſe. Ægid. Boſſ. *de remiſſ. merced. cond. num.* 50. Carol.
Ruin. *conſ. 66. num. 3. volum. 1.* Berous *conſ. 144.* Franciſc.
de Marc, *deciſ. Delphin. 538. & 519. part. 1.* Crotus
7 *conſ. 11. num ...* niſi † fortè ipſimet alterationi conſenſerint,
tunc enim ſe res aliter habet, ſiquidem, &
pro noua conductione interceſſiſſe videtur, Antõn,
Gomez. *variar. reſolut. tom. 3. cap. 13. num.* 20. Franciſc.
Burſat. *conſi. 193. num. 7. & num 49. par. 2.* Quemad-
8 modum † & pro illis obligati manent, quæ quaſi actus
conſecutiui ſiue executiui ſunt veteris obligationis,
vt late firmat. Bald. *in conſ. 428. ſi fideiuſſor. lib. 2. & in
conſ. 156. cum duob. lib. 3.* pulchrè Aymo Crauet. *conſ.
436. per tot. part. 3.*

§. 26. DE MVTATIONE IVDICIS.

SVMMARIA.

1 *Mutato Iudice finitur obligatio fideiuſſoria de iudicatum ſoluendo.*

2 *Fideiuſſor, qui ſatiſdedit iudicio ſiſti, aut iudicatum ſolui*

apud iudicem vnum, non trahitur ad alium, qui loco primi ſit ſubrogatus, etiamſi iuraſſet. Quod amplitur vlterius num. 3. & 4.

5 *Cauſa in vno iudicio cœpta poteſt tractari in alio iudicio partibus conſentientibus.*

6 *Mutatio iudicij ſuſtinetur, quando alius delegatur ab eo iudice coram quo præſtita eſt fideiuſſio.*

7 *Mutatio iudicij non attenditur, quando pars exceptionem litis pendentiæ non opponit.*

8 *Litis pendentiæ exceptio in initio litis opponenda, & probanda.*

9 *Mutatio perſonæ debitoris, quæ dignitatem ei adfert nequaquam obligationem extinguit. Et nu. 10.*

11 *Inſignia dignitatis ſuæ nemo adhoc exercere debet, vt alios iniuria adficiat.*

12 *Debitor ſi forte clericus fiat, non tenetur eum ſiſtere fideiuſſor, ſed liberatur ex ſententia Hippolyti, Farinacij, & Ruiger. Rulandi. Sed auctori contrarium verius videtur.*

13 *Dignitas actoris non mutat forum Rei.*

14 *Mutatio perſonæ debitoris, quæ ei minimam capitis diminutionem adfert, obligationem fideiuſſoriam non perimit.*

15 *Baldi, Bertachini, & Valentini Franci opinio, exiſtimantium fideiuſſionem, qua pater tenetur pro filio, finiri, quando filius factus eſt ſui iuris, reijcitur*

16 *Captura rei fideiuſſorem, principaliter, & cum renunciatione beneficij excuſſionis obligatum, non liberat, quo minus, & ipſe capi poſſit.*

17 *Solutum non videtur, etiamſi lis conteſtata ſit cum debitore.*

18 *Carcer non ſoluit debitum, ſed burſa Quod tamen limitatur ex traditione Antonij Sola nu. 19. 20. 21. & 22.*

23 *Fideiubens ſimpliciter poſt condemnationem, non videtur fideiubere de præſentando, ſed de ſoluendo.*

24 *Mutatione actionis quatenus liberetur fideiuſſor diſcutitur. Et num. 28.*

25 *Iudicatum ſolui ſtipulatio tres clauſulas habet.*

26 *Actio in rem, & Actio in perſonam, differunt. Et num. 27.*

29 *Fideiuſſor non tenetur ad id, quod venit actione diuerſa ab illa, quæ in iudicium deducta fuit.*

30 *Fideiuſſio propter vnam cauſam facta, non trahitur in aliam*

31 *Fideiuſſor pro parte cambij, non tenetur pro mercantia, etiam ſcripta in libris cambij.*

32 *Fideiuſſor non tenetur quoties variatur res, cauſa, vel actio.*

33 *Fideiuſſio pro vna cauſa, ad aliam non extenditur.*

34 *Actio vna ſi inſtruatur, & in alia fiat probatio, non poteſt fieri condemnatio.*

35 *Probatio facta ſuper non intentato, nihil ſtringit.*

36 *Accuſans vel petens quem condemnari de vi publica, & probans vim priuatam, ſuccumbit.*

37 *Actio ſi fuerit in libello ex cauſa inepta, & iudici ex actis appareat, probatam eſſe cauſam aptam, ita, quod ex illa cauſa aptè potuiſſet agi, non tamen iudex reum condemnare poteſt, licet debeat in ſententia actori facultatem agendi reſeruare.*

38 *L. cum quærebatur. §. fin. ff. iudic. ſolui explicatur. Et n. 45.*

39 *Actionem in rem prius dictatam, non licet omittere, & ad actionem in perſonam, quæ fortaſſis etiam non competit, tranſire. Et nu. 41. 42. 44. & 49.*

40 *Eligens inter contraria variare non poteſt.*

43 *L. ult. ff de except. rei iudic. intellectus.*

46 *Remedia, plura habens vnumque ex illis eligens, non tamen cenſetur alijs renunciaſſe. Quod declara, ut n. 47.*

48 *Actionem eandem non magis, quam eandem hæreditatem ſæpius, & amplecti, & reſpuere licet.*

50 *Mutatio ſi contingat ex parte defenſoris vel actoris, quid iuris ſit, remiſſiuè oſtenditur.*

1 VIGESIMOSEXTO † finitur obligatio fide-
iuſſoria per MVTATIONEM IVDICIS.
Si enim quis ad iudicem aliquem iturus ſtipulatus eſt iudicatum ſolui, & agit apud alterum, non committitur ſtipulatio, quia non huius iudicis ſententiæ ſe fideiuſſores ſubdiderunt, ac præterea etiam fideiuſſio ſtricti eſt iuris, *l. 3. in princip. ff. iudicat. ſolui. l. non ab iudice. §. 1. ff. de iudicij. Hippolyt. in Rubr. de fideiuſſorib. num. 90. & 133.*

Vnde Doctores noſtri vno ore hanc theoricam ex-
2 truxerunt: Fideiuſſorem, qui † ſatiſdedit iudicio ſiſti,
aut iudicatum ſolui apud iudicem vnum, etiam mediante iuramento, non trahi ad alium, qui loco primi ſit ſubrogatus. Aretin. *conſ.* 80. (vel 87. *vt allegare videtur* Cardin. *Alban in addit. ad Bart. in l. cum apud ff. iudica. ſolui) incip. in præmiſſa conſultatione. colum. fin.* Crauetta *conſ. 973. nu. 13. lib. 5.* Ludo. Rom. *conſ.* 210. *& conſ. 270. num 6. & conſ.* 468. Lanfran. Bald. *deciſ.* 99. Patiſ. *conſ.* 171. *inci.* *Binna. nu. 30. lib* 4. Natta *conſ.* 202. *per diſcurſum* Ant. Gabriel Roman. *lib 3. concluſ. Rubrica de fideiuſſio. concluſ.* 4. Anton. Teſſaur. *dec.* 202. *num* 13. Franc. *de fideiuſſ. cap. 6. numer. 145. & aliquot. ſeqq.*

Quæ concluſio multò magis tunc procedit quan-
3 do † vel nomen proprium ipſius iudicis, aut certe ap-
pellatiuum, quod vni tantum competit, exprimitur,
vt pulchre declarat Guid. Paociroluſ *in conſ. 68 num.*
13. 14. & 15. Muicatellus *in ſua practica fideiuſſoria.*
part. 1 modo 12. num 5. & 6. Rolandus à Valle *conſ.*
58. *num 11. 12. & 13 volum. 1.* Teſſaur. *d. deciſ. 202. num.*
4 14 *verſicul. 3. caſus eſt.* Vel † quando apud iudicem
vnum ſemel iam eſt acceptum iudicium, apud eum
enim finem accipere debet & ſi quis ad alium iudicē
trahatur, pœna arbitraria, cū refuſione expenſarum,
actori imminet, & nihilominus prioris iudicis iuriſdi-
ctio ooo impeditur. Sicut hæc omnia probantur *in l.*
vbi acceptum ff. de iudicis. l. cum quadam puella ff. de iuriſ-
dict. c. propoſuiſti ext. de foro compen. Gabriel. Roman.
lib. 2. com. conclu. tit. de iudicijs concluſ. 1. Vant. *de nullitat.*
ex defectu iuriſdict. ordin. nu. 86. Menoch. *de arbit. iud.*
quæſt. caſu. 276. num. 5. Gail. *lib. 1. obſeruat. 32. num. 6.*
& 7. Idque nominatim cauetur in Græca illa conſti-
tutiooe quam reſtituit Cuiac. *lib. 13. obſeruat. cap. 11.*
quæque nunc habetur in *tit. C. de in ius vocand.* Quan-
qoam, quod in fine eius conſtitutionis, §. ἰδὲ ἄπαξ di-
citur, eum, qui reum ab vno iudice ad alium vocat,
cauſa cadere, etiamſi iuſtam habuerit actionem, cui
etiam conſonant *l. 1 §. vlt. C. de aſſer. tollen.* in practica
non obſeruatur, ſed, vt *num. præced* ex Menochio, &
Gailio oſtendi, pœna eſt arbitraria, cum refuſione ex-
penſarom, quæ etiam tanquam mitior retinenda.

5 Fateor tamen † ſupradictam concluſionem, quod
ſcilicet iudex primus non poſſit repudiari, & adiri ſe-
cuudus, limitari, ſi cauſa in vno iudicio cœpta, tracte-
tur in alio iudicio, partibus cōſentientibus: Sic enim
in ſpecie traditum eſt à Panormit. *in c. vt debitus. col.*
vlt. extra de appellat. Albert. Bruno *in conſ.* 54 & Claud.
Cantiunc: *in conſ. 14. numer.* 19 Atque ideo cautela eſt
pro creditore, vt in inſtrumento obligationis impe-
tret, & ſcribi curet licentiam accumulatiue petendī
debitum, coram diuerſis tribunalibus, nihil enim tunc
prohibet, etiamſi creditor vno forte in loco executio-
nem paratam intentauerit, videritque ex eius loci bo-
nis ſibi

nis ſibi non poſſe ſatisfieri, quin vigore iſtius pacti in
alio loco, & coram diuerſo iudice, eodem modo, per
viam executiuam aduerſus reum, & fideiuſſores pro-
cedere poſſit; nam penes partes eſt, mutare ſua ſponte
locum, & tempora iuriſdictionis, Bart. *in d. l. vbi acce-
ptum nu. 1. D. de iudicijs & in l. fin. nu. 2. D. de iuſtit. & iure*
Coletus *de proceſ. exeat. part. 1. cap. 10. nu.* 191. & 192.
& dicam infra *cap 23. num. 44. & 45.*

6 Ex qua ratione † veriſimile fit, etiam tunc muta-
tionem iudicij ſuſtineri poſſe, quando vel alius dele-
gatur ab eo iudice, coram quo præſtita eſt fideiuſſio,
Cagnolus *in l. vnica. nu. 62. ff. ſi quis ius dicenti non obtem-
per.* Anton. Teſſaur. *d. deciſ.* 202. *nu.* 13. *verſic. Tertius
eſſe poteſt.* Camillus Borellus *tract. de compromiſſ.* §. 3.
7 *gloſſ. 1. num. 65.* Vel pars † illam exceptionem litis pen-
dentiæ non opponit, quemadmodum aſtruit Cardin.
Alban. *in addit. ad Bartol. in d. l. vbi acceptum. nu. 2. & 3.*
8 Opponendum enim † eam, imo & probandam eſſe
in initio litis, certi, & indubitati eſt iuris, *Bald. in l. per-
emptorias. C. ſenten. reſcindi non poſſe.* Petr. Follet. *in ad-
dit. ad Marant. part. 6. tit. de exceptionib. nu.* 44 Maſcald.
de prob. concl. 685. nu. 3. & 4.

Sed admodum concinne hoc in loco quæritur, an
9 † ſicut per mutationem iudicis fideiuſſor iudicio ſiſti
liberatur, ita etiam per mutationem perſonæ rei, &
mutationem actionis liberetur? Et quod ad primam
partem quæſtionis attinet, aliquot in locis eam pertra-
ctat, & examinat Hippolyt. *in Rubric. de fideiuſſ. num.*
110. *numero. 132. & numero. 155. & trib. ſeq.* quorum dicta
non tranſcribo. Deciſio porro prædictæ quæſtionis
10 veriſſima hæc eſt: Propter † mutationem perſonæ de-
bitoris, quæ dignitatem ei adfert, nequaquam obli-
gationem extingui, ſed perdurare, & fideiuſſores ob-
ligatos permanere *ita probat l. ſi reus 12. D. iudicat. ſolui.*
11 Nemo enim inſignia dignitatis † ſuæ ad hoc exerce-
re debet vt alios iniuria afficiat, *l. potioris. C. de offic.
rector prouin. l. ad inuidiam. C. de his quæ vi metuve cau-
12 ſa.* Proinde etiam † vix probare poſſum, ſi reus forte
nomine tenus, aut etiam cum impreſſione characteris
clericalis, per ſuſceptionem habitus, clericus factus ſit,
quod non teneatur eum ſiſtere fideiuſſor, & ſic ipſe li-
beretur, ſicut tamen poſt Marſilium voluit Proſper
Farinac. *lib. 1. tit. 4. quæſt. 34. num.* 38. quem ἁπλῶς ſe-
quitur amicus noſter Rutgerus Ruland. *in tract. de
13 commiſſ. part. 4. lib. 6. cap 4. num.* 47. Vt enim † digni-
tas actoris non mutat forum rei, Hermannus Vul-
teius *in commentar ad leg. 3. num. 4. Cod. vbi cauſa ſtatus:*
Ita nec dignitas rei actori obeſſe debet, cum ad paria
iudicari debeant, alioquin inuenta eſſet ratio, qua
actor facile deſtaudari, & litis pendentia eludi poſ-
ſet, reo forte nullam aliam ob cauſam profeſſionem
ſuam mutante, quam vt aduerſario ſuo, prætextu præ-
rogatiuæ clericalis, grauior exiſtere queat, textus eſt
expreſſus *in l. qui vno. § non omnes ff. de re militari.* faci-
unt tradita per Iul. Clarum *in pract. crimin. §. fin. quæſt.
98. num. 4.*

14 Eodem etiam modo, mutatio perſonæ debitoris,
quando minimam nimirum capitis diminutionem
patitur, obligationem non perimit, ſed debitorem
ex illis cauſſis, quæ capitis diminutionem præceſſe-
runt, vna cum ſuo fideiuſſore obligatum relinquit,
ſiquidem ſupereſt naturalis obligatio, pro qua etiam
fideiuſſor tenetur, *l. 2. in pr. & §. hi qui. ff. capit. minut.*
15 Quamobrem † Baldo noſtro defendendum relinquo,
quod *in l. ſi filius. la 1. ff. de tut. & rat diſtrah.* ſcribit, fi-
deiuſſionem, qua pater tenetur pro filio, finiri, quan-
do filius factus eſt ſui iuris, quem ſequitur Bertachin.
in repertor. verb. fideiuſſio mihi pag. 469. nec non Valen-
tin. Francus *cap. 7. num.* 155. Iſtud enim *in allegata. l. ſi
filius.* nullo modo probatur, vt litera textus ſatis oſten-
dit.

16 Sed & captura † rei, per quam ex libero quodam-
modo fit ſeruus, fideiuſſorem principaliter, & cum re-
nunciatione beneficij excuſſionis obligatum, non li-
berat, quo minus & ipſe capi poſſit, *Bald in c. contingit.
num. 20. ff de dolo, & contum.* Marſil. *in l vnius. §. cuſto-
diæ. num. 31. ff. de quæſt. & in Rubr. de fideiuſſ. nu.* 380. *&
in ſing.* 398. Licet enim ad capturam deuentum eſt,
tamen per id creditori nondum ſatisfactum eſt. & pro-
inde etiam fideiuſſor liberari nequit, Duennas *regul.*
276 Aſinius *in praxi iudicior. § 31. ampliat. 22. verſ. Am-
pliatur autem. num. 13. per l. nepos ff de fundo inſt. & in-
ſtrum. leg.* quæ tamen, niſi forte ego cæcutio, nihil
17 probat. Certe, ſi ſolutum † non videtur etiamſi lis
conteſtata ſit cum debitore de ipſo debito, *l. ſolutum.
11. D. de pignor. action.* quanto minus ſolutum vel ſatiſ-
factum dici poteſt, ſi debitor in carcerem ſit detruſus?
Si quidem hæc ſaltem via aliqua eſt ad obtinendam
ſolutionem, non etiam ipſa ſolutio. Vt recte, poſt Bal-
dum & Cardinalem Alexandrinum, ſcripſerit Hip-
polyt. de Marſil. *in pract. crimin. §. attingam. numero* 54.
18 Quod † carcer non ſoluat debitum, ſed burſa, ſequi-
tur Conrad. Lancellot. *de offi. io prætoris in cauſ. cri-
min. Rub de captura num.* 19. Anton. Sola *in co ſtit. an-
tiq. Sabaud. Rubrica de captura debitoris. Decreti.
19 Abuſionibus. gloſſ. 2. nu. 6.* † vbi tamen his modis limi-
20 tat, ſi captura † debitoris ſatisfieret creditori actua-
21 liter, ſi Stylus † contrarietur, ſi partium conuentio
22 † aliud ſuadeat, & denique, † ſi honeſta aliqua ſit
mulier.

23 Hoc † amplius, quando quis poſt condemnationem
ſimpliciter fideiubet, non videtur fideiubere de re-
præſentando, ſed ſoluendo, & ideo ſine dubio tunc
per cauſam ſuperuenientem in perſona condemnati
ab obligatione non exoneratur, *l. ſi vero in princip. D.
qui ſatiſda. cogant.* Nellus *in tractat. bannitor. part. 12.
temp. num. 42. faciunt tradita ſupra cap. 15. num.* 57. Cæ-
terum quando debitori per maximam, & mediam ca-
pitis diminutionem mutatio in ſua perſona contin-
git, tunc longè aliud eſt ſtatuendum, *vt fuſe explicauit
hoc capite. §. 14. per diſcurſum.*

24 Quod porrò † ad mutationem actionis attinet, no-
tandæ ſunt verba Vlpiani *in l. cum quærebatur. §. vlti.
ff. iudicat. ſolui.* vbi ita inquit: *Si fuero à fideiuſſore pro-
curatoris ſtipulatus iudicatum ſolui, quaſi in rem acturus,
& poſtea in perſonam egero, vel alia actione acturus
aliam autem dictauero, non committitur ſtipulatio interpoſi-
ta*

In his autem verbis primo id obſeruandum, iudicatū
25 † ſolui ſtipulationem tres clauſulas in vnum collatas
habere, de re iudicata, de re defendenda, de dolo ma-
lo. *l. iudicatum. 6. ff. iudic ſolui. plenè Cuiac. lib. 10. obſeru.
29. Barnab. Briſſon. lib. 5. de form. pop. Roman.* Deinde
26 diuerſas † eſſe actiones actionem in rem, & actionem
in perſonam, *l. actionem. 15. l. actio. 28. ff. de obligat. &
act.* & præterea in vtraque actione etiam diuerſas eſ-
ſe formulas agendi. Actione enim in rem res ab alio
poſſeſſa in iudicio vindicatur, & petitur, *l. 1. C. in rem
actio.* Actione verò in perſonam experimur aduerſus
perſonam, quam contendimus nobis obligatam eſſe,
ad aliquid dandum vel faciendum. *d. l. 1. §. ſi habes ff.
ad SC Trebell.* Illius actionis formula olim hæc erat
*Fundum Capenatem, qui eſt in agro Sabino, meum eſſe aio.
Si paret, meum eſſe, iudex condemna.* Huius verò actio-
nis iſta: *Lucium Titium mihi 20. ſolidos ex mutuo dare
oportere aio. ſi paret, eum dare oportere, iudex condemna.*
Magna igitur differentia eſt, vtrum fideiuſſor ſatiſdet
iudicatum ſolui in actione in rem, vel an in actione in

Hieron. Gabriel. *reſponſo. 43. numer. 17.* Iaſon. *in leg. 1. num. 18. C. de iudic.* Tiraqu. *in repetit. l. boues. §. hoc ſermo. p. 1. num. 130.* Sebaſt. Medices *de regul. iur. regul. 4 nũ 39. verb. ſi le aſſor. compromiſſi.* Alexand. Raudenſis *de analogis, lib. 2. cap. 11. numer. 8.* Tiber. Decian. *reſponſo 72. lib. 2. & reſponſo 19. numer. 173. lib. 3.* Menoch. *conſil. 120. numer. 30. lib. 2.* Petr. Auguſtin. Morla *in Emporio iuris, part. 1. tit. 8 q. 16. num 5. & q. 22. num. 3. & part. 2. tit. 3. in 8. præmiſſo, numer. 31. & 32.* Horat. Carpan. *ad Statut. Mediolanenſ. part. 3. c. 220.*

Circa quæ tamen, & hoc notandum eſt, quod vtcunque liberato reo ſolutione, vel acceptilatione li-
9 beretur etiam fideiuſſor, liberato † tamen reo tempore non liberetur fideiuſſor, cum multum interſit, res ſoluatur, an perſona liberetur, *l. vlt. ff. de duob. reis. l. cum quis. 38. §. ſi quis pro reo. ff. ſolut. Cuiac. ad Africa. tract. 7. pag 398.*

10 An † vero, & ſpacio 30. vel plurium annorum decurſo fideiuſſorem ita liberari dicemus; vt conueniri non poſſit? Et ſanè ſi intra longiſſimum hoc tempus nec debitum exactum, neque vſuræ quotannis ſolutæ fuerint, vix eſt, vt non ſit liberatus fideiuſſor, vel etiam ipſius hæres, *l. ſicut. l. omnes. C. de præſcript. 30. annor. l. ſi eo tempore. C. de remiſſ. pignor.* Gomeſ. *in reſolut. tit. de contract. cap. 13. numer. 20.* Francus *d. cap. 6. numer. 84. & ſeqq.* Nam firma hæc coniectura eſt debitum ſolutum, atque ita tam fideiuſſorem, quam debitorem à
11 creditore liberatos eſſe, ſiquidem † & is, qui tempore liberatur, ſimilis eſt ei, qui ſatisfecit, *l. ſi pupillus. 45. ff. de admin. tut.* pulchrè Menoch. *de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 135. numer. 3. & ſeqq.* Petrus Gilkenius *de præſcript. part 2. memb. 2. cap. 3. numer. 48* quibus iunge Nicol. Vigelium *in Methodo iuris ciuilis, part. 5. libr. 15. tit. 13.*

Nec obſtant *text. in l. cum ſcimus § 1. & l. cum ſatis. in princ. C. de agric. & cenſit. lib. 11.* Specialis enim ibi tractatur facti ſpecies, nihil cum propoſitione noſtra commune habens.

12 Bene autem † monui, huic coniecturæ tum demum
13 locum eſſe, ſi & intra 30. annos (hi enim † omnino requiruntur, *Franc. d. cap. 6. numero. 87. & 88.*) nihil vſurarum nomine à debitore, vel fideiuſſore ſit
14 ſolutum. Anniuerſaria enim † vſurarum ſolutio præſcriptionem impedit, & creditoris ius ſuum conſeruat, *argum. l. cum notiſſimi. §. ult. C. de præſcript. 30. annor. l. vniuerſi. 4. C. de fund. rei priuatæ. lib. 11. d. loco.*

15 Sed & † hoc addendum reſtat, ſi cum fortè tres eſſent fideiuſſores, quorum vnum creditor conuenerit, & poſt lapſum 30. demum annorum alios conueniat, illiq; ſe præſcriptione defendere conentur, id cre-
16 ditori neutiquam obeſſe: ſufficit † enim vna in vno eodemq; contractu interruptio, vel agnitio, *iuxta l. vlt. C. de duob. reis* Licet enim iſta lex fideiuſſorum nullam
17 mentionem faciat: vnde etiam † Franc. *cap. 6. nu. 89.* aliud in fideiuſſoribus receptum eſſe autumat, quia tamen idem Iuſtinianus *in l. vlt. C. de fideiuſſorib.* reos debendi, fideiuſſores, & mandatores in ſimilibus ferè terminis æquiparat, & verò nulla (quantum ego video) ratio ſubeſt, cur aliud in reis debendi pluribus, aliud in pluribus fideiuſſoribus ſit ſtatuendum, idcirco bona occaſio eſt, id, quod tendit ad eandem vtilitatem, interpretatione ſupplere, *l. nam vt ait Pedius. ff. de legib.*

§. 19. DE SENTENTIA DIFFINITIVA.

SVMMARIA.

1 *Sententia iudicis diffinitiua obligatio fideiuſſoria finitur. Et num. 2. 4. & 5.*

3 *Laudo arbitri quoq; eadem obligatio tollitur, ex B[illegible], Angelo, Decio, ac Menochio.*

6 *Fideiuſſor contractus, fideiuſſor in cauſa criminali, fideiuſſor de defendendo, & fideiuſſor iudicio ſiſti: ſententia lata liberantur. Et nu. 7. 8 & 9.*

10 *Fideiuſſor iudicio ſiſti non liberatur lata ſententia, ſi ſimul promiſerat, præſentare toties, quoties.*

11 *Aut quando curia placuerit.*

12 *Aut ſententia dicatur nulla, & poſteà confirmetur, vel agatur per viam reſtitutionis in integrum.*

13 *Aut fideiuſſerit quis, de parendo mandatis Iudicis ſiue Tribunalis.*

14 *Aut fideiuſſio interpoſita ſit, de re ſequeſtrata exhibenda.*

15 *Sententia lata abſolutoria pro fideiuſſore, appellatio creditori integra manet.*

16 *Litis conteſtatione fideiuſſoris ſimplicis, veut principalis non liberatur. Fallit in adpromiſſore indemnitat. n. 17.*

1 DECIMONONO † obligatio fideiuſſoria tolli dicitur per SENTENTIAM IVDICIS DIFFINITIVAM, *l. creditor in princ. ff. de appellat.* Tiraquellus *in repetit. l. boues. §. hoc ſermone. num. 48. ff. de verborum ſignifica.* pulchrè Hippolytus *in Rubric. de fideiuſſorib. num. 212.* VVeſenb. *in paratit. ff. de fideiuſſ. nu. 6. in fine* Francus *de fideiuſſor. cap.*
2 *6 nu. 133.* Quia enim † obligatio ex contractu per iudicis ſententiam dicitur, *iuxta gloſſ. in l. 1. C. de iudiciis per l. Iulianus. 60. ff. de condiction. indebi.* Ideò etiam fideiuſſores liberari, traditum eſt à Bartolo *in l. 1. ff. iudicat. ſolui.* Cyno, & Baldo *in l. 3. C. de vſuris rei iudic.* At-
3 que idem † quoq; de laudo Arbitri reſponderunt Bald. *in conſ. 62. lib. 2.* & Angelus *conſil. 78.* quos ſecuti ſunt Decius *conſil. 400. col. vlt.* ac Menoch. *conſ. 212. nu. 35. 36. & 37. lib. 3.*

4 Cæterum, † quod de nouatione, quæ fit per ſententiam, & ſubſequente liberatione dictum iam eſt, dextre eſt intelligendum. Alia enim eſt nouatio, ſi reus abſoluatur, alia, ſi reus actore obtinente condemnetur. Priore caſu, licèt ex ſententia abſolutoria ciuilis obligatio tollatur, naturalis tamen manet, & ideo obligatio ipſo iure nondum eſt ſublata, ſed ſi ex veteri obligatione agatur, actio per exceptionem rei iudicatæ eliditur, *dicta l. Iulianus 60. in principio. ff. de condict. indeb.* Poſteriori autem caſu, ex ſententia condemna-
5 toria, & † re iudicata noua actio, iudicati nimirum, quæ ante non fuit, oritur, & quidem vetus actio in hanc nouam non transfunditur, ſed illi cumulatur, ideoq; hæc nouatio, per ſententiam ſcilicet condemnatoriam, obligationem nequaquam tollit, *Gl. & Dd. in d. l. 1. C. de iudiciis. Cantiuncula in §. præterea. Inſt. quib. mod. toll. oblig.*

6 Neque verò † tantum fideiuſſorem contractus: ve-
7 rum † etiam fideiuſſorem in cauſa criminali, Cremenſ. *ſingul. 11.* Tobias Nonius *conſil. 103. nu. 4* Ioan. Vinc.
8 Hondedæus *conſulta. 111. num. 36.* Vt † & fideiuſſorem de defendendo, Bar. *in l. cum quærebatur. in fi. princ. ff. iud. ſolui.* Anchatan. Regienſis *q. 15. nu. 3. lib. 2.* Alciat. *in l. ſi pacto quo pœnam. nu. 15. C. de pact.* (vbi probat, Quod fideiuſſor iudicatum ſolui liberatur, quandocunque reo ante ſententiam defendente) & fideiuſſorem

9 ſorem † iudicio ſiſti, lata ſententia liberari, receptum
eſt, *per l.Grace.§.& poſt litem.& ibi Diony.Gothofr. in gl.
X.ff. de fideiuſſoribus.* quem caſum ſingularem eſſe di-
cit ibi Bartolus, & *in ſingula. ſuo* 30. eumque alibi non
reperiri aſſerit Matheſilan. *in ſingul.*178. *incip. Nota
quod fideiuſſor.* & ibi Ioan. Bapt. Caſtilion. & Satsyna
in addition. nec non Angel. *in l. fideiuſſor.§.in fideiuſſo-
rem.ff qui ſatiſd. cog.* Bart. *in l.2. numer.*1. *ff. ſi quis in ius
vocat. non ierit.* Roderic.Suarez. *in declarat.ll.fori.tit. de
comperendinationibus. §. ſed pone quæſtionem. numer.*27.
*mihi pag.*186.Menoch *conſil.*212.*num.*20.*vol.*3.vbi etiam
Alex. Franc. de Marchis, Pariſinum, & Narram, pro
hac ſententia citat, probat Elbertus Lenninus *in con-
ſil.*72.*numer.*5. *verſ. maior autem.* Aluiſius de Albertis
ſingulari 120. ſubjiciens, id obtinere ſiue ſit reus con-
demnatus, *d.§ & poſt litem.* ſiue abſolutus à lite, & ob-
ſeruatione iudicij, *l. properandum.§.ſiquidem cum gl.C.
de iudic.*

10 Quanquam † ſecus eſt, ſi fideiuſſor iudicio ſiſti
ſimul promiſerit: Præſentare Toties, Quoties, *Pet.
de Rauen. ſingul.*207. *Roder. Suarez. d.loco. num.*28.29.
30. 31.

11 Aut † ſiſtere, quandocunque Curiæ placuerit, *Bart.
in l.ſi quis reum. ff. de cuſtod.reor. Hippolyt.in Rubric. de
fideiuſſor. numer.*140. *Muſcatell.in pract. fideiuſſor.part.*1.
modo 15 *numero* 4. Lex enim hoc caſu non reſiſtit fi-
deiuſſoris voluntati, ſed promittit, vt ait Rolandus à
Valle *conſil.*21.*numer.*6.& 49. *volum.*2 ſequitur Franc.
*cap.*6. *num.*144.

12 Aut ſententia † dicatur nulla, & poſteà confirme-
tur, vel agatur per viam reſtitutionis in integrum,
nam, & tunc fideiuſſio durat. *Ant.Teſſaur.deciſ.*202.
*num.*17.

13 Aut fideiuſſerit † quis de parendo mandatis iudicis
ſiue Tribunalis, vult obtemperare in omnibus quæ à
iudice fuerint mandata, vt pulchrè explicauit Ioan.
Bernardin. Muſcatellus *d. part.*1. *modo* 13. *per tot.* vbi
rationes elegantes adducit, quamuis contradicat
Francus *cap.*6.*num* 140.

14 Aut † fideiuſſio interpoſita de re ſequeſtrata exhi-
benda, tunc enim tam diu durat, donec lis finiatur,
etiam in cauſa appellationis, Curtius *in tract.de ſeque-
ſtrat. numer.*56.*verſiculo.*2. *alio modo. & num.*57.*& quæ-
ſtione* 14.*num.*65. Rebuff. *de ſequeſtr.articul.*7.*gloſſ.vnic.
ad finem.* Horat.Carp. *ad ſtatut. Mediolan.parte* 1.*capit.*
15 111.*numer.*84.& 85. Quin † tamen lata ſententia dif-
finitiua abſolutoria, pro fideiuſſore, caſu quo alias ap-
pellationi locus eſt, creditori appellare liceat, nullum
dubium habet, & ſatis idipſum innuit dicta l.*creditor.
ff. de appellationibus.*

Dixi modo de ſententia, & quomodo per eam fi-
deiuſſor liberetur, quid autem ſtatuimus de litis con-
16 teſtatione, cum fideiuſſore facta? Certè per † litis
conteſtationem fideiuſſoris ſimplicis reus principa-
lis non liberatur, *leg.reos.*23.*l.vlt. C. de fideiuſſoribus l.
item.*18. *§.fin.ff. de conſtit.pecun.* Adpromiſſor verò
17 † indemnitatis, cum ſuo nomine obſtrictus ſit, litis
conteſtatione reum, etiam inuitum, quaſi per dele-
gationem, & nouationem, liberat in ea parte, qua
conditio tum extitit, vel lis ſuſcepta fuerit, *l. ſi ali
verſic. ſed etſi non Seio. ff. de rebus credit. l.*2. *C. ſi mater
eandem. promiſerit. l. delegare.*11.*ff de nouationibus.* Bar-
tolus, Iaſon, Caſtrenſis, Duarenus *ad l. decem.*116.*ff.
de verbor. oblig.* Ioan. Goddæus *in l. ſi ita.*150.*nu.*5.*ff. de
verbor. ſignific.*

Antonius Heringius.

§. 20. DE FINITIONE INSTANTIÆ.

SVMMARIA.

1 *Inſtantiæ finitione tollitur obligatio fideiuſſoria ad litem facta.*
2 *Inſtantia quid propriè ſit.*
3 *Inſtantia finita, mandatum procuratoris finitur.*
4 *Fideiuſſor ſimpliciter acceptus in prima inſtantia, non eſt obligatus in cauſa appellationis. Eaque ſententia eſt communis. num* 5.6 *&* 7. *Sed reſutatur ab Antonio Teſſauro, & Dambauderio, num.*8. *A quibus diſſentit auctor, pro communi opinione depugnans, num.*9. *& ſeqq.*
9 *Inſtantia appellationis à prima inſtantia differt, non diuerſitate materia veteris, ſed iudicij, & materia noua. Et num* 10. *ac* 11.
12 *Fideiuſſor exercitationis litis in prima inſtantia, non tenetur pro altera cauſa in inſtantia appellationis. Quod notabiliter limitatur numer.*14.15.16.17.18.19. 20.*&* 21.
13 *L. creditor. ff. de appellat. ſenſus.*
22 *Cautela Iulij Clari efficiens, vt fideiuſſor etiam in cauſis appellationum teneatur, adducitur.*
23 *Appellatio ad Cameram Imperialem in cauſis criminalibus ex conſuetudine Germaniæ non admittitur.*
24 *Fideiuſſor promittens, ſe teneri velle in omni inſtantia, & pro quacunque cauſa, tenetur etiam in cauſa appellationis.*
25 *Fideiubens pro Actore de ſoluendis expenſis, ſi ſuccubuerit in cauſa, non tenetur, ſi poſteà declaratum fuerit, peremptam eſſe inſtantiam, & ſucceſſiuè Actor condemnetur in expenſas.*
26 *Sententiæ Cameræ Imperialis ſunt immunes ab vlteriori appellatione.*
27 *Fideiuſſor datus in cauſa noui operis nunciationis, non tenetur in inſtantia Reuiſionis.*
29 *Reuiſio. & recurſus regulariter appellationis naturam imitantur.*
29 *Reuiſio actorum appellationis eſt ſpecies.*
30 *Inſtantia alia eſt iudicij Cameralis, alia iudicij Reuiſorij.*
31 *Fideiuſſores Officialis abſoluti, ſi proceſſu Reuiſorio fuerit condemnatus Officialis, non tenentur.*
23 *Fideiuſſor compromiſſi non tenetur pro eo, quod augetur in cauſa Reductionis, ſed tantum pro eo, quod continet laudum Arbitri.*
33 *Fideiuſſor tenetur, ſi ſententiam Cameræ condemnatoriam, Reuiſorum ſententia confirmatoria ſequatur.*

1 VIGESIMO † obligatio fideiuſſoria finiri dicitur
FINITA INSTANTIA, ad quam datus eſt fide-
iuſſor, *dicta l. Grace §.& poſt litem. & ibi Bartolus. ff de
fideiuſ.l.*2.*ff. iudicatum ſolui.* Hippolytus *in Rubric de fi-
deiuſ. nu.*108 *&* 109.*& in ſingul* 316. Gerardus Mazollus
conſilio 96. *num.*25. Auguſtinus Berous *conſil.*14.*numer.*
6. *volum.*3. Ancharanus Regienſis *quaſt.*15. *numer.*16.
libro 2. Stephanus Bertrandus *conſ.* 171. *nu.* 5. *volum* 1.
Aſin. *in praxi iudic.§* 1.*cap.* 13.*num.* 42. *&* 34. Menoch.
d. conſi. 212.*nu.* 21. *lib* 3. Laurentius Terminus *in tract.
cautelarum.cautela* 78.Ioan.Goddæus *de contrah.ſtipul.
cap.*12.*concluſ.*11.*num.* 8. Barnabas Cornazzan. *deciſ.
Lucenſi* 59. *nu.* 16.ex Afflicto, & Viſillo Horat. Carp.
*ad ſtatut. Mediolanen.part.*1.*cap.* 44.*num.* 68 *& cap.* 111.
2 *num.* 10.Notum † autem eſt, inſtantiam eſſe exercita-
tionem iudicij à litis conteſtatione ad ſententiam vſ-
que, *l.& poſt edictum §.penul. ff.de iudicijs* latè Ioan Ba-
ptiſta Aſinius *in praxi iudic. in princip.* Datus igitur ſiue

Hieron. Gabriel. *reſponſo. 43. numer. 17.* Iaſon. *in leg. 1. num. 18. C. de iudic* Tiraqu. *in repetit. l. bouer. §. hoc ſermo. p. 1. num. 130.* Sebaſt. Medices *de regul iur. regul. 4 nu 39. verb. ſi fideiuſſor. compromiſſi.* Alexand. Raudenſis *de analogis, lib. 1. cap. 11. numer. 8.* Tiber. Decian. *reſponſo 72. lib. 2. & reſponſo 19. numer. 173. lib. 3.* Menoch. *conſil. 120. numer. 30. lib. 2.* Petr. Auguſtin. Morla *in Emporio iuris, part. 1. tit. 8 q. 16. num 5. & q. 22. num. 9. & part. 1. tit. 3. in 8. præmiſſo, numer. 31. & 32.* Horat. Carpan. *ad Statut. Mediolanenſ. part. 3. c. 120.*

Circa quæ tamen, & hoc notandum eſt, quod vtcunque liberato reo ſolutione, vel acceptilatione li-
9 beretur etiam fideiuſſor, liberato † tamen reo tempore non liberetur fideiuſſor, cum multum interſit, res ſoluatur, an perſona liberetur, *l. vlt. ff. de duob. reis. l. cum quis. 38. §. ſi quis pro reo. ff. ſolut.* Cutac. *ad Africa. tract. 7. pag 398.*

10 An † vero, & ſpacio 30. vel plurium annorum decurſo fideiuſſorem ita liberari dicemus, vt conueniri non poſſit? Et ſanè ſi intra longiſſimum hoc tempus nec debitum exactum, neque vſuræ quotannis ſolutæ fuerint, vix eſt, vt non ſit liberatus fideiuſſor, vel etiam ipſius hæres, *l. ſicut. l. omnes. C. de præſcript. 30. annor. l. ſi eo tempore. C. de remiſſ. pignor.* Gomeſ. *in reſolut. tit. de contract. cap. 13. numer. 20.* Francus *d. cap. 6. numer. 84. & ſeqq.* Nam firma hæc coniectura eſt debitum ſolutum, atque ita tam fideiuſſorem, quam debitorem à
11 creditore liberatos eſſe, ſiquidem † & is, qui tempore liberatur, ſimilis eſt ei, qui ſatisfecit, *l. ſi pupillus. 45. ff. de admin. tut.* pulchrè Menoch. *de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 135. numer. 3. & ſeqq.* Petrus Gilkeoius *de præſcript. part 2. memb. 2. cap. 3. numer. 48* quibus iunge Nicol. Vigelium *in Methodo iuris ciuilis, part. 5. libr. 15. tit. 13.*

Nec obſtant *text. in l. cum ſcimus § 1. & l. cum ſatis. in princ C. de agric. & cenſit. lib. 11.* Specialis enim ibi tractatur facti ſpecies, nihil cum propoſitione noſtra commune habens.

12 Bene autem † monui, huic coniecturæ tum demum
13 locum eſſe, ſi & intra 30. annos (hi enim † omnino requiruntur, *Franc. d. cap. 6. numero. 87. & 88.*) nihil vſurarum nomine à debitore, vel fideiuſſore ſit
14 ſolutum. Anniuerſaria enim † vſurarum ſolutio præſcriptionem impedit, & creditoris ius ſuum conſeruat, *argum. l. cum notiſſimi. §. iuo. C. de præſcript. 30. annor. l. vniuerſi. 4. C. de fund. rei priuatæ. lib. 11. d. loco.*

15 Sed & † hoc addendum reſtat, ſi cum fortè tres eſſent fideiuſſores, quorum vnum creditor conuenerit, & poſt lapſum 30. demum annorum alios conueniat, illiq; ſe præſcriptione defendere conentur, id cre-
16 ditori neutiquam obeſſe: ſufficit † enim vna in vno eodemq; contractu interruptio, vel agnitio, *iuxta l vlt. C. de duob. reis* Licet enim iſta lex fideiuſſorum nullam
17 mentionem faciat; vnde etiam † Franc. *cap. 6. nu. 89.* aliud in fideiuſſoribus receptum eſſe autumat, quia tamen idem Iuſtinianus *in l. vlt. C. de fideiuſſorib.* reos debendi, fideiuſſores, & mandatores in ſimilibus ferè terminis æquiparat, & verò nulla (quantum ego video) ratio ſubeſt, cur aliud in reis debendi pluribus, aliud in pluribus fideiuſſoribus ſit ſtatuendum, idcirco bona occaſio eſt, id, quod tendit ad eandem vtilitatem, interpretatione ſupplere, *l. nam vt ait Pedius. ff. de legib.*

§. 19. DE SENTENTIA DIFFINITIVA.

SVMMARIA.

1 *Sententia iudicis diffinitiua obligatio fideiuſſoria finitur. Et num. 2. 4. & 5.*
3 *Laudo arbitri quoq; eadem obligatio tollitur, ex B. lo, Angelo, Decio, ac Menochio.*
6 *Fideiuſſor contractus, fideiuſſor in cauſa criminali, fideiuſſor de defendendo, & fideiuſſor iudicio ſiſti, ſententia lata liberantur. Et nu. 7. 8 & 9.*
10 *Fideiuſſor iudicio ſiſti non liberatur lata ſententia, ſi ſimul promiſerit, præſentare teſtes, quoties.*
11 *Aut quando curia placuerit.*
12 *Aut ſententia dicatur nulla, & poſteà confirmetur, vel agatur per viam reſtitutionis in integrum.*
13 *Aut fideiuſſerit quis, de parendo mandatis Iudicis ſiue Tribunalis.*
14 *Aut fideiuſſio interpoſita ſit, de re ſequeſtrata exhibenda.*
15 *Sententia lata abſolutoria pro fideiuſſore, appellatio creditori integra manet.*
16 *Litis conteſtatione fideiuſſoris ſimplicis, veut principalis non liberatur. Fallit in adpromiſſore eadem iutat. n. 17.*

1 DECIMONONO † obligatio fideiuſſoria tolli dicitur per SENTENTIAM IVDICIS DIFFINITIVAM, *l. creditor in princ. ff. de appellat.* Tiraquellus *in repetit. l. bouer. §. hoc ſermone. num. 48. ff. de verborum ſignifica.* pulchrè Hippolytus *in Rubric. de fideiuſſorib. num. 212.* VVeſenb. *in paratit. ff. de fideiuſſ. nu 6. in fine* Francus *de fideiuſſor. cap.*
2 *6 nu. 133.* Quia enim † obligatio ex contractu per iudicis ſententiam dicitur, *iuxta gloſſ. in l. 1. C. de iudicijs per l. Iulianus. 60. ff. de condiction. indebi.* Ideò etiam fideiuſſores liberari, traditum eſt à Bartolo *in l. 1. ff. iudicat. ſolui.* Cyno, & Baldo *in l. 1. C. de vſuris rei iudic.* At-
3 que idem † quoq; de laudo Arbitri reſponderunt Bald. *in conſ. 62. lib. 2.* & Angelus *conſil. 78.* quos ſecuti ſunt Decius *conſil. 400. col. vlt.* ac Menoch. *conſ. 212. nu. 35. 36. & 37. lib. 3.*
4 Cæterum, † quod de nouatione, quæ fit per ſententiam, & ſubſequente liberatione dictum iam eſt, dextre eſt intelligendum. Alia enim eſt nouatio, ſi reus abſoluatur, alia, ſi reus actore obtinente condemnetur. Priore caſu, licèt ex ſententia abſolutoria ciuilis obligatio tollatur, naturalis tamen manet, & ideo obligatio ipſo iure nondum eſt ſublata, ſed ſi ex veteri obligatione agatur, actio per exceptionem rei iudicatæ eliditur, *dicta l. Iulianus 60. in principio. ff. de condict. indeb.* Poſteriori autem caſu, ex ſententia condemna-
5 toria, & † re iudicata noua actio, iudicati nimirum, quæ ante non fuit, oritur, & quidem vetus actio in hanc nouam non transfunditur, ſed illi cumulatur, ideoq; hæc nouatio, per ſententiam ſcilicet condemnatoriam, obligationem nequaquam tollit, *gl. & Dd. in d. l. 1. C. de iudicijs.* Cantiuncula *in §. præterea. Inſt. tit. quib. mod. toll. oblig.*
6 Neque verò † tantum fideiuſſorem contractus: ve-
7 rum † etiam fideiuſſorem in cauſa criminali, Cremenſ. *ſingul. 11.* Tobias Nonius *conſil. 103. nu. 4* Ioan. Vinc.
8 Hondedæus *conſulta. 111. num. 36.* Vt † & fideiuſſorem de defendendo, Bar. *in l. cum quærebatur. in ſi. princ. ff. iud. ſolui.* Anchatan. Regienſis *q. 15. nu. 3. lib. 2.* Alciat. *in l. ſi pacto quo pœnam. nu. 15. C. de pact.* (vbi probat, Quod fideiuſſor iudicatum ſolui liberatur, quandocunque reo ante ſententiam defendente) & fideiuſſorem

Google

9 forem † iudicio ſiſti, lata ſententia liberari, receptum eſt, *per l. Grace. §. & poſt litem. & ibi Diony. Gothofr. in gl. X. ff. de fideiuſſoribus.* quem caſum ſingularem eſſe dicit ibi Bartolus, & *in ſingula. ſue* 30. cumque alibi non reperiri aſſerit Matheſilan. *in ſingul.* 178. *incip. Nota quod fideiuſſor.* & ibi Ioan. Bapt. Caſtilion. & Satayna *in addition.* nec non Angel. *in l. fideiuſſor. §. in fideiuſſorem. ff. qui ſatiſd. cog.* Bart. *in l. 1. numer. 1. ff. ſi quis in ius vocat. non ierit.* Roderic. Soarez. *in declarat. ll. fori. tit. de comperendinationibus. §. ſed pone quæſtionem. numer. 27. mihi pag.* 186. Menoch. *conſil. 212. num. 20. vol. 3.* vbi etiam Alex. Franc. de Marchis, Pariſium, & Nattam, pro hac ſententia citat, probat Elbertus Leoninus *in conſil. 72. numer. 5. verſ. maior autem.* Aloiſius de Albertis *ſingulari* 126. ſubjiciens, id obtinere ſiue ſit reus condemnatus, *d. § & poſt litem.* ſiue abſolutus à lite, & obſeruatione iudicij, *l. properandum. §. ſiquidem cum gl. C. de iudic.*

10 Quanquam † ſecus eſt, ſi fideiuſſor iudicio ſiſti ſimul promiſerit: Præſentare Toties, Quoties, *Pet. de Ravenn. ſingul. 207. Roder. Suarez. d. loco. num. 28. 29. 30. 31.*

11 Aut † ſiſtere, quandocunque Curiæ placuerit, *Bart. in l. ſi quis reum. ff. de cuſtod. reor. Hippolyt. in Rubric. de fideiuſſor. numer. 140. Muſcatell. in pract. fideiuſſor. part. 1. modo 13 numero* 4. Lex enim hoc caſu non reſiſtit fideiuſſoris voluntati, ſed promittit, vt ait Rolaudus à Valle *conſil. 21. numer. 6. & 49. volum. 2.* ſequitur Franc. *cap. 6. num. 144.*

12 Aut ſententia † dicatur nulla, & poſteà confirmetur, vel agatur per viam reſtitutionis in integrum, nam, & tunc fideiuſſio durat. *Ant. Teſſaur. deciſ. 202. num. 17.*

13 Aut fideiuſſerit † quis de parendo mandatis iudicis ſiue Tribunalis, vult obtemperare in omnibus quæ à iudice fuerint mandata, vt pulchrè explicauit Ioan. Bernardin. Muſcatellus *d. part. 1. modo 13. per tot.* vbi rationes elegantes adducit, quamuis contradicat Francus *cap. 6. num. 140.*

14 Aut † fideiuſſio interpoſita de re ſequeſtrata exhibenda, tunc enim tam diu durat, donec lis finiatur, etiam in cauſa appellationis, Curtius *in tract. de ſequeſtrat. numer. 56. verſiculo. 2. alio modo. & num. 57. & quæſtione 14. num. 65.* Rebuff. *de ſequeſtr. articul. 7. gloſſ. vnic. ad finem.* Horat. Carp. *ad ſtatut. Mediolan. parte 1. capit.*
15 111. *numer. 84. & 85.* Quin † tamen lata ſententia diffinitiua abſolutoria, pro fideiuſſore, caſu quo alias appellationi locus eſt, creditori appellare liceat, nullum dubium habet, & ſatis idipſum innuit dicta *l. creditor. ff. de appellationibus.*

Dixi modo de ſententia, & quomodo per eam fideiuſſor liberetur, quid autem ſtatuemus de litis con-
16 teſtatione, cum fideiuſſore facta? Certè per † litis conteſtationem fideiuſſoris ſimplicis reus principalis non liberatur, *leg. reos. 23. l. vlt. C. de fideiuſſoribus l. item. 18. §. fin. ff. de conſtit. pecun.* Adpromiſſor verò
17 † indemnitatis, cum ſuo nomine obſtrictus ſit, litis conteſtatione reum, etiam inuitum, quaſi per delegationem, & nouationem, liberat in ea parte, qua conditio tum extitit, vel lis ſuſcepta fuerit, *l. ſi alii verſic. ſed etſi tum Seio. ff. de rebus credit. l. 2. C. ſi mater indem. promiſerit. l. delegare. 11. ff. de nouationibus.* Bartolus, Iaſon, Caſtrenſis, Duarenus *ad l. decem. 126. ff. de verbor. oblig.* Ioan. Goddæus *in l. ſi ita. 150. nu. 5. ff. de verbor. ſignific.*

Antonius Heringius.

§. 20. DE FINITIONE INSTANTIÆ.

SVMMARIA.

1 *Inſtantia finitione tollitur obligatio fideiuſſoria ad litem facta.*

2 *Inſtantia quid propriè ſit.*

3 *Inſtantia finita, mandatum procuratoris finitur.*

4 *Fideiuſſor ſimpliciter acceptus in prima inſtantia, non eſt obligatus in cauſa appellationis. Eaque ſententia eſt communis. num 5. 6 & 7. Sed refutatur ab Antonio Teſſauro, & Damhauderio, num. 8. A quibus diſſentit auctor, pro communi opinione depugnans, num. 9. & ſeqq.*

9 *Inſtantia appellationis à prima inſtantia differt, non diuerſitate materia veteris, ſed iudicij, & materia noua. Et num 10. ac 11.*

12 *Fideiuſſor exercitationis litis in prima inſtantia, non tenetur pro altera cauſa in inſtantia appellationis. Quod notabiliter limitatur numer. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. & 21.*

13 *L. creditor. ff. de appellat. ſe-ſim.*

22 *Cautela Iulij Clari efficiens, vt fideiuſſor etiam in cauſis appellationum teneatur, adducitur.*

23 *Appellatio ad Cameram Imperialem in cauſis criminalibus ex conſuetudine Germaniæ non admittitur.*

24 *Fideiuſſor promittens, ſe teneri velle in omni inſtantia, & pro quacunque cauſa, tenetur etiam in cauſa appellationis.*

25 *Fideiubens pro Actore de ſoluendis expenſis, ſi ſuccubuerit in cauſa, non tenetur, ſi poſteà declaratum fuerit, peremptam eſſe inſtantiam, & ſucceſſiuè Actor condemnetur in expenſas.*

26 *Sententia Cameræ Imperialis ſunt immunes ab vlteriori appellatione.*

27 *Fideiuſſor datus in cauſa noui operis nunciationis, non tenetur in inſtantia Reuiſionis.*

29 *Reuiſio, & recurſus regulariter appellationis naturam imitantur.*

29 *Reuiſio actorum appellationis eſt ſpecies.*

30 *Inſtantia alia eſt iudicij Cameralis, alia iudicij Reuiſorij.*

31 *Fideiuſſores Officialis abſoluti, ſi proceſſu Reuiſorio fuerit condemnatus Officialis, non tenentur.*

23 *Fideiuſſor compromiſſi non tenetur pro eo, quod augetur in cauſa Reductionis, ſed tantum pro eo, quod continet laudum Arbitri.*

33 *Fideiuſſor tenetur, ſi ſententiam Cameræ condemnatoriam, Reuiſorium ſententia confirmatoria ſequatur.*

1 VIGESIMO † obligatio fideiuſſoria finiri dicitur FINITA INSTANTIA, ad quam datus eſt fideiuſſor, *dicta l. Grace §. & poſt litem. & ibi Bartolus. ff de fideiuſ. l. 2. ff. iudicatum ſolui.* Hippolytus *in Rubric de fideiuſ. nu. 108. & 109. & in ſingul* 312. Gerardus Mazollus *conſilio 96. num. 25.* Auguſtinus Berous *conſil. 14. numer. 6. volum. 3.* Ancharanus Regienſis *quæſt. 15. numer. 16. libro 2.* Stephanus Bertrandus *conſ. 171. nu. 5. volum 1.* Aſin. *in praxi iudic. §. 1. cap. 13. num. 12. & 34.* Menoch. *d. conſi. 212. nu. 21. lib 3.* Laurentius Terminus *in tract. cautelarum. cautela* 78. Ioan. Goddæus *de contrah. ſtipul. cap. 12. conclus. 11. num.* 8. Barnabas Cornazzan. *deciſ. Lucenſi 59. nu. 16.* ex Afflicto, & Viſillo Horat. Carp. *ad ſtatut. Mediolanen. part. 1. cap. 44. num. 68 & cap. 111.*
2 *num.* 0. Notum † autem eſt, inſtantiam eſſe exercitationem iudicij à litis conteſtatione ad ſententiam vſque, *l. & poſt edictum §. penul. ff. de iudicijs* latè Ioan Baptiſta Aſinius *in praxi iudic. in princip.* Datus igitur ſine

acceptus fideiuſſor litis exercitationis, condemnato
reo, exceptione ſe tueri poteſt, quia inſtantia finita eſt,
pro qua acceptus erat, *d. §. & poſt litem* Non aliter, ac
5 † mandatum procuratoris finitur, finita inſtantia, videlicet, lata ſententia definitiua. Nec enim cogitur
procurator in ſecunda inſtantia, hoc eſt, in iudiciu appellationis, operam ſuam præbere, *l. mutus. 17. vbi Doctores. C. de procuratoribus.* Andreas Gail. *lib. 1. obſeruatien. 139. numero 11.* cum ſufficiat, vel in paucis amici
rebus conſuluiſſe, *l. tueri. 21. C. de negot. geſt. l. tutores. 39. §. qui ſe negotijs ff. de adminiſt. tutor.* nec vlterius procurator grauandus ſit, quam quatenus negotium in ſe
ſuſcepit, ſuſcepit autem iudicium, id quod per ſententiam ſoluitur, *l iudex poſteaquam. D. de re iudicat.* Solui
igitur, & eius obligationem eodem tempore par eſt:
D. VVeſenbec. *in paratit. D. de procurator. num. 11. verſ. finitur etiam mandatum.*

Iſta autem doctrina ad multa porrigi poteſt. Primò
4 enim hinc eſt, Quod † fideiuſſor ſimpliciter datus atque acceptus in prima inſtantia, ſi appellatio interuenerit, & deſerta non ſit, non amplius in euentum vllum tenetur, cum non ſit obligatus in cauſis appellationis, *l. cum apud. 20 & ibi Bart. ff. iudicat. ſolui. l. non à iudice. §. vlt. & ib. Bart. ff. de iudicijs. idem Bart. in ſing. 40. Pet. de Rauenna ſingul. 376. tex. in § ſi vero. verſic. omnia debit fideiuſſor, quæ in condemnatione continentur, niſi fuerit prouocatum. Inſti. de ſatiſdat.* Atque † ita multi tradi-
5 derunt præſertim ex neotericis Boerius *de. ſ. 315. nu. 1.* Alciatus *reſponſ. 5. nu. 10. & ſeqq. lib. 5.* Socinus iun. *conſ. 91. vol. 4.* Auguſtinus Berous *in quæſt. famil. 76. nu. 2.* Menochius *conſ. 120. numero 10. lib. 2.* Clarus *in practica crimin. §. fin quæſt. 46. numer. 20.* Ancharanus Regienſis *q. 15. lib. 2.* Nicol. Valla *de rebus dubijs. tract. 16. nu. 5 mihi pag. 281.* Hieron. Gratus *reſponſ. 102. nu. 5. lib.*
6 1. (vbi dicit, ita † teneri per omnes Scribentes) Coſtalius *in l. in cauſa. 27. §. ſi ex parte. ff. de procurator.* Emanuel Soarez. *in comm. opin. lit. F. nu. 551.* Tiber. Decianus *in conſ. 19. num. 172. & 173. volum. 3.* latiſſimè. Vincen. de Fran. *deciſ. 208. & 220. deciſ. 344.* Muſcatellus *in practica fideiuſſoria. part. 2. modo 12. nume. 6. verſic. primam tamen.* Horatius Capanus *ad ſtatuta Mediolan. parte 1. cap. 44. numero 63. & cap. 45. num. 24.* Andreas Fachineus *libro 8. controuerſiar. cap. 57.* qui hanc com-
7 munem † opinionem eſſe pronuntiant, quamuis eam
8 † plane reijciat Antoninus Teſſaurus *deciſ. 202.* contrariam ſententiam veriorem eſſe exſtimans, & denique *numero 19. in fine.* ſubjiciens, mirum in modum decipi eos, qui ſuper prædicta communi opinione ſimpliciter ſe fundant, cui etiam aſtipulatur Damhauder. *in pract. crim. cap. 20. nu. 13.* prout eum refert Valenti. Francus *d. cap. 6. num. 136.*

9 Certè † appellationis inſtantia à prima inſtantia differt, Vincent. Carocius *deiſ. 115. num. 3.* Andreas Gail. *lib. 1. obſeru. 76. num. 1. per cap. per tuas. de appel-*
10 *lationibus.* non † quidem diuerſitate materiæ antiquæ (quo etiam procul dubio reſpicit Vinc. de Franchis *deciſio. 520. nu. 1.* inquiens, appellationis cauſam eſſe eiuſdem naturæ, cuius eſt principalis, *per. l. 1. ff. an per. alium cauſ. appellat.*) Sed tamen diuerſitate iudicij, & materiæ nouæ, hoc eſt, ratione iniquitatis ſententiæ, vt pulchrè alias Mynſigerus *reſponſo 85. num 8.* nec diſſentit Georgius Obrechtus *in tractat. de iuramen. ca-*
11 *lumnia. cap. 8. num. 11.* aſſerens ibi: Quod † cauſa principalis, & cauſa appellationis, ſit quidem eadem, quoad merita cauſæ: ſed tamen diuerſa, & ſeparata eſſe iudicia. Aliud enim eſt iudicium cauſæ principalis, & aliud cauſæ appellationis, & vtrobique alij ſunt iudices, & alia pronuntiando ſeruatur ratio. Atque
12 ideò fideiuſſor, † qui ex vna cauſa pro aliquo fideiuſſit, puta, pro exercitatione litis in prima inſtantia, non videtur teneri pro altera, puta, pro cauſa appellationis in ſecunda inſtantia, per ea quæ tradit Bald. *in conſilio ducenteſimo ſeptuageſimo ſecund. libro ſecundo.* Marſilius *dict. ſingulari. 113.* Decius *conſil. 107. columna. 2. verſicul. confirmatur hoc.* Elbertus Leoninus *conſilio 72. numero quinto. verſic. maior autem.* vbi ita loquit: Cum ipſa inſtantia atque agitatio iudicij ſit cauſa conſtituendæ cautionis de iudicio ſiſti, merito finita cauſa, ob quam cautio eſt præſtita, quoque finiri debet ipſa cautio, quæ cauſa ſiſtendi iudicio facta eſt, &c. Quod etiam optime innuit elegans Summarium Bartoli *in d. l. cum apud.* dum ait: *fideiuſſor acceptus in prima cauſa, non tenetur in eo, quod iudicatur in cauſa appellationis.*

13 Nec † videtur obſtare *l. creditor. ff. de apellat.* ex qua ſupra *§. praced. num. 15.* collegi, lata ſententia diffinitiua abſolutoria pro fideiuſſore, creditorem denuo appellare poſſe: Id enim intelligendum eſt fideiuſſore totius cauſæ, cum quo principaliter creditor egit. Nam ſi poſtea inter fideiuſſorem, & creditorem ſententia ſit dicta, non video, cur creditori appellare non ſit integrum, cum & condemnato fideiuſſori integrum imo neceſſarium fuiſſet, *l. à ſententia. in principio ff de appellationibus. l. ſi pro ea C. mandati l. 8. §. vlt. ff. eodem.* At ſecus eſt, ſi pro iudicato primæ inſtantiæ tantum interuenerit fideiuſſor, & creditor principaliter cum debitore egerit, tunc enim, debitore condemnato, vel abſoluto, vlterius pro iudicato in ſecunda inſtantia non tenetur fideiuſſor, ſecundum ſupra allegata iura, & Cardinalem Pariſium *in conſilio. 171.*
14 *numero trigeſimo. volumine quarto.* Niſi † forte ab initio aliud ſit actum, *d. l. cum apud. in fine.* & ibi Bald. *ff. iudicat. ſolui.* Hieronymus Gabrielius *conſil. 35. numero 6.* Franciſcus de Marchis *quæſtio. 252. part. 1. quæſt. 357. part. 2.* Rodericus Suarez. *in declarat. ll. fori tit. de comperendinationibus. libro 2. §. ſed pone quæſt. enim. numero*
15 *28. & præſertim nume. 36.* vbi † dicit ſe conſulere iudici, vt ſemper accipiat latiſſimè fideiuſſores, promittentes reum exhibere, & præſentare iudici poſt ſententiam, & ante, & in omnes tempus, quoties à iudice fuerit petitum.

16 Vel † ſtipulatio in certam iudicis perſonam ſit concepta, *Molineus in Labyrinth. diuid. & indiu. d. ſtipulat. part. 2. & dicam infra. §. 26. num. 23. & 4.*

17 Vel † fideiuſſor de ſoluendo iudicatum datus ſit in cauſa appellationis, is enim reſpectu huius cauſæ tenetur ad omnem condemnationem, late Muſcarellus in practica fideiuſſoria, *p. 1. modo. 12. nu. 11. 12. 13. & 14.*

18 Vel † verba fideiuſſionis ſint admodum generalia, *Aretin. in §. 1. Inſtit. de ſatiſdat. Gratus reſponſo 34. num. 5. lib 2.*

19 Vel aliæ † ſententiæ ſint conformes primæ, tunc enim vltra primam ſententiam eum teneri voluit Baldus *in l. Iulianus. ff. qui ſatiſdare coguntur.* Gratus *dicto reſponſo 34. num. 7.* vbi dicit, hanc opinionem eſſe multum æquam, cum alias eſſet in poteſtate rei fideiuſſoris, euitare promiſſionem de iudicatum ſoluendo, interpoſita appellatione.

20 Vel † fideiuſſor rem habeat de qua lis eſt, & reſpectu rei ſe obliget, tunc enim tenetur fideiuſſor iudicatum ſolui, quacunque inſtantia, *Hieronymus Garbrielius d. conſilio 53. num. 7. & 8.*

21 Vel † denique quis fideiuſſerit de non baratando, vel deteriorando rem, ſed eam reſtituendo, abſque aliqua procraſtinatione, in caſum victoriæ, *Bald. in l ſi. fideiuſſor. § ſi ſatiſdatum. ff ſatiſd. cog. Maſcatell. in pract. fideiuſſ. part. 1. modo 17. num. 19. & 20.*

Quod autem Clarus *d. quæſt 46. num. 20.* ex Boerio,
Pariſio

Pariſio & Angelo, cautellam tradit, vt is, qui in cau-
22 ſis criminalibus pro † relaxando reo, ſibi fideiuſſo-
rem dari permittit, apponi curet clauſulam; Quod fi-
deiuſſor promittat ſtare, & ſoluere quamcunque con-
demnationem, quæ fiet contra principalem, etiam
in cauſis appellationum, ea in Germania vix vtilita-
23 tem habet, cum † ex generali conſuetudine appella-
tio ad Cameram Imperialem in criminalibus non per-
mittatur. Ordin. Camer. *p. 2. tit.* 28. Mynſ. *cent.* 4. *obſ.*
41. Ioach. à Beuſt. *in Rubric. de iureiur. num* 97. Quan-
24 quam rurſus eandem † clauſulam, nimirum, vt fideiuſ-
ſor promittat, ſe teneri velle in omni inſtantia, & pro
quacunque cauſa, ad euitandas omnes difficultates, &
quæſtiones, bonam eſſe autumat Antonius Teſſaurus
dicta deciſione 202. *numero*. 19. *verſicu. ad euitandas.*
quem ipſemet lector conſulere poterit, vbi etiam
in fin. princip. & numero. 10. inueniet, totam hanc
quæſtionem eſſe dubitabilem, & difficilem, & obſ-
curam, atque ideo non eſt, vt eiuſdem authenticam
determinationem mihi ſumma, ſed merito eam ad
doctiores reijcio, qui cicadam forte ala corripere
ſatagunt.

25 Infertur quoque † vlterius ex hac doctrina, ſi quis
fideiuſſerit pro actore de ſoluendis expenſis, ſi ſuccu-
buerit in cauſa, & poſtea declaratū fuerit, peremptam
inſtantiam, ac ſucceſſiuè condemnetur actio, in ex-
penſas, quod tamen fideiuſſor non teneatur ad has
expenſas, quia ad eas ſe non obligauit. Bald *conſilio*
106. *incip. proponitur quod quidam. volum.* 2. Marſilius
ſingul. 218. *incip. Diligenter.* Matanta *in ſpec. ſuo in*
8. *memb.* 6. *part. numero* 17. Ancharan. *quæſt. famil.* 15.
numero. 6. *lib.* Surdus *deciſ.* 212. *numero* 2. Tiber. Decian.
conſi. 72. *numero* 19. *vol.* 2. Muſcatellus *in practica fide-
iuſſoria par.* 1. *modo* 11. *numero* 2. Franciſ. Calletus *in
addit. ad Faluium Pacian. lib.* 1. *cap.* 57. *lit. D.* Io. Bapti-
ſta Aſinius *in praxi iudicior. in princip. numero* 19. *mihi
pag.* 4. *& in §* 32. *cap.* 26. dicens ibi, parentem ſuum
conſulendo prædiam opinionem Baldi tenuiſſe, &
finaliter in eo reſidens, quod accurate conſideranda
ſint verba fideiuſſionis, ſi quidem illa ſunt ſtricta, &
proprie intelligenda, vt merito actor non dicatur ſuc-
cubuiſſe in cauſa, ſi cauſam adhuc in alia inſtantia re-
aſſumere poſſit.

Reliquas quæſtiones, quæ apud Bartol. & Dd nec
non Cardin. Albanum *in add. ad Bart. in d. l. cum apud* &
Roderic Suarez *declarat. ll. fori. lib.* 2. *tit. de comperendi-
nationibus. §. ſed pone quæſtionem. per diſcurſ.* nec non
Valen. Francum, *d. cap.* 6. *numero* 140 *& ſeqq.* tractan-
tur, ſtudioſus lector ipſemer ſuis in locis videre
poterit. Ego in præſentiarum ſaltem vnam adij-
ciam, quæ in praxi occurrere, & admodum vtilis eſſe
poteſt.

26 Notum † enim eſt, quamuis aduerſus ſententias in
ſummo Imperij Tribunali, quod Cameram Imperij
appellant, latas; non admittatur vlla appellatio, quod
tamen illæ ipſæ ſententiæ Reuiſioni Deputatorum
Statuum Imperij ſint ſubiectæ. *Ordin. Cam. Imp. part.* 3.
titu. 53. Pone igitur, obligaſſe ſe aliquem pro alio, in
cauſa forte noui operis nunciationis, tanquam fide-
iuſſorem, de facienda vel etiam curanda demolitione,
ſi ſententia contra principalem feratur, iuxta ea quæ
tradidi ſupra *cap.* 15. *numero.* 92. Ferri autem pro hoc
ipſo, cui nunciatio facta eſt, ſententiam abſoluto-
riam de non demoliendo, Quod fuit contractum
penitus ſit deſtructum, & omnia ad priſtinum ſta-
tum reuocata actor abſolutus, & ita in Camera
imperiali fuit obſeruatum, &c. Verum eiuſdem ſen-
tentiæ rurſus ab impetrante reuiſionem peti, num
prædictum fideiuſſorem etiam in inſtantia Reuiſionis
teneri, vel ſtatim petita apud Electorem Moguntinum,
& Cameralibus intimata Reuiſione, liberatum eſſe
dicemus?

Et quanquam pro ratione dubitandi hic nonnulla
moueri poſſent, ne tamen longis ambagibus vtar, bre-
27 uiter concludo, fideiuſſorem † hoc caſu liberari, in
inſtantia Reuiſionis vlterius non obligari. Cum enim
28 Reuiſio † & recurſus regulariter appellationis natu-
ram imitari ſoleant, vt poſt multos alios, egregie o-
ſtendit Petrus Heigius *in quæſt iuris quæſt.* 10 *num.* 64 *&*
29 *ſeqq.* Vnde, & Reuiſionem actorum † appellationis
ſpeciem appellat *Bart. in l. ſocietatem. §. arbitrorum co-
lum.* 4. *ff. pro ſocio.* quem ſequitur Ioan. Cephal. *conſi.*
180. *num.* 19. *lib.* 2. Et hoc amplius, ſicut alia inſtantia
eſt coram iudice inferiore, alia inſtantia appellationis
coram iudice ſuperiore, vt probaui ſupra *hoc ipſo §. nu.*
30 10. *&* 11. Ita quoque † alia inſtantia ſit iudicij Came-
ralis alia inſtantia iudicij Reuiſorij, vt pote quod non
per eoſdem, & primos iudices, ſed alios à Statib. Im-
perij, & ipſo Imperatore delectos conſiliarios, tan-
quam maiores iudices, peragitur, Benderus *de Reui-
ſione. concluſ. num.* 12. *&* 19. Heigius *d. quæſt.* 10. *num.*
70 ſequitur vtrique, quod ſicut fideiuſſor, lata ſenten-
tia diffinitiua, & quidem abſolutoria, non tenetur am-
plius in cauſa appellationis, *vt oſtendi ſupra, d. nu.* 10.
& multum ſeqq. Ita nec fideiuſſor de faciendo iudi-
catum, ſi ſententia per Cameram abſolutoria pro
reo feratur, vlterius in iudicio Reuiſorio, fortaſſis
prioris ſententia reformatorio, teneatur. Surrogatum
ſi quidem ſapere debet naturam eius, in cuius lo-
cum ſurrogatur Eberh *in Topic. loco à vi ſurrogat.*
Benderus *d. loco. concluſ.* 20. *numero* 59. *&* 60. Accedit,
quod hoc caſu interuenit ſententia diffinitiua, nec
non finitio primæ inſtantiæ, & mutatio iudicis,
quibus concurrentibus, quid mirum ſi fideiuſſoris
obligatio finiatur, cum, & ſingula ad eam finien-
dam ſufficiant? *ſicut dixi ſupra, §.* 19. *nu.* 12. *& infra, §* 26.
nu. 2.

Atque hæc ſententia expreſſe probatur per Bart.
in l. fin. ff. de pactis. Angel. Aretin. *in tract. maleficiorum.
verb. fideiuſſit. colu.* 2. *verſi. penul.* Bertachin. *in reperto-
rio, verb. fideiuſſor mihi pag.* 475. Hippoly. *in rubric. de
fideiuſſor. quæſt.* 8. *num.* 93. & nouiſſime Ioan. Bernard.
Muſcatelum *in ſua practica fideiuſſoria, part.* 1. *modo* 32.
num. 8 *& modo* 14 *nu.* 17. vbi dicunt, ſi aliquis officia-
31 lis † pro ſuo Syndicatu ſit abſolutus, proceſſus vero
poſtea vigore alicuius ſtatuti reuideatur, ac officialis
condemnetur, quod fideiuſſores non teneantur. Idem
quoque tenuit Paris de Puteo *in tract Syndicatus. verb.
fideiuſſ. cap.* 1. *poſt num.* 4.

32 Facit in argumentum, & hoc, quod † fideiuſſor con-
promiſſi non tenetur pro eo, quod augetur in cauſa
Reductionis, ſed tantum pro eo, quod continet laudū
arbitri, *gl. in l. in propoſita. ff. pro ſocio. Bald. in l. fi. q.* 10. *C.
mandati. Decius conſ.* 94. *per tot.*

33 Sane † ſi ſententiam Cameræ condemnatoriam,
fortaſſis Reuiſorum ſententia confirmatoria ſequa-
tur, probabili ratione dubitandi reus non videtur
carere, propterea quod ſupra *n.* 19. ex Baldo, & Hie-
ron Grato dictum eſt, ſi aliæ ſententiæ ſint conformes
primæ, quo fideiuſſor etiam vltra primam ſententiam
teneatur. Quidquid ſit, cum hoc exulceratiſſimo ſecu-
lo tot fere Reuiſiones inſtituantur, quot ſententiæ in
Camera Imperiali feruntur, idcirco ab initio conſul-
tum eſt, exprimere, quod fideiuſſor in omni inſtantia,
& pro quacunque cauſa teneri velit, *per hoc ea auulā
ſupra hoc ipſo §. num.* 22.

§.21. DE DATIONE IN SOLVTVM.

SVMMARIA

1 *Datione in ſolutum tollitur obligatio fideiuſſoria, ex ſententia Cæpolla. Quæ limitatur n.2. Contrarium aſtruente Speculatore, nu.3. Quæ opiniones conciliantur, nu.4. & ſeqq. præſertim nu.19.*

4 *Datio in ſolutum vicem venditionis obtinet. Quod declaratur nu.5.*

6 *Venditio ſemel rite contracta, vt & datio in ſolutum, pœnitentiam non admittunt.*

7 *Creditor merces in ſolutum accipiens & debitorem liberans, non poteſt ob læſionem dationem in ſolutum reſcindere.*

8 *Dationem in ſolutum accipiens ius plenum conſequitur & fit vtilis Dominus.*

9 *Datio in ſolutum æque liberationem operatur, ac ſolutio.*

10 *Satisfactio pro ſolutione cedit.*

11 *Res qualibet tanti eſt, quanti emptorem inuenit.*

12 *Remedium l.2.C. de reſcind. vendit. in datione in ſolutum quatenus locum habeat, oſtenditur.*

13 *Remedium d.l.2. ſoli venditori competit ex ſententia Iacobi Cuiatij, cui tamen ab alijs contradicitur.*

14 *Datio in ſolutum tollit naturalem obligationem.*

15 *Obligatio ſemel exſtincta inſtaurari non poteſt.*

16 *Creditori vtilis actio accommodatur, ſi pro ſoluto ei res data fuerit, ad hoc, vt vel id quantitatem debiti ei ſatisfiat, vel quantum eius interſit.*

17 *L.26 & l.98 ff. de ſolutionibus* } *adducuntur pro Speculatoris opinione.*
18 *L. deferre. §. vlt cum 3. ll. ſeqq. ff. de iure fiſci* }

20 *Creditori non obeſt acceptio dationis in ſolutum, ſi ab initio expreſſe proteſtatus fuerit, ſe nolle aliter rem in ſolutum datam accipere, quam ſi ſe ad debiti ſui quantitatem extendat.*

21 *Creditor per dolum debitoris æſtimatum fundum in ſolutum accipiens, ſibi non præiudicat. Idem eſt, ſi ex errore, nihil vlterius ſibi deberi exiſtimans, rem in ſolutum accipiat. nu.22.*

23 *Sciens ſibi plus deberi, licet minus accipiat, tamen ſibi non præiudicat.*

24 *Donandi animus non facile præſumitur.*

25 *Error calculi poteſt allegari.*

26 *Calculi ratio non operatur niſi in eo, quod calculatum eſt.*

27 *Prouerbium Germanicum, vnde fluxerit.*

28 *Error calculi varijs modis probari poteſt.*

29 *Res in ſolutum data ſi euincatur, debitor non cenſetur liberatus. & num.30.*

31 *Liberatio totalis debitorem à reſidui petitione liberat. & num.32.*

33 *Creditor recipiens res quaſdam in ſolutum à debitore pro eo, quod ſupereſt, vel pro reſiduo, vel pro ſumma reſtante, poſtea non poteſt aliquid petere, etiam ſi ſibi plus debeatur.*

34 *Reſiduum continet partem reſtantem.*

35 *Reſiduum promittens, non tenetur in ſolidum.*

36 *Reſidui commemoratio etiam totum admittit, cuius adhuc nulla pars eſt ſoluta.*

37 *Cautela Caſtrenſis, Iaſonis, Capollæ, & Chaſſanæi reijcitur.*

38 *Creditor iudicis auctoritate interueniente res in ſolutum accipiens, fruſtra de reſiduo actionem inſtituit.*

39 *Creditor, cui per ſubhaſtationem liberantur bona debitoris, habetur loco emptoris, ideoque ad fideiuſſorem redire nequit.*

1 VIGESIMOPRIMO † obligatio fideiuſſoria tolli
dicitur per DATIONEM IN SOLVTVM.
Ita enim traditum eſt à Cæpolla *in cautel. 13. incip.*
Si aliquis eſt debitor. allegante ad hoc Barto. &
Dd. *in l. ſi quis aliam. ff. de ſolut.* ſubijciente † etiam
2 limitationem, vt hoc non procedat, ſi quis dixerit, quod per illam dationem in ſolutum ab obligatione fideiuſſoria recedere non intendat. Verum
3 † Cæpollæ apertè contradicit Specul. *in tit. de fideiuſſ. nu.24. verſic. pone cum deberes.* exiſtimans, licet principalis obligatio extincta ſit per dationem in ſolutum, quod tamen actio vtilis contra fideiuſſorem reſtituatur, ad id ſcilicet, quod creditori deeſt, per textus ibi ab ipſo allegatos. Et ſi rem totam exacte perpendamus, pro vtriuſque opinione non leuia ſtringunt fundamenta.

4 Sententia † namque Cæpollæ ex eo primum ſtabilitur, quod datio in ſolutum vicem venditionis obtineat, l. *vlt. ff. quibus ex cauſis in poſſ. eat. l. 4. §. auctoris. ff. de doli mali except. ſi prædium. C. de euictionibus l. liber a. & ibi glo. C. de ſent & interlocut. l. ſi ſecundum. C. mandati. l. eleganter. in prin. ff. de pignor. actione.* Natta *conſ.* 207. *nu.3.* Cephalus *conſ. 98. lib. 1.* Io. Baptiſt. Aſinius *in tractat. de execut. in prolegom. c.1. nu.12.* Tiraq *de retract. §. 1. gl. 14. nu. 13. & 4.* Io. Vincen. Hondedæus *conſultat. 34. nu 42. volum. 2.* Anto. de Gamma *deciſ. Luſitan.* 295.
5 vbi tamen † hoc ſaltem verum eſſe largitur largo, & improprio modo, & quidem in materia fauorabili non autem ſtricta, & odioſa, de quo plura vide apud Horat. Carp. *ad Statut. Mediolan. par. 1. c. 417. num. 514. & ſequ.*
6 A venditione † autem ſemel rite contracta reſilire non licet, vt nec à datione in ſolutum, l. *ſicut. C. de obligat. & act.* Cephalus *conſ. 286. nu. 14. lib.* 2. Sed potius ſibi acceptum cogitur ferre creditor, qui rem in ſolutum accepit, ſiquidem de ſuperfluo pacto tranſegiſſe videtur, *l. à diuo Pio. §. ſi pignora. ff. de re iud. & dixi ſupra hoc cap. §. 13. nu. 25. & 26.* Atque hinc Simon Piſtoris Cancellarius quondam Ducum Saxoniæ *in conſ. 9.* (quod impreſſum eſt poſt conſilia Modeſtini Piſtoris) con-
7 cludit; Si creditor † merces in ſolutum acceperit, & debitorem liberauerit, quod deinde, ob læſionem, non poſſit dationem in ſolutum reſcindere. Datio-
8 nem enim † in ſolutum accipiens ius plenum conſequitur. *Bart. & Dd. in l. Pomponius. § ſi iuſſu. ff. de acq. poſſ. Socin. conſ. 60. numer. 3. lib. 1. Crauet conſ. 248. numer 1.* Et ſit vtilis Dominus, *l. eleganter. in pr. ff. de pign. act. Alex. conſ. 76. verſic. vel. 3. Camill. Borel. controu. 67. numero 11.*

9 Deinde etiam † certum eſt, quod datio in ſolutum æque liberationem operetur, atque ſolutio, cum id reuera in ſolutum, vel pro ſoluto dari dicatur, quod vt in liberationem debiti cedat, in creditorem transfertur,
10 l. *non omnis. §. vlt. ff. de reb. cred.* Satisfactio † enim pro ſolutione eſt, & ſatisfacere dicimur ei, cuius deſiderium implemus, l. *ſatisfactio. 52. ff. de ſolution. l. 5. § ſuis acceptio ff de verb. oblig.* Cum igitur in ſolutum datio ſit pro ſolutione, ſolutione autem facta liberetur tam debitor, quam fideiuſſor, ſequitur vtique, & datione in
11 ſolutum vtrumque liberari, quælibet † enim res tanti eſſe intelligitur, quanti emptorem inuenit. *Alex. in l. 1. § ſi hæres. nu. 2. ff. ad Trebel. per l. ſi ſeruus. ff. de condict. furt.* Emptoris autem perſonam hoc caſu ſuſtinet creditor, qui rem in ſolutum accipit, *l. minor. 40, §. 1 ff de minorib.* cui etiam tum ſatisfactum videtur, ſi, vt ipſe voluit, ſibi cauit, licet in hoc ſemetipſo ſit deceptus, *l. ſi rem §. omnis. ff. de pign. act. l. item liberatur. ff. qu b. mod. pign. vel hypoth. ſoluitur.*

12 Tertio † quoq; huic opinioni ſuffragatur, quod nequidem remedium *l. 2. C. de reſcind. vend.* in datione in

ſolu-

ſolutum aliter locum habet ex parte creditoris, quam
ſi is vltra dimidium ſit læſus latè Tiraque. de retract. li-
gnag. §. 1. glo. 14. Arius Pinellus in l. 2 par. 1. cap. 4. nu. 8.
C. de reſcin. ven. per l. ſi res. §. ſi mulier. ff. de iure dot. multo
igitur minus danda eſt creditori actio vtilis in fideiuſ-
13 ſorem, pro minimo fortè reſiduo, præſertim ſi † cum
Iacob. Cuia. lib. 16. obſ. c. 18. & lib. 17. c. 1. (contra Io.
Rober. lib. 2. animaduerſ. iuris. c. 13. & lib. 2. Notat. ad-
uerſ. Ant. Mercator. c. 13. Fabian. de Monte S. Sabini in
tract. de empt. & vend. 6. quaſt. prin. nu. 44. Arium Pinel-
lum in l. 2. part. 1. c. 2. nu. 1. et 2. C. de reſcind. vend.) Sen-
tiamus beneficium l. 2. C. de reſcind. vend. ſoli vendito-
ri competere, & ad emptorem, cui hoc caſu par eſt cre-
ditor in ſolutum accipiens, non porrigi.

14 Denique † Cæpollæ opinionem ſuffulcit, quod per
dationem in ſolutum tollitur naturalis obligatio, & à
contractu receditur, l. elegante. in princip. ff. de pignor.
actio. l. debitor. 59. ff. ad Trebellian. iuncta l. ſolutam. ff. de
ſolutionibus. Dicendum igitur videtur, poſtquam à
contractu receſſum eſt, fideiuſſorem vlterius moleſta-
15 ri non poſſe, cum obligatio † ſemel extincta, vel
eu. cuata amplius inſtaurari non poſſit, l. cum ex cauſa.
Cod. de remiſſ. pign. l. 4. C de ſolut. l. qui res §. aream ff. eod.
titu.

Sed ex aduerſo pro Speculatore, quoque vna atq; al-
16 tera ratio militat. Et quidem † primo textus in d. l. ele-
ganter. ff. de pign. act. & in d. l. prædium C. de euictionibus.
Satis clarè innuunt, quod creditori vtilis actio ac-
cummodetur, ſi pro ſoluto ei res data fuerit, ad hoc vt
vel in quantitatem debiti ei ſatisfiat, vel quantum eius
interſit: Inde igitur ſequitur per in ſolutum dationem
adeo obligationem non extingui, vt creditori pro eo,
quod ſibi deeſt, aduerſus debitorem, vel fideiuſſorem
etiam pateat regreſſus, l. aduerſus. C. de obligationib. &
actionib. l. vlt. §. ſed ſiquidem. C. de iure dom. impetrando. l.
vlt. C. ſi vendito pignore agatur.

17 Deinde etiam Speculatoris † opinionem adiuuant
textus in l. ſi creditor. 26. & in l. qui res. 98. in princip. ff.
de ſolutionibus. quarum illa ſtatuit: Si creditor fun-
dum pignoratum vendiderit, non aliter debitorem li-
berari, quam ſi creditor tantum, quantum ſibi debe-
batur, acceperit: hæc verò diſponit. Si res pignorata
in dotem detur, non aliter eius ſolutionem liberare,
quam ſi ex euentu certum ſit, eam apud maritum re-
manere.

18 Denique † ad defendendam Speculatoris ſenten-
tiam adduci poſſunt textus in l. deferre. §. vlt. cum 3. ll.
ſeqq. ff. de iure fiſci. vbi apertè probatur: Si debitor fi-
ſcalis creditori ſuo ſoluat, vel pecuniam in ſolutum
det, quod fiſcus poſſit talem pecuniam à creditore re-
petere, quodque ſic remaneat creditori ſuo debitor
vna cum fideiuſſoribus, ac pignoribus obligatus, non
aliter, ac ſi nihil ſoluiſſet.

19 Quid igitur † in conflictu diſcrepantium harum
opinionum ſtatuendum? Ego, vt, quid ſentiam, libe-
re profitear, nonnunquam creditoris, nonnunquam
etiam debitoris, ſi ſuper datione in ſolutum contro-
uertant, rationem habendam eſſe, atque ideò rem cer-
20 ta regula definiri non poſſe, arbitror. Quid enim, † ſi
creditor initio expreſſe proteſtatus fuerit, ſe nolle
aliter rem in ſolutum datam accipere, quam ſi ſe ex-
tendat ad ſui debiti quantitatem, & caſu, quo ipſi in
quantitatem debiti non ſufficiat, quod reſiduum ex
alijs bonis debitoris petere velit? Hoc vtique caſu
creditorem allegantem, ſe contradixiſſe adiudica-
tioni in ſolutum, cum ſua probatione admittere, hu-
manius eſt; Proteſtatio enim, diſſenſum ipſius arguit,
factaque eſt iuris in futurum competituri conſeruan-
di cauſa, l. ſi debitor. §. 1. D. quibus modis pign. vel hypot.
Antonius Heringius.

ſoluitur. l. 1. §. quia autem. in fin. ff. quod legatorum. Faciunt
tradita per Vincent. Carocium de excuſſ. bon. 1. quaeſt.
2. quaeſt princip. num. 39. & ſequentib.

21 Rurſus pone, debitorem per dolum † pluris æſti-
matum fundum in ſolutum dediſſe: Certè cum Mar-
ciano ſentiendum eſt, eum non liberari, niſi id, quod
deeſt, repleatur, l. ſi quis aliam 46. §. vlt. ff. de ſolut. Do-
lus enim omnino puniendus, etiamſi ipſi, qui eum ad-
miſit, damnoſus futurus erit, l. procurator. 11. §. 1. ff. de
doli mali exceptione.

22 Fieri † etiam poteſt, vt creditor ex errore nihil vl-
terius ſibi deberi exiſtimans, quam res æſtimabatur;
rem in ſolutum accipiat, poſteaque errorem calculi
deprehendat: hoc vtique caſu à petendo reſiduo ne-
quaquam arcetur, quamuis debitori pactum gene-
rale de non amplius petendo feciſſet, l. ſi ex maiore. C.
de except. l. ſi inter. C. de ſolut. §. ſi minus. Inſtit. de action.
23 Nam † ſciens ſibi plus deberi, licet minus accipiat,
tamen ſibi non præiudicat, Bart. Bald. Alberic. &
communiter Dd. in l. is qui vſumfructum. ff. de vſufructu.
Albert. Brunus in tract. de augumento monetæ in 18.
24 particula limitat. 4. num. 4. cum donandi † animus non
facile præſumatur, l. cum de indebito ff. de probat. late
25 Menoch de arbit. iud. quaeſt. caſu 88. Quanquam † & er-
ror calculi perpetuò poteſt allegari ſi res iudicatæ vel
tranſactione ſopitæ non ſint, l. vnic. & ibi Iacob. Ayrerus
per diſcurſum. C. de errore calculi. l. calculi & ibi gloſſ ff. de
adminiſt. rer. ad ciuit. pert. Schurff. conſil. 36. numer. 1. cent. 1.
Modeſt Piſto. conſ. 35. in 4 quaeſt. vol. 1. Ratio enim cal-
26 culi non † operatur niſi in eo, quod calculatum eſt,
l. emptor §. Lucius D. de pactis. Baldus conſil. 50. num. 1.
27 vol. 4. Vnde † germanicum prouerbium fluxit, Com-
28 puta non faciunt ſolutionem. Error † autem calculi
varijs modis probari poteſt, quos perſequitur Maſcard.
de probat. concluſ. 253. cui iunge Eman. Soarez. in com.
opin. lit. E. nu. 158. & 159.

29 Denique † contingere poteſt, vt res in ſolutum da-
ta creditori vel à fiſco, vel alio quopiam rurſus euin-
catur hoc caſu tantum abeſt, vt datio in ſolutum de-
bitorem liberet, vt etiam is, vna cum ſuo fideiuſſore,
30 pro euictione teneatur, ſi quidem † aliter res pro reſo-
luta liberationem præſtat, niſi pro ſolido ſuſcipientis
fiat, d. l. ſi quis aliā. ff. de ſolut. d. l. eleganter. 24 ff. de pignor.
act. d. l. ſi prædium C. de euictionibus. d. l. deferre. cum. 3. ll.
ſeqq. D. de iure fiſci. l. actore. l. exceptione. C. de euictionibus.
Bertazol. in tract. clauſul. inſtrumen. clauſ. 41. gloſſ. 7. num.
5. in fin.

Cæterum, vt ante numero 19. monui, & debitoris
31 † quandoque habenda eſt ratio. Quid enim, ſi credi-
tori ex maiore debiti quantitate per dationem alicu-
ius rei in ſolutum minor ſoluta, ſi ipſe totalem libe-
rationem debitor præſtiterit? Dubitari non debet,
quin debitor plenam liberationem ſit conſecutus, ita
vt pro reſiduo conueniri nequeat, l. ſi ex maiore. C. de
except. l. ſi inter. C. de ſolutionibus. l. 2 §. 1. D. de pactis.

32 Quod multo † magis locum habet, ſi liberationi
adiectum ſit pactum tranſactionis ſpeciale; Amplius
eius debiti nomine non peti, l. ſi decreta. vbi Dd. C. de
tranſactionibus. l. amplius non peti. l. procurator 23. D. rem
rat. hab. Nam hoc caſu conſenſu tranſactionis finitis
ſtare conuenit, l. intereſt. C. de ſolution.

33 Sic † ſi creditor recipiat res quaſdam in ſolutum à
debitore, pro eo, quod ſupereſt, vel pro reſiduo, vel
pro ſumma reſtante, poſtea non poterit aliquid pete-
re, etiamſi ſibi plus debeatur, l. ex pluribus. & ibi gloſ.
verb. reliquum. D. de ſolutionib Roman. in ſingul. 702. in-
cip. verba illo quæ ſolent. Guido Papæ quaeſt. 181. Vincen.
Carocius de excuſſ. bonor. 1. quaeſt 2. quaeſt. princi num. 12.
14 Reſiduum enim † non ſolum continet partem reſtan-

4 *Arrogate debitore tam debitor, quam fideiuſſor liberantur.*
5 *Arrogato fideiuſſore liberatur quidem fideiuſſor, ſed reus principali obligatus manet.*

1 VIGESIMOQVARTO † tollitur ſiue finitur obligatio fideiuſſoria per ARROGATIONAM,
puta, ſi creditor debitorem, vel fideiuſſorem, eiuſve hæredem, arroget. Nam & fideiuſſorem
2 † appellatione debitoris comprehendi, magis communis eſt opinio, ſecundum Bart. Alex. Iaſ.
& alios *in l. 1. ff. ſi cert. petatur.* Franc. de Marchis *quæſt. 340. part. 1. & tetigi ſupra cap. 15. num. 1. & hoc ipſo capite, §. num. 44.* Iuris autem eſt indubitati, ſi
creditor debitorem ſuum arroget, non ſolum iudicium cum eo completum, ſed & obligationem ſolui, cum
3 † arrogatus eius iuri, qui eum arrogauit, ſubijciatur cum omnibus bonis, *l. 2. §. penult. ff de cap. minut. l. ſi à me fuerit. 11. ff. de iudicijs l. ſi paterfamilias ff. de adoptionibus. l. ſi quis. 7 ff. de pecul. legato. iuncta. l. ſi tuo 83. ff. de ſolutionibus.* Nemo autem ſibi quidquam ipſe debere, neç à ſe exigere poteſt, vt ſupra *cap. 7. in princip.* pluri-
4 bus comprobaui. Cæterum in hoc † articulo illud obſeruandum, ſi creditor debitorem arroget, & debito-
5 rem, & fideiuſſorem liberari: Sin autem † ſolum fideiuſſorem arroget, tunc liberato fideiuſſore, nihilominus debitorem obligatum manere: Videtur enim arrogatio hoc cum liberatione legata, & confuſione cõmune habere, iuxta tex. *in l. 2. & l. ſi damnatus. ff. de liberat. legat. l. hæres. §. quod ſi ſtipulator. verſic. quod ſi idem. & §. vlt. l. Grauius in fin. princ. D. de fideiuſſ. l. in omnibus. 43. ff. de ſolut.*

§. 25. DE ALTERATIONE OBLIGATIONIS.

SVMMARIA.

1 *Alterato contractu finitur obligatio fideiuſſoria.*
2 *Fideiuſſor non tenetur ex nouo contractu, niſi denuo intercedat.*
3 *Alteratio contractuum quomodo contingat. Et numero 4. ac 5.*
6 *Alterato contractu per locatorem, licitum eſt fideiuſſoribus ab eo recedere. Limitatur tamen. nu. 7. & 8.*

1 VIGESIMOQVINTO † finiri dicitur obligatio fideiuſſoria OB ALTERATIONEM OBLIGATIONIS SIVE CONTRACTVS,
pro quo fideiuſſor fidem ſuam interpoſuit, *Bald. in l. iam mandatori. C. de non numer. pec.* Barth. Soc. *in conſi. 62. numero. 23. vol. 2. vbi plures allegat.* Barbat. *conſi. 31. col. & 2. vol. 1.* Ancharan. Regienſ. *q. 42. numero 11. & 24. lib. 3.* expreſſè ibi ſtatuens, fideiuſſo-
2 rem † non teneri ex nouo contractu, niſi denuo intercedat, per interpoſitam ſtipulationem. Quod etiam tuetur Ioan Goddæus *de contrah. ſtipulat. c. 12. concluſ. 10. num. 85.* Videturque idem poſt Boſſium, Vinium, & Carocium ſentire Horat. Carpanus *ad Statut. Mediolanenſ. par. 2. c. 189. num. 12.*
3 Alteratur † autem reuera initi contractus, quando poſteà, vel in continenti, vel ex interuallo, per certa pacta illis quidquam vel adijcitur, vel detrahitur, *l. pacta conuenta ff. de contrah. emptione. Cuiac lib. 14. obſer. c. 28 & lib. 2. cap. 15.* Quod ſi igitur venditor, & emptor poſt emptionem paciſcantur, de minuendo, vel augẽdo pretio, receſſum eſt à priore contractu, & noua emptio interceſſiſſe videtur, ideoque fideiuſſor, qui pro priore contractu interceſſerat, amplius non tenetur, mutato enim pretio, ex quo conſiſtit ſubſtantia, natura, & ſtatus emptionis, & emptio mutatur, *d. l. pacta conuenta.* Idem eſt, ſi poſteà venditor, & emptor merces alterent, & recepta merce prius vendita, alia pro eodem, vel maiore pretio ematur, vt enim pretium: ita & merx de ſubſtantia eſt emptionis, & venditionis.
4 Sed animaduertendum eſt, id † tum demum locum habere, ſi omnib. integris manentibus (qua locutione etiam vtitur Seneca, *lib. 4. de benefi ys. cap 34.* dum inquit: Non mutat ſapiens conſilium, omnibus his manentibus, quæ erant, cum ſumeret) hoc eſt, nondũ adimpleta emptione venditione, nondum tradita re, nõdum dato pretio, vel etiam ſi adimpleta ſit venditio (quod eſt adijciendũ ad Paulum *in d. l. pacta conuenta*) in integrum reſtitutionis omnibus, quæ præſtita ſunt, hoc eſt reddito pretio, reddita re, *vt in l. ab emptione. ff de pactis.* rurſum paciſcantur, de augendo, vel minuendo pretio: Nam tunc ſolum receſſum videri à priore emptione, & emptionem nouam reperi, & conſtitui, iura noſtra oſtendunt, *d. l. pacta conuenta. l. iuriſgentium §. adeo. l. ſi vnus. §. pactum verſ. idem dicemus. ff. de pact.* At ſi res non ſit amplius integra, vel etiam in integrum reſtitui nõ poſſit, puta, ſi vel res tradita ſit, vel pretium ſolutum ſit, non poteſt certè ſolo pacto noua emptio conſtitui, ſed prior inconcuſſa manet *l. 2. ff. de reſcind. vendit.* aut opus eſt, vt actus priori ſimilis retroagens venditionem intercedat, *l. 1. C. quando liceat ab emptor. diſced.* Anton Gomez. *tom. 2. cap. 2. nu. 2.* Fabian de Monte S. Sabini *quæſt. 5. num. 65.* Didac. Perez. Laſſarte *in tracta. de decima vendit onu. cap. 14. num. 8 & 9.* Et proinde priore quidem caſu liberatur fideiuſſor, non item poſteriori, *argumento l. in omnibus. ff de ſolutionib.*
5 Eadem † planè etiam in contractu locationis, & conductionis locum habent *per d. l. ab emptione. ff de pact.* cum locatio, & conductio proxima ſit emptioni & venditioni, iiſdem iuris regulis conſiſtat. l. 2. *D. locat.* Quamobrem ſi locator, & conductor re integra paciſcantur, de augenda vel minuenda mercede, vel ſi pro ædibus prius locatis aliæ denuo locentur, prioribus nondum traditis, receſſum vtrique videtur de priore locatione, atque ideo fideiuſſor, qui pro illa interceſſerat, proculdubio liberatus erit, *d. l. pacta conuenta, cum ſimilib. iuribus ſupra allegatis.*
Atque illud eſt, quod interpretes noſtri ſcribunt:
6 † Alterato contractu per locatorem, licitum eſſe fideiuſſoribus ab illo recedere, eoque minimè obligatos eſſe. Ægid. Boſſ. *de remiſſ. merced. cond. num. 50.* Carol. Ruin. *conſ. 66. num. 3. volum. 1.* Berous *conſ. 144* Franciſc. de Marc, *decif. Delphin. 538. & 519. part. 1.* Crotus
7 *conſ. 11. num ...* niſi † fortè ipſimet alterationi conſenſerint, tunc enim ſe res aliter habet. ſiquidem, & pro noua conductione interceſſiſſe videtur, Anton. Gomez. *variar. reſolut. tom. 3. cap. 13. num. 20.* Franciſc. Burſat. *conſi. 193. num. 7. & num 49. par. 2.* Quemad-
8 modum † & pro illis obligati manent, quæ quaſi actus conſecutiui ſiue executiui ſunt veteris obligationis, vt late firmat, Bald. *in conſ. 428. ſi fideiuſſor. lib. 2. & in conſ. 156. cum duob. lib. 3.* pulchrè Aymo Cranet. *conſ. 436. per tot. part. 3.*

§. 26. DE MVTATIONE IVDICIS.

SVMMARIA.

1 *Mutato Iudice finitur obligatio fideiuſſoria de iudicatum ſoluendis.*
2 *Fideiuſſor, qui ſatiſdedit iudicio ſiſti, aut iudicatum ſolui*

nis ſibi non poſſe ſatisfieri, quin vigore iſtius pacti in
alio loco, & coram diuerſo iudice, eodem modo, per
viam executiuam aduerſus reum, & fideiuſſorem pro-
cedere poſſit; nam penes partes eſt, mutare ſua ſponte
locum, & tempora iuriſdictionis, *Bart. in d. l. vbi acce-
ptum nu. 1. D. de iudicijs & in l. fin. nu. 2. D. de iuſtit. & iure*
Colerus *de proceſ. execut. part. 1. cap. 10. nu. 191.* & 192.
& dicam infra *cap 23. num. 44. & 45.*
6 Ex qua ratione † veriſimile fit, etiam tunc muta-
tionem iudicij ſuſtineri poſſe, quando vel alius dele-
gatur ab eo iudice, coram quo præſtita eſt fideiuſſio,
Cagnol. *in l. vnica. nu. 62. ff. ſi quis ius dicenti non obtem-
per.* Anton. Teſſaur. *d. deciſ. 262. nu. 13. verſic. Tertius
eſſe poteſt.* Camillus Borellus *tract. de compromiſſ. §. 3.
7 gloſſ. 1. num. 65.* Vel pars † illam exceptionem litis pen-
dentiæ non opponit, quemadmodum aſtruit Cardin.
Alban. *in addit. ad Bartol. in d. l. vbi acceptum. nu. 2. & 3.*
8 Opponendum enim † eam, imo & probandam eſſe
in initio litis, certi, & indubitati eſt iuris, *Bald. in l. per-
emptorias. C. ſenten. reſcindi non poſſe.* Petr. Poller. *in ad-
dit. ad Marant. part. 6. tit. de exceptionib. nu. 44.* Maſcald.
de prob. concl. 685. nu. 3. & 4.
Sed admodum concinne hoc in loco quæritur, an
9 † ſicut per mutationem iudicis fideiuſſor iudicio ſiſti
liberatur, ita etiam per mutationem perſonæ rei, &
mutationem actionis liberetur? Et quod ad primam
partem quæſtionis attinet, aliquot in locis eam pertra-
ctat, & examinat Hippolyt. *in Rubric. de fideiuſſ. num.
110. numero. 132. & numero. 155. & trib. ſeq.* quorum dicta
non tranſcribo. Deciſio porro prædictæ quæſtionis
10 veriſſima hæc eſt: Propter † mutationem perſonæ de-
bitoris, quæ dignitatem ei adfert, nequaquam obli-
gationem extingui, ſed perdurare, & fideiuſſores ob-
ligatos permanere, *ita probat l. ſi reus 12. D. iudicat. ſolui.*
11 Nemo enim inſignia dignitatis † ſuæ ad hoc exerce-
re debet vt alios iniuria afficiat, *l. petitor. C. de offic.
rector prouin. l. ad inuidiam. C. de his quæ vi metuve cau-
12 ſa.* Proinde etiam † vix probare poſſum, ſi reus forte
nomine tenus, aut etiam cum impreſſione characteris
clericalis, per ſuſceptionem habitus, clericus factus ſit,
quod non teneatur eum ſiſtere fideiuſſor: & ſic ipſe li-
beretur, ſicut tamen poſt Marſilium voluit Proſper
Farinac. *lib. 1. tit. 4. quæſt. 34. num.* 38. quem ἁπλῶς ſe-
quitur amicus noſter Rutgerus Ruland. *in tract. de
13 commiſſ. part. 4. lib. 6. cap. 4. num.* 47. Vt enim † digni-
tas actoris non mutat forum rei, Hermannus Vul-
teius *in commentar ad leg. 3. num. 4. Cod. vbi cauſa status:*
Ita nec dignitas rei actori obeſſe debet, cum ad paria
iudicari debeant, alioquin inuenta eſſet ratio, qua
actor facile defraudari, & litis pendentia eludi poſ-
ſet, reo forte nullam aliam ob cauſam profeſſionem
ſuam mutante, quam vt aduerſario ſuo, prætextu præ-
rogatiuæ clericalis, grauior exiſtere queat, textus eſt
expreſſus *in l. qui vno. § non omnes ff. de re militari.* faci-
unt tradita per Iul. Clarum *in pract. crimin. §. fin. quæſt.
98. num. 4.*
14 Eodem etiam modo, mutatio perſonæ debitoris,
quando minimam nimirum capitis diminutionem
patitur, obligationem non perimit, ſed debitorem
ex illis cauſſis, quæ capitis diminutionem præceſſe-
runt, vna cum ſuo fideiuſſore obligatum relinquit,
ſiquidem ſupereſt naturalis obligatio, pro qua etiam
fideiuſſor tenetur, *l. 2. in pr. & §. hi qui. ff. capit. minut.*
15 Quamobrem † Baldo noſtro defendendum relinquo,
quod *in l. ſi filius. la 1. ff. de tut. & rat diſtrah.* ſcribit, fi-
deiuſſionem, qua pater tenetur pro filio, finiri, quan-
do filius factus eſt ſui iuris, quem ſequitur Bertachin.
in repertor. verb. fideiuſſio mihi pag. 469. nec non Valen-
tin. Francus *cap. 7. num.* 155. Iſtud enim *in allegata. l. ſi
filius.* nullo modo probatur, vt litera textus ſatis oſten-
dit.
16 Sed & captura † rei, per quam ex libero quodam-
modo fit ſeruus, fideiuſſorem principaliter, & cum re-
nunciatione beneficij excuſſionis obligatum, non li-
berat, quo minus & ipſe capi poſſit, *Bald in c. contingit.
num. 20. ff de dolo, & contum.* Marſil. *in l vnius. §. cuſto-
dia. num. 31. ff. de quæſt. & in Rubr. de fideiuſſ. nu.* 380. *&
in ſing.* 398. Licet enim ad capturam deuentum eſt,
tamen per id creditori nondum ſatisfactum eſt, & pro-
inde etiam fideiuſſor liberari nequit, Duennas *regul.*
276. Aſinius *in praxi iudicior. §. 31. amplsat. 22. verſ. Am-
pliatur autem. num. 13. per l. nepos ff. de fundo inſt. & in-
ſtrum. leg.* quæ tamen, niſi forte ego cæcutio, nihil
17 probat. Certe, ſi ſolutum † non videtur etiamſi lis
conteſtata ſit cum debitore de ipſo debito, *l. ſolutum.
11. D. de pigner. actio.* quanto minus ſolutum vel ſatiſ-
factum dici poteſt, ſi debitor in carcerem ſit detruſus?
Si quidem hæc ſaltem via aliqua eſt ad obtinendam
ſolutionem, non etiam ipſa ſolutio. Vt recte, poſt Bal-
dum, & Cardinalem Alexandrinum, ſcripſerit Hip-
polyt. de Marſil. *in pract. crimin. §. attingam. numero.* 54.
18 Quod † carcer non ſoluat debitum, ſed burſa, ſequi-
tur Conrad. Lancellot. *de offic. prætoris in cauſ. cri-
min. Rub. de captura num.* 19. Anton. Sola *in conſtit. an-
tiq. Saband. Rubrica de captura debitoris. Decreti.
19 Abuſionibus. gloſſ. 2. nu. 6.* † vbi tamen his modis limi-
20 tat, ſi captura † debitoris ſatisfieret creditori actua-
21 liter, ſi Stylus † contrarietur, ſi partium conuentio
22 † aliud ſuadeat; & denique, † ſi honeſta aliqua ſit
mulier.
23 Hoc † amplius, quando quis poſt condemnationem
ſimpliciter fideiubet, non videtur fideiubere de re-
præſentando, ſed ſoluendo, & ideo ſine dubio tunc
per cauſam ſuperuenientem in perſona condemnati
ab obligatione non exoneratur, *l. ſi vero in princip. D.
qui ſatiſda. cogant.* Nellus *in tractat. banniter. part. 12.
temp. num. 42. faciunt tradita ſupra cap. 15. num.* 57. Cæ-
terum quando debitori per maximam, & mediam ca-
pitis diminutionem mutatio in ſua perſona contin-
git, tunc longè aliud eſt ſtatuendum, *vt fusè explicaui
hoc capite. §. 14. per diſcurſum.*
24 Quod porrò † ad mutationem actionis attinet, no-
tandæ ſunt verba Vlpiani *in l. cum quærebatur. §. vlti.
ff. iudicat. ſolu.* vbi ita inquit: *Si fuere à fideiuſſore pro-
curatores ſtipulatus iudicatum ſolui, quaſi in rem acturus,
& poſtea in perſonam égere, vel alia actione acturus
aliam autem dictauere, non committitur ſtipulatio interpoſi-
ta*
In his autem verbis primo id obſeruandum, iudicatũ
25 † ſolui ſtipulationem tres clauſulas in vnum collatas
habere, de re iudicata, de re defendenda, de dolo ma-
lo, *l. iudicatum. 6. ff. iudic ſolui. plenè Cuiac. lib. 10. obſeru.
29. Barnab. Briſſon. lib. 5. de form. pop. Roman.* Deinde
26 diuerſas † eſſe actiones actionem in rem, & actionem
in perſonam, *l. actionem. 15. l. actio. 28. ff. de obligat. &
act.* & prætérea in vtraque actione etiam diuerſas eſ-
ſe formulas agendi. Actione enim in rem res ab alio
poſſeſſa in iudicio vindicatur, & petitur, *l. 1. C. in rem
actio.* Actione verò in perſonam experimur aduerſus
perſonam, quam contendimus nobis obligatam eſſe,
ad aliquid dandum vel faciendum, *d. l. 1. §. ſi heres ff.
ad SC Trebell.* Iſtius actionis formula olim hæc erat
*Fundum Capenatem, qui eſt in agro Sabino, meum eſſe aio.
Si paret, meum eſſe, iudex condemna.* Huius verò actio-
nis iſta: *Lucium Titium mihi 20. ſolidos ex mutuo dare
oportere aio. ſi paret, eum dare oportere, iudex condemna.*
Magna igitur differentia eſt, vtrum fideiuſſor ſatiſdet
iudicatum ſolui in actione in rem, vel an in actione in

27 perſonam, hæc enim † ſemper aduerſus eundem, vel
vi poteſtatis aut obligationis, locum habet, eumque
ſemper, tanquam lepra lepro ſum ſequitur: illa verò
vni perſonæ non alligatur, ſed contra quemcunque eſt
poſſeſſorem, etiam ſi res in multas manus deuenerit,
d. l actionum d. l. 1. § ſi heres. ff. ad SC. Trebell l. fin §. fi. ff.
de contrah emptione. Zaſius in §. omnium num. 3. & 4 In-
ſtitut. de actionib. qua de re pleniſſimè ſcribit Herman.
Vulteius d ſcept. ſcholaſt. cap. 4.

28 Fingimus nunc, actorem † reo actionem in rem
dictaſſe, hoc eſt, edidiſſe actionem in rem, qua agere
velit, iuxta l. 1. ff. de edendo. l. non diſtinguemus, § item ſi
quis Romæ ff. de recept. qui arbitr Fingamus etiam, alium
rei conuenti nomine iudicium accepiſſe, & iudicatum
ſolui ſatiſdediſſe, iuxta §. primo. Inſtitut. de ſatiſdat. &
dicta leg. 6 ff. iud catum ſolui. iunctis ijs, quæ tradit Iacob.
Cuiat. lib. 10. obſeruat. cap 29. Quod ſi iam Actor, mu-
tato propoſito, in perſonam agat, & defenſor fortè
cauſam non defendat, nec boni Viri arbitratu litem
agat, ſicque tandem iudex, ad inſtantiam actoris, qui
in perſonam egit, reum condemnet certè huius actio-
nis nomine ſtipulatio iudicatum ſolui non committi-
tur, quia pro hac cauſa defenſor non interuenit, nec
fideiuſſores dedit, ſed pro alia, nimirum pro eo, vt di-
ctata actione in rem res iud cari poſſet, non, vt dicta-
ta actione in perſonam res iudicaretur, dict. l. cum quæ-
rebatur. §. fin. ff. iudicatum ſolui. Ratione igitur dictatæ
actionis in perſonam fideiuſſor planè eſt liberatus,
quoniam nec initio huius nomine obligatio vlla con-
ſtitit, atque ideo, nec actione rei iudicatæ, neque ex
interpoſita ſtipulatione iudicatum ſolui conuenire
poteſt: vbi enim obligatio nulla eſt, ibi etiam nulla
eſt actio, iuribus vulgatis.

Et ideo (vt ad praxin res aptetur) rectè decidit Lu-
29 douicus Roman. in conſ. 270. Quod fideiuſſor † non
teneatur ad id, quod venit actione diuerſa ab illa, quæ
in iudicium deducta fuit. Et idem Roman. in conſ.
30 210. Quod fideiuſſio † propter vnam cauſam facta,
non tranſatur in aliam, l. non iudice, §. 1. ff. de iudicijs. ſe-
quitur Ancharanus Regienſis quæſt 15. num. 13. & 14.
lib. 2. Æmil. Ferretus reſpon. 49. Nec diſſentiunt Pe-
trus de Peruſio in tract. de ſocietate. art. 8. quæſt. 40. &
Felinus in cap. cum ordinem. numer. 6. de reſcriptis. dum
31 aiunt; Fideiuſſorem † pro parte cambij, non teneri
pro mercantia, etiam ſcripta in libris cambij, quia fi-
deiuſſor in cauſam certam, non tenetur extra illam.
In eandem ſententiam quoque ſcriptum reliquerunt
Roland à Valle conſil. 59. num. 20. volum. 1. Anchara.
Regienſ. quæſt. 63. num. 3. lib. 1. & Ioann Petr. Surdus
32 deciſ. 212. num. 2. Fideiuſſorem † non teneri, quoties
variatur res, cauſa, vel actio. Eodem denique ſpectat
Gerard. Mazollus de Leazaris in conſil. 96. numero. 30.
33 dicens: Fideiuſſorem pro † vna cauſa, ad aliam non
extendi, quod alijs doctrinis exornabo infra cap. 24.
num. 35. & ſeqq.

Prædictis etiam planè ſimile eſt, quod alibi Doct.
34 tradunt: Si vna actio † inſtituatur, & in alia fiat
probatio, quod non poſſit fieri condemnatio, Nam,
non probata qualitate in libello deducta, debet reus
abſolui, quia licet probet actor aliud, quam in libel-
lo eſt deductum, tamen illa probatio dicitur inutilis
35 & irrelevans, & probatio facta † ſuper non intenta-
to, nihil ſtringit, neque releuat, leg Bebius. in fin. ff. de
pact. dota. l. ſi quis libertatem. in fi. ff. de hered. Curtius
conſil. 82. poſt num. 8 late Marc. Anton. de Amat. deciſ.
36 61. Vſque adeo. † vt accuſans, vel petens quem con-
demnari de vi publica, & probans vim priuatam ſuc-
cumbat, quia accuſatio de vi priuata non videtur in
iudicium deducta, l. tutores & ibi Salycet. C. ad leg. Iul.
de v. publ. Myſinger cent. 1. obſeruat. 4 & cent. 4 obſeru.
37 8. Facit † etiam doctrina Angeli in l. Claudius
colum. 1. verſic. imo plus. D. qui potior in pignore habean-
tur. vbi ait: Si fuerit actum in libello ex cauſa ine-
pta, & iudici ex actis appareat, probatam eſſe
cauſam aptam, ita quod ex illa cauſa aptè potuiſ-
ſet agi, quod tamen reum non poſſit condemnare,
licet debeat in ſententia actori facultatem agendi
reſeruare.

38 Verum † eo definito, reſtat dubium, An etiam ra-
tione ab initio dictatæ actionis in rem, pro qua etiam
ſatiſdatum eſt iudicatum ſolui, ita procurator vel de-
fenſor, eorumque fideiuſſores, ſi forte in iudicio a-
ctionis in perſonam abſolutio ſequatur, ſint liberati,
vt ad actionem in rem reuerti, & redire non ſit amplius
actori integrum? Et quamuis Vlpianus in dict. l. cum
quærebatur § fin ff. iudicatum ſolui hunc nodum non diſ-
ſoluat, videtur tamen eius reſolutio ſequenti diſtin-
ctione comprehendi.

39 Aut † enim actor ſciens volenſque actionem in rem
prius dictatam omittit, & reo actionem in perſonam
edit, & intendit, quæ tamen aduerſus ipſum non com-
petit hoc caſu, ſi in lite per aliquod temporis ſpacium
perſiſtat ſententiam diffinitiuam expectet, & poſtquã
de victoria deſperauit, ad primæuam rurſus actionem
conuolet, abſurdum videtur ei regreſſum concedere
ad hoc, cui variando renunciandum putauit, l. quod in
in h. rede § eligere. ff. de tribut. action. l. cum filium. §. varie
ff de legatis ſecundo. l. nemo. § quotis. ff. de regul. iuris l. ſi
quis. 11. Cod. de rebus credit & iureiurand Eligens nam-
40 que † inter contraria, vt ſunt actio in rem, & actio in
perſonam, variare non poteſt, vt eſt tex. in l. 4. §. ele-
ganter, & ibi Bald ff. de lege commiſſoria, l. ex ſextante, in
41 princip ff. de exceptione rei iudic. Et præterea † iuris eſt,
ſi quis vna actione de re quadam expertus ſit ab ini-
tio & de eadem re, vel propter eandem rem, poſtea
rurſus experiatur, licet diuerſo genere actionis, quam
inſtituit, quod tamen exceptione rei iudicatæ ſum-
moueri poſſit, l. 3. l. de eadem 6. l ſi quis 7. §. & generali-
ter, l. cum de hoc 28 ff. de excep. rei iudicat. Hottoman.
42 in quæſt illuſtrib. quæſt. 29 in princip. Singulis † enim
controuerſijs ſingulas actiones, vnumque iudicati
finem ſufficere, probabili ratione placuit, ne aliter
modus litium multiplicatus ſummam, atque inexpli-
cabilem faciat difficultatem, maximè ſi diuerſa pro-
43 nuntientur, l. ſingulis. ff. de exceptio. rei iudic. Nec † ob-
ſtat l. vltim. ff. de excep. rei iudica. vbi, qui in rem egit,
nec obtinuit, poſtea nihilominus condicere, hoc eſt,
actionem in perſonam intentare poteſt. Id enim ve-
rum eſt, ſi alia & noua ſit actionis cauſa, non
ſi ſit eadem, & prior, non etiam, ſi actione in
rem ſemel dictata, poſtea moueam actionem in
perſonam, & vbi ea rem conſequi nequeo, actio-
nem propter eandem rem rurſus in rem intendam, dict.
l. cum de hoc. 28. ff. de except. rei iudic. d. l. ſi quis 11. C. de
red. dub.

44 Aut verò † actor ex errore inſtituit actionem in rem,
eiuſque nomine ſibi ſatiſdari curauit, poſtea verò egit
actione in perſonam: hoc caſu, ſi eodem iudicio, co-
gnita veritate, errorem ſuum corrigat, & ad actionem
in rem redeat, puto ei hoc permittendum eſſe, iuxta
diſpoſitionem ſi quis aliud pro alio. & ibi Doctor. Inſtit.
de actionib.

45 Et quanquam † prædicta diſtinctio in vtramque
partem controuerti poteſt, ex ijs, quæ tradunt Cache-
rau deciſ. Pedemont 54. nec non Colerus. in tractat. de
proceſſ. execut. part. 1. capit. 8. num. 21. & multis ſeqq. &
part. 3. cap 5. num. 31. & ſeqq. tamen illa omnia in no-
46 ſtris terminis non loquuntur, Vtcunque enim † con-
ceſſi

cedi poteſt, ſi is, cui plura remedia competunt, vnum
ex illis eligat, quod per hoc non cenſeatur aliis re-
nunciaſſe: *Hottoman. & Colerus ſupra d. locis.* per plu-
47 rima iura ab ipſis allegata. Nihilominus tamen † aliud
dicendum videtur, ſi quis primo vnam actionem eli-
gat, poſtea aliam, & ſi hac victoria conſequi nequeat,
rurſus ad veterem actionem reuertatur. Hæc enim
mera eſt, & inexplicabilis calumnia actoris, qui cum
ſua hac variatione merito à limine iudicii repellitur,
*iuxta l. ſi creditores. ff. de ſeparat. l. vltim. C. de condit. in-
ſert. l. fin in fin. in fin. C. de remiſſ. pign. l. ſi quis argentum 35.
§. vltim verſic. cum enim. C. de donat.* Cur enim primam
actionem non eſt proſecutus, ſi in ea, vel minimam
victoriæ ſpem collatam eſſe, ab initio exiſtimavit?
argumen. l. ſi quis forte 6. ſ. fin. princip. ff. de pœn. Non
48 magis † enim eandem actionem, quam eandem hæ-
reditatem ſæpius, & amplecti & reſpuere licet, *l. vl-
tim. §. vbi autem pueriliſ. C. de bon. quæ liber. cui tamen
iunge. l. ait prætor. 3. reſtituetur. D. de minorib.* Atque hanc
49 ſententiam ego in iudicando, ſi caſus contingeret, ſe-
qui non vererer, aliis tamé meliora ſentientibus libe-
50 rum iudicium relinquens. Quid porrò † iuris ſit, ſi
mutatio contingat ex parte defenſoris, vel actoris,
docent Gaius, & Vlpianus *in l. ſi ante. 7. ff. iudica. ſolu. l.
Iulianus. 11. & ibi* Iaſon. & Coſtallus *ff. qui ſatiſd. cogant.*
Iul. Pacius *centur. 1. conciliat. legal. quæſt. 70.* quos lector
adeat.

§. 27. DE INTERITV REI DEBITÆ.

SVMMARIA.

1 *Interitus naturalis rei debitæ fideiuſſoriam obligatio-
nem extinguit. Modo abſit culpa vel mora debitoris,
vel fideiuſſoris, n. 2. & 3.*

4 *Iure Saxonico fideiuſſor pro ſiſtenda aliqua quadrupe-
de obligatus, liberatur, ſi pellem producat.*

5 *Re animata, vel inanimata per naturalem interitum
extincta, nihilominus ſupereſt actio ratione fru-
ctuum partuum euictionis, & peculii, ideoque lite
adhuc viuente fideiuſſores pro lite dati tenentur, do-
nec res iudicetur.*

6 *Interitus rei naturalis quot modis contingat, ad quem
pertineat, & quando præſumatur, remiſſiuè.*

7 *Debitori eiuſque fideiuſſori regulariter incumbit, vt
rem ſua morte vel caſu fortuito, abſque ſuo facto pe-
riiſſe probent.*

8 *Pecunia fideiuſſori numerata, vel creditori detur, perit
debitori, ſi eam fideiuſſor decoquat, aut facultatibus
labatur, aut furto amittit. Ratio ponitur. num 9. 12.
13. 14.*

10 *Soluens alii, inuito vel ignorante creditore, ab obliga-
tione non liberetur. Declaratur n. 11.*

15 *Caſus fortuitus aliquando excuſat.*

16 *Caſuum fortuitorum periculum fideiuſſores ſuſtinere
non coguntur.*

17 *Furtum inter caſus fortuitos non numeratur, ex ſen-
tentia Hottomani. Ciacii, Iorgnei, & VVeſenbecii:
contradicentibus Ioan. Bonifacio, & al. n. 18.*

19 *Furtum domeſticum non facile præcaueri poteſt.*

20 *Scholaris obligatus alicui mercatori in centum, pro qui-
bus duos fideiuſſores, ſi tradiderit pecuniam vni ex fi-
deiuſſoribus, illum creditor prius excutere neceſſe ha-
bet.*

21 *Creditori perit pecunia, ad mandatum ipſius à debito-
re, vel fideiuſſore per tabellarium creditoris remiſſa.
Et n. 22. & 23.*

24 *Libri ſcholaris abſentis non debent alicui tradi, ſine
expreſſo eius mandato. Et n. 26.*

Anton. Heringius.

25 *Creditoris mandatum exſpectandum eſt, antequam
huic, vel illi pecunia perferenda tradatur.
Et num. 27.*

28 *Traditionem pecuniæ ad mandatum creditoris factam
eſſe, ſi ille neget, debitor aut fideiuſſor probare tenen-
tur.*

29 *Debitoris, & fideiuſſoris eſt periculum, ſi illi ſua ſponte
per ſuum tabellarium, aurigam, aut nautam, pecu-
niam creditori traſmittant, eaque pereat, vel furto
ſubtrahatur, reiecta diſtinctione Angeli, Aretini.
Quod ampliatur, num 30. Proceditque de iure tam
Saxonico num. 31. quam Lubecenſi, num. 32. & in iure
prouinciali VVertenbergenſi, num. 34. Declaratur
autem rurſus num. 33.*

35 *Falſo procuratori, quaſi verò creditoris procuratori, ſi
debitor, vel fideiuſſor pecuniam ſoluant, an liberen-
tur, diſcutitur præſertim n. 40. 41. 42.*

36 *Falſus procurator quis. Et n. 38.*

37 *Falſus tutor falſum teſtamentum, falſus medius quis.*

39 *Falſus creditor eſt, qui ſe ſimulat eſſe creditorem.*

43 *Vero procuratori vel negotiorum geſtori creditoris ſol-
uens an liberetur, remiſſiuè.*

44 *Depoſitario pecuniam depoſitam decoquente, an peri-
culum ſit creditoris vel debitoris, remiſſiuè ex Anto-
nio de Gamma.*

1 VIGESIMOSEPTIMO † tolli vel finiri dici po-
teſt obligatio fideiuſſoria, propter INTERI-
TVM REI DEBITAE, pro qua fideiuſſor interue-
nit; *l. hi qui acceſſiones. in fin. ff. de fideiuſſoribus.* Si enim
† hic interitus ſine culpa & mora debitoris, & fide-
iuſſoris interueniente, naturaliter contingat, obliga-
tio omnino ſoluitur, *l. penult. ff. de ſolutionibus. l. ſi ex
legati 23. cum ſeq. ff. de verborum obligationib. l. 5. §. quod
vero ſenectute l. in rebus. in princip. ff. commodati. facit
tradita per Menochium in conſ. 212. num. 25. 26. 27. & 28.*
3 *& in conſ. 245. num. 4. & ſeqq. vol. 1.* Secus † autem eſt, ſi
vel mora, vel culpa interitum præcedat, hæc enim vt
debitorem, *l. nemo. 82. § 1 ff. de verbor. obligationibus, l.
quod te ff. ſi certum petat.* Ita & fideiuſſorem onerat, *l.
mora. § vlt. ff. de vſur. l. cum filiusfamil. ac ff. de verbor. ob-
ligationib.* Quanquam infra ſuo loco *cap 24.* latius ex-
plicandum reſtat, quatenus mora rei noceat fideiuſſo-
4 ri, & econtra. Et † quod per interitum rei debitæ fi-
deiuſſor liberetur, id etiam probat ius Saxonicum.
Conducens equum, vel aliud iumentum ſi in itinere
moriatur: ob ſuperueniens malum ſi qui fuit fide-
iuſſor pellem domino præſentet à fideiuſſione libe-
ratus eſt, &c. & in conſtit. lib. 3. art 11. verſic. in iu-
ſtitia.

5 Cæterum, quod ſupra dixi, propter † interitum rei
ſine culpa debitoris, vel fideiuſſoris contingentem,
obligationem naturaliter ſolui, id verum eſt, quando
ipſam rem, ſiue ea animata ſit, ſiue inanimata; homi-
ne enim ſua morte defuncto, lis etiam eius reſpectu
eſt mortua: at reſpectu fructuum partuum, euictionis,
& peculii, adhuc neceſſaria eſt ſententia, ideoque lite
adhuc viuente fideiuſſores pro lite dati tenentur, do-
nec res iudicetur *l. ſi ſeruus. 11. D. iudicat. ſolui. l. vſque.
16. D. de rei vindicat. l. ſi homo. 9. D. de re iudicat. l. penult.
C. ſi pend. app. mors interuen. Cuiac. libro 21. obſeruat.
cap 25.*

6 Quot vero modis res intereat, item, ad quem natu-
ralis rei interitus poſt moram accidens pertineat, v-
trum ad actorem, vel an ad reum, & quando præſuma-
tur, quod reus eodem modo apud ipſum creditorem
periiſſet, alterius loci eſt diſputatio, & videndi hac de
re Franc. Duar. *ad tit. C. de fit. cap. 3.* Cuiac. *ad l. ſi ex le-
gati. 23. D. de verb. oblig.* Hottom. *in quæſt. illuſtr. quæſt*

30. Robert. *lib.1.ſentent. cap.23.* idem Cuiac. *in tract.5. ad Africa mihi pag.* 213. 214. 215. Menoch. *de præſumpt. lib.3.præſumpt.*138

7 Quibus † ſaltem hoc ſubjicio, ſi inter creditorem,
& debitorem fideiuſſoremque lis oriatur ſuper rei interitu, debitori eiuſque fideiuſſori regulariter incumbere, vt rem ſua morte, vel caſu fortuito, abſque ſuo facto periiſſe probent, *l. ſi creditor. C.de pignorat. act.* vbi Doctor. Crauet.*conſ.*8.*num.*17.*vol.*1. VVeſenbec. *conſ.*36.*lib.*1. Fraociſc. Burtat.*conſ.*197.*lib.*2. Ioſeph. Maſcard. *de probat. conſ.*272. & pulcherrima Hart. Piſtor. *in quæſt.*18.*per tot.* atque io terminis iuris Saxonici *tex. eſt clarus lib.3. artic.5.in fin.*

Antequam autem ad ſequentia tranſeo, lubet hic examinare illam quæſtionem, quæ fortaſſis contingere poteſt, quamque ipſemet in facto habui 26. *Auguſti,*
8 *Anno,&c.*97. Finge enim. Debitorem † tradidiſſe pecuoiam, debitam fideiuſſori, ad hoc, vt is creditori ſolueret, ſed fideiuſſorem vel decoxiſſe, aut facultatibus lapſum creditori oon ſoluiſſe, vel etiam pecuniam ei furto ſublatam eſſe, an adhuc creditor pecuniam debitam à reo petere poterit, ſi fideiuſſor noo ſit ſoluendo? Et vt pauciſſimis hanc quæſtionem abſoluam, dicendum arbitror, debitorem nequaquam liberatum, ſed creditori integrum eſſe, eandem pecuniam
9 adhuc à debitore petere: quia † enim manifeſti iuris eſt, fideiuſſore ad inopiam vergente, nihilominus debitorem obligatum manere, *l. ſi arbitro.§.1. D. qui ſatiſd. cogant. l.3.§ vlt. & l.4.D. vt poſſeſſ. legat.* non eſt, quod debitor periculum pecuniæ conſumptæ vel deperditæ à ſe in creditorem deriuet, ſed potius ſibi acceptum ferre debet, qui fideiuſſorem elegerit, & non potius ipſe creditori ſuo ſoluerit, *arg. d l.3. §.vlt. D.vt in poſſeſſ. legat. l.*10. *§.*1. *verſic.ſi vero ipſe. cum l.ſeq.D.*
10 *commodati.* Quid enim clarius eſt, quam † eum, qui inuito vel ignorante creditore ſoluit alii, ab obliga-
11 tione non liberari? *l.inuito.C.de ſolution.* Exceptis † caſibus, quos notat Menoch *de arbit. iudic.quæſt. caſu.*137.
12 Hinc † præclare Vlpianus reſpondit *in l. ſi vero 9. dedi ff.mandati.* Si dederim tibi pecuniam, vt creditori meo ſolueres, tuque non feceris, quod præſtare mihi debeas vſuras, quo caſu, & à me creditor pecuniā
13 debitam cum vſuris ſit recepturus. Et ad † eundem modum Paulus ſcribit *in l ſi mandauero.*22.*§ ſi tibi centum ff mandati.* Si tibi centum dedero, vt ea Titio dares, tuque non dederis, ſed conſumpſeris, & mandati
14 & furti te teneri. Et furti † non immerito, cum totam pecuniam coosumpſeris: nam & is, cui perferenda pecunia data eſt, ſi parua quantitate numerata, reliquum in vſus ſuos conuertit, furtum facit, & furti actione conueniri poteſt, *l.ſi is cui.*7.*C.de furtis.ſ.eu l ſi ſibi dederim.D.de donationibus.*

Nec ad rem pertinet, neque etiam debitorem excuſat, ſi pecuniam debitam, & fideiuſſori traditam
15 furto ei ſublatam eſſe, conqueratur Vtcunque † enim caſus fortuitus aliquando excuſat, *l.quæ fortuitis. C.de pignor.act.l.tutoribus.C.de pericul.tut. l.2.§ ſi ex D. de adminiſt. rer. ad ciuit. pert. l.contractus.23. D.de regul. iur.*
16 *cum ſimil.* in tantum, † vt, fideiuſſores nullo periculo ex fortuitis caſibus proueniente offendi, commune ponat Alex. *in conſ.*315. *col.vlt. lib.*2. quem ſequitur Eman Soarez. *in commun. opin. lit.F. num.*170. & di-
17 cam infra *cap.* 24. *num.*210. Furtum tamen † inter caſus fortuitos non numeratur, cum id noſtræ culpæ potius ſit acceptum ferendum, & diligenti patrifamilias raro fiat, *ad tit.D.commodati.* Cuiac.*lib* 19.*obſeruat. c.*12. *& ad African.tract.*8. *mihi pag.*424. Ioan Igneus *in d.l. contractus. num.*20. VVeſenb *conſ.*36. *num.*29.
18 *part.*1. (quibus tamen † contradicunt Ioan. Bonifac. *in tract de fur. §. vel etiam vſus eius. num.*53. & plures alii relati à Daniele Mollero *in comment. ad conſtit. Sa-*
19 *xon.conſtit* 41.*nu* 21 *part.*4.) præterquam † ſi ſit furtum doroeſticum, quod non ita facile præcaueri poteſt, Roman. *conſ.*195.*num.*4 *per gloſſ.in l.*1.*C.depoſit.* Duaren *ad tit.C.commodati.cap.*8. Gribald. Mopha. *in com. opin. verb.furtum.* Sebaſt. Medices. *de caſibus fortuit.part.*1. *quæſt.*13.*n.*18.

20 Non † obſtat etiam prædictis deciſio Bartholomæi Blareri. *in repetit. l.diffamari. cap.*2. *num.*23 *verſic. ſicut ex ſupra. mihi pag* 83 *C.de ingenuis manumiſſis.* vbi dicit: Si ſcholaris obligatus alicui mercatori in centum pro quibus duos dederat fideiuſſores, tradidit pecuniam vni ex fideiuſſoribus, vel poſt receſſum miſit illi, quod creditor alium fideiuſſorem conuenire nequeat, antequam primum excuſſerit: nam illhæc potius diſparata ſunt, quam contraria repugnantia, vt lector facile percipiet ex iis, quæ adferre conſtitui infra *cap.*27. *par.*1.

21 Quid autem dicemus, ſi creditor † ad debitorem vel fideiuſſorem literas vna cum tabellario ſuo emiſerit, eique pecuniam debitam perferendam dare iuſſerit, qui deinde in itinere intercipiatur, & ſic pecunia, dum refertur, pereat, creditoris ne an debitoris hoc erit periculum? Et magis eſt, vt ſit creditoris ſiquidem is mandauit, per quam debitor remitter, qui alias remiſſurus non fuiſſet, *l.eum qui.§.*1.*verſic ſed etſi.l.ſi me.*12.*§* 1 *D.commodati. l.nihil.C.de*
22 *ſolutionib.* Quanquam † aliud eſt, ſi creditor tantum commonendi cauſa ad debitorem vel fideiuſſorem nuntium ablegauerit, nec mandatum dederit, vt pecuniam ſecum perferret, tunc enim pecunia perferenda data perit debitori, & fideiuſſori, *d.l.ſi mei.*12 *§* 1.

23 Et hoc † eſt, quod ſcribit Petrus de Vbaldis *in trac de duob.fratrib.in* 8.*part.princ.num.*36. ſi creditor debitori ſcripſerit, vt pecuniam debitam mitteret, iſque fide digno viro dederit, qui tamen non tradiderit, quod debitor nequaquam ſit liberatus.

Cui concordat, quod alibi ab interpretibus tradi-
24 tum eſt, libros † ſcholaris abſentis non debere alicui tradi ſine expreſſo eius mandato, etiamſi alter cautionem præſtare velit. Alberic. *in l.qui ita. §.1.in fin.D ad SC.Trebell.* Petrus Rebuff. *in tract. de priuileg ſcholar. priuileg.*114.*n.*1.

25 Cautela † igitur eſt pro debitore, & fideiuſſore, vt ſemper ad euitandum periculum expreſſum creditoris de tradenda huic vel illi pecunia mandatum ex-
26 ſpectent. Sic fieri videmus, ſi † ſcholaris mittat literas depoſitario ſuorum librorum, vt eos mittat, & depoſitarius eos tradat portanti literas, iſque aufugiat, quod depoſitarius non liberetur, quamuis ſecus ſit, ſi ſcripſerit, quod mittere debeat per præſentium latorem. Bald.*conſ.*532. *Franciſcus.vol.*5. Ant.de Butrio *in c. ſignificante.in 2.notab.extr.de pignor.* Cardin. Alexand. *in c.ſignificauit.col.*2.*extr.de appellat.*

27 Hoc amplius meminiſſe velim debitorem, & fideiuſſorem, ſi creditor forte dicat debitori vel fideiuſſori: Trades pecuoiam illi, quem miſero: ne, ſi quis audiens forte talia verba, nomine creditoris poſtea pecuniam poſcat, eandem illi ſtatim tradant. Si enim tradiderint, & pecunia pereat, vel conſumatur, periculum eſt debitoris ac fideiuſſoris, qui abſque ſpeciali mandato tradere non debuerunt, per text. *in l. ſi quis vxori.*52.*§.apud Labeonem. vbi gloſſ.& Bartol.D de furt.* Boer. *deciſ.*281.*num.*6. Petrus Gerard. de Petra Sancta. *ſingul* 87. Bartol. Brixienſ. *in quæſt.de minc.quæſt.*51. Petrus Gilkenius *de præſcript. part.*2. *memb.*1. *cap.*1. *numero* 28.

28 Verum † & hoc excutiendum ſeſe offerit, ſi creditor literas emiſerit, eique per tabularium miſſa ſit pecunia, prout iuſſerat; creditor autem poſtea negat pecuniam ſibi traditam eſſe, quis traditionem probare neceſſe habeat? Et ſane Felin. *in c. cum contingat. extr de offi. delegat.* decidit, nec mandantem, nec nuntium hoc in caſu teſtes eſſe poſſe, quem ſequitur Rebuff. *in d. primil. 104 num 9.* Crederem igitur debitori incumbere, vt traditionem probet, cum, & ſolutionem probare vtique ſemper, ſi eam allegat, neceſſe habeat, *l. vlt. C. de ſolut. l. 1. C. de probat. & dixi ſupra hoc capi e § 1. n. 59. & ſeqq.* quam in defectu aliarum probationum etiam ſolo iuramento probari poſſe, ſupra loco proxime dicto *d. 66. & ſeqq.* oſtendi: & vide text. & gloſſ *Conſt. lib. 1. artic. 6. num. 6. & artic. 65. in verb. inres autem.*

29 Conſequens † eſt, vt videamus, cuius ſit periculum, ſi debitor vel fideiuſſor pro conſequenda liberatione, abſque requiſitione creditoris, per nuntium ſuum, aut aurigam, vel nautam, creditori pecuniam debitam remittant, ſua ſponte, eaque vel pereat, vel intercipiatur? Certè Angel. Aretin. *inter conſilia criminalia Zilletti, conſ. 72 n 7. & ſeqq lib. 2.* diſtinguendum putat, an ad ſpeciem obligatus fuerit debitor, eamque per tabellarium miſerit, an vero ad quantitatem, & ſic ad genus; in priori caſu illum liberari, non autem in poſteriori. Refert Daniel Molletus *in comment. ad conſtit. Saxonicas conſtit. 42. n. 21 part. 4.* aſſerens tamen, hanc quæſtionem altiorem indaginem requirere. Sed quin debitoris vel fideiuſſoris ſit periculum, dubitari non debet; illi enim cui voluerunt, commiſerunt, ideoque merito ſuæ culpæ acceptum ferunt, qui non tam idoneum hominem elegerunt, vt rectè pecunia perferri poſſet. *d l. cum qui. 10. paragraf ho primo. in fin. & l. ſeq. ff. commod.* Si enim intercipiatur nuntius, etiam idoneus, dum mutuo data ad mutuantem portatur, pecunia tandiu eſt periculo debitoris, donec ad creditorem fuerit perlata, *d. cap ſignificante. & ibi Panormit extr. de pignorib.* Bart. *in l. 5. procuratoris. ff. de condit. cauſ. dat.* Angel. *in l ſi finita. §. ſi iam rugrim. ff. de damn. infect. per l. incendium. C. ſi cert. petat.* & faciunt tradita per Hippolyt. *in ſing. 430.* & Anto. de Gamma *deciſio. Luſitan 190.*

30 Nec † refert, ſi fortè ipſe nuntius, nauta, vel auriga pecuniam concreditam furto ſubtrahat, & aufugiat, debitoris enim adhuc eſt periculum, licet nuntius furti teneatur, *d. l ſi in qui. C. de furtis.* & ſecundum Nouellam Electoris Saxoniæ conſtitutionem grauiter puniri poſſit, *41. part. 4 § ſi nuntius.* cui iunge VVeſenbec. *in paratit ff de furt. num. 11.* Corneum *conſil. 318. lib. 4.* Cagnol. *in l. contractus. numer. 52. ff. de regul. iur.* Petr. de Vbald. *in tract. de duobus fratrib. 8. par. princip. num 28. Zobel in glo. ad conſtit. lib. 2. artic. 38. lit. A.* Et ideo iure Saxonico conſtitu. *lib. 3. artic. 40.* ſtatutum

31 † eſt. Si traditæ fuerint pecuniæ ad portandum, & quod eos furetur ſeuere puniendus eſt, &c. quem textum ad hoc alleget Reinhart. *different. Saxon. part. 1. differ. 20.* Colerus *in deciſ. Germania. deciſ. 32.* Vlterius

32 † diſponitur in ſtatutis Lubecenſibus *lib. 4. tit. 1. artic. 7.* tabellariis non eſt fidendum, niſi fuerint publicè à Dom. clericatis conſtituti, qui eligunt viros probos. &c.

33 Limitant † tamen Doctores prædicta, ſi argentum mihi commodatum (pro quo vtique, & fideiuſſor interuenire poteſt, *l. 3. ff. de fideiuſſorib.*) per ſeruum communi exiſtimatione fidelem remittam, quamuis enim ſeruus iſte cum argento aufugerit, vel interceptum fuerit in itinere, non tamen ego tenebar, *l. argentum,*

Antonius Heringius.

D. commodati. Cæpolla *cautela 75.* Bartholo. de Capua *ſingu.* & poſt Blad. Roman Paul. de Caſtro, Claud. de Seyſell. Barbat. Felin. Alexand. Iaſon. & Decium tradidit Gagnol. *in d. l. contract. numero trigeſimo ſecundo. D. de reg. iur. & facit l. à bona fidei. 21. in princ. D. de rei vindic.*

34 Eò etiam † ſpectat deciſio ordinat. Vittember. ſi aliquis per ſeruum mittat pecunias, & ſi in itinere à latronibus captus pecunia ſit futura, vel ipſe fugiat, qui miſit, amplius non tenetur, neque fideiuſſor, dummodo creditor, ſic poſtulauerit, &c.

Reſtat ſaltem illud explicatione etiam non indi-
35 gnum quid iuris ſit, ſi debitor † vel fideiuſſor falſo procuratori pecuniam debitam ſoluant, eaque vel pereat, vel intercipiatur, vel conſumatur. Non autem
36 † falſus procurator mihi hic ſimpliciter eſt, qui procurator non eſt, qui mandatum non habet, vt
37 † alibi falſus tutor, falſum teſtamentum, falſus modius dicitur, *l. Paulus 221 D de verbor ſignificat.* Hortomann. *in quaſt illuſtr. quæſt. 17 mih pag. 105.* & falſus emptor *in l. 4 § cum igitur. D. de in diem adie ct.* cum inter verum & falſum procuratorem, ſi procurator medius, non verus, aut non falſus: Sed falſum
38 procuratorem voco, qui ſimulat, fingit, adſeuerat falſa, qui mentitur, ſe eſſe procuratorem alterius. *l ſi is qui 75. D. de furt. l. ſi quis ſeruo 18. D. de ſolutionib.* vt
39 † & falſus creditor eſt, qui ſe ſimulat eſſe creditorem, *l. falſus. 43. D. de furt.* & ita falſum procuratorem eleganter definit Papin. *in l. ſi vend. dero 9. falſus D. de furt.*

40 Quod ſi igitur † debitor tali falſo procuratori ſoluerit pecuniam, fortè obſignatam vel obſeruatam, vt eam ipſam pecuniam perferret ad creditorem, nec reſeraret loculos, & ipſe eam interceperit, auerterit, retinuerit, lucrandi animo procul dubio furtum facit, nec pecunia eius fit, *d l falſus. 43 §. 1. D. de furt.* An verò liberatum dicemus debitorem, vel fideiuſſorem? Sanè, ſi falſus procurator perperam, hoc eſt, per fraudem, & dolo malo pecuniam nomine creditoris acceperit, & ſic furtum fecerit eius pecuniæ, nec creditor ratum habuerit, quus is geſſit, debitor non liberatur ipſo iure: ideoque falſus procurator omnino tenetur debitori actione furti, nec m nifeſti in duplum & condictione furtiua, *l. falſus. C. de furtis.* Cæterum ſi debitor conueniatur à creditore, poteſt liberari exce-
41 ptione doli mali, ſi modo paratus ſit actori † cedere furtiuam condictionem aduerſus falſum procuratorem, *l. cum quis 38 § 1. D. de ſolutionib. pulchrè Cuiac. ad African. tract. 7. pag. 382. & 383.*

42 Quod ſi † creditor ratum habuerit, quod falſus procurator geſſit, ille quidem non tenetur furtiua condictione debitori, ſed liberatur; quia & ipſe debitor liberatus eſt; *l. ſi vero dedero. § ſi Titius. verſic. quod ſi pecunia. D. de furtis.* Si autem ratum non habuerit, debitor non liberatur, *l. creditoris. C. de condict. indeb. l. ſi procurator. D. de condict. cauſ. dat.*

43 Quatenus † autem debitor vero procuratori creditoris, vel negotium geſtori ſoluens, liberetur, vide *l pupilli. § ſi quis pecuniam. l ſi ego. 24 D. de negot. geſt. l. vero 12 § ſi quis offerenti. D. de ſolutionibus.* Item, an, ſi
44 † depoſitarius pecuniam depoſitam decoxerit, periculum ſit creditoris vel debitoris, pertractat Anton. de Gamma *deciſio. Luſitana 189.* pro debitore ibi in illa facti ſpecie concludens, quam lector adeat; nam illa omnia huc coaceruare non eſt neceſſe, nec mei propoſiti.

§. 28. DE DONATIONE CREDITORIS.

SVMMARIA.

1 *Donata vel remiſſa per creditorem actione ex ſtipulatu, fideiuſſori liberatio contingit.*
2 *Remiſſio donationi æquiparatur.*
3 *Donatio æque debito liberat, atque ſolutio.*
4 *Inſtrumento obligationis donato, res in eo contenta donata cenſentur.*
5 *Chirographum non ex tabulis, cera, membranaue, ſed ex iure, & poteſtate æſtimatur, vt nummus.*
6 *Inſtrumentum incidens, vel cancellans inducit retraditionem in primum tradentem.*
7 *Inſtrumentum donationis pœnitentia ductus ſubtrahens, & comburens, perfectam donationem non irritat.*

1 VIGESIMOOCTAVO † tollitur obligatio fideiuſſoria, & fideiuſſor liberatur per DONATIONEM CREDITORIS, puta, ſi creditor principaliter donando, vel etiam remunerandi cauſa, fideiuſſori actionem ex ſtipulatu remittat, *l. idemque 10 § vltim. cum ll. ſeq. & l ſi vero.12. in princip. ff. mandati. Hippolyt. in Rubr. de fideiuſſorib. numero 312.*
2 Donatio enim (cui & † remiſſio æquiparatur, *l. ſi quis 12. D. de nouationib. l. ſed ſi vnus 17. § planè ſi præſens. ff. de iniuriis VVeſenbec. in paratit. ff. de donationib.*
3 *num.2.* æque debito liberat, † atque ſolutio, *l.4. §.1 ff. de peculio l. ſi maiores, 25. l. cum donationis, 34. C. de tranſactio. l. cum hic ſtatus. §. ſi autem res fuit. ff de donat. inter vir & vxor.*
4 Quod proculdubio † fortius procedat, ſi creditor fideiuſſori ſimul donauerit, & tradiderit inſtrumentum obligationis. Etſi namque, vt Cicero *in Topic. & ibid.* Seuerinus Boetius in commentar. *lib.2.* mihi pag. 780. loquuntur, multum differt, in arca ne poſitum ſit argentum, an in tabulis debeatur, ſiquidem pecunia, quæ in arca eſt poſita, iuris eſt noſtri, in nominibus vero debita, iuris non eſt noſtri, cum quod mutuum datur, ex meo fiat accipientis, atque ideo non cogatur eandem ipſam pecuniam debitor reſtituere creditori, ſed aliam tantam in nominibus vero debita pecunia ſaltem, quoad qualitatem poſſeſſionis ſit iuris noſtri, & non modis omnibus aliena: attamen in hoc propoſito liberationis non ſolum creditor fideiuſſorem per donationem, & traditionem inſtrumenti obligationis omnino liberaſſe, *l. Labeo. §. 1. ff. de pactis. l. creditorem. C. de remiſſ. pign.* ſed & res ipſas in eo contentas actioneſque competentes ei donaſſe cenſetur, *l. ſeruum filii. §. cum quis ff. de legat. 1. l. qui chirographum. 59. ff. de legat. 3. l. ſi prædiorum. C. ad legem Falcidiam. l. 1. C. de donationibus.* Benuenut. Stracha *in tract. de adiecto in 8. quæſt. mihi pag. 741.* Couarru. *lib. 3. reſolut. cap. 16. num. 12* Gail. *lib. 2. obſeruat. 37. num. 10.* Auguſt. Morla *in emporio iuris, par. 1, tit. 11. quæſt. 8. num. 8. verſic quod*
5 *ſi ego.* Non † enim chirographum ex materia, hoc eſt, tabulis, cera, membranavè, ſed ex iure, & poteſtate æſtimatur, vt, & nummus, Franciſ. Hottoman. *in*
6 *quæſt. illuſtr. quæſt. 15. mihi pag. 93.* Et ideo † etiam Ludouicus Roman. *in ſingul. ſuo 336. incip. per traditionem inſtrumenti. poſt gloſſ. magnam in l. ab emptione. ff. de pactis. & Bald. in proœmio feudor. colum. 6.* dicit: Si incidam, vel cancellam inſtrumentum mihi ita traditum, quod per hoc inducatur retraditio, in primum tradentem: ſecus † tamen eſſet, ſi ipſe creditor pœnitentia ductus ſubtracta inſtrumenta donationis igne exureret; per hoc enim perfecta donatio non irritaretur, *l. 2. C. de reuoc. donat.*

§. 26. DE MATRIMONIO INTERVENIENTE.

SVMMARIA.

1 *Fideiuſſor ab obligatione fideiuſſoria liberatur, ſi forte ei vxor doti promiſerit, quod ei ex cauſa fideiuſſoria ante contractum matrimonium debebat. Declaratur num. 3. & 4.*
2 *Maritus nuptiis ſecutis dotis eſt dominus.*

1 VIGESIMONONO † fideiuſſor ab obligatione fideiuſſoria liberatur, ſi forte ipſi vxor doti promiſerit, quod ei ex cauſa fideiuſſoria ante contractum matrimonium debebat, *l. Iulianus ff mandati.*
2 Quia enim † nuptiis ſecutis maritus dotis promiſſæ dominus eſſe incipit, & ſic omnia iura in ipſum transferuntur, *l. dotis. ff. ſolut. matr. l. dote ancillam. l. ſi prædium. C. de rei vindicat.* Anton. Guibertus *de dotib. cap. 5. per tot.* ſiquidem mulier ſeipſam, & omnia ſua marito committit, *l. aſſiduis. C qui pot. in pign. habent. l. hac lege. C. de pact. conuent.* ideo maritus ſibiipſi amplius debere non poteſt, argumento eorum, quæ in medium prolata ſunt *ſupra cap. 7. in prin.* Sed ipſo marito fideiuſſore totaliter ad obligatione
3 † liberato, reus ſiue debitor principalis nihilominus obligatus manet, *d. l. Iulianus. 47. ff. mandati.* Quin-
4 etiam, licet † maritus hac ratione ab obligatione, & actione ex ſtipulatu, ratione præſtitæ fideiuſſionis, liberatur, tamen ab actione ex ſtipulatu, quæ de dotibus exigendis proponitur, non eximitur, ſi res ad illum caſum deueniat.

§. 30. DE FVRORE.

SVMMARIA.

1 *Furor in perſona fideiuſſoris ſuperueniens, obligationem fideiuſſoriam non extinguit. Et n. 4.*
2 *Curator vnius ſocii furioſi licentiam habet, diſſoluere ſocietatem furioſi.*
3 *Nuptiæ propter ſuperuenientem furorem non diſſoluuntur.*
5 *Furioſi mortuis comparantur.*
6 *Furor ſuperueniens nullum negotium recte geſtum perimit.*
7 *Negotium, cum incidit illum caſum, à quo non poterat incipere, & conſiſtere, reſoluitur, & extinguitur. Quod tamen declaratur, vt n. 8.*
9 *Utiliter ſemel conſtituta durant, licet caſus ille euenerit, à quo initium capere non potuerunt.*

1 TREGESIMO in diſcuſſionem venit, † ſi forte fideiuſſor in furorem incidat, an per hoc
2 ab obligatione ſua ſit liberatus? Et de duobus † vel pluribus ſocii quidem reſcriptum eſt, curatorem vnius ſocii furioſi, ſi maluerit, licentiam habere diſſoluere ſocietatem furioſi, *l. vlt. C. pro ſocio.* Quem-
3 admodum † etiam nuptias propter furorem diſſolui, ſi ita ſit ferox, ita pernitioſus, vt nulla ſanitatis ſpes ſuperſit, voluerunt Iulianus *in l. 4. ff. de diuort.* & Vlpianus *in l. ſi cum 22. §. ſi maritus. D. ſolut. matri.* nec non Imp. Leo *in Nouell. 111. & 112.* licet eorum ſententiam docte refutent. Beza *in tract.*

de

*de diuort. pag.*252. & Alberic. Gentilis *in tract. de nupt.*
4 *lib.6.cap.*18. Verum de † fideiuſſore furioſo id nuſquam
in iure eſt expreſſum. Si enim, ne mors quidem fide-
iuſſorem ab effectu obligationis fideiuſſoriæ liberare
poteſt, vt ſupra docui: multo minus furor ſuperue-
niens ipſum ab effectu obligationis fideiuſſoriæ li-
5 berabit, non ſolum, quia † furioſi mortuis comparan-
tur à Bald. *in l. humanitatis, col.4. C. de impuber. & aliis
ſubſtit.* Hippol. de Marſil. *in l.1, in princip. nu.57. C. ad l.*
6 *Cornel. de ſicar.* verum etiam, quia † furor ſuperueniens
nullum negotium rectè geſtum perimit, vt probaui
ſupra *cap. 5. n.364.* & exemplis demonſtratur ab Albe-
ric Gentil. *d. c.19. in princip.*

7 Nec obſtat, quod † cum negotium incidit in eum
caſum, à quo non potuiſſet incipere, & conſiſtere,
reſoluatur & extinguatur, *l. exiſtimo 98. ff. de ver-
bor. obligat.* In furioſi autem perſona ne quidem ini-
tio obligatio fideiuſſoria conſiſtat, vt ſupra *capite
ſeptimo. numero* 11. *& ſeq.* oſtenſum: quia reſponde-
8 tur, prædictam † ex quorundam Iureconſultorum
opinione depromptam regulam non in omnibus ve-
ram eſſe, *l. pluribus. § ſi placeat, ff. de verbor. obligat.*
quidam Iuriſconſ. *in labyrintho ſexdecim legum. numer.*
9 155. Quin † potius non eſt nouum, vt quæ ſemel vti-
liter conſtituta ſunt, durent, licet ille caſus (præſer-
tim abſque culpa, & facto vnius contrahentium) ex-
titerit, a quo initium capere non potuerunt, *in l. am-
biguum, 85. § 1. vbi Decius, Cagnol. & Petr. Faber. ff. de re-
gul. iur. cap. factum legitime. & ibi Dynus, ac Petr. Pickius
de regul. iur. in 6. textus in l. ſancimus. verſic. non enim de-
bet. C. de adminiſtr. tutor.* Corraſius *in l. pro parte, num 9.
ff. ad ſeruitutib.* Hippolyt. *in l. 1. num. 580. ff. de offic. eius,
cui mandat. eſt iuriſdictio.* Vincent. Carocius *decis.* 58.
num. 2. Petrus Gilkenius *de præſcriptio. par. 2. lib. 2.
cap. 8. num. 9.* In ſpecie verò caſus ſuperueniens, & in
perſonam cadens non vitiat actum, etſi initio impe-
diret *l. parte furioſo. ff. de his, qui ſunt ſui, vel alien. iur.* An-
ton. Pichard. Vinueſa *ad ſu. inſtitu. de inutil. ſtipulat. §.
idem iuris. nu.*53. plura vide apud Ioan. Goddæum *de
contrah. ſtipulat. cap. 12. concluſ. 7.*

§. 31. DE FINITIONE OFFICII.

SVMMARIA.

1 *Officii finitione num fideiuſſoria obligatio finiatur expli-
catur adhibita diſtinctione, num. 2. 5. &* 8.
3 *Negotiorum geſtori propria voluntas administrationis
finem facit.*
4 *Tutor vel curator, qui ſe nomine pupilli vel minoris
quaſi fideiuſſores ſubſcripſerunt, ab obligatione ſe per
depoſitionem officii non poſſunt eximere.*
6 *Officio durante tenetur adminiſtrator, eo vero finito, libe-
ratur.*
7 *Fideiuſſor tutoris non tenetur de geſtis per tutorem fini-
ta tutela.*
9 *Adminiſtratores, vel officiales, qui pro pecunia ciui-
tati mutuo data fideiuſſerunt, obligantur ſoli durante
officio.*
10 *Imo, & eo finito.*
11 *Officiales, qui fideiubent publico, ex ſua obligatione te-
nentur, etiam finito officio.*

1 TRIGESIMOPRIMO † explicatione non
indigna eſt quæſtio, an fideiuſſor in officio exſi-
ſtens, finito officio, liberetur ab ea obligatione, & fi-
deiuſſione, quam durante officio præſtitit? Et ne lon-
Antonius Heringius.

gis in re clara vtar ambagibus, pro reſolutione eius
2 ſic diſtinguendum puto: aut † officialis ſuo nomine,
& ob priuatam vtilitatem fideiuſſit, & dubium nul-
lum eſt, quin ex contractu ſuo, etiam depoſito vel fi-
nito officio, adhuc efficaciter teneatur, alioquin enim
in eius poteſtate eſſet, ſe quandocunque ab obligatio-
ne liberare, atque illum, qui cum ipſo contraxerat,
hoc prætextu circumſcribere, & decipere, *contra l. ſed
ſi pupillus. § conductio. ff. de inſt. tutoria. l. 1. § magiſtrum ff. de
exercit. atque ea, quæ dixi ſupra cap 7. numero 270. &
3 ſeqq. & capite octauo. ad finem.* Etſi namque † negotio-
rum geſtori propria voluntas adminiſtrationis finem
facit. *l. tutori. C. de negot. geſt.* tamen in fideiuſſore ſe-
cus eſt, qui ſua ſola voluntate, puta per depoſitionem
vel finem officii, ſe obligatione eximere nequit. vt
4 † nec tutor, vel curator, qui ſe non nomine pupilli
vel minoris quaſi fideiuſſores ſubſcripſerunt, *l. ſi non
ſubſcripſiſſet. 15. C. de adminiſtr. tutor.*
5 Aut † verò magiſtratus, ſiue officialis pro ciuitate,
mutuam pecuniam accipiente, quæ etiam in eius vti-
litatem probabiliter ſit conuerſa, fideiuſſit, & hoc ca-
ſu non tantum ipſa ciuitas ex contractu mutui tenetur,
l. ciuitas & ibi Doctores. ff. ſi cert. pet. verum etiam ipſe
adminiſtrator, vel officialis proprio nomine, maximè
ſi fideiuſſit, obligatur: ita tradit Bartol. *numero nono. in
d. l. ciuitas.* quem ſequitur poſt Paulum de Caſtro, A-
lexandrum, & Iaſonem *ibid.* communem hanc eſſe
Doctorum ſententiam aſſerens Andreas Alciat. *ibid.*
& probat Hartman. Piſtor. *part. 1. quæſtione trigeſima
ſeptima. num.* 52.
6 Cæterum † illud intelligendum eſt, vt durante ſal-
tem officio adminiſtrator teneatur, finito vero officio
liberetur. Cum enim officium magiſtratus neceſſa-
rium magis, quam voluntarium reputetur, non eſſet
æquum vlterius eum obligari, *l. prior, alias eſt l. cur. te-
res. §. in eum. & ibi Cuiac. in commentar. ff. de adminiſtra.
rer. ad ciuitat. pertinent. l. munerum. §. defenſores. ff de mu-
nerib. & honorib.* Paul. de Caſtro, Alexand. & Alciat. *in
d. l. ciuitas.* Hartman. Piſtoris *d. numer 52. textus elegans
in l. Lucius. ff. de adminiſtr. tutorum* vbi probatur, quod
7 † fideiuſſor tutoris non tenetur de geſtis per tutorem,
finita tutela.
8 Aut † verò ciuitati pecunia eſt mutuò data, ſed
tamen nullo modo verſa in vtilitatem ciuitatis, hoc
caſu adminiſtratores vel officiales, qui pro illa pecu-
nia fideiuſſerunt, ſoli ex mutuo tenentur *d. l. ciuitas.*
9 alioquin † enim is, qui fidem adminiſtratoris ſecutus,
pecuniam mutuo dedit, manifeſtam rei ſuæ iacturam
ſubiret, contra æquitatem legis, *ſi me & titium. ff. ſi
certum petatur. l. ſi abſentis. C. eodem.* Eſtque hoc adeo
10 verum, vt † adminiſtrator non ſolum durante officio,
ſed etiam eo finito teneatur, ne, ſi neminem habeat
obligatum, creditor in damno intelligatur. Ita do-
cet Alexander *in dicta l. ciuitas. colum.* 2. ibidem Al-
ciatus, nec non Hartmannus Piſtoris *modo dicta quæ-
ſtione trigeſima ſeptima, numero ſexageſimo quinto, & ſe-
xageſimoſexto.* Et ſic intelligo etiam Menochium *in
conſilio quinquageſimo octauo. Scio. numero quinquage-
ſimo ſeptimo. volum. 1.* ac VVeſenbec. *conſilio 53. numero
trigeſimo primo. parte ſecunda.* dum aſtruunt, Officiales,
11 qui † fideiubent publico, ſua ex obligatione teneri,
etiam finito officio.

§. 32. DE INIMICITIIS.

SVMMARIA.

1 *Inimicitiis capitalibus inter creditorem, debitorem, ac fideiuſſorem, aut etiam debitorem, ac fideiuſſorem exorientibus, non tamen finitur obligatio fideiuſſoria. Et n.3. & 8.*

2 *Inimicitiæ multa, quæ ab initio conſtiterunt, ex poſt facto euertunt.*

4 *Bellum non efficit, quo minus debitor creditori, etiam hoſti facto ſoluat.*

5 *Bellum omnium immanitatum epitome quadam eſt, ac farrago.*

6 *Fridericus Dux Auſtriæ Marchionibus Brandenburgenſibus hoſtib. factis, pecuniam ſoluit, quam debebat.*

7 *Spoliatus bonis ſuis, belli cauſa, inſolidum à creditoribus conueniri non poteſt.*

9 *Inimiciarum capitalium excuſatio fideiuſſorem, reſpectu debitoris à mandato liberat.*

10 *Odofredi quædam diſtinctio taxatur.*

11 *Inimicum ſuum capitalem nemo præſumitur idonee defenſurus.*

12 *Mandatum quatenus ipſo iure reuocetur ob mutationem ſtatus in perſonam mandantis, vel mandatarii remiſſiuè.*

1 TRIGESIMOSECVNDO, † explicandum eſt, Num propter ſuperuenientes inimicitias capitales inter creditorem, & debitorem, ac fideiuſſorem, vel inter debitorem, & fideiuſſorem, fideiuſſor ab obligatione fideiuſſoria liberetur, quam quidem quæſtionem attingunt etiam Hippolytus *in Rubrica de fideiuſſoribus. numero 216.* Item Socinus *in fallent. regul. regula 191. verſicul. ſeptimo fallit. mihi, pagina 401.* & Ioannes Andreas *in additionibus ad ſpeculatorem. titul. de in iudiciis. §. ſpecialiq. numero ter-*
2 *tio. in fine ad verſic. ſi pro ea.* dubium non † eſt, quin propter interuenientes capitales inimicitias multa, quæ ab initio conſtiterunt, ex facto intercidant, & finiatur, & vt annotauit Ioannes Andreas *dicto loco.* aliquod textibus iuris ibi in medium allatis, quibus etiam addi poſſunt *l. 4. D. de teſtament. tut. l. octaua. D.*
3 *confirmation. tutorum.* Cæterum nuſquam † in libris noſtris legitur, ſi inter creditorem, & debitorem, eiuſque fideiuſſorem, forte capitales inimicitiæ exoriantur, propter debitorem, & fideiuſſorem à ſua promiſſione, & obligatione liberatos eſſe, ſic enim in poteſtate debitoris, & fideiuſſoris eſſet, in magnum præiudicium creditoris, ſe pro libitu ab obligatione liberare, ſi quidem alias quoque mutuum dando inimicos nobis emimus, amicos vendimus, vt ait Plautus *in Trinummo. facit text. in l. ne in poteſtate. & in l. ſi quis rem. ff. de arbitris. Muſtatell. in pract. fideiuſſ. part. 2. quæſt. 4. n. 6.*

4 Atque ideò fieri videmus, vt † ne quidem propter
5 iuſtum bellum ſuperueniens (quanquam † illud ipſum reuera omnium immanitatum, omnium ſcelerum, quæ toto orbe à quibuſuis feris committuntur, epitome eſt ac farrago) debitor liberetur, quo minus teneatur creditori ſuo, nunc hoſti facto, debitum ſoluere, prout reſpondit Aymo Crauetta *conſilio 6. numero 97.*
6 *libro primo.* Cuius † rei viuum exemplum præbuit Fridericus Dux Auſtriæ, Alberti Cæſaris filius. Hic enim commiſſurus prælium aduerſus Ludouicum Bauarum, quo cum de imperio contendebat, quamuis accepiſſet Marchiones Brandeburgenſes, cum hoſtibus ſentire, his tamen promiſſam ante pecuniam numerauerit, alienam fidem accuſari, quam ſuam malens, teſte Æneа Syluio *libro tertio comment. in Panormitan.* Nec obſtat, quod nonnulli ſentiant, ſpo-
7 liatum bonis † ſuis cauſa, in ſolidum à creditoribus conuenire non poſſe, Ioann. Faber. Ioann. de Platea, & Iaſon *in §. eum quoque. Inſtit. de action.* Hippol. de Marſil. *in ſingul.* 241. Benuen. Stracha *in tractat. de decoctoribus. part. 4. numero quinta.* Ioan. Bonifacius *in tractat. de furtis §. furtum. num* 72. Non enim ibi, vt hic debitor damnum in fortunis ſuis patitur, ideoque nil mirum eſt vtroque caſu diuerſum ius ſtatui.

Eadem plane ſunt dicenda, ſi inter debitorem, &
8 † fideiuſſorem capitales inimicitiæ interueniant. Etſi
9 enim † excuſatio capitalium inimicitiarum fideiuſſorem, reſpectu debitoris, à mandato liberat, quod ſuſcepit, *l. ſi mandauero. §. vltimo. cum l. ſequent. D. mandati.* obligatio tamen reſpectu creditoris manent, eique actio ex ſtipulatu contra fideiuſſorem ratione fideiuſſionis ſemel nata, vt & actio mutui, vel alia quæuis, contra debitorem inconcuſſa perdurat: Neque enim oportet eum, qui certi hominis fidem elegit, magis ob inimicitias, quam ob errorem imperitiam aliorum damno adfici, *argum. l. mandatum. 57. in fin. D. mandati.*

10 Nec ad rem facit † diſtinctio Odofredi, quam recitant Ioannes Andreæ *ſupradicto loco.* & Alexander *in apoſtilla ad Bartolum in l. Lucius verſ. item virum. D. mandati.* cum qua etiam inaduertenter tranſit Horatius Carpanus *ad Statuta Mediolanenſ. part. prima. capite 413. numero vigeſimo ſexto.* Vtrum ſtatim culpa debitoris, vel culpa fideiuſſoris inimicitiæ æque magnæ exoriantur, vt primo caſu fideiuſſor mox poſſit liberationem ab obligatione petere. Secundo caſu non item: Aliud enim eſt, propter inimicitias ſubortas liberationem à fideiuſſione petere, vel fideiuſſioni renuntiare, ait Valentinus Francus *in tractatu de fideiuſſoribus. capite quinto. numero* 599. Aliud propter eaſdem ipſo iure liberatum eſſe, ſiquidem, & non interuenientibus inimicitiis petere poteſt fideiuſſor, vt ab obligatione diuturna eximatur. *L. Lucius. §. vltimo. ff. mandati. l. ſi pro ea. C. eodem.* faciunt huc etiam illa, quæ habentur *in l. 3. § tametſi. l. licet. 15. D. de arbitris.*

Non obſtat etiam *l. non cogendum. 45. iuncta l. mutus. 43. in fine. D. de procuratoribus.* vbi fideiuſſor liberatur, & non tenetur ſi inter abſentem, & defenſorem eius inimicitiæ interceſſerint: Ipſa enim rei qualitas ibi fideiuſſori liberationem cauſatur, cum
11 nemo † cenſeatur idonee defenſurus ſuum capitalem inimicum, atque ideò vbi defenſio ceſſat etiam ſtipulatio iudicatum ſolui, quæ clauſulam. De re defendenda, in ſe continet, pro qua fideiuſſor quoque fidem ſuam interpoſuerat *ol. iudicatum ſolui. D. iudica-*
12 *tum ſolui.* Quatenus verò † mandatum ipſo iure reuocetur, ob mutationem ſtatus in perſona, vel mandantis, vel mandatarii, vide apud Mozzium *de co tractibus. titul. de mandato. verſ. quomodo annuletur, & finiatur mandatum numero octauo.* Fabium de Anna *conſ. 82. numero 11. 12. 13. & 14.*

§. 33. DE

§. 33. DE POENITENTIA.

SVMMARIA.

1 *Pœnitentia num liberetur fideiuſſor, accurate diſcutitur. Et num.14. & 31.*
2 *Decipitur minus, cui negatur celeriter.*
3 *Tractantur multa, quæ non perficiuntur.*
4 *Tractatus, & colloquia probare non ſufficit, niſi etiam probetur concluſio.*
5 *Tractatus vt probes contractum quid ſit articulando probandum.*
6 *Contractus vis tota in ſola concluſione conſiſtit.*
7 *Peractum non eſt, quod habetur pro inchoato.*
8 *Teſtium, qui interfuerunt tractatui, & non concluſioni, nulla ratio eſt habenda.*
9 *Promittens iactatorie, ſe fideiuſſurum, pœnitere poteſt.*
10 *Promiſſio iactatorie facta, deficiente nimirum conſenſu, non obligat.*
11 *Iocator non id vult, quod dicit, ſed aliud, quod non dicit.*
12 *Verba adulatoria ad complacentiam dicta non obligant.*
13 *Conditio: Si potero, in promiſſionibus ſubeſſe videtur.*
14 *Fideiuſſor, re adhuc integra, pœnitere poteſt. Et numero 15.*
16 *Negotii geſti pœnitentia contractum rectè habitum non conſtituit irritum.*
17 *Mutatio voluntatis, vel conſenſus reuocatio quadrifariam impeditur.*
18 *Conſenſiſſe ſemel ſufficit.*
19 *Initium contractus ſemper eſt ſpectandum.*
20 *Melius eſt non determinare, quam determinata non exequi.*
21 *Verba, volo pro te fideiubere, & verba, volo pro te fideiuſſor eſſe, quatenus differant.*
22 *Verbum, VOLO, iunctum verbo infinitiui ſignificantis actum de futuro, nihil diſponit.*
23 *Verbum, VOLO, iunctum infinitiuo ESSE, habetur pro diſpoſitiuo.*
24 *Fideiubere cogitur, qui ſimpliciter promiſit fideiubere, etiamſi non ſeruetur, indemnis.*
25 *Voluntas perſonæ in fideiuſſorem nominatæ diligenter exploranda, & cum ea concludendum, ante quam quis eam nominet.*
26 *Fideiuſſor interponere debet teſtationem contrariæ voluntatis, ſi fideiubere nolit.*
27 *Voluntatis mutatio iure Saxonico quoque non admittitur.*
28 *Fideiuſſor nuda pœnitentia ſe ab obligatione fideiuſſoria extricare nequit, etiam iure Gothico ſiue Selandico.*
29 *Emptio mala ingrata, quia ſemper ſtultitiam domino exprobrare videtur.*
30 *Priuſquam promittas deliberes.*
31 *Fideiuſſor poſt vnum atque alterum diem ſe ab obligatione ſua eximere nequit. Et num.32.*
33 *L.tutori.C.de neg.geſt.intellectus.*

1 TRIGASIMOTERTIO loco indagandum ſuccedit; Num † fideiuſſor ab obligatione ſua liberetur, ſi fortaſſis ipſum præſtitiæ fideiuſſionis pœniteat? Triplex autem huius quæſtionis eſt inſpectio:

Antonius Heringius.

Aut enim Caius hodie allocutus fortè eſt Titium,
vt pro ipſo fidem apud Mæuium interponat, Titius
verò diſcedenti Caio, nec præciſè illud pollicitus eſt,
neque etiam ex vrbanitate purè denegauit (quan-
2 quam † minus decipitur, cui negatur celeriter) hoc
vtique caſu Titium per interuallum pœnitere poſſe,
3 extra dubitationem eſt poſitum. Multa enim † tra-
ctantur, quæ non perficiuntur, *l.prima.§.primo.D.de
verborum obligationibus. l.ſciendum. §. edictum. D.de
edil. edicto.* latè Franciſcus Viuius *deciſione 343. numero
octauo.* Martinus Monterus *deciſione vigeſima. numero*
4 *14 & 15.* Nec ſufficit † colloquia, & tractatus proba-
re, niſi probetur etiam concluſio. Baldus *in l.multum
intereſt. numero ſecundo. Cod. ſi quis alteri vel ſibi.* Ale-
xander *conſilio* 88. *numero 5. volumine* 4. Romanus *con-
ſilio* 423. *numero 12. & ſingulari* 368. Anguſola *conſilio*
14. *in materia contractuum.numero* 4. Iacobus Marchi-
ſellus *in ſylua quæſtionum practicarum. quæſtione* 68. *nu-*
5 *mero quarto.* Quocirca † & in praxi receptum eſt, ad
hoc, vt tractatus probet, contractum articulando pro-
bandum eſſe, qualiter cauſæ, quæ fuerunt tractatæ à
partibus, fuerunt habitæ pro abſolutis, firmatis, & ap-
probatis. Alexander *conſilio* 28. *Viſis, & accurate ponde-
ratis.num.*3. *verſicul. oportet enim volumine primo.* Tota
6 enim vis contractus † in ſola concluſione conſiſtit, vt
firmat Baldus *in l.cum allegas. C. de vſuris. & in dicta l.
multum. C. ſi quis alteri vel ſibi. & in l.ſi voluntate. per
illum textum. C.de reſcindend.vendition.* Albericus Gen-
tilis *in tract.de nuptiis.libro 7.cap.1. mihi pag.719.* Æmi-
lius Ferrettus *in l.ſi quis in fundi vocabulo.n.16.ff. de le-*
7 *gat.1.* Nec mirum, cum † quicquid non eſt peractum,
ſit pro non inchoato, vt loquitur Plinius iunior *lib.5.*
8 *epiſtol.epiſtol* 8. Et proinde † teſtium, qui interfuerunt
tractatui, & non concluſioni, nullam rationem ha-
bendam eſſe, tenet gloſſa *in l.eleganter.in verb.idem pu-
to D. de condiction. indeb.* quam ſummè commendat
Vrſillus ad Afflict. *deciſ.375. num.3.vt ſic. nam ipſa con-
cluſio,* & ſequitur Marcell. Cala *in tractat.de modo arti-
culan.& proban.quæſt.174. n.583.*
9 Quinimo, etiamſi † quis honoris cauſa, iactatoriè,
adulatoriè, ſeu iocosè promiſerit, ſe fideiuſſurum, ad-
huc tamen eum pœnitere poſſe, & maximè re integra
10 dicendum videtur, promiſſio ſiquidem † iocoſe facta,
deficiente nimirum conſenſu, non obligat, *l.3.in fine.
D.de obligat.& action.gl. in l.dolo malo.D.de ſeruo corrup-
to.* Chaſſan. *conſil.51.n.5.* Ruland. *de commiſſ.part.1.lib.*
11 *5. cap.20.num.311.* Alciat.*lib.2.parerg.cap.12.* Nam † qui
iocatur, non id vult, quod dicit, ſed aliud, quod non
dicit Ioan. Goddæus *de contrah.ſtipulat.c.3.n.89.* Vnde
12 etiam vulgo dici ſolet, quod † verba honoris cauſa
prolata, vt & iactatoria, & adulatoria, ſiue ad com-
placentiam dicta, non obligent, *cap.cum venissent de
inſtitut.* ex Corneo, Pariſio, Iaſone, & Zaſio, Matth. Cu-
13 no *lib.1.de pact.c.24. n.109.* Et ſemper † ſubeſſe videtur
tacita hæc exceptio: Si potero, *argumento l. Nepos
Proculo. & quæ ibi notat Ioannes Goddæus. D. de verbo.
ſign.* Quo pertinet elegans locus apud Senecam *lib.4.
de beneficiis.cap.35.& 39. Deſtituere,* inquit, *leuitas non
erit, ſi aliquid interuenit noui. Quid miraris, cum conditio
promittentis mutata ſit, mutatum eſſe conſilium? Eadem
mihi omnia præſta, & idem ſum. Vadimonium
promittimus, tamen deſeritur. Non in omnes datur
actio. Deſerentem vis maior excuſat. Omnia debent eſſe
eadem, quæ fuerunt, cum promitterem, vt promittentis fi-
dem teneas.*
14 Aut † verò fideiuſſor, qui fidem ſuam ſe interpoſi-
turum ſuſcepit, & promiſit, ſtatim ab initio pœni-
tentia ducitur, antequam creditori ſtipulatus eſt, &

hoc caſu,ſi mandantis,hoc eſt,debitoris nihil interſit.
mandatum impleri, re integra nimirum adhuc exi-
ſtente,renunciare, & penitere fideiuſſor poterit, *l. ſi
ſpius §. qui mandatum ff. mandati l. ſi procuratorem* 8. §.
mandati ff. eodem. l. prima §. ſed ego quæro ff. quod iuſſu.
15 Sin vero eius † interſit,& res amplius non ſit integra,
pœnitentiæ non eſt locus, ſed mandatum implere
cogitur, *dict. l. §. qui mandatum & dicto §. mandati Re-
ſenchalus de ſenatu capite decimo concluſione* 22. *numero*
16 *vigeſimo tertio.* Negotij † enim geſti pœnitentia, vt
nec alibi, ita neque in hoc genere, contractum rectè
habitum conſtituit irritum, *l. apud Aufidium ff. de
optione legata. l. in comodato §. ſicut ff. commodati l. ea
quod C. ſi certum pet. l. ſi. ut. Cod. de obligat. & action. l.
quamuis* 39. *C. de tranſact. gloſ. in cap. cum non ignores
extr. de præben.* Oldra *conſ.* 243. Salycet. *in l. nec gratris
C. de donation.* Petrus Heigius *quæſt. ſuar. par. 2. quæſt.* 4.
num. 21. Cui germanum eſt, quod tradunt Interpre-
tes, Bald. Angel. Caſtrenſ. Imol. Alexand. & alij *ad l. ſi
cum dotem §. eo autem tempore ff. ſoluto matrimon.*
17 Voluntatis † mutationem, ſeu conſenſus reuocatio-
nem, quadrifariam impediri, ſcilicet, ſi vel is, qui con-
ſenſit, alteri obligatus eſt, vel ſi alteri ius eſt quæſi-
tum, vel ſi res non eſt integra, vel ſi voluntas traxit
ſecum executionem.

Intereſſe autem debitoris maximè poteſt, ſi Titius
ſe fideiuſſurum promiſerit, & ſub hac ſpe creditor pe-
cuniam numerauerit, poſtea verò fideiuſſor ſtipulanti
creditori promittere recuſet, quin enim poſſeſſio-
nem ſum adimplere cogatur, non eſt dubium, cum
18 ſufficiat † illum ſemel conſenſiſſe, *argumento l. in diem
verſicul. nullam enim ff. de aqua pluuia arcen. l. de acceſ-
ſionibus § fin. in verb. illo tempore quo contrahebas, vide-
ris conſenſiſſe ff. de diuerſ. & temp. præſcript. l. ei apud §.
fin ff. depoſiti l. prima §. prodeſt. ff. quorum legat. l. iuſiu-
randum quod ex conuentione ff. de iureiurando* & qua-
drant huc etiam illa, quæ dixi ſupra *c. 6. numer. 7. &
ſeqq.* Et verò mutatio voluntatis ignoranti creditori
19 nihil obeſt, cum † initium contractus ſit ſpectandum
quo creditor fideiuſſoris fidem maximè videtur ſe-
cutus, *l. ſi tantum 12. ff. ad Maceden. l. ſi procuratorem* 8.
20 *in princ. ff. mandati.* Imò ſicut † melius eſt non de-
terminare, quam bene determinata non exequi, *Co-
ler. in tract. de proceſſ. execut. in princ.* Ita etiam melius
eſt, ſtatim ab initio fideiuſſionem recuſare, quam poſt
præſtitam eandem pœnitentia duci.

21 Neque † admittendam hoc caſu cenſeo ſubtilita-
tem illam, vtrum quis dixerit: *Volo pro te fideiubere,*
vel an dixerit: *Volo pro te eſſe fideiuſſor:* vt primo caſu
pœnitentiæ ſit locus, non vero ſecundo, ex hoc fortè
22 fundamento, quod verbum, † volo, iunctum, infini-
tiuo verbi ſignificantis actum de futuro, nihil diſpo-
nat Doctores *in l. ſerui electione ff. de legat.* 1. Caſtrenſ.
& Iaſ. *num. 13. in l. 1. C. de ſum. Trinit. & fide Catholica.*
Ant. de Butrio *in cap. ex literis extr. de ſponſalibus*
23 Iunctum † verò infinitiuo, Eſſe, habeatur pro diſpo-
ſitiuo, cum verbum, Eſſe, oſtendat, actum eſſentiam
ſuam iam habere: *Iaſ. & Alciat. in dict. lege* 1. Eſt
enim prædicta ſubtilitas parum firma, argumen-
to eorum, quæ tradit Petrus Peckius *de teſtamento*
Conius *lib. 1. cap. 17. numero* 7. & 8. & omnium latiſſi-
mè Lud. Zuntus *in reſponſo pro vxore numer.* 348. *cum
multis ſeqq.* Nec diſſentit Baldus *in l. ſancimus. C. de*
24 *fideiuſſoribus.* inquiens: Quod † is cogatur fideiubere,
qui ſimpliciter fideiubere promiſit, etiamſi non con-
ſecuetur indemnis.

25 Conſultius igitur † eſt, non ſolum debitori, vt di-
ligenter exploret voluntatem perſonæ in fideiuſſo-
rem nominatæ, & concludat cum ea, antequam eam
nominet. *Vincen. Carocius deciſion. 4. nu 13. verſ. primus*
26 *eſt.* Verum etiam † fideiuſſori, ſi debitor ipſum credi-
tori ſuo obligare velit, iſque fidem interponere re-
cuſet, vt continuo teſtationem interponat contrariæ
voluntatis, poſtea enim non auditur, ſi ſemel conſen-
ſerit, *l. filiusfamilias, 16. ff. ad Senatuſ. Macedon.* Et huic
27 † loco congruit elegans gloſſ. conſt *lib. 3. artic. 41. in
princ.* dum inquit. Qui ſponte promiſit, &c. Con-
28 cordat † jus Gothicum ſiue Iuticum, *lib. 2. cap. 26.* his
verbis: Ego contentus ſum facere fideiuſſionem pro
N. ſi autem fideiuſſor tempore ſolutionis à credito-
re vocatus fuerit vt ſoluat, & renuerit creditor eum
compellat, cum nemo promiſſionem, illam imprime-
re poſt etiam ſtatutum Gothicum hoc decernit *lib. 2.*
29 *cap. 7.* Sanè, ſicut † mala emptio ſemper ingrata, eo
maximè, quod exprobare ſtultitiam domino videtur,
vt alibi ait Plinius: Ita etiam inconſulta fideiuſſio
promiſſorem eſt poſt facto pœnitentem riſui expo-
nit, qui ab initio ſibi melius non proſpexit. Rectè
30 enim Seneca: *Priuſquam † promittas delibere, & cum
promiſeris, facias.* Rectè quoque Mantuanus:

Conſilium poſt facta, imber poſt tempora frugum.

31 Aut † denique fideiuſſor, qui fide ſua obligatio-
nem ſuſcepit, cui tamen tempus non eſt adiectum,
ſtatim poſt vnum atque alterum diem pœnitentia
ducitur, & vel liberationem, vel reſtitutionem cau-
tionis ſuæ fideiuſſoriæ, intempeſtiue vrget; Hoc caſu
32 fideiuſſor merito non auditur, non ſolum quiare †
ipſa, etſi non verbis, ineſt obligationi tractus tem-
poris, *l. quoties, ff. oper. libertor.* Verum etiam quia
intempeſtiuum, imo iniquum eſt reum amici, cuius
fidem elegit, beneficio decipi, eo ipſo, quod fideiuſ-
ſor facto ſuo importuno obligationi ſe vult eximere,
contra *l. in commodato, §. ſicut, D. commodat. cap.
vnic. extra eod. l. velles, Cod. de reuoc. donat. gloſ. eleg.
in cap. vltim. ext. de fideiuſſ.* Bart. *in l. duobus, §. 1.
num. 2. D. de iureiurando.* Imola *in cap. fin. numero 4.
verſic. ſed certe. extra de fideiuſſoribus,* Hippolyt. *in
Rubric. de fideiuſſ. numero* 295. Roderic. Suarez. *in l.
poſt rem iudicatam in declara. ll. regni, in verb. viſum eſt
ſupra numero* 12. Catocius *de excuſ. bonorum parc.* 2.
quæſt. 14. numero 35. Anton. Gomez. *lib. 2. var. reſolut.
cap. 13. numero 10. in fine.* Martin. Montet. *deciſ. Regn.
Arragon. 2. numero* 2. Horat. Carpanus *ad Statut.
Mediolanenſ. part. 1. cap. 413. numer. 10. facit l. ſi ſer-
uum, 91 §. nunc videamus, D. de verborum obligatio-
nibus, §. item ſi propter. Inſtit. de excuſat. tutor. iunct.
l. ex ſententia. 29. D. de teſtam. tutela.* Adeo, vt huic
tam importuno fideiuſſori conueniat illud Deianiræ
conuitium:

Cœpiſti melius, quam deſinis.

33 Nec † obſtat *l. tutori, C. de negot. geſt. l. tutores 39. §. 2.
2. ff. de adminiſt. tut.* vbi habetur, quod ſatis abunde-
que ſufficiat, ſi cui vel in paucis amici labore conſu-
latur, atque ideo propria voluntas officij finem fa-
ciat. Quia hoc verum eſt in inchoandis, non autem
in inchoatis, Accurſ. *in d. l. tutori in verb. propria vo-
luntas, l. nemo poteſt, 75. D de reg. iuris, d. l. commodato, §.
ſicut. D. commodati, l. ſi mandauero, §. ſicut, ff. mandati.*
Sanè ſi fideiuſſor diu in obligatione ſtetiſſet, aliud fo-
ret dicendum, vt oſtendam infra *cap. 25.*

§. 34. DE

§. 34. DE PROTESTATIONE.

SVMMARIA.

1 *Proteſtatio num fideiuſſorem ab obligatione inita libe-
rat, enucleatur. Et num. 2. & 3.*
4 *Proteſtatio in his, quæ non tam à voluntate noſtra,
quam ex legum diſpoſitione dependent, nihil ope-
ratur.*
5 *Proteſtatio fraudulenta nihil releuat.*
6 *Proteſtationis effectus ceſſat, expreſsè contradicente eo,
in cuius præiudicium fit proteſtatio.*
7 *Angeli traditio in l. mora. ff. de vſuris. examinatur. Et
n. 8. & 9.*
10 *Pœnitentiam porrò non admittit mandatum, quando
mandantis iam intereſſe cœpit.*
11 *Proteſtatio actui contraria tollit proteſtationis effectum.*
12 *Proteſtatio nec rite, nec recte fit, ſi res non ſit amplius
integra.*
14 *Fideiuſſor ſi denuntiet creditori, antequam numeret
debitori non ſoluendo facto, ne ei pecuniam tradat,
non tenetur ſi creditor hac denuntiatione non atten-
ta credat.*

1 SEd conſequenter † & ſic TRIGESIMOQVAR-
TO loco examinationem ſubit ſequens du-
bium, ſi fideiuſſor ductus pœnitentia ab obligatio-
ne ſua non liberetur, vt modo oſtendi, anne ſaltem
liberetur per proteſtationem, ſe nolli amplius tene-
ri. Et ſanè ſi fideiuſſor ad tempus datus, & acce-
ptus ſit liberatur, quidem elapſo tempore non
quoad tempus præteritum, ſed quoad tempus futu-
rum, etiam abſque proteſtatione, vt docui ſupra
hoc ipſo capite, §. 12. & §. 18. Atque ideo multo
magis ob aliquam ex iuſta cauſa interpoſitam pro-
teſtationem, per notata Bartoli & Dd. *in l. non ſo-
lum. §. morte. D. de noui oper. nunt.* Tiberii Deciani
in reſponſo 72. num. trigeſimo octauo. volum. 2. pulchre
Bernardin. Muſcatellus *in practica fideiuſſoria part. 1.
modo 8. numero 23. 24. 25. 26. & 27. nec non part. 2. quæ-*
2 *ſtio. 3. numero ſecundo.* De quo in terminis † Nouel-
læ conſtitutionis Electoris Auguſti 19. *parte 2.* mi-
nus dubitandum ſicut ibidem quoque *in commentar.
doctiſſimè* annotauit Daniel Mollerua *numero 7.* Da-
3 tus † autem pure, quoad datam fidem, non magis
per proteſtationem, quam per pœnitentiam à nexu
4 obligationis eximi poteſt, non ſolum, quia † prote-
ſtatio in his, quæ non tam à voluntate noſtrâ, quam
ex legum ac iuris communis diſpoſitione dependent,
nihil operatur, vt notant gloſſ. & Bartol. *in l. alimenta.
C. de negot. geſt.* Ioan. de Anguſol. *in tract. de proteſtat.
num. 1.* Aurelius Corbulus *in tract. de iure emphyt. cap.*
5 14. *ampliat 31. num. 9.* Verum etiam, quia talis † pro-
teſtatio fraudulenta videtur, ideoque minus releuare
debet, *l. quæro D. act. emp.* Baldus, Alexand. *column. 3.*
Aretin. *colum. 3.* & Iaſon. *num. 16. in l. ciuitas. D. ſi cert.*
6 *pet.* Præterea certo conſtat, quod † omnis proteſta-
tionis effectus ceſſet, expreſsè contradicente eo, in
cuius præiudicium fit proteſtatio, vt ex Bart. Curtio,
Ripa, Coraſio, Conſtantino Roggerio, & Crauetta
retulit Fridericus Pruckman. *in conſilio octauo nume-
ro 47.*
7 Cui † etiam hæc tractatio, quam Angelus *in l. mora.
in princip. colum. 2. ff. de vſuris.* Valde elegantem, & ſin-
gularem eſſe dicit, non incommodè ſubjici poteſt.
Pone enim accuſatum eſſe aliquem de delicto, pro
quo impoſitam veniat pœnam pecuniariã, eamque
ad euitendum carcere rogaſſe quendam amicum,
vt pro ipſo fidem ſuam interponeret: hunc, id ſe fa-
cturum, ſpopondiſſe, mox autem coram iudice ab-
ſente reo, proteſtatum, ſe ex ſua fideiuſſione teneri
nolle, & tamen poſtea fidem ſuam apud eundem iu-
dicem interponere: An ex fideiuſſione ſua eum obli-
gatum, vel an ob interpoſitam proteſtationem ſpon-
ſionem ipſius nullius momenti eſſe concludemus, &
8 pronunciabimus? Scio hanc † quæſtionem varie à
variis tractatam eſſe, vt videre licet apud Dyn. Bart. &
Dd. *in l. ſi quis in principio. ff. de legat. 3.* eundem Bart.
Alex. & Franciſ. Paduan. *in l. pacta nouiſſima. C. de pa-
ctis.* Iaſonem. *in l. qui aliena. § Celſus. numero 47. 48. &
49. D. de acquir. hæred. & in l. non ſolum. §. morte in 12. co-
lum. verſ. item pro iſta concluſione. D. de nou. oper. nun.* (vbi
dicit notandum, quia quotidianum) Hippol. de Mar-
ſil. *in Rubric. de fideiuſſ. num. 162 163 & 164.* Petrum
Gerard. *in ſingul. 52. incip. Nota quod per pulchrè.* Guliel.
de Ludo. *in ſingul. 128.* & Ioan. de Arnono *in problema-
te 32.*
9 Mihi † vtique verius videtur, proteſtationem hanc,
primam promiſſionem, & ſubſequentem ſponſionem
bona fide factam, euertere, & infirmare non poſſe.
10 Mandatum † enim pœnitentiam porrò non admit-
tit, quando mandantis iam intereſſe cœpit, & res am-
plius non eſt integra, ideoque bona fide conſumari
oportet. *d. l. ſi quis. 27. §. qui mandatum. ff. mandati.* ne
11 dicam, quod † proteſtatio actui contraria tollat pro-
teſtationis effectum, *cap. cum M. Ferrarienſis. extra, de*
12 *conſtit.* Et porrò † nec rite nec recte fiat, ſi res non ſit
amplius integra Felin. *in d. cap cum M. Ferrarienſis.
num. 54.* Ferdinandus Vaſquius *illuſt. controuerſ. cap. 80.
numer. 1.* Menochius *conſil. 270. numer 5.* Frideric. Pru-
ckman. *dicto conſil. 8. numer. 55.* vbi communem atteſta-
tur.
13 Erit tamen † fortè aliud dicendum, ſi fideiuſſor de-
nuntiet creditori, antequam numerat debitori num-
mos, ne ei pecuniam tradat, quin nimirum is ſit factus
non ſoluendo, & creditor non attenta hac denuntia-
tione, vel proteſtatione, nihilominus pecuniam expo-
nat, aut ille qui ſe fideiuſſorum promiſerat, in præſen-
tia partis coram iudice mox proteſtetur, ſe nolle fi-
deiubere, & pars rea non contradicat, ſed proteſta-
tioni conſentiat: Iſto enim caſu creditor ſuo pericu-
lo credit, & à fideiuſſore nihil repetere poteſt, *argum.
l. Titius ff. de procuratoribus. l. ſi fideiuſſor creditori. 62. ff.
de fideiuſſoribus.* Amadellus de claris aquis *ſingul. 191.*
Hoc verò caſu vtriuſque diſſenſu à mandato receſſum
videtur, *l. Styehum. §. vltimo. ff. de ſolut facit. l. ſi pecuniam.
§ item ſi quis. in verb ſi hoc ei manifeſtum fecerit. ff de con-
dict. cauſa data.* Atque ita ſentit quoque Barto. *in l. non
ſolum. § morte. verſic. ſi verò obligatio. ff. de nouis oper. nunt.*
vbi etiam vide Cardin. Alban. *in addit. num. 5.* & plures
alios citat Fuluius Pacianus *in ſuo tractat. de probat. lib.
1. cap. 50. num. 29. & 39.*

§. 35. DE MISSIONE IN POSSESSIONEM.

SVMMARIA.

1 *Miſſio in bona debitoris creditori nihil præiudicat,
quominus poſtea ad fideiuſſorem redire valeat. Et
num. 3.*
2 *Electio vnius remedii executiui non præcludit viam
alius.*
4 *Clauſula: Quod creditor eligendo vnum remedium,
per hoc nolit ab altero remedio recedere, inſtrumen-
tis adyci debet.*

1 TRIGESIMVMQVINTVM † locum obtineat
hæc indagatio : Si creditor in poſſeſſionem bo-
norum debitoris ad ſuam petitionem ſit miſſus, an per
hoc fideiuſſor ita ſit liberatus, vt aduerſus ipſum cre-
ditori non amplius pateat regreſſus ? Et breuiter re-
ſpondendum eſt ; Miſſionem in bona debitoris cre-
ditori nihil præiudicare, quo minus poſteà ad fideiuſ-
2 ſorem redire valeat, cum † vnius remedii executiui
electio non præcludat viam aliis, quando per primum
creditori non eſt ſatisfactum, *textus eſt in terminis. in l.
hæres. §. quod ſi ſtipulator. in fin. ff. de fideiuſſorib.* Angel.
de Aret. *in §. fin. nu. 10. Inſtit. de action.* vbi addit, illud
perpetuo notandum, & menti tenendum eſſe. Nec
3 auditur † reus, excipiendo de priore proceſſu contra
ipſum, vel fideiuſſorem inſtituto : quia replicabitur,
per primam viam nondum integre creditori ſatisfa-
ctum fuiſſe, vt fuſe poſt Iaſonem, & Angelum oſten-
dit Reboffus *de lit. obligat. articulo vndecimo. gloſſ. 3. nu.
vigeſimo quinto. & ſequentib.* eumque ſecutus Matthias
Colerus *in tractatu de proceſſ. execut. part. 1. cap. octauo.
numero 31. & ſequentibus.* vbi *num. quinquageſimo octa-*
4 *uo.* addit, vtile † eſſe, in inſtrumentis hanc clauſulam
apponere, quod creditor eligendo vnum remedium,
per hoc nolit recedere ab altero remedio, ſed velit ab
vno ad aliud iamdio habere regreſſum, donec ipſi in-
tegre ſatisfactum fuerit.

§. 36. DE DATIONE ALIORVM FIDEIVSSORVM.

SVMMARIA.

1 *Fideiuſſores in prima obligatione interuenientes, per dationem aliorum fideiuſſorum poſt terminum deſtinatæ primæ ſolutionis, non liberantur. Et numero 2. & 4.*

3 *Perſona noua interuentu, quando nouetur obligatio.*

5 *Procurator primus intelligitur reuocatus, quando conſtituitur procurator ſecundus ad idem ex interuallo.*

6 *Procuratores duo ſi conſtituti ſint in ſolidum, occupatio vnius eſt excluſio alterius. Et n. 7.*

8 *Fideiuſſores prioris contractus cenſentur liberati, ſi in datione nouorum fideiuſſorum nouetur obligatio.*

9 *Fideiuſſor primus liberatur, ſi ei obligatio remittatur, & ſecundus fideiuſſor detur loco primi.*

10 *Menochius declaratur.*

11 *Fideiuſſores primi per dationem aliorum fideiuſſorum liberantur, ſi appareat, contrahentes liberare primos fideiuſſores voluiſſe.*

12 *Fideiuſſores prioris contractus, ſi ſe curſus in ſequenti contractu obligent, videntur ſe obſtrinxiſſe ſecundum omnes qualitates ſecundi contractus.*

TRIGESIMOSEXTO non inconuenienter hic diſ-
1 cutitur, An, † per dationem aliorum fideiuſſo-
rum, primi fideiuſſores, quaſi nouatione facta, ab obli-
gationis nexo liberentur ? Et pro reſolutione huius
quæſtionis, conſtituenda primum talis eſt concluſio :
2 Quod † fideiuſſores in prima obligatione interuenien-
tes, per dationem aliorum fideiuſſorum, poſt termi-
num deſtinatæ primæ ſolutionis, non liberentur. Ita
tradit Bartolus, *in l. Valerianus colum. vlt. D. de prator.
ſtipul. & in l. ſi Titius. D. de fideiuſſ.* Bald. *in l. reſcripto. §. ſi
pacto. colum. vlt. D. de pactis.* Albert. Brunus *in tract. de
augmento. concluſ. 4. num. 8.* Marian Socin. *conſil. 18. num.
14. & 15. volum. 1.* Laurent. Syluan. *conſil. 24. num. 4.* Gail.
obſer. 30. num. 6. lib. 2. Colerus *d. loco. part. 1. cap. 10. nu-
mero 307.* Carocius *de excuſſio. bonorum part. 2. queſt 54.
num. 26.*

3 Etſi enim † varie à Doctoribus diſputatur, quomo-
do, & quando interuentu nouæ perſonæ fiat nouatio,
vt habetur apud ſcribentes, *in l. ſingularia D. ſi certum
petatur.* & Alexand. *conſil. 10. viſis depoſitionibus. & con-
ſil 152. & 155. volum. 2.* Hoc tamen, tanquam ma-
4 gis † commune, receptum eſt, quando non renouatur
obligatio principalis, ſed ſolum fideiuſſoria, puta, ſi
primo promiſerim ſub vno fideiuſſore, & deinde dem
alium fideiuſſorem, quod adhuc non præſumatur fa-
cta nouatio, vt ſcilicet à primo fideiuſſore dicatur
receſſum, atque iſtud probat l fin. *C. de nouation.* Ma-
rian Socin. *d. conſil. 18. numer. 14 & 15. volum. 1.* pul-
chrè Menoc. *de præſumpt. lib. 3. præſump. 134 numer. 12.*
vbi Angel. Imolam, Caſtrenſ. Comenſ. Iaſon. Ron-
chegall. & Ripam in eandem ſententiam citat, qui-
bus addendus etiam Alexand *in conſ. 70. in pr. vol. 1.*
Muſcatellus in ſua practica fideiuſſoria, *part. 1. modo
8 num. 10.*

5 Nec obſtat prædictis, quod † per conſtitutionem
procuratoris ſecundi ex interuallo ad diem, primus
procurator intelligitur reuocatus, *l. ſi cum procurato-
rio. 31. §. vlt. ff. de procurat. cap. non iniuſte. extra, de pro-
6 curat. Dd. in l. cum ſemel. D de tutelis.* Et † ſi duo pro-
curatores ſint conſtituti in ſolidum, quod occupa-
tio vnius ſit excluſio alterius, *cap. ſi duo de procuratori-
bus. in 6. Ægid. Bellamara. conſil. 12. numero 15.* Vnde
7 etiam † practica obſeruatur, quod, procuratoribus
multis in ſolidum conſtitutis, ſi vnus cauſam ſuſci-
piat, quod deinde reliqui ſine nouo procuratorio ad
cauſam non admittantur, & citatione ad reaſſumen-
dum ſit opus, quippè plurium procuratorum conſti-
tutio ad illud ab initio ſeruit, vt ſi vnus cauſam ſuſci-
pere nolit, alteri id ſit integrum, quam primum autem
vnus ſe intromiſit, reliquorum procuratorum man-
data expirant, niſi forte vnus alter in caſum mortis
ſit ſubſtitutus : Hoc enim ideo fit, ne quis in plures
aduerſarios deſtringatur, *glo. in d. l. ſi cum procuratorio.
Socin. d. conſ. 18. verſi. non obſtant allegata.* pro quo etiam
eſt alia pulchra gloſſa, *in dicto capit. non iniuſte. verb.
procuratorio.*

8 Declaratur † primo hæc concluſio, vt locum non
habeat, ſi in datione nouorum fideiuſſorum nouetur
prima obligatio, tunc enim prioris contractus fide-
iuſſores liberatos, non ambigitur *l. nouatione. C. de fi-
deiuſſ.* Franciſ. à Ripa *in l. ſi ſe non obtulit. §. ſi ex conuen-
tione. num. 7. ff. de re iudic.* Menoc. *ſupra d. loco nu. 14.
& dixi ſupra hoc capite, §. 3.*

9 Secundò † declaratur, vt non procedat, ſi ſecun-
dus fideiuſſor detur loco primi, & nominatim primo
fideiuſſori prior obligatio remittatur, *dicta l. fin. C. de
nouat. & §. præterea. verſic. ſed cum hoc quidem. Inſtit.
quibus modis toll. obligat.* Bertazolius *in tract. clauſul.
inſtrum clauſul. 41. gloſſ. 7. num. 5. ad finem.* Carocius *d.*
10 *queſt. 45. numer. 12.* Nam † vltimum hoc addendum
eſt ad Menoch. *in dicta præſumpt. 134. numero 15.* vbi
Ripam, Caſtrenſem Alexandrum, & Imolam allegat :
ſiquidem adhibitio alius perſonæ, vel cautio minor
(lego, Iunior, cum Cuiatio *lib. 19 obſeruat. cap 36.*) per
ſe ſolummodo nouationem non faciunt, ſed opus eſt
remiſſione prioris obligationis expreſſaque voluntate
11 nouandi, *d. l. fin. & d. § præterea.* Et ideo † rectè Albert.
Brunus *in tract. de argumento & diminut. n. 18.* Ait : tum
demum fideiuſſores primos per dationem aliorum
fideiuſſorum liberari, ſi appareat, contrahentes libe-
rare primos fideiuſſores voluiſſe, qui etiam ſic intel-
lexit Caſtrenſ. *in dicta l. ſi ſe non obtulit. §. ſi ex conuen-
tione. ff. de re iudic.*

Tertiò

12 Tertio declaratur † hæc concluſio, vt non obtineat, ſi prioris contractus fideiuſſores, ſe rurſus in ſequenti contractu obligauerint, *d.l. nouatione. C. de fideiuſſor.* hoc enim caſu à priore contractu liberati, videntur ſe pro ſubſequenti contractu, ſecundum omnes huius qualitates rurſus obſtrinxiſſe, *argumento l. item quæritur. §. qui impleto. ff. locati. l. legem. 16. C. eod. l. in rebus. §. vltimo. ff. de precario.*

§. 37. DE OBLATIONE ÆQVE IDONEI FIDEIVSSORIS.

SVMMARIA.

1 *Fideiuſſoris æquè idonei oblatio, quatenus primum liberet? Et n. 2. & 4.*

2 *Fideiuſſor ſi ſimpliciter ſit promiſſus, ſed nondum acceptus creditor cogi poteſt, alio æque idoneo dato, hunc dimittere, Limitatur num. 3.*

4 *Fideiuſſore non ſolum promiſſo, ſed & dato ac accepto, non cogitur creditor inuitus hunc liberare, vel permutare, etiamſi alius æque idoneus offeratur. Eaque ſententia eſt communis. num. 5. & 6. Etiam in Regio Conſilio Neapolitano admiſſa. num. 7. Et in iudicando retinenda. n. 8. Ætiologia huius diſtinctionis ponitur. n. 9. 10. & 11.*

12 *Petri Heigii argumentationibus obuiam itur.*

13 *Quod tibi non nocet, & mihi prodeſt, omnino eſt faciendum. Sed limita, vt num. 16.*

14 *Romani fœderi inſerebant: Vt tertio quoque anno obſides mutarentur.*

15 *Gratificationis quidquid eſt, non ſtatim eſt neceſſitatis.*

17 *Mutatio omnis eſt periculoſa.*

18 *Fideiuſſorem alium æque idoneum dando liberare nos poſſumus ab vſuris maioribus.*

19 *Vſuræ maiores per ſe ſunt odioſæ.*

20 *Fideiuſſorem alium æque idoneum qui dat, cum primus fideiuſſor fideiubere recuſat, pœnam euitat, quia fecit, quod potuit. Et n. 21.*

22 *Aureos debens ſoluere poteſt in nummis argenteis. Et numero 23.*

24 *Locator, qui patientiam vtendi fruendi re locata præſtare tenetur, aliam æque idoneam rem præſtare volens auditur.*

25 *Seruitus viæ, quæ ſemel aſſignata eſt, immutari poteſt, ſi via æque commoda alibi præſtetur.*

26 *Creditor non cogitur nouos fideiuſſores accipere à debitore, qui carceratus eſt ob debitum liquidum ſoluendum. Sed declara, vt n. 27.*

28 *Fideiuſſori ſi dantur in concurſu creditorum pecunia pro ſua ſecuritate, cogitur ea refundere, dato alio fideiuſſore.*

TRIGESIMOSEPTIMO non inelegantis eſt
1 quæſtionis: Si debitor † creditori alium fideiuſſorem æque idoneum pro primo offerat, an per hoc primus liberetur, & creditorem eum inuitus dimittere cogatur? Tractatio autem huius quæſtionis in ſequenti diſtinctione ſubſiſtit.

2 Aut † enim fideiuſſor ſimpliciter eſt promiſſus, ſed nondum acceptus, & hoc caſu creditor fideiuſſorem hunc, præſertim ſi abſque mora debitoris ſit defunctus, vel fideiubere recuſet (quod quatenus liceat, ſupra §. 33. num. 1. & ſeqq. eſt expoſitum) alio quæ idoneo fideiuſſore dato dimittere compelli poteſt, præterquam, ſi iurato promiſerit tunc enim non auditur,
3 offerendo æque idoneum *l. qui autem. §. ſed etſi quis.* *vbi Bald. D. de conſtit. pec. l. illud 10. in verb. ſed vt fideiuſſores quoque vel eoſdem vel alios non minus idoneos adhibeat. D. quod met. cauſa. l. labeo. 25. § fin. D. de arbitris.* Iaſon *conſ. 41. num. 2. lib. 3.* Hippol. in Rubric. *de fideiuſſor. num. 113.* Anton. Gomez. *de contract. cap. 13. numero 2.* Arius Pinell *in l. 2. part. 2. cap. 1. numero vigeſimo tertio. C. de reſcind. vend.* Vincentius Carocius *dec. 4. num. decimo tertio & decimo quarto. verſic. limitatur ſecundo.* Horat. Carpan. *ad Statut Mediolanenſ. part. 1. cap. 45. num 27.*

4 Aut † verò fideiuſſor pro debito liquido non ſolum eſt promiſſus, ſed & datus iam & acceptus, & hunc creditor inuitus liberare, vel permutare non cogitur, etiamſi alius fideiuſſor, æque, vel magis idoneus offeratur. *l. ſi mandatu meo. 45. §. item ſi D. mandati.* Bald. Caſtrenſ. Alexand. & Decius *in l. ſi pater. C. de collationib.* Iaſon. *in l. 2. D. ſolut. matrim. & in l. qui Romæ. in princip. num. 19. D de verborum obligationibus. & in l. 2. §. mutui datio. num. 4. verſic. duodecimo fallit. D. de rebus credit. & in conſ. 203. num. 2. lib. 3.* Franciſ. Purpurat. *in dicta l. ſi pater. num. 6. & 8. C. de collat.* Ioan. Baptiſta Aſinius *in tract. de execut. §. 7. cap. 168.* Horatius Carpanus *ad Statut. Mediolanenſ. part. 1. cap. 4. num 64. & cap. 413. num 35.* Cagnol. *in l. plus cautionis. num. 7. D. de regulis iuris. & ibidem Decius num. 4.* Frideric Pruckman. *in § ſoluta poteſtas. memb. 2. cap 4 effectu 6. num. 60.*
5 Atque ita ſtatuit † communis opinio, teſte Matth. de
6 Afflict. *in conſtit. Regni Siciliæ. Rubrica. 15. nu 3.* Imo † & magis communis opinio. Vincent. Caroc. *deciſ. 4. n. 5.* Eman. Soarez. *in com. opin. lit. F. num. 155. & 156.* & Martin. Monterus *in deciſ. Regn. Arragon. deciſ 2. numer. 53.*
7 Et † in Regio Conſilio Neapolitano hanc recuſationem admiſſam eſſe, teſtatur Vincent. de Franchis *deciſ. 202. num. 1.* Licet diſtinctioni huic contradicant Valentinus Francus *in tract. de fideiuſ. cap. 4. concluſ 6. n. 138,* nec non Petr. Auguſtinus Morla *in Emporio iuris part. 1. tit. 8. q. 16. num. 4.* aſſerens, ita in ſtricta diſputatione deduci poſſe.

Eſt autem communis huius diſtinctionis, ac ſen-
8 tentiæ, (in † iudicando vtique, & conſulendo admittendæ, vt fateatur Auguſtinus Morla, *citato loco*) vt
9 ego opinor, ratio † hæc, quod priore caſu creditoris parum adhuc intereſt, verum fideiuſſorem promiſſum, vel an alium æque idoneum accipiat, cum, contractu nondum perfecto, ipſius etiam nondum deterior facta ſit conditio, *d l. qui autem. §. ſed etſi quis D.*
10 *de conſtit. pecun.* At † quando fideiuſſor promiſſus iam datus eſt, & acceptus, conſiſtit obligatio, tanquam perfecta, eamque creditor, ſi nolit, vel ſi dolum aliquem in permutatione ſubeſſe ſuſpicetur, inuitus, & præſertim ex aliquo interuallo, ad inſtantiam, vel debitoris, vel fideiuſſoris, mutare non cogitur *l. ſi mandatu 45 §. item ſi. D. mandati.* & tradit Alexand. *in l. qui Romæ in principio. D. de verborum obligationibus.* Chaſſan. *in conſuetud. Burgund. Rubric. 5. § 2. verb. Son principal oblige numero vigeſimo ſexto.*
11 Quippe non † ſolum ſuſpicio quædam, quaſi fideiuſſor primus cauſæ diffidens, ſe a nexu fideiuſſionis contractæ mature extricare conetur, ſubeſſe: Verum etiam periculoſum aliquomodo pro imperitis creditoribus eſſe videtur, poſt contractum perfectum, alium fideiuſſorem pro alio accipere, ne ſi minus caute rem agant, ex hac alteratione nouationem introductam eſſe quis præſumat, *iuxta d. l. fin. C. de nouat.*

12 Neque aduerſantur reuera huic opinioni illa, quæ à Petro Heigio *in quæſt. iuris. quæſtione vigeſima octaua. à numero decimo quinto. vſque ad finem.* Et Ioan. Bernardino Muſcatello *in pract. fideiuſſ. part. 2. quæſt 6.* per diſcurſum, adferuntur. Si enim ex hac commu-

tatione nullum creditor ſit paſſurus damnum,cur non
bona voluntate gratificaretur debitori, ſi ei æquipol-
leneur ab ipſo aſſecuratio præſtari queat? iuxta tra-
dita per Doctores, maximè Iaſonem *numero trigeſimo-*
ſecundo. in l. 2. ff. ſoluto matrimonio. vbi probant: Id
13 quod tibi non nocet, & mihi prodeſt faciendum
14 eſſe. Vnde etiam videmus, Romanos † aliquando
fœderi inſeruiſſe: Vt tertio quoque anno obſides mu-
tarentur, ceu legere integrum eſt apud Appianum
Alexandrinum, *in lib. de bellis Syriacis, mihi pagin.* 153.
15 Sed interim tamen hoc manet, quidquid † eſt gratifi-
cationis, illud non ſtatim quoque eſſe neceſſitatis, aut
coactionis, *argumento l. donari ff. de donationibus. l. non*
16 *quidquid ff. de iudicijs.* Quemadmodum nec regula † il-
la, *numero decimo tertio* adducta, procedit, aut locum
haber, quando contractus præceſſit, qui legem vti-
que præſcribit, Iaſon poſt Bartolum *in dicta l. 2. nu-*
mero trigeſimo primo. D. ſoluto matrimonio. Vincentius
Carocius *deciſio 4. numero vndecimo.* Ne dicam, quod
etiam in continenti vix apparere poſſit, num præſen-
tarus fideiuſſor æque vel magis ſit idoneus, ac primus,
ſiquidem hoc in facto conſiſtit, iuxta tradita ſuperius,
capite 8 & cum tractu temporis cauſæ cognitionem,
maximè ſi debitor contradicat, requirit. Quis autem
illas moleſtias patienti animo deuoret, & non potius
fideiuſſorem retineat talem, qualem eſt nactus? Vt
17 enim vulgari prouerbio fertur: Omnis mutatio eſt
periculoſa, nec ſolent vltima regulariter meliora eſſe
primis, *argumento l. 1. in fin. principio. D. de appellationi-*
bus.

18 Et ex his fundamentis etiam deducitur illa † quæ-
ſtio, quam ſemel in facto occurriſſe memini. Titius
enim Mæuio dederat mutuo pecuniam, ſingula cen-
tum ſub vſuris ſemiſſibus, hac conditione, vt Sem-
pronium ſibi daret fideiuſſorem, ſin ille fidem inter-
ponere recuſaret, daret vſuras beſſales. Quærebatur,
vtrum Titius dando alium fideiuſſorem, æque ido-
19 neum, ſe ab vſuris beſſalibus liberare poſſet? Et † *ex*
dicta l. qui autem. §. 2. D. de conſtituta pecunia. conclu-
ſum fuit, poſſe, maximè ad euitandas vſuras maiores,
quæ alias per ſe etiam ſunt odioſæ, *Bartolus in l. cum de*
in rem verſo. §. ſi pupillo. numero primo. in ſecundo notab.
D. de vſuris. Tiraquellus de retract. ligna. §. 1. gloſſa 6. nu-
mero 6.

20 Quod etiam adiuuatur ex doctrina Ludouici Go-
meſii *in §. in perſonam. colum. 13. Inſtitut. de actionibus.* &
Anton. Gabriel. Roman. *lib. 5. concluſ. tit. de pactis. con-*
cluſ. 2. numero ſecundo. & tertio. vbi ſcribunt: Si Mæ-
uius promiſerit ſub pœna Titium dare fideiuſſorem,
& Titius, etiam maximopere rogatus fideiubere no-
lit, quod quidem pœnam Mæuius euitet, cum fecerit,
quod potuit, ſed nihilominus alium fideiuſſorem ido-
neum dare cogatur. Probat idipſum etiam Alciatus
21 *in l. vltima. § 1. num.* 8. *D ſi certum petatur.* Sic † ſi de-
bitum ſit illiquidum, & debitor pro eo fideiuſſorem
offerat, fideiuſſorique huic rurſus in ſecuritatem pi-
gnus nectat, fideiuſſor autem tale pignus ſuſcipere
abnuat, fortaſſis etiam fideiuſſorem indemnitatis ob-
latum reſpuat, excuſatus eſt debitor, quia fecit, quod
potuit. Baldus, Cynus, Salycetus, Alexander, Iaſon, &
Decius *in l. ſi pater. C. de collat.* Bald. *in l. Labeo. §. fina.*
D. de arbitris. Marſilius *in Rubric. de fideiuſſor. quæſt. 30.*
ſub numero 215 Vincentius Carocius *deciſ. 4 ſub numero*
decimo quarto.

22 Similiter † pro hac ſententia facit, quod generali
locorum conſuetudine ubtentum eſt, vt qui aureos
debet, ſoluere poſſit in nummis argenteis, Antonius
Faber *de var. nu. debitor. ſolut. c. 3.* Petrus Heigius *dicta*
quæſtio. 28. n. 19. Nec diſſentit in caſu impoſſibilitatis
Mynſing *cent. 4. obſeruat. 1. verſ. quod maximè verum.*
23 De qua † conſuetudine plura vide apud Menoch.
conſ. 49 n. 18. lib. 1. & conſ. 258. lib. 3. Nattam *conſ. 454. n. 1.*
& 11. Emanuelem Soarez. *in commun. opin. liter. M num.*
205. Coler. *de proceſſ. execut. par. 1. cap. 10. num. 4. cum ſe-*
quentib. Franciſ. Hotroman. *in quæſt.* 15. Arium Pinel-
lum *in Rubric. C. de reſcinden. vendit. part. 1. c. 3. n. 16.* An-
ton. Pichardo Vennesam. *ad tit. Inſtit. quibus mod. re*
contrah. obligat. in princ. tituli. num. 37. & ſequentib. Vin-
centium Carocium *deciſ. 53.* Hieron à Laurentiis *deci-*
ſio. Auen. 41. n. 3. Nota etiam locum Senecæ *lib. 5. de be-*
neficiis. cap. 14 vbi inquit: *Æs alienum habere dicitur,*
& qui aureos debet, & qui corium forma publica percuſ-
ſum quale apud Lacedæmonios fuit, quod vſum numeratæ
pecuniæ præſtat. Quo genere obligatus es, hoc fidem exſolues.
Et lib 6. c. 5. Pecuniam dicimur reddidiſſe, quamuis nume-
rauerimus pro argenteis aureos.

24 Accedit prædictis, quod & † locator, qui patien-
tiam vtendi fruendi re locata præſtare tenetur, aliam
æque idoneam rem præſtare volens, auditur, *l. ſi quis*
domum. vbi glo. & Dd. præſertim Caſtrenſ. dicens val-
dè ſingulare, & menti tenendum, *D. locati.* Gómez *tit.*
de locat. n. 2. Vincent. Caroc. *de loc. & conductio part. 4.*
tit. de euict. n. 8. & in tract. oblationum. 2. q. 33. & dec. 4. n. 22
vbi plura ſimilia cumulat.

25 Facit huc denique, quod † ſeruitus viæ, quæ ſemel
aſſignata eſt, immutari poſſit, ſi via æque commoda
alibi præſtetur, *l. 2. §. penult. D. de religioſ.* Eman Soa-
rez *in commun. opin. litera S. n. 107.* Auguſtin. Morla *d.*
part. 1. tit. 8. quæſt. 16. n. 7 (vbi dicit: In omni vita id ob-
ſeruandum eſſe) Vincen. Caroc. *deciſ. 53. numero 1. 2.*
& 3.

26 Aliud tamen † fortè dicendum erit, de debitore,
qui carceratus ob debitum liquidum, vel guarandi-
gionatum, & habens paratam contra ſe executionem
non habet quidem ipſemet paratam pecuniam, ne-
que etiam bona, vel ſua, vel fideiuſſorum prius dato-
rum, ex quibus ſatisfieri poſſit creditori, offert tamen
aliam ſufficientem cautionem cum nouis fideiuſſori-
bus: creditor enim hos accipere non cogitur, ſed de-
bitor, vel præciſè ſoluere, vel detruſionem in carce-
rem, aut manus iniectionem pati tenetur, *gloſſa vlti-*
ma in l. fin. in fin. & ibi Baldus. D. ſi certum petatur.
Petrus Rebuffus *in ordin. reg. Gall. de lit. obligat. artic. 11.*
gloſſa tertia. numer. 10. Colerus *de proceſſ. execut. part. 1.*
cap. 6. numero centeſimo vigeſimo ſecundo, & centeſimo
vigeſimo tertio qui ea ratione mouentur, quod vna
27 obligatio ex alia oriri non debeat: Quanquam † Co-
lerus *ibidem num. 123. in fine* ſubjicit, ſe non ſuadere, vt
creditor fideiuſſores denuo datos tam temere reſpuat,
cum facilius ab his ſuum conſequi poſſit, quam per
detentionem perſonæ debitori, quod mihi ſimiliter
placet.

28 Sic in concurſu creditorum decernitur aliquando,
pecuniam ſub fideiuſſore leuare licere, adſunt aliqui
creditores, qui non reperiunt fideiuſſores, ſed vt ipſos
habeant, inter ſe conueniunt, vt illi ipſi oblati, & ac-
cepti fideiuſſores retineant pecuniam loco ſecurita-
tis, aut indemnitatis: Hoc caſu, ſi poſtea creditores
offerant fideiuſſorem æque idoneum & petant libe-
rationem primorum, primi vtique liberantur, & re-
cepto alio æque, vt dixi, idoneo, pecunia, credito-
ri reſtituitur, etiam recuſantibus iis, apud quos fide-
iuſſio præſtita erat, vt practicare docet Vincent. de
Franchis *deciſ. 202. n. 2.* aſſeclam habens Vincent. Ca-
rocium *dec. 4. n. 15. verſic. quandoque.*

§. 38. DE

Digitized by Google

§. 58. DE DEBITORIS FVGIENTIS CAPTVRA.

SVMMARIA.

1 *Relaxatus ſub fideiuſſore, & promittens, ſtare ad diſtrictum, ſi diſcedat, & poſtea capiatur, & carceretur, non liberatur fideiuſſor.*

2 *Creditore ſciente debitorem non manere ad diſtrictum, & per integrum biennium tacente, nulla facta requiſitione, non tenetur amplius fideiuſſor.*

3 *Debitor, ad iuramentum creditoris, illum eſſe ſuſpectum de fuga, detineri poteſt ex Statuto Genuæ, & quando iuxta traditionem Flaminij Chartarij.*

4 *Fideiuſſoria obligatio ſemel perfecte finita non poteſt in eſſe reduci, ſine facto fideiuſſoris.*

5 *Mutata res in ſtatum priſtinum reduci non poteſt.*

1 TRigeſimo octauo quæro, ſi aliquis, † interueniente fideiuſſore, promiſerit, ſtare ad diſtrictum, & inde non diſcedere, niſi creditore placato; & diſcedat, poſtea autem capiatur, & carceretur, an ex hoc ſit liberatus fideiuſſor? Reſpondendum eſt, non eſſe liberatum, ſed teneri ſoluere totum debitum, ſtatim, ſine nouo iudicio, non admiſſa exceptione excuſſionis nec attenta probatione oblata, eum non eſſe debitorem, maximè ſi ipſemet fideiuſſor ad fugam capeſſendam illum incitauerit Salycet. *in leg. bona fidei. Cod. de rebus credit.* Hieron. Magon. *deciſ. Lucenſ.* 90. *num.* 4. Menoch. *de arbitr. iud. quæſt. caſu.* 301. *num.* 23. pulchrè Vincentius Carocius *deciſ.* 28. *num.* 8 Proſper. Farinac. 2 *quæſt.* 30. *num.* 11. *& quæſt.* 32. *num.* 14. Notabiliter † tamen Carocius *dicta deciſ.* 28. *num.* 1. *& ſequentibus*, illud ipſum limitat; ſi creditor ſciuerit debitorem non manere ad diſtrictum, & per biennium integrum tacuerit, nulla facta requiſitione, quod tunc fideiuſſor non 3 amplius teneatur, ſed liberatus cenſeatur. Cui † in caſu non diſſimili, ſed admodum affini hanc quæſtionem annectere libet, Cum ex Statuto Genuæ *lib.* 4. *cap.* 6. §. *ſi detentus*, & §. *ſi probatum*, debitor ad iuramentum creditoris, illum eſſe ſuſpectum de fuga, detineri verumtamen ab hac detentione per præſtationem fideiuſſoris nihilominus rurſus relaxari poſſit, quod ipſi agendum ſit, vt hone ipſum ſuum fideiuſſorem à præſtita fideiuſſione eximat, & liberet? Reſpondeo illum probare debere, quod poſſideat tota bona immobilia, vt iudicis arbitrio ceſſet ſuſpicio fugæ, licet alias tanta non eſſent, vt pro debito ſufficerent, eoque probato liberatio fideiuſſoris ſubſequi debet. Angel *in l. ſecundum ff. qui ſatiſdare cogantur.* in terminis id ita comprobat Flaminius Chartarius *in deciſ. cauſ. execut. Rota Genuenſ. dec.* 40. *per totam & dec* 96. *in principio. & num. duodecimo.*

Atque ita huic capiti finem quoque impono, illud 4 ſaltem pro concluſione adiiciens: Si obligatio † fideiuſſoria per vnum aliquem ſupra citatorum modorum ſemel perfecte & firmiter ſit ſublata, finita, & extincta, quod non poſſit in eſſe reduci, ſine facto fideiuſſoris, *l. quæres.* § *aream. ff. de ſolution. gloſ. & Doctores. in leg. vltima, C. de pactis.* Æmylius Ferretus *reſponſo.* 49 *nu.* 4. Stat etenim firma & inconcuſſa regula multis in locis 5 inſinuata: Rem mutatam † in priſtinum ſtatum reduci non poſſe, *l. liber homo. & ibi gloſſa. ff. de ſtatu. homin.* Alex. *n.* 11. Alciat. *n.* 16. Iaſ. *n.* 15. *in l. manumiſſiones. ff. de iuſtit. & iure.*

CAPVT XXI.

De actionibus, quæ contra fideiuſſores dantur.

Antonius Heringius.

SVMMARIA.

1 *Certi condictio, & actio ex ſtipulatu dantur aduerſus fideiuſſorem. Quod latius explicatur. n.* 2. 3. *&* 4.

5 *Actionis ex ſtipulatu fideiuſſoria integrum exemplum per Ioan. Michaelem Beutherum I C. anno* 1597. *editum.*

6 *Obligationis tenor inſpiciendus eſt, ad indagandam actionem ex reformatione Imperij de anno* 1442.

7 *Actio ex ſtipulatu competit, quoque contra fideiuſſores in omnibus prætoriis ſtipulationibus.*

8 *Certi condictione tenetur fideiuſſor qui aliquem iudicio ſiſti promiſit, ſi certa pœna ſtipulationi ſit adiecta.*

9 *Actioni prætoriæ prædicto caſu non eſt locus.*

10 *Fideiuſſor, qui nomine actionis bonæ fidei, vel legatorum aut fideicommiſſorum interceſſit, ex ſtipulatu conueniri poteſt.*

11 *Approbator fideiuſſoris eadem actione conuenitur, qua fideiuſſor.*

12 *Actio de dolo quando, & quatenus aduerſus fideiuſſorem competat.*

13 *Matthæi VVeſenbecij traditio explicatur.*

14 *Creditor pro eodem debito, & pignores, & fideiuſſorem nonnunquam pure accipit.*

15 *Vel ſub conditione.*

16 *Fideiuſſor contraria pigneratitia actione conueniri nequit, ſi in pignore contrahendo deceptus ſit creditor.*

17 *L. Amiſſi.* 52. *in princip ff. de fideiuſſoribus explicatur.*

18 *Traditio transfert naturalem pignoris poſſeſſionem.*

19 *Pignus manet in dominio debitoris.*

20 *Res perit ſuo domino.*

21 *Pignore amiſſo fideiuſſor quatenus damnum ſentiat.*

22 *Fideiuſſor vna cum pignore obligatus ne ſic quidem contraria pigneratitia actioni ſit obnoxius.*

24 *Actio præſcriptis verbis datur in fideiuſſorem, pro quo fideiuſſum eſt vt rurſum fideiubeat.*

24 *Mutuum fieri poteſt cum pacto de remutuando.*

25 *Ex contractu, Iuro vt iures, datur actio præſcriptis verbis.*

26 *Non fideiubens poteſt conueniri ab eo, qui fideiubendo promiſſa adimpleuit.*

27 *Actio Redhibitoria aduerſus fideiuſſorem competit.*

28 *Fideiubens in contractibus, qui poſſunt per pœnitentiam reſolui, videtur in omnem cauſam fideiubere.*

29 *Actio Empti ex Dupla datur contra fideiuſſorem.*

30 *Nec non Actio de fide mentita.*

31 *Aures ſunt ſana ſanna, ex Plinio.*

32 *Actionem vtilem fideiuſſor nonnunquam ſuſtinere cogitur.*

33 *Actione, quod iuſſu, fideiuſſor conueniri poteſt. Quod tamen intellige, vt n.* 34 *&* 35.

36 *Actioni, de reſiduo aliquando fideiuſſor ſit dominus Quod declara, vt n.* 37.

38 *Executiua remedia dantur etiam aduerſus fideiuſſorem.*

39 *Fideiuſſorem ſi nimis propere per executionem aut pignorationem creditor ad ſolutionem vrgere velit, non auditur, idque præiudicio Cam. Imperialis confirmatur.*

40 *Pignorationes, ante multos annos in Germania ſunt vſurpatæ.*

41 *Fideiuſſore ſe obligante ad pœnam conuentionalem ex delicto, inſtituenda eſt actio ex ſtipulatu, cum porrectione libelli, litis conteſtatione, & ſeruatis ſeruandis, ex Auguſtino Beroo.*

42 *Hieronymus Magonius in deciſione Lucenſi* 92. *explicatur.*

43 *Ad exactionem pœnæ contra fideiuſſorem de præſentando procedıtur ſummarie, executiue, & ſine libello.*

44 *Clauſula executiua: creditor auxilium à iudice petat, vt bona fideiuſſoris ſoluant, &c. cuius ſit efficacia.*

45 *Creditor viuente fideiuſſore in poſſeſſionem feudi miſſus, ſi prius quam ſit ei ſi ſatisfactum, domino feudum aperiatur poteſt feudum retinere, donec ipſi a domino, pro quo fideiuſſum eſt ſatisfiat. Ætiologia ponitur, num. 46.*

47 *Executorialia mandata poſſunt in Camera Imperiali impetrari contra reum principalem pro debito liquido.*

48 *Præiudicia Cameræ Imperialis, quam ad rem adferantur.*

49 *Executorialia mandata tam ſimplicia, quam arctiora emanant in ſupremo Imperij Dicaſterio contra fideiuſſores eorumque hæredes.*

50 *Præiudicijs Cameralibus, quod itidem confirmatur.*

51 *Receſſus Deputato um de anno 1600. in §. obligationes, adducitur.*

52 *Executoriale mandatum ſi forte denegetur, poteſt tamen Iudex ex officio permutare partı ſupplicantis, vt, ad affectum obtinendi, formiter quid petat.*

53 *Executorialia mandata cum clauſula, contra debitores, vel fideiuſſores, non ſunt ſatis tuta.*

54 *Executorialia mandata non aliter decernuntur, quam ſi obligationum ipſa originalia exhibeantur.*

55 *Debitor principalis, & fideiuſſor in vno eodemque libello conueniri poſſunt. Sed declara, vt num. 57.*

59 *Debitores plures in eodem libello includi poſſunt.*

58 *Actiones duæ non poſſunt in eodem libello deduci vnico contexto, & momento.*

59 *Citatio in aliquot caſibus contra fideiuſſorem decernitur.*

60 *Aliquando etiam ſub pœna banni.*

61 *Fideiuſſores non comparentes mandatum exhiberi, & creditori communicare debet.*

62 *Fideiuſſor, expedito puncto reſponſionum, ſi res deueniat ad punctum probationis per teſtes, de interrogatorijs ſit ſollicitus.*

QVandoquidem in alijs innumeris negotijs certæ
actiones proditæ, & inuentæ ſunt, vt quis con-
ſequatur, quod ſibi debetur, Ideirco non immerito
hic etiam ſubijcio, quænam actiones creditori, non
ſolum contra debitores, verum etiam aduerſus fideiuſ-
ſores eorumdem competant, pro conſequendo eo,
quod illos dare facere oportet, pro lege illa, quæ dum
initio contraherent, inter creditorem, ac debitorem,
nec non fideiuſſores dicta fuit Quia igitur ſupra *cap. 11.*
oſtenſum eſt formam fideiuſſionis contrahendæ in ſti-
pulatione, vel verbis ſolennibus inter præſentes: Vel
iuxta hodiernam Germaniæ conſuetudinem etiam in-
ter abſentes, mediante beneficio emiſſarum literarum,
celebrata, ac inita, conſiſtere, illud in primis conſe-
1 quens eſſe videtur, vt ex hac † obligatione quoque
vel certi condictio generalis: vel ex ſtipulatu actio
contra fideiuſſorem detur, hæ et ita ex verborum obli-
gationibus oriri ſolent, *l. ſi quis certum 24. ff. ſi certum
petatur. Inſtitut. de verborum obligationibus in principio.*
Franciſcus Iamerius *in comment, ad titul. ff. de fideiuſſo-
ribus in principio. fol 4. lat. 2.* Antonius Faber. *lib. 2. con-
iectur. cap. 12.* (vbi oſtendit, quænam actiones compe-
tant aduerſus fideiuſſorem (Nicolaus Mozzius *de con-
tract. tit. de ſtipulatio cap. Quæ actio oriatur ex ſtipulat.* Ar-
nold. ad Haeſol. *in aduerſar. action. part. 7. act. 1. num.
5. & ſeqq.* Et quidem † Certi condictio, ſi cer-
2 ta ſit ſtipulatio, & certum petatur, hoc eſt, ſi ex ipſo
pronuntiatione, vel etiam relatione, appareat, quid,
quale, quantumque ſit in ſtipulatione, *ſtipulationum.
74. ff. de verborum obligationibus l. certi condictio ff. ſi cert.*
3 *petatur.* Actio † vero Ex ſtipulatu, ſi incerta ſit ſtipu-
latio, nec certum petatur, hoc eſt, ſi non appareat,
quid, quale, quantumque ſit in ſtipulatione, *l. vbi au-
tem non apparet. 75. ff. de verborum obligationibus, dicta l.
ſi quis certum D ſi certum petatur.* latè Ioannes Goddæus
de contrahend. ſtipulat. capite 11. concluſ. 1. num. 1. 2. & 3.
Idque de actione ex ſtipulatu, ſiue ex ſtipulatione no-
minatim traditum eſt, *in l. mora D. de verborum obliga-
tionibus l. Stychum. §. de peculio. D. de ſolutionibus*, quæ
4 iſtam † actionem contra fideiuſſorem competere in-
nuunt, quod etiam probat Ioannes Zangerus *in tracta-
tu de exceptionibus parte 3. cap. 7. num. 7. verſ. nam actio
ex ſtipulatu.* Rutger. Rulandus *de commiſſarijs parte 3 lib.
7. cap. 5. num. 2.* Neque operæ pretium eſt, vt pluribus
5 verbis hoc explicem, præſertim quia non ita † pridem
per Ioan. Michaelem Beuterum Iuriſconſultum inte-
grum actionis ex ſtipulatu fideiuſſoriç exemplum Spi-
ræ typis Bernardi Albini, Anno 1597. editum eſt, ad
quem, vt & ad Rofredum Beneuentanum [qui de for-
matione libelli cuncta per diuerſas Rubricas congeſ-
ſit, *in tractat, de ordin. iudic.*] Practicam Iacobi, VVen-
delinum Schilling, Oldendorpium, &c. hac vice le-
6 ctorem remiſiſſe ſufficiat, maximè, quia † tenor obli-
gationis hoc caſu præcipuè inſpiciendus, & attenden-
dus eſt, quod etiam innuit Reformatio Imperatoris
Friderici Tertij, de Anno 1442. ſub Rubric. ſi etiam
his verbis pupilli ſi ſint debitores, & creditor de debi-
to non habeat teſtimonium ſiue ſcripturam idoneam à
ſolutione ipſi ſint immones, &c.
7 Habet † porrò illud ipſum adeo locum, vt & in om-
nibus prætorijs ſtipulationibus, non ſolum aduerſus
debitorem principalem, verum etiam contra eius fi-
deiuſſores, ex ſtipulatione agi poſſit, *l. 4. §. ſed enim l.
vlt. rem pupill. ſaluam fore l. cum quærebatur. §. vltim. l.
ſi ex duobus l. ex iudicatum ſolui D. iudicatum ſolui l. ſi
ſine iudice in principio D. rem ratam haberi, cum ſimilibus.*
8 *Speculator in tit. de diuerſis cautionibus num. 2.* Et † hoc
amplius fideiuſſor, qui aliquem iudicio ſiſti promiſit,
certa pœna ſtipulationi ſit adiecta, condictione certi
tenetur, *l. 2 §. finali, & l. ſequenti ff. qui ſatiſdare cogan-
tur.* Hieronymus Treutlerus *ſelect. diſputat. volumine 1.
diſputatione 5. theſi* 8. Arnoldus ab Haerſolte *in aduer-
ſar. action. 12. numero octauo, & nono.* Et ſic actioni
9 † prætoriç non eſt locus. *Iaſon in dicta lege 2. §. finali
nume. 1. Horatius Carpanus ad ſtatut. Mediolanenſ. parte
10 prima capite 45. num. 14.* Similiter, ſi † nomine actio-
nis bonæ fidei, vel actionis legatorum, aut fideicom-
miſſorum fideiuſſor interceſſerit, non quidem ipſe te-
netur actione bonæ fidei, ex ſtipulatu tamen conue-
niri poteſt, *l. 1. §. belliſſime ff. vt legat. nomine caueatur.
Titius 54. in fine ff. ad Trebellian. Cuiacius ad Africanum
tract. 3. mihi pag. 67.* Denique non tantum fideiuſſor:
11 ſed † & approbator fideiuſſoris eadem actione conue-
nitur, qua ipſemet fideiuſſor, *l. cum oſtendimus. §. fi-
nali ff. de fideiuſſor, & nomin. tut. Bartholom. de Capua
ſingul. 16.*
12 Sed † præter has duas actiones nonnunquam etiam
contra fideiuſſorem Actio De dolo datur, præſer-
tim vigore iſtius vſitatiſſimæ finalis clauſulæ: quid
fecit iuramentum, &c. iuxta tradita per Ioannem
Goddæum *de contrahend. ſtipulat. capit. 8. concluſione 1.
num. 26.* non tantum in id quod intereſt, *l. ſi id quod
aurum 22. verſicul. ſed ex dolo mali l. dolo. 119. l. ex ea parte
121. ff. de verb. obligat. l. nouiſſimè. 19 ff. iudic. ſolut l. hæc
verba 69. & ibi Goddæus ff. de verborum ſignificationibus*,
& titigi ſupra *cap. 19. num. 92.* Sed & in hoc, vt res,
vel actio reſtituatur, puta, ſi hominem promiſſum ante
moram occiderit, *l. fideiuſſ. 19 ff. de dolo*, quæ ob id etiam
actio vtilis, hoc eſt, reſtitutoria dicitur *in dicta l. mora.
ff. de*

Digitized by Google

ff. de verbor. obligat. ſuper quo Lector pleniorem explicationem petat a Cuiac. *tract. 7. ad African. mihi pag. 398. & 399.* cuius verba non tranſcribo.

13 Ex cautione † etiam perſonali oriri obligationem, & actionem perſonalem, tam contra reum, quam aduerſus fideiuſſores, tradit VVeſenbecius *in paratit. C. de ſatiſdando num. 23.* quibus verbis quid proprie voluerit, non ſatis aſſequor. Neceſſum enim eſt, vt, & hoc vel de conditione certi, vel de actione ex ſtipulatu, quæ & ipſæ perſonales ſunt, *§. omnium. Inſtitut. de actionibus.* intelligatur; maxime, quia ex cautione, perſonam aliquam iudicio ſiſti, actio ex ſtipulatu contra fideiuſſorem oritur, ſi ſimpliciter promiſſum ſatiſdatumque ſit: Certi vero condictio, vbi certa quantitas vice eius, quod actoris intereſſe poteſt, ſtipulatione eſt comprehenſa, *l. ſecunda. §. vltim. l. 3. ff. qui ſatiſdare coguntur. l. vlt. §. fin. ff. de eo per quem factum erit. Maranta parte 6. tit. de ſatiſdat. num. 5. & 8.* Idem VVeſenb. *in parat. ff. qui ſatiſd. cogant. num. 6.* & ibidem Duaren. *cap. 2.* & rurſus VVeſenb. *tit. ff. ſi quis caution. num. 1.*

14 Quia vero ſæpe contingit, vt † creditor pro eodem debito, & pignora, & fideiuſſorem accipiet, vel pure, *vt in l. ſecunda. l. mandati. verſicul. pignora etenim. C. de*
15 *fideiuſſoribus.* vel etiam ſub conditione (vt † ſi pignora in cauſa iudicati non ſint libera, ſed fiſco aut alij forte an tacite obligata, *vt in l. 1. & 2. C. in quib. cauſis pignus tacite contrahitur.* fideiuſſor ſoluat, iuxta caſum Antonij de Gamma *deciſ. Luſitana. 197.*) non inutilis
16 equidem eſt indagatio, † in pignore contrahendo deceptus ſit creditor, an contraria pigneratitia actione fideiuſſorem conuenire poterit? Et ſane Paulus *in l. ſi in pignore. 54. ff. de fideiuſſoribus.* hanc quæſtionem his verbis determinat: *Si in pignore,* inquit, *contrahendo deceptus ſit creditor, qui fideiuſſorem pro mutuo accepit, agit contraria pigneratitia actione, in quam actionem veniet, quod intereſt creditoris: Sed ea actio fideiuſſorem onerare non poterit, non enim pro pignore, ſed pro pecunia mutua fidem ſuam obligauit.* Hæc Paulus.

17 Nec obſtat *l. amiſſi. 52. in principio. ff. de fideiuſſoribus.* vt Papinianus ait: Amiſſi ruina pignoris damnum tam fideiuſſoris, quam rei promittendi periculum ſpectare: ex qua colligi videtur, quaſi fideiuſſor creditori de æſtimatione vel reſtitutione pignoris, atque ita per conſequens etiam in id, quod intereſt, teneatur. Nam iſtius legis ſenſus eſt, quod ſi vna cum pignore fideiuſſor ſit datus, & pignus amittatur: quod nihilominus tam fideiuſſor, quam debitor teneatur. Fideiuſſor quidem ideo, quia etſi pignus perijt, tamen per id fideiuſſoribus liberatio non contingit, *l. etiam l. amiſſis. C. de fideiuſſoribus.* Debitor vero hanc ob cauſam,
18 quod etſi † creditor per traditionem nanciſcitur naturalem pignoris poſſeſſionem, *l. quum, & ſortis. §. vlt. ff. de pignerat. action. l. per ſeruum in princip. ff. de acquirend. rer. domin. l. cum notiſſimi. §. ſed cum Cod. de præſcriptio. 30. annorum. Cuias lib. 9. obſeruat. c. 33.* pignus ta-
19 men † in eius bonis, & domino permaneat, *l. pignus. Cod. de pign. action. l. reſcriptum. 12. in princip. ff. de diſtract. pigno. l. quid ſit fugitiuus. §. pignori. ff. de adilit. edict. l. generaliter. ff. qui, & à quibus manum. lib. non fiant.* Res
20 autem nulli † alij, quam domino ſuo perire poteſt, *l. incendium. vbi DD. Cod. ſi certum peta l. itaque 12 in princip. ff. de furtis l. ſi id quod. 28. in princip. ff. de donatio-*
21 *nibus int. virum, & vxorem.* Amiſſo † igitur pignore, in eo damnum ſentit fideiuſſor, quod nimirum in ſolidum tenetur, cum tamen pignore dato forte diſtracto, in id tantum fuiſſet, conuentus, quod ex pignore refici non potuiſſet, *d. l. amiſſis. Cod. de fideiuſſorib. l. inter creditorem. ff. eod.*

22 At † quando fideiuſſor non pro pignore (in quo tamen forte creditor deceptus eſt, vt ſi æs pro auro, ab affirmante aurum eſſe, pignori datum ſit) ſed vel pro pignore, in id quod minus ex eo vendito redigi poteſt, vel etiam ſimpliciter pro mutua pecunia fidem ſuam ſtipulando obligat, tum etiam contraria pigneratitia actio eum non obligat, quia non ratione fideiuſſionis ab ipſo præſtitæ, ſed ratione dati pignoris creditoris intereſt, quo caſu etiam contraria pigneratitia actio tantum creditori competit. *l. 1. §. vlt. l. ſi quis 36. ff. de pignor. action.* Quod ſi equidem ratione fideiuſſionis etiam creditoris intereſſe incipiat, habet vtique propriam actionem nimirum vel certi condictionem vel actionem ex ſtipulatu, qua fideiuſſorem conuenire poteſt.

Anton. Heringius.

23 Quinta † actio, quæ aduerſus fideiuſſorem nonnunquam datur, eſt actio Præscriptis Verbis. Pone enim, fide iuſſum à me eſſe ſub tali conditione; Fideiubeo, vt fideiubeas, ſicque me fieri fideiuſſorem futuri mei fideiuſſoris, verum cum ego fideiuſſerim pro Titio, Titium pro me rurſus fideiubere nolle; Sane iſto caſu dabitur actio præſcriptis verbis ex contractu. Facio vt facias, videtur enim mandatum vtrinque quodammodo interueniſſe, *l. naturalis. §. ſed ſi facio ff. de præſcriptis verbis.* Competet vero hæc ipſa actio multo magis, ſi quis pecuniam acceperit, vt pro aliquo fideiubeat, nimirum ex contractu, Do vt facias, hoc eſt, vt fideiubeas, directa namque vel vtilis competere nequit, cum merces interuenerit, *prima in fin. ff. mandati. text. & ibi Dionyſius Gothofred. liter. P. in l. ſi remunerandi. §. Marius Paulus ibi, mercedem pactus ob ſuam fideiuſſionem. ff. mandati.* faciunt tradita per Anton. de Padilla *in l. rem maioris num. 26. Cod. de reſcind. vendit.*
24 & Ioan Kopeo. *quæſt. 23.* vbi de † mutuo cum pacto de remutuando agit.

25 Eſtque prædictis ſimile, quod † ex contractu innominato, Iuro vt iures, datur etiam actio præſcriptis verbis iuranti, quæ compellit alterum quoque iurare, *Bald. in capite 1. §. Item Sacramenta num. 10. verſic. ſed quando. De pace tenenda. Anton. de Padilla in d. l. naturalis. §. ſed ſi facio, num. 9. ff. de præſcripi. verb.*

26 Sed tamen † & is, qui non fideiuſſit, tenebitur hoc caſu alteri, qui fideiubendo promiſſa impleuit ad intereſſe quanti ſcilicet ipſius intereſt fideiuſſum eſſe, quod pro varijs circumſtantijs iudex æſtimabit, Bald. *in l. ſi pro ea in 15. quæſt. Cod. mandati.* Lælius de Zanchis *in tract. de priuileg. Eccleſ. priuileg. 115. numero 19. in fin.* Padilla *in d. l. naturalis. §. ſi ergo num. 1. ff. de præſcripi. verb.*

27 Sexta † actio contra fideiuſſorem competens eſt
28 Actio Redhibitoria. Fideiubens † namque in contractibus, qui poſſunt per pœnitentiam reſolui, videtur in omnem cauſam fideiubere, *text. in l. Latinus Largus. ff. de adilit. edicto,* quem ita allegat Bald. *in l. fin. num. 19. Cod. de ædilit. action.* Sequitur Petrus de Rauenna *in ſingul. 221.* Caſper. Caballin. *in tract. de ad lit. action. cap. 2. num. 43.*

29 Septima actio, quæ aduerſus fideiuſſorem datur, eſt actio Empti, item actio Ex dupla *l. emptor fundi. C. de euictionibus*, quarum actionum naturam, & requiſita, non eſt, quod ego hoc loco prolixius inculcem.

30 Octaua † actio, qua fideiuſſorem impetere poſſum, eſt actio De Fide Mentita, puta ſi aliquis conſtantiſſimè, dextra forte data aut adhibito iuramento obligatorio, per animæ ſuæ ſalutem promiſerit, ſe velle fideiubere, poſteà verò id facere recuſet. Ita innuunt Speculator, *in tit. de ſponſal. §. reſtat videre.* & Guido Papæ *in ſingul. 449. in princip.* ac dixi ſupra *cap. 19. n. 92.* Certe hodiernis temporibus multi fidem

Google

taliter mentitam ſuſque frrunt ; neque enim entant,
31 quid in hominum autibus (quę † iamen famæ ianua
ſunt, *vt ait Plinius*) de illis tinniat: quid igitur mirum,
ſi iure coganiur illud ſæpenumero , .& quidem cum
ignominioſa irriſione implere, quod ſponte facere
debuiſſent ?

32 Nona † actio, quam excipere cogitur fideiuſſor, eſt
actio VTILIS , quæ datur pupillo, etiam abſque ceſ-
ſione, contra fideiuſſorem magiſtratui àtut[illegible]datum,
lib. 1. ad fin. ff. de magiſtrat. conueniend. D[illegible] ſingul.
84.

Decima actio, quæ creditori in negotio fideiuſſio-
33 nis datur, eſt † actio QVOD IVSSV. Si enim filius
familias pro patre ſuo, ſciente, ratum habente, vel
iubente fideiuſſit, competit modo dicta actio, quod
iuſſu contra patrem, nam etſi pro extraneo, patre iu-
bente, ratumuè habente fideiuſſiſſet, actioni de eo,
34 quod iuſſu, locus foret. Aliter ſe † res habet, ſi pa-
tre ignorante fideiuſſerit, quia ignorantis non poteſt
videri aliquis iuſſus, *l. 1. ſi dubitet. 10. §. filius familias. ff.
de fideiuſſor. l. 1. ff. quod iuſſu. Io. Goldaus de contrah. ſti-
pul. cap. 7. concluſ. 5. num. 67.* niſi modo † in rem patris
35 ſit verſum ; tunc enim cum patre agi poteſt, ſicut, &
vtilis actio conceditur, quando filius emancipatus ſol-
uit, *d. §. filius familias.*

36 Vndecima actio, quę in fideiuſſorem datur, eſt actio
DE RESIDVO, que ne longi quidem temporis inter-
uallo excluditur, *l. pignoribus . 25. C. de fideiuſſoribus*,
37 *l. qui mutuam. 56. in princ. ff. mandati.* niſi forte † cre-
ditor recipiat, quandam pecuniam pro reſiduo, vel
ſumma reſtante, tunc enim poſtea non poterit aliquid
petere, etiamſi plus ei debeatur, *text. & gloſſ. verb. re-
liquum, in l. ex pluribus. ff. de ſolut. Ludou. Roman. ſing.*
699. *alia eſt* 702. de quo prætrrea vide Petr. Rebuff.
in l. poſt. reliquorum. ff. de verb. ſignif. & cap. præced. §.
21. *num.* 33. *& ſeqq.*

Cæterum vltra has actiones ordinarias nunnun-
38 quam etiam † VIA EXECVTIVA, & compulſiua
contra fideiuſſotrs proceditur puta, quando in inſtru-
mento fideiuſſionis creditori liberam poteſtatem tri-
buunt, poſt moram pro executione debiti, omnibus
vijs compulſiuis, quæ contra reum principalem com-
petunt, etiam aduerſus ſe ſe omnes & ſingulos hæredeſ-
que, & ſucceſſores ſuos vtendi, ſiue in perſonam, ſi-
ue in bona ſua, ſiue ad vtrumque ſimul, ac vel eodem
tempore & loco, ſiue diuerſis temporibus, & locis in-
tendatur executio : quo caſu etiam non libellus, ſed
tantum inſtrumentum guarentigionatum exhibetur,
& executio vrgetur, vt beneuolus lector ea ijs vide-
dere poteſt, quæ ad longum cumulat Mathias Cole-
rus *de proceſſ. execut. 1. cap. 10. in princip.* & per diſcur-
ſum ad quem remiſiſſe ſufficiat, ne ſcripta ex ſcriptis
39 conficiam. Sanè, † ſi creditor nimis propere executio-
nem contra fideiuſſorem vrgeat, eumque pignorare in-
tendat, ſolet ipſi petitio ſua denegari. Exemplum
habemus apud D. Barthium *in ſelect. Camer. Imperial.
ſententijs 17. Iunij, Anno* 1549. *lit. F.* In hunc modum :
In cauſa interpoſitæ appellationis appellans à ſenten-
tia lata ſoluenda fideiuſſionis N. fuit auditus, & rece-
ptus, hæc conditione tamen, quod prius ſoluat, vel
ſummam deponat, ne pręiudicium parti factum ſit,
40 &c. Quod autem iſtiuſmodi † pignorationes ante
multos annos, iam aduerſus debitores, quam fideiuſ-
ſores in Germania vſurpatæ fuerint, ſatis liquet ex Re-
formatione Imperij Frderici III. de Anno 1442. §. de-
bitum nondum liquidatum.

41 Sed quid dicemus, ſi † fideiuſſor ſe obligauerit ad
pœnam conuentionalem ea delicto, poteritne aduer-
ſus eum agi per viam inquiſitionis, etiam ad vtilita-
tem fiſci? Reſpondeo Auguſtinum Beroum *in conſil.*
206. *num. 24 & ſeq. lib.* 3. firmare, quod hoc caſu fi-
deiuſſor, vti debitor, & promiſſor inſtrumentarius,
actione oriente ex contractu, & ſic ex ſtipulatu, con-
ueniri debeat, porrectione libelli, litis conteſtatione,
42 & ſeruatis ſeruandis. Nec obſtat, † quod Hieronym.
Magon. *in deciſ. Lucenſi* 92. contrarium voluit : lo-
quitur enim in terminis ſtatuti Lucenſis, & ſic impli-
citè fatetur de iure communi ſe rem aliter habere. Non
34 officit quoque, quoad † exactionem pœna contra fi-
deiuſſorem de repreſentando proceditur ſommariè, exe-
cutiuè, & ſine libello, iuxta Bart. *in l. ſi quis reum in
fine. ff. de cuſtod. reor.* vbi ampliat, quod iſto caſu iu-
dex procedit ex officio ; id enim admittendum merito
eſt in illo caſu, ob rationes aſſignatas à Proſpero Fa-
rinacio *de carcerib. & carcerat. lib. 1. tit. 4. quæſt.* 34.
num. 30. ex quo retulit Ruger. Ruland. *de commiſſ. d.
parte 3. lib. 7. tit. 5. num.* 9. 10. *&* 11.

44 Cæterum & † ad hunc modum ſe quandoque exe-
cutiuè obligant fideiuſſores : Qui creditor eſt, accipere
debet miniſtros iuſtitiæ, & bona fideiuſſoris accipe-
re, ac ad ſui libitum diſponere, &c. quæ formula ori-
ginem fortaſſis traxit ex *l. 3. C. de pignorib. & l. penu. C.
de pignerat. act.* & quæ ibi tradunt Doctores, id quod
fuſe non minus quam eleganter explicat Petr. Frider.
Mindanus *in tract. de mandatis iudicialibus lib. 2. cap. 70.
per tot. & cap. 71. num.* 2. ad quem lectorem itidem
remitto.

45 Quinetiam † creditor viuente fideiuſſore in poſſeſ-
ſionem feudi miſſus, ſi prius, quam ſit ipſi ſatisfactum,
domino feudum aperiatur, poteſt retinere feudum,
iureque retentionis vti, donec ipſi à domino, pro quo
fideiuſſum eſt ſatisfiat, & ſic procedit quoque, quod
tradiderunt Martin. Laudenſis *in capit. 1. §. quid ergo.
num. 10. de inueſt. de re alien. facta.* Iacob. de S. Geor-
gio *de feud. verb. & actio vaſſalli num.* 39. Gail. *lib. 1. obſ.*
117. *num.* 4. Petr. Nicol. Mozzius *in tract. de feud. ſub
rubr. qua actio oriatur ex feudo. num.* 39. Ratio eſt, quod
46 defunctus fideiuſſor in rem ſiue vtilitatem domini feu-
di ſeſe obligauit, nec ad defunctum, ſed ad dominum
peruenit pecunia, pro qua feudum poſt immiſſionem
apud creditorem cœpi eſſe locus pignoris, *l. 1. & tot.
tit. C. de in cauſ. iudicat.* Eſt igitur meritò locus reten-
tioni, cum ſit regulare, vt ex parte ſua prius teneatur
ſatisfacere, qui vrget alterum, vt ſatisfaciat, *l. Iulianus
§. offerri. ff. de actio. empti.* pulchrè Andreas Kohl. *in
exercit. legalib. exerc. 2. num.* 27. quod hodiernis tem-
poribus, quibus ſæpenumero vaſſalli pro dominis ſuis
omnes fortunas deſpondent, accurate eſt menti te-
nendum.

47 Sed & hoc in practica † hoc loco obſeruandum
venit, quod ſicut pro liquido, iurato, & per inſtrumen-
tum guarantigionatum, vel chirographa illæſa, in con-
tinenti, ac ſtatim probabili debito, contra reum prin-
cipalem in Camera Imperiali mandati executorialia
ſine clauſula, ad hoc, vt is intra breuem terminum ſol-
uat, impetrari poſſunt, & decernuntur, maximè,
quando in obligationibus hæc verba, quæ addere
valde refert, ſunt inſerta : Qui creditores ſunt, aut
hæredes creditorum habent auctoritatem procedendi
48 aduerſus debitores ex iure Imperij, ac municipali ci-
uitatis Rotbuil pro varietate circonſtantiarum loci,
& perſonarum ea ſententia executoriali proceſſus in
prima inſtantia.

In cauſa Scharderi contra Ducem Branſuicij 31.
Auguſti anno, &c. 82. Item NN. contra Georgium
omgerum Brendelum Homburgum, & conſortes 11.
Maij, Anno 1583, in cauſa Schmindi Bitridic contra
Chriſtophorum Collinum : In cauſa Munchauſeni,

contra

contra Oſtfteilardum: In cauſa Mulufij, contra Ba-
dem.
49 Ita etiam aduerſus fideiuſſores eorumque hæredes,
qui ſe ſuoſque vt reos principales obligarunt, non tan-
tum ſimplicia, ſed etiam arctioria mandata executo-
rialia ſub pœna banni; maximè, quoniam omnibus
beneficijs debito, & efficaci modo renunciarunt, ac
ſimul ſunt poſſeſſores, ſiue bonorum debitoris princi-
50 palis, impetrari poſſint. quemadmodum † etiam non
ita pridem decreta fuerunt in cauſa Minchauſeni, con-
tra Comitem Mansfeldium, & conſortes: Item
in cauſa dicti Mansfeldij, contra Islelbium, &c. 8. Iu-
nij, Anno, &c. 91. Extantque hac de re notabilia præ-
iudicia apud D. Barthium *in ſelect.* Camer. Imper. ſen-
51 tentijs, de 6. Martij, lit. D. & 6. Aprilis, Anno 1551.
lit. C. Quod tamen nouiſſimo † Deputatorum Impe-
rij Receſſu, de anno 1600. in §. ita aliam obligationes,
&c. *mihi pag.* 14. *lat.* 2. ita temperatum eſt, vt, ſi mo-
do alias Cameræ Imperialis iuriſdictio ſit fundata, ta-
lia mandata executorialia, de ſoluendo ſine clauſula,
non in perſonam, ſed in bona obligata, hypothecata
decerni debeant.
52 Quod ſi † forte ex vrgentibus rationibus iudex talia
mandata deneget, ex officio tamen permittere poteſt
ſupplicanti; vt aduerſus hæredes, & poſſeſſores bono-
rum hypothecatorum, vel fideiuſſores formiter, ad
effectum obtinendi, quid petat. Præiudicium oppo-
ſitum communicat nobis idem Dn. Barthius *part.* 3. *de*
27. *Nouemb. lit. F. Anno* 1551 quod ita ſonat: D. in
cauſa D. de Suarzenbe. petit, & vult habere manda-
tum à iudice, vt non ſeruato iuris ordine poſſit pro-
cedere contra N. illud vero à iudice fuit denegatum
variis de cauſis, &c.
53 Intellexi quidem, † prædictis caſibus etiam manda-
ta executorialia cum clauſula aliquando impetrata fuiſ-
ſe, nempe in clauſula Birreti, contra Bahumgartum,
Bithini contra Himerum, Brendelis contra Hombur-
gum, & conſortes, 21. *Februarij, Anno, &c.* 83. Sed
minus tuta ſunt, cum in ſimplicem citationem reſol-
uantur, ideoque caueat ſibi ſupplicas, ne citationem
inferi petat cum longo termino, item clauſulam, ad
comparendum in termino, proponendas exceptiones,
quia in talibus obligationibus raro exceptiones locum
habent; niſi ſint litis finitæ.
54 Circa quod † tamen hoc obiter notandum eſt, ta-
lia mandata executorialia non aliter decerni, quam ſi
obligationum ipſa originalia exhibeantur, vt deciſum
in cauſa N. contra N. 24. *Ianuarij, Anno, &c.* 50. quam-
uis alias, quoad decernendos proceſſus (nam in deci-
ſionibus cauſarum aliud eſt) credatur nudis tranſſum-
ptis, vt vocant, Vidimus, etiamſi in Camera non ſint
peracta vel deſcripta: nam quando ad finem probatio-
nis inſtrumenta exhibentur, tunc originalia exhibenda
ſunt, quia hæc ſola probant, *Auth. ſi quis in aliquo. vbi
Doctores C. de edendo. l. 3. C. de diuerſ. reſcript. cap. 1.
& ibi gloſſ. & Canoniſta in verb. exemplaria. extr. de fide
inſtrumentorum*, qua de re plura congeſſit Maſcardus
de probationib. concluſ. 711.
55 Hoc equidē † non inutiliter quoque quæritur, vtrum
etiam debitor principalis, & fideiuſſor (etiamſi is ha-
beat beneficium excuſſionis) in vno eodemque libello
conueniri poſſint? Et dicendum eſt, quod ſic, cum,
56 & plures † debitores in eodem libello includi poſſint,
Roman. in conſ. 240. *incip. viſo themate. Æmylius Fer-
rettus in l. edita numer.* 78. *C. de edend.* modo tamen
57 cumulatio † harum actionum non fiat pure neque ſim-
pliciter, ſed ordinarie, vt conſuluit Ludolph. Schrader.
nec non repetijt *in tract. feudali 2. part. 9. part. princip.
58 ſect. 6. num.* 55. Neque enim † duæ actiones deduci poſ-
Antgn. Heringius.

ſunt in eodem libello, vnico contextu, & momento:
Fabius de Anna *conſ.* 58. *num.* 11. Crauetta *conſ.* 217.
num. 4. 5. & 6.
59 Ne vero † quidquam prætermittam, quod ſtudioſo
lectori prodeſſe poſſit, vlterius adijcio, non ſolum præ-
dictas actiones, & remedia executiua contra fideiuſſo-
rem competere: verum etiam contra eundem in ali-
quot caſibus CITATIONEM impetrari, & obtineri
poſſe, quos quia ipſemet videre poterit apud Ioannem
Bernardin. Muſcarellum *in pract. fideiuſſ. part. 1. modo
15. num. 19. & modo 16. num. 8. & modo 17. num.* 18. non
eſt operæ pretium, vt ego prolixiore eorundem repe-
titione hic chartas oblinem. Formulas tamen talium
citationum infra *cap.* 30. adferam, cum earum in pra-
ctica non contemnendus vſus eſſe poſſit. Hoc ſaltem
prioribus addere mihi ſit integrum, quod iſtiuſmodi
60 † citationes, ſecundum ſubiectam materiam, etiam
aliquando ſub pœna banni emanent, vt docet præiu-
dicium Cameræ Imperialis relatum apud Dn. Bar-
thium, *de die 16. Auguſti, Anno* 1557. his verbis: In
domo, &c. & in cauſa Archiepiſcopi N. contra N. fi-
deiuſſorem ſuum ordinatum eſt quod ordines Cameræ
61 Imper. ſeruentur, &c. Quod ſi forte ipſemet † fideiuſ-
ſor perſonaliter comparere nequeat, procuratorem
tamen cum ſufficienti mandato mittere neceſſum ha-
bebit, ſuper quo etiam creditor audiendus, vt inſinuat
idem Dn. Barthius in præiudicio, 17. *Maij Anno* 1549.
lit. A. hunc in modum: In cauſa N. fideiuſſoris illius
qui conficiebat lateres, ſtatutum eſt quod iuris ordo
62 perpetuo ſeruetur, &c. Actione deinde † articulata
per creditorem propoſita, ſi, expedito puncto reſ-
ponſionum, res deueniat ad probationem per teſtes,
ſollicitus quoque ſit fideiuſſor, de conficiendis interr-
rogatorijs, qua in re doctorem ductoremque habebit
Rutgerum Rulandum *in tract. de commiſſ. p. 4. l. 6. cap.* 4.

CAPVT XXII.

Quando fideiuſſor conueniri poſſit.

SVMMARIA.

1 *Dies plerumque dicitur pecunia reddendæ.*
2 *Plus eſt ſtatim aliquid dare, minus, poſt tempus dare.*
3 *Dies ſolutionis, ſicuti ſumma, pars ſtipulationis eſt.*
4 *Terminum longiorem ad ſoluendum habere reputatur pro parte pretij.*
5 *Ante diem debitum petens, plus tempore petere dicitur.*
6 *Debitor quis non ſit, an nondum conueniri poſſit, nihil intereſt.*
7 *In diem quod debetur, ante diem à volente, & ſpontaneo ſolui poteſt.*
8 *Solutio anticipari poteſt, contra Bald. & Angel.*
9 *Ante diem agens, male agit.*
10 *Et pro importuno habetur, nec meretur, qui audiatur.*
11 *Dilationem trium annorum ad ſoluendum ſi mihi dediſti, & conuenias me intra tale tempus, habeo exceptionem, nimirum tempus adhuc durare.*
12 *Statutum tollens exceptionem, non tollit eam, quæ patet ex inſtrumento.*
13 *Vſuras in futurum accipiens, detuliſſe videtur petitionem, & tacite conueniſſe, interim ſe non petiturum.*
14 *Fideiuſſor antequam reus debeant, nequaquam conueniri poteſt.*
15 *Dies ſolutionis præfinitus in fideiuſſione, tacitè repetitus cenſetur.*
16 *Fideiuſſor tandiu non debet, quamdiu non debet reus.*

17 *L. ſi ita ſtipulatus. 14. ff. de verbo. obligat.* } *inducuntur,*
18 *L. 5. in princ. ff. vt legat. nom. caueatur.* }
19 *Fideiubens pro aliquo de ſeruando fines exilij, vel aliquo ad certos annos milinatum eundo, non prius tenetur, quam conſtiterit, fines non eſſe ſeruatos; nec tempus ſignatum.*
20 *Conditio ſententiæ, & promiſſionis non purificatur, niſi ſecuta declaratione loci aut temporis.*
21 *Fideiuſſorem, antequam principalis debet, conueniens, exceptione plus tempore petitionis repellitur, pœnamque plus tempore petitionis incurrit.*
22 *Pœna plus tempore petitionis, quænam olim fuerit.*
23 *Pœna plus tempore petitionis hodierna ex constitutione Zenonis.*
24 *Exceptio plus tempore petitionis ante litem conteſtatam opponenda.*
25 *Plus tempore petens duplicatas inducias indulgere cogitur.*
26 *Inducijs finitis non aliter creditor auditur, quam ſi expenſas litis refundat. Et num. 44.*
27 *Pœna plus tempore petitionis in foro Germaniæ quænam ſit, ex ordinatione Haſſica, Iuliacenſis, & Noribergenſi. Et num. 28.*
29 *Tempus, vt debitoris: ita & fideiuſſoris gratia adijcitur.*
30 *Fideiuſſoris reſpectu tam in tempore, quam in quantitate plus peti poteſt.*
31 *Induciæ debitori, plus tempore exacto, quænam indulgendæ, ex ſententia Bartoli, Panormitani, Franciſci Cornelli, Syluestri Aldobrandini, & Georgij Obrechti.*
32 *In opus publicum damnatus, ſi refugiat, duplicato tempore damnatur.*
33 *Induciarum integrum tempus ab initio contractus vſque ad diem ſolutionis prorogandum eſt, idque ex ſententia Placentini, Zaſij, Hottomani, Pacij, Myſingeri, Schneidevvini, Borcholti, Auguſtin. Morla, & Zangeri, quib. auctor calculum adijcit, num. 34.*
35 *Induciarum quodnam tempus ex libris* βασιλικῶν.
36 *Et reformatione Norica.*
37 *Necnon iure municipali Lubecenſi.*
38 *Creditor ex iuſta cauſa probè, & impunè agit ante terminum ſolutionis, ad præſtandam cautionem de ſoluendo, die adueniente.*
39 *Iudicijs durantibus non currunt, ſed ceſſant vſuræ. Ratio ponitur, num. 41.*
40 *Ioannis Zangeris, & Georgij Obrechti opinio quadam, quo moderamine accipienda.*
42 *Vſuræ citius currunt, quam Heraclitus.*
43 *Moratorium reſcriptum ſi impetrauerit debitor, durante quinquennio non debet vſuras, niſi aliud dixerit Imperator.*
45 *Induciæ duplicatæ in prouincijs Saxonicis, etiam ſi petitæ fuerint, non conceduntur. Quod cum iure veteri quodammodo concordat, vt num. 40.*
47 *Denunciatio, prolixa, & limitata plus tempore petitione multum differt.*
48 *Denunciare volens, tempus idoneum obſeruet, ne tempus præſcriptum anticipet, vel negligat.*
49 *Tempus non obſeruans, dicitur non obſeruare formam.*
50 *Fideiuſſores, qui inquieta, dum principalis ſoluere paratus eſt, iniuriarum actione obſtringitur.*
51 *Modeſtini Piſtoris aberratio detegitur.*
52 *Verbum*, paratus, *quomodo accipiendum. Et num. 53.*
54 *Obligatio verbalis non ſufficit, ſed realis requiritur in liquidis, minime controuerſis altioremque indaginem requirentibus.*
55 *Fideiuſſor, qui cum non renunciauerit beneficio diuiſionis, pro ſua parte ſoluere paratus eſt, inquietari à creditore minime poteſt, quod extenditur. num. 56.*
57 *Fideiuſſor, qui beneficio excuſſionis renuntiauit, non cogitur pati executionem ſiue immiſſionem in bona ſua, ſi æque commode executio ac immiſſio fieri queat in bona debitoris. Quod declara, vt nu. 69.*
58 *Stylus curiæ eſt obſeruandus.*
59 *Circuitus eſt vitandus. Quod de vano, & inutili intelligendum, vt num. 6.*
60 *Breui manu quid fieri dicatur.*
61 *Executio concedi poteſt pro intereſſe, ſi in executione poſſit liquidari.*
63 *Delicatus debitor non magis, quam oneroſus creditor eſt audiendus. Quod corroboratur, num. 64. & 65.*
66 *Intereſſe non ex affectione, ſed ex rei familiaris detrimento æſtimatur.*
67 *Caſtri pretium æſtimatur ex reditibus annuis, & vtilitate perceptibili.*
68 *Fideiuſſio propriè ad id non eſt inuenta, vt fideiuſſor præcise ad nutum rigoroſi creditoris ſoluat.*
70 *Circuitus non euitatur, quando intereſt contrahentium, vt circuitus ſeruetur.*
71 *Fideiuſſor, ſi pecuniam paratam apud ſe habeat conſultum eſt creditori, vt ſolutionem per executionem in bona fideiuſſoris vrgeat.*
72 *Diligens ſe plus, quam alium, non eſt culpandus.*
73 *Debitore, cui ad ſex annos ſub fideiuſſore pecunia mutuata eſt tertio forte anno moriente, non tamen creditor pecuniam repetere poteſt, ſed integri ſexennij lapſum expectare cogitur.*
74 *Tempus in ſtipulationibus ſemper promiſſoris gratia adijcitur.*
75 *Dictio*, Poſt, *refertur ad extremitatem ſeu finem.*
76 *Stipulationis in diem contra natura eſt, vt ante diem non exigatur.*
77 *Morte promiſſoris vel ſtipulatoris ſtipulatio non extinguitur.*
78 *Hæres non poteſt prius conueniri, quam ipſe defunctus.*
79 *Tempus quod datur iudicato, etiam eius hæredibus tribuitur.*
80 *Dilatio conceſſa ſuper principali videtur etiam conceſſa ſuper neceſſario.*
81 *Exceptio diei dilatoria, etiam inuito reo, fideiuſſori competit.*
82 *Dilatio conceſſa debitori per maiorem partem creditorum etiam fideiuſſori prodeſt.*
83 *Alexander de Imola in conſ. 34. vol. 2. declaratur.*

DIctum modo fuit, quibus actionibus, & remedijs creditor fideiuſſorem conuenire, & ad ſolutionem compellere poſſit; vel tractandum quoque eſt, quando, & quo tempore integrum, & conceſſum ſit, tales actiones taliaque remedia inſtituere,
1 ac proponere. Cum enim pecuniæ † creditæ reddendæ plerumque dies dicatur *Seneca libro 3. de benefic.*
2 *capit. 10.*, & plus ſit, ſtatim † aliquid dare, minus autem poſt tempus dare, *§. fideiuſſores. Inſtit. de fideiuſſor. l. 12. §. vltim. ff. de verb. oblig. l. ſolidum. § 5. ff. de ſolut.*
3 & † præterea dies ſolutionis, ſicuti ſumma pars eſt obligationis, *l. 1. §. editiones. ff. de edend. leg. eum. §. quoties. ff. de verbor. obligat.* Bellamer. *conſil. numero 15. mihi fol. 55. colum. 2.* Tiraquell. *de retract. ligna. §. 1. gloſſ. 18. numero* 38. Petr. Auguſt. Morla *in Emporio iuris. part. 1. tit. 9. quæſt. 2. numero 4.* vnde etiam
4 † nonnulli taliter contrahere nolunt, quam ſi ad ſoluendum longior concedatur terminus; pro parte pretij hanc procraſtinationem reputantes, *argum. l. ſi ſterilis. §. ſi tibi fundum. ff. de actio. empt. l. fundi patrim. ff. de contrah. empt.* iunctis ijs, quæ in ſimili tradit Daniel Mollerus

Mollerus *ad conſtit. Saxonic. conſtit. 32. num. 57. part. 2.*
5 Idcircò ſanè is, qui † antediem, ſiue ea ex partium
conuentione appoſita fuerit, ſiue natura inſit (iuxta
tradita per Ioan. Bernard. Muſcatellum *in tract. fide-
iuſſ. par. 2. quæſt. 5.* & Petr. Auguſtin. Morlam *in Empe-
rio iur. part. 2. tit. 8. in princ. in 14. præmiſſ. num. 94.*) de-
6 bitum petit, plus tempore petere dicitur. Quid † n.
intereſt, debitor quis non ſit, an nondū conueniri poſ-
ſit? *l. Fulcinius. §. ſi in die. ff. quib. ex cauſis in poſſeſſ. eat.*
7 Nam fac ita eſſe, quod id, † quod in diem debetur,
ante diem à volente debitore *αὐτομάτως*, & ſponte ſol-
ui queat, præſertim, ſi tempus non gratia credito-
ris, ſed gratia debitoris ſit appoſitum, *l. ſtipulatio. 28.
§. inter. ff. de verbor. obligationibus, l. quod certa l. 70. l.
qui res. §. mihi ff. de ſolutionibus, l. 10. ff. de condictio.
indebit.* Petrus. Auguſtin. Morla *in Emporio iuris, part.*
8 *1. tit. 8. quæſt. 16. num. 1.* vbi † Baldum *in l. plures in fin.
C. de fide inſtrum.* & Angel. Aret. *in l. lecta. nu. 3. ff. de
reb. credit.* ſtatuentes, ſolutionem anticipari non poſ-
ſe, recte improbat: idem Morla multo prolixius *ead.
part. 1. tit. 8. quæſt. 31. per tot.* vbi plures alios citat, fal-
ſum tamen eſt, ante diem quoque quid iure peti poſſe,
*l. continuus. §. cum ita. ff. de verbor. obligat. § qui hoc an-
no & ibi Doctor. Inſtit. de inutil. ſtipulat.* Molinæus *in l.*
9 *1. §. ſi quis ſimpliciter. num. 75 ff. de verbor. obligat.* Imo,
† qui ante diem agit, male agit, *l. 1. in fin. ff. quand.*
10 *dies vſusfr. leg. ced.* & pro † importuno habetur, *c. vnic.
in princ. extr. de plus petitionib.* nec meretur, qui audia-
tur, *Ioſeph. Ludouic. deciſ. Peruſina 13. num. 16. part. 1.
& in commun. concluſ. 8. num. 6. & ſeqq.*
11 Et hinc eſt, quod † ſi in inſtrumento dediſti mihi
dilationem trium annorum ad ſoluendum, & conue-
nias me intra tale tempus, habeam exceptionem, ni-
mirum tempus adhuc durare, licet alias ſtatutum di-
cat, quod contra inſtrumentum nulla exceptio op-
12 poni debeat; ſtatutum † enim tollens exceptionem,
non tollit eam, quæ paret ex inſtrumento: ita tradit
Vincent. Caroc. *in tract. de excuſſ. bonor. part. 2. quæſt.
14. numer. 13.* quod vlterius corroboratur per elegan-
tem text. *in l. 2. §. non male dictum ff. de doli mali ex-
cept.* cuius verba tanquam notabilia adijcio: *Non ma-
le*, inquit Vlpianus, *dictum eſt, ſi creditor vſuras in fu-
turum acceperit, deinde pecuniam nihilominus petat, an-
tequam id tempus prætereat, cuius temporis vſuras accepit,
an doli exceptione repellatur. Et poteſt dici, dolo eum face-*
13 *re: † enim vſuras diſtuliſſe videtur petitionem in tempus,
quod eſt poſt diem vſurarum præſtitarum, & tacite conue-
niſſe, interim ſe non petiturum.*
Quod igitur, vt ad rem ipſam accedam, fidejuſſorē
14 attinet, iure † receptum eſt, eum, antequam reus
debeat, nequaquam conueniri poſſe, *l. fideiuſſor. 57.*
15. *D. fideiuſſor.* Habet enim eius † obligatio tacitam con-
ditionem ex promiſſione principalis, & ad id tempus
trahitur, quo illius, nempè principalis, dies eſt ven-
tura: vel, vt clarius dicam, dies ſolutioni præfinitus
16 in fideiuſſione tacite repetitus cenſetur: quamdiu †
igitur reus non debet, tamdiu etiam non debet fide-
iuſſor, nec conueniri poteſt, quia alias contra iuris
formam in duriorem conditionem acceptus intellige-
retur, *l. ſi teſtamento. §. vltim. D. de fideiuſſ.* *VVeſenbec.
in paratit. D. eod. num. 5. Andr. Kohl. exercit. legal.
exercit. 10. num. 21. mihi pag. 142. col. 3.*
17 Hinc Pomponius † ſcribit in *l. ſi ita ſtipulatus. 14.
D. de verb. oblig.* Si ſtipulatus eſſem abs te domum æ-
dificari; vel hæredem meum damnauero, inſulam æ-
dificare, Celſo placere, non ante agi poſſe ex ea cauſa,
quam tempus prætcrijſſet, quo inſula ædificari poſſet,
nec fideiuſſores datos ante diem teneri.
18 Eodem † modo etiam in ſpecie *l. 5. in princ. D. vt le-*
Anton. Hetingius.

gat. nom. caueat. fideiuſſor conueniri non poteſt, quia
ipſe principalis nimirum hæres in captiuitate exſiſtens
conueniri non poteſt, vt docte explicat Cuiac. *lib. 15.
obſer. cap. 9.*
19 Hoc amplius, † quis fideiuſſerit pro aliquo de ſer-
uando fines exilij, ſeu relegationis in aliquam inſulam
declarandam, vel aliquo ad certos annos militatum
eundo, certe nec principalis, nec fideiuſſor tenetur,
antequam conſtiterit, fines non fuiſſe ſeruatos, ſeu
inſulam declaratam, aut locum, & tempus deſigna-
tum, puta, quod reus ad quinquennium in Hungarica
expeditione contra Turcam degere debeat: nam
20 † conditio ſententiæ, & promiſſionis non purificatur
niſi ſecus à declaratione inſulæ, aut loci, & temporis,
vt poſt Guliel. Benedicti. & Carauitam eleganter pro-
bauit Muſcatellus *in pract. fideiuſſ. part. 1. modo 15. num.
23. verſic. ſimilis huic.*
Et vero huius rei duo ſunt vtiliſſimi effectus: Primo
21 namque creditor fideiuſſorem, antequam reus princi-
palis debeat, conueniens, exceptione plus tempore
petitionis repellitur, & præterea quoque pœnam plus
tempore petitionis merito incurrit, *§. plus autem, &
ibi Donellus, & Mudaus, Inſtitut. de actionib.* Ac qui-
22 dem olim, ſi quis intra tempus præfinitum, hoc eſt,
ante diem egiſſet, eique exceptio plus tempore petitio-
nis obiecta fuiſſet, neque eo tempore quidquam con-
ſequebatur, propter exceptionem, quæ litem, & diem
iudicij diffindebat, hoc eſt, differebat, tanquam alia
quælibet exceptio temporalis, *l. 2. § ſi quis in iudicio. ff.
ſi quis cautionibus, l. 3. ff. de except.* neque etiam poſt
elapſum tempus agere poterat. tanquam qui temerè
rem in iudicium deduxiſſet, & conſumpſiſſet, ideoque
rem amittebat, & cauſa cadebat, *§. temporales. Inſtit.
de except. facit l. inſtas. C. de iure fiſci lib. 10.*
23 Verum iſta iuris veteris pœna, tanquam nimis ſtri-
cta, in deſuetudinem abijt. & per conſtitutionem Ze-
nonianam, quam Cuiac. *lib. 12. obſerua. cap. 21.* ex Ba-
ſilicis reſtituit. quæque iuxta editionem Pacianam ex-
tat, nunc in l. 1. *Cod. de plus petit.* introductum eſt, vt
hodie auctor, qui plus tempore petit, litem quidem
24 non amittat, debitori tamen [exterum † non aliter,
quam ante litem conteſtatam plus tempore petitionis
exceptionem obijcienti, vt poſt Angel. monet Ferrar.
Montan. *in §. ſed hoc quidem antea. mihi pag. 416. Inſti-
tut. de action.* probat ex Iaſone, & Scheidevvino etiam
Ioan. Zanger. *in tract. de except. part. 2. cap. 10. num. 9.*)
25 duplicatas inducias † indulgere, & pati cogatur, vt de-
bitor non tantum ab inſtantia, ſeu obſeruatione iudi-
cij abſoluatur: verum etiam ipſemet inſuper in expen-
26 ſas condemnetur, poſt † eas ipſas iudicias finitas ne
quidem tunc aliter audiendus, quam ſi omnes expen-
ſas litis refundat, *d. §. temporales. verſic. hodie Inſtitut.
de except.* Portius Imolens. *in conſil. 197. numero 4.* Al-
ciat. *in l. cedere diem num. 8. ff de verbor. ſignificatio* Bor-
cholt. *in tract. de actionib. cap. 3. numero 4.* Petr. Augu-
ſtin. Morla *in Empor. iur. part. 1. tit. 8. in vltim. præmiſſ.
numer. 94. & q. 15. numer. 4.* Io. Zanger. *in tract. de ex-
cept. part. 2. cap. 10. num. 7. & 8.*
27 Eamque † ipſam pœnam hodie in foro Germaniæ
vſurpari liquet, in ordinat. Haſſiæ cap. 13. hæc verba
tex. habentur: ſi aliquis debitor eſt alicuius: creditor
debet coram Iudice ſe præſentare: vocetque debito-
rem, qui tenetur ſoluere pecuniam debitam, ac expen-
ſas omnes, etiam Iudicibus, quæ prouenient; & ſi de-
bitor non poteſt tum fideiuſſionem præſtet, & ſi fugi-
28 tiuus eſt multo magis, quia, &c. Idem planè ſtatuit
† ordinatio Iuliacenſis *tit. 45. §. prouiſum fuit*, nec non
in reformatione Norimbergenſi ad hoc ordinata, *tit. 6.
ſtatut. 5. ſic erit*; quibus longe, quæ tradit Ioſeph. Lu-

douic. *in commun.conclſ.* 8. *num.* 30. 31. & 34. Hippol.
de Marſil *ſingul.*15.*incip.debitor in diem.*
26 Et quanquam prædicta de debitore loquuntur idem
tamen de fideiuſſore dicendum eſt, cum vtiq; tempus
ſemper vniuſcuiuſque promiſſoris gratia adiiciatur, *l.*
*cum tempus.*17.*D.de reg.iur.l.cum qui.* §. *vlt. D. de verb.*
oblig. ergo, & gratia fideiuſſoris, qui æque ac debitor
30 promittere ſiue adpromittere dicitur: cuius † etiam
reſpectu debitoris, tam in tempore, quam in quantita-
te plus peti poteſt, *d.* § *fideiuſſores. Inſt. de actio. Ioſeph.*
*Ludo.in com.conclnſ.concl.*8.*num.*10.
31 Sed in computatione † harum induciarum Inter-
pretes mire variant: nam Bart. *in l.inſtas. C. de iure fi-*
*ſci.lib.*10.& *in l.pecuniam.*36.*ff.ſi cert. pet.* item Panor-
mit. *in d. c. vnic. extr. de plus petit.* & Franc. Cornallus
Brixianus *in adit. poſt Syluest. Aldebrand. in* §. *tempora-*
les in verb.in duplum. Inſtit.de excepi. Georg. Obrecht. *in*
*tract.de lit.conteſtat.cap.*10.*nu.*90.*in verbis: tantum tem-*
pus, quantum anteuertere conatus eſt, exſpectare. arbitran-
tur, duplicari tãtum reſiduum temporis, eius ſcilicet,
quod nondum venit, etiam ſi ceſſit: ita vt, ſi promiſe-
rim ſoluere intra tres mẽſes, tu me vero poſt duos men
ſes, inchoato forte, ſed nõdum completo tertio men-
ſe, contra æqui bonique rationem conuenias, *argum* §.
vlt. Inſtit. de inutil. ſtipul. hoc caſu, iuxta Bartolum, &
Panormitanum, dupliciter ſaltem ille vnus, hoc eſt,
tertius menſis, vt ſic per duos menſes denuo ſolutio-
nem debiti exſpectare cogaris, ad cuius aſſertionis
probationem aliquomodo facit, *l. vlt. ff. de minorib. l.*
*ſed etſi.*16 § *ſi feria. verſic.ſed cum feria.ff. ex quib. cauſis*
32 *maior.l.aut damnum.*§.*quiſquis D.de pœn* vbi is, qui † in
opus publicum damnatus refugit, duplicato tempore
damnatur, hoc nimirum modo, vt duplicetur illi hoc
tempus ſaltem, quod ei, cum ſupereſſet, fugit. Si igitur
damnatus ſit in quinquennium, & triennio tranſacto
fugerit, in quadriennium eum damnari oportet,
quia ſupererant adhuc duo anni, cum fugeret,
qui veniunt duplicandi, *Cuiacius. libro. 6. obſeruat.*
*cap.*36.
Verum hæc ſententia alijs non placet. Communior
33 itaque eſt † iſta opinio, quod totum tempus inducia-
rum, quod vel amor ipſe ab initio contractus vſque
ad diem ſolutionis indulſit, vel natura actionis con-
tinet, duplicari debeat, *d* §.*temporales.verſic. hodie. In-*
ſtit. de exceptionb. Pone igitur, te mihi inducias trium
menſium conceſſiſſe, ſi poſt lapſum duorum menſium
me conueneris, non duplicabitur vnus ille reſiduus
menſis tantum, ſed duplicabuntur omnes tres men-
ſes, quos mihi indulſiſti, vt ita ſex menſes fiant. Nec
34 ab hac † ſententia alienus eſt Pontifex, *in d. c.vnic.*
extr. de plus petit. generaliter aſſerens; quod ei, à quo
plus petitur, integræ induciæ, & non reſiduum indu-
ciarum, duplicari debeat, quam opinionẽ etiam pro-
barunt Hottomannus & Pacius *in d.* §. *temporales. ver-*
ſic. hodie. Inſtit. de excep. Mynſing. *in* §.*ſed hæc quidem*
*antea.nu.*6.& *ib d.Zaſius n.*2.*verſic.qualiter.ac Schneid.*
*num.*3.*Inſtit de actionib.* Petr. Auguſtin. Morla. *in Empo-*
*rio iuris, part.*1.*in vlt. pramiſſio. num.*94. *in verb. concedi-*
tur debitori tantum tempus, quantum in conuentione ex-
preſſum erat. Ioan. Zangerus *in tract. de except. part.*2.
*cap.*10.*num.*8. Et ex veteribus, Placentinus *in tract. de*
indic.exped.cap.de plus petit.in 4.*volum.tractatuum.* Ob-
ſcure illud ipſum etiam comprobare videtur Bor-
choltus *in tractat.de actionib.cap.*3. *numero.* 4. *mihi pag.*
250.
35 Nonnihil † tamen refragatur textus *Baſilicorum*,
qui ita habet. [illegible]
[illegible], *hoc eſt*, in-
terprete Iulio Facio: *Tantum temporis exſpectando, quanto*
anticipare præfinitum tempus tentarunt. Nam cum Bar-
tolo, & Panormitano vnum, & idem dicere videtur.
36 Quo quidem † ſenſu ego etiam accipio verba prædi-
ctæ Reformationis Noricæ, *tit.*6. *ſtatuto.* 5. vbi dicitur:
Inprimis actores debent ſuos expenſas, ac damna ob
tardatam ſolutionem. debitor, quod debet ſoluere
tenetur, & ſi non eſt paratus petat terminum ad ſol-
uendum, &c.
37 Etſi verò † ea, quæ dixi, iſtum in modum ſe habent,
aliter tamen iure municipali Lubecenſi eſt ſtatutum,
lib 3.*tit.*1.*artic.*8. eo enim ita cauetur: Nemo ante præ-
fixum terminum audeat petere creditum ſuum termi-
37 no autem ſtatuto debitori ad ſoluendum ſoluat, tres
marchas turi; deinde aliorum trium menſium termi-
num habeat, &c: Quod vltimum cum iuris commu-
nis practica omnino conſonat. Etſi enim creditor,
qui in diem ſibi debitorem obligatum habet, ante
diem vel terminum agere, vel petere debitum, ſub
pœna plus tempore petitionis non poteſt, tamen exi-
38 ſtente iuſta cauſa, vt potè, ſi debitor ſit ſuſpectus de
fuga, vel ad debitoris bona creditorum concurſus
interueniat, probe, & impunè ante terminum ſolu-
tionis agit, ad præſtandam cautionem de ſoluendo
die adueniente, habetque prælationem aduerſus cæ-
teros creditores, ſi anterior creditor ſit, *l.* 1. *verſic. non*
ibique ff. qui pot. in pign. hab. l. quæſitum. 11. & *ibi gloſſ. ff.*
de pignorib. Roderic. Suarez. *in l. poſtrem. iudicatam. in*
limit. ſeptima ex numer. 2. & *ſeqq. D. de re iudicat.* Anto.
de Padilla *in l. cum proponas num.* 8. *C. de tranſact.* Me-
noch. *de recuperan. poſſeſſ. remed.* 5. *num.* 25. Ioan. Gu-
tiertez, *in l. nemo poteſt.num.*181. *ff. de legat.* 1. Petr. Au-
guſtin. Morla *in Emporio iuris, part.*1.*tit.*8.*in vltim.pra-*
miſſo, num. 95. & *quæſt.* 15. *num.* 4. *in fin.* vbi ex Gre-
gorio Lopez hanc ſententiam communem dicit.
39 Quid † autem fiet interim, dum induciæ legales,
aut ſtatutariæ durant? Ceſſabuntne vſuræ, vel an cur-
rent, hoc eſt, procurrent *argumento, l. lite.* 35. *ff. de*
vſuris l. ſi iudicio 23. *ff. de excep. rei iudicata l. nouatione.*
18. *de nouationibus l. lecta in fin. princip. ff. de rebus cre-*
ditis. De hoc quidem nihil in iure noſtro, nihil etiam
apud Interpretes, quod ego ſciam, reperitur. Baſilica
tamen iſtum modum dextre ſoluunt his verbis: [illegible]
[illegible], hoc eſt, nullas vſuras
interim accipientes. Quibus vtique innuitur, præ-
teritas quidem vſuras deberi, ſed non eas, quæ per
duplicatum induciarum tempus interim procurre-
40 runt, aut procurrere potuerunt, quo † moderamine
etiam accipiendi ſunt non ſolum Ioan. Zangerus *in*
tract. de except. part. 2. *cap.* 10. *num.* 8. dum ait, debi-
torem habere debere tempus dilationis ab initio con-
ceſſæ in duplum, ſine vſurarum præſtatione: Sed &
Gregor. Obrechtus *in tract. de litis conteſt. cap.* 10. *num.*
90. *in verbis ſine vllo interuſurio.* Nec ratione caret hæc
41 deciſio. Si enim debitor vel fideiuſſor † tempore in-
duciarum nihilominus cogerentur ſoluere vſuras,
quorſum quæſo ipſis induciæ iſtæ, niſi adhoc, vt ma-
ior cumulus vſurarum fiat? Fruſtra enim ſortis ſolu-
tionem inhiberi dixeris, ſi non, & curſus vſurarum
42 (cum † hæ per ſe celerius currant, quam Heraclitus,
vt eſt in prouerbio) ſiſtas, *argumento l.* 4 *C. de vſuris*
45 *pupillaribus.* pro quo facit, quod † debitor, qui im-
petrauit moratorium reſcriptum, durante quinquen-
nio non debet vſuras, niſi aliud dixerit Imperator,
Cyn. & Salycet in l. quoties. C. de precibus Imperat. offer.
Nat. conſ. 592. *num.* 11.
44 Quanquam † autem poſt finitas illas inducias re-
uiuiſcit creditori actio, quæ hactenus dormiuit, non
tamen prius ad agendum admittitur, quam ſi ſumptus
litis in prima inſtantia factos, aduerſario refundat, vt
ita ſe-

ita loquentes tali pœna perterriti, tempora litium doceantur obſeruare *d. §. temporales. verſic. hodie, dicta l. 1. in principio. C. de plus petitionibus. facit. l. cum quem temere ff. de iudicijs. l. omnes. § præterea ne cui. 8. C. de epiſcop. & clericis. Auguſtinus Morla d. loco. numer. 91. & quaſt. decimaquinta. numero, quarto, ad finem. Zangerus dicto capit.* 10. *numer.* 8. *& tetigi ſupra num.* 26.

45 Vt verò hunc locum † tandem concludam, admonendus eſt Lector, quod in prouincijs Saxoniæ, duplicatæ illæ induciæ, de quibus ante dixi, etiamſi petitæ fuerint, non conceduntur, ſed ſi ante tempus creditor actionem moueat, ſimpliciter pronuntietur: Intempeſtiuè petere creditorem, & executionem in aliud tempus differri debere. Et quia in ſua petitione non ſeruauit, quod iuſtum eſt: In poſterum coram Iudice compareat, & inquirat quid de iure ſit, &c. prout teſtatur peritiſſimus practicus D. Colerus *in tract. de proceſſib. execut. par* 4. *cap.* 3. *num.* 11. Et hac in
46 re pro parte ad ius vetus reditur. Sicut † enim olim is, qui intra tempus agebat, illo iudicio nihil conſequebatur, licet lege, h. e. ſolenniter ageret, propter exceptionem: Cuius pecuniæ dies non venit, de qua Cicero *lib.* 1. *de orat. mihi pag.* 59. *Dionyſ. Gothofre. l. in frag. XII. Tabul. lib.* 2. *tit.* 7. §. 6. Ita nec hodie actor in primo iudicio, præcociter intentato, quidquam conſequitur, ſed redigitur ad neceſſitatem nouæ litis ſuo tempore, cum refuſione expenſarum, inſtituendæ.

47 Obiter † hic tamen notandum eſt, illa, quæ hactenus dixi, locum ſibi nullo modo vindicare, ſi denunciationis fortè certa tempora ſint præfinita, puta, ſi dictum ſit, ſolutionem pecuniæ mutuo datæ fieri debere poſt ſex annos, ita tamen, vt creditor per ſex menſes id antea denunciet debitori, vel fideiuſſori. Hæc enim denunciatio pœnam plus tempore petitionis non incurrit, cum à voluntate vtriuſque partis dependeat, & hodie nihil frequentius ſit, quam ſibi huiuſmodi denunciationes reſeruare: ac faciunt tradita per Guid. Papæ *quæſt.* 516. *Chaſſan in conſuetud. Burgund. Rubric.* 5. §. *primo. verſic. ſextum dubium. Liber. Decian. reſponſ.* 84. *vol.* 2. Obſeruet nihilominus is, qui
48 huiuſmodi † denunciatione vti ſatagit, ne tempus præſcriptum anticipet, aut ſerius cum denunciatione
49 ſua prodeat, nam † qui non obſeruat tempus, dicitur non obſeruare formam, forma autem non obſeruata, actus corruit, *Bald. in auth. quæ ſupplicatio. in fin. Cod. de prec. Imper. offer. Barnabas Cornazza. deciſ. Lucenſ.* 80. *num.* 11. vnde etiam innumeri debitores ſolutionem protrahunt, excipientes, ſibi denunciationem non ritè, nec opportuno tempore factam eſſe.

Alter effectus, cuius ſupra *num.* 21. mentionem fe-
50 ci, is eſt Quod † ille, qui fideiuſſores, dum principalis ſoluere paratus eſt, inquietat, & interpellat, iniuriarum actione obſtringatur, *l. item apud.* 15. § *ſi quis.* 33. *leg. ſi creditor.* 19. *ff. de iniurijs. l ſi creditores. §. vltimo ff. de reb. auctq. iudic. poſſid.* Bonifacius de Vital. *in tract. maleſ. ſub. Rubr. de iniurijs, num.* 22. Socin. *conſ.* 118. *colum.* 1. Alexander *conſil.* 11. *num.* 4. *verſic ſuper ſecundo. volu.* 1. Fuluius Pacianus *de probat. lib.* 1. *capit.* 57. *num.* 26. VVermſer. *in pract. obſer. lib.* 2. *tit.* 27. *obſer.* 2. Maſcard, *de probat. concluſ.* 97. *num.* 8. VVeſembec. *conſil.* 96. *nu.*
51 16. Vnde † nonnihil aberraſſe videtur. D. Modeſtin. Piſtor, *in conſil.* 39. *num.* 9. *volum.* 1. (quod tamen pace tanti viri dictum volo) dum aſſerit, ſe nuſquam inuenire, quod Iniuria facta fideiuſſori tendat ad contumeliã debitoris principalis, vel intelligatur in ipſius contumeliam facta, id enim ſatis probat, *d. l. ſi creditor ff. de iniurijs. & l.* 5. §. 1. *ff. qui ſatiſd. cogat. iunctis ijs, quæ dixi ſupr. c.* 6. *nu.* 36. *& ſeqq.*

52 Cæterum illa † ipſa iam allegata deciſio, dextra quod aiunt, Minerua nihilominus eſt accipienda. Quid enim, ſi principalis debitor dicat, ſe quidem paratum ſoluere, reuera autem dicat tantum, nec pecuniam realiter offerat, ſed inanibus tantum verbis creditorem lactet? Hoc vtique caſu creditor fideiuſſorem interpellare non prohibetur, maxime, ſi & excuſſionis
53 beneficio is renuntiauerit: verbum † enim, Paratus, cum effectu eſt accipiendum, ita vt eum ſignificet, qui numeratam fert pecuniam, *argumento l. prætor.* 20. §. *ſi quis paratus. ff. noui operis nuntiation. l. ſi ſoluturus.* 39.
54 *D. de ſolutionibus.* Et † hoc amplius, in liquidis, & minime cõtrouerſis, altioremque indaginem non requirentibus, non verbalis ſufficit, ſed realis requiritur, oblatio, ita vt reuera præſentem pecuniam offerat, hoc eſt, vt res quidem incipiat à factu, & verbis, perueniat autem ad pecuniam *l. ſeruus.* 82. *D. de condi. & demonſt. l. Iulianus. § offert D de actio l. tutor.* 28. §. 1. *in fin. D. de adminiſt. tut.* Vbicunque enim facto opus eſt, ibi verba non ſufficiunt, *Tiraquel. de retract. lig.* §. 1. *gl.* 19. *nu* 6.

Neque vero ad eum modum prædicta tãtum locum
55 habent: verum † etiam ipſe fideiuſſor, qui beneficio diuiſionis non renuntiauit, ſi pro ſua parte ſoluere paratus ſit, interpellari iudicialiter à creditore minime poteſt, cum non ſit æquum, aut iudicio diſtringi, aut ad inficiationem compelli eum, qui ſine iudice dare paratus eſt id, quo non amplius aduerſarius eius per iudicem ab eo conſecuturus eſſet, *l. ex iudicatum.* 16. *ff. iudicatum ſolui. l. ſi reus.* 73. *vbi Bart ff. de procurator, §. vltim. Inſtu. de perpet. & tempor. actionib. facit l.* 1. §. *inde quæritur ff. de noui oper. nun l ſi. quis in ſuo.* 33. *in fin. prin.*
56 *C. de inofficioſo teſtament.* Quod † vel ideo creditoribus albo calculo ſignandum eſſe moneo, quia ſi creditor fideiuſſorem, priuſquam denuntiauerit, in iudicium vocet iſq; ſtatim compareat, & accepto libello conuentionis dicat, ſe vltro paratum ſoluere, obijciens creditori, cur eum non prius pro ſolutione requiſierit, tum ſane ſoluere tenetur, ſed ab expenſis litis abſoluitur, quod aliter ſe habet, ſi præceſſiſſet denuntiatio, & fideiuſſor in ſoluendo moroſus fuiſſet, condemnandus enim forte non ſolum in ſorte ſed etiam in expenſas accepti, & expectati iudicij *Baldus in l. non ignorant. C. de fruct. & lit. expenſis. Zaſius in §. appellamus. num.* 15. *Inſtu de action.* Pulchre Hier. Gigas *in tract. de penſion. quæſtione.* 77. *numero.* 3. de quo tamen videndus quoque Lud. Roma. *in ſingul. ſuo* 398. *incipiente, alio ſero.* vbi limitationem adfert.

Cæterum his ita definitis, ſubijciam quæſtionem non impertinentem, quam ſemel in facto habui. De-
57 bitor † dederat fideiuſſorem, qui etiam iure vſitato beneficio excuſſionis renuntiauerat: Aduerſus ipſum & ipſius bona creditor impetrabat ius paratæ executionis, (cum tamen multo facilius potuiſſet immiſſionem pati, & ſoluere debitor, ſi modo conuentus fuiſſet) & fideiuſſori rurſus aduerſus debitorem, & eius bona decernebatur executio. Quærebatur num rectè factum? Mouebatur in primis hoc, quod alias renuntiatio beneficij excuſſionis eſſet nullius effectus, ſi non relinqueretur creditori libertas electionis, conueniendique pro libitu vel fideiuſſorem, vel debitorem, *iuxta tex. in Nouell.* 126. *cap.* 1. Et præterea ſubiungebatur, ita quoque de ſtylo curiæ prouincialis, vbi lis agebatur, hactenus obſeruatum,
58 cui vtique ſtandum, cum † vſque adeo ſtylus curiæ ſit obſeruandus, vt ſi ſententia contra ſtylum proferatur, nullius ſit roboris, & momenti. Iaſon. *in tract. iubemus. C. de iudicijs.* Guid. Pap. *deciſ.* 92. Chaſſ. *in conſuet. Burg. in proœm. nu.* 17. Marſil *in ſingul.* 11. *ſtylus.* Eberh,

in Topic. loco A. ſtylo curiæ Nic. Ant. Grauat. *in addit. ad Veſt. lib. 5. cap. 3. num. 4. & 5.*

Etſi autem hæc tum temporis ita admittebantur, ego tamen contrarium diſputando obtineri poſſe pu-
59 tabam. Primo enim certum eſt, Quod † ſemper circuitus ſit vitandus, ita vt, quod recta via fieri poteſt, nequaquam per ambages fiat, *l. videamus. ff. ſi cui plus quam per l. Falcid. l. vlt. §. ſed cum antiquitas. C. de curat. furioſ. l. dominus 53. ff. de condict. ind. biti.* Hubertin. Zuchardus *in l. fin. in princip. Cod. de edict. D. Hadr. toll.* vnde etiam tales circuitus ſcrupuloſi, & inextricabiles vocantur *in l. 4. §. 6. C. de recept. arbit. & in l. prima. C. commun. de legat.* Nonne autem merus circuitus eſt, ſi creditori in bona fideiuſſoris decernatur executio parata, & fideiuſſori rurſus in bona debitoris, cum tamen ſtatim ab initio eadem facilitate in bona
60 debitoris decerni potuiſſet? Nam quod breui manu, † vel vt Iſidorus loquitur *ad l. quiſquis. C. de donationibus. κατὰ συντομίαν*, celeritate coniungendorum extremorum, ſubrepto, & occulato medio, fieri poteſt, *vt in l. licet. ff. de iure dotium. l. 3. §. ſed ſi debitorem D. de donatio. inter virum, & vxorem. Cuiac. lib. 19. obſeru. cap.* 18. id ſane manu longa, & oblique vt fiat, non eſt
61 opus, ſiquidem, vt modo dixi, circuitus † vani, & invtiles merito ſunt euitandi, Cacheran. *deciſ. Pedemont. 34. num. 10. & deciſ. 233. num. 19.* Anchara *conſi. 386. numer. 3.* Muſcatell. *in pract. fideiuſſor. part. 2. quaſt. 6. num. 15.* nec debet fieri per plura, quod poteſt fieri per pauciora. Quo etiam reſpexit Cænus apud Quint. Curtium *lib. 9. mihi pag.* 276. dum ad Alexandrum loquitur: *Cur*, inquit, *circuitu petis gloriam, quæ ad manum poſita eſt?*

62 Hinc † etiam contingere videmus, vt pro intereſſe quanti plurimi peti, & concedi poſſit executio, dato quod liquidum non ſit, cum in executione poſſit liquidari, ad hoc, vt inutiles euitent circuitus, & ne cogatur ille, qui ſententiam in ſui fauorem obtinuit, poſt factam liquidationem iterum iudicem adire, & aliam ſeparatamque petitionem executionis, reſpectu ſolius intereſſe, facere, vt demonſtrat Cacher. *deci. Pedemon. 129 num. 16.* ac alia exempla adducunt Dd. *in l. ſingularia D. ſi cert. pet.* Alexand. *in conſ. 219. in fin. volum. 2.* Iaſon. *in l. ſi quis mihi D. de acquir. hered.*

63 Secundo † etiam indubitati eſt iuris, quod à iudice ſemper deſpiciendum ſit, vt neque delicatus debitor, neque oneroſus creditor audiatur, *l. ſi ſeruus. in fin. D. de pigner. act.* quid vero intereſt creditoris, ſiue per executionem in bona debitoris, ſiue in bona fideiuſſoris, ſibi ſatisfiat, cum vtroque modo ſuum conſequatur; Etſi contrarium ſtatuendum, eſſe tunc ſub prætextu factæ renunciationis beneficio excuſſionis, fideiuſſores à creditoribus pro libitu diuexari poſſant, cum tamen malitijs hominum non ſit indulgendum, maxime, ſi parata æque ſit executio (quod nominatim præſuppono) in bona debitoris ac fideiuſſoris, *per textum in l. in fundo D. de rei vindicatio. l. §. ſed etſi quis D. de Carbon. edicto.*

64 Tertiò quoque me valde mouebat: Quod ea † ratione, maximè, ſi fideiuſſor pecuniam numeratam non haberet ad manum, creditores inhumani, & cerebroſi inuolare poſſent in quæcunque bona fideiuſſorum, quæ fortaſſis ipſis eorumque prædijs magis vicina, & commodiora eſſent, quam bona debitoris: quam graue autem fideiuſſoribus illud ipſum futurum ſit, hoc ſatis colligitur ex l. *ſi in emptionem D. de minoribus dicta l. in fundo D. de rei vindicat l. lex quæ tutores C. de adminiſtrat tutor.*

65 Nec ad rem pertinet, ſi quis obijciat; † In mora modici temporis non eſſe ſitum magnũ præiudicium: & fideiuſſorem, decreta executione in bona ſua, interim ſibi de pecunia prouidere poſſe. Quid enim, ſi nemo ſit, qui pecuniam credat, multo minus, qui bona debitoris, in quæ fideiuſſor executionem impetrauit, eo forte tempore, aut emat, aut ſub certa pecuniæ ſumma hypothecæ accipiat; & creditor interim miſſionem in bona, vt in terris Saxonicis vſitatum eſt, mox etiam ius dominij impetret? Non dubium eſt, quin hoc tale ſit præiudicium, vt vix reparari queat, *dicta l. in fundo D. de rei vindica.* melius igitur eo intacta fideiuſſoris iura ſeruare, quam poſt vulneratam cauſam remedium quærere, *l. vlt. C. in quibus cauſis in integr. reſtit. non eſt neceſſ.*

Non mouet etiam, ſi creditor prætendat, intereſſe ſua, vt potius in bona fideiuſſoris, quam debitoris
66 executio fiat. Intereſſe † enim non ex affectione, ſed ex rei familiaris detrimento æſtimatur, *leg. 3. D. de dam. infect. l. quatenus D. de regul. iuris l. vltim. D. de prato. ſtipulat.* Præſupponimus autem, hoc caſu idem eſſe ſiue in bona debitoris, ſiue in bona fideiuſſoris executio fiat, nullum ergo intereſſe in facto conſiſtit, quod creditor prætendere poſſit.

Et vt id exemplo clarius fiat, ponamus caſum, quod fideiuſſor ſe, & caſtrum ſuum, vnà cum pertinentijs
67 pro Titio obligauerit, huius quidem † caſtri pretium non æſtimatur ex valore ædificiorum, vel ex ſumptib. ſed ex redditibus annuis quantitate fructuum, & vtilitate perceptibili tantum, prout hoc ex Regiſtris, apparet, auctore Iaſon *in §. ſed etſi quis, num. 11. Inſtitu. de actio. Pinello in l. 2. par. 3. cap. 4. num. 28. C. de reſcind. vend. Franciſco Burſat. conſ. 172. numer. 33. lib. 2. Menock. de arbit. iud. 99. caſu 183. numer. 24. & ſeq.* Quod ſi igitur Titius habeat caſtrum, & bona einſdem vel maioris reditus, alias libera, nec ſit, quod prætérea creditor prætexere poſſit, quam quod ob ſolam factam renunciationem beneficio excuſſionis, præcisè in caſtrum, & bona fideiuſſoris executionem ſibi decerni velit, quis quæſo id ex aliqua neceſſitate, & & non potius ex animo obſtinato & moroſo fieri exiſtimabit?

Quarto, & vltimo etiam hoc conſidero: Quod † obli-
68 gatio fideiuſſoria propriè ad id non ſit inuenta, vt fideiuſſor præcisè ad nutum, & beneplacitum delicati, & rigoroſi creditoris ſoluat, ſed vt tantum in ſubſidium teneatur, vt docui ſupra *cap. 16.* Etſi igitur, cum beneficio excuſſionis renunciatum eſt, fideiuſſor quidem præcisè ſoluere, aut cæteris paribus executionem in bona pati tenetur, quando tamen æquè creditori ſatisfieri poteſt per executionem in bona debitoris, ac fidedeiuſſoris, quis, obſecro, ferat talem creditorem, qui ad onerandum, tantum fideiuſſorem à debitore abſtineat, & ipſius bonis præcisè inhiet, nec id præſter petenti, quod ipſum non lædat, & petenti, quod ipſum non lædat, & petenti proſit? *l. ſecunda, §. item Varus D. de aqua, & aquæ pluu. arcend. act.* Arbitror igitur, hoc in caſu iudicis, tanquam boni viri, partes eſſe, vt mediam viam ſequatur, hoc eſt, vt neque delicatum fideiuſſorem, neque etiam oneroſum creditorem audiat, *iuxta dictam l. ſi ſeruos. 25. in fin D. de pignor. actio.*

69 Fateor tamen, iſta † omnia locum non habere, ſi creditor plus moleſtiæ, & laboris ſit ſenſurus ex obtenta executione in bona debitoris, quam in fideiuſſoris tunc enim beneficio factæ à fideiuſſore renunciationis omnino vti poteſt, cum diuerſorum diuerſa dicatur eſſe ratio, iuribus vulgatis: & præterea receptum
70 ſit, quod † circuitus non euitetur, quando intereſt contrahentium, vt circuitus ſeruetur, *leg. ſi vſusfructus mihi D. vſufruct. quem caueat. Alciat. in repetit. l. 1. num.*

17. D.

17. ff. de verbor. obligat. Thom. Grammat. deciſ. 103. numero 192.

71 Eodem † etiam modo non eſt conſultum credito-
ri, ſi ſciat, idque iudici teſtatum facere queat, apud fi-
deiuſſorem pecuniam numeratam extare, quamvis ex-
pendere tergiuerſetur, vt executionem in bona debi-
toris vrgeat (vtcunque ei alias ex illis quoque tan-
dem ſatisfieri poſſit) & executioni in bona fideiuſſo-
ris ſuperſedeat: Melius enim eſt, vt tædio obtentæ
executionis fideiuſſorem ad actualem pecuniæ debi-
tæ ſolutionem vrgeat, eumque ceſſis actionibus poſtea
72 cum debitore experiri patiatur, cum non † ſit culpan-
dus is, qui ſe & ſua commoda plus diligit, quam alium,
leg. præſes, Codic. de ſeruitut. & aqua. caput. ſi non licet. 23. quæſt. 5.

Huic quæſtioni porrò, & illam facti ſpeciem non
73 immerito ſubiicio, quid dicendum ſit, ſi † Titius
Mæuio mutuo dederit mille, eo pacto, vt poſt ſex an-
nos elapſos ſibi reſtituat, ac à Mæuio fideiuſſorem ac-
ceperit Sempronium: contingat autem tertio forte
anno Mæuium mori, vtrum Titius ſtatim poſſit con-
uenire fideiuſſorem, vel an cogatur totum ſextum an-
num exſpectare? Et, vt paucis hoc dubium abſoluam,
credo veritati iuris conforme eſſe, quod creditor to-
tius ſexti anni lapſum exſpectare cogatur. Illud enim
principio extra omnem eſt dubitationem, quod in ſti-
74 pulationibus † & fideiuſſionibus ſemper promiſſoris
gratia tempus adiiciatur *l. cum tempus 17. ff. de regul. iur. l. eum qui. §. quoties. ff. de verbor. oblig.* Si promiſſoris, ergo
& fideiuſſoris, qui & ipſe promiſſor, ſiue adpromiſſor
dicitur, *leg. 5. §. ſatis acceptio. ff. de verbor. obligat.* Nam ſi
contrarium diceremus, fideiuſſor vtique plus deberet,
quam deberet is, pro quo obligatus fuit, cum plus ſit ſta-
tim aliquid dare, minos autem poſt tempus dare, *§. fide-
iuſſores. Inſtit. de fideiuſſorib. iunctis iis omnibus, quæ ſupra
hoc ipſo capite in principio dixi.*

Cui etiam hoc accedit, quod inter creditorem, & de-
bitorem ab initio expreſsè conuenit, vt demum poſt
ſex annos mutua pecunia reddatur, inde igitur ſequi-
tur, finem ſexti anni omnino exſpectandum eſſe, cum
75 dictio, Post, † referatur ad extremitatem, ſeu finem,
l. ſi ita 109. ff. de verbor. obligat. l. ſi ita 43. §. vlt. ff. de legat. 2. l. ſi ita fuerit 41. ff. de manum. teſt. l. ſi ita 103. ff. de cond. & demonſtr. Bart. in l. 2. & ibi etiam Vegliu n. 110. ff. ſi cert. petat. Et quomiſis, qui ſexto anno dare promiſit, omni-
bus illius anni diebus præteritis demum conueniri poſ-
ſit, *l. qui hoc anno, 42. ff. de verborum obligation. §. vltim. Inſtit. de inutil. ſtipulatio. vbi in gl. verſiculi iſti referuntur:*

Annua ſi debes, tunc inſpicies caput anni
Anno ſi debes, in fine teneberis anni.

Certè multo magis is non niſi ſexto anno præteri-
to conuenietur, qui poſt ſex demum annos dare, vel
76 ſoluere promiſit. Eſt enim ſtipulationis † in diem
contractæ natura, vt ante diem non exigatur, *l. obliga-
tionum fere. 44. in princip. ff. de obligat.* Sed præſens qui-
dem ſit obligatio, in diem autem dilata ſolutio, *l. conte-
ſtinis 46. ff. de verbor. obligationibus*, adeo, vt in hac ſtipu-
latione ſtatim quidem debeatur, ſed efficaciter, priuſ-
quam dies ſtipulationi adiectus venerit, & præterierit,
peti non poſſit, niſi modo quis pœnam plus tempore
petitionis incurrere malit, *leg. cedere diem, ff. de verbor.
ſignificat. §. omnis. Inſtit. de verbor. oblig. §. plus autem Inſtit.
de actionib.*

Deinde etiam extra controuerſiam eſt, poſitum,
77 quod etſi † promiſſoris, aut ſtipulatoris morte ſtipu-
latio non extinguatur, ſed effectus eius etiam contra
hæredes incipiat, *l. ſi quis 57. ff. de verborum obligat. l.*
78 *vnic. C. vt act. & ab hæred. & cont. hæred. incip.* non † ta-
men prius conueniri poſſit hæres quam ipſe defunctus
poterat, *l. publicus. 30. § 1. in fin. ff. de condit. & demon-*
79 *ſtrat.* vnde etiam fit, quod † tempus, quod datur iu-
dicato, etiam hæredibus eius, cæteriſque qui in lo-
cum eius ſuccedunt tribuatur, cum cauſæ magis,
quam perſonæ beneficium præſtetur, *l. tempus. 29. de
re iudic.* Si igitur hoc in perſona hæredis locum habet,
cur etiam non obtineret in perſona fideiuſſoris, cui
nominatim id priuilegij tributum eſt, vt non poſſit
obligari, ita vt plus debeat, quam debet is, pro quo
obligatur, *d. §. fideiuſſores. Inſtit. de fideiuſſoribus.* Hinc
80 dici ſolet, quod dilatio † conceſſa ſuper principali,
videatur etiam conceſſa ſuper acceſſorio, *l. ſoluitur §. 1. ff. quib. mod. pig. vel hypoth. ſoluitur. Ludouic. Roman. ſingul. 175. incip. Vltimo quæro an dilatio* In tantum,
81 vt † exceptio dici dilatoria fideiuſſori, etiam inuito
reo, competat, *Andreas Kohl. in exercit. legal. exercit. num 21. pag. 143. colum. 1. in fin.*

82 Et magis in ſpecie facit, quod dilatio † conceſſa
debitori per maiorem partem creditorum, etiam fide-
iuſſori proſit, vt tradit *Iaſon. in l. ſi eum procuratore. col. 1. ff. de re iudic. Vrſillus in addit. ad Afflict. deciſ. 288. ſub numer. 1. Franc. Burſat. conſ. 224. num. 29. lib. 2.*

83 Nec obſtat, quod † Alexand. *in conſ. 34. vol. 2.* videa-
tur contrarium aſtruere. Loquitur enim Alexander in
caſu ſocietatis, quæ vtique morte naturali extingui-
tur, *l. adeo 50. D. pro ſocio l. furti §. illud D. de his qui
notant infamia.* Quia igitur ſocietas fuit cauſa dilatio-
nis, non mirum eſt, ſi etiam cauſa dilationis ceſſan-
te ceſſet ipſa dilatio, *l. à filia §. alumni ff. ad SC. Trebell. l. ſi quis ita 72. ff. de acquir. hæred.* cum ſimilibus, quæ
traduntur à noſtris *in l. libertum §. fin. ff. de annuis legat.*

CAPVT XXIII.

Vbi & in quo loco fideiuſſor conueniri poſſit.

SVMMARIA.

1 *Agere ſi quis contra alium intendat, ante omnia opus eſt intelligere, vbi, hoc eſt, in quo loco, & apud quem iudicem, inſtituatur.*
2 *Fideiuſſorum intereſt, ne plus loco ab ipſis petatur. Ratio ponitur, num. 3.*
4 *Pecunia non ſub iiſdem vſuris in omnibus regionibus fœneratur. 6.*
7 *Creditor plus loco petens tenetur ad omne damnum emergens.*
8 *Fideiuſſores in ſuo proprio foro ſunt conueniendi.*
9 *Proprium forum eſt forum habitationis.*
10 *Actor forum rei ſequitur. Eaque regula eſt generalis, num. 11.*
12 *Remiſſioni in contractibus non eſt locus.*
13 *Fideiuſſor forum declinare, & domicilij priuilegio vti poteſt.*
14 *Fideiuſſores Scholarium non conueniuntur coram iudice Scholarium; ſed coram iudice ſuo.*
15 *Clerici fideiuſſor non eſt conueniendus coram iudice Eccleſiaſtico, ſed coram iudice ſuo.*
16 *Fideiuſſor metuens conueniri, poteſt implorare officium ſui iudicis, ne exigatur vltra, quam ſit ſua rata.*
17 *Fori priuilegio ſi legitime renunciauerit fideiuſſor, poteſt in in loco contractus, vel alibi recte conueniri.*
18 *Renuntiatio fori recte fieri poteſt.*
19 *Conuentio, de iudice alio, quam competente, adeundo ſubſiſtit.*
20 *Renunciatio fori debet eſſe ſpecialis.*
21 *Renunciatio generalis, Qui eſt debitor compareat coram iudice, & dabit ei reſponſum, &c. intelligitur tantum de tribunalibus competentibus.*
22 *Inſtantiarum beneficium non eſt cui facile adimendum.*

23 *Inſtantias plures ſi habeat fideiuſſor, non poteſt in Camera Imperiali, tanquam in omnium ſupremo iudicio, ſtatim conueniri.*

24 *Camera Imperialis, prateritis inſtantijs inferiorum Tribunalium ſtatim, & immediate adiri poteſt ſi hoc ab initio ſit expreſſum; vel iudicialiter, vel in publico inſtrumento, non priuata aliqua miſſiua.*

25 *Iuriſdictionem ordinarij ſui iudicis non debet ſubditus declinare: Sed intellige, vt num. 26. & 27.*

28 *Fideiuſſor, qui ſolutionem in certum locum contulit, poteſt ibi poſt moram recte conueniri.*

29 *Fideiuſſor, qui promiſit ſoluere certo loco, ſi ex eo loco poſtea exbanniatur, nihilominus in alio loco poterit conueniri.*

30 *Fideiuſſor repertus in loco geſti contractus, rectè ibidem conuenitur. Ætiologia ponitur, num. 31. & 32. Licet aliud ſeruatur de conſuetudine, n. 33. ex. Dn. Vulteio,*

34 *Fideiuſſor conuentus, ſi habeat regreſſum aduerſus fiſcum, & fiſco litem denunties, conueniri debet coram procuratore Cæſaris, & non coram iudice ſuo.*

35 *Princeps, Comes, aut Baro Imperij, ſi cum ſpeciali renunciatione beneficiorum fideiuſſerit, idque apertè in inſtrumento Guarantigionato fateatur, non eſt locus Auſtragis ſed & ſtatim in Camera Imperiali per mandatum ſine clauſula ad ſolutionem vrgeri poteſt.*

36 *Probatio nulla eſt maior quam proprij oris confeſſio.*

37 *In confeſſum nulla aliæ ſunt partes iudicis, quam vt condemnet.*

38 *Fideiuſſor in foro principalis debitoris aliquando ex capite continentia cauſa, conueniri poteſt.*

39 *Fideiuſſor conueniri poteſt ſub eo iudice, ſub quo principalis conueniri poteſt.*

40 *Confideiuſſoribus ex tribus, vel quatuor ſi vnus ſit clericus, reliqui vero laici, vbi conueniri debeant, remiſſiue.*

41 *Fideiuſſor qui promiſit ſe velle ſoluere in quolibet loco, apponendo clauſulam cum enumeratione locorum, non poteſt conueniri in loco non tuto, vel ſuſpecto.*

42 *Vel remotiori, & maioris diſtantia ab expreſſis. Quod tamen limitationem recipit. num. 43.*

44 *Clauſula: Quod iudicium cum fideiuſſore in vno loco cœptum poſſit finiri coram alio iudice, derogat diſpoſitioni, l. vbi acceptum. ff. de iudic.*

45 *Cauſa in vno iudicio cœpta, in alio iudicio, conſentientibus partibus, rectè tractari poteſt.*

46 *Cœptum eſſe iudicium intelligitur hodie, non tantum cum lis conteſtata: verum etiam cum aduerſarius ſaltem citatus eſt.*

47 *Niſi modo illa ipſa citatio rurſus ſit circunducta.*

48 *Aut alios defectus patiatur.*

49 *Guidonis Papæ, & Ioannis Neruij IC. opinio non admittitur.*

50 *Notarius non poteſt per ſe apponere clauſulam, vt fideiuſſor de iudicatum ſoluendo coram quocunque iudice te.eatur.*

51 *Obligatum eſſe, & teneri coram pluribus iudicibus plus eſt, quam vno.*

52 *Solutio ſi fieri debeat, certa die in certo loco, & fideiuſſor ibi non ſit ad dandum, nec creditor ad recipiendum, nulla mora committitur. Quod ampliatur, nu. 53. & remiſſiue, num. 54.*

1 CVm ante omnia, ſi quis agere contra alium in-
tendat, opus ſit intelligere, vbi, h. e. in quo lo-
co, & apud quem iudicem actio inſtituatur, ſicut
monet Herm. Vulteius, *in l. vnic. numero 3. Cod.
vbi de poſſeſſ. agi oportet.* Et hoc amplius non † minus
2 fideiuſſorum interſit, vt ne plus loco, quam tempore,
ab ipſis petatur, ideò operæ pretium fore arbitror, ſi
paucis quoque in hoc capite explicem vbi, & in quo
loco fideiuſſores conueniri poſſint. Quantę † enim
vtilitatis ſit in hoc loco potius ſoluere, quam in alio,
3 id vel ex eo apparet, ſi Titius fortè promiſerit pecu-
niæ ſummam aliquam certo in loco ſoluere, eamque
ſtipulator præpoſtera petitione alio loco pure petat,
vbi eam Titius ad manum non habeat. *l. 2. §. quod
ſi Epheſi. ff. de eo quod certo loco leg. 4. §. melior ff. de in
diem addict. ſi quis agens verſic. tempore. Inſtit. de
actionibus.* Nec eſt, quod quiſquam obijciat, Titium
iſthic loci pecuniam ſub viuris accipere, & creditori
ſoluere poſſe. Præterquam enim, quod raro adſit
quis cum ſacco paratus, vt mox pecuniam, numeret,
4 inſuper † etiam non in omnibus regionibus ſub iiſdem
vſuris pecunia fœneratur, *l. 1. in princ. ff. de vſuris l.
ideoff. de eo quod certo loco.* Fortaſſis enim alibi, vt ce-
cinit Perſius.

...... Nummi, quos hic quincunce modeſto
Nutrieras peragunt auidos ſudare deunces.

5 Vt igitur † hac in parte debitoribus iura coonſule-
rent, & per conſequens etiam fideiuſſoribus eorum,
tributa ipſis eſt exceptio plus loco petitionis, *dicto §.
6 ſi quis agens verſic. tempore. Inſtit. de actionibus,* quæ † cum
cauſæ, & rei, non perſonæ, cohæreat, merito etiam
fideiuſſoribus tribuitur, *l. exceptiones 7. §. rei autem l.
7 omnes 19. D. except.* & hunc † effectum parit, quod cre-
ditor, loco plus petens, teneatur ad omne damnum,
hoc eſt, ad id quod intereſt fideiuſſoris, illo in loco,
vbi petitio inſtituta fuit, non ſoluiſſe, *dicto §. ſi quis
agens in fin. verſic. ſed hac quidem antea cap. vnic. extra.
de pluspetitionibus late Hugo Donellus in l. 1. ff. de eo quod
certo loco.*

Eo igitur ſic definito, generalem hanc conſtituo re-
8 gulam: Quod fideiuſſores † à creditore in ſuo ipſo-
9 rum proprio foro, hoc eſt in foro † habitationis, (cum
actione perſonali ex obligatione conuentionis con-
ueniantur, vt ait Hermannus Vulteius *in l. 2. num. 23.
C. de iuriſdict.*) coram ſuo competente iudice, & non
coram iudice principalis debitoris ſint conueniendi:
quia enim fideiuſſores locum rei obtinent, militat
10 etiam hic regula illa, quod † actor forum rei ſequatur,
*l. 2. C. de iuriſdict. omnium iud. l. 2. vbi gloſſ. in verb. ſe-
quatur textus concordantes collegit. C. vbi in rem act.* Quæ
11 eſt † generalis, vt ait Pontifex, *in cap. cum ſit generale
extra, de foro compet.* Socin. *regula 15.* Duen. *regula 21.*
Damaſus *regula 75.* Vulteius *d. l. 2. num. 9.* Franciſc.
Milanenſ. *deciſ. 5. num. 1. lib. 2.* Sebaſt. Medices *de con-
ſeruanda poſſ. in verb. aut in conſeruando. glo. 2. part. 3. nu.
244. mihi pag. 695.* & in terminis noſtris ſatis id probat
*l. vlt. in fin. & ibi glo. in verb. conſtituuntur. ff. rem pupilli
ſaluam fore.* Guliel. de Ludo. *ſing. 7.* Amanellus de cla-
rio aquis *in ſingul. 96.* Bald. *in l. cum Archimederam. C.
vt in poſſeſſ. legat.* Pariſius *conſil. 48. num. 5. volum. 1.* My-
ſing. *centur 2. obſeruat. 5.* Andr. Rauchbar. *in quæſt. ſuis
12 7. num. 30.* Et hinc fit, cum † in contractibus remiſ-
ſioni non ſit locus, vt poſt alios pulchrè oſtendit Ioan.
Bernard. Diazius *in ſingul. 642. incip. Remiſſio in cuiuſli-
13 bus.* quod tam † fideiuſſor, quam debitor forum de-
clinare, & domicilij priuilegio vti poſſint. maximè, ſi
quis eos extra prouinciam extrahere conetur, *Nouell.
53. de exhib. reis.* VVeſenbec. *in parat. ff. de iudicijs num.
16. in fin.*

Ampliatur primo hæc concluſio, vt fideiuſſores
14 Scholarium non coouenianrur coram iudicibus
Scholarium, ſed coram iudice ſuo, cum non magis ſub
obtentu nominis Scholarium actiones ad alios iudi-
ces transferendę ſint, quam ſub obtentu nominis pri-
mipili

mipili ciuiles actiones ad iudices transferi poſſint,
leg. 2. Cod. de primipilo, libro 12. Bald. *in Auth. habita. & ibi etiam Iulius Pacius, cap. 4. numer. 17. Cod. ne filius pro patre.* Petr. Rebuff. *de priuil. Schol. priuil. 132. num. 4.*

15 Ampliatur † ſecundo, vt & clerici fideiuſſor laicus
non ſit conueniendus, vbi ipſe clericus conueniri poterat,
ſed coram iudice ſuo, ita vt exceptione fori
laici ſe tueri poſſit, *l. ſi reus ff. iudic. ſolui. l. 29. §. 1. ff. de
iudiciis.* Specul. *de compet. iud. adit. §. regulariter.* Ioan.
Faber. *in Auth. ſtatuimus. C. de Epiſc. & cleric. & in §.
fin. Inſtit. de ſatiſd.* Lud. Roman. *ſingul. 629. incip. Nunquid
fideiuſſor.* Bouer. *ſingul. 11. incip. Cautio, & fideiuſſio.
numer. 6.* Hippol. *in Rubr. de fideiuſſor. num. 311.* Franc.
Marc. *qu. 325. limit. 8.* Guid. Papæ *deciſ. 562. num. 6. &
ſingul. 449. numero 2.* Horarius Carpanus *ad Statut.
Mediolanenſ. part. 2. capit. 44. numer. 66. & 67.* Camill.
Borell. *controuerſ. 11. numer. 9. & ſequentibus* (vbi fuſe
hoc diſcuſſit) Rutger. Ruland. *de commiſſ. part. 4. lib. 6.
cap. 4. num. 4.*

16 Ampliatur † tertiò, vt, ſi fideiuſſor metuens conueniri,
imploret officium iudicis, ne exigatur vltra,
quam ſit ſuarata (ſicut poteſt) hæc imploratio queat
fieri coram iudice ſuo, nec opus ſit, eam proponere
coram iudice aduerſarij; Ita notabiliter tradit Abbas
in c. ſi quis contra extra de foro compet. Anton. Capicius
deciſ. 18. nu. 3. Iacob. Anellus de Bottis *in addit. ad §. ſi
plures Inſtit. de fideiuſſ.*

Cæterum nonnullis etiam modis rurſus declaratur
17 iſta concluſio, & quidem primò, ſi à † fideiuſſoribus
priuilegio fori, mediante ſtipulatione, adiectaque pœna
fuerit renuntiatum, promiſſumque, quod vbique
locorum non ſolum conueniri poſſint: verum etiam
ſoluere debeant, tunc enim in loco contractus, vel
alibi, non obſtante exceptione incompetentiæ, rectè
conueniuntur, nec remiſſione eſt opus, quæ nec admittitur,
imò in caſu contrauentionis etiam pœna
conuenta exigi poteſt, *l. ſi quis in conſcribendo. & ibi
Bart. n. 2. Alex. n. 6.* Iaſ. *n. 12.* Dec. *n. 21. C. de pact. gl. Bart.
Bald. & Dd. in l. 1. ff. ſi quis in ius voc. non ierit. & in l. ſi
conuenerit, ff. de iuriſd. om. iud.* Bart. *in l. 1. §. hæres, ff. de
iudic.* Myſing. *d. obſ. 5. cent. 2.* Lanfran. Balbus *deciſ. 5.*
Gail. *de pac. publ. lib. 1. c. 16. nu. 2.* Laurent. Tennius Rodulph.
cautela 93. nu. 8. & aliis ſeqq. Et nouiſſimè Flam.
Chartarius *in deciſio. Rotæ cauſ. execut. Genuenſ. deciſio.
6. per tot.*

Sed hic in praxi, & quidem pro notabili limitatione
textus ordin. Cam. Imperialis *part. 2. tit. 1. §. vlt.* ob-
18 ſeruandum eſt, quod renuntiatio † quidem fori bene
19 fieri poſſit, vt modo dixi, valeatque † conuentio de
iudice alio, quam competente adeundo, *dicta l. ſi
conuenit. & ibi latiſſimè DD. ff. de iuriſdict. l. 1. C. eod.
tit.* Vulteius *in l. 2. num. 7. C. de iuriſdict.* Andr. Gail. *de
pace publica. cap. 2. nu. 25. & ſeqq.* cum fauorem partis
potiſſimum concernat, & volenti nulla fiat iniuria, ve-
20 rum illa ipſa renuntiatio debet eſſe ſpecialis, ita vt
debitor, vel fideiuſſor ſpecialiter ſuo foro, in quo domicilium
fixit, renuntiet, vel ſaltem nominatim lo-
21 cum exprimat, vbi conueniri volit. Nam † ſi clauſula
eſſet generalis, & forſitan ita concepta. Qui eſt debitor
compareat coram iudice, & dabit ei reſponſum id
tantum intelligeretur de judiciis ſiue Tribunalibus
22 competentibus, cum beneficium † inſtantiarum non
ſit cui facilè adimendum. Vulteius *in comment. ad l. 1.
n. 159. C. de iuriſdict.* Myſing. *cent. 1. obſer. 88.* Et ideò, ſi
23 fortè † fideiuſſor haberet plures inſtantias, creditor
autem illum ſtatim in Camera Imper. vtpotè in
omnium ſupremo judicio conuenire, & per viam executionis
alium ad ſolutionem adigere vellet, tum Ca-

Antenius Heringias,

meræ iuriſdictio non eſſet fundata, & proceſſus denegaretur,
prout olim teſte Myſing. *d. obſ. 88.* factum eſt,
in cauſa N. contra N. & in cauſa N. contra N. *Anno*
1554. & nouiſſimè in cauſa N. contra N. 13. *Februarij,
Anno* 88. Qui igitur Auguſtiſſimæ Cameræ Imperialis
auxilium, Præteritis inſtantiis aliorum inferio-
24 rumque Tribunalium, implorare ſatagunt, illi ab initio
ſint cauti, vt nomine exprimi curent, non † in aliqua
priuata miſſiua, extra iudicium, ſed iudicialiter,
aut ad minus in publico inſtrumento (vt monet Myſing.
cent. 1. obſer. 88. in fin.) quod debitor, vel fideiuſſor
ſtatim, immediate in Camera conueniri poſſint. Neq;
25 eſt, quod † quiſquam offenſam ordinarij ſui iudicis
hic metuat, ex traditis per Cacheranum *deciſ. 78. nu.
11. 13. & 16.* Ioan. Petr. Surdum *conſ. 47. nu. 15. & 28. conſ.
56. nu. 13. & 14.* Vulteium *in comm. l. 1. num. 168. Cod. de
iuriſdict. om. iud.* Non enim illum ex contemptu, &
vt ipſius iuriſdictioni præiudicium generaretur, præterit,
ſed iure ſibi conceſſo vtitur, & quidem ipſum
iudicem ſuperiorem adit, à quo ordinarium iuriſdictio
deriuatur ac defluit, *l. ſi quis in conſcribendo, C.
de epiſc. & cleric. l. pactum, 46. ff. de pactis, l. ſi iudex 41.
ff. de minorib.* pulchrè Andr. Gail. *lib. 1. obſeru. 1. nu. 19. &
obſer. 40. & lib. 2. de pace publ. c. cap. 2. nu. 25.* Anton. Sola
*ad conſtit. antiq. Sabaudiæ decreti ſubditos noſtros, gloſſ. 1.
num. 10. & 13.* vide Bernard. Greueum *in concluſ. Pract.
Cam. Imper. concluſ. 40.* Schrader. *de feudis, part. 10.
ſect. 1. num. 137.* (vbi id fuſius comprobatum inuenies)
Herman. Vulteium *in l. fin. num. 18. & 19. C. vbi in rem.*
27 *actio* aſſerentem ibi, ſecundum † hanc ſententiam in
Camera Imperiali proceſſus, ſi petatur, decerni, ipſam
praxin. teſtari,

28 Declaratur † ſecundo, ſi fideiuſſor tacitè, vel expreſſè
aliud egerit, conſtituendo videlicet ſolutionem
in certum locum, tunc enim, poſt moram ſoluendi
adhibitam, creditor rectè ſolutionem vrget in foro,
ad quod fideiuſſor pro ſoluendo ſe adſtrinxit, vt eſt
text. *in l. ſi vt proponitur, 61. ff. de fideiuſſ.* & deducit
Iaſon *in §. plus autem, numero 18. Inſtit. de actionib.* ac
latius Colerus *in tract. proceſſ. execut. part 2. c. 1. num. 51.
& ſeqq.*

29 Quod ſi forte † contingat, vt fideiuſſor, qui promiſit
quidem ſoluere, certo loco, ex eo loco poſtea
exbanniatur, nihilominus tamen in alio loco conueniri
poterit, *per gloſſ. ſingul. in l. vſuras. C. de ſolutionib.*
Lud. Roman. *ſingul. 71. incip. Senenſis* Ioan. d. Amono
epitomate 83. vbi hoc memoriæ commendandum eſſe
aiunt.

30 Declaratur tertio, ſi † fideiuſſor in loco geſti contractus
reperiantur, tunc enim etiam ibidem rectè
conuenitur. *gloſ. verb. contract. in cap. licet ratione extra,
de foro compet. l. hæres abſens in princ. ff. de iudiciis.* Mainetius
in l. non debet alteri, num. 52. ff. de regulis iuris.
Cuiac. *in Nouella 69. mihi pag. 214.* Caualcan. *deciſ. 1.
num. 9. 1.* pulchrè Colerus *d. part. 2. cap. 1. numer. 36. cum
31 aliquod ſeqq.* Ratio eſt, quod † paria ſunt in loco contractus
repertum eſſe, vel citatum comparuiſſe, innocent.
in cap. præterea. n. 1. verſ. ſi vero. de dilat. Iacob.
Marchiſell. *quæſt. 106. n. 6.* vbi *n. 7.* ſubiicit, quod ſotum
32 quis † ſortiatur, ratione iuramenti præſtiti de obſeruando,
& implendo promiſſio, ita vt citari, & conueniri
queat, licet non ſit inuentus in loco contractus,
allegat Felin. *in c. licet. num. 22. verſ. quinto fallit
33 extra, de foro compet.* Atque hæc † quidem iuri communi
ſunt conſentanea, quanquam moribus noſtris
in plerîſque locis aliud ſeruari dicat Hermanus Vulteius
in l. 2. n. 26 C. de iuriſdict.

Ex quibus etiam verus intellectus deſumi debet
ad artic. 25. conſt. lib. 3. vbi ita textus habet. Nemo

coram iudice incompetenti compareat, etiam ſi ſit vocatus, neque in regionibus vicinis pergat, ſed coram iudice legitimo ſiſtat cum forenſi qui bona non poſſidet nihil eſt agendum quia, &c.

34 Declaratur quarto, vt † fideiuſſor conuentus, ſi habeat regreſſum contra fiſcum,& fiſco litem denuntiet, conueniri debeat coram procuratore Cæſaris, & non coram iudice ſuo *gloſ. Bart. & Doctores in l.3. C. de iure fiſci.lib.*10. Et hæc eſt communiſſima opinio, vt ait Borgniu. Caualcan. *deciſ. 8. numero 7.* de cuius tamen dicti veritate in primis videndus Caballin. *de euict. §. 3. numero* 124 *&* 125. Couarruias *pract. quæſt. capite 8.numero 3.* Capicius *deciſio* 197. quibus in cumulum addantur illa, quæ adferam infra *cap.17. part.4.*

35 Declaratur quinto, vt † ſi forte Princeps, Comes aut Baro Imperij cum ſpeciali renuntiatione omnium beneficiorum fideiuſſerit, idque apertè in inſtrumento guarentigionato fateatur, non habeant locum extraneo, ſed is ſtatim in Camera Imperiali per mandatum ſine clauſula ad ſolutionem vrgeri poſſit. Per confeſſionem enim partis ſtatim intentio eſt pro-
36 bata, cum nulla ſit maior probatio, quam proprij oris confeſſio, quæ infringit quaſcunque probationes in contrarium per ipſum confitentem factas, efficitque ceſſare præſumptione iuris, & de iure, tollitque vires rei iudicatæ, ex Pariſio & Deciano Andr. Knichen. *in tract. de ſublimit & reg. territ. iure cap.3. numer.*175. Ioan. Vincent. Hondedæus *conſultat.15. num.1. & conſultat.19. num.4. & 19. part.1.* Petrus Gilkenius *de præſcript. part. 2. memb. 2 cap.2.*
37 *num.68. & 69.* ideoque † in illum nullæ aliæ ſunt partes iudicis, quam vt, euitatis ac præciſis omnibus inutilibus circuitibus, (quos libenter, & ſtudioſè ambiunt multi Doctores, & Iuriſconſulti lagenarij) condemnet, *l. 1. ff. de confeſſ.* Vnde etiam Ouid. *de Ponto.lib.2. Eleg.2.*

Non eſt confeſſi cauſa tuenda rei.

38 Declaratur ſexto, vt † fideiuſſor in foro principalis debitoris aliquando ex capite continentiæ conueniri, & ſe defendere poſſit, ſi lis cum principali primum ſit inchoata: Atque ita in Camera Imperiali, quandoque proceſſus decreti in cauſa N. contra N. 6. *Septemb. Anno 91.* Ibi cauſa principalis, quoad ipſum ſcilicet debitorem principalem, ratione appellationis deuoluta erat ad Cameram, ſed priores iudices nihilominus contra fideiuſſores proceſſerunt, à qua ſententia, & proceſſu quaſi executionis, rurſus fideiuſſores appellarunt, eo, quod ratione continentiæ cauſa lis coram vno iudice tractanda eſſet. Pro quo faciunt tradita per Fuluium Pacianum *de probat.lib.1.cap.26.numero 45. & 46.* qui ex
39 Baldo & Caſtrenſe refert, quod † ſub quo iudice principalis, tanquam ſubditus, conueniri poſſit, cum fideiuſſio ſit, quiddam connexum cum principali obligatione, id quod valde probatur *per l. pupillus 6. & ibi Dionyſ. Gothofred. ff de fideiuſſor.tutor.* quibus iunge
40 quæ dicam infra *capite 30. numero* 38. Quid porrò ſtatuendum ſit, ſi ex tribus, vel quatuor confideiuſſoribus, vnus ſit clericus, reliqui vero laici, & vbi conueniri debeant, decidi poteſt ex iis, quæ tradit Robert. Maranta *in ſpeculo ſuo par. 4. in 11. diſtinct.* an iudicium ſit ſeculare, vel Eccleſiaſticum, *num.21.22. 23. & 24.*

4 Obiter † illud quoque obſeruandum eſt, ſi fideiuſſor promittat, ſe in quolibet loco ſoluere velle; & apponatur clauſula, cum enumeratione locorum, puta Francofurti, Noribergæ, Lipſiæ, & generaliter in quolibet alio loco, non tamen poſſit conueniri in loco non tuo, ſuſpecto, Angel. *in leg. cum res numero 2. ff. de legat. 1.* Fuluius Pacianus de *probat. libro ſecundo. capit.46. numero decimo. & unde-*
42 *mo,* vel † remotiori, & minoris diſtantiæ ab expreſſis, ſed diſtantiæ ſimilis. Butrius *in cap. primo. de iudiciis.* Ludouic. Roman. *conſil. centeſimo octuageſimo, numero nono. &* ibid. Horat. Mandoſ. *in additio lit. Q.*
43 vbi plures citat. Niſi forte † vltra promiſſionem de ſoluendo Bononiæ, Ferrariæ, & alibi vbique locorũ, pacto expreſſo ſe totaliter ſubjecerit iuriſdictioni omnium, & quorumcunque iudicum, & illorum compulſioni, coactioni, condemnationi, aggrauationi, coram quibus voluit, & conſenſit poſſe cõueniri, ac realiter perſonaliterque capi, & detineri; Tunc enim abſque dubio in quocunque loco, etiam diſſimili, & remotiori expreſſis, conueniri, & capi poterit. *Auguſtin. Beroius conſ.138. nu.11. vol.1.*

44 Quinimò † ſi voluntate creditoris, & fideiuſſoris, certiorati de negotio, apponatur clauſula, quod iudicium cum fideiuſſore in vno loco, ſeu coram vno iudice cœptum, poſſit nihilominus in alio loco, ſeu coram alio iudice, proſequi, & finiri, crederem vigore iſtius clauſulæ fideiuſſorem, ad libitum creditoris, In omnibus locis, non obſtante exceptione litis pendentiæ, vel variationis, conueniri, & arreſtari poſſe, & ſic derogari diſpoſitioni, *l. vbi acceptum. ff. de iudiciis.* per ea quæ tradit Quintil. Mandoſ. *in tractatu de inhibis. quæſt.93. num.5.* Colerus *de proceſſ. execut. part.1. cap. 10. num.191. 192. & 193.* Anton. Maſſa Galleſius *in formula Cameral. obligat. fol.* 166. M. Anton. de Amatis
45 *deciſ.48. num. 15.* Cauſa enim † in vno iudicio cœpta, in alio iudicio, conſentientibus partibus, rectè tractari poteſt. Panormitan. *in cap. vt debitus. colum. vlt. de appellat.* Albert. Brunus *conſil.54.* Claud. Cantiuncula *conſil.14. num.19. & dixi ſupra cap. 17. num. 61. & cap. 20. §. 26. nu.5.* id quod in praxi eſt obſeruandum, propterea, quod in vno loco citius adminiſtrationem juſtitiæ, quam in alio vt plurimum conſequi poſſu-
46 mus. Adiicio autem, hodie † cœptum eſſe iudicium intelligi, non tantum cum lis conteſtata, verum etiam cum aduerſarius ſaltem citatus eſt, *l. ſi quis poſteaquam ff. de iudiciis.* Herman. Vulteius *d. l. num.12. & ad l.4. num.30. C. de iuriſd.* vbi ex Antonio de Trenol. Andr. Gail. & Sigiſmund. Scacc. hanc opinionem communem eſſe atteſtatur, quibus in cumulum addo Maſcard. *de probat. concluſ.1126. nu.6.* Ludolph. Schrader. *de feud. part.10. ſect. 1. num.* 203. Nicol. Reuſner. *deciſ.22. num. 30. lib.4.* Mynſing. *cent.4. obſerua-*
47 *tione* 26. Lanfranc. Balb. *deciſ.* 129. Niſi † modo illa ipſa citatio rurſum ſit circumducta, Afflict. *deciſ.366.*
48 *numero* 14. Aut † alios defectus patiatur, de quibus per Bernard. Græueum *in concluſ. practicis. ad Gail. lib.*
49 *1. concluſ.19. conſ. 2.* Et quamuis † Guido Papæ *deciſ.* 488. tenuerit, per citationem non induci litis pendentiam, quem etiam Dn. Ioan. Neruius meritiſſimus Cam. Imp. Aſſeſſor. aliquando ſecutus eſt *in voto ſuo,* in cauſa N. contra N. fractæ pacis, *2. Ianuar. Anno* 1559. cuius etiam meminis Raph. Sailerus: Tamen prior ſententia proculdubio eſt communior, & veritati iuris magis conſentanea, ideoque etiam iudicando ſequenda.

50 Interim tamen † Notarius per ſe, & ex ſuo cerebro, aut ex formulari ſuo, non poteſt prætextu generalis alicuius conſuetudinis apponere clauſulam, vt fideiuſſor de iudicatum ſoluendo coram quocunq; iudice
51 teneatur. Ratio eſt, quod † obligatum eſſe, & teneri coram pluribus iudicibus plus eſt, quam coram vno, *iurib. notiſſ.* Notarius autem licet circa ſolemnitatem

poſſit

poſſit addere, & obligationem, vt efficacius; & omni meliori modo poſſit valere, non poteſt tamen addere, vt plus ſit in obligatione; per tradita Socini. *in l.Gallus.§. idem credendum, ff de lib.& poſth.* probant idipſum Decius *in l.ſemper in ſtipulationibus, ff. de reg.iuris.* Hieron. Gratus *reſponſ.102. num.6. & 7. & 8.lib.1.*

52 Sic ſi † ſolutio debeat fieri certa die in certo loco, & debitor, vel fideiuſſor ibi non ſit ad dandum, nec creditor ad recipiendum, mora nulla committitur. Bart. *in l.item illa, & ibi quoque Cardin. Alban. in addit. num.4. ff. de conſtit. pecu.* Alexand. *conſ.210.lib.6. Decius conſ.566.n.4. per l.arbiter 40. ff. de recept. arbit. & eundē Bart. in l.continuus, §.cum ita. ff. de verb. obligat.* Quid enim imputes illi, qui, vt creditori ſuo pecuniam ſolueret, vbique eum quæſiuit, nec inuenit? Seneca *lib.*
53 *7. de beneficiis, cap.13.* Quod † adeò verum eſſe putat Decius *d.loco. nu.5.* ut ne quidem iſto caſu ad euitandam pœnam, opus ſit pecuniam coram iudice offerte, ſecundum Alexand *in conſ.92. vol.1. & conſ.40. vol.*
54 *4. & conſ.92. vol.2.* Qui † verò integram hanc materiam accurate pertractatam legere cupit, is adeat Andream Kohl. *in exercit. legal. exercit.12. num. 76. & aliquot. ſeqq.* nec non Maſcard. *de probation. concl.1070. num.23.* Mynſing. *centur.3. obſeruat.95.* Petr. Auguſtin. Morlam *in Emper. iuris. part.1. tit.8. in princip. num.76. & ſequentib.*

CAPVT XXIV.

Ad quid, & in quantum fideiuſſor teneatur.

SVMMARIA.

1 *Plus petitur ſumma, & quantitate.*
2 *Plus re, vel ſumma petentis quenam pœna olim fuerit? num.3. & 4.*
5 *Plus re petentis pœna hodierna. Et num.6. Quæ etiam in Haſſica, Comitatu Oſtfriſiæ, & Dynaſtica Ieuerenſi obſeruatur, n.7. & 8.*
9 *Statutum, vel lex ſpecialis non niſi ſtrictam interpretationem per ſe admittit.*
10 *Plus petens vt cadat à iure ſuo, opus eſt. I. Vt plus debito doloſè, & malitioſè exegerit.*
11 *II. Vt conuincatur plus petiiſſe, vel per teſtes, vel per ſcripturam, aut inſtrumentum debiti, vel per confeſſionem ſuam, vel per iuramentum partis. Aliter ſentiente Ioan. Zangero, nu.12*
13 *III. Vt ante litem conteſtatam exceptio plus petitionis obiiciatur.*
14 *IV. Vt certo conſtet, quid quantùmque debitor debeat. Et num. 15.*
16 *Clauſula: Petens ius, & iuſtitiam adminiſtrari, pluris petitionis pœnam amouet, ex ſententia Crauettæ, Neuizani, Zangeri, & aliorum. Sed declara, vt num.17. & 18.*
19 *Fideiuſſor accipi debet eiuſdem rei nomine, ſiue totius, ſiue partis, quam ipſe principalis debet, alioquin inutiliter interuenit.*
20 *Pignus nonnunquam ob aliam cauſam detinetur, quam ob quam datum eſt.*
21 *Fideiuſſor nunquam ad aliud debitum, quam quod in fidem ſuam recepit, tenetur.*
22 *Fideiuſſoris datio, vel receptio non alterat ſui natura praecedentem obligationem.*
23 *Fideiuſſor pro re nondum certa, ſed adhuc certificanda fidem ſuam interponere poteſt. Et nu.24.*
25 *Fideiuſſor, qui ſe obligauit pro ſumma, quam calculatores referrent, non tenetur de relata per calculatores ſecundo electos. Antonius Heringius.*
26 *Fideiuſſor poteſt intercedere, & intereſſe, & pecuniam etiamſi principalis factum debeat.*
27 *Fideiuſſor promittendo pecuniam ad intereſſe, cenſetur iure promittere idem, non diuerſum ab obligatione principali. Ratio ponitur. n.28. & 29.*
30 *Fideiuſſor rectè in vſumfructum accipitur, reo fundum promittente.*
31 *Fideiuſſor non poteſt aliud debere, quam debet ipſe principalis nec in plus, quam debet is, pro quo obligatur.*
32 *Plus non poteſt eſſe in acceſſione, quam in re principali. Ætiologia adducitur, n.33. & 34.*
35 *Fideiuſſor in cauſam limitatam, extra illam cauſam non tenetur.*
36 *Fideiuſſionis effectus non extenditur extra naturam contractus, vel extra conuenta.*
37 *Fideiuſſor in certam cauſam, vltra illam non aſtringitur.*
38 *Fideiuſſionis effectus non extenditur extra verba.*
39 *Fideiuſſor ad vnum actum, non intelligitur obligatus ad alium.*
40 *Fideiuſſor in cauſam campſoriam non tenetur ex mercimoniali.*
41 *Fideiuſſor vltra caſum expreſſum non obligatur.*
42 *Quantitas, locus, Dies ſolutionis, & Conditio ſunt partes ſtipulationes, & ex his quatuor orta ſunt plus petendi genera.*
43 *Fideiuſſor quantitate, loco, Die, ſiue tempore, in plus obligari nequit.*
44 *Obligatio principalis ſi ſit particularis, & obligatio fideiuſſoris ſi generalis, ad hue obligatio fideiuſſoria eſt nulla, quia durior.*
45 *Fideiuſſor duriorem in cauſam obligatur, ſi fidem datam iuramento confirmauerit.*
46 *Fideiuſſor, qui aliquem in die ſiſti, promiſit, pœnam promittere poteſt, licet eam principalis non promiſerit. Et nu.47.*
48 *Fideiuſſor tenetur ad diem, & omne id, quod tempore fideiuſſionis in obligatione fuit, ſiue ſors fuerit ſiue vſura. nu.49. Siue ſtipulatio fuerit diuidua, vel indiuidua. n.50.*
51 *Fideiuſſor tenetur in ſolidum.*
52 *Fideiuſſor, qui in duriorem cauſam ſe obligauit an ne ſaltem ad id teneatur, quod principalis debet, late diſcutitur, vſque ad num. 109. Negatiua quidem proponitur à nu.53. vſque ad nu 65. Sed affirmatiua defenditur à nu.65. vſque ad nu 109.*
53 *Fideiuſſor ne ad id quidem, quod principalis debet, tenetur ſi in duriorem cauſam interuenerit, eaque ſententia eſt communis, communiter, & in practica ſeruatur. num.54.*
55 *Dictio negatiua,* non, *poſtpoſita ſigno vniuerſali, quid operatur.*
56 *Lex annullans actum, omnino facit, vt vitietur vtile.*
57 *Stipulatio inutilis eſt, ſi quis quinque aureos à te dari ſtipuletur, & tu decem promittas.*
58 *Obligationi quoties aliquid adijcitur, vel detrahitur, vitiata eſt obligatio. Sed declara vt numero 102. & 103.*
59 *Stipulatio eſt actus indiuiduus. Sed accipe, vt numero 104.*
60 *Indiuiduus actus pro parte valere, & pro parte non valere non poteſt.*
61 *Indiuiduum quod eſt, pro parte adimi, vel pro parte amitti nequit.*
62 *Sententia eſt indiuidua, ideoque non poteſt in partem valere, in partem non valere.*

63 *Reſpondere non cenſetur, qui ad interrogata non reſpondet.*

64 *Fideiuſſore promittente, quam principalis debet, nulla eſt obligatio. Declara vt nu.106.*

65 *Fideiuſſor ad id, quod principalis debet, tenetur, etiamſi in duriorem cauſam ſe obligauerit.*

66 *Summæ maiori ineſt minor, non ſimul, ſed ordine ſucceſſiuo.*

67 *Superfluum tantum infirmatur quoties quid amplius promiſſum, quam promitti oportuit.*

68 *Utile per inutile non vitiatur, quoties vtile ab inutili ſeparari poteſt.*

69 *Libellus habens duo capita, alterum aptum, alterum ineptum per aptum ſuſtinetur.*

70 *Stipulationes tot ſunt, quot ſunt corpora. Et nu. 71. 72. & 73*

74 *Cauſis duabus concurrentibus, quarum vna prodeſt, altera nocet, & materia eſt indiuidua ſemper attenditur cauſa, quæ nocet. Niſi cauſa, quæ prodeſt, ſit potentior, nu.75.*

76 *Minus quod eſt, ſummis ſponderi videtur.*

77 *Arbitris quibuſdam ſententiam proferentibus condemnatoriam in centum, aliis in quinquaginta, ſententia in quinquaginta tenet.*

78 *Conſtituere quis poteſt, ſe pro alio ſoluturum.*

79 *Centum aureos debens, & ducentos conſtituens, in 100. tantum tenetur.*

80 *L. hactenus §. 1. ff. de conſtit. pecun. geminus intellectus.*

81 *Conciliatio Bartoli. ad l. Græc. §. illud commune, ff. de fideiuſſor reiicitur. Ut & Dn. Goddæi interpretatio, nu 82.*

83 *Enumeratio interpretum, qui huic poſteriori ſententiæ accedunt, eamque veriorem, & æque receptam eſſe ſcribunt.*

84 *L. Græc. §. illud commune, ff. de fideiuſſ. explicatur. Et num. 97. 98. & 99.*

85 *Vocabulorum virtutes ignorantes, facile decipiuntur.*

86 *Cauſa dicendi potius attendenda quam dictum.*

87 *Dictio, Omnino, quid importet, & n.88.*

89 *§. alia. Inſtit. de donationib. intellectus*

90 *Dubium non eſt aptum ad tollendam ambiguitatem.*

91 *Veritas quodammodo ignoratur eius, quod multipliciter intelligitur.*

92 *Verbum ambiguum in vna parte poſitum, declarari debet ex alio verbo claro, in altera parte poſito.*

93 *Concordia verborum ſemper eſt quærenda.*

94 *Lex legem declarat, & locus locum aperit.*

95 *Lucida quæ ſunt, ab obſcuris locis præiudicium pati non debent.*

96 *Piſces, qui in multa ſalſedine ſunt nutrici, ſale tamen indigent.*

100 *§. præterea. Inſtit. de inutil. ſtipulat. genuinus ſenſus. Et num.101.*

105 *Teſtamentum, quoad ordinationem, eſt actus indiuiduus.*

107 *L. ſi tibi decem, ff. locati explicatur.*

108 *Fideiuſſor iuramentum interponens de ſeruando contractu præciſe tenetur in id, quod principalis debet.*

109 *Minus poteſt fideiuſſor debere quam principalis. Et num.110.*

111 *Efficacius poteſt obligari fideiuſſor, quam principalis, quod exemplis adductis declaratur, num. 114. 115. 116. 117. 118.*

112 *Fideiuſſor eandem ſummam, quam principalis ſimpliciter debet, ſub hypotheca bonorum promittere poteſt.*

113 *Fideiuſſor pœnam promittere poteſt, ad quam principalis non tenetur.*

119 *Fideiuſſor duabus obligationibus eiuſdem rei nomine teneri poteſt. Quod quomodo intelligendum, oſtenditur. nu.120.121.122.123.*

124 *Fideiuſſor non obligatur ad id, quod ex mora debitoris ad principalem obligationem accedere poteſt. Quod ampliatur, nu. 129. 130. 131.*

125 *Fideiuſſio eſt ſtricti iuris.*

126 *Mora habetur pro delicto.*

127 *Iniquum eſt, ex facto alterius alterum damnum pati.*

128 *Fideiuſſor hodierno iure, non, niſi prius excuſſo principali, tenetur.*

132 *Fideiuſſor, qui ab initio in omnem cauſam ſe obligauit, tenetur etiam in id, quod ex mora debitoris principali obligationi accedere poteſt.*

133 *Statutum Lubecenſe lib.3. tit 5. § adducitur.*

134 *Fideiuſſor, qui in omnem cauſam teneri non vult, taxationem certam fideiuſſioni apponat, vltra quam teneri recuſat. Et nu.135.*

136 *Fideiuſſor ad ſolutionem poſt lapſum termini præfixi requiſitus, tenetur etiam ratione moræ ad illud plus, quod cauſatur ob moram in ſoluendo debitam.*

137 *Debitor ratione retardatæ ſolutionis ad intereſſe non tenetur, antequam in mora ſoluendi ſit conſtitutus.*

138 *Pactum, quod intereſſe ante moram debeatur, non valet.*

139 *Fideiuſſor ad intereſſe, vel lucri ceſſantis, vel damni emergentis, ante moram non tenetur.*

140 *Fideiuſſor moram non committit, ſi forte an debitor ſoluerit, nec ne, vel quid, & quantum ſoluere debeat. Et nu. 141.*

142 *Mora in liquidis, & prolixam calculationem requirentibus, ceſſat.*

143 *Interpellatio vnica ſufficit ad moram cauſandam. Et num.149.*

144 *Interpellatio quædam tacita. Et n.145. Quædam expreſſa. nu.146. & 147.*

148 *Interpellatione ſemel facta, quamuis creditor deſtiterit inſtare, tamen mora creata eſt.*

150 *Eberhardi à Weih IC. encomium.*

151 *Interpellationem non præceſſiſſe, fideiuſſor probare cogitur.*

152 *L. ſi libertus moram ff. de oper. libert. intellectus.*

153 *Mora fideiuſſoris nulla eſſe poteſt, vbicunque eſt obligatio faciendi.*

154 *L. ſi poſteaquam ff. rem pupilli ſaluam fore, ſenſus.*

155 *Actionis tutelæ alicuius nomine, qui intercedit, in omnem cauſam intelligitur.*

156 *L. mora. 88 ff. de verb. oblig. explicatur.*

157 *Augeri fideiuſſoris obligationem aliud eſt, quam non minui.*

158 *L. ſi quis. 14. §. 1. ff. de vſur. intellectus.*

159 *Expenſas, quas creditor in conueniendo moroſo debitore fecit fideiuſſor ſoluere tenetur. Quod intelligendum tamen, n.160.*

161 *Mora ipſius fideiuſſoris propria ipſi nocet.*

162 *Mora ſua cuilibet ſemper debet eſſe nociua.*

263 *Moroſi onerandi ſunt omni damno, quod dederunt.*

164 *Fideiuſſor ex mora propria ſe in plures obligare poteſt quam debet ipſe principalis. Quod exemplis demonſtratur. nu.165. & 166*

167 *Moram culpamve committente fideiuſſore, par ipſius eſt conditio, quoad æſtimationem incundam, quæ cuiuſuis alterius creditoris, quantumvis principalis.*

168 *Mora confideiuſſoris confideiuſſori regulariter non nocet, licet mora vnius ex ſociis nocet aliis, ſicut & culpa.*

169 *Mora*

169 *Mora purgatio quomodo fiat, remiſſiue.*
170 *Iuramentum in foro contentioſo, quoad æquitatem Canonicam, an purgationem moræ admittat; remiſſiue.*
171 *Cognitis rebus non eſt immorandum.*
172 *Delictum debitoris fideiuſſoris obligationem augere nequit. Ratio ponitur n.173.174.175.*
176 *Fideiuſſores magiſtratuum non tenentur in his, quæ ipſis ob culpam vel delictum irrogantur.*
177 *Fideiuſſores cuſtodum caſtri non conueniuntur, ſi illi ob proditionem condemnentur in certam pœnam. Sed limita prædicta, vt num.178.& 179.*
180 *Neptuni pro Marte ſponſio adducitur ex Homero.*
181 *Legibus Gothicis, Selandicis, ac Ducatus Schleſuuicenſis introductum eſt, quod Nobilis, aut alius ingenuus homo, qui villam ſuam alij elocauit, pro conductore, ſi is furti forſitan arguatur, fideiuſſor eſſe cogatur.*
182 *Fideiuſſor arreſtati factus, ſi ille aufugiat, ſed ſtatim reuertatur, num teneatur, adhibita diſtractione explicatur. Et num.183.*
184 *Damnum à debitore datum fideiuſſoris obligationem auget.*
185 *Fideiuſſor pro conductore domus, non tantum pro penſione domus, ſed etiam pro ſuppellectile facta intercedere intelligitur. Sed limita, vt num.186. Et num.190.*
187 *Caſtellani nomine fideiubens, non tenetur, ſi damnum inferat priuatis. Ratio ponitur, nu.188.*
189 *Poteſtas tenetur pro officiali in pertinentibus ad officium ſuum.*
191 *Delictum tertij alicuius non auget fideiuſſoris obligationem, quamuis ille tertius de ſuo delicto teneatur. Quod exemplo ex legibus Gothicis ſiue Selandicis deſumpto probatur. num.192.*
193 *Contumacia vt multis modis committitur, ita etiam varie coercetur.*
194 *Contumacia rei fideiuſſoris obligationem non auget.*
195 *L. vlt. ff. de fideiuſſ. ſuccincta explicatio.*
196 *Res ſemel iudicata in iudicium amplius deduci non debet.*
197 *Rei iudicatæ ſi quid ex contumacia vel delicto rei acceſſit, ad id fideiuſſor non tenetur.*
198 *Fideiuſſor, qui ſe non tantum pro pœna delicti, ſed etiam pro pœna violati proceſſus, vel contumaciæ, ſe obligauit, omnino tenetur. Et nu.199.*
200 *Pœnam non præſtat fideiuſſor ob rei fugam, ſi ſiſci non interſit, ex carcere abitum eſſe.*
201 *Fideiuſſor de iudicio ſiſti termino præfixo, pœna adiecta contra facienti: puniri debet pœna promiſſa, lapſo termino præfixo.*
202 *Fideiuſſor tenetur de iudicatum ſoluendo, reo nolente facere emendam honorariam aduerſam pœnam.*
203 *Promiſſio generaliter facta de non offendendo, ad cauſam ſaltem antiquam reſtringitur.*
204 *Principalis ſi condemnetur ob pacem ruptam, fideiuſſor quoque condemnatur ad pœnam conuentionalem.*
205 *Caſus inopinatus an fideiuſſoris obligationem augeat? Et nu.206.207.208.209.*
210 *Caſum fortuitum non præſtat fideiuſſor. Et n.211.*
212 *Valentini Franci opinionem non admittit auctor.*
213 *Fideiuſſor, qui promiſit pro aliquo, quòd alium non debeat offendere, non tenetur, ſi percuſſerit defenſionis cauſa.*
214 *Negatio debitoris non auget fideiuſſoris obligationem.*
215 *Siniſtra, & male detorta interpretatio fideiuſſoriæ obligationi nihil incommodat.*
216 *Vſuras, fructus, & intereſſe num fideiuſſor præſtare teneatur, dilucide explicatur. Et nu.217.218.219. 220.221. & 224.*
222 *Intereſſe probandum eſt. Et num 223.*
225 *Fideiubens ſupra contractus bonæ fidei etiam ad intereſſe tenetur.*
226 *Raphaelis Fulgoſij ſententia perpenditur.*
227 *Oratio indefinita æquipollet vniuerſali. Sed limita vt nu.229.230.231*
228 *Fideiuſſor quando ſe ſimpliciter obligat, præſumitur ſe obligare in omnem caſum, & cauſam, quæ ex natura negotij procedit. Sed declara vt n.236*
232 *Franciſci Barſati inaduertentia ſiue incuria detegitur.*
233 *Vſuras pacto, vel ſtipulatione à debitore ab initio promiſſas, tenetur fideiuſſor, ſimpliciter fideiubens, ſoluere, ſi eum non latuerit, eas promiſſas eſſe.*
234 *Fideiuſſor vere dicitur eundem ſummam promiſiſſe per relationem ad inſtrumentum rei principalis, etiamſi non ſpecificet in inſtrumento fideiuſſionis.*
235 *Acceptans contractum, acceptare cenſetur cum omnibus.*
237 *Verba ex reſpectu intelligenda, quo prolata ſunt. Sed limita vt num.238.*
239 *Sortis, & vſurarum promiſſarum connexa eſt obligatio.*
240 *Connexa capitula non poſſunt pro parte probari, pro parte improbari.*
241 *Fideiuſſor ſubſcribens inſtrumento, in quo ſe debitor ad ſortem, & vſuras obligauit, videtur totam obligationem cum omnibus clauſulis approbaſſe. Quod exornatur.nu.242.243.*
244 *Obligatio alia eſt ſortis, alia vſurarum.*
245 *Acceſſorio non fit præiudicium, quod iure obligationis de per ſe peti poteſt.*
246 *Vſuris ex mora rei venientibus non eſt obnoxius fideiuſſor, niſi ſe in omnem cauſam obligauerit. Et n.247. 248 249.250.*
251 *Vſuræ moderatæ ac legitimæ tantum à fideiuſſoribus exigi poſſunt.*
252 *Fideiuſſores eorumque heredes reuocantur ad eandem rationem vſurarum, ad quam reuocatur auctor.*
253 *Vſuræ centeſimæ de iure Pandectarum in arbitrium iudicis veniebant. Sed hodie ſunt ſemiſſes. num.255. 256.257.*
258 *Leges innumeræ relatæ ſunt in Pandectas, & Codicem, quæ tamen nihilominus aliis legibus ſunt abrogatæ.*
259 *Vſuræ etiam hodie ſoluendæ ſunt à fideiuſſore, non obſtante prohibitione Canonica. Et nu.260.*
261 *Camera imperialis decernit mandata executorialia aduerſus fideiuſſores ratione intereſſe à tempore moræ computandi. Quod præiudiciis, & Receſſu Imperij confirmatur nu 262.& 263.*
264 *Fideiuſſor, ex obligatione emptionis redituum ad redituum annuum ſoluendum conuentus, exceptione vſurarum ſe tueri nequit.*
265 *Reditus annuus vſuræ ſuccedaneus eſt.*
266 *Æſtimatio mercium, pro quibus eſt fideiuſſum, quomodo ineunda, remiſſiue. Et nu.267.*
268 *Æſtimatio meliorationum, an ſecundum tempus præſens, vel præteritum conſideranda, ex Antonio de Gamma.*
269 *Fideiuſſor non tenetur ſoluere tributum, quod imponitur pecuniæ creditæ, Et nu.270.*
271 *Tributa, cenſus & collectæ ab eis debent, qui rem poſſident iure proprio, & eius fructus faciunt ſuos.*
272 *Tributum, & collectas ſuſtinere cogitur locator, non conductor.*

274 *Tributa noua exſoluere ſemper incumbit emptori, ſiue de nouo acquirenti. Sed limita vt n. 274*

275 *Fideiuſſor pro certa ſorte, an etiam intelligatur promiſiſſe pro expenſis, vecturis proxeneticis, datiis & gabellis, remiſſiue ex Bergnino Caualcaneo.*

276 *Fideiuſſor non tenetur ad expenſas promiſſas, ſi reus abſoluatur, compenſatis expenſis.*

277 *Fideiuſſor pro certa adminiſtratione obligatus, intelligitur etiam obligatus pro actu connexo.*

278 *Promiſſio fideiuſſoria pro geſtis in tutela, extenditur etiam ad geſta extra tutelam, quæ ſunt connexa ratione tutelæ.*

279 *Fideiuſſio pro eo facta, qui artem aliquam profiteri inſtituit, reſtringitur etiam ad debita, quæ artis illius occaſione contracta erunt.*

280 *Promittens reſarcire damnum datum à famulo, tenebitur etiam pro furto per famulum commiſſo. Et anm. 281 & 282.*

283 *Fideiuſſor indemnitatis ad ſuſcipiendum iudicium adigi poteſt.*

NOn ſolum tempore, & loco, vt in præcedentibus duobus capitibus explicaui, verum etiam
1 † ſumma, & quantitate (quæ & ipſa pars contractus
ſiue obligationis eſſe cenſetur, *l. interdum, 75. ff. de
verb. oblig.*) plus peti poteſt, *§. ſi quis agens. Inſtit. de
actiona. cap. vnic. ext. de plus petit.* Paul. *lib. 1. ſent. tit. 10.*
Cuiac. *lib. 7. obſeru. c. 27.* Pet. Auguſt. Morla *in emporio p. 1. tit. 8. in princ. in 11. præmiſſ. nu. 79.* Ioan. Zanger.
in tract. de except. par. 2. cap. 10. num. 3. Et quidem
2 olim † leuis pœna plus re vel ſumma petenti infligebatur, ita vt ſi paganus eſſet creditor, cauſa caderet, hoc eſt, integrum creditum amitteret (ſic enim
cauſam, qua petitor cadit, interpretor, vt litem pro
credito motam ſignificet, *l. 2. ff. de iudic. ſolui. l. 8. §. 1.
ff. de inoff. teſt. l. 4. ff. de verb. ſigni.* quam Græci [illegible] vocant) vnde etiam Plautus: *Si paraſitus*, inquit, *amplius quam præfinitum eſt poſtulauit,
3 plus petiti periculo ſtrangulatur.* Sin verò miles † eſſet
creditor, & cauſa caderet, & exautoraretur, propterea quod crimen exaſperatur in militem. *Cuiac. in
Nouella 32. mihi pag. 161. per l. quadam; ff. de pœnis.* Ideo-
4 que veteres † ſibi diligenter proſpiciebant, & quidem in primis in hoc caſu, vt interrogaretur aduerſarius, ex qua parte hæres eſſet defuncto, ne actor
certum petens, & ſic actionem in perſonam intendens,
interdum plus petendo aliquid damni ſentiret, *l. 1. ff.
de interrog. in iure faciend.* De quibus interrogationibus remiſſiuè vide Specul. *in tit. de interrog. §. 1. nu. 101.*
Aretin. *nu. 101.* & Iaſ. *num. 226. in §. actionum. Inſt. de act.*
Ach. Perſon. *in tract. de peti. hær. nu. 642.*

Verum hodierno iure illa pœna plus re petitionis
5 eſt mitigata, ita † vt qui plus petit, quam ſibi debetur,
lite cum reo conteſtata, in omne, ſi quod forte damnum ex hac cauſa acciderit, veluti ſi plus ſportularum
apparitoribus dederit, aut plus ſumptuum in procuratore, vel patronos cauſarum factum ſit, ei, contra
quem plus fuerit petitum, cõmiſſa triplici condemnatione puniatur, *d. §. ſi quis agens in fin. verſ. ſed hæc quidem antea.* vbi Dd. & præſertim Gabr. Mudæ *Inſt. de
act. l. 2. C. de plus pet.* Crauet. *conſ. 518. num. 1. & 2. part. 3.*
Io. Zanger. *in tract. de excep. p. 2. cap. 10. n. 8. verſ. quod ſi
quis.* Geor. Obrech. *in tract. de lit. conteſt. c. 10. num. 91.*
6 licet † addat, hodie, omiſſo triplo, condemnationem
fieri in expenſas, iuxta Innocent. *in c. vnic. num. 1. de
plus petit.*

7 Atque † hanc iuris communis deciſionem approbauit Ordinat. prouincialis Haſſica *c. 13.* vbi dicitur:
Qui in iudicio dat ſuam petitionem aduentus alterum, iſte petenti tenetur dare reſponſum ad hoc, vt
cognoſcatur, an qui poſtulant vera ſit illius petitio, aliter ſoluat expenſas, & tertiam partem plus, &c. Nec
8 † diſcrepat Ordinat. prouincialis Dynaſtiæ ſeuerenſis, cum iure prouinciali Comitatus Oſtfriſiæ conſonans, *ſub. tit.* Ordinationes, &c. *his verbis*: Qui petit
oportet, vt de re certa, & liquida dextuam petitionem, ſin autem falſo, ſoluat omnes expenſas, quia indebite petit, & ſi aliquis teſtis falſus ſit repertus puniendus ſit. Et quia hæc ordinatio ſimpliciter dicit, quod
damnum perpeſſum, & litis expenſas actor plus re
petens ſaltem ſoluere debeat, non expreſſa tripli pœnam, non erit quoque hæc infligenda, quidem ſtatu-
9 tum, vel † lex ſpecialis per ſe non niſi ſtrictam interpretationem admittit, & pro omiſſo habetur. quod
in eo non eſt expreſſum, *l. ſi vero, § de viro, ff. ſolut. mat.
l. quidquid aſtringendæ. ff. de ver. oblig.* Gail. *lib. 2. obſer.
35. n. & obſer. 79. n. 4.* Ioan. Koppen. *dec. 6. n. 1.*

10 Ad hoc † verò, vt plus petens cadat a iure ſuo, opus
eſt primo, vt plus debito doloſe, & malitioſe exegerit. *l. vn. in verb. per dolum & machinationem, C. de plus
pet.* Alexand. *conſ. 73. in cauſa. n. 6 & conſ. 83. viſo proceſſ.
num. 4. lib. 6.* Iaſ. *in d. § ſi quis agens. ver. ſed hæc quidem,
num. 3. Inſt. de act.* Neuiz. *conſ. 94. num. 16.* Burſatus *conſ.
217. num. 30.* Roland. à Valle *conſ. 71. num. 39. & 40. vol.
1.* Socin. *regul. 44.* Hieron. de Laurent. *deciſ. Auenion.
55. num. 3.*

11 Deinde, † vt conuincatur plus petiiſſe, vel per teſtes,
vel per ſcripturam, aut inſtrumentum debiti, vel per
confeſſionem ſuam, vel iuramentum partis, vt vult
12 Crauet. *in conſ. 315. num. 2. part. 3.* Licet in alia † abeat
Ioan. Zang. *in tract. de except. p. 2. ca. 10. n. 9.* exiſtimans
ſufficere, ſi iudici de hac exceptione ex aduerſarii
confeſſione conſtet.

13 Tertio † requiritur, vt ante lit. conteſt. reus contra
actorem plus petentem excipiat, nam poſt lit. conteſtat. non amplius auditur, cum ſit exceptio dilatoria. Iaſ. *in d. § ſi quis agens. verſ. ſed hæc quidem num. 17.
& ibid. Zaſ. an. 13. Inſtit. de actio.* Georg. Obrech. *in tract.
14 de lit. conteſt. c. 10. nu. 44.* Et † denique, vt certo conſtet, quid quantumque debitor debeat; Vbi enim
ſumma aut res adhuc incerta eſt aut liquidari debet,
non facile quis plus re aut ſumma petiiſſe dici poteſt;
arg. eius quod tradit Ioſe. Lud. *in com. concl. concl. 8.
15 numero 38.* Id quod nominatim † innuit Ordinatio
Haſſica prædicto loco his verbis: Si aliquis coram
iudice comparuerit, & ſuam petitionem expoſuerit, ſolum veritatem debet inquirere, & illam dicere, &c.

16 Clauſulam † tamen: Petens ius & iuſtitiam adminiſtrari; pluris petitionis pœnam amouere, tradi Crauet.
conſ. 473. num. 5. par. 3. Nec diſſentit Neuiza. *in conſil.
94. num. 14. & 15.* aſſerens ibi poſt alios, quod clauſula; Saluo iure ſuperflui, ab expenſis plus petentem excuſet, cum quo etiam idem ſentire videtur
Io. Zanger. Ant. de Butr. & Iaſ. ſecutus *in tract. de
except. cap. 10. numer. 10.* Conſule tamen, & Hieron.
Treutler *p. 1. diſp. 4. theſi 12. in fin. & p. 2. diſp. 26. theſi
17 4. lit. B.* Sanè † ſi appareat, actorem ex malitia quadam, non verò errore, plus re à debitore petere,
quod dilegens iudex ex circumſtantiis procul dubio
deprehendet, præſertim, ſi alias quoque actor malæ ſit
famæ, & exiguæ fidei, non video qui per prædictam
clauſulam à pœna excuſari poſſit, niſi forte malitiis ſit
18 indulgendum *contra l. fundo ff. de rei vind.* Præterea
proteſtatio actui contraria, nihil operatur, quia remouet voluntatem ab actu. At hæc proteſtatio de iure
ſuperflui eſt talis, ſiquidem tum demum ab actore
adiicitur, vbi is re vera jam plus petiit, vt rectè monet
Georgius

Google

Georgius Obrechtus *in tract. de litis conteſt. cap.19. numero 80.& 81.*

Quemadmodum autem ſupra creditorem admonui, vt ſibi prouideat, ne à fideiuſſore vel tempore vel loco plus petat, ita etiam hic oſtendam, ad quid, & in quantum fideiuſſor teneatur, & conueniri debeat ac poſſit, vt eadem quoque prouidentia pœnam plus petitionis re ſiue ſumma petitionis euitare queat.

Principio igitur hanc conſtituo regulam: Quod
19 † eiuſdem rei nomine, ſiue totius ſiue partis, accipi debeat fideiuſſor, quam ipſe principalis debet, alioquin n. inutiliter interuenit, *l. græc. §. ſi Stychum. l. ſi deiuſſor. 9. l. ſi ita 42. vbi Bald. ff. de fideiuſ.* Conſtant. Harmenop. *lib. 3. epitom. tit. 6.* quib. etiam addi poſſunt text. *in l. hi qui acceſſionis, l. ſi Stychum. 38. l. ſi à colono in prin. ff. de fideiuſ.* Pariſ. *conſ. 162. num. 26. vol. 4.* Et hanc eſſe communem Dd. opinionẽ tradunt etiam Bart. Imol. & alij *in d. l. ſi ita* Fran. à Rip. *in l. 2. num. 12. ff. ſi cert. pet.* Em. Soarez *in com. opin. lit. F. n. 123.* licet in alia omnia ſecedat Arius Pinellus *in 1. part. Rubrica. cap. 3. n. 18. &* 19. vbi videri poterit.

20 Et † quanquam pignus nonnunquam ob aliam cauſam detinetur quam ob quam initio datum eſt, *vt in tit. C. etiam ob chirograph. pec. pignus retin. poſſ.* fide-
21 iuſſor † tamen nunquam ad aliud debitum, quam quod in ſuam fidem recepit, tenetur, per iura ſuperius adducta Gabr. Mudæ. *in tit. de pignor. cap. quibus mod. pignor. vel hypoth. ſolui in cap. 6.* & faciunt tradita per Pet. de Vbal. *in tract. de duobus frat. part. 8. princ.*
22 *num. 41.* non magis, quam † datio vel receptio fideiuſſoris alterat ſui natura præcedentem obligationem; *Ioan. Ronchegall. in l. 6. §. duorei. n. 22. vbi Aretin. citat ff. de duobus reis.*

23 Quin tamen † fideiuſſor, licet reus nondum ſit certificata, pro qua fidem ſuam interponere debet, ſed adhuc certificanda veniat, teneatur, non eſt dubium, prout oſtendi ſupra *c. 10. numero 70. 71. & 27.* Atque
24 ideo † fideiuſſor dotis ſoluendæ, cuius declaratio commiſſa eſt arbitrio tertij, ſiue, vt nos vulgo loquimur: omnino tenetur, quando receditur à perſona alicuius tertij, & volente ipſo, recurritur ad iudicem, pro quantitate à iudice poſtea declarata, *Paul. de Caſtro in conſ. 23. ſolet aromatum. col. 3. in fin. lib. 1. Crauetta conſ. 272. n. 2.* Et ſic non obſtat, quod fideiuſ-
25 ſor, † qui ſe obligauit pro ſumma, quam calculatores referrent, non tenetur de relata per calculatores referrent, non tenetur de relata per calculatores ſecundo electos, vt probat Hieron. Gabrielius *conſ. 43. n. 13.* In hoc enim fideiuſſorem non conſenſiſſe dicendum eſt, *iuxta l. apud Sempronium, ff. ind. ſol.*

Non aduerſatur quoque prædictis, quod fideiuſſor
26 † poſſit intercedere ad intereſſe, & pecuniam, etiamſi principalis factum debeat, *l. ſi quis pro eo. 57. ibi gl. & Bart. ff. de fideiuſſor, l. cum filius, 49. §. 1. ff. de verb. oblig.* Iaſ. *in l. 2. §. vlt. num. 10. ff. qui ſatiſd. cogant.* Hippol. *in rubr. de fideiuſ. num. 294.* Eman. Soarez. *in com. opin. lit.*
27 *F. num. 27.* quia fideiuſſor † promittendo pecuniam & intereſſe, cenſetur in re promittere idem, nõ diuerſum ab obligatione principali, *Io. Goddæus de contrah.*
28 *ſtipulat. cap. 6. concluſ. 24. num. 441.* maxime † in obligationibus faciendi, in quibus intereſſe ſuccedit loco rei, quando factum præſtari nequit, *l. ſi quis ab aliquo. 13. ff. de re iudic. l. 3. §. hæres, ff. commodati* Puellus *d. cap.*
29 *3. num. 19.* qua † de re tamen videantur plenius Doctor. *in l. ſtipulationes. 71. ff. de verb. oblig.* Bart. *in l. 1. ff. de actio. empt.* Corraſ. *lib. 2. Miſcell. c. 3.* Io. Iannes Parladorius *lib. 1. rer. quotid. c. 6. n. 10.* Anto. Pichar. *ad tit. Inſtit. de obligat. in princ. n. 61. 62. 63. & 64.* quem etiam vide *in §. non ſolum. nu. 2. 6. 7. & 8. Inſtit. de verbor. obligat.*

Antonius Heringius.

30 Nihil † etiam ſtringit *l. ſi à reo. §. ſi reo in fundum. ff. de fideiuſſor.* vbi reo fundum promittente, nihilominus recte fideiuſſor in vſumfructum accipitur. Cum enim vſusfructus fundi ius, hoc eſt, ſeruitus ſit, *l. recte dicimus. 25. ff. de verbor. ſignif.* nec proprium quiddam conſtituat, cum ne cogitatione quidem à fundo ſeparari poſſit, non magis quam quælibet alia ſeruitus viæ vel itineris; ideo etiam fideiuſſor non pro alia, & diuerſa re, ſed pro eadem, quam principalis debet, interceſſiſſe cenſetur, *dict. §. ſi vero in fundum.*

Prænuiſſæ doctrinæ iam conſequens eſt, quod ſicut
31 fideiuſſor non poteſt aliud debere, quam debet ipſe principalis: ita etiam non poſſit obligari, vt plus debeat, quam debet is, pro quo obligatur, Cremenſis *ſingular. 42.* Horat. Carpanus *ad ſtatut. Mediolan. part. 2. cap. 189. num. 8.* non ſolum ideo, quia eius obligatio
32 acceſſio eſt principalis obligationis, vnde non † poteſt plus in acceſſione eſſe, quam in re principali, *l. Græc. §. illud conſtat ff. de fideiuſ. §. fideiuſſores. Inſt. eod. tit.* Ioan. Baptiſta Aſinius *in tract. de execut. in prolegom. cap. 2. num. 14.* dicens, id certum, & hanc naturam illius obligationis eſſe: Camillus Borell. *in controuerſia 47. num. 14.* Petr. Auguſtin. Morla. *in Emporio iur. part. 1. tit. 8 in princ. in 9. præmiſſo. num. 60.* Hieron. Gratus *in conſ. 19. num. 16. vol. 1.* aſſerens ibi, quod non ſolum abſurdum, & inconueniens, ſed etiam impoſſibile ſit, vt fideiuſſor ſit obligatus in plus, quã ipſe principalis, Ioan. Goddæus *de contrah. ſtipul. cap. 6. concluſ. 24.*
33 *num. 453.* verum etiam, † quia fideiuſſio ſtricti iuris contractus eſt, vt probaui ſupra *cap. 2. num. 22.* in quo
34 † nihil venit, niſi quod nominatim eſt actum, *l. quid quid aſtringendæ ff. de verb. oblig. l. blandum C. de fideiuſſor.* Abbas *conſil. 75. vol. 2.* Alexand. *conſ. 41. in fin. vol. 6.* Roland. à Valle *conſil. 58. n. 10. vol. 1.* Weſenb. *conſ. 10. n. 10. par. 1.*

35 Vnde † etiam Iaſ. *in l. age num. 10. C. de tranſact.* dicit, quod fideiuſſor in cauſam limitatam, extra illam etiam cauſam non teneatur, quod fuſius comprobaui ſupra *cap. 20. §. 26. n. 29. & ſeqq.* Et clarius idem Iaſ. *in l. centum Capua verſi. quinto fuit. ff. de eo quod cert. loc.*
36 ait: Quod vtcunque † magnus ſit fideiuſſionis effectus, non tamen extendatur ad ea, quæ ſunt extra naturam contractus vel extra conuenta, quod ſequitur Franc. Burſat. *in conſ. 193. num. 6. part. 2.* Ioan. Vincent. Hondedæus *conſult. 50. num. 18. & 9. vol. 1.* ex Abbate, Alexand. Rolando à Valle, & Riminaldo
37 iun. ibi inferens: quod fideiuſſor † in certam cauſam, vltra illam non teneatur: idem Hondedæus *conſult. 113. num. 25. 26. & 27.* cui etiam applaudit Ioan. Andreæ *in addit. ad Speculat. tit. de fideiuſ. in fin verſic. effe-*
38 *ctum autem ſtipulationis.* vbi ait, quod † effectus ſtipulationis nunquam vltra verba extendatur, *l. damni infecti. 18. §. ſi u ff. de damno infect.* Eodem etiam digitũ intendit Bart. *in l. qui in aliena ff. de acquir. hered.* vbi
39 tradit, quod † fideiuſſor ad vnum actum, non intelligatur obligatus ad alium, licet pro eadem perſona, nec ad eundem ex interuallo factum, niſi large ſe obligauerit, vel nouatio fortaſſis interuenerit, vt conſtat ex traditis per Dynum *in conſ. 16.* & Crauettam *in conſ. 762. num 5.* allegantem *l. 3. verſi pro infante. Cod. de munerib. & honerib. lib. 10.* Denique huc pertinet, quod poſt Baldum *in conſ. 142. volum. 5. in l. age. num.*
40 *42. C. de tranſactionib.* quod fideiuſſor † vltra cauſam fideiuſſionis exigi non poſſit, vt ſi in cauſam campſoriam promiſerit, ex matrimoniali non teneatur. Quod idem Alciatus repetijt *in conſ. 352. num. 2.* inquiens:
41 quod † fideiuſſor vltra caſum expreſſum non obligetur.

Digitized by Google

42 Cum igitur † quantitas promiſſa, locus, dies ſolu-
tionis, & conditio ſtipulationi adſcripta, partes ſint
ſtipulationis, & ex his quatuor partibus etiam orta
ſint quatuor plus petendi genera, vt ait Cuiac. *lib* 18.
obſeruat. cap. 14. (quanquam & cauſa quandoque plus
peti poteſt, *§. ſi quis agens. verſi. hinc autem qui loco: In-*
43 *ſtit. de actionib.*) Ideo † etiam his modis in plus fideiuſ-
ſor nec obligari, nec conueniri poteſt, ita vt ab ipſo
plus loco, ſi alibi, plus tempore, ſi ante tempus, plus
quantitate, ſi eiuſdem ſpeciei res melior, plus ſum-
ma, ſi plus, quam datum ſit, poſtuletur, iure petit
queat, cuius rei manifeſta exempla proponuntur,
in l. Græcè §. illud commune. cum § ſeq. l. fideiuſſor. 16. *§.*
1. *& ſecundo. l. hi qui acceſſionis. l. ſi ita* 42. *l. ſi teſtamen-*
to 49. *§. vlt. ff. de fideiuſſorib. § fideiuſſores. Inſtit. eod. tit.*
l. ſi qui ff. de eo quod certo loco cum ſimilib. de quo etiam
vide Coſtal. *ad l.* 1. *ff. de actionib. empti.* Pinellum *ad*
Rubric. C. de reſcind. vendit. par. 1. *cap.* 3. *n.* 18. *& ſeq.* Ca-
balin *part.* 3. *milleloquio* 250. Treutlerum *ſelect. diſput.*
vol. 2. *diſputat.* 28. *theſi* 4. *glo. C. D & E.* Io. Goddæum
de contrah. ſtipulat. cap. 6 *concluſ.* 24.

44 Quinimo ſi † obligatio principalis ſit particularis,
& obligatio fideiuſſoris ſit generalis, adhuc obligatio
fideiuſſoris eſt nulla, quia durior. *Barto. in l. hi qui ac-*
ceſſionis col. 3. *verſic.* 3. *caſu ff. de fideiuſſorib.* Hieronym.
Gratus [illegible] 53. *n.* 6. *vol.* 1.

Limitatur tamen hæc concluſio duobus modis: &
45 quidem primo, vt fideiuſſor † in duriorem cauſam
obligetur, ſi fidem ſuam iureiurando interpoſito con-
firmauerit, tunc enim, ſi non vt fideiuſſor, ſaltem ta-
men vt principalis promiſſor tenetur, ſecundum Bar.
in l. ſi quis pro eo. ff. de fideiuſſorib. (vbi etiam Angel. &
Imola idem aſtruunt) Aretin *in §. fideiuſſores. Inſtit. de*
fideiuſſor. Doctor. *in l. cum pater.* 77. *§ filius matrem ff. de*
legat. 2. Alexand. *conſ.* 33. *in fin. volum.* 4. Roman. *in l.* 1.
§. ſi quis ita ff. de verbor. oblig. per text. in d. l. cum pater.
§. filius matrem. ff. de legat. 2. Hippol. de Marſil. *in tract.*
de fideiuſſor. num. 291. Anton. Quetta *conſil.* 54. *num.* 8.
id quod memoriæ mandandum eſſe, cum ſit frequen-
tiſſimum in practica, monet præſes Euerhard. *in*
Topic. loco à vi iurament. num. 23. vbi plures pro hac
ſententia citat, licet fluctuare videatur. Vaſq. *in illuſt.*
controuerſ. cap. 40.

46 Limitatur † ſecundo in fideiuſſore, qui aliquem iu-
dicio ſiſti promiſit; is enim pœnam promittere po-
teſt, licet eam principalis non promiſerit: ita docet
Angel. *in l. etſi poſt tres dies ff. ſi quis cautionib. gl. l. ſicut*
reum ff. de fideiuſſ. item Bart. *in l. hi qui acceſſionis. ff. eod.*
tit. necnon Iaſ. *in l. centum. Capua. colum.* 4. *ff. de eo quod*
certo loco. probat Barthol Socin. *in regul. fallent. regul.*
146. Horat. Carpan. *ad ſtatut. Mediolan. part.* 1. *cap.* 45.
num. 18. Cæterum hæc limitatio non ſatis accommo-
da videtur, cum vtique fideiuſſor hoc caſu non aliud,
nec diuerſum promiſerit, quam ipſe principalis debe-
47 bat, hic enim ad factum † ſiſtendi vna cum fideiuſ-
ſore ſuo tenebatur, quod quia poſteà fortè præſtari
nequit, ſuccedit verum intereſſe loco rei, *l.* 2. *§. vlt.*
cum l. ſeq ff. qui ſatiſd. cogant & dixi ſupra *in prin. huius*
cap. n. 28. *&* 29.

Et ſi vero, vt modo oſtendi, fideiuſſor non poteſt in
plus obligari, quam debet ipſe reus principalis; tamen
48 † ad idem, quod principalis debet, omnino tenetur,
hoc eſt, ad omne id, quod vel præcedente numeratio-
ne naſci poteſt, *l. ſi qui pro eo. §. ſi numamus, ff. de fideiuſſ.*
Amanellus de claris Aquis *ſingulari.* 187. vel quod
49 † tempore fideiuſſionis in obligatione erat, ſiue ſors
fuerit, ſiue vſura, *l.* 4. *in fin. l. fideiuſſores* 68. *§.* 1. *ff. de fide-*
iuſſor. l. ſi mandator. 8 *C quod cum eo. l. fideiuſſor.* 10. *C. de*
fideiuſſorib. l. initio. C. de pact. int. empt. & vend. & dicam
50 *infra hoc cap. num.* 116. ſiue ſtipulatio fuerit diuidua,
vel indiuidua, *l.* 2. *§. idemq. eſt ff. de verborum obligat.*
51 ſit quidem † in ſolidum, cum ſinguli fideiuſſores in
ſolidum obligentur; & ſinguli principalem obliga-
tionem ſua fide eſſe iubeant, ita vt ob id creditori li-
berum ſit, à quo ſolidum petere velit, *l.* 3. *l.* 5. *l. liber eum*
l. ſi alienam l. ſi eligendi. l. reos principales C. de fideiuſ-
ſorib. Horat. Carpanus *ad ſtatut. Mediolanenſ. par.* 2. *cap.*
189. *num.* 2.

52 Verum † illud hoc in loco in diſquiſitionem venit
merito, quatenus fideiuſſor, qui in duriorem cauſam,
ex ſtultitia quadam, aut commendandæ promptæ
voluntatis gratia, ſe obligauit, teneatur, hoc eſt, num-
ne in id quidem, quod principalis debebat, vel an in
totum in id, quod in principali obligatione erat, obſtrin-
gatur? Finge enim, Mæuium ex mutui cauſa à Lucio
Titio mille florenos accipere, fideiuſſoremque dari
Sempronium, qui fidem ſuam pro mille quingentis
florenis obſtringat. Hic quidem vera creditæ ſumma
mille tantum eſt florenorum, quingenti igitur ſu-
perabundant, & fideiuſſoris obligationem duriorem
conſtituunt. Num igitur totam fideiuſſionem
euaneſcere, vel an ſaltem in mille florenis conſiſtere
dicemus?

Difficilem profectò ingredimur quæſtionem, quæ
& paria penè rationum momenta habet, & pari ferè
53 numero graues auctores. Non † enim defuerunt, qui
fideiuſſorem hoc caſu, ne ad id quidem, quod princi-
palis debeat, obligari, ſed obligationem vacillare, ac
irritam fieri, tradiderunt, ex quorum eſt Fulgoſ. *in l.*
ballenas §. 1. *ff. de conſtit. pecun.* Alex. & Iaſ. *num.* 9. *in l.*
1. *§. ſi ſtipulanti ff de verb. oblig.* Hippolyt. de Marſil. *in*
Rubric. de fideiuſſor. num. 291. Ludouic. Roman. *conſil.*
54 66. *incip. vir exim.* qui hanc ſententiam † communem
pronunciarunt. Imò communiorem eſſe, & in pra-
ctica ſeruari, ſcribit Bertazolius *in tractat. clauſul. in-*
ſtrum. clauſ. 40. *gl.* 6. *numer.* 2. quam etiam defendunt
Franciſc. Iametius Antecessor Aurelienſis *in commentar.*
ſuis ad tit. ff. de fideiuſſor. mihi fol 78. Corraſi. *lib.* 6. *com-*
ment. iur. cap. 6. *nu.* 8. And. Fachineus *controuerſ. iur. lib.*
8. *cap.* 51. (quamuis prius aliam opinionem, docendo,
& diſputando tenuerit) Herman. Vlteius *in comment.*
Inſtit. ad tit. de fideiuſſor. in fin. Ioan. Goddæus *in tract.*
de contrah. ſtipulat. cap. 4. *concluſ.* 4. *num.* 65. *& pluribus*
ſeq. nec non. cap. 6. *concluſ.* 24. *n.* 440. Horat. Carpanus
ad ſtatut. Mediolan. par. 2 *c.* 189. *n.* 8. pro quibus etiam
ſequentia moueri poſſunt.

Primò enim textus irreſponſalis eſſe videtur in *l.*
Græcè. §. illud commune, ff. de fideiuſſor. vbi dicitur: Illud
commune eſſe in vniuerſis, qui pro aliis obligantur,
quod ſi fuerint in duriorem cauſam adhibiti, omnino
non obligentur. Si igitur omnino non obligantur;
ergò nec in id, quod alias reus principalis debebat.
55 Nam dictio † negatiua, Non, poſtpoſita ſigno vni-
uerſali, facit æquipollere verbum potentiæ ſuo con-
tradictorio, vt, omnino non, idem ſit, quod, nullo mo-
do, Bart. *in l. legitimos, § in legitimos ff. de legit. tutorib.*
Decius *in l. in eo quod plus num.* 11. *ff. de regul. iur.* Ioan.
Bellon. *in libello de argument. legum, cap. vlt. nu.* 21. qui
ita hunc text. interpretatur. Imò per hunc ipſum text.
in d. § illud. inferunt, non ſolum Marcus Mantua *in ſin-*
gul. 335. *in fin.* quod indiuiduum hoc caſu quid fit, ra-
tione formæ à lege ſic traditæ: verum etiam Aluiſius
56 de Albertis *in ſingul.* 42. *in fin.* quod † lex annullans
actum, omnino faciat, vt vitietur vtile.

Secundò hanc ſententiam confirmare videtur text.
in §. prætereà. Inſtit. de inutil. ſtipulat. vbi dicitur, quod
57 † inutilis ſit ſtipulatio, ſi quis quinquaginta aureos à te dari
ſtipuletur, & tu decem promittas. Eodem igitur
modo

Digitized by Google

modo inutilis videtur ſtipulatio, & per conſequens
etiam fideiuſſio, ſi creditor ſibi mille dari ſtipuletur,
& fideiuſſor mille quingentos aureos ſua fide eſſe
iubeat.

58 Tertiò † quoque non incogniti iuris eſſe videtur,
quod cum adiicitur, vel detrahitur aliquid obligatio-
ni, ſemper probandum ſit, vitiatam eſſe obligatio-
nem. *l. 1. §. ſi quis ſimpliciter. ff. de verb. oblig.* atqui hic
quingenti aurei ad ſummam mille aureorum adli-
ciuntur; ergò obligatio quoque vitiata erit.

59 Quartò nemini non notum eſt, quod ſtipulatio † ſit
actus indiuiduus, *l. 1. §. 1. l. continuus ff. de verbor. oblig.*
60 actus autem † indiuiduus pro parte valere, & pro
parte non valere, non poteſt, vt eſt tex. *in l. ſi ita ſtipul.*
61 *§. vlt. ff. de oper. libert.* Et quod † indiuiduum eſt, pro
parte adimi, vel pro parte amitti non poteſt, *l. pro par-
te in fi. ff. de ſeruit. l. vna eſt ff. de ſeruitut. ruſtic. prædior.*
Andr. Kobl. *exercitat. 3. num. 17.* vnde etiam fit, quod
62 cum ſententia ſit indiuidua, non poſſit etiam ex vno
iudicio res iudicata in partem valere, in partem verò
non valere, *l in hoc iudicio. 27. ff. famil. herciſc. gl. in l.
etiam §. ex cauſa ff. de minorib.* Cum igitur fideiuſſio
per ſtipulationem contrahatur, videtur dicendum,
quod ſimiliter pro actu indiuiduo ſit habenda, & per
conſequens partim valere, partim non valere ne-
queat.

Quintò etiam hoc accidit, ſi de alia re ſtipulator,
de alia promiſſor ſenſerit, quod perinde nulla con-
trahatur obligatio, ac ſi ad interrogatum reſponſum
non eſſet *d. l. continuus §. 1. ff. de verbor. obligat. §. ſi de
alia. Inſtit. de inutil. ſtipulat.* Cum igitur hoc caſu cre-
ditor de mille aureis, fideiuſſor verò de mille quin-
gentis aureis ſentiat, videtur etiam nulla contrahi
63 obligatio, maximè, quia † & is non reſpondet omni-
no, qui ad interrogata non reſpondet, *l. de ætate §.
quod autem ff. de interrog. in iur. faciend.*

64 Denique hanc † ſententiam ſtabilit, quod ſi fide-
iuſſor aliud promittat, quam quod principalis debet,
nulla ſit obligatio, *l. 8 § ſi quis Stychum. l. ſi ita 42. l. ſi à
reo. §. ſi reo. ff. de fideiuſſorib.* Si igitur principalis mille
tantum aureos debeat, fideiuſſor autem mille quin-
gentos promiſerit, videtur etiam aliud promiſiſſe, &
per conſequens nulla erit obligatio, *d l. 8. §. ſi quis Sty-
chum ff. de fideiuſſor.*

Sed etſi hæc, & ſimilia, quæ haud difficulter colligi
poſſunt, vt & reſponſum Iuriſconſulti Pomponij *in l.
ſi decem 52. ff. locati.* (quod magnopere vrſit Io. God-
dæus *d. cap. 4 concluſ. 4. num. 71. 72. & 73.*) nonnihil an-
65 cipitem reddunt hanc quæſtionem: contrariam † ta-
men opinionem, nimirum fideiuſſorem in pari ſum-
ma in quam ſe debitor obligauit, obſtringi, tam iuris
rationibus, quam etiam plurimorum claſſicorum in-
terpretum auctoritate magis præmunitam, & pro-
pterea huic ſubſcribendum, arbitror. In hanc autem
ſententiam me vocat primo vulgata illa iuris Theo-
66 rica: Quod † regulariter in maiori ſumma inſit mi-
nor, ſicut in viginti inſunt quinque, decem, & quinde-
cim, non ſimul, ſed ordine ſucceſſiuo, *l. 1. §. ſi ſtipulanti.
ff. de verborum oblig. l. ſi vnus §. ſi cum decem ff. de pact.
l. qui concubinam §. 1. ff. de legat. 3. l. qui quartam. 15. ff. de
de legat. 1.* Cagnol. *in l. in eo quod plus ff. de regul. iur.* latè
quondam Pariſienſ. *in conſuetud. Pariſ. tit. 1. §. 33. gloſſ.
3. num. 12.* Quanquam igitur fideiuſſor, fidem ſuam
pro mille quingentis aureis obſtringens, plus promi-
ſit, quam erat in principali obligatione, quia tamen
nihilominus illud ipſum promiſit, quod in obligatio-
ne erat, puta mille aureos, non omnino illa promiſſio
nulla eſt, ſed obligat in mille aureos, tanquam in
quantitatem ſtipulatione ſolummodo comprehen-
ſam, in quam etiam tam creditor ſtipulando, quam fi-
deiuſſor promittendo conſenſiſſe videntur, *d. § ſti-
pulanti. Vacca, à Vacunalib. 5. declarat. iur. declarat. 70.
& 71. facit l. item. 27. § ſi plures ff. de recept. l. inter pares
38 §. 1. ff de re iudic.*

Secundò non parum me mouet alia iuris noſtri re-
67 gula, per quam receptum eſt: Quod quoties † am-
plius promiſſum eſt, quam promitti oportuit, non to-
ta obligatio ſed id, quod ſuperfluum eſt, tantummodò
infirmetur, & obligatio in ſuo robore perduret, qua-
ſi nullo penitus alio adiecto. ſed hoc pro non ſcripto,
vel non intellecto eſſe credatur, *l. hactenus. in fin. cum l.
ſeq. ff. de conſtitut. pecu. l. 3. §. vlt. cum l. ſeq. l. rogatus. ff. man-
dati. l. qui heredem. ff. de verbor. obligat. l. ſive generalis. 61.
in princip. ff de iur. dot. l. ſancimus. in princ. C. de donat. l.
hac edictali. in fin. princ. verſic. ſin vero plus. C. de ſecund.
nup. 8. is qui exequitur. Inſtit. de mandat. cum ſimil.* Quod
ſi igitur hoc in conſtituto, ſtipulatione, mandato, do-
te, & donatione locũ habet, ſicut prædictæ leges pro-
bant, quare non etiam in fideiuſſione, quæ vtique per
ſtipulationem contrahitur, obtineret? Siquidem nul-
la ratio diuerſitatis dari poteſt.

68 Nam, & alias manifeſti iuris eſt, toties † vtile per
inutile non vitiari, quoties vtile ab inutili ſeparari, &
diſtingui poteſt *d. l. ſancimus C. de donat. l. pecunia. l. vſu-
rar. l. placuit. 29 ff. de vſur. l. 5. § generaliter. l. ſed ſi vir. 31.
§. ſi vir vxori ff. de donat. inter vir. & vxor. l. 1. § Treba-
tius ff. de aq. quotid. & æſtiu. 37. de regul. iur. in* Hugo
Donell *in l. in bona 13. num. 20. C. de pact.* Anton, Pi-
chard, Vinueſa *in § quod ſi quis. num. 14. Inſtit. de inutil.
ſtipulat.* vbi hoc vulgatè, & protritum eſſe ait. Id quod
etiam alijs exemplis declarari poteſt, vt cum dicimus:
69 Quod libellus † habens duo capita; alterum aptum,
alterum ineptum: per aptum ſuſtineatur, neque par-
tem aptam vitiet pars inepta, Panormit *in cap. exami-
nata de iudic.* Mynſinger. *centur. 4. obſeruat. 5.* Ioan. Si-
chard. *conſil. feudali 9. nu. 95. & ſeq.* pulchrè Bernhard.
Græuæus *in concluſ. pract. concluſ. 61. conſiderat. 1.* Rutger.
Ruland. *in tract. de commiſſ. part. 3. lib. 2. cap. 3. num. 28.*
Demus igitur, in ſumma quingentorum illorum flore-
norum obligationem fideiuſſionemque inutilem eſſe,
in mille tamen aureis (qui vtique, & cogitatione, &
numeratione à quingentis illis ſuperfluis diſcerni, &
ſic ſummam diſcretam conſtituere poſſunt) vtilis erit:
70 tot † enim ſunt ſtipulationes, quot ſunt corpora, res,
vel ſummæ, *l ſcire debemus 29. & ibidem Donellus, l. quod
dicitur. ff. de verbor. obligat.* Et ob id, ſi fortè ratione
vnius corporis, rei, vel ſummæ ſtipulatio ſit vtilis, re-
ſpectu verò alterius corporis, rei, vel ſummæ exſiſtat
inutilis, nihilominus tamen vtilis per inutilem non
71 vitiatur, *d. l. 1. §. ſed ſi mihi ff. de verbor. obligat.* non † ma-
gis, quam ſuperuacua, & nihil ad actum pertinentia,
ſtipulationem vitiant, *l. quæ extrinſecus. 65 ff. de verbor.
72 obligat.* ſicut † nec acceptilationem, *l. ſi is qui. 15. ff. de
73 acceptilat.* Et quanquam † hoc argumentum nonnihil
vacillat ob rationes adductas à Ioan. Guddæo *de con-
trah. ſtiputal. cap 4. concluſ. 4. nu. 81. 82. & 83.* in practica
tamen illis ſubtilitatibus, & argutijs inniti vix tutum
eſſet, maximè cum iura de ſtipulationibus loquentia
in foro non amplius tam ſtrictè, vt olim, obſeruentur,
vt dixi ſupra *cap. 11. num. 82.*

Pro quo etiam nonnihil facit, quod etſi, quando
74 † duæ cauſæ concurrunt, quarum vna prodeſt, altera
nocet, & materia eſt indiuidua, & inſeparabilis. ſem-
per attenditur cauſa, quæ nocet, & non illa, quæ pro-
deſt, *l. 3. §. fin. & ibi gloſſ. & Bart. ff. ad Syllan. l. 2. § ſi pu-
pillo ff. pro emptore. l. cum pater. §. Mæuio. in fin ff. de legat.
2.* Neuizan. *conſil. 14. num. 38.* Hippol. *ſingul. 169. incip.
confirmatio.* Hoc tamen notabiliter limitetur, quando

75 cauſa,quæ prodeſt,eſt potentior ; tunc enim perimit
cauſam,quæ nocet,*gl.l.ſi mater.& ibi Doct ff.de inoffic.*
teſta.Petr.Gerardi ſingul.42.additio ad Alciat.in tract.
de præſumpt.regul.1.præſumpt.30.n.4.lit.A.

Tertio hanc ſententiam etiam probat illud argu-
76 mentum,quod † in ſummis ſemper id, quod minus
eſt,ſponderi videatur,*l.inter ſtipulantem §.diuerſa cau-*
ſa.l.ſi ita 12 ff.de verbor.obligat. Vtrumque igitur in
mille quingentos aureos non obligatur fideiuſſor, in
mille tamen,deductis ſuperfluis quingentis, obſtrin-
gitur,quia hæc minor eſt ſumma,& ad hanc fideiuſſor
etiam reſpondiſſe videtur,*d.§.diuerſa.cum §§.ſeq.* Et
ſane inciuile eſſet,fideiuſſorem ne ex hac quidem re-
ſponſione teneri,vt in ſimili ait Caius *in l.ſi à reo ff.de*
77 *fideiuſſor.* Hinc fieri videmus,ſi ſint † plures arbitri,
quorum nonnulli ſententiam proferant condemna-
toriam in centum , alij verò in quinquaginta , quod
ſententia in quinquaginta teneat , atque illi arbitri,
qui in maiori ſumma iudicauerunt,cenſeantur etiam
in minori iudicaſſe,quum in maiori ſumma minor ſit,
ne ſi contrarium dicamus,ob diſcrepantiam arbitrio-
rum ſententia fiat planè eluſoria : Dominic.de S G-
min.& Philip Francus *in c.1.de arbitr.lib. 6.* Camillus
Borell.*in tract de compromiſſ.§.3.gl.5.num. 6.* Hecton.
Magonius *decis. Lucenſi 52. num. 1. & 2. & decis.120.*
*n.1.*qua de re fuſius ſe legendum exhibet. Vincent de
Franchis *decis. 336.* ibidem ediſſerens , an in maiori
ſumma in ſententiis etiam inſit minor?

Quartò eandem ſententiam plurimum quoque
adiuuat tex.*in d.l.Græcè.§.illud commune ff.de fidei.* vbi
Vlpianus dicit,illud commune eſſe in vniuerſis , qui
pro aliis obligantur,vt ſi in duriorem cauſam fuerint
adhibiti , omnino non obligentur. Iam præſuppo-
78 nendo,quod quis † etiam pro alio ſe ſoluturum con-
ſtituere poſſit,*l.cum §.quod exigimus,l.vbi 28 ff.de con-*
79 *ſtitu.pecun.*& ſi † centum aureos debens , ducentos
conſtituat,in centum tantummodo teneatur , aut ſi
ſortem,& vſuras,quæ non debeantur,in ſortem dum-
taxat teneatur , *l.hactenus §.1.ff. de conſtit. pecun.* aut
falſum,illud commune eſſe in vniuerſis , qui pro aliis
obligantur,vt ſi in duriorem cauſam fuerint adhibiti,
omnino non , hoc eſt , nullo modo obligentur ; aut
verò alius iſtorum verborum intellectus erit quæren-
dus,quod etiam tentauit Decius *in d.l.in eo quod plus*
80 *num.12.ff.de regul.iur.* Nam † verba iſthæc : *Illud com-*
mune eſt in vniuerſis,qui pro aliis obligantur , generalia
ſunt,& conſtituentem etiam includunt,*pro text.in l.2.*
§.1 ff.de adopt.l.verum §.1.in fin.ff. pro ſocio. niſi modo
quis contra apertam iuris deciſionem adſtruere ma-
lit,conſtituentem pro alio non obligari,quod falſum
eſſe demonſtrat,*d.l.5 §.quod exigimus,& d.l. vbi 28. ff.*
de conſtit.pecun.l.vlt.C.eod. At ſi verba iſta, omnino
non,ita interpretemur,vt idem ſonent , quod verba,
in ſolidum,vt mòx oſtendam,non eſt,quod quiſquam
inter has leges , quæ ſanè vnius , & eiuſdem ſunt
Vlpiani,aliquam *ἀδιαφωνίαν* ſtatuat.

81 Nec admitto conciliationem † Bartoli *in d.§. illud*
diuerſitatem ponentis inter conſtitutum, & fideiuſ-
ſionem:quia,vt rectè animaduertit Decius *in d.l.in eo*
quod plus n.13 generalitas verborum *d.§.illud* hanc in-
terpretationem,ne dicam,quod & ipſa æquitas eam
non admittat,cum beneficia fideiuſſorum , vt pluri-
mum etiam iis , qui pecuniam pro aliis conſtituunt,
competant,*l.vlt C.de conſtit.pecunia.*

82 Multo † minus ferendum videtur gloſſema D.God-
dæi *contrah ſtipul.d.cap.4.conclus.4.num.74.* dùm tex-
tui *in d §.illud* verbum , FIDEIVBENDO, inſerit , ac
ita legit, *illud commune eſt in vniuerſis , qui pro aliis*
(fideiubendo) obligantur. Nam generalitas verborum
Vlpiani hanc reſtrinctionem neutiquam patitur,
neque vllus Interpretum (quod bona pace tanti viri,
quem equidem alias magnifacio, dixerim) hactenus
mihi eſt viſus,qui eam introducere conatus,vel auſus
fuiſſet.

83 Quintò † denique præter rationes hactenus enu-
meratas ſententia iſta etiam ſuffulta eſt auctoritate
claſſicorum Interpretum , cum ab ea ſtent Azo. *in*
ſumma tit.Cod.de fideiuſſor.num.7. Decius *num. 12.* &
Molin *in addit.ad Decium lit. B,in d.l. in eo quod plus*
ff.de regul.iur. Lancell.Galiaula.Alciat. Corat. Molin.
& Duaren.*fol.721.in d.l.1.§.ſi ſtipulanti ff de verb. obli-*
*gat.*idem Duaren.*tit.de fideiuſſ.cap.3.* Anton. Gomeſ.
de contract.cap.13.num. 2. Alciat.*lib.5. Parerg cap. 17.*
vbi alteram opinionem ſibi ſemper iniquam viſam
eſſe, & à ratione naturali non parum recedere , ait
Gulielm.Fornerius *ſelect.lib.3. cap. 11.* Ferdin. Vaſqu.
lib.1.controuer.illuſtr.cap.40.num.5. Weſenbec.*in para-*
tit.ff.de fideiuſſ.num.5. Baro. Mynſing. Weſenbec.&
Borcholt *in § fideiuſſor. Inſtit. de fideiuſſ.* Eman. Soa-
rez (perperam pro contraria opinione citatus ab
Horatio Carpano *ad Statu. Mediola.par.2.cap.189. n.*
8) *in commu.opin lit.F.n.129.in addit.ad Pinel. in prin.*
par.Rubr.cap.3.num.20.C.de reſ.ind.vendit. vbi etiam
alios citat,& hanc opinionem veriorem , ac æquè re-
ceptam eſſe aſſerit. Et dicit quond. Pariſien.*in addit*
*ad Alexand.conſil.29.volu.7.*hanc eſſe veram, & con-
trariam nunquam eſſe receptam,quod etiam probat
Rota Peruſina *decis.57.num.5.& 7.* eandem etiam opi-
nionem longe veriorem eſſe ſcribit Anton. Pichard.
Hiſpanus *in §.fideiuſſor:t nu.2.Inſtit. de fideiuſſor.* ſub-
ſcribi eidem quoque Ioſeph. Ludou. *in reſolut quæſt.*
inſign.q 91.nu.1. illud ipſum denique verius quoque
putat Hierony. Treutler.*ſelect.diſput.vol. 2. diſput. 28.*
*theſ.4.lit.B,*vt & benignius,& de iure verius dixit Ie-
rem.Setſerus *in ſelect.diſput.ſuis;diſput.23.theſ. 8. verſ.*
*ſi fideiuſſ ſe in duriorem.*vt ita non ſit opus hic amplius
dubitare ſiue *ἐπέχειν* , an huic ſententiæ ſit aſſentien-
dum,quam & leges ipſæ,& opinio tot præclariſſimo-
rum Iureſconſ.communiter approbarunt.

Et quidem his ita firmatis non erit difficilè reſpon-
dere ad ea,quæ pro opinione contraria primo loco
in primo loco in medium prolata fuerunt. Nam quod
84 attinet † textum *in d.l.Græce §.illud commune.ff. de*
fideiuſſ. fateor,illum multis impoſuiſſe , ſed offende-
runt in via plana,& æquabili,vt ita propemodum in
85 illos quadret illud Ariſtotelis : Ignorantes † virtutes
vocabulorum de facili decipiuntur : refert Neuizan.
in Sylua nuptiali,lib.1.nu. 17. Bonus Bonius *in præfat.*
ad tit.de acquir.poſſeſſ.num.quinto. Ruland. *de commiſſ.*
lib primo cap ſecundo,num.primo. Nec inſcitè dixit Hi-
larius *de Trinit.lib.primo. Optimus lector eſt,qui dicto-*
rum intelligentiam ex ſpectet ex dictis potius , quam
imponat & retulerit magis,quam attulerit:neque cogat id
videri dictis contineri, quod ante lectionem præſumpſerit
86 *intelligendum.* Cauſa † ſiquidem dicendi potius au-
tendenda,quam dictum,vt agit Ægid Bellamer.*conſ.*
34.num 21. Iam ſi quis mentem Vlpiani penitus in-
tueatur,res ſalua eſt,& in promptu vera explicatio.
Mens enim verborum Vlpiani hæc eſt,& nulla alia,
quod illi,qui pro aliis obligantur,ſi in duriorem cau-
ſam fuerint accepti,omnino non,hoc eſt , in ſolidum
non obligetur , ſed tamen obligentur pro ea parte,
87 pro qua,& ipſe reus tenetur, † ita hoc loco verbum,
omnino,idem ſignificet,quod verba,in ſolidum,per-
inde,ac ſi ICti eos in ſolidum non obligari dixiſſet.
Et hanc interpretationem ante me probarunt etiam
Eman.Soarez *in addit.ad Gomeſ.de contract.d.c.13.lit.*
A. Balduinus Mynſinger. Iul. Pac. & Anto. Pichard.
Hiſpanus

Hiſpanus *num.2.in §.fideiuſſores. Inſtitut. de fideiuſſor.*
Gilbet.Reg.*lib.2.ἐναντιοφανῶν, cap.20.* quæ quidem
non ſolum ex ſupradictis rationibus, & legibus om-
nibus ſuadetur, verum etiam ipſi literæ *in d. §. illud*
nullam vim facit, ſiue ibi verbum, omnino, ſiue ver-
bum, omnimodo, retineas, ſicut legiſſe videtur Ac-
curſius, monente id Gilberto Reglo, *d.cap.20.*

88 Vtrunque enim † verbum, omnino, & verbum
omnimodo, nonnunquam idem ſignificant, quod in-
diſtinctè, *l.penult.ff.pro ſuo.l.paciſci & vtrobiq; Cuiac.ff.
de pact.* Pardulph. Prattæus *in Lexico verb.omnino.* vbi
reliquas iſtorum verborum ſignificationes recenſet:
aliquando tamen idem quoque ſignificant quod, in-
ſolidum, ſiue in totum, *vt in leg.cum filio.11.in fine, vbi
Ludou.Charond.ff.de legat.1.l.ſi mihi pure, ff. de legat. 2.*
Cuiac. *lib. 10. obſeru. cap.38.in fin.& ad Afric.tract 5.
mihi pag.217.& eſt .ex.in l.3.ff.qui ſatiſd.cogan.l.volun-
tate.verſicul. neq; omnimodo creditor pignus remitti.ff.
quib.mod.pign.vel hypoth.ſoluitur.* Vnde etiam Ludo-
uicus Charoudas hæc verba promiſcuè interpretatur,
ita vt vno, in loco ipſi, in ſolidum, ſit, quod omnino,
vt in l.3 §.ex contrario.ff.de acquirend.poſſeſſ. & rurſus,
omnimodo, idem quod, in ſolidum, ſiue, in totum,
d.l cum filio.11.in fin.ff.de legat.1. quamquam, & vtrum-
que per ſynonimiam coniungitur, *in l.ex pollicitatione.
in princip.in verb.ipſum quidem omnimodo in ſolidum
teneri.ff de pollicit.*

89 Nec † obſtat text *in §.alia autem donationes. Inſtit.
de donationib* vbi dicitur, quod donatio inter viuos
omnino non comparetur legato, quod planè idem
eſt, ac ſi Imperator dixiſſet, quod nullo modo compa-
retur, cum vtique verum ſit, quod neque natura, &
propriis, neque forma, & effectu legato comparetur,
vt ibi notat Weſenbecius: Nam primo ibi diſcrepan-
tia quædam eſt in lectione textus, cum Contius, Pa-
cius, & Gothofredus ita legant; omnino non com-
parantur, Accurſiani verò, & veteres Codices ha-
beant: non omnino comparantur, quod idem deno-
tare poteſt, ac ſi Imperator dixiſſet: Non ſine diſtin-
90 ctione comparantur. Nihil dubium autem † aptum
eſt, ad tollendam ambiguitatem *l.ex quo.§.ſed cum no-
ſtra.C.de ædific.priuat.* vnde etiam Baldus *in l. precib.
num.23.C.de impuber. & aliis ſubſtitut.* dicebat, eius,
91 † quod multipliciter poteſt intelligi, veritatem quo-
dammodo ignorari, nec mereri ad alicuius cauſæ diſ-
finitionem vel deciſionem allegari, præſertim in di-
ſcuſſionis gyro, ex Panciroló, Scoro, Burſato, Grato,
& Raudenſi Andreas Knichen *de veſtitur. pact. cap.3.
num.79.& 80.* Polydor. Ripa *in tractat. de noct. temp.
cap.19.nu.23.* Denique vtcunque lectionem Contia-
nam retineamus, adhuc tamen magna eſt differentia
inter hunc *§.alia autem. & §.illud commune.* ſupra di-
ctum. Non enim aliter de iure fieri poteſt, quam vt
donatio directa ſiue inter viuos, omnino non, hoc eſt,
nullo modo legatis comparetur, *d.§ alia.* At iura ſu-
perius adducta è conuerſo ſuadent, vt fideiuſſores in
duriorem cauſam adhibiti equidem omnino non,
hoc eſt, in ſolidum non obligentur: obligentur tamen
in eam quantitatem, quam principalis debet.

Conuenientiſſimum igitur eſt, vt verbum ambi-
92 guum † in vna parte poſitú, declaratur ex alio verbo
claro, in altera parte poſito, per ea, quæ in ſimili tra-
dit Bart. *in l.Centurio n.27 ff.de vulgar.& pupill.ſubſtit.*
Pariſius *conſil.73.n.48.volu. 2.* Cephal *conſ.190.num.
93 1.lib.1.* Concordia † enim verborum ſemper eſt quæ-
renda, Alciat. in l.pacta nouiſſima *num.13.C.* de pact.
94 præſertim, quia lex † legem declarat, & locus locum
aperit, *l.non eſt nouum ff.de legib.l.1.§.quibus C.de nouo.
Cod.fac.l.1.C.de inoffic.dot.* Andræas Kohl. *in exercitat.
legal.exerci.at.10.num.22.pag.144.colum.1.* Balthaſar.
Benedellus *de iure protimiſeos in rubrica.n.22.* Nec
95 † quæ lucida ſunt, ab obſcuris locis præiudicium pa-
ti debent, vt aiunt Arnobius *in comment. Pſalmi.91.* ac
96 veluti † piſces, qui in multa ſalſedine ſunt nutriti, ſale
nihilominus ad condiendum indigent: ita legibus
lege opus eſt, vt ex Beati Theodoreti ſententia ait
Pet.Peckius *de amortiz.bonor.cap.34.nu.2.* Nam quod
97 † Cagnol. *in l.in eo quod plus num.2.ff.de regul.iur.* poſt
Lancellottum Galiaulani ſcribit illa verba; *omnino
non obligari,* ſic debere intelligi, *nec naturaliter, nec
ciuiliter,* illud planè non ſolum idem eſt, ſic ſi dixiſſet,
oes nullo modo obligari, quod cum prima opinione co-
incidit: verum etiam manifeſtam inter ſupra addu-
ctas leges contrarietatem inducit.

98 Quod † ſi tamen in d.§. *illud commune,* lectionem
Gregorij Haloandri quis retinere velit, qui ita legit:
Placuit oes non omnino obligari, vt ſit ſenſus, eos ipſo iu-
re non obligari, obligari tamen ex æquitate ſtipula-
tionis, ſiue pacti conuenti, *iuxta §. præterea debitor.
l.ſtit.de except.* vbi NON OMNINO idem eſt, quod
IPSO IVRE. *l.ſi vnius.§ pactus ff. de pact.* non quidem
repugno, modo tamen is meminerit, illam lectionem
aliis non probari. Ne dicam, quod eadem quoque
generalitati iſtius. §. ſalua iuris ratione ægerrimè ap-
plicari poſſit. Conſtituens enim ſe pro alio in du-
riorem cauſam, obligatur nihilominus in verum de-
bitum, detracto ſuperfluo, non ex æquitate tantum,
ſed etiam ipſo iure, *tot.tit ff.de conſtit.pecu.l.3.§.in eum
ff.de adminiſtr.rer.ad ciuitat.pertinent.* Idem in manda-
tario quoque & curatore, dotis nomine ſe pro puella
obligante, obtinere, ſatis probat *l.rogatus ff. mandati.
& l.ſiue 61.ff.de iur. dot.*

99 Nihil † etiam ſtringit, quod Dionyſ. Gothofred.
in d.l.in eo.quod plus.110.lit.A.ff.de regul.iur. dicit non
magis ſequi, vt fideiuſſor in maiorem ſummam da-
tus quam debet principalis, teneatur ſaltem ratione
minoris, quam ſequitur, vt cui deſunt viginti, deſint
etiam decem. Eſt enim Gothofredus ſibi ipſi contra-
rius, & præterea quoque huic collectioni omnes ra-
tiones ſupra adductæ firmiter refragantur.

Ad ſecundum argumentum facilis eſt reſponſio,
100 vt nimirum † Iuſtiniani deciſio in *§.præterea inutilis*
tum demum locum habeat, ſi ſtipulatori diuerſitas
reſponſionis non placuerit: ſi enim ipſi illico placue-
rit, non vitiatur obligatio, ſed alia ſtipulatio con-
tracta eſſe videtur, *l.1.§ ſi quis ſimpliciter.in fin. & ibi
Charoud.ff.de verbor.obligat.* Quod ſi igitur creditori
mille aureos ſtipulanti, & fideiuſſore mille quingen-
tos promittente, illico diuerſitas reſpōſionis placue-
rit, obligatur quidem fideiuſſor non omnino, hoc eſt,
in ſolidum, ſed tamen in ſummam ſtipulatione com-
prehenſam, per iura ſupra in prima ratione deciden-
di in medium allata. Scio tamen Anto. Pichar. Vin-
ueſam in *d.§.præterea inutilis num.11.Inſtit.de inutil.ſti-
pulat.* aliam huius paragraphi interpretationem ad-
ferre, quam etiam adſtruit probari Bartolo, Coraſio,
Duareno, Gomeſio, Vaſquio, Vaconio, Hottomāno,
Balduino, Mynſingero, & Oinotomo, ſed præmiſſæ
explicationi ego inhærere malo, ita tamen, vt nemini
aliter ſentienti quidquam præſcribam.

101 Nec huic † conciliationi textuum, alias prima
fronte inter ſe irreconciliabiliter, & implacabiliter,
vt ait Pichard. *d.loco nu. 12* pugnantium, aduerſatur
Caius *in fragment.lib.2.titu.9.§.vel ſi creditor.* Eadem
enim reſponſio illi quoque loco, ad euitandam con-
trarietatem.eſt applicanda. Nam etſi quis illa verba
Caij, *Hoc ordine integrum debitum vacillare cognoſci-
ſcitur*, pertinacius vrgere poſſet, quaſi ſenſus eſſet:

Ordinem in promiſſione ſummarum attendendum
eſſe,vtrum videlicet maior ſumma præcedat,& minor
ſequatur,vel,an mioor præcedat, & maior ſequatur,
vt ita primo caſu integrum debitum vacillet, ſecun-
do vero caſu non item: is tamen Caium cum Vl-
piano, & Paulo hac ratione *ἀντιφατικῶς* committeret
vt potè,qui talem ordinem non agnoſcunt, ſicut nec
agnoſci debet,*d.l.1.§.ſi ſtipulanti mihi d. l. inter ſtipu-
lantem. §.diuerſa,ff.de verbor.oblig.*

Tertium argumentum, quod ab adiectione, vel
detractione deſumebatur,ſententiam hanc poſterio-
rem magis confirmat, quam oppugnat: Loquitur
102 † enim de tali adiectione, quæ ſalua ſtipulatione
adiicit,eidem nequit,vt manifeſtum ſit exemplis ad-
ductis,*in d.l.1.§ ſi quis ſimpliciter.* Noſtra autem quæ-
ſtio in illis terminis decurrit,vbi adiectio omnino eſt
ſeparabilis,& ſuperuacua, atque ideo pro non adie-
cta habetur,vt in ſecunda ratione decidendi demon-
103 ſtratum fuit,vt taceam, adiectionem † etiam inſe-
parabilem,toties obligationem quoque oon vitiare,
quoties ſtipulatori illico diuerſitas reſponſionis pla-
cuerit,*d.§ ſi quis ſimpliciter.*

Hinc etiam parum vrget ratio quarto loco addu-
cta.Etſi enim ſtipulatio eſt actus indiuiduus; quoad
104 interrogationem,& reſponſionem,interim † tamen
ſummæ in ſtipulationem deductæ ſunt diuiduæ,& ſe-
parabiles,*l.2.§.1.l ſtipulationes non diuiduntur.72.ff. de*
105 *verbor.oblig.* Neque id adeo mirum eſt,cum † & te-
ſtamentum quoad ordinationem, ſit actus indiui-
duus,vt poſt alios comprobat Cagnol.*in l.ius noſtrum.
de regul.iur.* Et tamen res in eo contentæ diuiſionem
ac ſeparationem patiantur,*tot.tit ff.de hared.inſtitu.&
tot.tit.ff.& C.famil.herciſc.*

Non aduerſatur etiam,quod quinto,& ſexto loco
106 dictum fuit,nullam † contrahi obligationem, ſi de
alia re ſtipulator,de alia re promiſſor ſenſerit, vel ſi
aliud fideiuſſor promittat, quam principalis debet.
Hoc enim intelligendum eſt de diuerſis corporibus
quæ vel ſubſtantia, vel qualitate planè differunt, *d.l.
continuum §.1.& dicto §. ſi de alia.* At ſi res eadem
ſit,quamuis in quantitate, & ſumma ab inuicem
differat,quam creditor ſtipulatur, & fideiuſſor pro-
mittit,tunc aliud eſt dicendum:quia in ipſum corpus
ſiue in eandem rem conſentiunt vterque,nec opus eſt
hic adeo congruere ſummam, cum manifeſtiſſimum
ſit,maiori ſummæ maiorem ineſſe,& ſemper in ſum-
mis id,quod minus eſt,ſponderi videatur, *d.l.ſi ita
11.d.l.inter.§.diuerſa,l ſi ita.109.ff.de verborum obliga-
tion.ſi.ita relictum 43 §.vlt.ff.de legat. 2.& faciunt tra-
dita per Dd.in l.cum in corpus ff.de aquir.rer.domin.l.ſi
ego ff.ſi certum petatur.*
107 Neutiquam † etiam obſtaculo eſt ſupra *num. 64.*
allegata *l.ſi tibi decem. ff. locati.* Preſupponendo enim,
non conductorem,ſed locatorem contractui locatio-
nis,& conductionis legem præſcribere, quam etiam
conductor,ſi modo re locanda, & conducenda vti
velit,ſequi,& attendere cogitur, *argumento eius quod
attuli ſupr.c.5.n.3.* & quod locatio,& conductio iiſdem
iuris regulis conſiſtit, quibus emptio,& venditio, *l.2.
ff.locati.* Quid minorum,ſi totum negotium non ſe-
cundum exiſtimationem ac ſenſum conductoris, ſed
ad nutum,exiſtimationem ac ſenſum locatoris diriga-
tur,& determinetur? Si igitur locatori in conſtituen-
da mercede locatinnis ac conductionis ſentiat de de-
cem Imperialibus,Conductor de quinque,ſequimur
ſane ſenſum locatoris,& locatio euaneſcit, niſi con-
ductor decem præſtare velit, cum non ſit alligatus
locator, vt eo ſit contentus, quod conductor ſenſit:
Sin vero locator ſentiat de quindecim Ioachimicis,
conductor autem exiſtimet,ſe viginti conducere, ad-
huc præferimus exiſtimationem ac ſenſum locatoris,
tanquam Domini,cum is rei ſuæ ſit moderator,& ar-
biter,illique legem dicat,*per textum in l.ob res.§.1.ff. de
pactis dotalibus.* Imo,& vilius minorive, ſi voluiſſet,
eam locare potuiſſet,ac merito conductor pro minori
mercede ipſi gratias agit. Liquet igitur hoc caſu,Iuriſ-
conſultum Pompooium non conſiderare,iuxta natu-
ram ſtipulationis,diuerſitatem ſummarum,vtrum ni-
mirum maior vel minor pecuniæ ſiue ſummæ quanti-
tas a locatore ſiue conductore adiiciatur,vel detraha-
tur,ſed ſecundum regulas iuris pedem figere in eo,
quid locator circa mercedem locationis tacite vel
expreſſe ſentiat,exiſtimet, putet, velit,ac exprimat,
hoc loco legis in hoc contractu eſſe,non quod condu-
ctor forte ſenſit,& exiſtimauit.

Ex his igitur tandem manifeſtum fit,vniuerſa pri-
mæ opinionis argumenta admodum fragilia eſſe,nec
ſententiæ iam defenſæ quidquam aduerſari. Et vt ma-
xime hodie rarius contingat,vt fideiuſſor ſe in ma-
iorem ſummam obliget,quam debet ipſe principalis,
fieri tamen,caſu ſic eueniente,poſſet,& tunc credito-
rem ſcire opus forte, quomodo fideiuſſori de iure
obuiandum,ſi totam obligationem fideiuſſionemq;
forte vitiare,& eneruare velit,id quod ſuperius iam,
vt ſpero,euidenter eſt oſteoſum.
108 Ceſſat † tamen tota hæc diſputatio, ſi fideiuſſor
iuramentum interpoſuerit, de ſeruando contractu:
tunc enim præciſe in id,quod principalis debet, te-
netur, cum iuramentum faciat actum valere omni
meliori modo,quod poteſt. Bartolus *in l.ſi quis pro eo
in 8.memb ff.de fideiuſſoribus.* Antonius de Petrucia *in
repetitione l.1.in 6.effectu.ff.de iuriurando.* Decius *nu.
11.*& Cagnol. *num.2. in fine.in dicta l.in eo quod plus. ff.
de regulis iuris.* Marc. Anton. Natta *in conſi.453. numero
15 volum.2.* Franciſc. Cremenſis *ſingul. 42, & ibi Ga-
briel Sarayna in aditionib.* Alciat.*in l.pacta quæ contra.
num.48.C.de pactis.& in cap cum contingat.num.174.de
iureiurando.* Camillus Borellus *in controuerſia 11. num.
12.& in controuerſia 47. num.15.* tranſit cum hac opi-
nione quoque Rutger.Ruland. *in tract. de commiſſar.
part.4.lib.6.cap.4.n.54.*

Hactenus igitur oſtendi,fideiuſſores nos poſſe ita
obligari,vt plus vel aliud debeant, quam debet ipſe
109 principalis,quo † minus tamen ex diuerſo,vt minus
debeant,obligari poſſint, nulla prohibet iuris ratio,
*d.l.Græco.§.illud commune.l.hi qui acceſſionis.ff.de fidei.
§. fideiuſſores. vbi Pichard. poſt Gomeſ. & Vaſquium
allegatos nu.2.Inſtitut.eod.tit.l.mulier. C. de iure.dot.l.
vlt.§.vlt.ff.de eo per quem fact. erit.* vbi exempla adfe-
runtur,*& facit l.4.§.melior.ff.de in diem addict.*

Eundem igitur plane ad modum Quantitate, Lo-
co,Die ſolutionis,& Conditione,imo & Cauſa, ipſo-
rum obligatio minor,ſiue leuior fieri poteſt,quemad-
modum iiſdem partibus poteſt fieri maior ſiue du-
rior,vt ſupra eſt probatum. Et quidem in eo, vt vere
110 minus debeat,cautum admodum oportet eſſe † fide-
juſſorem,vt hoc ſtatim in tabulas fideiuſſionis refe-
rat; Niſi enim probare poſſit, ſe in leuiorem cauſam
fidem ſuam aſtrinxiſſe.vel aperte proteſtatum fuiſſe,
ſe nolle vltra hanc vel illam ſummam fideiubere,*ar-
gumento l.id ab vnaquaque.verſicul.ſed etſi C de annon.
& tribut.lib.*10.tum vtique in omnem cauſam acceſiſ-
ſe videtur, quæ ab initio in obligationem fuit, cum
hoc fideiuſſionis quaſi ſit proprium,*vt docui ſupra hoc
ipſo capite,num.48.& probat.l.2.§.penul.& vlt. ff. de
adminiſt.rerum ad ciuit pertin.*

Huic concluſioni nunc,& illud commodè aonectitur,quod etſi,vt aliquoties dictum, fideiuſſores non
poſſint

poſſint ita obligari, vt plus debeant, quam debet ipſe
principalis (quod Doctores noſtri extenſiuè obligari
111 dicunt) poſſint † tamen ita obligari, vt efficacius te-
neantur, quam tenetur ipſe principalis (quod iidem
intenſiuè obligari appellant, teſte Anto. Pichard. Vin-
neſa §. *in omnibus num. 13. Inſtit. de fideiuſſor.*) prout
liquido demonſtrat *l. 2. C. de fideiuſſor. minor.* Bertazo-
lius *d. clauſ. 40 glo. 6. in 4.* Mantua *ſing. 537.* Gomeſius
in reſolut. c. 13. num. Goddæus *de contrah. ſtipul. cap. 6.*
concl. 24. nu. 432. & fuſe explicauit Hippol de Marſil.
in Rubric. de fideiuſ. num. 291. cum ſeqq. quem ſequitur
D. Weſeb. *in paratit. num. 5. ff. de fideiuſſoribus* quibus
addo Baldum *in l. qui crimen in 8. quæſt. C. qui accuſ. non*
poſſ. Alex. *in l. ſi quis reum ff. de cuſtod. reorum.* & Angel.
in l. hi acceſſionis ff. de fideiuſſoribus. Didac. à Segura *in*
repet. l. ſi ex legati num. 91. ff. de verb. oblig. Herman.
Vulteium *1. iuriſprud. Rom. cap. 39.*

Hinc igitur conſequens fit, quod licet fideiuſſor
non poteſt intercedere in duriorem cauſam, quam
112 principalis, poſſit † tamen eandem quantitatem, quam
principalis ſimpliciter debet, ſub hypotheca bono-
rum promittere, & tamen hoc caſu durior non fiat eius
conditio, *l. 2 l. omiſſis 17. C. de fideiuſ. Hier. Treutlerus*
ſelect. diſput. vol. 1. diſp. 28. theſi 4. lit. F. verſ. ſic obliga-
113 *tioni.* Nam, & pœnam † promittere poteſt; ad quam
principalis non tenebatur. *gl. celebris & ſingularis in l.*
ſicut reus in gl. maiuſcula ff. de fideiuſſoribus. Aluiſius de
Albertis ſingul. 45. Atque hæc eſt communis opinio, à
qua nemo diſcrepat, vt poſt Bart. Bald. Iaſ. Port. Socin.
& Hippol. affirmat. Ant de Padill. *in l. ſi non tranſactio-*
nis. num. 4. & 5. C. de iur. & fact. ignor. cui aſtipulatur
Mantua *ſingul. 661. incipiente, Fideiuſſor non poteſt.*

114 Sic † principali ſimpliciter obligato, fideiuſſor ſe
obligare poteſt, quod queat pro debito perſonaliter
115 detineri, Item, vt bona † eius per creditorem aucto-
ritate propria capiantur, licet principalis hanc ſenten-
tiam non præſtiterit. Item principali ſimpliciter obli-
gato, poteſt fideiuſſor addere iuramentum, vel etiam
ſe ad obſtagium obligare, ab vtroque immunitatem
habente principali, pulchre Lucas de Penna *in l. quo-*
cunque 7. num. 8. C. de fund. patrim. lib. 11.

116 Cui † non diſſimile eſt, quod Africanus dicit, non
eſſe nouum, vt fideiuſſor duabus obligationibus eiuſ-
dem pecuniæ nomine teneatur, ita vt ſi in diem ac-
ceptus mox purè accipiatur, ex vtraque obligetur, *l.*
117 *heres 21. §. non eſt nouum ff. de fideiuſ.* Nec obſtat † huic
textus *in l. qui bis idem 18. ff. de verborum oblig.* vbi
Pompon. inquit: *Qui bis idem promittit, ideo iure amplius*
quam ſemel. non tenetur. Eſt enim accipiendus de præ-
ſtatione ſiue executione obligationis, ut loquitur IC.
in l. in executione 85 in pr ff. de verb. oblig. non de obligatio-
ne ipſa *Cuiac. ad Afric. tract. 7. mihi pag. 364.* Etſi igitur
is, qui eiuſdem pecuniæ nomine, & in diem, & purè
accipitur, dupliciter quoque obligatur, promittit enim
bis ideo etiam bis obligatur, *d. l. heres §. non eſt nouum.*
nihilominus tamen eius pecuniæ ſolutionem non bis
promittit, ſed ſemel tantum, atque ideo ſi eam pecu-
niam, vel purè, vel die adueniente, ſoluat, non tenetur
eam amplius non ſoluere, cum bona fides id non pa-
tiatur, vt bis idem exigatur, *dicta l. qui bis idem l. bona*
fides 57. ff. de regul. iur. l. ſi quis dolo 51. §. 1. in. fin. de re
118 *iudicata.* Nam † quod Accurſius *in d. l. hæres §. non eſt*
nouum. hoc diſſidium ita tollere conatur, vt in dicta *l.*
hæres §. non eſt nouum. bis diuerſo modo promiſſum
fuerit eaque promiſſio teneat: In dicta *l. qui bis idem*
verò vna res eodem modo bis promiſſa fuerit, eaque
promiſſio non teneat, id à mente Pomponij, & Afri-
cani prorſus eſt alienum.

119 Non eſt † quoque quod nos ſollicitos reddat in-
Anton. Heringius.

iectus ſcrupulus *ex l. Græce §. illud commune verſic item*
accepto ff. de fideiuſſor. §. fideiuſſor. verſic. Item ſi ille purè.
Inſtit. eod. tit. ex quibus locis colligi poſſet, falſum eſſe,
quod Africano placuit, fideiuſſorem duabus obliga-
tionibus eiuſdem pecuniæ nomine teneri poſſe, cum
vtique ea ratione ſemper fideiuſſoris conditio durior
fieri videatur. Res enim commoda diſtinctione fa-
120 cilè componi poteſt. Quid enim, ſi † debitor purè,
promiſerit, & fideiuſſor in diem, vel ex die, vel etiam
ſub conditione initio contractus ſit acceptus? Hæc
ſanè obligatio ſubſiſtit, & infringi non poteſt, *dicta l.*
Græce §. illud commune verſic. item accepto ff. de fideiuſſo-
121 *ribus,* *qui dixi ſupra cap. 11. num. 213.* Quid † autem,
ſi cum in diem, vel ex die, vel etiam ſub conditione
initio contractus eſſet acceptus, mox non nouandi
animo purè accipiatur, an duriorem ipſius conditio-
nem factam eſſe dicemus? Non opinor, nam idem
promiſit, quod principalis debebat, atque ideo quo-
que merito obligatur, cum non ſit plus in acceſſio-
ne, quam eſt in re principali, *d. §. fideiuſſores. Inſtitut.*
122 *de fideiuſſoribus.* At ſi ab † initio debitor ex die, vel
ſub conditione promittat, fideiuſſor quoque ſimiliter
ex die, vel in diem, vel ſub conditione, accipiatur,
mox autem non nouandi animo, eandem pecuniam
purè promittat, non ligat promiſſio, quandoquidem
durior eius ſit conditio, cum plus ſit in acceſſione,
quam eſt in re principali *dicto verſic. item accepto &*
dicto §. fideiuſſores. qui ad illum modum intelligi de-
bent.

123 Interim tamen † eatenus manet obligatus, quate-
nus vel ex die, vel in diem, vel ſub conditione acce-
ptus: non enim nouandi animo purè promiſit, pro-
pterea etiam non perimitur obligatio, quæ ante effi-
cax fuit. Nam nouatio ita demum fit, ſi hoc agatur,
vt nouetur obligatio, cæterum ſi hoc non agatur duæ
erunt obligationes, *l. 2. ff. de nouationibus l. vlt. C. eod.*
quarum ſi forte vna ſit vtilis, altera inutilis (vt hic)
vtilis per inutilem non vitiatur, *l. 1. § ſed ſi mihi ff de*
verb. oblig.

Quia verò ſupra hoc capite dixi; Fideiuſſorem tan-
tum ad id, quod tempore fideiuſſionis in obligatione
fuit, obligari, neceſſarium, vtique eſt, vt diſpiciamus,
Num ad id, quod vel.

ex MORA, vel
ex DELICTO, vel
ex CONTVMACIA, vel
ex CASV INOPINATO, vel
ex CASV FORTVITO, vel
ex NEGATIONE, vel denique
ex INTERPRETATIONE SINISTRA,
aut MALE DETORTA, ad principalem obligatio-
nem accedere poteſt, teneatur, vel an ab eo planè ſit
liberatus, & exemptus? Quo verò id cum fructu ali-
quo fiat, ordine de his omnibus in ſequentibus agam.

Principio igitur in hoc articulo, Verum fideiuſſor
ad id quod ex MORA ad principalem obligationem
accedit, præſtandum ſit obſtrictus? Clarioris expli-
cationis gratia inter moram debitoris principalis, &
moram fideiuſſoris eſt diſtinguendum, & conſequen-
124 ter pro regula tenendum: Fideiuſſores non † obli-
gari, ad id, quod ex mora debitoris ad principalem
obligationem accedere poteſt, *P. Veſembec. in paratit. ff.*
de fideiuſſoribus numer. 6. Andreas Kobl. in exercit. legal.
125 *exercitatione, 10. num. 21. pag. 143. colum. 1.* Cum
126 † enim fideiuſſio ſtricti iuris, mora † etiam pro de-
licto habeatur, quamuis per ſe in omittendo conſiſtat
gl. in l. ſi mora ff. ſolut. matr. Felin. in cap literis extra de
conſtit. Ioan. Bapt. Plotus in tract. de in lit. iuran. §. 11. nu

20 non mirum eſt, illud quoque non eſſe in obliga-
127 tione fideiuſſoria, cum † iniquum foret, ex facto
alterius alterum damnum pati, *l. ſi ex duobus ff. de negot.
geſt. l. pater famil ff. de hæred. inſtit. pulchrè Andr. Raucob.
part. 2. quæſt.* 7. *num.* 10. Quod vel ideo in primis ad-
128 mittendum videtur, † cum hodierno iure fideiuſſor
non, niſi prius excuſſo reo, teneatur, neque igitur an-
te in mora ipſe conſtitui poteſt, vt notauit Ioan. Tho-
mas Freigius *in paratit. Pandectarum, ad hunc titulum.*
Idem tenet Andr. Gail. *lib.* 5. *obſeruat.* 27. *num.* 1. &
Hieron. Treutlerus *ſelect. diſputat. volum.* 2. *diſp.* 28.
129 *theſi* 5. *liter. D.* Id quod † non tantum in mora debi-
toris adulti, verum etiam in mora debitoris pupilli,
locum habere, liquet *ex l. ſi pupillus,* 127. *ff. de verbor.
oblig.* vbi Scæuola reſpondet, propter pupilli moram fi-
130 deiuſſorem non obligari. Et hoc amplius, nihil † in-
tereſt, vtrum ante moram rei acceptus ſit fideiuſſor,
vel an poſt moram rei, vtroque enim caſu non fit
plenior ipſius obligatio, *l. centum Capua verſic. nec opor-
tebit ff. de eo, quod certo loco. Cuiac. tract.* 3. *ad Afric.*
131 *mihi pag.* 66. *in fin.* Idem obtinet quoque † in fideiuſ-
ſore, quia actionis arbitrariæ nomine intercedit. Quod
enim propter rei moram ex arbitrio iudex auget, ſi non
ſoluerit fideiuſſor, non tamen minus ſoluiſſe videri po-
teſt cum huius damni cauſa nulla aduerſus eum actio
competat, *l. fin. ff. de eo quod certo loco. Alciat. in l. non
poteſt.* 117. *num.* 5. *ff. de verbor. ſignif.*

132 Declaratur † tamen rurſus (atque ita primo loco)
hæc regula, vt non procedat, ſi fideiuſſor ſe in omnem
cauſam ab initio obligauerit, tunc enim in id quoque
quod ex mora debitoris obligationi principali acce-
dere poteſt, tenetur, ferat enim ſibi acceptum, quod
ab initio hanc legem contractui dixerit, *l. quæro ff. lo-
cati l. fideiuſſores* 68. §. 1. *ff. de fideiuſſ. l.* 2. §. *pen. ff. de
adminiſtr. rer. ad ciuit. pertin.* Duaren. *de eo quod certo
loco cap.* 4. Donellus *ad l.* 8. *cod. tit.* Practic. Papienſ.
in form. lib. contr. plur. reos deb. verb. ſolutionem. num. 1.
Horat. Carp. *ad Stat. Mediol. p.* 2. *c.* 189. *num.* 10.

133 Et hinc in † ſtatutis Municipalibus Lubecenſibus
lib. 3. *tit.* 5. §. 1. cauetur: Fideiuſſor, qui non ſe obli-
gauit, vt principalis ſi vocatus fuerit coram Iudice,
reſpondere non debet, niſi prius vocato principali,
&c.

134 Conſultum † igitur eſt, quicunque actionis, aut
negotij alicuius nomine intercedit, ſi omnem cauſam
teneri nolit, vt is taxationem certam fideiuſſioni ap-
ponat, vltra quam teneri nolit, *l. mtuo. C. de pact. inter
emp. & vend. l. ſi mandator.* 8 *C. eum eo l. veteribus ff de
pact.* Limitata enim cauſa limitatum producit effe-
ctum, *l. age C. de tranſactionib.* Etſi quid nominatim
conuenit, vel plus vel minus, hoc, ſiue initio, ſiue in
continenti conuenit, in ſingulis contractibus eſt ſer-
uandum, cum legem contractui dederit, *l.* 1. *ff. depo-
ſiti l. contract.* 23. *ff. de regul. iur. l. in conuentionalib.* 52.
ff. de verb. oblig. dixi ſupra hoc ipſo cap. num. 110.

135 Proinde, ſi † fideiuſſoris pro amico de iudicatum
ſoluendo, iſque in certam pœnam condemnetur, adie-
cta comminatione, vt niſi ſoluat intra decennium, ſoluat
alterum tantum, hoc eſt duplum, tu certè, in caſu non
factæ ſolutionis, non condemnaberis in pœnam du-
pli. Iſta enim pœna dupli non eſt acceſſoria priori
obligationi ſiue condemnationi, ſed eſt pœna coacta-
toria extrinſecus appoſita, *iuxta notata in l. Lucius.* §.
Paulus ff. ad municip. Vtcunque igitur fideiubens ſim-
pliciter, videtur in omnem cauſam fideiubere, *l. quæro
ff. locati.* illud tamen locum tantum habet in ijs, quæ
tangunt principaliter obligationem, ſiue acceſſorium
principali obligationi, & quidem in bonæ fidei iudi-
cijs, Atque ita tradit Petrus Albert. Papienſ. *in conſ.*
16. *inter conſ. crim. Ziletti, vol.* 1.

Declaratur ſupra dicta regula ſecundo, vt non pro-
136 cedat, ſi forte † fideiuſſor poſt lapſum termini ad
ſolutionem præfixi, pro ſoluendo fuerit requiſitus,
& interpellatus, *l. mora in pr. ff. de vſuris.* Vel dies
certa ſit appoſita in obligatione, quæ pro creditore
interpellet, *l. magnam. C. de contrah. ſtipul. l.* 2. *C. de
iur. emphyt. Cabellin. tract. de euictionibus.* §. 3. *num.* 18.
Quia enim iſto caſu ex ſua propria culpa, imo ex tacita
conuentione conuenitur, tanquam interpellatus, vel
tacitè, per lapſum termini ad ſoluendum appoſiti,
vel expreſſe, per requiſitionem creditoris, tenetur
etiam ratione moræ ad illud plus, quod cauſatur ob
moram in ſoluendo adhibitam *gl. in l. centum Capua
verb. augeri. ff. de eo quod certo loco.* Colerus *de proceſſ.*
137 *execut. part.* 1. *cap.* 10. *num.* 309. *in fin.* Vt † enim de-
bitor ratione retardatæ ſolutionis ad intereſſe non te-
netur antequam in mora ſoluendi ſit conſtitutus, vt
per iura, & Dd. auctoritates firmat. Ioan. Vincent.
138 Hondedæus *conſult.* 50. *num.* 21. *vol.* 1. *num.* 22. ſub-
dens non valere † pactum, quod ante moram intereſſe
139 debeatur: Ita nec fideiuſſor † ad intereſſe ante moram
tenetur, ſiue de intereſſe lucri ceſſantis, ſiue damni
emergentis agatur. Did. Couarruuias *variar. reſolut.
lib.* 3. *cap.* 4. *num.* 2. *verſic. deinde.* Hondedæus *d.
conſult.* 50. *num.* 23. *&* 35.

140 Cæterum prædicta rurſus notabilem † recipiunt
limitationem, ſi à creditore conuentus fideiuſſor ſolu-
tionem fortè differat, quia ignorat, an debitor ſolue-
rit, necne, vel quid, & quantum ſoluere debeat, tunc
enim, ſi modo iudicium ſuſcipere paratus ſit, moram
non committit, quia in alterius locum ſuccedit, & iu-
ſtam cauſam ignorantiæ habet, vt ea ratione nec mo-
ram commiſiſſe, nec improbus eſſe, neque etiam ad
vſuras obligati videatur, imo etiam nihil offerre, aut
pro reſiduo, ad excuſandum ſe à mora, & vſuris, depo-
nere teneatur *l. qui in alterius* 42. *l. non poteſt.* 99. *in fin.
ff. de reg. iuris l. ſi quis ſolutioni* 24. *in pr. ff. de vſur.* M.
Anton. Baueria *in tract. de mora part.* 1. *num.* 24. *& part.*
3. *n* 9. *verſic. octauo tempora.* Menoch. *de arbit. iud. quæſt.
caſu* 229. *num.* 51. Hondedæus *d. conſult.* 50. *nu.* 12. *&*
36 faciunt tradita à me inferius *cap.* 27 *part.* 4. Vt enim
141 mora committatur, in primis requiritur, vt debi-
tor (atque ita etiam fideiuſſor) ex iuſta cauſa intelli-
gat, ſe dare oportere, & quantum ſit illud, *quod ex ff.
ſi cert. pet. fact. l. nemo* § 1. *ff. de verb. obligat. l. qui ſine
dolo.* 62. *D. de reg. iuris.* Cum illud quoque accedit, quod
142 † mora in illiquidis, & prolixam calculationem re-
quirentibus ceſſat, *Bald. in l. acceptam in* 6. *oppoſit. nu.*
19. *C. de vſuris* Afflict. *deciſ.* 209. *& ibi Vrſill. in addit.*
Rimináld. iunior. *conſ.* 52 *num.* 6. 7. 9. 21. 53. *& ſeq. lib.*
1. Pulchre Ioan. Vincent. Hondedæus *d. conſult.* 50. *num.*
24. 55. *&* 33. *vol.* 1.

143 Ad moram † porrò prædictam cauſandam ſufficit
vnica interpellatio. Menoch. *de arbit. iud. quæſt. d. caſu*
220. *num.* 26. 27. *& ſeqq.* Illaque ipſa interpellatio
144 tunc † fieri ſolet, quando dies obligationi eſt adie-
cta, ea enim pro homine interpellat, *d. l. magnam l. ad*
145 *diem D. de verbor. obligat.* Eaque tacita † eſt interpel-
latio. Ioan. Goddæus *eleganter in comment. de contrah.
ſtipulat. cap.* 11. *concluſ.* 1. *num.* 76. *&* 77. Menoch. *de
arb. iud. quæſt. d. caſu* 220. *num.* 43. *&* 44 Io. Vincent.
Hondedæus *d. conſul.* 50. *num.* 4. 5. 6 *&* 7. *vol.* 1. Sin
146 † vero diem non habeat adiectam obligatio, ho-
minis interpellatione interrumpitur, & debitor in mo-
ra conſtituitur *d. l. mora* 32 *in princ. D. de vſur. l. ſi ex*
147 *legati.* 23 *ff. de verb. obligat.* Et hæc † eſt expreſſa in-
terpellatio, vt docet Goddæus *d. c.* 11. *concl.* 1. *n* 63. *& ſe-
quentibus.* Iacob. Menoch. *de arbitrar. iud. q. caſu* 461.

148 Ex

148 Ex ijſdem porro textibus † etiam hoc colligitur,
quamuis deſtiterit creditor inſtare, moram tamen
creatam eſſe Bart. *in l. qui Romæ §. Seia ff. de verb. obli-*
gat. Cuiat. *ad l. ſi ex legato 23. ff. de verb. obligat.* Et li-
149 cet † Ioan. Corraſ. *lib. 2. miſcell. cap. 6. num. 8.* vni-
cam interpellationem non ſufficere, ſed pluribus in-
terpellationibus opus eſſe velit: In eo tamen lapſus
eſt Corraſius, & nonnulli alij, vt Æmylius Ferrettus
ac Petrus Coſtalius, impegerunt cum ipſo, vt bene-
uolus lector videre poterit apud Cuiat. *tract. 8. ad Afri-*
can. mihi pag. 557. Iacob. Menoch. *de arbit. iud. quæſt.*
d. caſu 220. num. 15. cum multis ſeqq. vbi rationib. Cor-
raſij reſpondet, Michaelem Grallum *lib. 2. com. opin.*
quæſt. 2. Eman Soarez. *in com. opin. lit. L. num. 155. cum*
ſeqq. & lit. M. nu. 212. cum ſeqq. vbi hanc communem
eſſe ſententiam pronuntiat, quod nimirum vnica in-
terpellatio ſufficiat ad moram creandam, etiam extra-
iudicialis cui etiã aſſentitur Franciſ. Hottom. *in comm.*
de vſuris mihi pag. 97. Ioan. Goddæus *d. c. 11. concluſ. 1.*
num. 66. & ſeqq. adijciens, vſum forenſem hanc ſen-
150 tentiam amplexum eſſe. Et nonnulla † quoque hanc
in rem VVitebergæ publice adduxiſſe memini D. Eber-
bardum à Veihe IC. Germaniæ noſtræ præclariſſimum,
& eminentiſſimum, præceptorem quondam meum;
(quem honoris cauſa nomino) *in explicatione l. quod te.*
§. ff. ſi cert. pet. vbi Corraſianis argumentis breuiter,
& accurate in magna ſtudioſorum frequentia ſatiſ-
fecit, vtinam tales alioſque commentarios bene enu-
cleatos auctoſque tandem diuulgaret.

151 Quodſi forte † tamen inter creditorem, & fideiuſ-
ſorem controuertatur, vtrum interpellatio præceſſe-
rit necne, tunc eius rei probatio fideiuſſori incum-
bit: ſtat enim pro actore ſiue creditore præſumptio,
interpellationem præceſſiſſe, *argum. l. 3. in pr. verſ. ta-*
metſi ff. de vſuris l. 4. §. ff. de alien. iud. mut. cauſa fact. l.
quod debetur ff. de peculio. Rom. *ſingul. 398. incip. Alio*
ſero Riminal. *conſ. 409. num. 3. vol. 3.* Et hæc magis re-
cepta eſt opinio, Maſcardo obſeruante *in tract. de pro-*
ba concl. 935. num. 3.

Cum autem huic axiomati, fideiuſſorem ſcilicet ad
id, quod ex mora debitoris obligationi accedit, non
teneri, nonnulla, tanquam contraria, iuris noſtri ſcita
obijciantur, operæ pretium eſt, vt illa contrarietas,
non quidem vera, ſed veriſimilis, paucis remoueatur.
152 Nil † igitur obſtat *l. ſi libertus moram ff. de oper. liber-*
tor. vt nec *l. cum filius fam. 49. §. 3. ff. de verb. obl.* In
illis enim legibus agitur de obligatione non dandi, ſed
153 faciendi, Vbicunque † autem eſt obligatio facien-
di, ibi nulla poteſt eſſe fideiuſſoris mora, quũ ſtipula-
tor noluerit, vt ipſe faceret, ſed vt faceret promiſſor,
l. inter. ff. de ſolutionib. Nihil igitur fideiuſſori imputari
poteſt, etiamſi ipſe non fecerit, *l. cum quidem §. ſi*
pupillo ff. de vſuris. Cuiat. *ad Afric. tract. 3. mihi pag. 71.*
Corraſ. *lib. 2. miſcel. c. 12. num. 5.* Ioan. Goddæus *d.*
cap. 11. concluſ. 10. num. 146. quanquam illa ſolutio ori-
ginaliter eſt Bartoli, vt Cuiatius ipſemet fatetur in
modo allegato loco.

154 Non repugnat † etiam *l. ſi poſteaquam. 10. ff. rem pu-*
pilli ſaluam fore. vbi ex mora tutoris etiam fideiuſſores
eius tenentur: quia hoc ſpeciale eſt ratione pupillo-
rum, in quorum fauorem multa alia in iure noſtro ſunt
introducta, Corraſ. *d. c. 12. num. 11.* Vel potius dicendum
eſt cum Cuiatio *ad Afric. d. tract. 3. pag. 67.* id ideo fieri,
quod in omnem cauſam actionis tutelæ interuene-
155 rint. Nam † quicunque actionis tutelæ alicuius no-
mine intercedit, in omnem cauſam, & quidquid ſen-
tentia iudicis accedere poteſt, tacite, ex natura ſtipu-
lationis, Rem pupilli ſaluam fore, intercedere intel-
ligitur, niſi taxationem certam fideiuſſioni appoſue-
Anton. Heringius.

rit. Cuiac. *d. loco pag. 67. in fin. & pag. 68.* Io. Goddæus
de contrah. ſtipul. cap. 11. concluſ. 10. num. 145.

156 Minimè etiam axioma † *num. 124.* poſitum euertit
vulgatiſſima *l. mora 88. ff. de verb. obl.* vbi Paulus ita
ait: *Mora rei fideiuſſori quoque nocet.* Eſt enim hoc rectè
intellectum veritati conſentaneum. Nam mora rei
fideiuſſori nocet eatenus, quod poſt moram rei, per-
empta re debita, nihilominus fideiuſſor tenetur, *d. l. mo-*
ra & l. ſi à Colono. §. vlt. D. de fideiuſſ. At mora rei obli-
gationem fideiuſſoris augere non poteſt, id quod etiam
ego aſſerui, *ex l. centum Capua D. de eo quod certo loco.*
ſecutus ſententiam Cuiatij ad Afric. *d. tract. 3. pag. 67.*
157 Aliud igitur † eſt augeri fideiuſſoris obligationem,
aliud non minui, & ſicut non augetur propter moram
debitoris, ita etiam propter eandem cauſam minui
iniquum eſſet. Hugo Donel. *in tract. de morat. cap. 7.*
Et huc ſpectat etiam gloſſæ ſolutio, *in dicta l. centum*
Capua, dum inquit, moram rei fideiuſſori quidem
nocere, ad hoc, vt naſcatur, & perpetuetur actio,
non autem, vt principalis obligatio augeatur, glo. Bart.
& Caſtrenſ. *in d. l. mora.* Iaſon *in l. 2. §. vlt. num. 15. D.*
qui ſatiſd. cog. Coler. *de proceſſ. execut. part. 1. c. 10. nu.*
309. Borchol. *in tract. de actionib. c. 3. num. 7.* Ioan.
Vincent. Hondedæus *conſultat. 52. num. 34. vol. 1.*

158 Ad eundem † modum nihil aduerſatur, *l. ſi quis 24.*
§. 1. D. de vſuris. vbi Paulus inquit: *Cum reus moram*
facit, & fideiuſſor tenetur. Aut enim *iſte §.* explicandus
eſt ſecundum diſtinctionem eiuſdem Pauli, *in l. quare.*
D. locati. ita vt ſi fideiuſſor in omnem cauſam fideiuſ-
ſerit, etiam ex mora debitoris teneatur: Aut dicendum,
quod per moram rei fideiuſſoris obligationem non
augeatur, interim tamen etiam non minuatur ſed per-
petuetur, cum qua reſponſione Accurſius tranſit, *in d.*
l. mora 88. D. de verb. oblig. Et eſt veriſſima, *per tex.*
in l. ſi ſeruum 91. § nunc videamus D. de verb. oblig. d. l.
ſi à Colono. §. 1. D. de fideiuſſorib. Hugo Donellus *in*
tract. de mora c. 2. verſ. ne quiſquam iniquum putet. Ioan.
Godd. *de contrah ſtipul. c. 11. concluſ. 10. num. 123. 124.*
& 125. Hondedæus *de conſult. 30. num. 8. & 34.*

159 Quamuis † autem, vt ex prædictis conſtat, fideiuſ-
ſor ex mora debitoris regulariter non teneatur, ad ex-
penſas tamen, quas creditor in conueniendo moroſo
debitore fecit, eum teneri, tradidit Hippol. de Mar-
ſil. *in Rubric. de fideiuſſoribus num. 189.* nec diſſentit
160 Mantua *ſing. 593. num. 2.* Quod verum † eſſe tum de-
mum arbitror, ſi interpellatio aliqua præcedat, eaque
ſit, vel tacita, per lapſum puta termini ad ſoluendum
appoſiti, vel expreſſa, per requiſitionem creditoris,
iuxta ea quæ ſupra *num. 143.* in medium attuli, *& facit*
l. ſi ſine 22. §. cum autem D. rem rat. hab.

Quod porro moram ipſius fideiuſſoris attinet, non
161 dubium † eſt, quin illa fideiuſſori ipſi merito noceat,
l. cum filius familias 49. in princ. & ibi Donellus l. ſi pu-
pillus. 127. in fine D. de verborum obligat. Andr. Kohl. *in*
exercit. legal. exercit. 10. num. 21. pag. 143. volum. 1. Ioan.
Goddæus *d. cap. 11. concluſ. 10. nu. 145. in fin. Mora* enim
162 † ſua cuilibet ſemper debet eſſe nociua, *l. in condem-*
natione 173. §. vnicuique D. de regulis iuris c. mora eodem
163 *tit. in 6.* Et moroſi † onerandi ſunt omni damno,
quod dederunt, *l. item ſi verberatum §. vlt. D. de rei vind.*
l. cum ſeruus 29. §. 1. l. cum res 47. §. fin. D. de legat. 1.
Vnde etiam Iaſon. *in l. 2. §. in fideiuſſorem. nu. 6. D. qui*
164 *ſatiſd. cog.* ait, quod † fideiuſſor ex mora propria ſe in
plus obligare poſſit, quam debet ipſe principalis.

165 Exempli gratia; Poſt † moram fideiuſſoris, ante
moram rei, res perimitur; Tenetur vtique fideiuſſor,
l. ſi ſeruum §. nunc videamus l. cum filius familias D. de
verb. oblig. l. mora §. vlt. D. de vſuris. Cuiat. *ad African.*
166 *tract. 3. pag. 7.* Et † multo magis, ſi dolo ipſius res

petimatur, *l. cum quis §. ſi quis l. Stychum aut Pamphilum. §. 1. in fin. ff. de ſolutionibus l. ſi fideiuſſor. ff. de dolo.* Eo-
167 dem modo, † ſi fideiuſſor moroſus ſibi ſolutionem à iudice inhiberi callide procuret, ad intereſſe, vſuras, & expenſas etiam merito tenetur, vt explicaui ſupra *cap.* 19 *num.* 54. Imò tradunt Dd. maximè Salycet *num.* 5. *& 13. in l. vnum. ff. ſi cert. petat. & in l. cum quis ff. de obligat. & actionib. & in l. centum Capuæ ff. de eo quod certo loco.* Fideiuſſore moram culpamuè committente, parem ipſius eſſe conditionem, quoad æſtimationem iucundam, quæ cuiuſuis alterius creditoris, quantumuis principalis. *Andr. Kohl, dicto loco nu. vigeſimoſecundo, ad finem pag.* 144. *colum.* 2. Et hæc dicta ſufficiant de eo, quatenus fideiuſſoris obligatio ex mora debitoris,
168 vel ex mora propria, augeatur. De † mora confideiuſſoris nihil adijcio, quin enim illa regulariter confideiuſſori non noceat, extra controuerſiam eſſe opinor, præſertim ſi beneficio diuiſionis non ſit renunciatum, & confideiuſſor iſte interpellatus adhuc quoque ſit ſoluendo. Nec ad rem facit, quod mora vnius ex ſocijs noceat alijs, ſicut & culpa. Auguſtin. Berous *conſil.* 120. *num.* 10. *lib.* 1. Ioſeph. Ludouic. *in com. concluſ. concluſ.* 53. *num.* 163. Confideiuſſores enim reuera, aut per ſe ſocios eſſe iure probari nequit, & proinde ab vno ad aliud inferre non eſt permiſſum.
169 Qui † verò plura de mora, & deeiuſdem purgatione ſcire cupit, is videat Dd. in locis ordinarijs, & inter alios Anton Fabrum. *lib.* 6. *coniectur. c.* 7. Cephal. *conſil.* 25. *per tot. lib.* 1. Menoc. *de arbit. iud. quæſt. caſu.* 7. Erneſt. Cothmannum *in reſponſo* 18. *num.* 160. 261. 262. *& ſeqq.*
170 (qui ibidem pulchrè deduxit, verum † iuramentum etiam in foro contentioſo, quoad æquitatem Canonicam, purgationem moræ admittat) latiſſimè Andr. Kohl. *in exercit. legal. exercit.* 15. *per tot.* Anton. Theſſaur. *deciſ.* 77. Io. Petr. Sud. *conſ.* 97. *per tot.* Non eſt enim
171 ea de re latius hic differendi locus, cum † cognitis rebus non ſit immorandum, vt præclare monet Symmachus *lib.* 1. *epiſt.* 69.

Videamus nunc deinceps, vtrum fideiuſſor ad id, quod ex Delicto rei principalis ad obligationem accedere poteſt, teneatur, id enim ſecundo loco ex-
172 plicandum propoſui. Et † quia pluſquam iniquum eſſet, ſi factum al eiius alijs noceret, quam ei qui fecit, *l. de pupillo §. ſi plurium ff. de nou. oper. de nun. l. neque infantes. ff. de fideicom. lib. l. 9 ff. quæ in fraud. cred. l. procurator.* 11. *ff de doli mali except. l. 4 ff. de tabulis exhiben.*
173 Alterius † quoque culpa alter non debet ſubiacere
174 diſpendio, *l. 7. C. de Cenſibus & Cenſit. lib.* 11. Et denique † ſemper cauendum eſt, ne reſpectu nocentis puniatur innocens, *l. vlt. in fin. C. de his qui latron. occult. l. ſi quis in ſuo §. legis C. de inoffic. teſtam. l. cum ratio in prine ff. de bonor. damnat.* dixi *ſupra c.* 20. *§.* 9. *n.* 38. *& ſeq.*
175 Ideò etiam merito receptum eſt, quod † delictum debitoris fideiuſſoris obligationem per ſe augere nullo modo poſſit. VVeſenbec. *in Paratit. ff. de fideiuſſoribus textus elegans eſt in l.* 2. *C. ad SC. Turpil.*
176 Et hinc † eſt, quod fideiuſſores magiſtratuum in his, quæ ob culpam, vel delictum, pœnæ nomine, eis irrogantur, non teneri, tam Imp. Antonino, quam ipſius patri D. Seuero placuerit, *l. vnic. C. de peric. eor. qui pro magiſt interuen.*

Ex quo fundamento etiam illud caſtruitur, quod fi-
177 deiuſſores † cuſtodum caſtri non teneantur, ſi fortè illi, ob ſuam proditionem, in certam pœnam condemnentur, *Alberic. in l. 1. ff. de in lit. iurando. Martin. Laudenſis in tract. de Caſtellanis, & Caſtris. q.* 10.
178 Quanquam † in vtroque caſu ſe res aliter habet, ſi in omnem cauſam in fideiuſſores ſe obligauerint, iuxta illa, quæ tradidi ſupra, *c.* 20. *§.* 9. *num.* 110. *& ſeqq.*

179 Vel pro † adminiſtratoribus, & officiarijs promiſerint, nedum de ſtando, ſed etiam de parendo Syndicatui, & de bene adminiſtrando, & de ſoluendo iudicatum, &c. tunc enim tenentur, *l. fideiuſſores* 68. *in princ. ff. de fideiuſſorib.* & plenius examinat Hippol. de Marſil. *in Rubric. de fideiuſſ. num.* 93. *& num.* 182. Laudenſ. *d. quæſt.* 10. per gloſſ. Bart. & Bald. *in d. l.* 1. *C. de peric. eor. qui pro magiſt. inter. Vicent.* Carocius *in tractatu de excuſſ. bonorum part.* 2. *quæſt.* 9. *num.* 3. 4. *&* 5. pulchrè Muſcatellus *in practica fideiuſſoria, par.* 1. *modo* 14. *n.* 9. vbi etiam *num.* 18. 19. *&* 20. oſtendit, quomodo contra prædictos fideiuſſores de Sindicatu, excuſſo tamen prius eorum principali, procedendum ſit.

Huc quoque alludit Homerus, *Odiſſ.* 6. Neptunum
180 pro † Marte ſpondentem inducens.

Τὸν δ' αὖτε προσέειπε ποσειδάων ἐνοσίχθων·
ἥφαιστ', εἴπερ γάρ κεν ἄρης χρεῖος ὑπαλύξας
οἴχηται φεύγων, αὐτός τοι ἐγὼ τάδε τίσω.

hoc eſt:

Cui Neptunus ait: ſi carcere fugerit ille,
Quodque daturus, erat fugiens euaſerit aurum,
Ipſe ego perſoluam, & culpam præſtabo receptam.

181 Hinc † etiam legibus Gothicis, Selandicis, & Ducatus Schleſvvicenſis introductum eſt, quod Nobilis, aut alius ingenuus homo, qui villam ſuam alij elocauit, pro conductore, ſi is furti forſitan arguatur, fideiuſſor eſſe cogatur. Verba in conſt. *lib.* 2. *art. c.* 104. ita ſonant: Gothicis ſi aliquis nobilis pro aliquo parè ſit fideiuſſor, nec eſſe eſt quod ille obiter in regione cui ipſe locauit villam illi, & ſi ſeruus furatur, dominus pro eo tenetur ſi vult eum alere aliter alium fideiuſſorem inueniat.
182 Sed pone, Titium † fideiubere pro Caio, eum non exiturum carcere, vel domum egredi, attamen mox reuerti, num Titius tenebitur? In hoc caſu communiter ita diſtinguitur; Aut Caius ab alijs reducitur, & tenebitur Titius: Aut vero breui ſponte ſua reuertitur, & non tenetur. Baldus *in l.* 1. *num.* 15. *C. de ſeruis fugit.* quem ſequitur Ant. Corduba de Lara *in repetit. l. ſi quis ex his num.* 191. *ff. de liber. agnoſcend.* pro quo faciunt text. *in l. ſi quis ita.* 8. *ff. de condit. & demonſtrat. l.* 3. *ff. de diuortijs l. quidquid calore* 48. *ff. de reg. iuris.*
183 Mihi tamen ſententia Io. Bernardini Muſcatelli *in pract. fideiuſſ. part.* 2. *q.* 1. *num.* 10. magis placet, exiſtimantis, licet fideiuſſores exeuntis à carcere non teneantur ad pœnam, quando carceratus ſponte rurſus, nec per familiam Curiæ captus fuerit, ex quo Curiæ non intereſt, quod tamen propter temeritatem is puniendus veniat per tradita à Nicolao Boerio *deciſ.* 217. *num.* 14. 15.

Eſt præterea in hac ſecunda *num.* 176. adducta viſione etiam nonnihil diſtinguendum, inter delictum debitoris, & damnum à debitore datum. Etſi enim, vt oſtendi, fideiuſſores ad id, quod ex delicto debi-
184 toris obligationi accedit, non tenentur damnum † tamen à debitore cauſatum illos nonnunquam onerare, & obligationem augere poteſt, *l. quoties §. ſed etſi l. libertus § vlt, ad municipal. l.* 1. *in princip. ff. de magiſt. conuent. l.* 3. *§. vlt. ff. de peculio.*
185 Hac igitur † ratione fideiuſſor pro conductore domus intercedens, non tantum intercedere intelligitur pro penſione domus, ſed etiam pro ſupellectile fracta & conſumpta, vt ſunt feneſtræ, parietes, fornaces, lecti, ſpondæ, ſcamna, &c. *iuxta gloſ. ſingul. in l. amiſſi §. fideiuſſores verb. dotis ff. fideiuſ.* Roman. *in ſingul.* 153. *& ſingul.* 550. *incip. An fideiuſſor intercedens.* Petrus de Raucnna *ſingul.* 225. Hippol. *in d. Rubric. de fideiuſſ.*

fideiuſſ. num. 96. Vincent. Carocius *in tract. de locat. & conduct. part.* 3. *tit. de fideiuſſorib. num* 6. Ioan. Goddæus
186 *de contrah. ſtipul. cap.* 11. *concl.* 10. *nu.* 130. Niſi † fortè tam cautus ſit fideiuſſore, vt nominatim exprimat, quod tantum de penſione teneri velit, iuxta conſilium Cæpollæ *in cautela* 127. *incip. Ille qui fideiuſſit.*
187 Cui non † obſtat, quod fideiubens pro Caſtellano Fortalitij, non teneatur, extra cuſtodiam arcis ibi damnum, vel robariam faciat priuatis, aut furtum, ſtuprum, vel concuſſionem perpetret Martin. Laudens. *in tract. de Caſtell. & caſtris q.* 2. Felin. *in cap. cum ordinem num.* 6. *de reſcript.* citans Roman. *in conſ.* 338. *incip. In caſu propoſito.* & Bald. *in l. & ita* §. *hoc edicto. ff.*
188 *nautæ caupon. ſtabularij.* Ille † enim pro Caſtellani fidelitate, & irreprehenſibili cuſtodia fideiuſſit apud Rempublicam, vel principem, non apud priuatos, quos ne ſaluos forè promiſit, niſi modo verba fideiuſſionis ſint tam lata, vt etiam comprehendere poſſint damna priuatorum, *tex. & ibi Bald. in l.* 1. *in princ. ff. de mag. conuen.* Idem Bald. *in l.* 2. *C. de ratiociniijs.* Rom.
189 *conſ.* 11. *& conſ.* 15. (vbi probat ſtante ſtatuto, Poteſtas teneatur pro officiali ſuo, quod illud intelligatur in pertinentibus ad officium ſuum) Iaſon *in l. agenum.* 8. *& 9. & ibidem Alciat. numero* 24. *C. de tranſact.* Iacobin de S. Georgio *in tract. de feudis verb. de caſtro rubei montis num.* 17. Didacus Perez *in addit. ad Seguram in repetit. l. ſi ex legati num.* 57. *ff. de verb. oblig.* Vnde
190 † etiam hoc caſu valdè refert, vt fideiuſſores ad cautelam Cæpollæ ſupradictam diligenter aduertant, & in ſpecie exprimant, ad quid, & in quantum teneri velint, maximè, his temporibus, quibus obligationes adeò exactæ, & ad amuſſim conſcribuntur, vt vel minima rimula obſtruatur, per quam fideiuſſori exitus patere poſſet, niſi fortè in adiutorium aduocet illos egregios patronos, quos ſuis coloribus depinxi ſupra *cap.* 19. *num.* 32. 33. *&* 34.
191 Quemadmodum † autem fideiuſſoris obligatio ex delicto principalis non augetur: Ita multo minus augetur ex delicto cuiuſdam tertij, vt eſt textus *in l.* 3. §. *vlt. ff. de eo per quem fact. erit & facit text. in l. pro-*
192 *curator.* 23. *ff. rem rat. haberi.* Quin tamen † is ex ſuo proprio delicto teneatur obligationemque ſuam augeat, nullum eſt dubium, cum nemo ex ſuo delicto meliorem ſuam conditionem facere poſſit, *l. non fraudantur.* 134. §. 1. *ff. reg. iur.* prorſus etiam iniquum ſit, vt dolus proprius alteri noceat, *l. ſi ex duobus.* 15. *ff. de tutel. & rat. diſtrah.* Et in terminis noſtris hoc probat, *l. ſi fideiuſſor.* 19. *ff. de dolo l. mora* 88. *ff. de verb. oblig. cum ſimil.* Cui conſonat lex Gothica, & Selandica conſt. *lib.* 2. *cap.* 63. his viſ verbis: Si quis fugeret ſui fideiuſſoris conſenſu omnes expenſas tenetur ſoluere fideiuſſor, ac quatuor marchas auri regio fiſco, &c.

Succedit nunc tertio loco illa inquiſitio; An Contumacia rei augeat fideiuſſoris obligationem, nam & hoc explicatione non eſt indiguum. Cum enim,
193 contumacia non ſolum multis modis committi poſſit, vt per Dd. *in l. properandum. C. de iudicijs*, verum etiam varijs pœnis coerceatur, & puniatur, quarum viginti quatuor recenſet Maranta in ſpeculo ſuo *part.* 6. *cap. de contumacia numero* 9. *& ſeqq.* cum quo tranſit Nicol. Anton. Grauat. *in addit. ad Veſtrium. lib.* 3. *cap. num.* 24. de quibus vlterius videri poſſunt Iaſon. & Dd. *in l. ſancimus. C. de iudicijs.* Menoch. *de arbit. iud. quaſt. caſu.* 153. *&* 154. Fului. Pacian. *de probat. c.* 72. *lib.* 3. Bernard Græueus *in pract. concluſ.* 60. *numero* 3. non inutiliter vti quæritur? Si debitor fortè contumax fiat, vel verè, vel fictè, vtrum hoc fideiuſſorem oneret, necne? Et breuiter reſpondendum eſt, contumaciam
194 † rei fideiuſſoris obligationem augere non poſſe, ſecundum Anton. Heringius.

eundum Bartol. & Dd. *in l. prima* vbi etiam hoc notat Cardin. Alban. *in additio. numero primo ff. de lit. iurando.* Cotoeus *conſ.* 211. *per tot & maximè numero* 6. *vol.* 3. Sebaſt. Medic. *in tract. de caſib. fortuitis p.* 1. *q.* 17. *nu.* 25. *& p.* 2. *q.* 10. *num.* 118. Guid. Pancirolus *in conſ.* 68. *n.* 16. *&* 17. Ioan. Baptiſta Plotus *in tract. de lit. iurando* §. 48 *num.* 17. *verſic hinc infertur.* Ioan. Baptiſta Aſinius *in tract. de execut in prolegom. c.* 2. *num.* 15. Horat. Carpan. *ad ſtatut. Mediolan. part.* 1. *cap.* 45. *num.* 23. *& part.* 2. *cap.* 189. *num.* 11. Ioan. Goddæus *in l. inter hæc verba.* 179. *num.* 1 *ff. de verb. ſignif.*
195 Idque in ſpecie † probat *l. vlt. ff. de fideiuſſorib.* Ad quam licet Iaſon. *in l.* 2. §. 1. *num.* 15. *ff. qui ſatiſd. cogant.* vario intellectus adferat eius tamen vera, & ſimplex explicatio hæc eſt: Certum eſt, ſtipulationem Rem ratam haberi, ſtatim committi, atque dominus, de re geſta certior factus, eam ratam non habet, *l. quo enim.* 12. §. 2. *ff. rem rat. haber.* Pone igitur, procuratorem in rem agentem (excipiendo nimirum, quia in rem agenti reſpondere, & ſic excipere cogebatur, *iuxta l.* 1. *ff. de except.*) cautionem dediſſe, ratam rem dominum habiturum: hæc enim cautio, intentata actione in rem, à procuratore exigebatur, ſiquidem periculum erat, ne iterum dominus de eadem re experiretur, §. 1. *Inſtit. de ſatiſdat.* Poſteà, procuratore victo, nec à ſententia debito more appellante dominum, tempore fortè ſententiæ ſuæ abſentem, reuerſum, rem à procuratore geſtam ratam non habere,
196 ſed iterum de eadem re agere, contra † omnia iura, quæ ſingulas actiones vnumque iudicati finem ſingulis controuerſijs ſufficere probabili ratione ſtatuerunt, ne aliter modus litium multiplicatus ſummam, atque inextricabilem faciat difficultatem, *l. ſingulis & paſſim tot. tit. ff. de except. rei iudic. l.* 11. *in fin. C. de reb. cred.* Quo alludit Terent. in *Phorm. act.* 2. *Scen.* 2.

At tu qui ſapiens es, magiſtratus adi,
Iudicium de eadem cauſa vt reddatur tibi;
Quandoquidem ſolus regnas, & ſoli licet
Hic de eadem cauſa bis iudicium adipiſcier.

Amplius pone, dominum non eo ſolummodo eſſe contentum, vt aduerſus rem iudicatam temere litem nouam exſuſcitet, *l. Pomponius* 40. §. *ſed & ſi ff. de procurat.* verum etiam, cum ipſe apud ſe poſſeſſionem haberet, eam victori reſtituere nolle, atque ideò magno condemnari, *iuxta l. qui reſtituere ff. de rei vindic.* An in magnum illud etiam fideiuſſores teneri dicemus? Nequaquam. In amplius enim fideiuſſores non tenentur quam in id quanti intereſt, dominum rem ratam habuiſſe, *l. in ſtipulatione.* 19 *ff. rem rat. hab. act.* In reliquum, quod dominus propter pœnam ſuam præſtitit; & ſic propter delictum ſuum, cum pœna delicto infligatur, fideiuſſores non tenentur, neque eis hoc imputatur, *d. l. vlt ff de fideiuſſ.*

Neque verò hæc tantum locum habent in ſtipulatione rem ratam haberi, verum etiam in ſtipulatione iudicatum ſolui. Clauſula enim eius prima hoc continet, vt in tantum committatur ſtipulatio, præſteturque quantum iudex deberi pronontiauerit, *l. iudi-*
197 *catum.* 9. *ff. iudic. ſolui.* Ex cauſa tamen principali: Nam † ſi quid rei iudicatæ acceſſerit ex contumacia, aut delicto rei, ad id iniquum eſſet fideiuſſos teneri. VVeſenbec. *in Parat. ff. iudic. ſolui num.* 2. Sebaſt. Medices *de caſib. fortuitis part.* 2. *quaſt.* 10. *num.* 118.
198 Quid ſi tamen † fideiuſſor non tantum pro pœna delicti, ſed etiam pro pœna violati proceſſus, vel contumaciæ ſe obligauerit, quam fideiuſſionem etiam iudices exigere ſolent, aliud dicendum erit. Bald. *in l. fin.*

Ee 3

C. de vſuris rei iudic. Caſtrenſ. & Alex. in l. 1. ff. de in lit.
iur. Angel. in tract. maleſ. gl. verb. de quibus Antonius fi-
deiuſſit. Cæpolla caut. 124. quidam fideiuſſor. Franciſc.
Marc. q. 799. part. 2. Albert Brunus de augment. concluſ.
5. n. 16. & concluſ. 14. n. 15. Boerius deciſ. 314. Francus
in tract. de fideiuſſorib. c. 4. concluſ. 11. nu. 191. Vide etiam
199 Cuiac. in tract. ad African. 3. mihi pag. 75. vbi † oſten-
dit, quomodo fideiuſſor pœnæ ſubijciatur.
Huc ſpectat quoque deciſio Ludou. Rom. in conſi.
139. Crauettæ in conſ. 366. num. 22. part. 3. qui conclu-
200 dunt, fideiuſſorem † pœnam non præſtare ob rei fu-
gam, ſi fiſci non interſit, ex carcere abitum eſſe. Re-
fero eodem quoque traditionem Dyni in conſil. 39. vbi
201 probat, quod † fideiuſſor de iudicio ſiſti termino præ-
fixo, pœna adiecta contra facienti, puniri debeat
promiſſa, lapſo termino præfixo, de quo etiam Ca-
ſtrenſ. in conſil. 165. Accedit Nicolaus Boerius deciſ.
202 315. num. 1. qui oſtendit, fideiuſſorem † teneri de iu-
dicato ſoluendo, reo nolente facere emendam hono-
rariam ad certam pœnam. Adde ſimiliter Ioan. Vin-
cent. Hondedæum in conſult. 111. num. 31. vol. 1. vbi poſt
203 plures alios tractat, & aſtruit, promiſſionem † gene-
raliter factam de non offendendo aliquem, ſub certa
pœna, ad cauſam ſaltem antiquam reſtringi, & ſi ſe-
quatur offenſio ex noua cauſa, pœnæ locum non eſſe,
nec promiſſioni contrauentum dici. Denique huc re-
ferenda eſt Additio ad Magonium, deciſ. Lucenſ. 100.
204 40. vbi probant, quod † ſi principalis condemne-
tur ob pacem ruptam, fideiuſſor quoque condemnetur
ad pœnam conuentionalem, de quo articulo etiam
pulchre ſcribunt. Bart. in conſ. 116. incip. Statuto Peruſi-
ne ciuitatis nec non Auguſt. Berous in conſ. 203. vol. 3.
poſt Caſtrenſ. Alex. & alios in l. cum filius ff. de verbor.
oblig. & Salycet. in l. ſi filius. C. ne fil. pro patre, & ve-
tigi infra cap. 27. par. 4.
205 Sequitur nunc quarta quæſtio; Vtrum † illud, quod
ex Casv inopinato obligationi principali accedit,
fideiuſſorem oneret, eiuſque obligationem augeat?
Pone enim, ſtatutum pro vulnere infligere pœnam
centum, & pro homicidio pœnam mille aureorum,
ac ſimpliciter aliquem fideiubere pro alio imputato de
vulnere, de eum ſiſtendo, quodque vulneratus deinde
deceſſerit, nunquid fideiuſſor, ſi illum non ſiſtat,
erit puniendus in centum, vel an in mille?
206 Et ſanè † fideiuſſorem hunc non niſi in centum
puniendum eſſe, voluerunt Bart. & Dd. in l. fideiuſſores
magiſtratuum. ff. de fideiuſſorib. Bald. in l. ſiue duplum
verſ. ſed qui ſatiſd. cogantur. Socin. in conſ. 273. num. 8.
vol. 2. glo. conſti. lib. 2. art. 16. verb. guarandam in fin.
Hippol. in Rubric. de fideiuſſ. num. 211. Iac. Butrig. Lu-
cas de Penna, Rom. Alex. & Iaſ. relati à Vinc. Hon-
dedæo volum. 1. conſult. 111. num. 21.
207 Alij verò diſtinguunt ad hunc modum, vt ſi à prin-
cipio vulnus fuerit lethale, fideiuſſor in mille con-
demnari debeat, ſin verò non fuerit mortale, in cen-
tum tantum condemnandus veniat. Specul. in tit. de
fideiuſſ. num. 12. & 13. Sebaſt. Medic. de fortuitis caſibus
part. 2. quæſt. 10. num. 119. & ita communiter determi-
nari dicit Gandin. in tract. maleſic. in Rubr. de malis
quæſt. orib. num. 1. Honded. d. conſul. 111. nu. 23.
208 Cæterum † Clarus lib. 5. ſentent. §. fin. q. 46. nu. 21.
hanc quæſtionem hodie in practica ceſſare ait, cum fi-
deiuſſores accipiantur pro certa, & determinata ſum-
ma vltra quam eos teneri, vtique iniquum eſſet, d. l. fi-
deiuſſores 68. in prin. ff. de fideiuſſoribus. quod tamen cum
mica ſalis accipiendum eſſe exiſtimo, iuxta tradita per
Muſcatellum in pract. fideiuſſor part. 2. q. 2. & q. 4. nu.
12. & ſeqq. atque ea quæ dixi ſupra cap. 20. §. 9. nu. 112.
209 Interim † negari non poteſt, quin omne id obligen-
tur, quod ex accidenti obligationem fideiuſſoriam hoc
caſu augere poteſt, ſi ſe non ſolum pro vulnere eiuſ-
que pœna, verum etiam pro omni eo damno, quod ra-
tione inflicti vulneris vulnerantem contingere poteſt,
obſtrinxerint, ac etiam pro omnibus damnis & expen-
ſis paſſis, & patiendis poteſt detineri, &c. d. l. fideiuſ-
ſores 68. in princ. & l. vnico. C. de pact. int. empt. & vendit.
210 Casvm † porrò Fortvitvm, quod attinet,
breuiter concludendum eſt, ad eum nullatenus fide-
iuſſorem teneri, atque ita tradit Baldus in conſil. 119.
num. 9. vol. 2. Decius conſ. 7. num. 2. Imola in l. amiſſi nu.
1. ff. de fideiuſſ. Sebaſt. Medices de caſibus fortuitis par. 1.
quæſt. 11. num. 48. & quæſt. 16. num. 25. & par. 2. quæſt. 10.
num. 110. & dixi ſupra cap. 20 num. 410. Atque ideò re-
ctè ſcripſit Cuiac. in commentar. ad Papinian. in l. 32. ff.
de negot. geſtis mihi pag. 93. volum. 1. Fideiuſſorem præ-
211 ſtare † culpam, non caſum fortuitum. Nec obſtat,
212 quod † Valent. Franc. in tract. de fideiuſſ. c. 5. num. 131.
in contraria eſt ſententia, per l. 1. §. ſed an proprio ff. de
oblig. Primo enim reſpondeo, per illam legem non pro-
bari, quod, eo ipſo, quod creditor fideiuſſorem accipit,
vt tutius ſibi debeatur, etiam in omnem caſum, vtut
emerſerit, fideiuſſor obligatus eſſe debeat, ſunt enim hæc
diſparata, & vnum abſque altero ſtare poteſt. Dein-
de non aliter in omnem caſum, vtut emerſit, fide-
iuſſor obligatur, & ſic etiam in caſum fortuitum quam
ſi eundem expreſſo pacto in ſe ſuſceperit, vt probaui
ſupra capite 20. §. 27. numero 15. Non igitur ratione
ipſius finis fideiuſſionis, ſed ratione expreſſi pacti fide-
iuſſor ad caſus fortuiti præſtationem tenetur, & niſi
ita opinionem Franci intellexeris, proculdubio non
erit admittenda.
213 Multo minus † tenetur fideiuſſor, ſi promiſerit pro
aliquo, quod alium non debeat offendere, ſi ille, pro
quo ita promiſit, eundem percuſſerit defenſionis cau-
ſa, imputatur enim ei, qui offendendo illum prouo-
cauit. afflict. deciſ. 206. num. 2. verſ. 2. Medices d. tract.
de fortuit. caſib. part. 1. q. 8. num. 35.
Breuibus etiam quinto loco illud expediri poteſt?
An fideiuſſor ad id, quod negatione debitoris obli-
gationi principali accedere poteſt teneatur? Nam il-
214 lum † ad id non teneri, ad quod condemnatus eſt
principalis reſpectu incidentis negationis in iudicio
factæ tradidit glo. in l. ſiue duplum ff. qui ſatiſd. cogant.
Ludouic. Roman. conſ. 270. num. 7. Felin. in c. cum or-
dinem. num. 6 de reſcr. Card. Alban. in addit. ad Bart. in
l. 1. num. ff. de in lit. iurando Hippol. de Marſil. ad Rubr.
de fideiuſſ. num. 91. Ioan. Godd. de contrah. ſtipul. cap.
11. concl. 10. numer. 126. Quatenus autem, & quando
debitor ratione inficiationis ſiue negationis in plus
condemnari poſſit, infra cap. 27. ſuo loco plenius de-
ducam.
215 Sexto non tenetur fideiuſſor † ad id, quod ex Sini-
stra, & male detorta interpretatione à
principali fortè exigitur. Quid ſi enim aliquis, datis fi-
deiuſſoribus, & expreſſa pœna cauerit, ſe nolle am-
plius, ex quauis etiam cauſa, cum aliqua muliere con-
uerſari, cum qua tamen poſtea affinitatem contrahat,
ita vt filiam ſuam filio huius mulieris in matrimonium
collocet, num ſtatuemus, pœnam incurſam eſſe, licet
ex cauſa honeſta, & licita, non autem illicitè aut im-
pudice cum illa conuerſatus fuerit? Sic quidem dicen-
dum videbatur, quum generalis diſpoſitio, generali-
ter debeat intelligi. Verum contraria tamen ſententia,
& verior, & humanior eſt, vt fuſiſſimè demonſtrauit
Vinc. Carocius deciſ. 59. per tot cui non poſſum non
aſſentiri.
His ita explicatis, offert ſe iam nobilis illa indaga-
216 tio, vtrum † nimirum fideiuſſor etiam ad vſuras, fru-
ctus,

ctus, & intereſſe teneatur, quæ non ſolum veterum,
ſed etiam neotericorum ingenia exercuit, atteſtante
Valentino Franco *in tractatu de fideiuſſoribus, capite quinto, numero ſexto.* vbi multos citat, quibus addo Neguzant. *de pignor. part. 2. princip. memb. 4. n. 55. & 56.*
217 Et ſi † enim extra dubitationem omnem eſt poſitum, fideiuſſorem ad vſuras, fructus, & intereſſe prorſus non obligari, ſi propriè in perſona ipſius verbis
obligationis expreſſum ſit, quod ſolutioni horum omnium obnoxius eſſe non debeat, *vt eſt text. in l. 2. §. quo ſideiuſſerint. ff. de adminiſt. rer. ad ciuit. pertin.* ac probant
Dynus *in conſ. 16. n. 1.* Pet. Poncetus *in tract. de iure municipali. num. 68 mihi pag. 277.*
218 *cipali. num. 68 mihi pag. 277.* Et è conuerſo † ad vſuras
omnino eum obligari, ſi in omnem cauſam fideiuſſe-
219 rit. Andr. Fachin. *controuerſ. iur. lib. 7. c. 57.* Vel † eas
expreſsè promiſſerit *l. fideiuſſor. C. de fideiuſſ.* Conſtantin.
Harmenop. *lib. 3. Epit. tit. 6* Cuiac. *lib. 19 obſ. c. 53. ad fin.*
220 Et hoc amplius, fideiuſſorem † de reſtituenda re, teneri etiam ad fructus rei, vt fuſe perſequitur. Io. Petr.
221 Surd. *deciſ. 212.* Multo verò magis † ad vſuras, & intereſſe, etiam lucri ceſſantis, eum obſtrictum eſſe, ſi fideiuſſerit alicui pro omni eo, & toto, quod ex omnib.
cauſis prius dictis, & aliis, quis ab eo quouis modo habere debebit, ſecundum Bart. Caſtr. Salyc. & alios *in l. quæro ff. locati.* Bald. *conſil. 58. incip. Quidam fideiuſſores. lib. 4. & in conſ. 85. Statuto cauetur. in fin. lib. 2.* Rom. *conſil.* 101. Abba. *in conſ 7. & 60. lib. 2.* Alex. *conſil. 220. cum ſeq. vol 2.* & Auguſt. Beroum *in conſil. 193. num. 42. 43. 44. 45.*
222 *& 46. vol. 1.* Modo is, qui † illiuſmodi intereſſe petit, liquido probet, quod retardata ſolutio fuit cauſa immediata ipſius intereſſe paſſi, & quod ſolitus negotiari (etiam tempore moræ commiſſæ) habuerit merces paratas ad emendum, ſed propter defectum pecuniarum non potuerit illas emere, & ſi illas emiſſet, tantum lucratus fuiſſet. Paul. de Caſtro *in l. 3. §. fin. nu. 3. ff. de eo quod certo loco.* & ibidem Iaſon *nu. 8.* Afflict. *deciſ. 20. nu. 20.* ex Crauetta, Decio, Natta. Rolando, & Riminaldo iuniore Io. Vinc. Hondedæus *conſult 50. num. 30. vol. 1.* quibus in cumulum adiungo Maſcard. *de probat. concl 993.* & Marcellum Calam *de modo articulandi & probandi in gl. vnic. §. 2. num. 164. & 167.* vbi modum
223 † articulandi, & probandi intereſſe lucri ceſſantis, & damni emergentis practicè præſcribit.
224 Quando † tamen fideiuſſor verbis non expreſſit, quatenus velit obligari, ſed ſimpliciter fidem ſuam pro debitore interpoſuit, res probabili dubitatione non caret, non ſolum, quia non vna omnium interpretum in hoc puncto eſt opinio: verum etiam, quia alia arbitrariorum, & ſtricti iuris, alia bonæ fidei iudiciorum creditur eſſe ratio, & natura, vt per multa diſcuſſit Francus *d. c. 5. num. 9. & ſeqq* & tangit Henric. à Roſenthal. *in tract ſuo feudali c. 9. membro 1. concl. 19. n. 4.*
225 inquiens, quod † fideiubens ſuper contractu bonæ fidei etiam ad intereſſe teneatur, de quo poſt alios ſcripſit latiſſimè Goddæus *in tract. de contrah. ſtipul. cap. 11. concl. 10. n. 128. & ſeqq.*
228 Non † ignoro equidem Fulgoſ. *in l. centum Capuæ. col. 3. ff. de eo quod certo loco,* ſtatuiſſe, eum, qui dixit, ſe fideiubere pro aliquo, in omnem cauſam fideiuſſiſſe,
227 cum in iure noſtro indefinita † oratio æquipolleat vniuerſali, *l. 7. in prin. ff. de tritic. vino, & oleo legato.* latè Cagnol. *in l. 1. num. 7. cum ſeqq ff. de regul. iuris,* Martin. Benekendorff. *ibid. in rubric. 1. 3. n. 2 mihi pag. 21. & in l. 1. part. 4. memb. 4. n. 26. mihi pag. 122 eodem tit.* Vnde etiam Crauetta *in conſ. 272. num. 2. & 5.* & poſt eum Camillus Gallinius *lib. 5. de verbor. ſignif. c. 18. n. 317.* generale hoc
228 effatum ponunt, quod † fideiuſſor, quando ſe ſimpliciter obligat, præſumatur ſe obligare in omnem caſum, & cauſam, quæ ex natura negotij procedit.

Anton. Heringius.

229 Sed † præterquam, quod regula illa locum tantum obtinet in diſpoſitione legis. Cagnol. *d. l. 1. num. 9.* Alciat. *lib. 3. Paradox cap. 14.* de quo plura adfert Menoch.
230 *de præſump. lib. 1. q. 46. num. 31.* Hoc amplius † in materia ſaltem fauorabili, non etiam in odioſa, qualis eſt materia vſurarum, admittitur, *Corraſ. lib. 2. miſcell. cap.*
231 *12. num. 10.* Et denique † non neceſſario, ſed contingenter vera eſt. Conſtan. Rogerius *de interpret. iur. qu. 2. in princip num. 10. verſicul. & debes ſcire.* Ioan. Goddæus *de contrahend. ſtipulat. cap. 11. concluſ. 10. num. 134.* Inſuper etiam eſt contra mentem ICti, & vim argumenti *in l. quare. 54 ff locati.* & faciunt tradita per Francum *d. l. 5. n. 26. & ſeqq.*

Vt autem paucis meam quoque de hac re ſententiam modeſte aperiam, poſt Iaſonem *in d. l. centum Ca-*
232 *pua.* (quem textum † tamen, vt hoc obiter inſeram, non ſatis percepiſſe videtur Franciſc. Burſatus *in conſil. 103 num. 15. lib. 1.*) *num. 3.* & Ioan. Sichard. *in l. fideiuſſor. C. de fideiuſſor.* ita dicendum arbitror. Si vſuræ pa-
233 cto † vel ſtipulatione à reo promiſſæ fuerint, (quo hodie nihil eſt frequentius) ita vt iure actionis exigi queant, idque fideiuſſorem non latuerit, quod fideiuſſor ſimpliciter pro reo, qui eas debet, fideiubens, ad eaſdem quoque ſit obligatus. Supra enim hoc ipſo capite *n. 48.* probatum eſt, fideiuſſorem peræque ac principalem ad id teneri, quod ab initio in obligatione fuit; Cum itaque in hoc caſu in obligatione illa, pro qua fideiuſſor fidem ſuam interponit, non ſolum ſors, ſed etiam vſuræ contineantur, vt puta, promiſſæ pacto, vel ſtipulatione, quæ in continenti contractui adiectæ, contractui inſunt, *l. lecta. ff de reb. cred.* in eo pars contractus intelliguntur *l. fundi partem. ff. de contrah. emptio.* manifeſtum eſt, fideiuſſorem pro obligatione illa ad eum modum, quo à principali contracta eſt, intercedere, & per conſequens pro vſuris etiam obligatum eſſe, *l. fideiuſſor. 10. C. de fideiuſſ. l. 8. C. quod cum eo tex. in l ſi quis. 56. § ſi nummos, ff. de fideiuſſ.*
234 Fideiuſſor † enim verè dicitur eandem ſummam promiſiſſe per relationem ad inſtrumentum rei principalis, etiamſi non ſpecificet in inſtrumento fideiuſſionis, vt ait Bald. *in conſ. 212. incip ea qua. lib. 5.* Decius (valdè ſingula hoc dicens) *in conſil. 489. num. 10.* Tiraq. *in legib. connub. gloſ. 7. n. 196.* Vincent. Caroc. *de-*
235 *ciſ 51. num. 6.* Non minus, ac † is, qui acceptat contractum, ipſum acceptare cenſetur cum omnibus pactis ac clauſulis in eo appoſitis. Bald. & alij *in l. contra iuris. § ſi filius, ff de pact.* Gozad. *conſil 1. num. 15.* Crauet. *conſil. 132. num. 21. & conſ. 171. numer. 9.* Bar. Cornaza. *deciſ. Rota*
236 *Lucenſ 94 num. 3.* Et † quicunque actionis aut negotij alicuius nomine intercedit, in omnem cauſam intercedere intelligitur, niſi taxationem certam fideiuſſioni appoſuerit, *l. fideiuſſores. 68. §. 1. ff. de fideiuſſ. d. l. 2. § penu. & vlt. ff. de adminiſtr. rer. ad ciuit pertin.* Cuiac. *ad African. tract. 3. mihi pag. 67. in fin.* Vnde *Anno 91. die 24. Octobris,* in tali facti ſpecie, in qua debitor 400. florenos debens, promiſerat, ſe ſingulis annis 40. ſoluturum, fideiuſſoremque dederat, qui, cum purè, & indefinitè fidem ſuam pro 400. illis floren. interpoſuiſſet, etiam pro libitu ſuo terminos ſolutionis præſcribere volebat, ex ſupradictis fundamentis contra fideiuſſorem reſpondit, cum vtique & dies ſolutionis, ſicut ſumma, ſit pars ſtipulationis, *l. 1. §. 1 ff. de edendo. l. eum. §. quoties ff. de verb. oblig.* pro qua equidem tota fideiuſſor intercelſerat.
237 Nec refert, quod verba † eo reſpectu intelligi debeant, quo prolata ſunt, *leg. fin ff quemad. ſeru. amit. leg. Neſennius, §. fundi. ff. de re iud. § fin. Inſtit. de codicillis.* Cacheran. *dec. Pedemont. 124. n. vltimo.* vnde dicendum videbatur, verba illa indefinita; Fideiubeo pro illo, intelligenda eſſe ſaltem quoad ſortem, non quoad vſuras:

Ee 4

238 Ferat † enim ſibi acceptum fideiuſſor, quoad legem
contractui non dixit apertius, cum vtique ſciret, debi-
torem in ſortem, & vſuras obligatum eſſe, *l. veteribus, ff.
de pactis, textus elegans in l. Campanus. ff. de oper. liber.*

Idque ex eo quoque fortiſſimè ſtabilitur, quod ſor-
239 tis, † & vſurarum, pacto vel ſtipulatione in continen-
ti promiſſarum, connexa quodammodo eſt obligatio,
adeò, vt debitor ita obligari non poſſit, vt ſortem de-
beat tantum, vſuras aut non debeat, quas pacto vel ſti-
pulatione promiſit, *l. Lucius. § fi. l. Publia. §. 1. ff. depoſiti.
l. Lucius, ff. de praeſcrip. verb. l. 3. C. de vſur. cum ſimil.* Quod
ſi igitur fideiuſſor pro debitore ſic obligato ſciens in-
tercedat, obligabitur certè in vtrumque, hoc eſt, tam in
240 vſuras, quam in ſortem, quia † in connexis capitulis
totum approbare cenſetur, nec ſi vellet, partem appro-
bare partem reprobare, inuito creditore, poſſet, *l. cum
quaeritur ff. de admin. tut. Bart. in l. Aurelius, §. idem quae-
ſiit. ff. de liber. legat.*

241 Atque illud † ipſum adhuc multo magis procedet,
ſi fideiuſſor cautioni ſiue inſtrumento, in quo ſe debi-
tor ad ſortem, & vſuras ſimul obligauit, etiam fideiuſ-
ſorio nomine ſubſcripſerit, vel ſigillum ſuum appreſſe-
rit, videtur n. obligationem illam totam cum omnib.
clauſulis approbaſſe, *l. fideiuſſor. §. pater. ff. de pignor. l. fi-
deiuſſores 68. §. 1 ff. de fideiuſſ. l. ſi ita. 125. §. Chryſogonus, ff.
de verb. oblig. late Ant. Gab. Rom. tit. de praeſumpt. concl. 3.*
242 Siquidem ſcienter ea, quae † in literis ſunt, ſigillo
ſuo (non tamen vt teſtis, vel in alterius gratiam, qui
fortè ſigillo proprio caret) muniens, non aliter ſibi prae-
iudicat, ac ſi integras literas manu ſua ſcripſiſſet.
Claud. Cantiuncula *conſil. 1. num. 65.* Gabriel. Roman.
dict. titul. de praeſump. concluſ. 4. & tetigi ſuprà *capite 17.
n. 5. & ſeq.*

Quo caſu etiam nihil iuuat allegatio ignorantiae
eorum, quae in inſtrumento ſcripta fuerunt: illa enim
per ſubſcriptionem prorſus excluditur, niſi modo, quis
243 doceat, † ſe deceptum, aut ſeſe ad ita ſcribendum
inductum eſſe, *l. nec ignorans. C. de donationibus, leg. ſi non
ſubſcripſiſti. C. de admin. tut. Bald. conſ. 75. col. 2. Crau conſil.
25. num. 13. & conſil. 73. num 40. lib. 1. Alexand. conſil. 146.
col. 2. vol. 2.*

244 Nec † obſtat praedictis, quod alia eſt obligatio ſor-
tis, alia vſurarum, *l. ſi in iudicio ff. de except. rei iud. l. cen-
tum Capua ff. de eo quod certo loco l. vſura. 121. ff. de verb.
ſignif.* non enim id controuertitur, ſed an fideiuſſor pro
hiſce duab. obligationibus obſtringatur, ſi fidem ſuam
vel ſtipulando, vel ſubſcribendo, vel ſigillando, inde-
finitè interponat pro debitore, quem illis obnoxium
eſſe ſciuit, id quod ſuperius eſt probatum. Quod qui-
245 dem vlterius † eleganter confirmatur per mirabi-
lem quandam deciſionem Hieron. de Laurentiis *de-
ciſ. Auen.* 101. vbi Titius debebat Sempronio 400.
flor. & penſionis nomine 32. flor. in chirographo pro-
miſerat. Illud ipſum debitum poſtea per debitam ſo-
lutionem cancellatum fuit De chirographo porrò can-
cellato verbum nullum interuenit. Sempronius igitur
petebat illos 32. flor. Titio regerente, extincto princi-
pali, extinctum etiam eſſe acceſſorium. Sed concluſum
fuit pro Sempronio, quia intereſſe fuerat principali-
ter promiſſum, quo caſu nullum fit praeiudicium ac-
ceſſorio, quod iure obligationis de per ſe peti poterat
*l. ſi marito § fin. & ibi Bart. in l. oppoſit ff ſolut. matrimon.
gloſ. in l. non ſolum, ff de rei vind.* Iaſon. *in l. 1. num. 3. & 4.
C. de iudiciis adde ego text. cum gloſſ. in leg. intelligere. C. de
ſolut. pignor.* Curtium *in l. vnic. C. quando non petent. part.
Cagnol. in l. cum principalis. nu. 9. in fi. ff. de reg. iur.* adeo
vt talis ſumma aeque principalis dici debeat, quae etiam
ſolutione tollenda erat, alioquin ſemper ſtat, & loqui-
tur contra debitorem, *l. Arriani. C. de haereticis.* Vide
quae in ſimili tradunt Vinc. Caroc. *dec. 54. n. 2.* & Ant. de
Gamma *deciſ. Luſitan. 191.*

Alia tamen, & à priore tractatione diuerſa eſt quae-
246 ſtio. Vtrum † fideiuſſor ex mora rei principalis ob-
ligetur ad vſuras, & reliquas acceſſiones, in qua ne-
gatiuam nihilominus tueor. Vt enim fideiuſſor ad illas
vſuras non tenetur, quas non promiſit, vel expreſsè,
vel per infallibilem relationem, *leg. fideiuſſores, §. 1. ff.
de fideiuſſ leg. 2. §. pen. ff. de admin. rer. ad ciuit. pert.* Ca-
mill. Gallinius *de verb. ſignif. lib. 5. c. 19. num. 99.* vbi ſcri-
247 bit: Quod † fideiuſsor acceptus pro principali non
praeſumatur acceptus pro vſuris, intereſſe poena, niſi ex-
preſsè promiſerit, quo etiam non incommodè refertur
deciſio Petri Beninteud. *concl. 16 n. 4 & 5.* vbi ait: Quod
248 fideiuſſor † promittens certum quid ſub poena certa,
249 non teneatur ad aliud intereſse: Ita quoque † non
obligatur ad vſuras venientes ex mora rei, niſi ſe in om-
nem cauſam, vel expreſsè, vel tacitè obligauerit, *l. quae-
ro 54. ff locati. l. fideiuſſores magiſtratuum §. 1. ff. de fideiuſ-
ſorib. l. initio. Cod. de pact. int. emp. & vend.* Andre. Kohl. *in
exercit. legal. exercit. 11. num. 21. pag. 142. colum. 4.* id quod
fuſius explicant Ioan. Goddae. *de contrah. ſtipul. c. 11. con-
cluſ. 10. numero 131.* & Valentin. Francus *in tract. de fide-
iuſſ. d. c. 5. numero 26. cum multis ſeqq.* iſthic loci etiam ſa-
tis doctè contraria argumenta diſſoluens, cuius operas
non tranſcribo, ſed refero me ſaltem ad ea, quae ſupra
hoc ipſo capite. *num. 217. & ſeqq.* in eandem ſententiam
iam protuli.

250 Quia verò hodie † vt plurimum talis vel ſimilis
clauſula inſtrumentis obligatoriis inſeritur: *Nos fide-
iuſſores promittimus, quod in caſu non factae ſolutionis ad diem
in hac cautione praeſcriptum, ipſimet creditori ſponte ſine ali-
qua eiuſdem requiſitione, vel ſi nobis ceſſantib. ab illo quoque
modo, & quandocunque interpellati fuerimus, non obſtante
cuiuſque temporis curſu, poſt moram debiteris computando,
tam de ſorte quam de promiſſo interuſurio, cum omnib. ex-
penſis, damno, & intereſſe ſoluemus, &c.* Coler. *de proceſ.
execut. p. 1. c. 10. n. 3* Ideò etiam praedictae difficultates ceſ-
ſant, vtrum & quatenus fideiuſſor ex mora debitoris
ad vſuras & reliquas acceſſiones teneatur, hoc enim
ſeruandum eſt, quod initio conuenit, *l. contractus, 23. ff.
de regulis iuris.* Sed adiiciantur tamen huic concluſioni
illa, quae tradit Cuiac. *lib. 19. obſer. cap. 34. in fin.*

Quanquam autem, vt modo dictum eſt, praeallega-
251 tis † caſibus fideiuſſor quandoque ad vſuras teneatur, il-
lud tamen de moderatis, & legitimis tantum eſt intel-
ligendum, ſecundum modum nimirum quem leges
vſuris impoſuerunt, vt ſupra duplum non debeantur, *l.
conſtitutionibus, C. de vſuris.* Cuiatius *d. lib. 19. obſer. c 34. in*
252 *fine.* Ex quo fonte illud quoque fluit, quod † fideiuſso-
rem, & haeredes fideiuſsoris ad rationem eandem vſu-
rarum reuocandos eſse conſtat, ad quam, & tutor re-
uocatur, *l. etiam, 2. ff. de fideiuſſ. tutor.*

Sed quaenam illa ipſa ſit ratio, non eſt aeque expedi-
253 tum. De iure † quidem Pandectarum, fateor, cente-
254 ſimae vſurae (quas † Seneca *lib. 7. de benef. c. 10.* ſangui-
nolentas vocat) in arbitrium tutelae veniebant, & ta-
men ne iſto quidem iure ſemper, & indiſtinctè, ſed cer-
tis tantummodo caſibus, qui notantur *in l. 1. C. de vſur.
pupill. l. tutor. 7. l. non exiſtimo ff. de adminiſtrat. tut. & ab*
255 *Hottoman. in tract. de vſuris, mihi pag. 54.* Sed iſtum † vſu-
rarum finem poſtea coercuit Iuſtinianus, & ad ſemiſ-
ſem redegit in generali conſtitutione, *l. eos. §. caeteros, C.
de vſur.* quicquid etiam contradicat Molynaeus *in tra-
ctat. 4. de vſuris. nu. 57.* Nec mutat quod DD. obiiciunt,
cum leges, quae de vſuris centeſimis loquuntur, ſint
corpori iuris inſertae, conſentaneum eſſe, lege genera-
li Iuſtiniani eas non eſſe ſublatas, ex regula Quod
256 † iura ſpecialia ſiue exceptiones non tollantur per
legem

Digitized by Google

legem generalem, *l. 5. C. de ſilentiariis, lib. 12. l. in toto.* 8.
vbi Doc. & aly. ff. de reg. iur. l. aſ. poſt gl. vlt. in l. 4. num. 15. &
16. C. de vſuris, Weſenb. *in comment. manuſcriptis, ad tit.*
C. de vſuris. Quodque, vt ait Cuiac. *lib. 6. obſ. cap.* 11. *in*
257 *fin.* nouæ conſtitutiones, † præſertim correctoriæ,
ſtrictius accipiendæ ſint, adeò vt neceſſaria ex eis con-
ſequentia contra ius vetus admittenda non ſit, niſi no-
minatim exprimatur. Non enim Iuſtinianus *in dicta l.*
eos. generaliter tantum loquitur, vſus vniuerſalibus
dictionibus, CÆTEROS OMNES; ſed † & clarius ſe
explicat *in leg. finali. §. ſi enim ex iudicati. C. de vſuris rei*
iudicatæ, inquiens, quod ex iudicati actione vſura qui-
dem centeſima omnimodo currat, raro autem ex con-
tractibus hoc contingat, & quidem in capitulis lege
ſua (intelligit autem dictam *l. eos.*) tantummodo ex-
ceptis: Ergo certè, & iſtum caſum ſub generalitate
hæc comprehendi fatendum eſt. Idque non obſcurè
etiam oſtenditur ex Nouella 160. *capite 5. verſic. illam*
etenim de creditoribus conſcripſimus, & qui in ea compre-
hendantur caſibus, vbi nominatim caſus quidam exci-
pitur, qui alioquin generalitatem iſtius conſtitutionis
in d. l. eos, non effugeret, qui enim omne dicit, nihil ex-
cludit.

Et valdè infirmum eſt, quod interpretes huic ſen-
tentiæ (quam etiam non obſcurè probauit Cuiacius
in parata. C. de vſuris pupillar. & in l. 7. §. quinimo. circa fi-
nem, ff. de pactis, dum inquit: *Legitimæ vſuræ pupillares,*
258 *ſemiſſes ſunt,*) obiiciunt. Pluſquam † manifeſtum
enim eſt, innumeras leges in Pandectas, & Codicem
relatas eſſe, quæ tamen poſteà aliis legibus hoc nouis,
etiam generalibus, fuerunt abrogatæ. Et quia Iuſti-
nianus oſtendit, quia deinceps modus vſurarum eſſe
debeat, hoc eſt, in quibus caſibus in poſterum vſuræ,
vel centeſimæ, vel beſſales, vel ſemiſſes, vel trientes,
exigi poſſint, exiſtimandum eſt, eum ad ſpecies omnes
potius reſpicere, quam generaliter, & quaſi per nubem
loqui voluiſſe. Atque ex his lector perſpicere poterit,
ad quam rationem vſurarum tutor eiuſque fideiuſſor
hodie reuocentur, maximè ſecundum *d. l. eos. C. de vſur.*
quæ ius nouiſſimum continet, in qua ſententia etiam
Dn. Rutger. Rulandum *in tract. de commiſſ. part. 4. lib. 6. c.*
6. n. 4. acquieſcere autumo, quamvis mentem ſuam cla-
rè non expreſſerit.

Illud ſucceſſiuè quoque explicandum venit, An
259 † etiam fideiuſſor de iure Canonico ad vſuras te-
neatur, quas fortaſſis in initio obſignationis, vel ex-
preſsè, vel etiam relatiuè, in omnem cauſam fideiuben-
do, ſe ſoluturum recepit? Rationem dubitandi mouet,
quod de iure Canonico vſuræ ſunt prohibitæ, vnde
dicendum videtur, fideiuſſorem ad illos non teneri,
quod etiam voluit gl. *in cap. conſtitutum, verò acceſſiones*
260 *extr. de fideiuſ.* Verum, quia † noſtro ætate hac in
parte à Pontificum decretis, eorumque prohibitio-
ne, ex ſumma quadam neceſſitate, ad ſuſtinenda com-
mercia, & ſubleuandam quorundam egeſtatem, eſt re-
ceſſum, vt alibi Molinæus, Hottoman. Domell. Cole-
rus, nec non Pet. Frid. Minda. *lib. 2. c. 72. num. 2.* & nouiſ-
ſimè Pet. Heigius *quæſt. ſuar. part. 1. qu. 5.* elaboratiſſimè
oſtenderunt, non eſt quod anxie de hoc porrò diſpu-
temus. Vide tamen Erneſt. Cothmannum *in reſponſo*
18. à num. 188. vſque ad n. 247. Petrum Peck. *in Reg. 67.*
n. 3. de reg. iur. in 6. Gilman. *dec. Cam. 5. n.* 35. Ant. Solam.
ad antiq. conſtit. Sabaud. tit. de vſuris, gloſ. 1. Ant. Theſſaur.
dec. Pedemont. 57. Petr. Auguſt. Morlum *in Emporiò iuris*
part. 1. tit. 8. qu. 25. Hieron. de Lauren. *deciſ. Auenion.* 48.
Ant. de Gamma *dec. 110. n. 1. & 2.* Rutger. Rulan. *in tract.*
de commiſſ. p. 4. lib. 6. c. 6.

261 Et licet † ſecundum conſtitutiones Imperij vſuræ
quoque in mutuo ſub graui pœna ſunt prohibitæ, vt
docet And. Gail. *lib. 2. obſ. c. 5.* quin tamen ratione in-
tereſſe à tempore moræ computandi nihilominus fi-
deiuſſor conueniri, & in Cam. Imp. contra illum man-
data executorialia impetrari poſſint, non eſt dubium,
atque ita factum eſſe memini in cauſa Minſauſenei
contra Comitem Mansfeldium. Item in cauſa Mans-
feldij contra Iſlebium fideiuſſorem contra eum man-
datum executoriale fuit conceſſum pro intereſſe à tem-
pore moræ de ſolutione non facta 8. *Iunij, Anno, &c. 91.*
Imò, & ante hæc tempora idem in Camera Imperiali
pronuntiatum eſſe teſtatur ſententia, 9. *Nouemb. An-*
no, &c. 52. lata (prout eam recenſuerunt Raphael Saile-
rus, & Chriſtian. Barthius) his verbis: In iudicio N.
fuit cognitum, & decreti natura, quod dictus Comes,
qui fuit præſens, vt principalis, & fideiuſſor, auxilia-
tuſque eſt N. iuxta communem curſum vocatus ad
dictum, & præfixum tempus totam ſummam pecunia-
262 rum ſoluat, &c. Idem † planè obſeruatum in cauſa
Witemburgij contra Hoyam. in cauſa Capituli N. con-
tra Epiſcopum Luticbium Ann. 81. in cauſa Flaminij
contra Rungum. Anno 83. in cauſa Eberardi Blateri, &
Baldaſaris Bauenteri contra Com. Mansfeldias, & Ste-
tinios Anno 85. in cauſa Doctoris Kammingeri contra
Burger Anno 82.

263 Idque minorem † iam recipit dubitationem pro-
pter nouiſſimum Receſſum Imperij de Anno 1600.
264 § ∴ pag. 45. Quod ſi fortè exceptionis † redituum
obligatione, fideiuſſor ad reditum annuum (qui vſu-
265 ra † ſuccedaneus eſt, vt ex Baldo, Ioan. Saixonico,
Oldendorpio, & Marianno Socin. probat Erneſt.
Cothman. *d. reſponſo* 18. *numero* 238.) ſoluendum fortè
conueniatur, tunc exceptione vſurarum ſe tueri ne-
quit, oportet quod damna, & intereſſe liquidata ſunt
ſecundum rationem moderatè, & ordines Imperij
vt decretum in cauſa Mulufij contra Badam, & con-
ſortes. 7. *Maij, Anno* 90. vide Rutger. Ruland. *de com-*
miſſ. part. 4. lib. 6. cap. 6. n. 13. & 14.

266 Poteſt † etiam hoc loco non incommodè pertra-
ctari illa quæſtio, quomodo ineunda ſit æſtimatio mer-
cium, pro quibus fideiuſſum eſt, vt eſt caſus in *l. homi-*
nem, 37. ff. mandati. & leg. quum quis, 22. ff. de obligat. &
actionib. iuncta l. 3. §. vltim. ff. de actio. empti l. cum fideiu-
bem. 35. ff. de fideiuſſor. Sed quia hæc materia alias ab In-
terpretibus ſuis in locis, præſertim *in leg. vinum,* & ibi
nominatim ab Alciato, *numero 34. & 35. ff. ſi cert. petat.* &
deinde à Iacob. Cuiacio *in tract. 8. ad African.* & nouiſ-
ſimè ab Andrea Kohl. Germano *in exercit. legal. exer-*
citat. 10. num. 16. 19. 20. 21. & 22. Io. Goddæo *de contrah.*
& commit. ſtipul. cap. 11. concluſ. 6. ſatis dilucidè eſt expli-
cata, nolo in præſentiarum actum agere. Pro iuniori-
bus ſaltem ex illis hanc theſin ſubiicio. Quod cum
267 † quia obligatus pro altero quidpiam ſoluit, tantum
ab eo conſequatur, pro quo ſoluit, quanti ſoluta res
tum valuit, quando ſoluebatur. Quod ſi merces in diem
ſit promiſſa, eique ſtipulationi ſimpliciter (nota bene,
ſecus ſi in omnem cauſam) accedat fideiuſſor, & ob ſo-
lutionem ſua die non factam iſte fideiuſſor conuenia-
tur, tunc quoad æſtimationem ineundam, non eius tem-
poris, quo ſolutio fieri debuit habet duratio, ſed tem-
pus interuenientia fideiuſſionis ſpectandum erit, vt fi-
deiuſſor nimirum æſtimationis nomine nihil vltra id,
quod merx debita tunc temporis valuit, ſoluere tenea-
tur. Hanc theſin pulchrè comprobat Andreas Kohl. *d.*
loco, n. 21. ſub pag. 142. col. 3. verſ. verum reſpondet, vbi in
eandem ſententiam Aretinum, Alciatum, Loriotum,
Bolognetum, Duarenum, & Burigellam adducit. Addat
lector, & Ant. de Gamma *in deciſ. Luſitana, dec. 357.* vbi
268 inueniet, an † in æſtimatione meliorationum præ-
ſens, vel præteritum tempus conſiderandum ſit.

269 Præmiſſis † illud quoque ſubiicio, nonnunquam
ita quoque inter creditorem debitoremque & fideiuſ-
ſorea ipſius conuenire. Ideo maieſtas Imperat. man-
dauit, quod ſi aliquis mutuauerit pecunias, & ſi cre-
ditor plus petat, quam habere debet, ſumma tota
ſit amiſſa. Nunc hoc caſu fideiuſſorem ad ſolutionem
iſtius tributi ſiue collectæ adigi poſſe ſtatuemus? Sic
quidem hactenus creditores ſenſerunt, cum per con-
uentionem hanc debitor ſiue fideiuſſor ſibi neceſſita-
tem talem poſuerint, *argumen. leg. interdum 36. in fin.
ff. de iudic. l. 7 §. ſi neceſſaria, ff. qui ſatiſdar. cogant.* Sed
270 † verius eſt, hanc conuentionem minimè iuſtam,
& licitam eſſe, & proinde, harum collectarum no-
mine, executionem contra debitorem vel fideiuſſorea
petentem creditorem nequaquam audiri debere, vt
poſt. Quondam Doctor. *in tract. de vſur. quæſt. 6. num.*
329. eleganter demonſtrauit Andreas Rauchbarus *in*
271 *quæſt. ſuis part. 1. quæſt.* 18. Quippè certum † eſt, quod
tributa, cenſus & collectæ ab eis ſolui debeant, qui
rem poſſident iure proprio, & eius fructus faciunt
ſuos, *tot. titul. Codic. ſine cenſu, & reliquis fundum com-
parari non poſſe*, Bartol. *in l. hi penes. Codic. de agric. &
cenſit. lib. 11. & in leg. obſiſtere. Cod. de anno. & tribut. lib.* 12.
Alexand. *conſil. 35. numero* 1. *volum.* 4. Curt. ſenior *conſil.*
272 36. Et hinc infertur, quod † ad eiuſmodi onera non
conductor, ſed locator teneatur, vtpote qui habet, &
percipit commodum fructuum: Bart. *d. loco* Caſtrenſ.
in leg. ſi pendentes §. ſi quid cloacarij. ff. de vſufruct. Iaſon.
in l. fructus, numero 14 *ff. ſolut. matrimon.* Nicol. Bellon.
conſil. 27. num. 9. & 10. Natta *conſil. 429. numero 3. & ſeq.*
Octau. Cacheta *deciſ.* 83. Petr. Auguſtin. Morla *in Em-
porio iur. part. 1. tit. 10. in* 12. *præmiſſo, num.* 37. vbi ſen-
tentiam Angeli, & aliorum, contrariam ſentientium,
273 falſam eſſe ait. Vlterius hinc infertur, quod † etſi
tributa noua exſoluere ſemper incumbit emptori, ſi-
ue de nouo acquirenti: Socin. iunior. *conſil. 70. numero*
8. *volum.* 5. Pariſien *in conſuetud. Pariſ. §* 23. *nu.* 7. (vbi ait,
generaliter hoc omnes tenere) Franc. Burſatus, *conſil.*
58. *num.* 16. Hartman. Piſtor. *par. 1. quæſt.* 56. *numero* 4. ta-
274 men res † aliter ſe habeat, ſi in lege tributum impo-
nente contrarium ſit expreſſum, *text. in l. debet. 27. ff. de
adilit. edicto.* Socin. ſenior *conſ. 247. numero 3. lib.* 3. Bald.
in l. ſi prædium, C. de adil. act. Iaſon *l. fin. num. 40. & 41. C.
de iur. emphyt.* Alexand. *conſil. 51. numero 4. lib.* 3. Gozadi.
conſil. 65. num. 1. Lauren. Syluan. *conſil. 8. in fin.* Capell. To-
loſ. *quæſt* 451. M. Anton. de Amatis *deciſ. Luſitan.* 349. *n.* 5.
vbi tamen vitioſè allegatur Romanus *in ſingulari* 381.
cum ſit ſingulare 584.

275 An verò † fideiuſſor pro certa ſorte intelligatur
etiam promiſiſſe pro expenſis, vecturis, proxeneticis,
datiis, & gabellis, lariſſimè pertractat Borgnin. Caual-
cau. *deciſ. 5. part. 2. per tot.* cuius dicta laborioſum eſſet
tranſcribere.

276 Sanè, ſi † aliquis cum aduerſario ſuo coram iudice
compareat, nec habitis hinc inde tractatibus cauſa
componi poſſit, ſed ordinario omninò iure ſit agen-
dum, atque actor, reo fortè iudicium ſuſcipere detre-
ctante, antequam libellum offerat, datis fideiuſſoribus
promittat, ſe, ſi non obtineat, expenſas, & omnia dam-
na ſoluturum. Deinde verò reus abſoluetur, expenſis
compenſatis, is verò nihilominus expenſas ex tali con-
uentione petat tenebitur ad eas actor, per ea, quæ lu-
culenter tradit Hartman. Piſtor. *part. 1. quæſtio. 11. num. 5.
& 6.*

277 Verum † etiam fideiuſſor pro certa adminiſtratio-
ne obligatus, intelligatur ſimiliter obligatus pro actu
connexo ad illam adminiſtrationem, ſatis prolixè
adnotauit Bartol. *in leg. Lucius la 2. §. Paulus reſpon-
dit. ff. de adminiſt. tutor.* concludens ibi, quod ſic, & ſimul
278 inferens, quod † promiſſio fideiuſſoris, qui ſe obliga-
uit pro geſtis in tutela, extendatur etiam ad geſta extra
tutelam, quæ ſunt connexa ratione tutelæ, quod poſt
Aretin. Iaſon. & Marſil. probat Fuluius Pacianus *de
probat. lib. 1. cap. 16. n.* 44.

279 Non diſſimile huic eſt, quod † fideiuſſio pro eo fa-
cta, qui artem aliquam profiteri inſtituit, & ſecundum
formam conſtitutionum illius artis interpoſita reſtrin-
gitur etiam ad debita, quæ artis illius occaſione con-
tracta erunt: Bald. *in conſil. 187. incip. generalitas verbo-
rum, in fin. lib.* 4. Crauetta *conſil. 989. numero* 4. vide quo-
que Muſcatell. *in pract. fideiuſ. part. 1. modo, 14. numero 7.
& 8.*

280 Eodem † planè modo, qui promiſit reſarcire omne
damnum datum à famulo, tenebitur etiam pro furto
per famulum, commiſſo; Bald. *in l. quod Nerua. ff. de-
poſiti.* Gratus *reſponſo 154. numero 24. lib.* 2. Hippol. Bona-
coſſa *in tract. de ſeruis, & famul. quæſt. 110. numero* 1. qui
281 ob id etiam *in quæſt. 168. numero* 2. ſuadet, ne † quis
famulum abſque laudatore vel fideiuſſore accipiat. Me-
282 minit † porrò huius fideiuſſionis pro famulo præſti-
tæ (vt hoc obiter addam) etiam ius Bohemicum *ſub
tit.* De obedientia cuius verba in gratiam lectoris ſubii-
cio: loquit verſio germanica, Generalis tabellario-
rum accipit vnum, vel plures, qui illi pro tabellariis
inſeruiant, ipſi dicunt velle inſeruire ad annos, tres vel
plures, & dat fideiuſſionem de non furando, & reco-
dendo, aufugit, & mittit ad inueniendum, eum quo
inuento petit illum, & ſi eum habere non poteſt fide-
iuſſor ad omnia tenetur, & ſic ordinatum eſt.

283 Quia † porrò natura promiſſionis indemnitatis ſe-
cum trahit obligationem in perſonam promiſſoris
ſuſcipiendi iudicium, & defendendi vltra ſolutionem,
maximè ſi ille, cui promiſſio facta eſt, velit compelle-
re promiſſorem, iuxta notata Bartoli *in l pater. ff. de do-
te præleg.* Baldi *in l. cum ibi num. 2. C. de euictio.* Salaceti *in
l. 2. num. 5. C. de hæred. vel act. vend.* Iaſon. *in l poſt vendi-
tionem, colum 1. verſicul. ſecundo fallit. Cod. de pact.* Barnab.
Cornazzani *dec. Rota Lucenſ. 150. num. 3. & 9.* Non du-
bito, quin fideiuſſor indemnitatis, etiam vltra ſolu-
tionem, quanto minus creditor conſequi poterit, ad
ſuſcipiendum iudicium, & defenſionem adigi poſſet.

CAPVT XXV.

De actionibus, quæ dantur fideiuſſori, vel contra debitorem, vel confideiuſſores, vel creditorem, vel alios.

SVMMARIA.

1 *Officium ſuum nemini damnoſum eſſe debet, ne quidem in publicis muneribus.*
2 *Fides ſua nemini damnoſa eſſe debet.*
3 *Laborem homines commodis euenturis metiuntur.*
4 *Fideiuſſoribus quare regreſſus detur aduerſus debitorem, aut alios.*
5 *Actiones, & remedia pararunt fideiuſſoribus iura noſtra, antè, & poſt damna paſſa.*
6 *Mandati actio contraria quando detur fideiuſſori contra debitorem, & ad quid, n. 7.*
8 *Sponſor fideiubendo, & ſoluendo non gerit negotium proprium, ſed principalis debitoris.*
9 *Vaſallus pro domino feudi fideiubens habet contra dominum, vel actionem mandati, vel actionem ceſſam.*
10 *Solutionem verè, & actualiter factam eſſe oportet, vt actio mandati, aut ceſſa competat. Et n.* 11.

12. *Mandati*

12 Mandati actio competit in ſeptendecim caſibus, etiam ante ſolutionem, qui enumerantur à n. 15. vſque ad n. 32. excluſiue.

14 Dogma tradentis non eſt ſingula perſequi.

32 Fideiuſſor, qui diu in obligatione ſtetit, poteſt ad liberationem, & exemptionem agere. Et quomodo hoc procedat, n. 34. 35. 36 37.

33 Diuturnitas iſta relinquitur iudicis arbitrio.

38 Iudex fideiuſſori, qui diu in obligatione ſtetit, tria remedia indulgere cogitur, nimirum, captionem pignorum, & hoc non ſufficiente, immiſſionem in poſſeſſionem, & nec hoc ſufficiente, venditionem bonorum, ad effectum ſatisfaciendi de pretio creditori.

39 Vnus fideiuſſorum, qui diu in obligatione ſtetit, ſi liberationem petat, & obtineat, non prodeſt illud reliquis confideiuſſoribus. Et n. 40. 41. & 41.

43 Fideiuſſor ſemper in ſuſpenſo ſtare non cogitur.

44 Stare qui poteſt in certo non debet.

45 Periculum imminet ex obligatione ſuſpenſiua, & diuturna.

46 Exſpecta in omnibus in rebus ſemper eſt moleſta.

47 Diligens, & induſtrius deterioris conditionis eſſe non debet quam negligens.

48 L. inter. 26. ff. de fideiuſſorib. explicatur.

49 Fideiuſſore, pro liberatione conſequenda, actionem mandati inſtituente creditor eſt citandus, & cuius expenſis, n. 51. & 52.

50 Creditoris maximopere intereſt, ne obligationis conditio mutetur.

53 Expenſas merito ſuſtinet is, cuius negotium geritur.

54 Expenſas ſuſtinere cogitur, qui petit liquidationem.

55 Iudex ex officio creditorem citare debet.

56 Mandata pœnalia ad liberandum fideiuſſorem in Camera Imperiali impetrari poſſunt.

57 Procurator, qui diu obligatione ſtetit, ad depoſitionem pecuniæ ſe à fideiuſſione liberari, petere poteſt.

58 Heres debitoris fideiuſſorem ab obligatione diuturna liberare, eamque quoad penſiones exſolutas indemnem præſtare tenetur.

60 Malum omne, dum naſcitur, facilius opprimitur, tardius, dum inueteraſcit.

61 Fideiuſſor debitorem an in bonis vel mobilibus, vel immobilibus pignorare poſſit? Et n. 62.

92 Creditoribus decoctorum licet pignori incumbere antequam dies obligationis venerit, ſi videant illos verſuram moliri.

64 Debitor ſi poſt dilapidationem ad ſanos mores redeat, non poteſt fideiuſſor ad liberationem agere, ex ſententia Hippolyti, Marcelli Calæ, & Valentini Franci. Sed auctorem in eam non pertrahuntur.

65 Fideiuſſor ſi in regno Bohemiæ diu in obligatione ſteterit, quid iuris ſit, exponitur.

66 Mandati conuentus debitor, & condemnatus, fit infamis. Limita vt n. 67.

68 Mandati actio in decem caſibus fideiuſſori non competit, recenſentur à n. 69. vſque ad n. 84.

84 Negotiorum geſtorum actio competit fideiuſſori aduerſus debitorem. Sed declara, vt n. 85. 86. 87. 89. & 90.

88 Marcini Monteri opinio quomodo accipienda, deducitur.

91 Fideiuſſor, pecunia ſoluta, actione vel præſcriptis verbis, vel ex empto aduerſus creditorem vtitur. Et n. 92. 93. 94. 95.

96 Actio inſtitoria fideiuſſori quoque conceditur.

97 Actionem de peculio habet etiam fideiuſſor.

98 Remedia alia, quam actiones ordinariæ, fideiuſſori competunt.

99 Monitorij via vti poteſt fideiuſſor.

100 Citatio aduerſus reum principalem recte emanat, ad comparendum, audiendum & videndum, contra ſe fieri excuſſionem. Quod accipe, vt n. 101.

102 Citationem impetrare licet, ad videndum, fideiuſſionem declarari nullam. Et n. 106.

103 Ipſo iure quod fieri dicitur, factum aut ſcientiam hominis requirit.

104 Verba, ipſo iure, euidentiam facti ſignificant.

105 Notoria etiam ſententiam declaratoriam requirunt.

107 Fideiuſſor ſupplicare pro inhibitione, vel ſoluat, vel ne in obſtagium euocetur, poteſt.

108 Retentio pignoris datur aliquando fideiuſſori non tanquam pignoris iure, ſed per exceptionem doli.

109 Alienationem prædij alicuius ad debitorem ſpectantis non facile impetrare poteſt fideiuſſor, etiam oblata cautione. Ibique præiudicium Cameræ Imperialis allatum, num. 110.

111 Immiſſionem in bona debitoris ex primo decreto fideiuſſor impetrare poteſt.

112 Appellare à primo decreto quando poſſit, remiſſiue.

113 Vnus fideiuſſorum, ſi miſſionem in bona debitoris hypothecata impetrauerit, id cæteris prodeſt: & ideo rationem fructuum perceptorum reddere tenetur.

114 Creditore vno immiſſo, etiam reliqui immiſſi exiſtimantur.

115 Verba ſeruato iuris ordine, quid propriè denotent.

116 Pactum de ingrediendo non niſi ſimplicem hypothecam operatur.

117 Præiudicia Cameræ Imper. in cauſa Dauerij contra Pabenum, & Hanſfeldium contra Stochemum, adferuntur.

118 Receſſus Imperij de Anno. 1600 §. tali modo nunc... adducitur.

119 Fideiuſſor habens liberam facultatem propria auctoritate rem debitoris arripiendi an ſibi præiudicet, ſi iudicem adeat, atque illud ab ipſo impetret? Et nu. 120. 122. 123. & 124.

125 Condictio indebiti datur fideiuſſori contra creditorem.

126 Simplices valdè ſunt, qui ſuaſionibus credunt, & tanquam errantes repetunt per condictionem indebiti.

127 Vnus ex multis fideiuſſoribus ſi ſupra partem ſibi attributam quid ſoluerit, non condicit, non enim eſt indebitum.

128 Doli mali exceptio datur fideiuſſori, qui indebitam pecuniam, quaſi ex cauſa fideiuſſionis obſtrictus, in cautionem per errorem deduxerit.

129 Condictio liberationis fideiuſſori, quoque non denegatur.

130 Creditor fideiuſſori, vel ſoluenti, vel ſoluere parato actionibus cedere nolens, præſtat fideiuſſori id, quod intereſt, non, cedi actiones.

131 Fideiuſſor an cogere poſſit creditorem ad liquidandum inſtrumentum via Ritus, vel an creditor liberetur, cedendo iura, ex Vincentio de Franchis.

132 Fideiuſſor, antequam conueniatur, implorare poteſt officium iudicis, vt fiat diuiſio, iſque ratam ſuam ſoluat.

133 Beneficium l. ſi contendat ff. de fideiuſſor, quale ſit, & ad quid fideiuſſori competat.

134 Beneficium l. ſi contendat. ff de fideiuſſorib. & remedium l. diffamari. C. de ingen. manumiſſ. quomodo differant.

135 Mandatum de relaxando fideiuſſore arreſtato, detento, vel captiuo, in Camera Imper. impetrari poteſt. Quod præiudiciis confirmatur. n. 136.

137 Actio pro ſocio datur fideiuſſori contra fideiuſſorem. Quod declara, vt n. 138.

139 Elberti Leoninis ſententia, poſt ſolutionem factam ceſſionem non amplius peti poſſe, reiicitur.

140 Actio credita pecunia, & ex ſtipulatu contra confideiuſſorem quandoque datur.

141 *Mandati actio aliquando quoque in confideiuſſorem competit. Aliis hoc caſu actionem vtilem negotiorum geſtorum tribuentibus, num.142.*

143 *Fideiuſſores creditori exigenti beneficium excuſſionis obiicere, & à iudice obtinere poſſunt, vt is, ad cuius manum pecunia peruenit, primum omnium ſumptibus fideiuſſorum excutiatur.*

144 *Actio ad intereſſe, & damnum fideiuſſori contra confideiuſſorem, denuntiationem, citantem, maximè ex diſpoſitione iuris Bohemici competit.*

145 *Fideiuſſori quoque contra alios, quam debitorem, creditorem, & confideiuſſorem, actiones quædam aſſignantur.*

146 *Iniuriarum actio competit fideiuſſori, ſi oblatus ſit alteri idoneus, vel approbatus, ſed non acceptus. Quod amplíatur, n.147.*

148 *Fideiuſſorem in ſoluendo moram nectentem, qui animo iniuriandi appellat, iniuriarum dictam non euadit.*

149 *Emptor fundi cenſuarij, qui extinguere promiſit intra certum tempus, poteſt conueniri à fideiuſſore cenſus moleſtato, ex Vincentio Carocio.*

150 *Fideiuſſoris hæres ex cauſa fideicommiſſi agere poteſt.*

151 *Furti actionem non habet fideiuſſor, qui pro colono fideiuſſit.*

152 *Hypothecaria actio vtilis datur fideiuſſori contra pignorum poſſeſſores. Eaque ipſa actio hypothecaria cum actione mandati contraria ex fideiuſſione cumulari poteſt.*

153 *Hypothecaria actione rem pro ſecuritate nexam perſecutus fideiuſſor, ſi nihil ea conſequi poſſit, an ad actionem perſonalem reſilire poſſit, remiſſiuè.*

154 *Fideiuſſor in criminalibus datus, ſi pro condemnato ſoluerit, quo remedio repetat, remiſſiuè.*

155 *Fideiuſſor ſoluens pro condemnato poteſt implorare officium iudicis maleficiorum, vt conſeruetur indemnis.*

156 *Iudex in principali eſt quoque iudex in acceſſorio.*

157 *Iuriſdictio ſuper re locata competit etiam ſuper intereſſe.*

158 *Cauſæ incidentis cognitio competit illi, qui iudex eſt in principali, etiam ſi talis eſſet, de qua ille principaliter cognoſcere non potuiſſet.*

159 *Fideiuſſor carceratus, an petat à reo principali factum, hoc eſt, vt extrahatur, & liberetur, an verò intereſſe, quod ita detinetur pro debito, remiſſiuè ex Baldo.*

160 *Multitudini multitudinem adiicere non eſt opus.*

161 *Compendioſa deductio commendationem meretur.*

162 *Fideiuſſor, qui ſemel ſoluit, & nihilominus de debito diffamatur, poteſt agere ex l. diffamari. contra creditorem † n.163. & 164.*

165 *Creditor ſemel ſolutum iterum petens, & exigens, improbus eſt, per exceptionem doli mali repellitur, & crimen ſtellionatus incurrit. Et num. 166.*

168 *Iure Bohemico, qui ſemel ſolutum ſciens iterum exigit, fit infamis, & bona eius confiſcantur.*

1 NOn fruſtra in multis iuris noſtri locis inculcatum eſt, nemini † officium ſuum damnoſum eſſe debere, *l.7 ff. quis m. teſtament. aper. leg. ſi ſeruus, 61. §. quod vero. ff. de furt.* ne quidem in publicis munerí-
2 bus, *leg. videlicet. ff. ex quib. cauſis maior.* ſicut † nec fides ſua cuiquam damnoſa eſſe debet, *leg.1.§.2.ff. ad Trebel.* Quemadmodum enim vita hominum eſt, vt ad maleficium nemo conetur ſine ſpe, & emolumento
3 accedere, vt ſcribit Cicero *in orat. pro Roſcio:* Ita † etiam homines laborem ſuum commodis euenturis metiuntur, & nihil boni agunt, niſi vel ſpe præmiorum, vel metu pœnarum ad hoc incitentur, vt per aliquot ſimilia deducit Camillus Borellus *in tract. de compromiſ. §.5. gloſ.2.n.1. & 5.*

4 Si igitur † is, qui obtuliſſet ſe negotiis gerendis, vel nullam habiturus eſſet actionem de eo, quod de ſuo vtiliter impendiſſet, vt ait text. *in l. 5. in princip. §. ideo autem ff. de oblig. & act. l.2. in princ. Cod. de negot. geſt.* vel etiam iis non eſſet ſubueniendum, qui pro aliis in moleſtia fuerunt, vt loquitur text. *in Nouel.4. de fideiuſſ. cap.1. in fi. verſic. ſiquis ſolatio intercesſori.* nam non ſolum multorum negotiis diſperirent, *§.1. verſ. idque vtilitatis cauſa, inſtitut. de obligat. quæ ex quaſi contractu naſcuntur,* verum etiam quodammodo commerciis promiſcuis interdiceretur, *argum. in l. quod ſi minor. §.1 ff. de minorib.* Vt ne igitur fideiuſſores diſpendium paterentur inde, vnde præmium meruerunt, *c. peruenit. extr. de fideiuſ.* Bernardin. Muſcatellus *in pract. fideiuſſoria in proœmio. numero 4.* ideo illis iura noſtra iam per varias actiones quam etiam per alia beneficia ſiue remedia conſulemus, in tantum, vt Quintil. Mandoſius *in tract. de mi-*
5 *nor. quæſt. 50. numero 2.* dicat quod † iura fideiuſſoribus actiones, & remedia pararint, ante & poſt damna paſſa, de quibus deinceps dicendum. Prius autem de actionibus hiſce, quæ fideiuſſori vel contra debitorem, vel creditorem, vel confideiuſſores, vel etiam alios dantur, in hoc capite tractationem inſtituam, de remediis reliquis infra *cap. 27.* plura ſcripturus.

Inter actiones igitur illas, quæ fideiuſſori eiuſque hæredi, *l. hæredem 14. ff. mandati.* CONTRA DEBITO-
6 REM eiuſque † hæredem (nam id addi debet *per text. l. hæreditarium, ff. de reb. auct. iud. poſſid.*) competunt: PRIMA & præcipua eſt, ACTIO MANDATI CONTRARIA, quam fideiuſſor habet aduerſus principa-
7 lem debitorem, pro quo fideiuſſit, & ſoluit, ad † repetendum id, quod eſt ſolutum, vel pro conſequenda liberatione, indemnitate & intereſſe, *leg. ex mandato ff. mandati. l. 4. in princ. ff. de fideiuſſorib. vbi Schneid. nu.1. & 2. inſtit. eod. tit.* Robert. Marant. *conſil. 39. numero 13. & diſput. 6. num. 12.* Ioan Koppen. in Rangerſdorff. *in deciſ. ſuis quæſt. 53. num. 1.* Felicianus de Solis *in tract. de cenſib. lib. 3. cap 3. num. 9.* Ioan. Zanger. *in tract. de except. part. 3. cap. vlt. num. 60.* Ioan. Meichſner. *lib. 1. deciſ. 2. num. 15. & 16.* Ruger. Ruland. *de commiſ. & commiſſion. par. 3.*
8 *lib. 7. cap. 5. numero 3.* Fideiubendo † enim, & ſoluendo non gerit negotium proprium, ſed principalis debitoris, *leg. 2. §. in eu tantum in fin. ff. mandati.* Magonius *deciſ. Lucenſi. 28. numero 26.* vbi ad dictum propoſitum Crauettam, & Cephalum allegat. Idque adeo
9 verum eſt, vt † & vaſallo pro domino feudi fideiubenti, eiuſque hæredi, contra dominum, vel actio mandati, vel actio à creditore ceſſa, competat, Schurf. *conſil. 80. numer. 2. centur. 2.* Ioan. Koppen. *in deciſ. iuris, quæſt. 39. numero 35.* Andr. Kohl. *in exercit. legal. exercit. 2. num. 26.*

10 Vnde † conſequens fit, ad hoc, vt fideiuſſor contra debitorem regreſſum actionemque mandati habeat aut etiam actione à creditore ſibi ceſſa, vtiliter vtatur, omnino opus eſſe, vt prius ſoluerit, *l. 6. l. ſi pro ea. C. mandati, l. 1. in verb. ſi pecuniam ſoluerint. C. de fideiuſ. minor. c. peruenit. ibi, pecuniam quam pro eis ſoluit. extr. de fideiuſſor.* Socinus *regul. 192.* Horat. Carpan. *ad ſtat.*
11 *Mediolan. part. 1. cap. 413. num. 43.* eamque ſolutionem non ſimulatè, vel fictè, ſed actualiter, & verè factam eſſe, debito modo deinde probet, vt dixi ſupra *cap. 20. §. 1. num. 40. & ſeqq.* vbi vide, quo caſu etiam confiſcatio bonorum fideiuſſoris, & creditoris quandoque pro ſolutione habeatur, vt itidem oſtendi ſupra *in d. cap. 20. §. 16.*

12 Etſi

12 Etſi verò † ab hac concluſione aliquot caſus excipiuntur, quibus etiam ante ſolutionem fideiuſſor contra debitorem pro exoneratione, releuatione, exemptione, & defenſione, actione mandati experiri poteſt, quos coaceruatos habes apud Hippol. *in Rubr. de fideiuſſor. num.*216. Andr. Gail. *lib.*2.*obſer.*19. Petr. à Dueñas *regul.*236. Coler. *de proceſſ. execut. part.*1. *cap.*10.*numer.*318. *cum ſeqq.* Bertazol. *in tract. clauſul. inſtru. clauſ.*43.*gloſſ.*3.*numer.*2. Lælium de Zanchis *in tract. de priuileg. Eccleſ. priuileg.*115.*numer.*18. *&* 19. Io. Donat. à Fina *in enchiridio concluſio. lib.* 1. *verſic. fideiuſſor. mihi. fol.*42. *lat.*1. *in fin.* Ioan. Bernardin. Muſcatel. *in pract. fideiuſſ. part.*1. *quæſt.* 4. Felician. de Solis *in d. tracta. de cenſib. lib.*3.*cap.*3.*numer.*9. Petr. Royzium *decif. Lituanica* 1. *numer.*209. Horat. Carpan. *ad ſtatut. Mediola. part.* 1. *cap.* 413. *numer.* 12. *& ſeqq.* & nouiſſimum Valent. Francum *in tract. de fideiuſſ. cap.*5. *num.*558. *& multis ſeq.*
13 tamen † non eſt propoſiti mei, illos omnes hic rurſus copioſius ſub incudem reuocare, eoque labore lectorem onerare, cum auctores iſti plerique in omnium manibus verſentur, ſed ſaltem eoſdem, vt eo melius ordinis ratio conſtet, rerumque tractatarum iuſta appareat σύνταξις ac συνάφεια, ponam, & deinde circa vnum atque alterum pauca ſubiungam, quæ ab Interpretibus noſtris hactenus tacta non fue-
14 runt. Neque enim † prudentis dogma eſt, ſingula perſequi, vt ait Marius Salamonius *in l. Gallus,* §. *idem credendum, col.*2. *ff. de lib. & poſthum.*

15 Primus igitur caſus eſt, ſi † fideiuſſor debitore ſolutionem de die in diem procraſtinante in obligationis nexu diu hæſerit, *e ſi. de fideiuſſ l. ſi pro ea. C. mandati. l. Lucius.* §.1. *ff. eod.* Francus *d. cap.*5. *numer.*559. vbi fuſius enucleat Ieremias Setſerus *in ſelect. diſputat. diſput.* 23. *theſi.*9.

16 Secundus caſus eſt, † reus debendi ſuo largius vti, ac bona profundere, & abligurire, ſeu labi facultatibus cæperit: Francus *d. cap.*5. *num.*567. *& aliquot ſeqq. Et d. cam infra hoc cap. nu.*59.

17 Tertius caſus eſt, ſi † fideiuſſor ad ſoluendum condemnatus fuerit in iudicio: Francus *dict. cap.*5. *numer.* 575.

18 Quartus caſus eſt, ſi † certo conſtiterit, fideiuſſorem de proximo iudicis ſententia condemnatum iri, velut ſi iam in cauſa concluſum foret, *Francus d. cap.* 5. *num.* 577.

19 Quintus caſus eſt, ſi † fideiuſſor inſtrumento guarentigionato, vel quod ex ſtatuto paratam habet executionem, obligatus fuerit, *Francus. d. cap.*5. *num.*583. *& ſeqq.*

20 Sextus caſus eſt, ſi † fideiuſſor ob moram rei principalis in carcerem detruſus fuerit, *Francus d. cap.* 5. *num.*589.

21 Septimus caſus, ſi † ab initio contractus inter debitorem, & fideiuſſorem ita conuenerit, vt antè ſolutionem agere liceret, *Francus d. cap.*5. *nu.* 590.

22 Octauus caſus eſt, ſi † ad certum vſque tempus fideiuſſoria obligatio coarctata atque concepta eſt, illudque iam ſit finitum, *Francus. d. cap.*5. *nu.*591.

23 Nonus caſus eſt, ſi † fideiuſſor pecuniam in obligationem deductam in iudicio obtulerit, conſignauerit, & penes iudicem depoſuerit, *Franc. d. cap.*5. *num.*592. quod exornari poteſt illis, quæ tradidi ſupra *cap.*20.6. t. *num.*34. *&* 35.

24 Decimus caſus eſt, ſi † fideiuſſor creditori debitorem alium, quamuis minus idoneum, delegauerit, *Francus d. cap.*5. *num.*593.

25 Vndecimus caſus eſt, ſi † fideiuſſor cum creditore debitum compenſauerit, *Francus d. cap.*5. *n.*594.

26 Duodecimus caſus eſt, ſi † fideiuſſor à creditore per acceptilationem remunerandi cauſa liberatus fuerit, *Francus d. cap.*5. *nu.*595.

27 Decimustertius caſus eſt, ſi † fideiuſſor nouandi animo interceſſerit, *Francus d. c.*5. *nu.*595.

28 Decimusquartus caſus eſt, ſi † ſtudioſus vel ſcholaris pro alio fidem ſuam interpoſuerit, iſque ſtudiorum gratia ad peregrinas ire terras velit, is enim, vt fideiuſſione eximatur, iuſtam habet petendi cauſam, *Francus d. cap.*5. *nu.*597.

29 Decimusquintus caſus eſt, ſi † fideiuſſor coram iudicis tribunali promiſit aliquem iudicio ſiſti, & iudicatum ſolui, *Francus d. c.*5. *nu.*598.

30 Decimusſextus caſus eſt, ſi † exortæ ſint inimicitiæ atque odia inter fideiuſſorem, & debitorem culpa debitoris, *Franc. d. cap.*5. *num.*599. cui adde à me ſuperius tradita *cap.*20. §.32.

31 Decimusſeptimus caſus eſt, ſi † quis alterius negotia geſſerit, ſeque eo nomine obligauerit, antequam ſoluat agere poteſt, *Francus d. cap.*5. *nu.*600. Reliquos caſus beneuolus lector inueſtigare, atque promiſſis adiungere poterit.

32 Quia † vero ICtus Marcellus *in l. Lucius.* §. *non abſimilis ff. mandati.* fatetur, illam quæſtionem frequentiſſime agitari ſolere, ſi nimirum fideiuſſor diu in obli-
33 gatione ſteterit (quæ diuturnitas † vtique arbitrio iudicis relinquitur, Menoch. *de arbit. iu. quæſt. caſu* 41. *num.*3. Camillus Gallinius *de verbor. ſignif. lib.*5. *cap.*20. *num.*143. Martin Monter. *deciſ. regni. Arragon.*2. *num.* 1. Aluarus Valaſc. *tom.*1. *conſult. & rer. iud. conſult.*36. *nu.*2. Horat. Carpan. *ad ſtatut. Mediol. par.*1. *cap* 413. *num.*20. *&* 21. (& reus in ſolutione ceſſauerit, vtrum fideiuſ-
34 ſor narrando, non † quod ipſe ſteterit diu in obligatione vel fideiuſſione, ſed quod principalis diu in ſolutione ceſſauerit, vt monuit Afflict. *deciſ.*241. *ſub num.*
35 4. (licet † ſufficere putem Socin. *regul.*191. *incip. fideiuſſor.* Menoch. *d. caſu.*41. & Vinc. Caroc. *deciſ.*4. *nu* 16. ſi ſimpliciter narret, ſe diu in obligatione ſteteriſſe, in
36 qua ſententia ego quoque acquieſco) petere † poſſit, intellige intentata actione mandati, vt ſe vel ab obli-
37 gatione eximat, aut † pignora in ſecuritatem nectat, quo caſu etiam iudex ipſi tria remedia indulgere te-
38 netur, nimirum † captionem pignorum, & hoc non ſufficiente, immiſſionem in poſſeſſionem, & nec hoc ſufficiente, venditionem bonorum ad effectum ſatisfaciendi de pretio creditori, vt practicare docet Bald. *in l. ſi pro ea. num.*6. *quæſt* 3. *C. mandat.* dicens, ſe ita aliquoties conſuluiſſe, ſequitur Vinc. Caroc. *d. deciſ.*4. *num.* 15. cuius petitionis formulam, vt & articulandi modum poſui infra *cap.*30. Idcirco non inconuenien-
39 ter hic primo quæri poteſt, ſi forte † vnus fideiuſſorum ab obligatione diuturna, tanquam ſibi vigilans, ſe eximi petierit, liberationemque obtinuerit, an illud etiam reliquis confideiuſſoribus proſit?

40 Et ſane, quia † confideiuſſorum intereſſe videtur, vt correum propter beneficium diuiſionis, & ſubleuandam ſolutionem, in obligatione retineant, videbatur dicendum, aut illam liberationem nullius momenti eſſe, aut vero omnibus fideiuſſoribus ex æquo proficere debere; *arg. l.*1. *&* 2. *C. ſi vnus ex plurib. appell. l.*1. *C. de diuerſ. reſcript. l. qui ſeparatim* §. *fin. ff. de appellat. & facit l. quod autem.* §. *ſciendum in fin. ff. quæ in fraud. cred.* Deinde etiam *in l. iuuen.*26 *ff. de fideiuſſ.* dicitur, tum demum fideiuſſoris alicuius partem ad cæterorum onus reſpicere, ſi is vel ante exactam à ſe partem ſine hærede diſceſſerit, vel ad inopiam peruenerit; vnde colligitur, fideiuſſoris qui ſe ab obligatione diuturna eximi petiit, & obtinuit, partem cæterorum onus non debere reſpicere.

41 Verum rectius † eſſe opinor, vt talis exemptio ſine

liberatio ſoli petenti non etiam ipſius confideiuſſo-
ribus proſit, per textum *in l. fideiuſſor. 23. ff. de pact.* vbi
Paulus aperte adſtruit, quod fideiuſſoris conuentio
confideiuſſori nihil proſit: quod etiam VVeſenbec. *in
parat. ff. de duob. reis. num. 7. in fin. & num.* 8. claris verbis
confirmat. Idque multo magis ſunt procedere cen-
ſeo, quando in initio obligationis beneficio diuiſio-
nis expreſsè fideiuſſoribus eſt renunciatum, tunc enim
confideiuſſores nihil habent, quod fideiuſſori ab obli-
gatione exempto, & liberato obiiciant.
Nec ad rem facit, quod confideiuſſorum fortaſſe in-
tereſt, confideiuſſorem in obligatione manere: quia
41 † enim is, qui ſe obligatione diuturna eximi petit, ni-
hil aliud facit, quam quod lex permittit, *d. l. Lucius. §.
vlt. ff. mandat.* Imò quod ſapientiſſimus Regum *cap. 6.
Prouerb. verſic. 3. 4. & 5.* tam pateſue ſuadet, & inſtil-
43 lat, præterea † etiam ſemper ſuſpenſo ſtare non cogi-
tur Cephal. *conſil. 187. num. vlt. bona gloſſa in l. quia ta-*
44 *tio. ff. de condit. inſtit.* quæ † dicit, quod qui poteſt ſtare
45 certo; non debet ſtare in incerto, periculum † enim
magnum ex eo imminet, per ea quæ tradunt gloſſ. *in
d. l. Lucius* Afflict. *deciſ. 242.* Menoch. *de præſumpt. lib. 2.
præſumpt. 91. num. 7.* Hieron. à Laurentiis *deciſ. Auenion.
22. num. 11.* Valaſcus *d. conſult. 36. num. 3. in fin.* & Ioan.
Petr. Surdus *deciſ. 94. num. 4. & 5.* vbi plures allegat.
46 Ne dicam, quod † omnibus in rebus moleſta ſemper
ſit exſpectatio, vt ait Polybius *lib. 4. in hiſt. pag. 271.* ſed
potius ei ad commodum ſuum vigilare permittitur,
*l. quod autem §. ſciendum. ff. quæ in fraud. credit. l. in ſum-
ma. ff. de pecul. l. vlt. in fin. princip. C. de bon. auct. iud. poſſi. l.*
cur eius conditio eſſe deberet deterior, quam negli-
gentium confideiuſſorum, qui ſe ab obligatione eximi
47 petere ſuperſedetunt? Diligens † enim, & induſtrius
deterioris conditionis eſſe non debet, quam ſi negli-
gens fuiſſet, *c. cum qui. de præbend. in 6. l. 4. ff. quod vi aut
clam. l. vlt. C. de poſtul. l. vlt. C. de alluuionib. l. non ſolet. vbi
Cagnol. ff. de regul. iur.* Decius *in l. 2. num. 12. C. de edendo.*
Cephal. *conſ. 81. num. vlt. lib. 1.* Sebaſt. Medices *de caſib.
fortuit. part. 1. q. 9. nu. 35.*
48 Non obſtat † etiam *d. l. inter. 26. ff. de fideiuſſ.* Illa
enim fortaſſis obtineret, ſi fideiuſſor clam, & dolo
malo, data etiam pecunia creditori, ſe ab obligatione
eximi curaſſet, *argum. tit. ff. quæ in fraud. credit.* At quan-
do bona fide, ſibi & ad commodum ſuum vigilando,
ſe à nexu obligationis liberat, non tam grauat confi-
deiuſſores, quam ad eandem vigilantiam eos adhor-
tatur, argumento eorum quæ tradit Molin. *in tract. de
vſur. q. 34. & tetigi infra c. 27. part. 5. nu. 6. & 7.*
Sed conſequenter circa hanc limitationem, & hoc
49 merito enucleandum eſt, ſi † fideiuſſor pro liberatio-
ne ab obligatione diuturna conſequenda mandati
actionem fortè inſtituat, citationemque impetret, ac
libellum in termino reproductionis exhibeat, vtrum
etiam creditor ſit citandus; & cui illud onus citatio-
nem impetrandi incumbat, debitorine, vel an fideiuſ-
ſori, vel an etiam iudex ex officio eum citare tenea-
tur? Et quia pro regula traditur, illos omnes citandos
eſſe, qui prætendunt intereſſe, ſeu lædi poſſint ex ali-
quo actu, qui fit in iudicio, *l. de vnoquoque, ff. de re iu-
dic. l. nam ita Diuus ff. de adopt. l. etiam. 29. §. vlt. ff. de mi-
norib.* Marant. *part. 6. tit. de citat. nu. 2.* VVeſenbec. *conſ. 32.*
50 *nu. 24. part. 1.* Creditoris † autem maximopere intereſt,
ne obligationis conditio mittetur, vt fuſe explicaui
ſupra *cap. 20. §. 37. num. 9. & ſeq.* non eſt dubitandum,
quin creditorem ad inſtantiam actum exemptionis ſiue
liberationis citare oportreat, *per text. in d. l. de vnoquoque
& l. 1. §. denunciari. ff. de vent. inſpic.*
51 Neque eſt, quod † vel debitor in fideiuſſorem, vel
fideiuſſor in debitorem illud onus reiicere conetur;
vtriuſque enim intereſt, creditorem citari adeſſe, ne ſi
fortè illud omiſſum fuerit, poſtea à ſententia exemptio-
nis, & liberationis nulla fiat, & eluſoria, vtpote lata
creditore non citato, cui tanquam tertio minimè
præiudicare poteſt, *l. ſæpe. ff. de re iudic. cap. cum inter.
extra de re iud. c. tot. tit. C. quib. res iudic. non nocet.*
Cæterum in eo meliorem nihilominus fideiuſſoris
52 conditionem eſſe arbitror, vt † ſi eius ſumptibus cre-
ditor citetur, eaſdem expenſas debitor ei refundere
neceſſe habeat; tenetur enim eum indemnem ſeruare,
c. peruenit. ibi, vt ſuum ſeruent indemnem extr. de fideiuſſ.
imò, & ab obligatione liberare, *c. vlt. ext. eod. tit.* intel-
53 lige, ſuis propriis expenſis, ſiquidem † eius negotium
geritur, ideoque etiam merito ſumptus ad illud pera-
gendum ſuſtinet, *l. ſed etſi. § 1. ff. ad exh. b. l. cum ſæpe. C.
de rogat. mil. annon.* Menoch. *de arb. iud. quæſt. caſu 226.*
54 Gayl. *lib. 1. obſer. 99.* Non aliter, ac † is expenſas ſuſti-
nere tenetur, qui petit liquidationem, Ioan. Cephal.
conſil. 296. incip. primo quæritur. num. 51. lib. 2. M. Anton.
55 de Amatis *deciſ. 81. num. 29.* Quid † ſi porrò nec de-
bitor, nec fideiuſſor creditorem citari faciant, iudex
ad euitandam nullitatem eum ex officio iudicio ad-
eſſe debere poterit, per ea quæ tradunt Dd. *in l. ad per-
emptorium ff. de iudiciis. & in l. 4. §. hoc autem iudicium ff.
de damn. infect.*
Circa illud verò, quod ſupra *num. 36.* dixi, fideiuſſo-
rem pro ſua liberatione actionem mandati intentare
56 poſſe, in praxi bene notandum eſt, eo quoque † no-
mine, ſi partes alias Cameræ Imperiali immediatæ
ſubiectæ ſint, mandata pœnalia ad liberandum impe-
trari poſſe. Liquido id demonſtrat præiudicium re-
latum à D. Barthio *in ſent. Cam. ſelect. 7. Septemb. lit. D.
Anno 1516.* his verbis: in cauſa N. N. proceſſum fuit
ad declarationem pœnarum, quæ hactenus non ſunt
declaratæ tamen ad inquiſitionem procedendum eſt,
57 &c. Multo autem † fortius illud ipſum procedit, ſi
forte procurator diù in obligatione ſtetetit, & ad de-
poſitionem pecuniæ ſe à fideiuſſione exonerari petat,
implorando officium iudicis, omnino enim audiri de-
bet, Docet hoc idem Dn. Barthio *in ſent. lata 29. Mar-
tij, de Anno 1536. lit. F.* quæ ita habet: Ampliatur vl-
58 terius, † vt non tantum ipſe reus principalis, ſed etiam
eius hæres, fideiuſſorem fideiuſſione diuturna libera-
re, item quoad penſiones exolutas indemnem præſta-
re tenerentur, cum refuſione mutuæ pecuniæ, expen-
ſarum, damnorum, & intereſſe. Auctorem laudo eun-
dem Dn. Barth. *in ſelect. Cam. Imp. ſent. de Anno 1568.
die 28. April.* cuius verba ſic ſonant: In particulari
Arulemia, & coram iudicibus fuit declaratum, quod
dictus nominatus eſt verus, & legitimus hæres pa-
tris ſui felic. memo. qui conqueſtus eſt, 17. Septemb.
vocauitque quod à tali fideiuſſione liberatus eſſet, &
etiam ab expenſis ob petitionem iniuſtam, & illici-
tam, &c.
59 Secundò † quæro, cum fideiuſſori etiam ante ſolu-
tionem actio mandati detur, ſi nempè debitor ſub-
ſtantiam ſuam vehementer diſſipare incipiat, atque ita
ſtatus florentis ante patrimonij decreſcat, vt ait *l. 18.
ff. vt legat. nomine caueatur.* ſequitur Gail. *d. obſeruat. 29.
num. 8. & 9.* Portius Imolenſis *conſil. 197. num. 5.* Fran-
cus *d. loco. numer. 567. & ſeqq.* (quod quo citius fit, eo
etiam melius eſt, ſiquidem, vt pulchrè Bernard. ait *in*
60 *cap. ad hoc reſcripſit.* Omne † malum, dum naſcitur, fa-
cilius opprimitur, tardius, dum inueteraſcit. Et ideò
rectè Hieronymus: Dum paruus eſt hoſtis, eum interfi-
ce, vt refert Ægidius Bellamera *in conſil. 40. num. 24.
mihi fol. 163. colum. 1.*) an eodem modo etiam talem
debitorem in bonis mobilibus, & immobilibus pi-
61 gnorare poſſit? Hanc quæſtionem mouet † quidem
Lallus

Digitized by Google

Lallus de Tuſcia *in lectura ſuper conſtitut. Sicilia. libro 3. titu. de fideiuſſione domini à vaſſallo. in conſtit. incipien. Si dominus mihi pag.*69. atque affirmatiuam tenet. Sed quia in ſpeciali caſu loquitur, nimirum, quando in regno Siciliæ pro domino in cauſa criminali vaſallus fideiuſſit, non exiſtimo, inde generalem regulam ex-
62 timere licere, ſed potius ita ſtatuo, virtute † quidem pacti executiui (fortaſſis etiam inter debitorem, & fideiuſſorem initi) rectè fideiuſſorem inuadere poſſeſſionem rerum debitoris, neque eo nomine inuitum cogi adire iudicem, tutius tamen eſſe, eundem adire, atque inductionem in poſſeſſionem impetrare, per ea quæ tradit Coler. *de proceſſ. exec. par.*1. *c.*5. ac inferius
63 ſuo loco à me dicenda. Facit, quod † liceat creditoribus decoctorum, quos verſuram moliri videt, antequam dies venerit obligationis, pignori incumbere, quia id magnopere eorum intereſt *argum. l. quaſitum. & ibi Bart. D. de pignorib.* & notat Baldus *in l. vbi. numer.*10. *Cod. de iure dei.* Benuenut. Stracha. *de decoctoribus, part. vlt. num.*12. Marquar. Freher. *de fama publica. lib.*2. *cap.*13. *num* 9.

Quod verò Hippol. *in Rubr. de fideiuſſ. nu.*219. *in fin.* & Marcell. Cala *in tractat. de modo articul. num.*1025. ac nouiſſime Francus *in tractat. de fideiuſſ. d. cap.*5. *num.*
64 574. putant: Si † debitor poſt dilapidationem redeat ad ſanos mores, quod aduerſus eum, vt ab obligatione eximatur, non poſſit agere fideiuſſor, Id (pace eorum) ægre crediderim, motus claris textibus *in dicta l. Lucius §. vlt. & in dicta. l. ſi pro ea.* qui volunt) etiam tum, quando dilapidatio iuſtam metuendi cauſam fideiuſſori præbet, eum petere poſſe, vt ab obligatione eximatur: Ergo multo magis id impetrabit, poſt dilapidationem iam factam, vtcunque debitor vitam nequiorem, & profuſam emendet maximè, quia hæc emendatio in ictu oculi non contingit, ſed longius tempus requirit, & ita fideiuſſoris obligatio de die in diem perpetuatur: poſtque fieri, vt fideiuſſor vetus periculum nihili faciendo, facile ſibi nouum, & grauius quidem, accerſat, debitore, tanquam *προπετεῖ* ſubinde ad ingenium redeunte.

65 Quid † denique iuris ſit in regno Bohemiæ, ſi fideiuſſor diu in obligatione ſteterit, neque amplius teneri velit, oſtendunt verba ſequentia, deſumpta ex iure Municipali Bohemico, in tit. De obedientia. Inquit tex. Si quis eſſe fideiuſſorem amplius eſſe non vult vocet illum cui facta eſt fideiuſſio coram iudicibus, & cauſam ſuam narret illis cur amplius in fideiuſſione perſiſtere renuit. &c.

66 Tertio † quæro, ſi fideiuſſor contra debitorem mandati agat, iſque condemnetur, verum etiam eo nomine infamis fiat? Et famoſum fieri auctor eſt Vlpian. *in l. furtis. §. mandati ff. de his qui notant. infam.* Fidem enim, quam aduerſarius ſecutus eſt non præſtitit. Academia
67 Altorfina *in reſponſo* 104. *mihi pagina* 685. Si † tamen debitor ſuper hac ipſa actione pactus fuerit, non notabitur *l. in actionibus. D. de his qui notantur infam.* Nam vt Paulus ibi adiicit, ex his cauſis non tam turpis eſt pactio, quam ſuperioribus, ideoque etiam in edicto prætoris, quod continetur *in l.*1. *D. de his qui not. info.* verba illa, *pactusue erit*, poſt enumeratas action. ex contractu proficiſcentes non repetuntur.

68 Verum † enimuero, quia plures quoque caſus reperiuntur, quibus poſt ſolutionem factam fideiuſſori actio mandati non competit, quos recenſuit Petrus à Duenn. *in regul.*446. idcirco operæ pretium eſt, eoſdem etiam huc referre, & ſupradictis ſubiungere.

69 Primo igitur † fideiuſſor mandati actionem non habet, ſi donandi animo interceſſerit, præcludit enim ſibi ipſi per liberalitatem ſuam regreſſum contra debitorem, textus ſunt *in l.*6. *§. paſſus. ff. mandati. l. quod dictum D. de pact. l. ſi quis reum. D. de liber. legat. l. ſed ſi pater §. non ſolum, D. ad SC. Macedon. l.*1. *§. ſi fideiuſſi. D.*
70 *ſi quid in fraud. patroni.* Quando † vero iſte animus donandi ſubſecutaque fideiuſſio præſumatur, vide Vincent. Carōc *de exercit. honor. part.*2. *quæſt.*22 *num.*26. Martin. Monter. *in decis. Reg. Aragon. deciſ.*2. *nu.*50. *verſ. nec mouet. & num.*51.

71 Secundo, mandati † actione fideiuſſor non vtitur, ſi pro inuito, & vetante fideiuſſerit debitore, adeo, vt ne vtilis quidem actio detur. *d. l.*6 *§ ſi paſſus. l. ſi pro te. 40. cū qui ſi. 10.*53. *D. mandati. l. vlt. C. de negot. geſtis.* Eman. *Scarez in theſauro commun. opin. lit. F. nu.*172. *& dixi ſupr. cap.*5. *num.*146. *& ſeq.*

72 Tertio, mandati † actione deſtituitur fideiuſſor, ſi ad mandatum adoleſcentis luxurioſi pro meretrice ſciens interuenlat, *l. ſi vere.*12. *§. ſi adoleſcens. D. mandati. l.*8. *D. pro emptore.* Ioan. Goddæus *de contrah. ſtipulat. cap.*5. *concluſ.*3 *num.*29. Quid enim intereſt, vtrum tali perſonæ quid det, aut, vendetur, faciat, vel in mare abiiciat, *argum. l. M. . nu.*53. *D. de condit. & demonſtr.* faciunt tradita per Ioan Boniſacium *in tracta. de furtis. §. animo lucri faciendi. nu.*97. & Petr. Gilken *de præſcript. part.*3. *cap.*2. *num.*60. 61. & 62. Pertinet huc etiam elegans locus apud Senecam *lib.*2. *de beneficiis. cap.*14. *in fine*, vbi ait: *Pecuniam non dabo, quam numeraturum adultera ſciam ne in ſocietate turpis facti aut conſilij inueniar. Si potero, reuocabo, ſin minus, non iuuabo ſcelus, &c.*
73 Sic apud † Lucanos, ſi quis homini luxurioſo mutuaſſe aliquid conuinceretur, priuabatur mutuo dato, vt refert Ioannes Stobæus *ſermone* 44.

74 Nec † obſtat *l.*3. *§. nec non illud. D. de in rem verſo.* quia loquitur in maiore, ſecus eſt in minore, & præterea Iuriſconſultus illo in loco ſaltem conſiderat, an in negotium domini ceſſerit, non etiam an bono domini, quod ſecus *d. §. ſi adoleſcens* aliter habet.

75 Quartò, actio † mandati fideiuſſori denegatur, ſi ante diem etiam per errorem creditori pecuniam ſoluerit, ideoque fruſtra cum debitore experitur, ſed cogitur expectare diem, quo eum ſoluere oportuit, *l. ſi fideiuſſor.* 31. *D. de fideiuſſor. l. ſi mandauero.* 22. *in principio. l. fideiuſſor.* 51. *D. mandati.* Cacheran *deciſ. Pedem.* 130. *num.*5. Gabriel. Mudæus *in l. omne ei. num.*9. *D. pro ſocio.*

76 Quintò fideiuſſor † actionem mandati non habet, ſi falſo creditoris procuratori ſoluerit, *l. inter cauſas. §. mandatu tuo. D. mandati.* Quis autem hoc caſu falſus ſit procurator, memini me ſupra oſtendiſſe *cap.*20. *§.* 27. *num.*316. *& ſeqq.*

77 Sextò fideiuſſor † mandati non agit, ſi, vt cohæres ad iuſſum teſtatoris vni cohæredi, tanquam legatario, ſatiſdedit, non enim ſuſcepiſſe mandatum, ſed voluntati teſtatoris paruiſſe cenſetur, *l. tribus. D. de vſufr. ear. rer. quæ vſu conſum.* Quanquam Cynus ibi dicit, id ita intelligendum ſi quantitas ſoluta ex fideiuſſione, ſit, multo minor lucro, quod ipſe percepit à teſtatore, ſin autem multo maior ſit, mandati iudicio repeti poſſe, quod ſequitur Baldus *in l. vnica. § ne autem. C. de caduc. tollend.* probatque Petrus Gerardi de Petra Sancta *in ſingul.*85. nec non Roman. *in ſingul.* 806. *incip. Tu ſcis quod fideiuſſor.* de quo tamen vide Ioan Baptiſt. Caſtil. *in addit. ibi.* & Iaſon. *in l. ſi cui.* 49. *§. ſi fideiuſſor. D. de legat.* 1. Pet. à Duen. *in regula.* 337. *incip. Fideiuſſor ſoluens.*

78 Septimo fideiuſſoris † hæres mandati actionem nō habet, ſi forte fideiuſſor id, quod debebat, creditori legauerit. Etſi enim creditoris nihil intereſt, valeat tale legatum, nec ne, (niſi forte quis dicere velit, eatenus ipſius intereſſe, quod ex pluribus cauſis idem ei

Antonius Heringius

debeatur, *iuxta l.non vt ex pluribus.159 ff. de regulis iu-*
ris.l.& an eadem 14 ff.de except.rei iudic.) debitoris ta-
men intereſt liberari, ad quod etiam ex teſtamento
actionem habet, *d.l.ſi is cui 49. §.ſi fideiuſſor.ff. de lega.*
1.Roman.d.ſingul 805.incip.Tu ſcis quod fideiuſſor.
79 Octauo, pater, non † quaſi pater, ſed pro extraneo
pro filia ſua dotem promittente fideiubens, & quaſi
fideiuſſor ſoluens, non repetit hoc ab illo extraneo,
vtcunque ſoluerit, *l.profectitia.§.ſi pater.ff.de iur.dot.* Et
hunc caſum eſſe vnicum, & ſingularem, dicit Lud.Ro-
ma.*in ſingul.169.incip. Extraneus.* ſicut etiam tetigi ſu-
pra *cap.6 num.178.*
80 Nono, ſi † fideiuſſor iuret ad delationem credito-
ris, reum non teneri, tunc reus quidem liberatur, vt
dixi ſupra *cap.20.§ 2 num.27 & ſequent.* Sed fideiuſſor
nihil repetere poteſt, & ſic † proculdubio accipienda
eſt ſententia Antonij de Petrucia *in l. 1. in 14. eff.clu.*
ff.de iureiurando dicentis, ſi fideiuſſor iurauerit, quod
non videatur verè, ſed ſaltem fictè ſoluiſſe, ideoque
81 non habeat actionem mandati. Secus erit, † iuret,
ſe ſoluiſſe, tunc enim rem liberat, & ſolutum repetit.
Vincent.Caroc *de iuramen li .deciſorio.3.quaeſt.14.qua .*
princip nu 2. & 3. Seraphinus *de virtute iuramem. priuil.*
81 Eman.Soarez *in theſauro lit F.nu.164.*
Decimò, Aduocatus fideiubendo pro clientulo
8 ſuo, dicitur redemptor litis, & ſoluendo, non ha-
bet mandati actionem, imo ad ſoluendum cogi poteſt,
iudicis officio, libere ſine laeſione conſcientiae Baldus
dicens ſingulariter notandum *in cap.2 num.4.extr.de*
poſtulan. Nicol. Boer *deciſ 315.num.2.* Vincent.Caroc.*in*
ſingul ſuo.ſi g.290. Matth. Cuno *lib.1. de pactis. cap.15.*
num.3. per text. in l. ſi remunerandi. §.fin.ff.mandati. Et
tantum de prima & praecipua actione nempè Man-
dati, quae fideiuſſori quandoque competit, quando-
que etiam non competit.
84 Secunda † actio, quae fideiuſſori contra debitorem
eiuſque haeredem tribuitur, eſt actio NEGOTIO-
RVM GESTORVM, puta. ſi pro abſente fideiuſ-
ſerit, quia enim mandatum non anteceſſit, nec rati-
habitio ſecuta eſt, non poteſt mandati actio compe-
tere, *l 6 § ſi paſſus l ex mandato.§.1.ff.mandati.l.4.ff.de*
fideiuſſ.l.ſed videamus l.liberto.31 ff. de nego.geſt. Modo
85 † tamen diſtinguas cum Cuiac. *in tract. ad Afric. mihi*
pag.151.
Haec autem concluſio primo limitatur, vt non
86 † procedat ſi quis pro debitore praeſente, ſed inuito,
aut ſpecialiter vetante, vel prohibente, & contradi-
cente, fideiuſſerit, *l.ſi pro te.40.ff.mandati.* quod (fruſtra
Paulo de Caſt. & aliis *in l. fin. C. de negot. geſt.* contra-
87 dicentibus) adeo verum eſt, vt ne vtilis † quidem
negotiorum geſtorum actio aequitatis intuitu detur,
vt ſupra *cap.5.nu 146. & hoc ipſo cap. num.17.* probaui.
88 Et quanquam † Martin. Monter. *in deciſ. Reg. Arragon.*
deciſ. 2. a num. 48. vſque ad num.61 multa adfert, per
quae praedicta concluſio non parum labefactari vide-
tur arbitror tamen praedictum textum in terminis
tam apertae contradictionis, prohibitionis fortiorem
eſſe quam vt infringi, aut ex rationibus Monteri in-
ferri poſſit, quod pro praeſente, ſpecialiter vetante, &
contradicente fidem ſuam quis interponere poſſit.
De ſolutione porrò liberando inuito debitore facta,
quae ille congeſſit, cum hac facti ſpecie nihil com-
mune habent.
89 Secundò fallit, ſi † fideiuſſor donandi animo nego-
tium geſſerit, iſto enim caſu actio negotiorum geſto-
rum ei quoque non competit *d. l. l.ſed videamus ff de*
nego. geſt. Azo in ſumma C. titul. mandati. numer.28. 29.
& ſeqq.
90 Tertiò fallit, ſi † fideiuſſor in rem ſuam fideiu-
beat: quis iſto caſu fideiuſſor non tam negotium de-
bitoris gerere, quam ſibi conſultum velle videtur, *l.*
creditor. 60. §. 1. ff. mandati. vbi notandum eſt, quod
ICtus Scaeuola dicit in iſta facti ſpecie Titium ſibi
conſultum voluiſſe, id ſatis liquere ex illis verbis:
Quo magis conciliem animum tuum domui mea. Bene au-
tem *num* 84. monui, fideiuſſorem fideiubentem, imo
& ſoluentem pro debitore abſente, negotiorum ge-
ſtorum actionem contra eundem habere Nam ſoluta
91 pecunia † non agit fideiuſſor aduerſus creditorem
92 actione negotiorum geſtorum vtili. ſed † vel actione
PRAESCRIPTIS VERBIS, ob pactum, quod dece-
93 dendis actionibus ſolutionem anteceſſit, vel † actio-
ne EX EMPTO, vt praeſtet actiones, quas habet, vt
ex Caſtallo, Menoch. & Colero oſtendit Ioan. Zan-
gerus *in tract. de except. part.2. cap.15.num.15. & part.3.*
cap.1. numer.28. & 29. nec diſſentit Rutg Ruland *de*
commiſſ.part.4.lib.7.tit.5.num.4. Et quanquam ſpecia-
lis renuntiatio etiam beneficium cedendarum actio-
num tollit, vt infra *cap.27.* ſuo loco demonſtrabitur:
94 Solutione † tamen facta, nihilominus fideiuſſori ſal-
ua eſt actio EX EMPTO, qua agit, vt creditor actio-
nem cedat, & quaſi tradat ad eum finem, vt contra
confideiuſſores agere poſſit, *Decius co ſil.104. numer.1.*
95 Nam † ſi dicta renuntiatio deberet eſſe eius efficaciae,
vt creditor actiones contra fideiuſſores cedere non
teneretur, fideiuſſor ſoluens peioris eſſet conditionis,
atque confideiuſſores, qui omnes hac ſolutione libe-
rarentur, ſi nullam aduerſus hos actionem exercere
poſſet. vt formalibus verbis ait Zangerus *dicto cap.15.*
num.17. Sufficit igitur, praedictam renuntiationem hoc
ſaltem operari, vt fideiuſſor praeciſe ſoluat, ſiue credi-
tor ante ſolutionem cedat, ſiue non cedat actionibus,
at poſtquam creditor ſuum recepit, quis ferat eum, ſi
nec fideiuſſori ſoluenti actionibus cedere, nec inſtru-
mentum debiti ſiue fideiuſſionis reſtituere velit, pro
vt deducam infra *cap.27.part 3.*
96 TERTIA † actio fideiuſſori contra debitorem
competens eſt ACTIO INSTITORIA, quae ei in ali-
quibus caſibus datur quando nimirum directae actio-
nes dari nequeunt, vt probant text. *in l.5 §. item fide-*
iuſſori.l.in eum.19.§.Taberna.ff. ad inſtitoria.l.itemque.10.
§. idem Papinianus.ff. mandati l.liberto 31.princip.ff.de
negot. geſt. Rutger. Rulan. in tract.de commiſſ.part.3.lib 7.
cap.5.num.5.
97 QVARTA † actio, quae fideiuſſori contra debito-
rem tribuitur, eſt ACTIO DE PECVLIO, de quo
textum habes *in l.quamuis.18 ff.de peculio.* neque opus
eſt vt harum actionum requiſita fuſius hic explicem,
cum id propriè non ſit huius loci.
98 Interim tamen † notandum eſt praeter iam enume-
ratas ordinarias, vel ipſo iure competentes, aut à cre-
ditore ceſſas actiones, in cauſis ciuilibus etiam alia
remedia fideiuſſoribus ad conſequendum, id quod
vel ſoluerunt, vel ſoluere coguntur, aut etiam ad im-
pediendum, ne ſoluant, contra debitores principa-
les competere, vt partim infra *cap.27.par.4.* oſtendam,
partim etiam ex ſubſequentibus exemplis colligi po-
teſt.
99 Sic enim primo, ſi † fideiuſſor ratione praeſtitae fi-
deiuſſionis ſe indemnem ſeruare, & ſuum debitorem,
ad ſe releuandum, adigere velit, breui VIA MONI-
TORII vti poterit, iuxta conſilium Quintiliani Man-
doſij *in tract.de monitoriis.q.50.num 1.* cuius formulam
poſui infra *cap.30.*
100 Secundò fideiuſſor, qui † beneficio excuſſionis
non renuntiauit, CITATIONEM impetrare
poteſt aduerſus reum principalem ad comparendum,
audiendum, & videndum, contra ſe fieri excuſſionem,
vt innuit

vt innuit Rutger. Ruland. *in tract. de commiſſar. par. 4. lib. 6. cap. 4. num. 21.* vbi præiudicium in cauſa Zulbermi contra Bergium allegat. Cæterum non aliter
101 † huic remedio locum eſſe arbitror, quàm ſi debitor & fideiuſſor eiuſdem iudicis iuriſdictioni ſint ſubiecti, alioquin iudici extra territorium ius dicenti impunè non paretur, *l. vlt. D. de iuriſdict.*

102 Tertiò fideiuſſori † nonnunquam conceſſum eſt impetrare quoque CITATIONEM, ad videndum, fideiuſſionem declarari nullam, vel ex iure communi, vel ex decreto Ducali, vt in caſu Ioannis Vincentij Hondedæi *conſ. 145 num. 15. vol. 1.* vbi de decreto Ducis Vrbini nominatim loquitur, ſuntque eam in rem ſupra *cap. 10. numer. 36. & ſequentibus.* aliquot exempla allata, quibus ſtudioſus lector plura adijcere poterit. Nec obſtat, quod antea *cap. 20. in proœmio. nu. 7.* oſtenſum eſt, non anxie inquirendum eſſe, quomodo fideiuſſiones iure reprobatæ tollantur, ſiquidem ipſo iure ſunt nullæ: Et præterea tralatitium perhibetur id,
103 quod ipſo iure fieri dicitur, factum aut ſcientiam hominis non requirere, ſed ex ſola legum auctoritate, & poteſtate ſine magiſtratus opera conſiſtere, *l. ſed, & ſocius. 17. § vlt. D. pro ſocio. l. ſi cui lege. D. de teſtament. l. 9. § 1. D. de vſufruct. quem. caueat. l. 9. § 1. D. de diſtract. pignor.* Pardulph. Prateæus *in Lexico. verb. ipſo iure.* Nicol. Belloo. *lib. 1. ſupputat. iur. cap. 10.* Myнſing. *in § non autem. verb. ipſo iure. Inſtit. de perpetuis, & temp. act.*
104 Ioan. Borcholt. *de feudis. cap. 5. nu. 27.* Verba † etenim ipſo iure, euidentiam facti ſignificant, *Hieron. Schurff.*
105 *conſil. 78. num. 7. centur. 3.* Quia enim etiam † in notoriis opus eſt ſententia declaratoria, eoque caſu iudicis declaratio potius iuris executio eſt, quam ſententia, vt pulchre deduxit Gail. *lib. 2. de pace publica. cap. 3.*
106 idcirco † tutius, & expeditius eſt, vt fideiuſſor impetrata citatione, ſummatimque deducta nullitate fideiuſſionis, remotis nihilominus procedendi ambagibus, ſententiam declaratoriam præſtoletur, & expectet, ad effectum, vt à tali fideiuſſione liberetur, per ea, quæ idem Gail. tradidit *lib. 2. obſer. 51.*

107 Quarto † fideiuſſor aliquando ſupplicare poteſt pro INHIBITIONE ne vel ſoluat, vt ſupra *cap. 19. num. 59. & 60.* vel ne in obſtagium euocetur, vt ſupra *cap. 17. nu. 72.* pluribus eſt deductum.

108 Quinto fideiuſſori † datur aliquando RETENTIO pignoris (vt in caſu *l. fideiuſſor. 32. D. de negot. geſtis*) non tanquam pignoris iure, ſed per exceptionem doli, ſicut accurate tradit Cuiac. *in commentar. ad Papinianum. in d. l. 32. mihi pag. 92. colum. 2. verſic. poteſt ta-*
109 *men dici.* Num verò † eadem ratione fideiuſſori largiemur, vt, oblata cautione, ipſi ad alienationem alicuius prædij ad debitorem ſpectantis proſilire liceat, ſi creditor forte fideiuſſorem, pro ſolutione facienda, inceſſanter vrgeat, iſque beneficio excuſſionis renunciauerit? Et exiſtimauerim, niſi fideiuſſionem ſubſecuta ſit debitoris magna prodigalitas, aut fideiuſſor diu in obligatione ſteterit, vrgeatque venditionem bonorum, ad effectum ſatisfaciendi de pretio creditori, *vt ſupra hoc cap. num. 38.* aut fideiuſſor in iudicio citra ſuam culpam ad actutum ſoluendum condemnatus fuerit, iuxta tradita per Valentinum Francum, *de fideiuſſ. cap. 5. numer. 567. & 575.* alienationem non facile
110 permittendam eſſe: Fortaſſis † etiam illud ipſum conſiderarunt Domini Aſſeſſores Cameræ Imperialis *in ſententia relata apud Dn. Chriſtian. Barthium, 17. Iuny. Anno 1554. lit. I.* in verb. eſt D. Radeus ſupplicant. ob alienationem factam, quæ aſcendit ad ſummam, &c. de ea det idoneam cautionem, & ſic fuit ordinatum, &c.

111 Sexto † fideiuſſor IMMISSIONEM in bona debitoris ex primo decreto nonnunquam impetrare poteſt, quo caſu, ſi debitor ad Cameram Imperialem forte appellet, non decernuntur proceſſus, illud enim decretum modicum parit præiudicium, & reus infra tres menſes quandocunque reuocare poteſt tenutam, *iuxta Auth. & qui iurat. C. de bon. auctor. iud. poſſid.* Maranta *part. 6. de contumacia. num. 12.* Atque ideo cum in cauſa Vidingi, & conſortes fideiuſſores Ducis Pomeraniæ ſupplicatio porrigeretur pro citatione, Inhibitione, & Compulſorialibus tales proceſſus ſunt denegati, *9. Marty, Anno* 85. Rutger. Ruland. *de commiſſar.*
112 *part. 3. cap. 9. nu. 19.* Quando porrò † à primo decreto appellari poſſit, late vide per Angel. *in l. ante ſententiam. D. de appellat. recip.*

113 Illud † vtique negari nequit, ſi debitor communis omnibus fideiuſſoribus in genere cauendo, hypothecæ nomine bona ſua ſuppoſuerit, aut inſtantibus cæteris, vnus fideiuſſorum miſſionem in bona conſecutus fuerit, id vtique, & cæteris prodeſſe, vt qui poſſeſſionem bonorum nactus eſt, & fructus ex his percepit, cæteris confideiuſſoribus poſtulantibus, cogendus ſit, rationem fructuum à ſe perceptorum, & reditus omnes reddere, vt conſtare poſſit, quantum ſibi ſit ſolutum, quantumque aliis confideiuſſoribus incumbat, vt ſolutione ſua ſuppleant, pulchre Petrus Heigius *in quæſt. iuris quæſt. 37. num. 33. 34. & 35.* Cui plane
114 ſimilis eſt, quod † vno creditore immiſſo, etiam reliqui immiſſi exiſtimantur, *l. cum vnus. 12. in principio. D. de rebus auct. iud. poſſ.* Neuizan. *de pignorib. part. 5. memb. 2. num. 18. & part. 3. memb. 2. num. 10. & ſeqq.* Cuiac. *lib. 9. obſ. cap. 37. verſ. at certe in prætorio. mihi pag. 444.* Peckius *de iure ſiſtendi cap. 40. nu. 5.*

Cæterum, ſi forte fideiuſſores fidem ſuam interpoſuerint, acceptis à debitore in ſecuritatem pignoribus quod facere eos poſſe liquet ex ſuperius adductis,
115 *cap. 21. num. 204.* & in inſtrumento † inſerta ſit clauſula: Bona fideiuſſoris tam cito non ſunt vendenda non tamen exiſtimandum eſt, quod propter illam clauſulam etiam mandatum ſine clauſula in Camera Imperiali impetrare poſſint. Nam verba, ſeruato ordine Iuſtitiæ non pertinent reuera ad mandatum ſine clauſula, ſed proprie loquendo ad viam facti, quam ſi fideiuſſores ambulare volunt, poſſunt id vtique ſuo pe-
116 riculo facere, modò meminerint pactum † de ingrediendo non niſi ſimplicem hypothecam operari, vt ex Baldo Cremenſ. Crotto, Caſtan. Afflict. Neguzan. Alexand. Cæpolla, & Caſtelliano Cotta nouiter retulit Vincentius Carocius *deciſ. 41. nu. 17.* Verba vero, Seruato iuris ordine intelliguntur de via ordinaria iuris, ſcilicet legitima citatione præuia, & ſubſequen-
117 te cauſæ cognitione. Atque † ita in auguſtiſſima Cam. Imperiali in cauſa Dauerij & conſortum contra Badenum tale mandatum 9 *Octobr. Anno* 92. denegatum in cauſa vero Ansfeldi, contra Stochenium, cum prius impetratum eſſet, poſtea *decima Iuly, Anno* 1592. rurſus cauſatum fuiſſe, ex aliis didici.

118 Hodie tamen tota hæc diſputatio ceſſat, cum † in nouiſſimo Deputatorum Imperij Receſſu *de Anno* 1600. § tali modo, eſt mut. *fol.* 14. controuerſiæ huic certus modus ſit præſcriptus.

119 Sed ponamus caſum, fideiuſſoribus † ad iſtum modum in ſuis reuerſalibus liberam conceſſam eſſe facultatem ſiue poteſtatem in caſu moræ, & non factæ ſolutionis propria auctoritate rem debitoris accipiendi, & euſque donec ſolutio integraliter ſubſequatur poſſidendi, vtendi, fruendi, fideiuſſores autem iudicem competentem adire, atque illud ipſum precibus impetrare, quod ipſis iam ante vigore Reuerſalium indultum erat, num dicemus ipſos ſibi præiudicaſſe,

& iuri ſui renunciaſſe? Affirmatiua certè ratione non
caret, quum via ſemel electa, poſtea non debeat di-
120 ſplicere, & præterea in iudicijs † ludibrium cedat,
ſi ſemel aditus poſtea contemnatur, & relicto bra-
chio magiſtratus ordinarij priuati homines, ad priua-
ta media conuolent, *l. non eſt ſingulis ff. de reg. iuris.* Et
121 hanc ipſam opinionem magnæ † auctoritatis Docto-
res tenuerunt, in faſciculum quaſi collecti à Vincen-
tio Carocio *in dec. ſ. 57. num. 1. 2. & 3.* Cæterum nega-
122 tiua † nihilominus verior, & magis communis eſt, vt
idem Carocius *d. deciſ. 57. num. 4. 5. 6. 7. 8. 9. & 10.* per
ſatis ſufficientes rationes, & auctoritates confirmauit,
123 quæ vtique multo fortius procedit, ſi ſtatim in ini-
tio, adito iudice, & antequam lis conteſtetur, fideiuſ-
ſores de ſibi non præiudicando proteſtentur. Caro-
124 cius *d. loco. num. 11.* aut † innitantur clauſulæ inſtru-
mento inſertæ, *quod vna via electa altera ſublata cen-
ſeri non debeat* Cæſar Vrſillus *in addit. ad Aff. d. deciſ.*
1. 6. num. 1. Carocius *d. deciſ. 57. nu. 12.*

CONTRA CREDITOREM potiò fideiuſſori
125 † in primis tribuitur CONDITIO INDEBITI, vt
traditum eſt à Bartol. Iaſone, & alijs, *in l. frater à fra-
tre ff. de cond. indeb.* Nicolao Bellono *in conſ. l. 77. nu.*
126 *19.* Etſi † namque valdè ſimplices ſunt, qui inatio-
nibus credunt, & tanquam errantes repetunt per con-
dictionem indebiti *Bald. in l. 1. in princ. C. de ſu. pro pa-
tre.* Tamen ne quis indebitè damnum patiantur, aut
alter cum alterius iactura locupletetur, ideo rece-
ptum eſt, ſi fideiuſſor ſuo nomine ſoluerit, quod non
debeat, quod ipſum à ſtipulatore, hoc eſt, creditore
repetere poſſit, quoniam indebitam integentium pe-
cuniam ſoluit, *l. indebitum. 47 ff. de cond. indeb. l. ſi fide-
iuſſor. § ſi cum debitor. inſi. ff. mandati* Cuiat. *tract. 9. ad
Afric. in his pag. 52.* Hieron. Magonius *deciſ. Lucenſ. 92.
num. 13. 20. 21. & aliquot ſeqq.* vbi valdè pulchrè hac de
re loquitur. Id quod alijs etiam exemplis paſſim de-
claratur, *in l. ſi pœne. 19. §. vlt. cum l. ſeqq. l. cum duo
25 d. l. frater. §. vlt. l. ſi fideiuſſor. 59 ff. de condict. indebiti.*
127 *& teſtigi ſupra cap. 10 §. 1. num. 25. & 26.* Sanè, † ſi
ex multis fideiuſſoribus vnus, ſupra partem ſibi at-
tributam quid ſoluerit, non concedit, non enim eſt
indebitum. Conſtant Harmenop. *lib. 3. Epitom. tit. 6.*
Et quanquam aliquanto ſeuerior hæc eſt ſententia,
tamen ex epiſtola D. Pij, tanquam vtilior eſt rece-
pta, *l. ſi teſtamento. 49. in prin. verſic. ſeuerior. ff. de fi-
deiuſſ.*

Non prætereundus etiam eſt caſus *in l. ſi indebitum.*
128 *15. & l. ſi vltra. 12. C. de fideiuſſ.* vbi † etiam fideiuſſori
DOLI MALI EXCEPTIO conceditur, ſi indebitam
pecuniam, quaſi ex cauſa fideiuſſionis obſtrictus in
cautionem per errorem deduxerit. Imo competit ei
129 quoque CONDICTIO LIBERATIONIS, vt † oſtendit
Cuiat. *lib. 9 obſ. c. 35* Dionyſ. Gothofred. *in d. l. ſi indebi-*
130 *tum 15. C. de fideiuſſ.* Quod ſi fortè creditor † fideiuſ-
ſori, vel ſoluenti, vel ſoluere parato, actionibus ce-
dere nolit, præſtat fideiuſſori id quod intereſt, ſibi non
cedi actiones, vt ediſſerit Ioan. Zangerus *in tract. de
excep. p. 2. cap. 15. num. 15.* Quo etiam referri poteſt de-
ciſio Vincentij de Franchis *deciſ. 53.* vbi diſputat, an
131 † fideiuſſor cogere poſſit creditorem ad liquidandum
inſtrumentum via ritus, vel an creditor liberetur, ce-
dendo ſua iura, tandem pro ceſſione iurium conclu-
dens.
132 Competit † porrò vlterius fideiuſſori quoque ad-
uerſus creditorem IMPLORATIO OFFICII IVDICIS,
Poteſt etenim fideiuſſor, antequam conueniatur, im-
plorare officium iudicis, vt fiat diuiſio, ſique ratam
ſuam ſoluat, & poſtea pro reliqua parte imponatur
ſilentium creditori, ne de ea ſe amplius moleſtet, ſed
eius nomine cum reliquis confideiuſſoribus agat *glo.
l. Aurelius. §. centum. ff. de liber. legata.* Abbas *in cap. ſi
quis contra clericum. circ. princ. extra, de foro compet.* Ca-
picius *deciſ. Neapol. 18. num. 3.* Barthol. Blarerus *in repe-
tit. l. diffamari cap. 2. nu. 10.* Ludouic. Gilhauſen. *in tract.
de iniur. & famoſ. libell. §. 5. nu. 145.* & repetam infra *cap.
27 part. 2. num. 48.*
133 Non admodum diſſimili ratione † fideiuſſor frui-
tur beneficio, *l. ſi contendat. ff. de fideiuſſ.* Fideiuſſori
enim, qui ſe moleſtari timet, ſi exceptionem habeat,
actorque agere differat, hoc remedio proſpectum eſt,
vt imploret officium iudicis, peratque declarari ex-
ceptionem ſibi competere, & certum actori præfigi
terminum ad agendum, iſque eo non faciente, per-
petuum ipſi imponi ſilentium, & ſic in effectu pro-
nunciari, liberatum eſſe fideiuſſorem ab actione, quæ
in eum creditori competierat, aut adhuc competere
poſſet, *Dd. in d. l. ſi contendat ff. de fideiuſſ.* Socin. *conſil.
94. lib. 3.* Couar. *lib. 1. reſol. cap. 18.* Blarer. *c. 2. nu. 18.* Cagn.
ampliat. 6. & Cæſar Contar. *c. 3 num. 122 in l. diffamari.
C. de ingen. manumiſſ.* Ioan Zanger. *de excep. p. vlt. c. 23.
n. 50* Pet. Heig. *quæſt. ſuar. p. 2. q. 8 nu 5. 6. 7. & 8.* cuius im-
plorationis formulam ponam infra *cap. 30.* Eſt autem
134 † notabilis inter Remedium *l. diffamari.* Remedium,
l. ſi contendat. differentia hæc: quod in hoc actor, non
præcedente etiam diffamatione, ſtatim agere cogitur:
in illo vero præcedit diffamatio, & dehinc terminus
actori præfinitur Socin. *d. conſ. 94. lib 3* Couar. *d. c. 18.
num. 3.* Mynſ. *cent. 4. obſ. 72.* Blarer. *d. c. 2. nu. 18.* Heigius *d.
q. 8 num. 14.*
135 Denique † ſi creditor verus, vel etiam prætenſus,
eo progrediantur vt fideiuſſores, vel arreſtari, vel
etiam in ædibus ſuis detineri, & egreſſu prohiberi, aut
prorſus in carcerem compingi procurent, tunc inte-
grum eſt fideiuſſori, in Camera Imperiali, ſi modo
alias iuriſdictio ibi eſt fundata, puta, ſi reus imme-
diate Imperio eſt ſubiectus, impetrare mandatum ſine
clauſula de relaxando arreſtato detento, vel captiuo
136 fideiuſſore. Memorabilia huius † axiomatis præiu-
dicia præſto ſunt in ſententiis Dn. Chriſtiani Barthij,
15. *Maij, Ann. 1510. lit. A. 6. Octob. An. 1531. lit. G. 11.
Octobr. Anno 1535. lit. D.* quorum vltimum ita habet:
ſuper rebus iſtis à ſenatu, conſulibus fuit cognitum,
& iudicatum, quod de cautio, & arreſtum N. nullo
ſit validum ac ratum idcirco illud frangimus reiici-
mus, & nullum eſſe declaramus variis ex cauſis, &c.
quia. &c.

Aduerſus CONFIDEIVSSORES, iura noſtra
137 † fideiuſſori quoque actiones quaſdam largiuntur, &
quidem primo actionem PRO SOCIO, ſi nimirum
non tantum ſimpliciter fideiuſſerint, ſed etiam ſocij
ſint, *l. 1. C. de duobus reis.* Cuiac. *ad Afric. tract. 4. mihi
pag. 110. iunctis illis quæ ſupra cap. 4. in princ.* latius ſunt
deducta. Idque Baldus & Elbert. Leoninus in ma-
nuſcripta lectura, *l. ſi diuerſa. C. de locato.* eo extendunt,
138 vt † quamuis poſt ſolutionem, ſublata nimirum ob-
139 ligatione, ceſſio peti nequeat (quod tamen † erro-
neum eſſe infra *cap. 28.* ſum oſtenſurus) nihilominus
tamen conſulatur ei, qui ſoluit, contra alios confide-
iuſſores, vel actione pro ſocio ſi ſocij fuerint, vel
vtili actione pro ſocio, ſi quaſi ſocij ſint, *l. perceptio-
nem. ff. de his qui deiecer. vel effud.*
140 Deinde etiam † fideiuſſori contra confideiuſſo-
rem competit actio CREDITÆ PECVNIÆ, vel EX
STIPVLATV, ſi ſoluenti integram ſummam credi-
tor ceſſerit actione ſua *Cuiat. d. loco.* Verum quia de
eo infra plura adducentur, vbi nimirum agendum
erit de beneficio cedendarum actionum, idcirco hic
omitto.

Præterea,

141 Præterea, ſi vice † mutua fideiuſſerint eum ſanè,
qui partim ſuo, partim fideiuſſorio nomine ſoluit, in
alterum habere MANDATI actionem voluit, Cuiat.
142 d.loc.2. Aliis hoc caſu ipſi, præſertim deficiente ſo-
cietatis conſideratione, actionem negotiorum geſto-
rum vtilem contra non ſoluentem tribuentibus.
Accurſ. in l. 1. C. de duobus reis Bald. & Leoninus in d.
l. ſi diuerſa. C. de locato. Etſi enim is, qui ſoluit, manda-
tum non habuit, tamen vtiliter geſſit negotium non
ſoluentis, & fecit, quod non ſoluentem facere opor-
tuerat, argumento l. 1. §. nunc tractemus. D. de tutela, &
vtil. cur. cauſa act.

143 Quia potiò, ſi duo † vel plures rei debendi con-
ſtituantur, is, ad quem pecunia peruenit, loco debi-
toris eſt principalis, reliqui verò loco ſunt fideiuſſo-
rum, l. actione. 65. §. ſi communis. ff. pro ſocio ex Accurſio,
Hippolyto, Gabrielio, & Crauetta, Valentin Fran-
cus de fideiuſſ. cap. 4. nu. 174. Idcirco fideiuſſores cre-
ditori exigenti beneficium excuſſionis obijcere, & à
iudice obtinere poſſunt, vt is ad cuius manum pecunia
peruenit, primum omnium ſumptibus fideiuſſorum
excutiatur, ex Bart. Hippol. Duen. & Gabrielio Fran-
co d. loco. numero. 175. & dicam infra cap. 27. part. 1. nu-
mero 160.

144 Denique fideiuſſori † aduerſus confideiuſſorem
competit, quandoque actio AD INTERESSE, &
damnum, ſi forte vni ex fideiuſſoribus denuntiatio
fiat, vt pecuniam ſoluat, is verò id debitorem & con-
fideiuſſores ſuos celet, vt apertè deciſum eſt in iure
Bohemico ſub. tit. his verbis: Jo ordinat. fuit decretum
quod fideiuſſor habeat terminum ad ſoluẽdum pecu-
nias pro quibus fideiuſſit ſex mẽſes, & ille qui promi-
ſit conſeruare dictum fideiuſſorem indemnem ipſe te-
neatur ad omnia damna, & expenſas paſſis, & paſſu-
ras, &c.

145 Cæterum † in Rubrica huius capitis addidi, non-
nunquam etiam CONTRA ALIOS fideiuſſori
146 actiones quaſdam competere. Quid enim ſi † actori
oblatus ſit fideiuſſor idoneus, vel adprobatus, iſq; non
ſit acceptus? Poterit vtique, tanquam de iniuria ſibi
facta queri, intentata INIVRIARVM ACTIONE, l. 5.
§. qui pro re i ff. qui ſatiſd. cogant. Ioſeph, Ludouic. deciſ.
Lucenſ. 4. nu. 16. & 37. Arnold, ab Hierſolt in aduerſ.
action part. 1. actione 10 nu. 6. Ioan. Harpprechtus. in
tract. criminali ad tit. Inſtit. de iniurijs §. iniuria autem 1.
147 num. 25. mihi pag. 117. Non ſolum † contra credito-
rem vel accuſantem: ſed etiam contra iudicem ipſũ,
ex capite Syndicatus Cyrilius Fulgeon. in ſum. crimin.
Rubr. 13. de fideiuſſor §. 2. nu. 7. Valent. Francus de fide-
iuſſ. cap. 3. num. 165. ex Schurffio. & Lago Ludouicus
Gilhauſen. in tract. de iniur. & famoſ. libel. §. 5. numero.
114. & 115. Et dixi ſupra cap. 9. numer. 41. & cap. 18.
num. 22.

148 Quid, ſi etiam † fideiuſſor aliquam moram in ſol-
uendo nectat, eaque ratione conueniatur, ac tandem
ad ſolutionem condemnetur, ac tertius animo iniu-
riandi eum moroſum debitorem ac mendacem ap-
pellet? Certè iniuriarum actioni obnoxius erit, per ea
quæ tradidi ſupra cap. 19. nu. 44. Et facit huius iniuriæ
nominatim mentionem Statutum Lubecenſe, lib 4. tit.
4. artic. 16. verſ.

149 Quid ſi † etiam Mæuius vendiderit ex bonis ſuis
annuum perpetuum cenſum, fideiuſſoremque dederit
Septicium, eumque indemnem conſeruare promiſerit,
deinde autem illa ipſa bona cenſui obnoxia vendiderit
Sẽpronio, qui onus exſtinguendi prædicti annui cẽſus
in ſe ſimul ſuſceperit, ſubintrãdo in locũ Mæuij, & pro-
mittendo, quod ille in poſterum, nec pro cẽſu, nec pro
ſorte principali moleſtari debeat, ſed promiſſis non
ſteterit, & ſic Septicius pro ſoluendo cenſu, tam præ-
terito quam futuro fuerit conuentus, & excuſſus, Non
eſt dubium, quin Septicius Sempronium pro indem-
nitate ſui conuenire queat. Etſi enim hoc caſu inter
Septicium, & Sempronium nihil eſt actum, vnde di-
cendum videbatur, nec Mæuij pactum Septicio quid-
quam prodeſſe, poſſe iuxta diſpoſitionem l. vano C. de
hære d. vel act. vend. Quia tamen hoc caſu Septicius non
eſt plane extraneus, & præterea pro cenſu præterito,
& futuro principaliter eſt obligatus, imò, & moleſta-
tus, & tandem (vt ita loqui cum Pragmaticis liceat)
executus, ex arte æqui, & boni omnino ſtatuendum
eſt, vigore pacti inter venditorem Mæuium, & empto-
rem Sempronium initi, eum contra Sempronium age-
re poſſe: luatur n. fideiuſſor ex iuribus principalis,
pro quo fideiuſſit, & illis vti poteſt, l. 2. ff. quæ res pign.
oblig. poſſ. l. conſtitutionem. & ibi Bald C. de vſuris. l. omnes.
ff. de except. Hippol in Rubr. de fideiuſſ. q. 56. numer. 267.
Maximè cum Sempronius non tantum promiſerit,
ſoluere, verum etiam addiderit: Ita & taliter, quod in
futurum nulla moleſtia inferatur, ſubintrando in lo-
cum Mæuij, &c. pulchre Vincent. Caroc. deciſ. 47.
per totam.

150 Sic ſi † fideiuſſor Titio cuidam leget, eiuſque fi-
dei committat, vt creditori ſoluat, fideiuſſoris hæres
cum Titio EX CAVSA FIDEICOMMISSI agere po-
terit, quia intereſt ipſius, legatarium ſoluere, l. ſi cui.
151 49. § pen. ff. de legat. 1. Num † vero furti actionem ha-
bebit fideiuſſor, qui pro colono fideiuſſit? Dicendum
eſt quod non, iuxta textum in l. is cuius intereſt. ff. de
furtis.

152 Vltimo † & contra pignorum poſſeſſores fideiuſ-
ſori datur actio HYPOTHECARIA, vtilis tamen non
directa, l. 2 l. cum alter. 11. l. manda. 14. C de fideiuſſ. vbi
id etiam Donellus notat, quem ſequitur Treutlerus
diſput. 28. theſ. 6. lit. F. & vide quæ dicam cap. ſeq. nu 109.
& ſeqq. Idque in tantum procedit, vt actio perſonalis
mandati contraria ex fideiuſſione cum Hypothecaria
ria ex recepta conſuetudine Germaniæ cumulari poſ-
ſit, Myſig. cent. 1. obſ. 58. Academia Altorfina conſil.
104. in pr. mihi pag. 684. vbi ſequentem in modum pro-
nuntiauit: pater qui conqueſtus eſt de filia ſua vidua
cuius bona ob prauam gubernationem à Commiſſa-
rijs fuere oblata; eo quia pater iure iis, & dicta vidua,
tunc illius vxor fideiuſſionem fecerunt. ordinatum eſt
quod creditori ſoluat ſummam capitalem, & amplius
27. & 57. ſupradictam ſummam, &c. quia ſit de iure,
153 &c. An vero fideiuſſor † rem ſibi pro ſecuritate ue-
xam actione hypothecaria perſecutus, ſi nihil conſe-
qui poſſit, ab actione reali deſiſtere, & non obſtante
litis pendentia ob perſonalem redire poſſit, quem ca-
ſum hiſce diebus in facto habui, explicari poteſt ex
ij, quæ tradit Colerus de proceſſ. execut. p. 1. c. 8. num. 31.
vſque ad nu. 60.

154 Quo † etiam remedio fideiuſſor in criminalibus
datus, ſi pro condemnato ſoluerit, ſolutum repetat,
conſulat lector Bal. in l. fi. in vend. e. C. vbi cauſæ fi-
ſcales, & Paul. de Caſt. in l. ſi quis cum procuratoria ff. de
procurator. Hieron Magon. deciſ. Lucenſ. 92. num. 31.
& 12. & deciſ. 100. num 41. vbi in terminis firmat,
155 quod † fideiuſſor ſoluens pro condemnato poſſit
implorare OFFICIVM IVDICIS maleficiorum, vt
conſeruetur indemnis, eo quia id venit incidenter
in eodem officio, per modum ſequelæ, ſequitur Felin.
in c. cum oporteat. col. fi. ext. de accuſ. Tiraq. in tract. res in-
ter alios acta. verſ. cum proxime. Fulu Pacian. de probat.
156 lib. 1. c. 16. nu. 46. Ratio rationis eſt, quod † iudex in
principali, eſt quoq; iudex in acceſſorio, Ant. de Butr.
in c. de prudentia. extr. de donat. int. vir. & vx. Aretin. in

157 *conſ.83.col.2.* vbi ait: Quod iuriſdictio † ſuper re lo-
cata, competat etiam ſuper intereſſe, Hinc dicit Ste-
phan.de Phedericis *de interpretat. legum lib.1.verſ. 8.ar-*
158 *gumentum.* quod † cognitio cauſæ incidentis com-
petat illi, qui iudex eſt in principali, etiam ſi talis eſſet,
de qua ille principaliter cognoſcere non potuiſſet.
Sequitur Ioan Finhard. *in conſ.13. nu. 21. par. 2* & ante
illum probauit Socin. *conſ. 244. num.4. volu.2.* de quo
ſimiliter vide And. Gail. *de arreſtis Imperij cap. 13.nu.*
*7.*Mirant *in ſpeculo.par.4.Rubr. An ſit iudicium convent.*
vel reconvent.nu.30.& 32 Ludolph. Schrader. *de feud.*
par.10.ſect.1.nu 98 & 99.
159 Inuenies tamen etiam † apud eundem Baldum
in l. quicunquam C.de ſent. quæ ſine certa quant. profer. &
in l. fin.C.de vſuris rei iudic. An fideiuſſor carceratus
petat à reo principali factum, hoc eſt, vt extrahatur,
& liberetur è carcere, an vero intereſſe, quod ita de-
tinetur pro debito, Mihi ſatis eſt locum tibi indicaſſe,
160 neque † enim opus multitudini multitudinem ad-
161 ijcere, *v. aut Nouell 58. cap. 6.* quid potius † compen-
dioſa deductio commendationem meretur, vt pro-
bat textus *in l. ampliorem 39.§.1. ff. de appellat. facit text.*
in tit. de confirma. Digeſtor. §. 16. & in Nouell. 44. §. 3.
Vnde etiam Symmachus *in epiſt. ad Theodoſ.* dicit: *Ego*
in referendo prolixus eſſe non debui.
162 Sed fieri † poteſt, vt quamuis fideiuſſor debitum
plenarie ſoluerit, vel alias ſatisfecerit, creditor tamen
illum diffamet, quaſi adhuc ſibi obſtrictum, quomodo
igitur hoc caſu fideiuſſori ſubueniemus? Crediderim
illum rectè implorare poſſe officium iudicis, ad hoc,
vt creditori diffamanti certum tempus, ad proban-
dum obiecta, vel audiendum perpetuum ſilentium
ſibi imponi, præfigatur, *arg. l.3.C. qui bonis ced. poſſ* tra-
dit Bertachin *in repertorio verb. fideiuſſor agit. verſic. 9.*
163 *mihi pag 479.* Eſt enim † iuſta cauſa ſtatuendi termi-
num cauſa diffamationis, ſi quis aliquem infamet,
quod ſit debitor ſuus, vel rei, quam poſſidet alter, ad
ſe pertineat, &c. *l. diffamari. C.de ingen.manumiſſ. l. ob*
commiſſa. in fin. C. ad l. Iul. de adulter. Hieron. Schurff.
164 *conſ.34 nu.6 cent. 1.* Et ſatis † eſt probari, quod cre-
ditor talia in eius præſentia vel coram paucis dixerit.
Baldus *in d.l. diffamari.* Barthol. Blarerus *in repetit. d.*
legis.cap.1.nu 9 pag.48 verſic eſt igitur iuſta.
165 Quod ſi porrò iam impudens, & improbus ſit cre-
ditor (aut etiam eius hæres *l. ſi teſtamento, 49. in princ.*
ff de fideiuſſ pulchre Petr. Gilkenius *in tract.de præſcr.*
part.1.cap.1. num. 55. & par. 2.cap.4.num. 10. & 11.) vt
ſola diffamatione non contentus, ad realem quoq; exa-
ctionem prosiliat, idq; turſus exigat, quod ei vel debi-
tor vel fideiuſſor iam ante ſemel præſtitit, aut illis,
perfecte eſt remiſſum non ſolum improbus eſt qui ve-
lit iterum conſequi, quod accepit, *l ſi quis dolo.51 ff. de*
re iudicat. l. qui ſeruum. 24. ff de oblig & act. ſiquidem bo-
na fides non patitur, vt bis idem exigatur, *l.bona fides.*
57.ff.de regul.iur.c.bona fides eo.tit. in 6. Verum etiam
166 per exceptionem doli mali repellitur, & meritò † au-
dit illud vulgatum: Quod petis intus habes, *l. 1. vbi*
Bar. C de re iudic. l.3 § pen ff.de tabul.exhib l.ſi ſemel.26.
ff de dolo. textus expreſſus in d. l. ſi teſtamento. & ibi Go-
167 *thofred. in glo. F. & G.* Imo, & † crimen ſtellionatus
incurrit, *tex.ſingul.in l.ſi fideiuſſ.§.in omnibus. & ibi glo.*
& Bart. ff. mandati Zaſius *in §.ſed hæc quidem. num.6.*
& 7. Inſtit. de actionibus. Ioann. Goddæus *in l.ſi calum-*
nietur. 232. in princ.nu.3. ff. de verb.ſignif. Sanè iure Bo-
168 hemico longè grauior † pœna ſtatuta eſt in eum,
qui ſemel ſolutum, ſciens iterum exigit, his verbis:
Si aliquis admonitus eſſet, & cognoſceret ſe exigiſſe
ab aliquo ex ſuis debitoribus quandam pecuniæ ſum-
mam: & iterum illam repeteret per ſcripturam ali-
quam, vel per teſtes, pro fure, & improbo erit cogni-
tus, bona ſua fiſco ſint applicata, &c.

CAPVT XXVI.

Quid fideiuſſor actionibus ſuis petat, vel conſequatur.

SVMMARIA.

1 *Fideiuſſor repetit omne id quod ſoluit. Et num.3.*
2 *Fideiuſſor ad ſolutionem non debet eſſe nimis proclivis.*
4 *Fideiuſſor plus conſequi non poteſt, quam ſoluit. Et nu.5. 6.& 7.*
8 *Fideiuſſori competit ius paratæ executionis aduerſus debitorem, ad conſequendum id, quod executiue ſoluit.*
9 *Pragmatica ſanctionis Imp. D. Rudolpi II. beneficio in Marchionatu ſuperioris Luſatiæ, in debitorem ius paratæ executionis competit, licet fideiuſſor, executiue conuentus, nondum actualiter ſoluerit.*
10 *Fideiuſſor honeſtam exceptionem in ſuam perſonam conceptam, ſcienter omittens, & ſoluens, nihil repetit. Sed declaratur tamen. vt num. 13. 14. & 15. Item num. 34. 35. & 36.*
11 *Remedijs oportunis, qui non vtitur, in dolo verſari videtur.*
12 *Conductor exceptionem competentem non opponens ſibi præiudicat, etiamſi conſtaret de ea per viam notorij.*
16 *Paupertas ab interpoſitione appellationis non excuſat.*
17 *Exceptionem minus honeſtam, & de apicibus iuris, fideiuſſor impunè omittit.*
18 *Temerarium eſt ſuper re liquida litigare, & contendere.*
19 *Iure Bohemico creditor, cui chirographum, certum ſolutionisq; præfixum terminum continens, datum eſt, intra tres annos, & 18 ſeptimanas, debitum repetere cogitur, alias repelli poteſt.*
20 *Ignorantia facti, ratione non interpoſitæ exceptionis, fideiuſſorem excuſat. Quod ampliatur. nu 21. & 22.*
23 *Fideiuſſor per iniuriam iudicis damnatus, iure mandati nihil repetit. Durum tamen illud ipſum quin ſit, non eſt dubium nu. 24.*
25 *Iniquius nihil, quam exitu rei quem obligari. Et num.26.*
27 *Conſilij mali pœnas nemo vnquam luit, ſi non ipſe malus.*
28 *Conſilij malum exitum redargutio facilius ſequitur, quam bonum laus.*
29 *Moſynorum mos reprobatur, qui regem ſuum in turri concluſum alebant, & ſi quis malè conſuluiſſe aliquando videretur, fame necabant.*
30 *Lex ſcripta, quamuis dura, tamen obſeruanda.*
31 *Lex poſtquam condita eſt, iudicandum eſt ſecundum ipſam, non de ipſa.*
32 *Iudex per iniuriam multis modis damnari poteſt. Et quomodo hæc vindicetur, num.33.*
37 *Valentin. Franckus in tract.de fideiuſſ.c.5.nu.515.declaratur.*
38 *L. exceptione, 67. ff. de fideiuſſorib. explicatur. Et num.39.& 40. item non 44.*
41 *Fideiuſſor, propter non bona fide interpoſitam appellationem à ſententia iniurioſi iudicis, in culpa conſtituitur.*
42 *Fideiuſſor executionem ſufferre cogitur ratione expenſarum, licet allegat, non fuiſſe legitimam perſonam, pro qua fideiuſſit.*
43 *Fideiuſſor ad emanatam citationem non comparens, ſi condemnetur, nihil repetit, ex iure Bohemico.*

45 *Indem-*

45 *Indemnitatis promiſſio an inferat, quod fideiuſſor indemnis ſit ſeruandus, ſi iniuria iudicis fuerit damnatus, exponitur. Et nu. 49. vſque ad nu. 60.*

46 *Iniuria facta fideiuſſori reputatur quidem caſus fortuitus.*

47 *Vt, & imprudentia iudicis, & ſententia iniuſta.*

48 *Caſum fortuitum nullum humanum conſilium prouidere poteſt.*

52 *Caſuum fortuitorum præſtatio pacto ſuſcipi poteſt.*

53 *Indemnitatis promiſſio omnia damna complectitur.*

54 *Negotium fideiuſſionis principaliter debitorem ipſum reſpicit.*

55 *Iniuria magna eſſet, ſi fideiuſſor remaneret in damno.*

56 *Donatura mandati eſt, vt quis teneatur ad reficiendum damnum, etiamſi caſu fortuito illud contigerit.*

57 *c. peruenit. extra de fideiuſſorib. explicatur.*

58 *Fideiuſſor ille, quem principalis debitor indemnem ſeruare promiſit, ſi à creditore ad ſolutionem cogatur, iſque rurſus aduerſus debitorem ſatiſagere velit, quomodo cautè libellum ſuum formare debeat.*

59 *Indemnis quis pluribus modis ſeruari poteſt.*

60 *Fideiuſſor damna, quæ propter fideiuſſionem pertulit. Item, Intereſſe, ſumptus, & expenſas litis repetit. Et nu. 63. 66.*

61 *Obſtagij expenſæ quales eſſe debeant, & num repeti poſſint, remiſſiuè nu. 62. ex Daniele Mollero.*

64 *Damna, & intereſſe prius liquidari debent quam exequantur. Et ad id adducta quoq; conſtitutio D. Imper. Rodulphi II. Statibus Marchionatus ſuperioris Luſatiæ communicata, nu. 65.*

67 *Fideiuſſor pendente iudicio ſibi ſubminiſtrari expenſas petere poteſt.*

67 *Fideiuſſor temere litigans cum illo, cui fideiuſſit, & ſuccũbens, inque expenſas condemnatas, eaſdem ſolutas à principali repetere non poteſt. Quod tamen declara ex Bertazolio, vt nu. 69.*

70 *Fideiuſſor in caſum ſuccumbentiæ datus non tenetur, ſi pars obtineat, ex cauſa deſertionis.*

71 *Damnorum appellatione non veniunt expenſæ. Sed limita, vt nu. 73.*

72 *Damnis remiſſis, non remittuntur expenſæ.*

74 *Debitor metu denegatæ iuſtitiæ coactus iurare de indemnitate fideiuſſorum, eo nomine agere poteſt, modo fideiuſſores ſimul citentur.*

75 *Damna, ſumptus, & expenſæ litis vt ſolo dicto, vel iureiurando fideiuſſoris taxentur, conueniri poteſt. Et nu. 76. 77. 78. 80. 81. 82. 83. 84. 85.*

79 *Fatuus eſt, qui contra ſe pronuntiat.*

86 *L. iam tamen. §. quid tamen. ff. iudic. ſolui declaratur.*

87 *Vſuras à ſe ſolutas an fideiuſſor repetere poſſit, diſcutitur per adductam diſtinctionem.*

88 *Debitor pecuniæ debitæ reſtitutionem effugere cupiens, exceptionem prauitatis vſurariæ obiicere ſolet.*

89 *Fideiuſſori, ſecundum quoſdam, nulla de iure Canonico actio competit ad repetendas vſuras ſolutas. Quod ampliatur. num. 90.*

91 *Fideiuſſor, ſi medio iuramento vſuras ſoluere promiſerit, repetitionem non habet.*

92 *Statutum ſi dictet, quod fideiuſſores ad vſuras conuenti non debeant opponere exceptionem prauitatis vſurariæ, poſſunt eas ſolutas condicere.*

93 *Fideiuſſor de facto vſuras ſoluere coactus, eas repetit.*

94 *Fideiuſſor non ſolum ſortem ipſam, ſed etiam vſuras licitas creditori initio promiſſas, poſtea verò vna cum ſorte ſolutas licitè repetere poteſt, non ſolum de iure ciuili, ſed etiam de hodierna conſuetudine, non attento iure Canonico. Et num 95 96.*

97 *Fideiuſſores etiam in concurſu plurium creditorum vſuras ſolutas licitè repetunt, & conſequuntur.*

98 *Conſuetudo in materia vſurarum eſt attendenda.*

99 *Fideiuſſor in caſu l. Quintus. Mutius. 48. in princ. ff. mandati. vſuras ſolutas non repetit.*

100 *Fideiuſſor ſoluens rebelli Eccleſiæ, quod pacto nudo promiſerat, à principali repetere poteſt, quia verecundum fuiſſet fidem datam fallere Quæ tamen doctrina limitatur. nu. 101. & 102.*

103 *Fideiuſſor eius pecuniæ, quam pro debitore de proprijs opibus, vel ab alijs mutuo acceptam erogauit, vſuras, mandati actione rectè repetere poteſt Et nu. 104.*

105 *Fideiuſſor mutuam pecuniam ſub vſuris maioribus, accipiens, eaſdem rectè repetit. Quod amplia, & declara, vt nu. 106. & 107.*

108 *Neceſſitas probari debet, non fingi.*

109 *Fideiuſſor ex cauſa fideiuſſionis pecuniam ſoluens, non ſolum pecuniam, ſed & pignora in obligationem deducta conſequi poteſt.*

110 *Creditor ius pignorum in fideiuſſorem ſoluentem transferre debet.*

111 *Fideiuſſor debitum exſoluens, & pignora à creditore accipiens, non videtur emptoris loco, ſubſtitutus, ſed ſoluenti illud, quod expenſum eſt, eadem reſtitueretur. Quod ampliatur. nu. 112. 113. 114.*

115 *Fideiuſſori ad ſolutionem iudicialiter condemnato ſi reſeruetur, pignus ad ſolutionem, an pignus prætorium, vel iudiciale, vel ius ſaltem reale, ac conſtitutum dicatur, excutitur. Et nu. 116. 117.*

118 *Reſeruatio eſt remedium iuris conſeruatiuum.*

119 *Fideiuſſor pro officio fideiuſſionis mercede accipere poteſt. Et nu. 120. Eaque eſt communis opinio. nu. 121. Sed contrariũ ex Molinæo, Couarruuia, Franco, & Caſparo Roderico Hiſpano laudat auctor, n. 122. Declarans tamen nu. 134. 135. 136. 137.*

123 *Fideiuſſionis officium gratuitum eſſe oportet.*

124 *Officio nihil magis contrarium eſt, quam merces.*

125 *Amicitiæ ſignum eſt pro aliquo fideiubere.*

126 *Creditori obligationis periculum, debitore proteruiam faciente, incumbit.*

127 *Aduocatus pro clientulo ſuo fideiubens nihil paciſci poteſt.*

128 *Tutor non poteſt ſalarium iure petere. Et numer. 129. & 130.*

131 *L. ſi remunerandi. 6. §. Marius. ff. mandati. l. hoc iure 19. §. Leo. ff. de donat. intellectus. Et nu. 148.*

132 *L. rogaſti. §. 1. ff. de reſcrip. verb. explicatur.*

133 *L. antiqua. in prin. C. ad Velleian. ſenſus exponitur.*

138 *Multa peti nequeunt, quæ tamen ſponte data rectè habentur. Et nu. 139 & 141.*

140 *Laudabile eſt referre bene meritis gratiam.*

142 *Iudices poſt latam ſententiam, an à parte victrice honorarium accipere liceat, remiſſiuè ex Petro Royzio*

143 *Teſtis, poſt dictam in bona cauſa teſtimonium, an idem liceat, ibidem.*

144 *Fideiuſſor ſi aliquid accipiat à debitore ratione periculi, cui ſe exponit, vel ratione laborum, quos ſuſtinet, non eſt reuera vſura, quia abeſt fraus. Et. nu. 145.*

146 *Creditor, ſi quid ei à debitore vltra ſortem vltro, & ex grato animo detur, id ſaluis legib. accipere poteſt.*

147 *Prohibitum dari propter bonum publicum, prohibitum quoque eſt accipi à ſponte dantibus.*

149 *Merces quoque eſt in remuneratione.*

150 *Homines grati hanc quodammodo legem ſibi imponunt, vt debere ſe, & quod ſponte tribuunt, exiſtiment.*

FRuſtra fideiuſſorem diuerſas actiones intentare diceremus, ſi ea nihil certi peteret, aut perſequeretur, ſiquidem actio per ſe eſt ius perſequendi, adeo, vt nemo perſequendo deteriorem faciat cauſam ſuam, ſed meliorem, *l. nemo 87. ff. de Reg.* Verum quemad-

Google

modum ſupra c. 24 dixi creditoris actiones certis li-
mitibus concludi. Ita etiam hic ſciendum eſt, fide-
iuſſori modum aliquem præſcriptum eſſe, quem ſua
petitione excedere nequit.
1 Principio † igitur fideiuſſor id repetit, quod pro
2 debitore, vel confideiuſſore ſuo ſoluit (ad quod † ta-
men non deber eſſe nimis procliuis, ne iura princi-
palis ſui proſtituat, & peſſundet, vt prudenter monet
Hieron. Magonius *deciſ. Lucenſi 92. num. 7.*) neque id
magna elucidatione opus habet, textus ſunt clari *in l.
ex mandato. l. mandati. ff mandati. & dixi c. præcedente.*
At quemadmodum hic nihil intereſt, qualis ſit ſors,
3 quæ ſoluta fuit: Ita etiam nihil refert, ſolutio † ſitue
vera, vel an imaginaria, vt acceptilatio, delegatio,
compenſatio, oblatio, obſignatio, & depoſitio, &c.
vtrobique enim fideiuſſori repetitio competit, vt col-
ligi poteſt ex iis, quæ dixi ſupra *c. 20. §. 1. ac facit l. idem-
que 10. §. vlt. l. 11. l. 12. ff. mandati. Arius Pinellus in l. 1.
part 3. num 61. C. de bonis maternis. Hippol. in Rubric. de
fideiuſſ. num. 312.*
4 Cæterum ex † hoc initio colligitur, eum plus con-
ſequi non poſſe, quam quod ſoluit, *l. mandati. verſ. quæ
deberi comperérit, reddi iubeb. 1. C. de fideiuſſor. l. inter cau-
ſas. § præterea. ff. mandati.* Ideoque ſi vltra hoc, quod
debitor accepit, ſe daturum fideiuſſor ſcripſit, certè iu-
5 dex ex hoc, quod vltra mandatum † debitoris à fide-
iuſſore numeratum eſt, à debitore nihil exigi patietur,
l. ſi vltra. 22. C. de fideiuſſorib. Cuiac. lib. 19. obſ. c. 15. Imò
6 † ſi fortè exigat, quod ipſemet non ſoluit creditori-
bus, non abs re dicimus, illum obnoxium fieri diſpoſi-
tioni *l. 1. C. ex quibus cauſis infam. irrogatur.* Multò au-
7 tem † magis fideiuſſor ſortem à ſe ſolutam repetit, ſi
appareat illam indebitam fuiſſe, quinimò, quo minus
conſequi poteſt ab eo, qui ſoluit, à debitore mandati
iudicio conſequitor, *l. indebitam. 47 ff. de condict. indeb.
l. indebitam. C. de fideiuſſ.*
8 Hoc † amplius, ſi fideiuſſor pro reo principali ſum-
marie, & executiuè ſit exactus, rurſus ei aduerſus debi-
torem ius paratæ executionis ad conſequendum id,
quod ſoluit, conceditur. *Bald. in l. fin § 1. nu. 3. C. de vſu-
ris rei iudicatæ. Angel. in l. cum coruus. num. 3. C. de ſent. &
interloc. om. iud. Celer. de proceſſ exec. p. 1. c. 10. num. 315. &
9 par. 3. c. 2. nu 30.* Notabis tamen, † hanc doctrinam per
pragmaticam ſanctionem Imp. Rodulphi II. in Mar-
chionatu ſuperioris Luſatiæ, Anno 1582. 18. Maij, eo
extenſam eſſe, vt in debitorem ius paratæ executionis
competat, licet fideiuſſor executiuè conuentus, non-
dum actualiter pecuniam ſoluerit, & ita conſtitutum
eſt, euenit multories, & eſt quaſi commune. Quod fi-
deiuſſores extra ſcripturæ vim, ac robur ſint fideiuſſo-
res, & omnia iura volunt, quod omnis, & quælibet exe-
cutio aduerſus dictos lata ſit ad fauorem creditorum.
Tamen in hac executione bonorum neceſſaria eſt ali-
qua moderatio ad excuſſionem bonorum, quæ talis
eſſe debet, vt non excedat ſummam de qua facta fuit
fideiuſſio, & ita de iure eſt, &c. Quod etiam pro limi-
tatione quadam referri debet ad caput præcedens,
num. 6. & 7.
10 Sed hoc † taliter definito, quæritur nunc, quid di-
cendum ſit, ſi fideiuſſor, cum haberet honeſtam exce-
ptionem, pacti fortaſſis in ſuam perſonam concepti,
vel tranſactionis vel appellationis, eam ſcienter omit-
tat, & ſoluat, an, quod ſoluit, mandati actione repe-
tere poſſit? Et verius eſſe puto, eum mandati actio-
11 nem non habere. In † dolo enim verſari videtur, qui
oportunis remedijs non vtitur, *l. ſi fideiuſſor. 29 ff. man-
dati. l. ſi pro ea. vbi gloſſ. in verb. appellatione. Cod. de fide-
iuſſ.* Bald. *conſil. 395. num. 4. lib. 2.* Angel. *conſil* 177. *num. 3.*
Cuiac. *ad Afric. tract. 8. mihi pag.* 512. Franc. Marc. *q.* 582.
p. 1. Cranetta *conſil. 97. numer. 7. & in conſil. 371. numer. 3.
verſ. neque mutat.* Magonius *deciſ Florent 30. numer. 1. ad
deciſ. Lucenſ. 92. per to.* Rota Genuenſis *deciſ. 28. nu-
mer* 8. *&* 9. Guid. Pancitol. *conſil. 16 numer.* 20. Daniel.
Mollerus *lib. 2. ſemeſt. c. 40. num. 2. & ſunt tex. in fin. §. illud
verſ. ſumma ope. C. de temp. appell. & in l. à ſententia. ff de
appell.*
12 Eodem ferè † modo conductor rures aliqua exce-
ptione, eamque non opponens, ſibi præiudicat, etiamſi
conſtaret de ea per viam notorij. *Bartol. in l. ſi vnus. §.
pactus ff de pactis. Decius in l. non videtur. num. 3. ff. de reg.
iur. Cephal. conſ. 584. volum. 4.* & qui eos citat Vincent.
Catocius *in tract. de locat. & conduct. tit. de except. par. 3.*
aliaque in eandem ſententiam extant exempla *in leg. ſi
bonam C. de admin. tut. l. liberto. §. item. ff. de negot. geſt. l.
ſi fundo. 53. §. 1. ff. de euict. vide etiam Erneſt. Cothman. in
reſponſ. 25. num 11.*
13 Benè autem † dixi, hæc tum demum procedere, ſi
ſciens omittat: Si enim ex ignorantia facti (non iu-
ris) vel etiam ex paupertate, exceptionem ſibi com-
petentem, puta appellationis, vel ſimilem, omiſerit,
excuſatur, vt traditur *in l 8 § vlt. ff. mandati. l. 4. l. ſi pro
14 ea. C. eo.* modo † tamen iſto caſu, quando paupertas
appellare non permiſit, nihilominus principali ſuo
denuntiet, num is appellandum putet, *d. l. 8. §. vlt. & d.
l. demque 10. §. generaliter ff. mandati.* Iaſon. Alciat Soc.
iun. Ruin. Bologn. & alij *in l. 4. §. Cato. ff de verb. oblig.*
15 quæ † communis eſt opinio iuxta Boer. *deciſ 247. nu.*
16 14. Bernard. Afflict. *in collect. iuris. num. 569* Etſi † enim
paupertas fideiuſſorem excuſat à proſecutione appel-
lationis, quæ etiam viua voce facilimè fieri poteſt, non
excuſat, incumbit ei neceſſitas prouocandi, *d. l 8. § vl-
timo ff. mandati, d l. à ſententia. in princ. ff de appell. gloſſ. &
Doct. in l. inuitus. C. de procurat. Franc. Marcus quaſt. Del-
phin. 586. num. 2 part. 1.*
17 Similiter, † ſi exceptio fortaſſis ſit minus honeſta,
vel de apicibus iuris, impunè eam etiam fideiuſſor
amittit, & nihilominus mandati actionem habet. *l. ſi
fideiuſſor. §. quædam l. idemque 10. § generaliter ff mandati
gl. in l. emptor ff. de euict. Afflict. deciſ. 49. num. 3. late Iac.
18 Cuiac. lib. 11. obſer. cap* 40. Eſſet † enim temerarium,
ſuper re liquida, & clarè debita, quæque nulla tergi-
uerſatione celari poteſt, litigare, ac contendere, non
agnoſcendo bonam fidem, *tex. in l. quotiens, § nec vti-
que. ff. de adminiſtrat tuto.* Rolandus à Valle *conſil. 6. nu-*
48. *lib.* 1. Hieronymus à Laurentiis *deciſ. Auenio.* 111.
num. 8.
19 Ex † quibus etiam ſumi poteſt deciſio quæſtionis,
quæ meo tempore in iudicio Regali Budiſſinenſi apud
Luſatios 26. Ianuar. Ann. 89. propoſita fuit. Conſue-
tudine namque receptum eſt in Bohemia, ſi creditor,
cui chirographum (certum ſolutionique præfixum
terminum continens) datum eſt, intra tres annos, & 18.
ſeptimanas poſt lapſum præfixi termini, computan-
dos, vigore iſtius chirographi pecuniam non repetat,
quod poſſit deinde agens à debitore repelli, cuius iu-
ris Bohemici formalia verba hæc ſunt, ſub tit. In no-
ſtris ordinatio. Statutum eſt, quod ſi aliquis haberet
ſcripturam: in qua nominata eſſet aliqua pœna con-
traria regulis moribus, ac inſtitutis noſtræ regionis,
ille ſit per tres annos, & 18. hebdomadas exul. & ſi
aliquis eſt creditor, & de credito conſtet ſcriptura: ſi
in illo termino eas non repetat à debitore; repelli de-
bet, &c.
Quærebatur igitur, cum creditor poſt illum tempus
elapſum conueniſſet fideiuſſores, illi verò, tanquam
forenſes, & in alio diſſito territorio domicilium ſuum
habentes, conſuetudinis iſtius ignari ſoluiſſent, non
vſi ac exceptione, vtrum regreſſum haberent aduer-
ſus

ſus debitorem? Et pro fideiuſſoribus iudicatum fuit, ex eo potiſſimum fundamento, quod ignorantia † facti fideiuſſorem, ratione non oppoſitæ exceptionis excuſat, conſuetudines autem locales ſunt facti, teſte Menochio *in conſil. 37. num. 92 & conſ. 75. num. 60. ac eſt tex. in cap. 1. de co ſtit. in 6.* ſequitur VVeſenbec. *ff. de legibus, in fin.* Idque multo magis locum habere
21 arbitror, ſi illam ipſam † ignorantiam medio iuramentu à iudice delato, probare non ſubterfugiat, iuxta interlocutoriam Cam. Imperialis in caſu magis dubio, ratione nimirum ignoratæ pragmaticæ ſanctionis, 16. Auguſti, Anno 1514. latam, vt apud Sai-
22 lerum cernere licet. Et † verò hæc non tantum in prædicto caſu iuris Bohemici: ſed & in pluribus alijs exemplificari poſſunt, quos beneuolus Lector petat ex Ioanne Andreæ *in additionibus ad Speculator. tit. de fideiuſſor in princip. verſic. item pone Bononiæ.* Anto. Pichardo Vinueſa *in tit. Inſtit. de literar. obligat. in princip. num. 16 & 17.* Daniele Mollero *ad conſtitut. Saxon. part. 2. c. inſtit. 9. num. 6.* Petro Gilkenio *in tract. de præſcrip. part 2. memb. 2. cap. 4. num. 12.* Hier. à Laurentijs *deciſ. Aueniens. 86.* Statuto Lubecenſi *part. 1. tit. 5. artic. 1. & 2.*

23 Quid autem † dicemus, ſi fideiuſſor exceptione, quæ ipſi prodeſſe debebat, vſus quidem fuerit, nihilominus iniuria iudicis ſit damnatus, præſtabitur ne ipſi aliquid iure mandati? Sanè Paulus *in l. exceptione 67. ff. de fideiuſſoribus,* hunc modum diſſoluens, apertè ſtatuit, fideiuſſori iſto caſu nihil præſtari iure mandati, quia iniuriam, quæ ipſi facta eſt, penes ipſum manere, quam ad alium transferri æquius ſit, cum quo tranſit Cuiacius *tractatu ſexto ad Africanum. mihi pagina 271.* & multis comprobat Cardinalis Pariſius *in conſil. 104. libro 3. per totum.*

24 Fateor † tamen illud ipſum admodum durum eſſe, ſi ut etiam ſentit Caſpar. Caballin. *in tractat. de euict. e. 1. §. 5. num. 8. & 9.* pro quo facit textus *in l. ſi ne §. cum autem ff. rem ratam haberi,* vbi dicitur, quod propter iniuriam iudicis fideiuſſores nunquam obligen-
25 tur. Quid enim † iniquius, quam vt exitu rei quis obligetur? teſte Symmacho *libro 19. epiſtola. 69.* Plinio *Epiſtolarum libro 5. Epiſtol. vltima.* Seneca *lib. 7. de beneficijs. cap. 13.* ſiquidem multi cum Vlyſſe conqueri coguntur, vt eſt quod Ouid. *lib. 13. Metamorph.*

Difficilem tenuus ſub iniquo iudice cauſam.

26 Imo † abſurdum eſt, ſi cœptis audacibus aduerſetur euentus, conſurgere in querimonias, & conſultarum diſputationum culpabiles euentus, vt ſcribit Sydon. Apollina. *lib. 6. Epiſt. 6.* ex quo tetulit VVaremund. de Erenberg. *in meditam. pro fœderibus cap. 1. num. 79.* vnde etiam rectè Iuſt. Lipſius *de milit. Roma.*
27 *lib. 5. dialog. 20. Qui † mali conſilij pœnas vnquam luit, ſi non ipſe malus? Fidei vbi conſtat, caligo, & imbecillitas ingenij excuſanda ſunt.* Quid? quod D Bernard. ſcriptum re-
28 liquit: *De † malo exitu conſilij redargutionem facilius ſequi, quam de bono laudem.* Et proinde meritò reproban-
29 dus eſt mos Moſynorum, qui regem ſuum in turri concluſum alebant, & ſi quis male conſuluiſſe aliquando videretur, fame necabant. *Ioan. Stobæus ſermon 44. mihi pag. 615.* Nam vt Saluſt. ad Cæſarem ſcripſit, plerumque fit, vt praua magis, quam bona conſilia proſpere eueniant. quia res pleraque fortuna ex libidine ſua agitat. *Hermannus Kirchnerus in elegantiſſimo ſuo legato lib. 2. c. 10. numer. 13. & ſequentibus.*

Cæterum etſi hæc & ſimilia nonnihil fideiuſſori in
30 ſupradicto caſu patrocinari videntur, lex † tamen in contrarium ſcripta eſt, ideoque obſeruanda erit, *l. proſpexit ff. qui & à quibus man. lib. non fiant.* Frideric. Pruckman. *in §. ſoluta poteſta. cap. 2. numer. 28.* vbi Cæpollam Cacheran, Capiferr. Piſtor. & Seraphin. allegat, quibus addo Decium *conſil. 37 numero 4.* Franc. Ripani *reſponſo 82. num. tertio.* Tiraquell *in præfat.*
31 *de retract. lign. nu. 75.* Poſtquam † enim lex eſt condita, iudicatum eſt ſecundum ipſam non de ipſa, *c. de iſtis diſtin. 4.* Barbat. Cornaz. *deciſ. Rotæ Lucenſ. 139. num. 5.* meritoque hic locum obtinet illud D Hieronymi in Epiſtol. ad Nepotianum, De lege non conquero, ſed doleo, cur meruerimus hanc legem.

32 Per † iniuriam verò iudex multis modis damnare poteſt, puta ſi per errorem ſtultitiam, imprudentiam, turpitudinem ſiue ſordes, gratiam, ambitionem, iram, odium, contra leges, aut ius conſtitutionis, pronunciet, quibus caſibus etiam pro diuerſitate corruptionis diuerſæ coercitiones in iure ſunt conſtitutæ. Operam igitur adhibebit fideiuſſor, vt inueſtiget, ex quo
33 capite ipſi iudex iniuriam faceret. Aut etiam per † appellationem, aut per litis æſtimationem, aut per actionem in factum, aut l. Iuliam repetundarum, aliave remedia ſibi conſulere poterit, *l. ſi pro ea. C. mandati. cap. vnico §. iudices. de pace tenenda. l. vlt. ff. de extraord. cognit. l. 9. ſi iudex. ff. de oblig. & act. l. 7. §. 2. ff de miner. l. 2. & tot. tit. C. de pœna iud. qui male iudic. l. ſi quis aliquid. §. iudices. ff. de pœnis.* atque interim meminerit iſtius Catoniani:

Eſto animo forti cum ſis damnatus inique,
Nemo diu gaudet, qui iudice vincit inique.

34 Non † tamen cum præcedenti caſu confundi debet, ſi fideiuſſor fortè, non ſeruato vllo iuris ordine, de facto tantum, per iniuriam, & violentiam ſuperiorum, ex præcepto pœnali, quidquam ſoluere coactus ſit, tunc enim regreſſum aduerſus principalem habet,
35 ſufficit enim, quod omnem † diligentiam & conatum adhibuit, ne exigeretur, *l. idemque. 10. §. fideiuſſores. ff. mandati.* Hippolytus *in Rubric. de fideiuſſoribus. nu. 186.* Baldus *in l. venditor. §. ſelut ff. de hered. vel action. vendit.* Bartolus *in l. creditor. ff de ſolut. & in tract. de tyrannide, quæſt. 7.* Riminald. ſenior *conſ. 152. lib. 1.* Ripa *in tract. de peſte tit. de priuileg. contract. num. 93.* Laurent Syluan. *conſil. 35. num. 10.* Hieronym. Magonius *deciſ. Lucenſi. 91. num. 58.* Menochius *conſil. 244. num. 65. lib. 3.* qui etiam *de arbitr. iud. quæſt. caſu. 137. num. 14.* explicat,
36 qualis † illa diligentia eſſe debeat, id tandem iudicis arbitrio relinquens. Faciunt tradita per Anton. de Gamma. *deciſ. Luſitan. 303. num. 3.* Lud. Gilhauſen *in tract. de inuer. & famo. libell. §. 7. nu. 50.*

37 Quod † igitur Francus *in tract. de fideiuſſ. c. 5. nu. 55.* dicit, fideiuſſorem iniuſtè condemnatum, ſi alioquin cauſæ non defuit, actione ſibi competente contra principalem vti poſſe, id de hoc caſu, non de caſu *d. l. exceptione 67. ff de fideiuſſ.* eſt intelligendum.

38 Neque † iuuabit, ſi quis vrgere velit verba finalia iſtius legis: *Scilicet, ſi culpa tua iniuſtæ damnationis cauſam præbuiſti.* Præterquam enim, quod Cuia. ad Afric. *tract. 6. mihi pag. 271.* illam adiectionem, tanquam ſpuriam, reijcit, inſuper etiam idem Cuiacius, ac Ioannes gloſſator, & Ludouic. Charondas *in dict. l. exceptione.* aſtruunt, eandem obtinere, etiamſi fideiuſſor, ſine
39 ſua culpa iniuria iudicis damnatus ſit. Et ſanè † *in dicta l. exceptione.* nulla præſupponi poteſt culpa fideiuſſoris. Vſus enim fuit exceptione. quæ ſibi prodeſſe debebat, & nihilominus eum iudex iniuria condemnauit: ne dicam, clauſulam illam finalem protſus rationem Pauli deciſiuam corrumpere, & annihilare. Loquitur enim Paulus de iniuria fideiuſſori per iudicem *in exceptione* facta, non igitur de iniuria, cui ipſe fideiuſſor cauſam præbuerit. Quis enim de eo (cum tam lex de dubitabili caſu fieri debeat, vt dicunt

40 Doctores) vnquam ambigeret? Quin potius † hoc
caſu merito quilibet ſuam culpam luit, & damnum,
quod ſua culpa ſentit, ſibi imputat, non alij, *l. quod
quis ex culpa.203. ff regulis iuris,l.qui proprio.§ item ff.de
procurator bus.* ſui ſiquidem facti nomine pœnam me-
retur,*l.9 l ſi ex duob us.17. in fin. princip. ff. de noxalibus.*
41 Atque † hinc etiam fideiuſſor propter non bona fide
interpoſitam appellationem à ſententia iniurioſi iu-
dicis in culpa conſtitui dicitur *in l.ſi pro ea.C.mandati.*
42 Sic † contra fideiuſſorem fit executio ratione expen-
ſarum, licet alleger, non fuiſſe legitimam perſonam,
pro qua fideiuſſit, quia ferat ſibi acceptum, quod me-
lius ſibi non proſpexit. *Beroius in conſilio 103. volum. 3.
Franciſcus Milanenſis decif.20.nu.1. lib a facinus tradita
per Marant. in ſpec.aur part 6 act.3.num.40.*
43 Quod † euidenter etiam probat ius Municipale
Bohemicum, ſub tit. Ordinatio his verbis: Si aliquis
fideiuſſor extitit pro illo tenetur pro quo fuit fideiuſ-
ſor,& ſic contra eum datur executio ratione dictæ fide-
iuſſionis, &c.
44 Non ignoro † tamen, Doctores *d.l.exceptione.* aliter
intelligere, vt videre licet apud Couarru. *l. 3. reſolut.
cap.17. illat.10* & Cabell. *in d. tract. de euict. §.5. num.8.
9.10.& ſeqq.* Sed eo nunc prolixius non ago.
45 Quia † verò *in cap.peruenit.extr.de fideiuſſor.* dicitur;
Quod debitor fideiuſſorem indemnem ſeruare, item
damna, quæ propter ſolutionem pertulit, reſarcire de-
beat, non immeritò dubitatur, an igitur etiam fide-
iuſſor indemnis ſit ſeruandus, ſi fortè iniuria iudicis
ſit damnatus, iuxta dict. l. *exceptione 67.ff.de fideiuſſor.*
maximè, quia hodie vt plurimum in reuerſalibus lite-
ris fideiuſſores ſibi indemnitatem promitti curant, vt
ab impendenti malo ſeſe defendant.
46 Ratio dubitandi eſt, quod † iniuria facta fideiuſſo-
47 ri reputatur quidam caſus fortuitus, ſiquidem † im-
prudentia iudicis, & ſententia iniuſta caſui fortuito
aſſimulatur: Abbas Panormit. & Andr. Siculus *co-
lum.7. in cap.fin.extr.de empt.& vendit.* Caballi. *de euict.
§.5. num.7.& 8.* Ioan. Lopez. *in cap.per veſtras.de dona.
inter vir. & vxor. cap.66. numer.13.* Afflict *in conſtitut.
Neapolit.Rubr.82.cap.1. numer.4.lib.1.* Sebaſt. Medices
de fortuit.caſib.part.2.quæſt.12.numer.2. Anton.de Gam-
48 ma *decif.285. num.1.* At caſum † fortuitum debitorem
præſtare voluiſſe, non eſt veriſimile, cum illum nul-
lum humanum conſilium prouidere poſſit, *l.a § ſi eo
tempore. D.de adminiſt.rer.ad ciui.pertin.l.quæ fortuitis,C.
de pignerat.act.l.verum..§.5.D.de minorib.*
49 Sed magis † eſt, vt ſequenti diſtinctione rem tem-
peremus.
Aut enim quæritur, an debitor ipſo iure fideiuſſo-
rem indemnem & *ἀζήμιον* ſeruare teneatur, ſi iniuria
50 iudicis ſit damnatus? Et reſpondendum † eſt, non
teneri, *d.l.exceptione.67. ff.de fideiuſſor.*
Aut vero in quæſtionem venit, an debitor, qui fi-
deiuſſorem indemnem ex eo negotio, quod agitur, fu-
turum cauit, teneatur, ſi iniuria iudicis fideiuſſorem
51 condemnari contingat? Et dubium non eſt, quin † ex
cautione ſua ad tale damnum reſarciendum oblige-
52 tur, caſuum † enim etiam fortuitorum præſtatio pa-
cto ſuſcipi poteſt, *d.l.quæ fortuitis.C.de pignerat.act.l.5.
§.nunc videndum.ff.commodati. gl. cap 1. verb. leuiſſima.
53 extr.eod.tit.* Et hoc † amplius promiſſio indemnitatis
omnia damna, quæ obuenire fideiuſſor poſſunt, me-
rito, complectitur (vt poſt Bart. & Bald. tradit Ber-
tazol. *in tract.clauſul. inſtrum.clauſ.43. gloſ.2.num.1.*) ſi-
54 quidem † negotium principaliter debitorem ipſum
reſpicit: vt ſentit etiam Anton. Burgoſ. *in d. cap. fin.
extr.de empt. & vendit.* qui tamen matura ſolutione fi-
deiuſſorem à nexu obligationis non liberauit, ſed rem
in iudicio deduci fideiuſſoremque condemnari per
55 moram ſuam cauſatus fuit. Et ſanè † magna eſſet
iniuria, ſi fideiuſſor remaneret in damno, vt poſt Ia-
cob. de Arena, & Abbatem dicit Franciſc. Beccius
in conſilio 57. numero 2. addens ibidem *numero 3.* ex
56 Abbate, & Marſilio, quod † de natura mandati ſit,
vt quis teneatur ad reficienda damna, etiam ſi caſu
fortuito ea contigerint, quod in effectu probat *l.ſi
57 ſeruus 61. §. quod vero. ff. de furt.* Nec † obſtat *d.c.per-
uenit. extr. de fideiuſſor.* loquitur enim de damnis tali-
bus, quæ alio nomine, vel intereſſe, vel ſumptus, &
expenſas nominare ſolemus, de quibus mox dicen-
di locus erit. Modo prius monuerim, fideiuſſorem
58 † illum, quem principalis debitor indemnem ſerua-
re promiſit, ſi à creditore ad ſolutionem cogatur, &
moleſtetur, atque ideo rurſus aduerſus debitorem
ſuum agere velit, caute libellum ſuum formare, ſi non
ſimpliciter petat, principalem ſuum ſibi condemnari
ad quantitatem, pro qua fideiuſſit, & moleſtatur, ſed
ſi petat, ſe conſeruari indemnem, & ſi non conſerue-
tur indemnis, tantum ratione intereſſe ſibi adiudica-
ri, *Bald. in l fin. colum. fin. numer.17. C. de vſur. rei iudic.*
59 quia enim † pluribus modis quis ſeruari poteſt indem-
nis, ſcilicet ſoluendo pro eo, vel dando pignora, vel
fideiuſſores magis idoneos: *Benintend.decif. Benon 81.
circa fi* non debet præciſe agi ad ſoluendum, ſed, vt
verbum ſonat, ad conſeruandum indemnem, pulchre
Flaminius Chartarius *in decif. cauſar.execut. Rota Ge-
nuenſ.decif.116.*
Conſequenter igitur quæritur, num fideiuſſor dam-
60 na, † quæ propter fideiuſſionem pertulit, item inte-
reſſe, ſumptus, & expenſas litis, à debitore repetere
poſſit, puta, ſi in carcere obedientiarum, vel diſtrictu,
& malum vitem aut etiam in obſtagio aliquot menſes
delituerit, & ſic res ſuas neglexerit, pecuniam quam
ſoluit, ab aliis ſub vſuris acceperit, & fortaſſis etiam
in iudicio contradictorio plurima expenderit? Et vt
breuibus me hic expediam, in affirmatiuam ſententiam
inclinare ſentio, non ſolum iure noſtro, verum etiam
eorundem interpretes, vt videre licet ex d. c. *peruenit.
extr.de fideiuſſor.c.fin.de foro compet gloſſ. & Doctores in
l.Titius. D.de procurat.* Angel.de Clauaſio *in ſumma ſua,
fideiuſſor. numer.15.* Bald. *in l. conſtitutionibus. C.de vſur.*
Abbate Panormitano *in conſilio.60.incip.quoniam ſatis.*
Cardin.Pariſio. *conſil.104.numer.12.vol.3* Bertazolio *in
tract.clauſul.inſtrum. clauſ.43 gl.1. num.1. & glo.2.num.1.*
Roberto Lancellotto *de attentat.part.2.cap.20.limit.6.
numer.11.* Hippolyt. *in Rubr. de fideiuſſ. numer.193.* Ni-
col. Bellono *in conſil.75. numer.4* & Franco *in tract.de
fideiuſſor.cap.5.num.508.* nec non Ioan.Koppen.à Rar-
geiſdorff. *in decif. ſuis quæſt.3. numer.20. 21. & 22.* vbi
61 oſtendit, quales † expenſæ obſtagij eſſe debeant.
Quanquam illæ ipſæ expenſæ, ſiue modicæ ſint, ſiue
magnæ, ex conſtit. Electoris Auguſti *Nouell.22.part.2.*
62 nequaquam † repeti poſſunt, imo ſi quis abſque execu-
tione eas vltro ſoluerit, non tamen earundem tan-
quam indebite ſolutarum condictio eſt danda, vt
oſtendit Daniel Mollerus *in d. conſtit.22. num.6. verſic.
quamuis illud etiam hoc loco quæri poſſit.*
63 Aliàs inconcuſſum manet: † Impendia mandati
exequendi gratia facta, ſi bona fide facta ſunt, reſti-
tui omnimodo debere fideiuſſori, etiamſi is, qui man-
daſſet, potuiſſet, ſi ipſe negotium gereret, minus im-
pendere, *l.ſi quis 27.§.impendia,l.ſi mandatu.§.ſi fideiuſ-
64 ſor.l.ſi is qui.50 §.1.ff. mandati.* modo † tamen damna
& intereſſe prius liquidentur, quam exequantur: Bald.
conſil.493. vol.2. Boer. *decif.52.numer.8.* Sebaſt. Medices
de caſib. fortuit. part.4. quæſt.11. numer.57. de quo plura
vide apud Muſcatellum *in pract. fideiuſſor.part.1. modo*

li. per

65 11. *per tot.* Extat etiam in hanc † ſententiam elegans
conſtitutio Imperatoris D. Roduiphi II. ad preces
ſtatuum Marchionatus ſuperioris Luſatiæ, 18. *May
Anno* 1582. Viennæ promulgata his verbis: ſtatutum
fuit, quod quilibet creditor habeat illud reciduum; de
quo ob tardatam ſolutionem aliquid detrimenti paſ-
tus eſt, cum hoc æquum ſit, &c.
65 De ſumptibus † quoque & expenſis in litem pera-
gendam factis idem iudicium eſſe, ſatis liquet ex d. *l.
ſi mandatu. §. ſi fideiuſſor. l. 4. l. ſi cōtra. C. eod. l. Titius ff. de
procura.* Bart. *in conſi.* 80. *incip. punctus quæſtionis. col.* 2.
67 Franc Marco *quæſt.* 1062 *part.* 1. quod † adeo verum
eſſe putatur, vt fideiuſſor etiam pendente iudicio ſibi
pecuniam pro expenſis tradi, petere poſſit, cum debi-
toris negotium gerat, *l. ſi non remunerat.* 12. *§. vlt. ff.
mandati.* Bat. *in l. exceptione ff. de fideiuſſ.* Henric. Bouer.
ſingul. 57. *incip & intereſſe. numer.* 4. Franc. de March.
quæſt. 587. *part.* 1. *& quæſt.* 293. *num.* 5. *part.* 2. Iac. Mar-
chiſellus Arimineoſis *in ſylua quæſt. pract. quæſt.* 28. *nu.*
68 1. *verſic. & præmiſſa quoque* niſi forte † fideiuſſor teme-
re litigauit cum illo, cui fideiuſſit, & ſuccubuit, fuitq;
in expenſas condemnatus; tunc enim eas à principali
repetere nequit, pulchre Pariſius *in d. conſi.* 104. *num.*
1. *& ſeqq. vol.* 3. *& conſi.* 171. *num.* 33. *vol.* 4. Bertazol.
d. clauſ. 43. *gl.* 2. *num.* 2. *&* 7. vbi limitat procedere, ſi
69 † notorie apparebat, de non iure fideiuſſoris, ſecus
eſſe putans in dubio, adeo, vt ſi non conſtet de fide-
70 iuſſoris culpa, repetat omnia à reo. Et quia † fideiuſ-
ſor in caſum ſuccumbentiæ datus, non tenetur, ſi pars
obtineat, ex cauſa deſertionis, vt in cauſa appellatio-
nis, pulchre ex Bald. Iaſo. Rebuff. Aſinio, Ioſeph. Cu-
mia. Horat. Carpa, *ad ſtatut. Mediol. part.* 1. *cap.* 58. *num.*
11. *& cap.* 64 *in fin. & cap.* 131. *num.* 541. non eſt, quod
fideiuſſor hoc nomine quidquam à debitore repetere
intendat, ſiquidem nihil ab ipſo eſt expenſum.
71 Quinquam etiam damnorum † appellatione non
72 veniunt expenſæ, vnde † & remiſſis damnis non re-
mittuntur expenſæ, vt ex Abbat, Archid. Anton de
Butr. Bald. & Boer. adſtruit Sebaſt. Vedic. *de caſib. for-
tuit. part.* 1. *quæſt.* 11. *num.* 13, *de quo etiam Milis in repert.
lit. D. num.* 3. *& ibi additio.* id tamen tantum † obtinet
73 in contractibus ſtricti iuris, vt Medices ibidem con-
firmat, & proinde in iudicio mandati, quod eſt bonæ
fidei: non admittitur, ſed fideiuſſor, cui promiſſio fa-
cta eſt, quod debitor illum ab omni damno exonera-
re velit, & illum conſeruat indemnem etiam expen-
ſas bona fide factas repetere poteſt actionem mandati
licet eorum nulla in ſpecie facta ſit mentio, vt proba-
ui ſupra *num.* 66.
74 Sed ponamus caſum, debitorem † metu denegatæ
iuſtitiæ coactum iuraſſe indemnitate fideiuſſorum,
num ſi eo nomine agere intendat debitor, audiendus
erit? Reſpondendum eſt, quod ſic, ita tamen vt fide-
iuſſores ſimul citentur, quemadmodum in Cam. Im-
per. deciſum eſſe, apparet *ex ſelect. ſent. Cam. Imp. per
Dn. Barthium euulgatis die* 17. *Martij Anno* 1518. *lit. I.*
his verbis: plenè fuit cognitum, quod Actor ſupra no-
minatus & fideiuſſor iurent de omnibus damnis, & in-
tereſſe paſſis, & iudices hanc rem facere vt coram il-
lis compareat, &c.
75 Cæterum † hoc loco neceſſario, & hoc attingen-
dum eſt, ſi fortaſſis debitor fideiuſſori pignori quid
det, cum in euentum facta repromiſſione, ſi is fideiuſ-
ſionis nomine damni quid accipiat, quod in taxandis
damnis, & ſumptibus, ſimplici ipſius dicto, abſque iu-
riſiurandi præſtatione finem adhibere velit per hanc
vel ſimilem formulam: debet fideiuſſor relinquere,
quod damna à creditore paſſam taxata ſint ad libi-
tum indicum, &c. an, & quatenus eiuſmodi promiſſio

Antonius Heringius.

76 de iure ſubſiſtat? Aliam quidem † in hac quæſtione
Speculatoris, & Signoroli de Homodeis, aliam vero
Dyni, & Panormitani eſſe opinionem, eleganter de-
monſtrat Iacob. Thomingins *deciſ. Lipſenſi* 8. nume-
ro tandem 8. Dyni calculo etiam ipſe ſuum adijciens,
77 † vt ſcilicet ſubſiſtat promiſſio de ſtando alicuius ſim-
plici dicto, vel iuriiurando, in moderandis damnis, &
78 expenſis, ſi tamen † pars inique taxauerit (quod fa-
79 cile fieri poteſt, cum † ex ſententia Baldi pro fatuo
habeatur. qui contra ſe pronunciat, Bald *in auth ſi quan-
do nu.* 3. *C. de conſtit. pecun.*) quod peti poſſit reductio ad
80 arbitrium boni viri, cui opinioni † tanquam in ſum-
mo Romani Imperij tribunali in cauſa Ingloti Fuſ-
cheri contra Stolbergum 1. *Septembris An.* 1574. appro-
81 batæ, & magis communi, & in practica receptæ (vt
fuſiſſime demonſtrat Vincent. Carocius *in tract. de iu-
ram. deciſorio, quæſtio.* 5. *nona quæſtio. princip. numero.* 5.
& per diſcurſum, & deciſ. 5. *numero.* 79. *&* 10. Iaſon *in
l. iuſiurandum quod ex conuentione. in princ. numero.* 1.
ff. de iureiur. Decius *in c. inſuper. numero* 18. *de teſtib.*
Alciat. *in l.* 1. *§. fin. numero.* 24. *de verbor. obligat.* Ioan.
Baptiſta Plotus *de in lit. iurand. §.* 47. *numer.* 1. *& ſeqq.*
Couarr. *lib.* 2. *variar. reſolut. cap.* 13. *col.* 2. Anton. de Pa-
dilla. *in l.* 1. *num.* 8. *&* 9. *ff. de legat.* 2. ex Carocio, Cole-
ro, & Franciſco Beccio Petrus Heigius *quæſt. ſuarum
part.* 2. *quæſt.* 3. *num.* 18. (adſtipulor, in cumulum ſaltem
addens Socin. *in conſil.* 90. *num.* 12. *volum.* 4. Cano-
niſtas *in cap.* 2. *de fide inſtrument.* Anto. de Gamma *de-
ciſ. Luſitanis.* 110. *numer.* 17. Nicol. Bellon. *in eo ſ. l.*
82 75. *num.* 4. qui poſt alios etiam aſſerit, talia † dam-
na, & intereſſe iuramento fideiuſſoris probari poſſe.
83 Nec † eſt diſſimile, quod habetur in ſtatutis Lube-
cenſibus *lib.* 3. *tit.* 1. *artic.* 11. his verbis: Quæſtio ac
bis inter ambas partes orta vnius iudicis arbitrio eſt
84 perficienda. Quanquam, & † taxationem intereſſe iu-
dicis arbitrio relinqui rectè dicimus, late Menoch. *de
arbit. iudic quæſt. caſu* 119. Gail. *lib.* 2. *obſeruat.* 6. *num.
penult. & vlt. de quo Doctores plenius ad l. vnic. C. de ſen-
85 ten. quæ pro eo quod intereſt prof.* Eſtque † præterea hæc
probatio damnorum, & intereſſe adeo priuilegiata, vt
licet ſtatutum dicat, non per teſtes, ſed per inſtrumen-
tum tantum probandum eſſe debitum, adhuc tamen
dependentia à contentis in inſtrumento, vt damnum,
& intereſſe per teſtes valide probari poſſint, vt fusè
probat Hippolyt. *in rubric. C. de probat. num.* 43.
86 Nec † obſtat prædictis *l. iam tamen.* 5. *§. quid ta-
men. ff. iudicatum. ſolui.* vbi fideiuſſores pro iudicato
ſoluendo, id quidem, quod ob rem iudicatam præſtite-
runt, repetunt; ſumptus autem litis minimè. Iſto
enim caſu fideiuſſores ſuſceperunt defenſionem rei,
& victi fuerunt, ideoque merito damnum ſumptuum
ipſimet ſuſtinent fecerunt enim id, hoc eſt defende-
runt, quod mandatum non erat, cum tamen mandati
fines diligenter cuſtodire debuiſſent, *l. diligenter. l. ſi
quis pro eo. ff. mandati.* Interim, ſi obtinuerunt, litis
ſumptus conſequi poſſunt, quaſi iuxta mandatum fe-
cerint, *d. l.* 5. *§. quin autem. ff. iudicat. ſolui.* Bertazolius
d. clauſ. 43. *gloſſ.* 2. *num.* 9.
Deueniendum nunc etiam eſt ad illam tractatio-
87 nem, num † fideiuſſor vſuras, à ſe vna cum ſorte ſo-
lutas, à debitore repetere poſſit? Lubrica planè, &
88 anceps hæc eſt indagatio, præſertim, quia † debitor
pecuniæ debitæ reſtitutionem effugere cupiens, vt
creditor erubeſcendo à petitione deſiſtat, exceptio-
nem prauitatis vſurariæ obijcere ſolet, imo non-
nunquam iniurias admiſcet, creditoremque, & fi-
deiuſſorem pro fœneratoribus proclamat, vſurarij
ſunt ſimiles his qui pellem, inde carnem detrahunt iu-
mentis quos tamen pecunia mutuo accipiens, in cœ-

lum laudibus extulit, vt innuit Vincent. Carocius
deciſ.133. in princ. vbi plura de exceptione prauitatis
vſurariæ accumulat. Mea tamen opinione hæc ipſa
quæſtio eſt bimembris.

Aut enim loquimur de vſuris, quas fideiuſſor ipſe-
met in initio obligationis promiſit, ſecundum ea,
quæ dicta fuerunt ſupra *cap 24.num.216.& ſeqq.*

Aut verò de vſuris eius pecuniæ, quam fideiuſſor,
vt pro debitore ſolueret, fortaſſis mutuo ab aliis ac-
cepit, aut qua alias propter moram debitoris in re ſua
familiari carere cogitur.

Ad primum membrum diſtinctionis quod attinet
alia in eo iuris Canonici, alia iuris ciuilis, & hodier-
næ conſuetudinis, eſt ſententia, Etſi enim Alberic. de
Roſat. *in l.1. cunctos populos.C. de ſumma. Trinit. & fid.
Cathol.* Hoſtienſ *in ſumma, tit. de fideiuſſor. & in tit. de
vſur.* Ioan. Andreæ *in c.damnum. de regul. iur. in 6.* An-
gel de Clauaſio *in ſumma ſua, verb. fideiuſſor. num. 16.*
Ambroſ. de Vignate *in repetit. c. ſalubriter. à num. 34.
vſque ad 4*. *extr. de vſur.* Laurent. de Rodulph. *c. con-
ſulen 47. extr. de vſur.* nec non alij Canoniſtæ hác quæ-
ſtionem miris modis figunt, & refigunt, verum nimi-
rum fideiuſſor vſuras à ſe ſolutas repetere poſſit, in eo
tamen communiter acquieſcere videntur, quod de iu-
89 re † Canonico fideiuſſori nulla actio ad repetendas
ſolutas vſuras competat, cum eo iure omnis vſura ſit
90 prohibita, quod multo magis † procedere arbitrantur,
ſi fideiuſſor, cum exceptionem prauitatis vſurariæ
obijcere potuiſſet, nihilominus ea non obiecta illas
ſoluerit: Alberic. *in l. quod quis. 202. D. de regul. iur.*
Alexand. *in conſ. 57. volum. 1. & conſil. 219. quoniam.
lib. 2.* Decius *num 3* & Cagnol. *nu. 3. in l. quod quis dam-
num D. de regul. iur.* Valent. Forſterus *de ſucceſſ. ab in-
teſtat. lib. 9. cap. 19. num. 4.*

Tribus ſaltem præcipue modis id rurſus limitant:
61 Primo, ſi † fideiuſſor medio iuramento eas vſuras
ſoluere promiſerit, tunc enim repetitionem habet
gloſſ. *c. peruenit. verb. indemnem extr. de fideiuſſor.* Alex.
in conſ. 57. in princ. verſ. & hoc quia præſupponitur. vol. 1.
Angel de Clauaſio *d. loco nu. 16. in fin.*

92 Secundò, ſi † ſtatutum dicat, quod fideiuſſores ad
vſuras conuenti non debeant opponere exceptionem
prauitatis vſurariæ, quia enim hoc ſtatutum ſeruatur
de facto, ideo idem eſt, ac ſi fideiuſſor de iure exactus
eſſet: Alberic *in d. l. cunctos. colum vlt.* Chaſſan. *in con-
ſuetud. Burgund. Rubr. 4. §. 1. verb. ne auſſi par teſtament.
num 4.*

93 Tertiò, ſi de facto † vſuras ſoluere cogatur; per-
inde enim eſt, ac ſi de iure ſoluiſſet: Alberic. *d. l. cunctos.
col. fin. verſic. ego hanc quæſtionem.* Hoſtienſ. & Imol. *in
cap. 2. col. 7. extr. de fideiuſſor.* Alexand. *conſil. 107. col.
penult. lib. 2.* Decius *conſil. 456. nu. 2. & conſil. 487. part.
2.* Berrazolius *d. clauſul. 43. gloſſ. 2. num. 2.* Ruin. *conſil.
146. num. 2. lib. 1.* Laurent. ab Occa *inter conſ. criminal.
Zilletti. conſ. 60. num. 43. vol. 2.* & ibidem Franciſc.
Curt. iun. *conſ. 102. num. 3. volum. 2.* Crauetta *conſ. 369.
num. 3. part. 1.*

Verum enimuero cum ſupra *capit. 24. numero 260.*
oſtenſum ſit, prohibitionem iuris Canonici hodierno
tempore non attendi, conſequens ſit doctrinam etiam
Canoniſtarum, & Gloſſatorum de prohibita repetitio-
ne vſurarum à fideiuſſore ſolutarum non obſeruari,
ideoque merito ipſius textus iuris Canonici *in c. conſti-
tutus de fide iuſſor.* (prout eum citat Petr. Heigius *quæ-
ſtionum ſuarum part. 2. quæſt. 1. num. 137.*) nec non iuris
ciuilis, & hodiernæ conſuetudinis diſpoſitionem ſe-
quendam eſſe.

94 Hoc † autem ſtatuitur, fideiuſſorem non ſolum
ſortem ipſam, ſed etiam vſuras licitas creditori ini-
tio promiſſas, poſtea vero vna cum ſorte ſolutas licitè
repetere poſſe, *l. ex mandato in princip. l. ſi quis alicui. §.
impendia. ff. mandati.* Contrario enim mandati iudicio
conſequitur quidquid omnino fideiuſſionis nomine
bona fide ſoluit, & damni iniuriæve paſſus eſt, Baldus
in l ſi pro ea. numero 15. C. mandati.

95 Vndè † etiam gloſſ. conſt. *lib. 1. art. 34. num. 6. verſ.*
in alijs rebus, &c. diſtinctè concludit: Quod fideiuſ-
ſor, qui pro tali N. paſſus eſt, actio eſt vt eum in iu-
dicio vocet, &c. Si enim fideiuſſor promiſſas vſuras
creditori iuſtè ſoluit, non certè iniquum eſt, vt eaſ-
dem quoque debitor fideiuſſori ſoluat, non enim ipſi
in ſemetipſo diſplicere debet, quod in alijs placuit,
96 *l. iuſiurandum. 34. §. datur. ff. de iureiurando.* Et ideo † re-
ctè dicit Summa Angelica *in verb fideiuſſor. nu. 16.* ſe-
cundum Theologos, & in conſcientia firmiter tenen-
dum eſſe, quod fideiuſſor, tam in iſto caſu, quando ſol-
uit coactè, quam etiam in iſto caſu, quando ſponte
ſoluit, eo quod promiſit eas ſoluere, repetere ſolutas
vſuras poſſit, videtur enim debitor mandaſſe, vt ſoluat
debitum, *l. procurator. D. de cond. ict. indeb.*

97 Et quia quotidiana † experientia teſtatur vſurarum
repetitionem hoc caſu fideiuſſoribus tota die indulgeri
adeo, vt illas etiam in concurſu plurium creditorum
licitè repetant & conſequantur, eleganter id com-
probante Daniele Molleo *lib. 1. ſemeſtrium. cap. 18.*
fruſtra prolixius hac de re agerem. Conſuetudo enim
98 † in materia vſurarum eſt attendenda. Cephal. *conſ.
549. num. 77. lib. 4.* Camillus Botellus *controuerſ. 79.
numero 32.* Vincent. Carocius *deciſ. 13. numer. 5.* vbi
plures, quam triginta, Doctores idem ſentientes
allegat.

99 Limitatur † autem prædicta regula in caſu, *l Quintus
Mutius. 48. in princ. ff. mandat.* vbi fideiuſſor, qui vſuras
ſoluit, eaſdem tamen non repetit. Quia enim parum
fideliter facit, dum poteſtatem eximit reo, ſuo iure vti,
hoc eſt, dum vſuras illas ſoluit, quas ſe non debere, ne-
que promiſiſſe reus in iudicio oſtendere voluit, meri-
to etiam nihil repetit. Ex contrario vero, ſi reus fide-
iuſſori denuntiaſſe, vt recuſaret, ſub vſuris debitam
pecuniam eſſe, nec is propter ſuam exiſtimationem
recuſare voluit, quod ita ſoluit, rectè à reo repetit, pe-
percit enim pudori ſuo *d. l. Quintus & facit textus in l. ſi
ex ti autus 33. verſic. nec enim quicquam. ff. de iure dotium.*
Non magis enim culpandus eſt, qui exiſtimationem
ſua qui corpus curæ habet, cum exiſtimatio, caput, &
fortuna pari paſſu ambulent, *l. pen. C. de his qui accuſ.
poſſ.*

100 Vnde † etiam traditum eſt, fideiuſſorem ſoluen-
tem rebelli Eccleſiæ, quod pacto nudo promiſerat, à
principali repetere poſſe, quia verecundum fuiſſet, fi-
dem datam fallere, *d. l. Quintus.* Abbas *conſ. 60. colum.
1. lib. 1.* Crauetta *conſ 6. num. 82. lib. 1.* vbi in eandem
ſententiam Bart. Salicet & Iaſon. citat. Veruntamen
101 hanc † doctrinam, vt hoc obiter dicam, in crimine
læſæ maieſtatis, & bannitis Imperij locum ſibi vindi-
care non arbitror. Neque enim talis criminis reo re-
ctè quidquam ſoluit debitor, ergo nec fideiuſſor, *l.
maieſtatis 6. C. ad l. iul. Maieſt c. fœlis de pœnis in 6. text.
in conſtit. de pac. publica c. 3. verſi.* in omnibus ſcriptu-
ris *facit. l. mandatis. §. vlt. ff. ne requir. reis. lib. 3. artic. 16.*
102 Gail. *lib. 1. de pac. pub. c. 19. num. 14.* Non obſtant † *l.
reo 41. & l. quamuis. 45. ff. de ſolutionibus* Vt enim *d. l.
41.* de adultero: ita *l. 45.* de tutore capitis poſtulato,
loquitur, non de reo læſæ maieſtatis, in quo præter alia
ſpecialia, de quibus Capicius *deciſ. 130. nu. 54. & ſeqq.*
ius ſingulare conſtitutum eſt, *d. l. maieſtatis. C. ad l. Iul.
maieſt.*

Quod vero attinet alterum ſupra dictæ diſtinctio-
nis

nes membrum, ſine hæſitatione dicendum eſt, fideiuſ-
103 ſorem † eius pecuniæ, quam pro debitore de proprijs,
opibus, vel ab alijs mutuo acceptam, erogauit, vſuras
mandati actione rectè repetere, vt probat *text. in l. ſi
vero. §. ſi mihi mandaueris ff. mandati. l. 1. l. poſt ſolutio-
nem. C. eod. tit.* Bart. *in Rubric. ff. de fideiuſſ. & in l. reos in
princ. ff. de duobus reis.* Flamin. Chartarius *in deciſ. cauſ.
execut. Rota Genuenſ. deciſ.* 116. *num.* 3. & habemus ele-
gans præiudicium apud Barthium *in ſelect. Cam. Imp.
ſententi die* 28. *Aprilis. Anno* 1568. *in verb.* ad ſolutionem
intereſſe patique damna. Probauitque illud ipſum in
facti contingentia Academia Altorfina, *in conſilio ſiue
reſponſo.* 104. *mihi pag.* 686. ſtudio, & opera Dn. Con-
radi Rittershuſij IC. amici, & commilitonis quon-
dam mei nuper edito.

104 Quia † verò id certis regulis circumſcribi nequit,
idcircò conſtitutum eſt, totum hoc ex æquo, & bono
iudicem arbitrari debere, *d. §. ſi mihi mandaueris in fin.
facit. l. & in contraria.* 37. *ff. de vſur. l. at quin.* 19. *§. non tan-
tum ff. de negot. geſt.* ex quibus legibus etiam intelliges,
quas, & quales vſuras fideiuſſor hoc caſu repetere
poſſit, iunctis ijs, quæ in eandem fere ſententiam ſcri-
bit Daniel Moller. *lib* 2. *ſemeſt cap.* 40. aſſerens ibi, fi-
105 deiuſſorem † mutuam pecuniam ſub vſuris maiori-
bus (vt nummum ſingulo menſe) accipientem, eaſdem
repetere poſſe, cui in effectu ſuccenturiatur Ioann.
Vinc. Hondedæus *conſul.* 50 *nu.* 41. & 42. *vol.* 2. Quod
106 equidem multo † fortius procedere arbitror, ſi fide-
iuſſor ad hanc mutuationem non vltro, aut ex mera
malitia, in perniciem ſaltem debitoris, ſed vrgenti-
bus creditoribus, ex neceſſitate ſumma, fortaſſis etiam
compulſione iudicis coactus deueniat, prout inter
mercatores in nundinis, ſæpiſſimè contingit (niſi mo-
do illi fidem ſuam poſthabere, & vilipendere in animo
habeant) cum non ſit culpandus, qui pudori, & famæ
ſuæ parcere ſatagit, *argum. l. Q. Mutius.* 48. *ff. mandat.*
107 Quo caſu etiam non † inutile fortaſſis erit, per ſuf-
ficientia documenta oſtendere. quæ & quales cauſæ
fideiuſſorem vrſerint, ad dictum remedium ſub vſuris
maioribus mutuo ſumendæ pecuniæ neceſſario de-
108 ſcendere, neceſſitas † ſiquidem probari debet, non
fingi: Neuizan *conſi.* 10. *nu.* 10. Seb. Medic. *in tract. de
caſib. fortuit. part.* 1. *quæſt.* 6. *num.* 7. atque ita in facti con-
tingentia iudicatum ſcio 4 *Maij Anno* 1604.

Conſideranda porro quoque ſunt verba Philippi
Melanth *in Philoſ. morali*, dum ita inquit: *In c. peruenit.
de fideiuſſor* pronuntiat Pontifex, vt fideiuſſori, qui pro
aliis ſoluit, ſoluantur, & creditum, & quanti intereſt.
Nam fideiuſſor ille interim veluti mutuo dat pecu-
niam illi, cui ſoluit, vbi equidem nomine eius, quod
intereſt, etiam vſuræ ſub quibus pecunia ſoluta acce-
pta fuit, intelliguntur.

Cum autem ſupra *cap.* 11. *num.* 294. oſtenderim fi-
deiuſſorem, & ita alienam obligationem ſua fide ſu-
ſcipere poſſe, ſi ipſi pro ſecuritate rurſus pignora ne-
109 ctantur, locus hic poſtulat, vt videamus, ſi † fortaſſis
fideiuſſor ex cauſa fideiuſſionis pecuniam ſoluerit, an
non ſolum pecuniam, ſed etiam pignora in obligatio-
nem deducta conſequi poſſit? Et omiſſis varieta-
tibus, quibus delectatur Accurſius *in l.* 2. *C. mandat.* ſim-
pliciter per illum text. dicendum eſt, fideiuſſorem ad
id mandati actionem habere, & quidem non tantum
fideiuſſorem, ſed etiam eius hæredem, *d. l.* 2. *iuncta l. hæ-
110 redem.* 14. *ff. mandat.* Quod ſi † vero creditor pro eo-
dem debito, & fideiuſſorem, & pignora accepit, licet
quidem ei, ſi malit, fideiuſſorem conuenire eam pe-
cuniam, in qua ſe obligauerit: at ſi id faciat, ius pigno-
rum in ipſum transferre debet, niſi modo in alia quo-
que cauſa eadem pignora vel hypothecas habeat ob-

ligatas, tunc enim non prius compellendus eſt, trans-
ferre pignora, quam omne debitum exſoluatur, *leg.
ſecunda. l. mandati. decimaquarta. verſic. pignora. C. de
fideiuſſor.*

111 Cæterum † etſi ita fideiuſſor totum debitum ex-
ſoluens, pignora à creditore acceperit, non tamen
emptoris loco ſubſtitutus videtur, quamobrem illi, ad
quem ea pertinent, ſoluto ſibi eo, quod expendit, re-
ſtituere tenetur, *l. Paulus.* 59 *ff. de fideiuſſor. l. fideiuſſ.* 26.
in princ ff. de pignorib. l. cum ſecundum. ff. de diſtract. pignor.
112 adeo, vt † & fructuum, & vſurarum rationem haberi
oporteat *d. l. Paulus. l. ſi mandatu.* 59. § 1. *ff. mandati. l.* 1.
C. de dolo. Mudæus *in l. ſi in emptione. §. vltim. num.* 8.
& 9. *mihi pag.* 125. *ff. de contrah. empt.* iunctis ijs quæ
tradit Cuiac. *lib.* 3. *obſeru. cap.* 39. & Eberhard. *in Topic.
loco à tanquam ſiue reſpectiuis, nu.* 34. *in fin.* vbi notabilem
limitationem ſubiungit.

113 Quinimo, etſi † fideiuſſor conuentus officio iudi-
cis conſecutus eſt, vt emptionis titulo prædium cre-
ditori pignori datum ſuſciperet, nihilominus alteri
creditori, qui poſtea ſub eodem pignore contraxit
offerendæ pecuniæ, quam fideiuſſor dependit, cum
vſuris medij temporis facultas erit; nam huiuſmodi
venditio transferendi pignoris cauſa neceſſitate iuris
fieri ſolet, *l. fideiuſſor. ff. de diſtract. pign. iuncta l.* 2. *in verb.
quod cum facit, debet ius pignorum in eam transferre. C. de
fideiuſſor.* de quo tamen vlterius vide tradita per Me-
noch. *de præſumpt. lib.* 2. *præſumpt.* 39. & *in conſi.* 20. *n.* 1.
6. *lib.* 3.

114 Hoc amplius † fideiuſſor, qui pignora vel hypo-
thecas ſuſcepit, atque ita pecunias ſoluit, ſi mandati
agat, vel cum eo agatur, exemplo creditoris etiam cul-
pam æſtimari oportet, quanquam pigneratitia actio-
ne conueniri non poteſt, *l ſi fideiuſſor.* 2. *ff. de pignorib.*
Quæquidem omnia, tanquam valde vtilia, in praxi ap-
prime ſunt notanda.

115 Sed † quid, ſi fideiuſſor ad ſolutionem per ſenten-
tiam iudicis condemnetur, atque ipſi in ea reſer-
uetur; tum debet creditor cautum accipere pecu-
niam ſua de bonis creditoris, &c. an per id pignus
prætorium, & iudiciale conſtitutum eſſe dicemus?
Et ſane, ſi miſſio ipſa in poſſeſſionem ex edicto non
ſubſequatur, prætorium non conſtitui veriſimilius eſt,
tot. tit. C. de præt. pign. Menoc *in* 12. *remed. recuper. poſſeſ.
numer.* 17. iudiciale quoque per talem reſeruationem
non induci per ſe patet, cum illud ſaltem iubente præ-
tore in cauſam iudicati iure extraordinario capiatur;
tot. tit. C. ſi cauſ. iud. pign. capit. fit. Cuiac. *libro* 5.
116 *obſer cap.* 30. Et ideo rectè pronunciauit Facultas
Iuridica VVitebergenſis, *anno* 1604. in cauſa Quod
illi de Münchauſen & Brandeburgo contra Beroſel-
beros creditores etiam ſi nonnulli ex illis mandata
impetrauerint, Quod illi de Münchauſen ſoluant di-
ctas pecunias termino dierum, & creditores verò
teneantur expectare, &c. quod tamen pro nodis chi-
rographarijs ſint habendi, niſi hæc ipſa commi-
nata immiſſio actualiter fit ſubſecuta.

117 Quin tamen † hæc ipſa reſeruatio iudicialis res
debitoris tacito quodam nexu pignoris afficiat, &
ius quoddam reale, & certum inducat, apud me non
eſt dubium, alioquin verba ſententiæ nihil operaren-
tur (ſiquidem & abſque reſeruatione fideiuſſor ſol-
uens ad bona debitoris regreſſum habet) cum tamen
tam in ſententijs, quam in inſtrumentis nullum ver-
118 bum otioſum eſſe debeat, & hoc, amplius reſerua-
tio remedium iuris conſeruatiuum appellatur à Bal.
in l. terminato. C. de fruct. & lit. expenſ. & Cephal. *in conſ.*
236. *numero* 17. *libro* 2. Atque ideo talem fideiuſſorem
non quidem creditoribus anteriorem expreſſam, vel

ſacitam hypothecam habentibus, ſed tamen omnibus creditoribus chirographarijs præferendum eſſe exiſtimo, argumento eorum quæ docet VVeſenb. *in paratit.ff.de priuil cred.nu.9.*& Coler. *de proceſſ. execut. part.1.cap.2.num.157. cum ſeqq.* vide quæ in non admodum diſſimili caſu tradidit Dan. Moller. *in comment. ad conſt.Saxon.25 & nu.2.vſque ad num.17.*

Reſtat, vt pro Coronide huius capitis paucis etiam
119 explicem, num † fideiuſſor pro officio fideiuſſionis licite mercedem paciſci, petere,& accipere poſ-
120 ſit? Et pro affirmatiua ſententia militat † quidem communis opinio,talem mercedem pro iuſta reputans ſecundum Alex *in addit.ad Bart.in l.ſi remunerandi.§.fin.ff.mandat* Bertazol.*in tract.clauſ.inſtrum.clauſ. 41.gloſ.2.num.* 3. Anton. de Padilla *ad l.2. nu. 27. C. de reſcind.vend.* Decium *in l. fructus rei eſt. 71. in princ. ff.de regul. iur.* Boer. *decif. 315. num.* 2. Summam Syluestrinam *verb.fideiuſſor.num.* 14. Aluar. Valaſc. *in con-*
121 *ſult.regni Luſitaniæ conſult.* 18 (qui bis † communem appellat, indubitanterque tenendum aſſerit) Matth. Cunon. *lib.1. de pact. cap. 25. num.* 2. quibus tam non
122 † immerito contradicitur à quodam Iuriſcon. *in tract.de vſur.quæſt.* 31.*n.* 251. Couarr. *lib. 3. var. reſolut. cap.2.n.6.*& Franco *in tract de fideiuſſ. cap 4. concl.* 10. *n.176. cum ſeq* de quo nouiſſimè etiam ſcripſit Caſpar. Rodericus Hiſpanus *in tract. de annuis. & menſtr.reditib.quæſt.12.lib.1.*

123 Cum enim † fideiuſſionis officium gratuitum eſſe oportet, vtpote, quod ex officio, liberalitate, & amicitia naſcitur, & originem trahit Menoch *de præſumpt.lib. 4. præſ.* 190. *num. 35. in fin.* Ioann, Bernard. Muſcatell.*in ſua pract.fideiuſſ.in proœmio. numer.1.& 2.* Petrus Heigius *part.2. quæſt.7.num.*54 non vtique fideiuſſori pro iſthoc officio mercedem paciſci, ſtipulari
124 aut exigere licet: officio † enim nihil magis contrarium eſt,quam merces,*l.1.§.vlt.ff. mandat. §. in ſumma. Inſtit.eod. tit.* vnde etiam Seneca *lib.4.de benefic.c.* 40. *Reijciendi genus eſt protinus aliud beneficium mittere, & munus munere expungere.* Et idem Seneca *de benefic. lib. 2.cap.6.Quam dulce,quam pretioſum eſt, ſi gratias ſibi agi non eſt paſſus,qui dedit,ſi dediſſe,dum dat,oblitus eſt.* Nec minus ſcite Io.Iouiacus Pontanus *in lib. de liberalitate. in princ.*dicit.*Quod liberalem,ac beneficium virum minimè deceat,beneficium ipſum mutare aut gratiam inde repoſcere.*

125 Quod verò † ſignum amicitiæ ſit, pro aliquo fideiubere,maximis præſertim in rebus in quibus etiam grauior,& difficilior eſt animi, & ſententiæ pro altero quam pecuniæ, obligatio, id docet nos M. Tullius *lib.2.epiſt.ad Brutum epiſtola* 18. & patebit ex inferius *cap.29. num. 35. & 16.* dicendis, vbi examinabo illam quæſtionem, an pro accuſatore domini fideiubens, ipſius amicus eſſe cenſeatur, & tangit Hippolyt. *in Rubric.de fideiuſſ.num.*237. Ac ſanè, ſi creditori exprobamus, quando pro officio mutuationis vltra ſortem
126 aliquid mercedis accipit,cui † tamen periculum obligationis incumbit, puta ſi forte iuxta Martialem,

Debitor vſuram pariter ſortemque negabit.

Vel vt cecinit Palingenius?

Debitor aufugiens perdet cum fœnore ſortem.

Quod ſumpſiſſe videntur ex Homero Odyſſ.6.

νῶς ἂν ἐγώ σε δέοιμι μετ' ἀθανάτοισι θεοῖσιν
εἴ κεν Ἄρης οἴχοιτο χρέος καὶ δεσμὸν ἀλύξας

hoc eſt.

Quo pacto ego te vincire poſſem inter immortales Deos,
Siquidem Mars abierit,debitum, & vincula effugiens.

Quanto magis fideiuſſori mercedem accipere turpe erit, tale periculum in principio obligationis in ſe ſuſcipienti, vt rectè tradit Valentin. Francus *cap. 4. num.* 177. 178. & 179. Vt ſane nulla religio fuerit,
127 quod ſtatuunt. Aduocatum † pro clientulo ſuo, fideiubentem nihil paciſci poſſe, iuxta Baldum *in cap. fin.num.4 extra de poſtuland.* Matth. Cunonem *lib.1.de pactis cap.25.num.3.* idem ad quemuis fideiuſſorem extendere.

128 Eodem † modo fieri videmus, quod etſi tutela non honos eſt, ſed onus, non tamen ipſo iure tutori ſalarium debeatur, ſaltem ex iuſta cauſa decreto auctoritateque iudicis ipſi conſtitui poſſit,*l. qui negotiationem in fin.princ.ff.de admin.tut.* Bart. *in l. in eos.ff. de tutelis per l.1.§.ſi pupillus.ff.de tut.& rat.diſt l. à tutorib. §.fin ff.de adminiſt.tut.* Menoch. *conſil.* 238. *volum.* 3. VVurmſer. *in pract. obſer.* 14. VVeſenbec *in prat. ff. de tutelis.num* 4. Antonius Sola *in conſtit.antiq.Sabaudiæ. Decret.Quæſtionem.part.1.gl.3. num.* 14. Camillus Borellus *in tract.de commiſſ. §.5.gloſſa 2.num.*5. (quem ſic intelligo, ne contra leges loqui voluiſſe videatur) Anton. Piaggius *de tut. & curat. quæſt. 3 numero* 25. Quid? quod ſtatut.Lubecenſ *lib.1.tit. 7.art.* 14. adhuc
129 † durius conſtituitur, quod tutor, ne quidem aliquod ſalarium expectare debeat his verbis: Procuratores ſint parati ad Cognoſcendum opus ſuum, & actionem ſuam,& mercedem aliquam habere non debent rectè aut facere,&c. Quia igitur ratione fideiuſſor ſibi mercedem poſtularet? qui tamen per ſe & ὅτι πλεῖστον præter nudam verborum interpoſitionem, nihil facit, dat vel exhibet, licet aliquando per accidens,atque ἐκ παρέργου operatur (quod etiam innuitur in conſil.Academiæ Altorfin.*reſponſo.46.mihi pag. 198 in princ.*) id quod regulam vniuerſalem non conſtituit.*l.3 l.4 l. 5. & l. 6.ff. de legibus.* Ne dicam, quod
130 † etiam differentia notabilis ſit inter fideiuſſorem, & tutorem, cum fideiuſſor obligetur voluntarie, tutor autem coacte per diſpoſitionem legis, vt poſt Aretinum, & Purpuratum tradit Fuluius Pacian. *de probation.lib.1.cap.19.num.69.& 70.*

131 Neque † aduerſantur prædictis, quæ *ex l. ſi remunerando.6.§.Marius ff mandati.l.hoc iure 19.§. Labeo.D. de donationibus* pro communi opinione ſtabilienda adferuntur. Abunde enim illis obiectionibus reſpondent Molinæus, & Francus ſupradictis in locis,quibus aſſentior.

132 Non obſtat † etiam *l. rogaſti.* 19. §. 1. *de preſcript. verb.*Iſte enim textus nihil minus infert, quam quod pro fideiuſſione mercedem accipere liceat,ſed hoc ſaltem innuit,ſi Titius fortè pro Mæuio prædium ſuum pacto pro tali officio mercede, obligauerit, inſuper etiam in continenti placuerit, vt Mæuius Titio pro maiori ſecuritate fideiuſſorem daret, quod ex locato ſit actio,nec immeritò,quia talis reus locationem, & conductionem reſpicit,*l.1.§.vlt.ff.mandati.§.vlt.Inſtit. eod.tit.l.ſi tibi poliend a.ff.de præſcrip.verb.*atque illa ipſa merces non datur fideiuſſori Mæuij, ſed Titio prædium ſuum obliganti.

133 Nihil † quoque ad rhombum facit *l. antiqua. in princ.ibi,aliquid accipiens,vt ſeſe interponat.C.ad Vellean.* Non enim ſequitur, ſi mulier forte fideiuſſionis ſuæ præmium de facto accipiat, illud ſtatim iure deberi ac exigi poſſe, quin potius mulier talem pecuniam accipiens, per id beneficio Senatuſconſulti Velleiani ſe indignam reddit, vt probaui ſupr.*cap. 7. numero.* 433. & 434.

134 Quin tamen † ex poſt facto, ſi opera fideiuſſoris enixior viſa fuerit, aut fideiuſſor multas moleſtias ſuſtinuerit,aut graue periculum impendere videatur, ex

mera

mera liberalitate, debitor fideiuſſorem remunerari
135 poſſit (quo caſu etiam † fideiuſſorem efficacius obli-
gari, auctor eſt Decius *conſil. ſeptimo numer. quinto. & in*
conſil. 449. num 57. quem ſequitur Magonius *deciſ. Lu-*
cen. 137. numer 8 quanquam ab ipſo allegatus Cabal-
linus *de euict. §. 5. num 38.* id in meo exemplari non di-
136 cit) extra dubium eſt. Potius † enim pro honore, quam
pro mercede id reputatur, *l. ſalarium. C. mandati l. ſi re-*
munerandi. 6. in princ. ff. mandat. Aug de Clauaſ. *in ſum-*
ma ſua verb fideiuſſor. numer. 20. Gabr. Mudæus *de pigno-*
ribus, cap. de pacto legis commiſſoria. numer. 18. Ruland *de*
commiſſar. part. 1. lib. 5. cap. 23. numer. 4. Petrus Heigius
quæſtion. ſuarum part. 2. quæſt. 1. numer. 92. Petr. Auguſt.
Morla *in Emporio iuris. part. 1. tit. 8. quæſt. 15. num. 5. num.*
33. & 39. Inſtructorium negotium libr. 2. cap. 16. Gaſpar.
Baeca *de inope debitore. cap. 5. num 24. cum ſeqq.* Qui ho-
137 nor † etiam honeſte accipitur, quamuis inhoneſte
petatur, *l. 1. §. proinde. ff. de extraord. cog. facit cap. 1. in fin.*
23. quæſt. 3. l. falſus. 43 §. quid ergo. ff. de furtis. Multa ſi-
138 quidem † peti, & exigi nequeunt, quæ tamen ſponte
data rectè habentur, *l. cum illud §. primo. ff. quando dies*
legat. ced. l. naturaliter. l. eleganter. l. ſeq. l repetitio. ff. de
139 *condi. indeb.* Cum † enim ſciret debitor, ſe licite poſ-
ſe hanc remunerationem recuſare, & nihilominus
dedit, videtur vtique id donaſſe, *argument. l. Campanus.*
140 *47. ff. de oper. libertor.* Rectè namque † Seneca *lib. 4. de*
beneficiis cap. 16. dixit: *Nihil tam laudabile, nihil tam*
aqualiter in omnium animos receptum eſſe, quam referre
141 *bene meritis gratiam.* Et pro † iſta ſententia amplius
clara definitio *in capit. ſicut. 1. quæſt. 2.* vbi Gregorius
ſic ſcribit: *Sicut Epiſcopum non decet, manum, quam im-*
ponit, vendere: ita miniſter vel notarius non debet in or-
dinatione eius vocem ſuam vel calamum venundare. Is ta-
men, qui ordinatus fuerit, ſi non ex pacto, neque exactus ae-
men, poſt receptas chartas & pallium, offerre aliquid cui-
piam libet ex clero gratiæ tantummodo cauſa voluerit, hoc accipi
nullo modo prohibemus. Quia eius oblatio nullam culpa
maculam ingerit, quæ non ex ambientis petitione proceſſit.
Vide alia ſimilia apud Petr. Royzium *deciſ. Lituan. 3.*
num. 531. 532. & ſeqq. vbi examinat quoque illas quæ-
142 ſtiones: An † iudici poſt latam ſententiam à parte
143 victrice honorarium accipere liceat. Item: An † te-
ſti, poſt dictum in bona cauſa teſtimonium idem ſit
miſſum.

144 Ac quidem prædicta in tantum procedunt, vt † ſi
fideiuſſor aliquid accipiat à debitore ratione periculi,
cui ſe exponit, vel ratione laborum, quos ſuſtinet, non
ſit cenſeatur vſura, quia abeſt fraus, ſicut ait Ioan. Sal-
xon. *in conſuet. Turon. tit. 1. §. 24. gloſſ. 3. verſic. quare vi-*
145 *geſimo.* & in talibus terminis † admitti quoque poſſunt
illa, quæ ex Martino Azpilcueta Nauarro retulit, &
probauit Aluarus Valaſcus *conſult. Regn. Luſitan. tom.*
146 *1. conſultat. 18. num. 2.* cui germanum eſt, quod † credi-
tori, ſi quid ei à debitore vltra ſortem vltro, & ex gra-
to animo detur, id ſaluis legibus accipere licet. Pa-
normit. *in cap. conqueſtus. num. ext. de vſuris.* Pet Roy-
zius *d. deciſ. 3. num. 335. & 336.* dicens, ſe ita Ludouico
Decio dubitanti, & conſulenti reſpondiſſe. Nec refra-
gatur regula illa (quam approbatam eſſe dicit Ioan-
nes Bonifacius *in tractat. de furtis. §. aliena rei. num. 93.*
144 *in fine.*) prohibitum dari † propter bonum publicum,
prohiberi accipi etiam à ſponte dantibus, *gl. in l. inui-*
tus. §. fin. ff. de regul. iuris. Felin. *in cap. 1. in fin. de ſimon.*
Bald. *in authent. ſed hodie. C. de epiſcop. & cleric. gl. in cap.*
ſtatutum. & in c. fin. de reſcript. in 6. & cap. ex git. cum
gl. de cenſib. in 6. Hippol. de Marſil. *in l. lex Cornelia. la*
2. §. conſtitutum. nu. 4. ff. ad l. Corn. de ſicarijs. Nuſquam
enim in Iure noſtro traditum eſt, bonum publicum
offendi, ſi debitor vltro, & ſponte fideiuſſori quid lo-

Antonius Heringius.

co honorarij offerat, illudque fideiuſſor accipiat, quod
igitur lex non cantat, nec nos cantare debemus, *Pe-*
trus Heigius part. 2. quæſt. 1. nu. 90. 91. & 92.

148 Non moueor † quoque *d. l. hoc iure. § Labeo. ff. de*
donat. vbi id expreſſe merces officij vocatur, quod illi
datum, qui ſatis pro aliquo dedit: Non enim merces
149 debitionem aliquam ſemper præſupponit, ſed & † mer-
cees in remuneratione eſſe poteſt, *Aristius. ff. de dona-*
tionibus. l. peculium. 39. ff. de peculio Matthæi *cap. 20. ver-*
ſicul. 8. & 9. Seneca de beneficijs. lib. 6. capit. 15. & 16.
quæ tamen efficacem obligationem, vnde actio oriri
poſſit, non cauſatur, *l. ſed etſi §. conſuluit. ff. de petition.*
hereditat. Dec in l. donari. ff. de regulis iuris, & in l. Diuus,
nume 3. & 4 ff. eodem. Abuſiue igitur *in d. § Labeo.* ver-
bum Mercedis, ponitur pro remuneratione, quæ data
eſt, cum liceret eam etiam non dare, benignus enim
(vt eſt in prouerbijs Senecæ adſcriptis) etiam dandi
150 cauſam excogitat, & grati homines hanc † quodam-
modo ſibi legem imponunt, vt debere ſe, quod ſponte
tribuunt exiſtiment, *cap. 1. ext. de donationib.* Non ali-
ter, ac Saluianus ait *lib. 6. de prouidentia. ad finem.* dici-
mus donum eſſe, quod pretium eſt. Sic Autonius in
gratiarum actione ad Gratianum: Quiſquam, inquit,
quod indulget, quaſi ab obnoxio defœratur, pretium
mauult vocare, quam donum? Nec abit ab hoc Petro-
nius Arbiter *mihi pag. 93.* dicens: Pro commodato ſe
beneficium debere velle.

CAPVT XXVII.

De beneficiis fideiuſſorum, ſiue quæ fideiuſſoribus competunt.

SVMMARIA PROOEMII.

1 *Beneficia fideiuſſorum alibi etiam Remedia iuris, & Ex-*
ceptiones appellantur.
2 *Fideiuſſor alieno laborat morbo, vnde etiam veniam me-*
retur, mitiuſque eſt tractandus.
3 *Fideiuſſori iura fauent propenſius, quam debitori princi-*
pali.
4 *Fideiuſſio quando eſt nimis grauis, & onerosa fideiu-*
benti, interpretanda venit, vt potius inutilis ſit, quam
vt nimis grauet.
5 *In explicatione beneficiorum fideiuſſorib. competentium*
potiſſima huius tractatus vtilitas conſiſtit.

SVMMARIA Partis primæ.

1 *Beneficium, excuſſionis iuxta naturalem ordinem eſt pri-*
mum, & principale contra Speculatorem, & Ber-
sazolium. num. 1.
3 *Excutere aliquem, eſt facultates eius diſcutere, & in-*
quirere, vt ſciatur, an ſit ſoluendo, nec ne. & num. 4.
5. 6.
7 *Excuſſio debitoris adeo eſt rigoroſa, vt fiat vſque ad ſac-*
culum, & peram.
8 *Excuſſio principalis debitoris vt fideiuſſori noceat, omnino*
eius citatio requiritur.
9 *Iure Codicis, vt & Digeſtorum liberum fuit, relicto reo,*
fideiuſſorem eligere, & conuenire.
10 *Niſi inter contrahentes aliud placitum doceretur.*
11 *Vel fideiuſſor in id ſaltem acceptus, quod minus à de-*
bitore exigi potuiſſet.
12 *Vel creditor rogatu fideiuſſoris cum reo experiretur.*
13 *Iure Nouellarum vero aliud eſt introductum.*
14 *Camera Imperialis id etiam hactenus obſeruauit.*
15 *Beneficium excuſſionis, quale hodie eſt, de iure communi*
competit.

16 *Inque naturali æquitate eſt fundatum.*
17 *Excuſſionis exceptionem arbitrator quoque admittere debet.*
18 *Beneficium excuſſionis vocatur beneficium novæ conſtitutionis de fideiuſſoribus.*
19 *Beneficium authent. præſente. C. de fideiuſſ.*
20 *Beneficium Iuſtiniani.*
21 *Beneficium de principali prius conueniendo.*
22 *Beneficium ſiue exceptio ordinis.*
23 *Fideiuſſor, ſi prius conueniatur, quam principalis, eſt perverſio ordinis vnius cauſæ ad aliam, & proinde modus exceditur.*
26 *Talis perverſio ordinis proceſſum vitiat, niſi excipiatur, quod licitè fiat, ſecundum Lanfrancum de Oriano. Sed contrarium placuit Sebaſtiano Vantio. n. 26.*
25 *Sebaſtianus Vantius, excellens, acutiſſimus, & doctiſſimus Doctor.*
27 *Gl. iuris Saxonici conſtit. lib. 3. art. 39. explicatur.*
28 *Elector Brandenburgicus Ioachimus Fridericus ſpeciali conſtitutione diſpoſitionem auth. præſente. C. de fideiuſſ. in ſua ditione repetijt.*
29 *Debitore abſente, fideiuſſore autem præſente, iudex fideiuſſori deſideranti tempus definire debet, intra quod producat reum primò conueniendum, ipſe in ſubſidium reſeruandus. Et nu. 30.*
31 *Tempus illud non eſt præciſe 6. menſium, ſed arbitrarium. Quod ampliatur num. 32.*
33 *Quæſtiones ſuper excuſſione debitoris occurrentes, in Curijs Germaniæ tam ſunt quotidianæ, quam obſonium in prandio. Et num. 34.*

AMPLIATIONES.

35 *I. Fideiuſſor quilibet pro alio ſimpliciter fideiubens, habet beneficium excuſſionis.*
36 *Fideiuſſor, qui mediante iuriſiurandi religione ſe obſtrinxit, ſe nihilominus per exceptionem excuſſionis contra creditorem tueri poteſt, eaq́ opinio eſt communis, tutior, verior, probabilior, vt n. 37. 39. 40. 41. Sed contrarium arridet auctori. num. 45. & aliquot ſequentib. præſertim nu. 51. 53. 54. & 55.*
38 *Andreas Alciatus lumen, & decus iuris Ciuilis, ac Canonici, fons eloquentiæ vberrimus, ac Iureconſultorum ſuæ ætatis celeberrimus.*
42 *Iuramentum ſequitur naturam actus, ſuper quo interponitur.*
43 *Iuramentum non niſi robur obligationi, ſuos intra limites manenti, addit, ſeu iuris vinculo religionis vinculum annectit.*
44 *Iuramentum religionem quidem maiorem injicit, at non obligat maiore vi, quam obligat contractus principalis, cui accidit.*
45 *Iuramentum vim habet præciſæ, ac enixiſſimæ voluntatis, ac ſic quaſi expreſſæ renuntiationis.*
47 *Fideiuſſor, etiam abſque iuramenti vinculo, ſatis firmiter eſt obligatus.*
48 *Iuramenti vicem de iure, & apud Deum obtinet ſola aſſertio.*
49 *Loquela ſimplex in foro Dei tantum præſtat, quantum iuramentum.*
50 *Iuramentum ex abundanti accedens, omnino vires aliquas, & maius robur, præter, & vltra naturam actus, ſuper quo interponitur, habere debet. Et nu. 63.*
52 *Sententia animæ, ac conſcientiæ magis tuta, & æquior ſemper eſt præferenda.*
56 *Andreæ Fachinei traditio examinatur. vſque ad nu. 66.*
57 *Obligatione principali ob defectum conſenſus nulla apparente, deficit etiam acceſſoria, robur additura.*
58 *Iuramentum non regulatur à natura contractus ſed magis contractum ampliat, & extendit, & præciſè iurantem obligat, etiam extra naturam contractus.*
59 *Homo Chriſtianus, qui interpoſito iureiurando aliquid promiſit, illud candidè præſtare debet.*
60 *Æquitatis gradibus concurrentibus, meritò præferenda eſt illa æquitas, quæ circa diſpendium ſalutis verſatur, illi æquitati, quæ ſaltem circa attenuationem rei familiaris eſt occupata.*
61 *Curandum eſt magis de ſalute animæ, quam de rebus.*
62 *Regula inferioris gradus cedit ſuperiori.*
64 *Creditor, & fideiuſſor non ſunt iudicandi ad imparia. Et num. 65.*
66 *Petri Rebuffi opinio non admittitur.*
67 *II. Fideiuſſor, qui ſe principalem debitorem conſtituit, habet beneficium excuſſionis. Eaque opinio eſt æquior, & magis communis, & ab Academia Roſtochienſi approbata. numer. 69. Verum in contrariam ſententiam ſuccedit auctor. nu. 80. & multis ſeqq. præſertim num. 118. 119.*
70 *Sententia media inter has diſcrepantes opiniones proponitur, & ſtabilitur. nu. 71. 72. 73. & 74.*
75 *Eaque ſecundum huius ſententiæ defenſores, eſt æqua, & communis.*
76 *Approbata à Collegio VVittebergenſi, & Lipſienſi.*
77 *Electore Saxoniæ Auguſto.*
78 *Scabinatibus ditionum Saxonicarum, ante conſtitutionem Electoralem.*
79 *Et eſt veriſſima ex Rutgero Rulando.*
80 *Diſputare de indubitabili eſt actum agere.*
81 *Diſputatio omnis in re clara, & expedita eſt inanis, & otioſa.*
83 *Creditor, cui datus eſt fideiuſſor ſub conditione, ſi principalis in ſolutione deficeret, non poteſt agere contra fideiuſſorem, non diſcuſſo principali, etiamſi in inſtrumento beneficio excuſſionis ſit renuntiatum.*
84 *Obligans ſe pro alieno debito, faciendo caſum proprium, non iuuatur beneficio excuſſionis.*
85 *Reus principalis, & fideiuſſor non ſunt vnum, & idem.*
86 *Obligatio rei & fideiuſſoris differunt, huius obligatio eſt minor, illius verò maior. Et nu. 113.*
87 *Beneficium legis, vel ſtatuti de debitore loquens, propriè ad fideiuſſorem non extenditur.*
88 *Verba vno tempore duplicem, & quidem contrarium intellectum, & effectum habere non poſſunt.*
89 *Homo vnus in vna cauſa vnoque reſpectu duorum vicem ſuſtinere non poteſt. Idque exemplis declaratur num. 90.*
91 *Verbum ne quidem minimum in inſtrumentis contractuum imò & in materia odioſa, & renuntiationibus poſitum, ſine operatione eſſe debet.*
92 *Syllaba ne quidem ſuperflue apponi debet. Et nu. 93.*
94 *Captioſa fallacia in iure prorſus improbatur.*
95 *Color à debitore, ac fideiuſſore quæſitus non attenditur.*
96 *Domini Erneſti Cothmanni argumentationi obuiam itur.*
97 *Proprietas ſermonis, & vulgi appellatio pro iure habentur.*
98 *Notificationem eius ab alio deſiderare, quod ipſe ſcire teneris, non eſt ferendum.*
99 *Mutuo data pecunia, meritò etiam eſt mutua pecunia, & qui naturaliter obligatur, etiam iure naturali obligatus cenſetur.*
100 *Pacta contrahentium dant legem, & formam contractui.*
101 *Renuntiare in effectu nihil aliud eſt, quam ſe principalem conſtituere.*
102 *Aduerſus ſua pacta venire nemini licet.*
103 *Verbis, vel facto ſe declarare, paria ſunt.*

104 *Modum*

104 Medium non curamus, quando habemus effectum.
105 Conditio perſonæ vbi locum facit beneficio, ibi deficiente ea beneficium quoque deficit.
106 Fideiuſſor, qui iurato promiſit, ſe acturum, & facturum, vt debitor ſoluat. Item, qui promiſit, ſe ſoluturum ad ſolum verbum creditoris, nullo alio dicto, vel deducto, conueniri poteſt, non excuſſo principali, ex Baldo, Corneo, Imola, Alciato, Alexandro, & Hieronymo Grato contra Decium.
107 Iudex, qui ad preces creditoris ſupplicantis ſe offert, ſoluere dictos nummos, non poteſt conueniri, vt fideiuſſor.
108 Pater conſentiendo filio agenti ſibi non præiudicat, quia conſentit auctorizando, non ſe obligando.
109 Adminiſtrator ciuitatis decretum interponens transactioni, ſibi tamen non præiudicat.
110 Fideiuſſor alius cum pro fideiuſſore fidem ſuam interponit, tunc fideiuſſor primus ex natura ipſius rei, licet hoc minimè dicatur, fit principalis, & eſt loco rei.
111 Expreſſum maioris eſt efficaciæ, quam tacitum.
112 Differentia quoties eſt obligationum, toties altera alteram perimit.
114 Principem locum tenere maius eſt, quam accedere.
115 Præcedere plus eſt, quam ſequi.
116 Principum, & magnorum Dominorum quis in ſeſſionibus, proceſſionibus, votis, &c. præcedat, quis ſequatur, remiſſiuè.
117 Lege quod fit, poteſt etiam fieri per pactum.
120 Stephanus Aufrerius vir doctior eſt, quam plures putant.
121 Vltima auctoris num. 67. ſupra tacta opinio in practica communiter tenetur.
122 Et eſt æquitati magis amica.
123 Cameræ quoque Imperialis ante multos annos ſecundum illam iudicauit.
124 Vt, & Senatus Iuridicus Academiæ Iuliæ, quæ eſt Helmſtadij.
125 Et Dicaſterium Ienenſe.
126 Conſtituta pecunia reus exceptionem excuſſionis opponere poteſt.
127 Reus principalis eſt aliud, aliud conſtituens, & aliud conſtituens, aliud fideiuſſor.
128 Aliud eſt, per ſtipulationem conſtituere ſe reum principalem, aliud nudo pacto ſe conſtituta pecunia reum facere.
129 Vocabulorum vana nomina non tam attendenda, quam intentio & ſenſus partium.
130 Homines ſimplices, & Idiotæ, vt, & ruſtici, probabiliter verſantur in ignoratione vocabulorum.
131 Verba contractus ſunt forma contractus.
132 Voluntas cernitur in verbis, ſicut facies in ſpeculo.
133 Fideiubere pro aliquo ſimpliciter promittens, non tenetur ſe principaliter obligare, ſed alter ſe prius obligare debet.
134 Origo, & initium contractus in dubio attendi debet.
135 Plus valet, quod agitur, quam quod ſimulate concipitur.
136 Factores ſiue inſtitores hodierni, licet mille literis ſcribant, ſe eſſe debitores, non tamen ſuo nomine poſſunt conueniri. Et n. 137.
138 Errare cupiens, non quod eſt ſed quod vult, credit.
139 Principalem debitorem ſe conſtituens fideiuſſor, ad quid, & in quantum teneatur. Et n. 140. & 141.
142 III. Fideiuſſor indemnitatis, habet beneficium excuſſionis. Quod ampliatur n. 143. & 150. Declara tamen, vt n. 144. 145. 146. 147. 148.
149 Fideiuſſor officium gerentis, an prius conueniri debeat, quam collega qui non geſſit.
151 Fideiuſſor indemnitatis etiam in ſolidum tenetur, ſi principalis omnino non ſit ſoluendo. Et numer. 152. 153. 154.

Anton. Heringius.

155 IV. Fideiuſſor fiſci beneficio excuſſionis rectè vtitur. Quod extenditur n. 157.
156 Fiſcus non facile conueniri, & ad ſolutionem adigi poteſt.
158 V. Clericus fideiuſſor gaudet beneficio excuſſionis.
159 VI. Excuſſionis beneficio vtitur is, qui iudicio ſiſti promiſit.
160 VII. Excuſſionis beneficium competit aliquando inter plures fideiuſſores. Quod exemplo demonſtratur num. 161.
162 Pecuniam accipiens loco debitoris eſt, alter qui non accepit, fideiuſſor manet. Et nu. 163. 164. 165. 166.
167 Pecunia communis, ſi penes aliquem ſociorum ſit, & alicui eorum quid abſit, cum eo ſolo agendum eſt, penes quem ea pecunia eſt.
168 VIII. Fideiuſſor, qui libere, & ſine exceptione ſe ſoluturum promiſit, beneficium excuſſionis opponere poteſt. Sed declara vt n. 169.
170 IX. Fideiuſſor excuſſionis beneficio vtitur etiam aduerſus debitoris hæredem.
171 Adeo, vt hoc caſu hæredem ætas pupillaris non excuſet.
172 Niſi modo debitor in mora iam conſtitutus deceſſerit, tunc enim excuſſio aduerſus hæredem non competit, ſed ſtatim ad fideiuſſorem peruenitur.
173 Fideiuſſori indulgetur excuſſio contra hæreditatem iacentem.
174 Hæreditas iacens, hoc eſt, nondum adita, perſonæ vice fungitur.
175 Hæreditas domina eſt, & defuncti locum obtinet.
174 Hæreditas iacens quomodo excutienda. Et num. 178. 179. 180.
177 Hæreditas iacens in nullis bonis eſſet, nec poſſideri dicitur.
181 Limitationes, quibus fideiuſſori beneficium excuſſionis non competit, ab aliis iam ante prolixe ſunt relata.
182 Superuacuum eſt, actum agere.
183 Auium ob multitudinem ruſticationem non intermittunt.
184 Vtile eſt, de iiſdem quæſtionibus plures à pluribus fieri libros, diuerſo ſtylo.
185 Materiam antiquam licet repetere, vt aliquid addatur.

LIMITATIONES.

186 I. Fideiuſſor beneficio excuſſionis deſtituitur, quando ei renunciauit.
187 Iuri pro ſe introducto quilibet renuntiare poteſt.
188 Renuntiatio hæc debet fieri non in genere, ſed in ſpecie.
189 Et ſtatim in ſcriptum redigi.
190 Renuntiatio eſt ſtricti iuris.
191 Renuntiatio, cum ſit inſtar donationis, non præſumitur.
192 Excuſſionis beneficium reale vt eſt, & ad hæredem tranſitorium: ita & renuntiatio fideiuſſoris ipſius hæredibus officit. Et n. 194.
193 Renuntiatio iuris ab vno facta, ei tantum, non aliis nocere debet.
195 Hæres pacto, quod defunctus fecit, fidem præſtare debet.
196 Fideiuſſor conuentus à creditore, poteſt deponendo expenſas petere, vt excutiatur principalis ſuo periculo, non obſtante, quod ipſe beneficio excuſſionis renuntiauerit, cum hoc modo creditoris non interſit.
197 Obligante ſe aliquo vt correum, ſi negotium pertineat ad alium, nihilominus tamen hoc retinet naturam fideiuſſionis.

198 *Et correus poteſt petere à creditore, vt correum excutiat ſuo periculo, & ſuis ſumptibus.*

199 *II. Debitore notoriè ſoluendo non exiſtente, fruſtra aduerſus eum excuſſio inſtituitur.*

200 *Notorietas illa eſt probanda.*

201 *Probatur autem ſex modis.*

202 *Miniſtri falſam relationem de excuſſi debitoris bonis facientes, pœna legis Cornelia de falſis puniuntur, ſi pecunia corrupti ſint. Alias ſecus, vt n.203.*

204 *Debitore, propter alienationes in fraudem creditorum factas, non ſoluendo exiſtente datur creditori actio aduerſus illos, in quos fuit facta alienatio, & fideiuſſori interim parcitur.*

205 *Æs magnum alienum contrahentes, fideiuſſoreſque dantes, ſi poſtea non ſoluendo exiſtant, poſſunt arbitrariè puniri.*

206 *Diuus Imper. Rodulphus II. Elector Saxonia Auguſtus grauiter coercuerunt tales (vt ita loquar) Albidios, & proteruiam facientes.*

207 *Alphonſum Aragonia Regem antambulonem habentes.*

208 *Arycandei Lycij, ære alieno grauati, cum non poſſent fœnus perſoluere, in Mithridatis partes ſe contulerunt, ſperantes debitorum abſolutionem. Sed autor eandem improbat.*

209 *Pœna vbi contemnitur, liberum eſt homini in male agendo arbitrium.*

210 *III. fideiuſſor, qui ſe fidem ſuam interpoſuiſſe inficiatur, ſi deinceps mendacij conuincatur, beneficium excuſſionis perdit.*

211 *Mendacia lex ſeuere prohibet, mendaceſque odio habet.*

212 *Mendaces apud Perſas, & Indos pœna perpetui ſilentij mulctabantur.*

213 *Mendacis pœna propria eſt iſta, vt poſtea ei, etiam vera dicenti, non credatur.*

214 *Fructum nemo habere debet ex eo, quod uiſus eſt impugnare.*

215 *Mendacio nulla certa pœna regulariter à iure eſt indicta.*

216 *Mendax regulariter in dolo eſſe præſumitur, ſi mendacium in ipſius commodum vergat.*

217 *Mendacia, & infitiationis iura noſtra multis modis puniunt.*

218 *Limitatur ſupra nu.210. poſita principalis fallentia, vt non procedat. I. Si ex ignorantia, & ſine dolo malo, ac lata culpa, aut etiam titubante animo, iſta infitiatio fiat, Et num.219.*

220 *II. Secundo quando fideiuſſor negat ſub clauſula. Negando narrata, prout narrantur. Ætiologia ponitur, num.221.222. & 223.*

224 *III. Si infitiantem fideiuſſorem infitiationis pœniteat, contra Baldum, & Alexandrum, Iaſonem, & Chaſſanæum, n.225.*

226 *Secunda poſt naufragium tabula eſt, culpam ſimpliciter confiteri. Et nu.227.*

228 *Pœnitentibus poſt commiſſum factum in plurimis caſibus parcitur.*

229 *Currimus ad ſcelus præcipites, ſed ſedente impetu, illud veris mox æſtimamus proditis.*

230 *Fideiuſſor fideiuſſionem abnegans, ſed poſtea pœnitentia ductus, cogitur creditori expenſas refundere.*

231 *Renuntians liti, ſiue expreſſè, ſiue tacitè, expenſas refundit, ſiue appellans ſit, ſiue appellatus.*

232 *Renunciatio fieri debet, ſaluo iure expenſarum.*

233 *Fideiuſſor differenda ſaltem ſolutionis gratia, aut pro conſeruando honore, aut etiam iocosè, ſi fideiuſſiſſe negans, beneficio excuſſionis priuari non facilè debet. Et num.234.*

235 *Iocus, calor iracundiæ, aut lubricum linguæ non debet facilè ad pœnam trahi.*

236 *IV. Si creditor fideiuſſori pœnam infitiationis condonet, & remittat, beneficio excuſſionis non exuitur.*

237 *Iudex ex officio lites diminuere debet.*

238 *IV. Fideiuſſor, qui excuſationem primo loco contra debitorem inſtitutam ipſemet doloſe impediuit, non eſt dignus beneficio legali excuſſionis. Quod exemplificatur. nu.239. & 240.*

241 *V. Fideiuſſor ſe fruſtra excuſſionis beneficio tuetur, ſi forsè debitor excuſſus habeat quidem bona, ſed quæ emptorem non inueniant. Quod tamen mollitur, num.242.*

243 *Fideiuſſor ante principalem rectè conueniri poteſt, ſi principalis habeat res extra territorium ſitas. quæ de facili haberi non poſſint.*

244 *VI. Excuſſionis beneficium ceſſat, ſi pater pro filio fidem ſuam interpoſuerit. Sed declaratur hæc concluſio num.245.246.248.249.*

247 *Nuptiæ liberant filium à patria poteſtate.*

250 *VII. Fideiuſſor beneficio excuſſionis deſtituitur, quando animo nouandi principalem obligationem in ſe ſuſcipit.*

251 *Fideiuſſor obligans ſe, & bona ſua principaliter, & in ſolidum, tenetur ſoluere, licet principalis non ſit obligatus.*

252 *VIII. Exceptio excuſſionis ceſſat, ſi non fuerit oppoſita.*

253 *IX. Excuſſionis beneficio non eſt locus, vbi conſuetudine vel ſtatuto receptum eſt, quod fideiuſſor ante excuſſum principalem conueniri poſſit. Ratio ponitur, nu.257. & 258.*

254 *Conſuetudo talis eſt in multis locis Italiæ.*

255 *Item in Auſtria.*

256 *In Hiſpania, Delphinatu, apud Venetos, Florentinos, & Lucanos.*

259 *X. Fideiuſſor, qui pro debitore naturaliter tantum obligato interuenit, excuſſionis beneficio non gaudet.*

260 *Obligatus naturaliter tantum non poteſt excuti.*

261 *XI. Fideiuſſor ſuccedens debitori fruſtra excuſſionis beneficio innititur.*

262 *XII. Excuſſionis beneficio fruſtra ſe iuuare conatur fideiuſſor, ſi debitor principalis in longinquis regionibus ſit abſens.*

263 *Vel præſens quidem ſit, lateat tamen.*

264 *XIII. Excuſſionem debitoris fruſtra vrget fideiuſſor, qui bona debitoris apud ſe habet.*

265 *Fideiuſſor propter paupertatem habet poteſtatem vendendi bona debitoris, & ſatisfaciendi creditori, licet aliquando mandatum ad vendendum exhibere nequeat.*

266 *Fideiuſſor, à venditore notorio conuentus, non tenetur litigare, ſeu in lite perſiſtere, ſed cautè agit, ſi illi tempore ſolutionis adueniente, ſoluat.*

267 *Fideiuſſor cenſetur mandatum habere à principali debitore ad ſoluendum.*

268 *Fideiuſſor res debitoris apud ſe depoſitas, an eodem modo vendere poſſit, executitur. Et num.271. & numero 272.*

269 *Res depoſitæ valde ſunt priuilegiatæ.*

270 *Piſidæ in primis grauiſſimam depoſiti cauſam agebant.*

273 *XIV. Excuſſionis beneficio deſtituitur fideiuſſor, ſi debitor non facile queat conueniri, vt puta, ſi ſit potens, iniurioſus, & rixoſus.*

274 *Paria ſunt, non ſoluendo eſſe facultatibus, vel non eſſe ſoluendo conueniendi facilitate.*

275 *Rixoſitas, & potentia illa iudicis arbitrio relinquitur.*

276 *XV. Excuſſionis exceptio locum non habet, ſi cauſa ex æquo, & bono eſt determinanda.*

277 *Excuſ-*

277 *Excuſſioni exceptio inuenta eſt, ad rigores iuris conſeruandum.*
278 *Et eſt de apicibus iuris.*
279 *Apices iuris quinam ſint, remiſſiuè.*
280 *Apices iuris non attenduntur, vbicunque cauſa ex bono, & æquo ſunt decidendæ.*
281 *Mercatorum in foro ſummariè, de plano, & de æquitate, non inſpectis iuris apicibus proceditur.*
282 *Excuſſionis exceptio inter mercatores, campſores, Bancherios, nummularios locum non habet, ex ſententia quorundam, quæ eſt communis, num.283. A Senatu Pedemontano approbata, num.284. Sed contrarium de iure ſcripto verius eſt, nu.285.*
286 *Iura ſua inſequens, bona fide agere cenſetur.*
287 *Æquitas legis, non capitis, ſequenda eſt.*
288 *Iudex, cui commiſſum eſt, vt ſola facti veritate inſpectâ procedat, an exceptionem excuſſionis reiicere poſſit, examinatur, ex Menochio, Cacherano, Rebuffo, Cornazzano, & Facbineo.*
289 *Iudex vtitur publica poteſtate.*
290 *Arbitri, quibus conceditur, vt cognoſcant ex æquo, & bono, num poſſint reiicere exceptionem excuſſionis remiſſiuè.*
291 *Excuſſionis exceptio de iure Canonico locum non habet. Sed contrarium arridet auctori, ex traditione Ludolphi Schraders, num.292.*
293 *XVI. Excuſſionis beneficium non prodeſt fideiuſſori, ſi per proceſſum executiuum, qui mereatur executionem paratam, ex vi ſtatuti, vel conuentionis executiuæ, conueniatur. Sed declara, vt nu.295.*
294 *Inſtrumenta, quantumcunque Authentica, de iure communi executionem paratam non habent.*
296 *XVII. Principes, Comites, & viri Nobiles, qui pro aliis fideiuſſerunt, excuſſionis beneficio ſe fruſtra tuentur. Contrarium tamen aſtruente Ioan. Koppenio, vt num.308.*
297 *Principis verba debent eſſe firmiſſima, etiam non iurata.*
298 *Promiſſio facta ſub fide principali, generoſitatis, vel nobilitatis, & fides viri nobilis, ac probi, ex notoria Germaniæ conſuetudine, quoad vinculum contractus, pro iuramento verè, ac corporaliter præſtito habetur.*
299 *Idem eſt, ſi princeps promittat, ſub velo veritatis, facere hanc, vel illam rem.*
300 *Princeps, ad exemplum Regum apud Medos, & Perſas, debet habere vnum calamum, & vnam immutabilem linguam, & eſſe immobilis, ſicut Palus, & Lapis angularis.*
301 *Ad regiam fidem pertinet, non verba modo verum quoque capitis nutus ſeruare.*
302 *Princeps omne verbum debet putare iuratum.*
303 *Leuitas, & inconſtantia maximè in Principibus vituperanda eſt.*
304 *Imper. Adolphus Naſſouienſis apud Cuſpinianum fluxa fides taxatur.*
305 *Conſtantia Imp. Friderici III. commendatur.*
306 *Carolus Quintus dicere ſolebat, Fidem rerum promiſſarum, etſi toto mundo exſulet, tamen apud Imperatorem conſiſtere oportere.*
307 *Fiſcus Principis non vtitur beneficio excuſſionis.*
309 *XVIII. Excuſſionis beneficio non gaudet fideiuſſor ad obſtagium obligatus contra Io. Keppenium, nu.310.*
311 *Io. Koppenij in Ranſgerdorff rationes examinantur.*
312 *Cautela, vt citra omnem diſputationem fideiuſſor ad obſtagium obligatus, excuſſionis exceptione priuetur.*
313 *XIX. Excuſſionis beneficium non admittitur, ſi creditor, qui eſt debitor fideiuſſoris compenſatione vti velit, contra fideiuſſorem.*
314 *XX. Fideiuſſor ludi non gaudet beneficio excuſſionis.*
315 *XXI. Fideiuſſor non poteſt opponere exceptionem excuſſionis contra literas compulſoriales.*
316 *XXII. Fideiuſſor in cauſa criminali pro relaxatione datur, non habet beneficium excuſſionis, ſed poteſt iudex ſtatim executione ab eo incipere, vt reum ſiſtat.*
317 *XXIII. Fideiuſſor, qui iudicio ſiſti, & iudicatum ſolui promiſit, non fruitur beneficio excuſſionis.*
318 *Adhibenda tamen diſtinctio, ex Ludolphi Schraderi traditione.*
319 *Fideiuſſor, qui promiſit, ſe, ſi conueniatur, ſoluturum debitum mox, illico, protinus, confeſtim, &c. beneficia excuſſionis ſe fruſtra tueri conatur.*

HActenus de actionibus, quæ fideiuſſori ad id, quod ſoluit, aliaque dependentia repetenda, diuerſimodè competunt, abundè eſt dictum. Sequitur itaque, vt de beneficiis exceptionibuſque fideiuſſorum, quibus conuenti ſe tueri poſſunt, iuxta ordinem ſupra ſcriptum, etiam nonnullam attexam.

1 Quæ autem † modo beneficia fideiuſſorum nominaui (ſecutus Speculat. *in tit. de renunt. §. 1. numer. 10.* Petr. de Vnzola *in pract. ſiue apparat. Notar. in tit. de beneſ. compet. fideiuſſ.* Bertaz. *in tract. clauſ. inſt. cla. 40. glo. 1.* & communiter DD.) ea alibi etiam remedia iuris Cuia. *lib. 19. obſer. cap. 34.* & exceptiones appellantur:
2 Et † quia fideiuſſor alieno laborat morbo, vnde etiam veniam meretur, mitiuſque eſt tractandus, vt per glo. *in c. in noſtra. verb. inutilem. de procur.* aſtruit Ioan. Brechæus *in l. ſi ita. 150. num. 3. & 4. ff. de verbor. ſignif.* probatque Salycet. *in tract. de mora quæſt. 2. princip. num. 17.* Cephalus *conſil. 393. numer. 55. lib. 3.* Ioan. Vincent. Hondedæus *conſultat. 50. num. 31. volum 1.* Hieronym Magonius *deciſ. Lucenſ. 92. numer. 6* ac † præterea fideiuſſori
3 iura fauent propentius, quam debitori principali, vt ait Elbert. Leonin. *in conſil. 92. num. 6.* adeo, vt quando
4 † fideiuſſio eſt nimis grauis, & onerosa fideiubenti, interpretanda veniat, vt potius inutilis ſit, quam vt nimis grauet. Pariſius *conſil. 110. num. 55. & 57. volum. 1.* Hieronym. Magonius *deciſ. Florent. 57. numer. 63.* ideo etiam varia beneficia hinc inde in iure noſtro ſparſa
5 reperiuntur, quæ quantum fieri poteſt (cum † potiſſima huius tractatus vtilitas in eo conſiſtere videatur) deinceps, quaſi in tabula, oculis ſubiiciam, materia tota in 5. partes diuiſa.

PARS I.

DE BENEFICIO EXCVSSIONIS.

1 A Beneficio verò † EXCVSSIONIS meritò huius tractationis initium facio, quia iuxta naturalem ordinem eſt primum, & principale, quo fideiuſſor vtitur, antequam vlli alij beneficio ſibi competenti innitatur: Si enim debitorem in totum idoneum eſſe contingat, non vtique vel beneficio diuiſionis, vel cedendarum actionum opus erit, cum debitore ſoluente, fideiuſſor in nullo grauetur, atque ita ſubleuatione etiam non indigeat.
2 Et quamuis † Speculatorem, & Bertazolium *in tract. clauſ. inſtrum. clauſ. 40. glo. 2. num. 1.* in alia opinione eſſe ſciam, vtpotè qui Epiſtolæ D. Hadriani beneficium præcedere, & prius tractari debere volunt, in præſentiarum tamen cum illis non facio.
3 Excutere † porrò quid ſit, alij quidem iam ante ſatis fusè declararunt, quos citat Francus *in d. tract. de fideiuſſor. cap. 5. numer. 144. & 145.* quibus ego ſaltem addo Angel. & Iaſon. *in §. item ſi quis in fraudem. Inſtit. de actionib.* Neguzant. *de pignorib. 8. part. princip. memb. 1. numer. 21. cum multis ſequentibus.* Sed vt vno verbo

4 repetam: Excutere † aliquem, eſt facultates eius diſcu-
tere, & inquirere, vt ſciatur, an ſit ſoluendo, nec ne,
l.2 ff. ſi quis omiſſ. cauſ. teſtament. l.1. §. ſi inter. ff. de ma-
giſtrat. conuen. l.1. C. de reuor. iis, quæ in fraud. cred. Id
quid Vlpianus in l. ſi mandauero. 42. ff. mandati. excutere
vires alicuius, Paulus verò in l. Lucius Titius. 46. §. cum
teſta-mento. ff. de adminiſtr. tuto. excuſare tutores dixe-
5 runt. Quod † verò Vlpianus in l. ſi fideiuſſores. 29. §. ſi
cum debitor. ff. mandati. & fideiuſſori ſummam excuti à
creditore aſſerit, id alio ſenſu accipiendum eſt, vt ni-
mirum ibi nihil aliud ſit ſummam excutere, quam exi-
gere ſummam, in quam interceſſor fideiuſſit.
6 Hoc † igitur in propoſito excutere debitorem, eſt
inquirere in ipſius bona, an ex ipſis creditori in ſoli-
7 dum ſatisfieri poſſit, quæ quidem excuſſio † adeo eſt
rigoroſa, vt fiat vſque ad ſacculum, & peram, Iaſon
in §. fin. nu. 6. Inſtit. de action. Ludouic. Gomez. in §. item
Seruiana. num. 37. Inſtit. de action. Vincen. Caroc. de ex-
cuſſ. bon. q.1. num.1. vbi inquiunt, hodie debitores exe-
cutari in omnibus bonis, etiam vſque ad indumenta,
non relicta ipſis, niſi vnica veſte, qua corpus tegant,
8 ne nudi incedant. Quanquam, vt † illa ipſa excuſſio
principalis debitoris fideiuſſori noceat, omnino eius
citatio requiritur, ſecundum Bald. in l. auctore. C. de
euict. Gabriel. Roma. lib. 2. tit. de citat. concluſ. 1. nu. 333. Io.
Petr. Surdum deciſ. 256 num. 17.
Cum itaque (vt ad rem ipſam accedam) iure Di-
geſtorum, & Codicis creditori, poſt moram debito-
9 ris, liberum † eſſet, relicto reo, fideiuſſorem conueni-
re, & eligere, l. ſi mandauero. §. interdum. ff. mandati Caius
in frag. li. 2. tit. 9 l. 2. vbi Donellus, l. non rectè. l. iure no-
ſtro. l. liberum. l. ſi alienam. l. ſicut eligendi. l. reos. l. vlt. C. de
10 fideiuſſ. Borcholt. de tranſact. cap. 3. Niſi † vel inter con-
trahentes aliud placitum doceretur, d. l. iure noſtro, &
11 d. l. ſi alienam, vel † fideiuſſor in id ſaltem acceptus eſ-
ſet, quod minus à debitore exigi potuiſſet, l. inter cre-
12 ditricem. ff. de fideiuſſ. vel † creditor rogatu fideiuſſoris
cum reo experiretur, d. l. ſi mandauero. 22. §. interdum. ff.
mandati. § tua gratia. l. fin. eod. tit.
13 Id † verò poſterioribus temporibus ſatis aſperum,
& durum videretur, ideò iure Nouellarum conſtitu-
tionum ſancitum eſt, quod præſente tam debitore,
quam fideiuſſore, non debeat permitti, interceſſorem
conueniri, priuſquam reus inuentus ſit minus idoneus,
vel in totum, ſiue in partem, Nouell. 4. & ibi Cuiac. de
fideiuſſorib. vnde ſumpta eſt Auth. præſente. C. de fideiuſſ.
vbi Bart. Bald. Salyc. & Ioan. Sichardus. Sebaſt. Medices
de conſeruanda poſſeſſ. num. 312. Myſing. cent. 1. obſ. 15. We-
ſenbec. conſil. 10. vol. 1. Ioan. Goddæus de contrah. ſtipul.
14 c. 9. concluſ. 5. nu 95. Idque † etiam in auguſtiſſima Cam.
Imp. mox poſt ipſius exortum, admiſſum, & obſerua-
tum eſt, ceu apparet ex ſelect. ſent. Dn. Barthij de 25.
Maij, Anno 1503 lit. B. in his verbis, viſo proceſſu, &
perpenſis rationibus NN. Io. cauſa N. rationeque dictæ
pecuniæ perpenſa dicimus, quod N. ſit fideiuſſor ille,
ſit relaxata illa vidoa ob ſolutionem dictæ pecuniæ
quanto citius, & ille vt debitor principalis ſoluat
ſummaria executione, vt ſuos eſt, ac de iure, &c. Eam-
15 que ob cauſam etiam hoc beneficium (quod † de iu-
re communi competere aſſerit Magonius deciſ. Flo-
16 ren. quadrageſimaquinta. num. nono, quodque † in natura-
li quoque æquitate eſt fundatum, & ob id non facilè
17 tolli poteſt, in tantum vt † & arbitrator excuſſionis
exceptionem admittere debeat, Natta conſ. 521. num 9.
& 11. vbi alios citat) non ſolum vocatur beneficium
18 † nouæ conſtitutionis de fideiuſſoribus. Specul. de re-
19 nunt. §. 1. num. 10. Beneficium † Auth. præſente C. de fi-
deiuſſ. Colerus de proceſſ. execut. part. 1. cap. 10. numer. 333.
20 Beneficium † Iuſtiniani, Cuiac. lib. 19. obſer. c. 35. Ant.
21 Theſſaur. deciſ. 166. in princ. Beneficium de † princi-
pali prius conueniendo, Lanfr. Bald deciſ. 83. de excuſ.
22 bon. p. 1. q. 16. n. 2. Sed † etiam exceptio ſiue beneficium
ordinis, Io. Baptiſta Aſinius de execut. in prolegom. c. 2.
nu. 13. propterea, quod ſeruato ordine creditor in con-
ueniendo progredi debeat.
23 Quod † ſi igitur prius conueniatur fideiuſſor, quam
reus principalis, eſt certè peruerſio ordinis vnius cau-
ſæ ad aliam (& proinde etiam modus exceditur, vt ait
Cæſar Cuntardus in l. vnica. q. 24 nu. 37. C. ſi de moment.
poſſ. appell. fuerit.) quia debet præmitti cauſa, quæ de-
bet agitari cum reo principali, non quæ agitatur cum
24 fideiuſſore, atque ideò † talis peruerſio ordinis pro-
ceſſum vitiat, niſi excipiatur, quod licitè fiat, vt vult
Lanfr. de Oriano in tract. de interloc. & appell. num. 30.
quod tamen vix admittere videtur Sebaſt. Vantius
(referente Io. Baptiſta Ploto in tract. de in lit. iur. § 8.
25 nu. 1. Excellens, † acutiſſimus, & doctiſſimus Doctor)
in tract. de nullit. proceſſ. rubric. de null. ſenten. ex defectu
proceſſus. num. 50. verſ. idem obſeruandum. dicens, talem
26 † peruerſionem non vitiare, cum iura partium tan-
tum reſpiciat, neque hic ſit cognitio eiuſdem cauſæ
ad ſe ipſam, ſed vnius cauſæ ad aliam, id quod etiam
ipſemet Lanfr. in præallegato loco fatetur.
27 Neque † obſtat ſupra dictis argumentatio gl. iuris
Saxonici conſtit. lib. 3. art. 39. in verb. propterea prius
conueniendos eſſe fideiuſſores, quod creditor debito-
ri fidere nolens, eorum fidem eſt ſequutus, quare etiam
eos de fide ſua prius merito conuenit, quam debito-
rem moleſtat: Ipſamet enim gl. fatetur contrarium iu-
re nouiſſimo ſtatutum eſſe, in d. Auth. præſente. C. de fi-
deiuſſorib.
28 Et quidem † hæc ipſa iuris communis diſpoſitio
nuperrime etiam per Electorem Brandenburgicum
Ioachimum Fridericum ſpeciali conſtitutione repe-
tita, & introducta eſt, vt conſtat, in ordinat. palat. ſi-
cuti de præterito, vſque nunc admoniti ſumus, quod
ob debita quibus aliquoties fideiuſſor grauatus, eſt
cauſa ipſius fideiuſſionis, & etiam principalis, qua de
re expenſæ immodice factæ ſunt, & principalis cauſa
eſt, ſtatuimus ergò, quod ex bonis immobilibus prin-
cipalis debet releuare fideiuſſorem debitoreſque bo-
na illius accipiant, &c.
29 Sed † quid dicemus, ſi fortè fideiuſſor præſens ſit,
abſit vero reus principalis? Sanè hoc caſu interceſ-
ſor iure quidem conuenitur, ſed iudex tempus ei deſi-
deranti definire debet, intra quod producat reum pri-
mo conueniendum, ipſo in ſubſidium reſeruando.
30 Tranſacto † autem eo tempore compellitur ſatisfa-
cere, ceſſis ſibi à creditore actionibus, abſque diſtin-
ctione contractus ſiue interceſſionis, d. Auth. præſente.
C. de fideiuſſ. & facit gl. conſtit. lib. 5. art. 5. in verb. Naues
31 quæ liberatæ ſunt. Tempus † autem illud non præci-
sè eſt ſex menſium, vt nonnullis placuit, ſed arbitrio
iudicis relinquitur, qui conſiderata perſonarum qua-
litate, & loci diſtantia, ſufficiens tempus ad eundum,
& redeundum definiet, tex. eſt in d. Nouel. 4. & tradidit
Menoch. de arbitr. iud. quæſt. caſu 40. iunctis iis, quæ
32 idem auctor habet eod. loco caſu 2. Idque tunc † multo
magis iudicis religioni committitur, ſi fideiuſſor de-
bitorem principalem à prouincia abeſſe, & in quo lo-
co ſit, ſe ignorare dicat, petens terminum ſibi conce-
di, vt is perquiri, inueniri, & produci poſſit. Menoch.
d. caſu 40. nu. 5. cum ſeqq. latè Vinc. Caroc. de excuſſ. bon.
p. 2. q. 46. ad quos remiſiſſe ſufficiat. Videbitque bene-
uolus lector huius petitionis formulam infra cap. 30.
33 Sed his ita diſcuſſis, & perpenſo quod † quæſtiones
in Curiis Germaniæ ſuper hac ipſa excuſſione debito-
ris occurrentes, tam ſunt quotidianæ, quam obſonium
in prandio,

in prandio, vt ait Ioan. Koppen in Rangenſdorff. *in*
deciſ. ſuis q.56. in pr. conſequens eſt, vt videamus, quan-
do, vel quibus in caſibus, & cuinam fideiuſſori benefi-
34 cium excuſſionis competat. Etſi † enim Anton. Gabr.
Rom. *lib. 3. concl. tit. de fideiuſſ.* & Francus *in tract. de fide-*
iuſſ. c. 5. plures alias perſonas quoque enumerant, quæ
beneficio excuſſionis vtuntur, tamen illa tractatio ad
hanc materiam propriè non pertinet, ſed ad ordina-
rias ſuas ſedes merito reiicitur.

35 Primo † igitur dictum excuſſionis beneficium
datur fideiuſſori, ſimpliciter pro alio fideiubenti; *d.*
Auth. præſente. C. de fideiuſſ. Anton. Theſſaur. *d. deciſ.*
36 *166. in princ.* Idque adeo † verum eſſe exiſtimant ple-
rique D.D. vt & fideiuſſor ille, qui mediante iuriſiuran-
di religione fideiuſſit, ſe nihilominus illo beneficio
contra creditorem tueri poſſit. Andr. Barbat. *conſil. 43.*
part. 2. Grammat. *conſ. ciuili 170. nu. 4.* Anton. Theſſaur.
deciſ. 47. num. 4. & d. deciſ. 166. num. 4. Atque illud ipſum
37 † commune pronunciant Andr. † Alciat. lumen, &
38 decus illud iuris ciuilis, ac Canonici, fons eloquentiæ
vberrimus, ac Iuriſc. ſuæ ætatis celeberrimus, (ceu
grati diſcipuli præceptorem ſuum appellant Ioannes
Baptiſta Plotus *de in lit. iurando. §. 34. nu. 2.* & Iul. Clar.
in §. teſtamentum. q. 46. num. 2.) Andr. inquam, Alciat.
in c. cum contingat. num. 174. extra, de iureiur. Eman. Soa-
rez. *in commun. opin. lit. F. num. 122.* & plures alios refert
39 Duennas *in reg. 335. limit. 20.* Eamque † opinionem, à
ſe probatam, tutius etiam diſputando obtineri poſſe
ſcribit Franc. *in tractat. de fideiuſſ. cap. 5. numer. 380. cum*
40 *ſeqq.* Imò † veriorem eſſe aſſerit Bertazol. *clauſ. 41. gloſ.*
7. num. 2. & Ludolph Schrader. *in miſcellan. cap. 5. numer.*
18 mihi pag. 592. nec non Muſcatel. *in pract. fideiuſſ. par.*
41 *2. quæſt. 10. numer. 4. & 5.* Ac † probabiliorem vocat
Andreas Fachineus *lib. 3. controuerſ. iuris. cap. 15.* citatus
ad hoc à Rutgero Rulando *in tract. de commiſſ. part. 4.*
lib. 6 cap. 4. num. 9. Eſtque ſecundum Fachineum huius
opinionis præcipuum fundamentum (ex quo ſolo
etiam Gomezius *lib. 2. reſolut. cap. 13. num. 21.* alteram
42 opinionem falſam eſſe aſtruit) quod † iuramentum
ſequitur naturam actus, ſuper quo interponitur, *l. vlt.*
C. de non num. pecun. Guido Papæ *deciſ. 99.* *Gail. lib. 2.*
obſer. 69. num. 5. Sed naturà obligationis fideiuſſoriæ
eſt, vt fideiuſſor conueniri non poſſit ante principa-
lem debitorem. Ergò, &c. Quod etiam confirmari
videtur per Theoricam Baldi *in conſ. 346. incip. Super*
eo. li. 3. & Nattæ *in conſil. 180. num 9. tomo 1.* vbi dicunt,
43 quod † iuramentum non niſi robur obligationi, ſuos
intra limites manenti, addat, ſeu iuris vinculo religio-
nis vinculum annectat, vt ait Ripa *in l. ſi vnquam. nu. 7.*
C. de reuocan. donat. Couarru. *in c. quamuis. par. 1. §. 4.*
num. 1. de pact. in 6. Probatur illud ipſum denique à Io.
Goddæo *in commen. de contrah. ſtipul. cap. 5. concluſ. 11.*
44 *num. 162.* vbi dicit iuramentum † religionem quidem
maiorem iniicere, & conſcientiam vehementius mor-
dere, at non obligare maiore vi, quam obligat con-
tractus principalis, cui accedit.

45 Verum enimuero † huic ſententiæ (licet eam co-
gitandam relinquat Anton. de Pertucia *in repet. l. 1. in*
6. effectu ff. de iureiur.) à plurimis contradici video, qui
ſentiunt, fideiuſſori, cum iuramento interuenienti, ſi
quis propter exiſtimationem, & honorem præſtat iu-
ramentum promittens ſoluere deque ſe ſe ſubmittere
iudicio, & ſoluere tenetur ſi principalis debitor non
venerit die præfixa tanquam fideiuſſor ſoluere, &c.
Excuſſionis beneficium prorſus denegandum eſſe.
46 Cum enim tale iuſiurandum † vim habeat præciſæ, ac
enixiſſimæ voluntatis, & ſic quaſi expreſſæ renuntia-
tionis, *l. cum pater. §. filius matrem. ff. de legat. 2. gl. in c. ex*
reſcripto. ext. de iureiur. Bald. *in l. 1. q. 2. C. commodati.* Ang.
in l. ſeruum. C. qui teſtam. fac. poſſ. Gabriel. Roman. *lib. 2.*
com. concluſ. tit. de iureiur. concl. 4. nu. 1. Menoch. *conſ. 27.*
num 8. lib. 1. pulchrè Martin. Benekendorff. *in repet. l. 1.*
lim 11. memb. 4. part. 4. num. 22. & 23. ff. de reg. iur. Nicol.
Boerius *deciſ. 221. numer. 13.* Ieremias Setlerus *in ſelect.*
diſput. ſuis diſput. 23. theſ. 10. verſ. propter iuramentum.
Inſuper abſque diſpendio ſalutis æternæ ſeruari poſſit,
ideò ſecundum illos etiam aliquid operari debet, *cap.*
2. in fin. extr. de fideiuſſ. Alias fruſtra adiectum dici poſ-
47 ſet; cum † fideiuſſor etiam abſque iuramenti vincu-
lo, propter interpoſitam ſtipulationem, ſatis firmiter
ad ſoluendum ſit obligatus, vt dixi ſupra *cap. 11. num. 2.*
ac innuit Anton. Theſſaurus *deciſ. 47. num. 2. & 9.* vbi
48 ait, quod de iure, & apud Deum ſola aſſertio ſemper
ſit iuramentum, allegans Alciat. *in Rubr. de iureiuran-*
do. num. 35. & eſt text. in c. iuramenti. 22. q. 5. Aſtruit illud
ipſum Andr. Rauchbar. *part. 2. quæſt. 2. num. 99.* & Ioan.
Goddæus *de contrah. ſtipul. cap. 2. numer. 37* affirmans,
49 ſimplicem † loquelam in foro Dei tantum præſtare,
50 quantum iuramentum. Quinimò, cum † ex abundan-
ti acceſſerit, vires aliquas, & maius robur, maiorem-
que efficaciam, præter & vltra naturam actus, ſuper
quo interponitur, habere debet, *l. ſi quando ff. de legat.*
3. Canon. c. e. ad c. 1. extra, de iudic. Alex *ad l. ſi conuenerit,*
ff. de iuriſd. om. iud. Iaſ. *in l. 5. num. 25. verſ. vnde ſi ego. ff. de*
condict. cauſa data. Rectè enim Plautus:

Iuſiurandum rei ſeruandæ, non perdundæ conditum
eſt.

51 Et hanc † ſententiam, tanquam animæ ac conſcien-
52 tiæ magis tutam, & æquiorem (vnde etiam † merito
præfertur alteri, iuxta tradita per Camill. Borell. *in*
tract. de compromiſſ. §. 2. glo. 1. num. 397. & 398. & Barnab.
Corbazzan. *deciſ. Lucenſi 41. num. 25.*) vltra Hippol.
Corſet. Gratum Tiraq. Duen. Vaſquium, Gabriel. Ro-
man. & alios allegatos à Franco *d. c. 5 num. 361.* ſequi-
tur etiam Rolan. à Valle *conſ. 6. nu. 45. volum. 1.* nec non
Ioan. Anchatan. Regienſ. *quæſt. 32. num. 11. lib.* . Natta
conſ 426. num 23. Cacheran. *deciſ. 43. num. 4.* Seraph. Se-
nenſis *de priu. iuramenti. priuil. 88.* Iacobus Ayretus *in*
explicat. l. unic. num. 86. C. de errore calculi. Vincen Ca-
roc. *de excuſſ. bonor. part. 2. quæſt. 15. num. 2. & ſeqq.* Ioan.
Koppen. in Rangerſdorff. *in deciſ. ſuis. quæſt. 56. num 10.*
Ioan. Gutierrez. *de contract. iurat. cap. 23. num 27 & 28.*
Andr. Gail. *lib. 2. obſ 27. numer. 21. 22. & 23.* Coler. *de pro-*
ceſſ. execut. part. 1. cap. 10. num. 347. Neque in praxi, ſi
caſus contingeret, ab iſta opinione recedere ſatis tu-
53 tum eſſet, quam etiam communem † & magis veram
eſſe aſſerit Laurent. Teſaurus *in tract. cautelarum. cau-*
tel. 80. num. 12. 13. & 14. & nouiſſimè non ineleganter
comprobauit Daniel Mollerus *lib. 1. ſemeſtrium. c. 16. &*
in comment. ad conſtit. Saxonicas conſtit. 17. num. 1. 2. 3.
54 *4. 5. 6. 7. 8. 9. & 10.* vbi, & ipſe † communem, & ve-
riorem vocat, ſequacem habens Hier. Treutl *ſelect.*
diſput. volum. 2. diſput. 28. theſ. 5. lit. D. in fin. Dicitque
Camil. Borel. *in controuerſia 11. num. 10.* Quod fideiuſſo-
55 res, † qui mediante iureiurando ſe obligarunt, ſi op-
ponant aduerſus obligationem iuratam, nulla iura-
menti abſolutione impetrata, periurij exceptione, tan-
quam litis finitæ, repelli poſſint, quod in praxi obſer-
uatione eſt dignum.

Et quidem hac opinione retenta, poſſet etiam eui-
56 tari † argumentum Fachinei ſupra allatum Magnum
enim hoc caſu diſcrimen eſt, inter exceptionem non
numeratæ pecuniæ, & exceptionem excuſſionis. Qui
enim iureiurando promittit, ſe pecuniam, quam ſpe-
rat, ſibi mutuo datam iri, bona fide reſtituturum, ne
quidem per ſomnium cogitat, creditorem ad emiſſam

cantionem eam non numeraturum, tantum abeſt, vt ſi
fortè numeratio non ſequatur, per interpoſitum iura-
mentum hanc exceptionem à ſe abdicauerit, vel etiam
notam hominis, extreme negligentis, & ſuum iactare
volentis, ſibi inurete voluerit, actus enim vltra eius
intentionem egredi non debet, *l. non omnis. in princ. ff.*
57 *de rebus credit.* Quin † potius, nulla principali obliga-
tione ob defectum conſenſus apparente, deficit etiam
acceſſoria, robur additura. Ioan. Godd. *de contrah. ſti-
pul. cap. 9. concluſ. 4. num. 79.* Aſt qui pro debitore fidem
ſuam interponit, & niſi is ſoluerit, ſtatuto tempore ſe
ſoluturum mediante iureiurando, promittit, is præſen-
tem, in eſſe iam productam, & validam obligationem
præſupponit, eiuſque impletionem in ſe ſiue ſuam per-
ſonam recipit, non verbotenus (eſſet id enim credi-
torem decipere) ſed cum effectu, quid igitur mirum,
ſi exiſtente tali conditione non ſecutæ per debitorem
ſolutionis, is ad ſoluendum præcisè cogatur, qui huic
oneri ſe proprio iureiurando obnoxium reddidit? De-
inde, etiamſi hæc ita conſtitui non poſſent, adhuc ta-
58 men magis communis opinio eſt, quod † iuramentum
non reguletur à natura contractus, ſed magis contra-
ctum ampliet, & extendat, & præcisè iurantem obli-
get, etiam extra naturam contractus, vt tenet Iaſon *in
l. ſi conuenerit. ff. de iuriſdict. omn. iud. & in l. ſi pecuniam. ff.
de cond. ct. ob cauſam. & in l. ſi inſulam. ff. de verbor. oblig.*
Decius, & Ioan. Franc. à Ripa *in c. 1. de iudiciis.* Alexan.
conſil 37. numer. 75. volum. 2. Socin. *in fallent. verb. iura-
mentum.* Iacob. Marcbiſellus *in ſylua quaſt. pract. qu. 3.
num. 34 verſ. partem tamen.* Daniel Mollerus *in d. conſtit.
17. num* 8. Ioan. Goddæus *de contrah. ſtipul. c. 9. concluſ. 4.
num. 79.*

Similiter huic ſententiæ non videtur admodum re-
pugnare alia ratio Fachinei, quod ſcilicet, excuſſionis
exceptio ſumma æquitate nitatur, atque ideò per iuſiu-
randum ſublata dici nequeat. Quia reſpondetur, non
59 † minus æquum eſſe, vt vir bonus, inprimis homo
Chriſtianus, qui ſub fide ſola, vel ſub ſimplici verbo
veritatis, ergò multo magis, qui iureiurando interpo-
ſito aliquid promiſit, illud candidæ præſtet, nec in di-
latorias ſolutionum latebras, & circuitus ſe abdat,
iuxta illud *Pſalm. 15. verſ. 4.* Qui vicino ſuo iurat, neo
illum decipit, item illud *Leuitici 19. verſic. 11.* Non de-
cipiet vnuſquiſque proximum ſuum, atque ea, quæ tra-
dit Colerus *de proceſſ. execut. part. 1. cap. 10. numer. 240.*
fuſiſſimè, & admodum eleganter Erneſtus Cothman.
60 *reſponſo. 18 à num. 108. vſque ad num. 134.* Ergo † concur-
rentibus his gradibus æquitatis, merito præferenda
eſt illa æquitas, quæ circa diſpendium ſalutis, & ani-
mæ verſatur, illi æquitati, quæ circa attenuationem
rei familiaris, & quidem ad tempus ſaltem (neque
enim fideiuſſor ſoluens reuera ſolutum perdit) eſt oc-
61 cupata, magis † enim curandum eſt de ſalute animæ,
quam de rebus, *c. præcipimus. 12. quaſt. 2.* Alciat. *in c. cum
62 contingat. num. 211. extra. de iureiur.* maximè, quia † ſæpè
inferioris gradus regula cedit ſuperiori, vti ius priua-
tum naturale iuri naturali publico. VVeſenb. *in § pen.
Inſt. de iur. nat. gent. & ciuil.* Io. Godd. *de contrah. ſtipul.
c. 7. concl. 10. num. 129.* Et vbi maius eſt periculum, ibi
cautius quoque eſt prouidendum, *l. 1. § ſed etſi quis. D.
de Carbon. edicto c. vbi periculum. de electiõn. in 6. c. quie-
ſcamus. 42. diſtinct.* Zaſius *conſ. 3. n. 3. lib. 2.*

63 Præterea † negari non poteſt, iuriſiurandi vinculum
tam reſpectu debitoris, & fideiuſſoris, quam etiam cre-
ditoris, ſuas vires habere, & quidem illorum inuitu
efficere, vt creditor animoſior, & audentior factus, eis
multo promptius pecuniam numeret, huius vero con-
templatione, vt tanto minus de ſolutione periclire-
tur, certo ſibi perſuadens fideiuſſorem, tanquam ho-
minem Chriſtianum, non facturum irrita, quæ de la-
biis ipſius proceſſerunt. Cum igitur tale iuſiurandum
in perſona debitoris, & fideiuſſoris, per promptiſſi-
mam creditoris numerationem, finem ſuum attigerit,
æquum ſanè eſt, vt & in perſona creditoris fine debi-
to, promptiſſimæ nimirum ſolutionis, non deſtitua-
64 tur, ſiquidem hoc † caſu creditor, & fideiuſſor non
ſunt iudicandi ad imparia, *l. ſi ſocius pro filia. D. pro ſocio.
l. 1. C. de ſupreſſ. ex luco Daph id lib. 11. l. fin. C. de fructib.
65 & litium expenſ.* neque † alteri per alterum iniqua
conditio inferri debeat, *l. non debet. 74. D. de regul. iuris.
l. ex empto. §. qui autem habere verſi. neque enim bona fidei.
D. de action. empti.* ac faciunt ea quæ attuli infra *nu-
mero. 97.*

66 Scio † tamen Petrum Rebuff. *in l. ſi ita ſtipulatus. c. l.
3. D. de verb. ſignif.* ita diſtinguere: Aut aliquis ſub iura-
mento promiſit ſoluere tertio die Ianuarij, ſi debitor
non ſoluerit, & is beneficium excuſſionis non habet,
quia debitorem ante lapſum diei præfixi admonere
potuit, *l. Lucius. D mandati.* Aut vero iurauit ſoluere,
non adiecto certo tempore, & tunc excuſſionis bene-
ficio vtetur. Cæterum mihi non placet iſta diſtinctio,
ſed ſimpliciter modo allatæ, & ſtabilitæ poſteriori
ſententiæ inhæreo.

67 Secvndo † beneficium excuſſionis, & iſti fide-
iuſſori tribuitur, qui ſe principalem debitorem con-
ſtituit; Ita enim traditum eſt à *gl in d. Nouell. 4.* Ange-
lo de Clauaſio *in ſumma ſua. ve b fide uſſo. num. 14.* Ab-
bate Panormit. *in c. peruenit. ext. de fideiuſſorib.* Baldo.
in conſ. 198. num. 7. lib. 1. Petro de Rauenna *ſingu. 101.*
Carolo Molinæo *de vſur. q 7.* & multis aliis, quos ac-
cumulant Gail. *lib. 2. obſ. 28. numer. 1.* & Francus *d. c. 5.
numer. 192.* cum quibus etiam tranſit Tiber. Decian. *in
conſil. 25. num. 10. vol. 2.* vt, & Bertazolius, multos alios
laudans, *in tract. clauſ. inſtrumental. clauſ. 39 glo. 4. num. 1.*
Sebaſt. Medices *de conſeru. poſſeſſ. num. 312 verſic. decimo-
tertio fall.* Franciſc. Monaldus *conſ. 124. in princ. vol. 2.*
(vbi hoc in clerico exemplificat) Horat. Carpanus *ad
68 ſtatut. Mediolan. p. 1. c. 413. numere. 7. & 8.* Imo † hanc
æquiorem, & magis communem vocat Anton. Theſ-
ſaurus *deciſ. 166. nu. 2. verſ. verum ſingulis mature diſcuſſis.*
& nouiſſime Erneſtus Cotmannus *in reſponſo ſuo 22.*
vbi tandem, poſt 25. Dd ſecum ſentientes ibique alle-
gatos, in calce ſubiicit, ſecundum hanc opinionem
69 etiam † Academiam Roſtochienſem ſimpliciter de
iure reſpondiſſe, 5. *Decemb. Anno 95.*

70 Quia † vero hæc ipſa traditio per aliorum Inter-
pretum contrariam opinionem impugnata fuit, ideo
nonnulli ad tollendum hoc diſſidium ſequenti diſtin-
ctione vti voluerunt.

Aut fideiuſſor conſtituendo ſe principalem debi-
torem facit hoc animo nouandi, hoc eſt, vt obligatio
in perſona principalis debitoris extinguatur, atque in
ſe per nouationem transferatur, vel vt is in vicem
eius, qui erat obligatus, debitor conſtituatur, *vt ait l.
fruſtra. C. de non num. pecun.* tunc indiſtincte, vt illi vo-
lunt, poterit conueniri fideiuſſor, & ceſſabit hoc be-
neficium: exquiſitæ poſt plures alios Io. Koppen in
Rangerſdorff. *in deciſ. ſuis. q. 50. num. 4. & 5.* Ieremias
Setſerus *in ſelect. diſput. diſput. 13. theſ. 10. verſic. an fide-
iuſſor, qui ſe obligauit.*

Aut vero fideiuſſor non conſtituit ſe principalem
animo nouandi, tunc locum habebit excuſſionis be-
neficium, niſi modum quis ſpecialiter ei renunciaue-
rit *gl. d. Nouell. 4. §. 1. in verb. fideiuſſorem.* Philip. Por-
tius *in commun. opin. concluſ. 41. num. 14.* vbi multos alios
citat Ioach. à Beuſt. *in l. admonendi. num. 305. D. de verb.
ſignif.* nec diſſentire videtur Francus *d. cap. 5. num. 201.
& 202.*

Quorum

71 Quorum † omnium opinionem non incommodè
probare quis poſſet, primo ex *l. vbi quis, 28. ff. de conſti.
pec.* quo in loco ita Caius inquit: *Vbi quis pro alio con-
ſtituit ſe ſoluturum, adhuc is, pro quo conſtituit, obligatus
manet.* Æquitatis igitur ratio ſuadere videtur, vt idem
etiam in fideiuſſore, ſe debitorem principalem conſti-
tuente, admittatur, *per l. fin. C. de conſtit. pec. leg. 7. in fin.
ff. de fideiuſſ. tut. §. eadem ratione, in fin. Inſtit. quod cum
eo.*

72 Deindè † etiam non parum vrget reſponſum Vl-
piani *in l. ſi Stychum, 8. §. vlt. ff. de nouationibus. Quid enim
intereſt.* inquit, *an alius quilibet promittat: Quod enim ego
debeo, ſi alius promittat, liberare me poteſt ſi nouationis cau-
ſa hoc fiat: Si autem non nouandi animo interuenit, vterque
quidem tenetur, ſed altero ſoluente, alter liberatur.* Quæ
quidem verba præcedentem diſtinctionem expreſsè
73 ſtabiliunt, maximè, quia † hodie non fit nouatio, niſi
hoc expreſſe ſit actum, vel niſi adeo veriſimiles, & vr-
gentes ſint coniecturæ, vt ex iis perſpicuum eſſe poſ-
ſit, à prima obligatione partes recedere, & illam in
aliam transfundere voluiſſe. *l. finali. Cod. de nouationibus.*
Gail. *lib. 2. obſeruat. 28. num. 4. & obſeru. 30. numero 3.* Me-
nochius *de præſumption. lib. 3. præſumpt. 134. numero 36.*
Maſcard. *de probat. concluſ.* 1111. Franc. *dict. c. 5. nu.* 202.

74 Tertio, hanc † opinionem ſuffulcit Speculator *in
tit. de renunt. & concluſ. §. finnis, num.* 18. vbi aſſerit, quod
fideiuſſor, vt maximè principalem ſe conſtituat, ſem-
per tamen pro debitore interuenire intelligatur, ideo-
que merito, ſecundum illum, origo, & initium con-
tractus inſpicitur, *per text. in leg. qui id quod 33. in prin.
ff. de donation. l. vlt. C. ad SC. Macedonian.* Et hanc ratio-
nem in primis vt ſit Ern. Cothman. *d. reſponſo 22. num.
7. & ſeqq.* quæ etiam clarius probatur *per l. ſi tantum. 12.
ff. de Senatuſconſ. Macedon. l. 1. §. Idem Pomponius, § ſi ſer-
uus, ff. depoſiti. l. 8. in prin. ff. mandati, l. ſi id quod. §. ſi filius-
familias, ff. pro ſocio.*

Denique eandem diſtinctionem Ioannes Schneid.
75 *in §. ſi plures num. 13. Inſtit. de fideiuſſor.* æquam † & com-
munem eſſe dicit, quam etiam, teſte Cothmanno, *d. El.*
76 *loco.* Collegium Wittebergenſe † & Lipſeule in deci-
77 ſionib. ſuis, nec † non nouiſſimè Elector Saxoniæ Au-
guſtus *in conſtit. promn. 18 part. 2.* approbarunt, eamque
ipſam Daniel Mollerus *in d. conſtit. 18. n. 2.* à Scabinati-
78 bus † ditionum Saxonicarum, & ante conſtitutionem
Electoralem, receptam eſſe teſtatur: veriſſimam quo-
79 que † appellat Rutger. Ruland. *in tract. de commiſſ. part.
4. lib. 6. cap. 4. n. 26.*

Sed ne mihi eueniat, vt, quod multi clamore per-
mixto, ſicut alibi ait Plinius iunior, tuentur, ego ta-
centibus cæteris dicere nolim, ingenue, (ſaluo tamen
ſemper ſummorum illorum, & eruditiſſimorum viro-
rum honore) fateor, & exiſtimo non magnopere con-
trouertendum eſſe, quod exceptio excuſſionis locum
non habeat in caſu, quo expreſſe de animo nouandi,
hoc eſt, de expreſſa voluntate veterem obligationem
à principali debitore in fideiuſſorem transferendi con-
ſtat, hoc enim eſſet actum agere, & de indubitabili di-
80 ſputare, † *per d. l. fin. C. de noua. l. nouatione. C. de fideiuſſ.*
81 Cum † tamen in re clara, & expedita omnis diſputa-
tio ſit inanis, & otioſa, Decius *conſ.* 484. Hartm. Piſtor.
part. 1. q. 33. n. 8. Camill. Borellus *in tract. de compromiſſ. §.
2. gl. 1 num. 231. & 234.*

Cæterum in eo cardo negotij vertitur, an verum
ſit, quod Doct. ſupra relati arbitrantur, caſu, quo non
interuenit nouatio, fideiuſſorem, etiamſi ſe vt princi-
palem obligauerit, non tamen à beneficio excuſſionis
excludi? Atqui ego illud axioma vniuerſaliter verum
eſſe, non facilè conceſſerim.

82 Aut enim † in vno eodemque, ſiue diuerſo, diuer-
ſiſque temporibus confecto inſtrumento, quis ſe con-
ſtituit principalem debitorem, & tamen ne ſic quidem
aliter, quam in euentum non factæ per principalem
ſolutionis ad præfixum terminum; Hoc vtique caſu
non aliter intelligitur voluiſſe ſe obligare ad exactio-
nem, niſi quatenus, & in quantum non ſatisfaceret,
vel non ſatisfacere poſſet principalis, *argumento l. fide-
iuſſores, & l. inter creditricem, ff. de fideiuſſ. l. tutor. §. quid
ergo, ff. ad Vellejan.* Eſtque eius rei ratio ſatis euidens,
quod nimirum talis conſtitutor videatur quaſi ſpon-
ſor indemnitatis eſſe, adeo, quod ante omnia explo-
randum eſt, in quantum poſſit ſatisfacere principa-
lis. Colet. *de proceſſ. execu. part. 1. c. 10. numero* 160. Franc.
d. c. 5. num. 198. vnde etiam Alex. de Imola *in leg. finali. ff.
ſi certum petatur.* & Franch. de Matchis *quæſt. 411. par. 2.*
83 tradiderunt, Creditorem, cui † datus eſt fideiuſſor
ſub conditione, ſi principalis in ſolutione deficeret,
non poſſe agere contra fideiuſſorem, non diſcuſſo prin-
cipali, etiamſi in inſtrumento beneficio excuſſionis eſ-
ſet renunciatum, de quo inferius plura dicam. Si itaque
præfatam Doct. opinionem de fideiuſſore taliter pro-
mittente accipiendam eſſe quis vrſerit, non equidem
repugnabo vehementer.

84 Aut verò † loquimur de mero conſtituente, qui
videlicet proprio nomine, & non in euentum dilatæ,
vel non factæ per principalem ſolutionis, ſe obligat
pro alieno debito, faciendo caſum proprium, vt lo-
quitur Crauetta *in conſ. 272. ſub numero 13. verſ. tertio re-
ſpondeo.* quem ſequitur Guid. Pancirolus *in conſilio 45.
numero 24. & 36.* & nouiſſimè enucleauit Florez Diaz
de Mena *in practicis quæſtionibus, quæſtio.* 11. Fideiuſſor
pro altero promittens, quod eſt alterius debitum, &
obligatio, ſuam facit de ſuis bonis alteri promittendo,
& faciendo ſolutionem, &c. quem ſanè beneficio ex-
cuſſionis gaudere prorſus nego, non leuibus, ſed ſatis
certis, ad id argumentis adductus.

85 Primo enim plus quam manifeſtum † eſt, quod reus
principalis, & fideiuſſor non ſint vnum, & idem, *l. rem
principales, Cod. de fideiuſſ.* Ioan. Baptiſt. Aſinius *in tract.
de execut. in priuileg. cap. 2. numero 17. & 18.* Sed reus prin-
cipale, quod eſt fideiuſſor acceſſorium, *l. hi qui, ff. de fi-
deiuſſor. §. fideiuſſores, Inſtitut. eodem. titul.* vnde & obli-
86 gationum in reo principali, & fideiuſſore differentia &
fideiuſſoris obligatio minor, rei verò principali maior
eſſe dicitur, *in l. ſi reus, 13 ff. de duob. reis, l. debitori. 50. de
87 fideiuſſ.* Imo & † beneficium legis vel ſtatuti de debi-
tore loquens, propriè ad fideiuſſorem, cum diuerſis
nominibus appellentur, non extenditur, ex Angelo,
Imola, Caſtrenſi Aſinius *d. n.* 18.

Aut igitur dicendum eſt, eum, qui ſe tanquam prin-
cipalem conſtituit, & principalem fieri, atque etiam
fideiuſſorem manere, quod abſurdum eſt ſtatuere. Cum
quia hæc fœda nominum & rerum eſt confuſio, & quia
88 verba † vno tempore duplicem, & quidèm contrarium
intellectum, & effectum habere non poſſunt, *l. vltima.
C. de legit. tutor. facit. l. ſi ita num. 13. §. verum. ff de rebus du-
biis, l. final. 101, cum enim ſimul utrunque vocabulum, & in
Bart. C. de ſentent. & interloc. Pinellus in authen. niſi trien-
nale num. 58 C de bon. mater.* Tum etiam, quia diffici-
89 le, † & inconueniens eſt, vt vnus homo in vna cauſa
vnoque reſpectu duorum vicem, hoc eſt, & principa-
lis, & fideiuſſoris ſuſtineat *text. eſt cum gl. in verb. fini-
ta. in l. fideiuſſores, C de fideiuſſor & in l. ſi plures 19 ff. de
pact.* ac manifeſtiſſima huius axiomatis exempla pro-
ponuntur *in l. pupillus, §. item ipſe, D. de auctorit. tutorum.
l. vltim. D. mdicatum ſolui. l. Titia 100. D. de condition. &
demonſtrat. l. ille à quo, § penult. D. ad Senatuſconſult. Tre-
90 bellia.* vbi ſatis claè innuitur, quod vnus † homo &
venditoris, & emptoris, item viduæ, & nuptæ, item tu-

Antonius Heringius.

ſpectam hæreditatem dicentis, & coacti, & cogentis vicem ſuſtinere nequaquam poſſit, nec diſſentit Tiraquellus *de iure conſtit poſſeſſ.part.3 limit 30.nu. 38. & 39.* item Cuiacius *ad African. tract. 7. pag. 371. in verb. nec enim poſſet ab initio idem eiuſdem pecunia conſtitui, & reus, & fideiuſſor.*

Aut verò dicendum eſt, verba illa: Conſtituo me principalem, dicis tantum gratia adiici, adhoc ſcilicet, vt creditori, ad talem promiſſionem multo promptius pecuniam numeranti, imponatur, quod manifeſtè legibus repugnat, ſtatuentibus, ne minimum qui-
91 dem †. verbum in inſtrumentis contractuum, imo, & in materia odioſa, & renuntiationibus poſitum, ſine operatione eſſe debere, *l. ſi ſtipulatus, ff. de vſuris. l. 1. §. finali. ff. ad Municipal.* Iaſon. *in rubr. C. de contrah. emptio. num. 9.* Alexand. *conſil. 151. numer. 6. volum. 2.* Purpura. *conſil. 48. numero 4.* Vincen. Caroc. *deciſ. 59. num. 2.* Ioan. Vincen. Hondedæus. *conſult. 48. numero 34. volum. 1.* Ioachim. à Beuſt. *in l. 3. numero 1. ff. de iureiurando,* Mantua *ſingul. 47. incip. Verb. 1. & ſingul. 127. incip. In ore omnium* vbi ait, quod illud dictum in omnium Aduocatorum
92 ore eſſe ſoleat: Imo & ſecundum † Bald. *ad rubrica. quæſt. 9. C. de contrah empt.* Curtium Iuniorem *conſil. 85. num. 4.* Crotum *conſil. 136. numero 20. lib. 1.* Fab. Turret. *conſil. 17. numer 17.* Nattam *conſil. 111. numero 6. volumin. 1.* Marthæ de Afflict. *deciſ. 44. num. 19.* ne quidem ſyllaba ſuperfluè debet apponi. Et quanquam obiici poſſet,
93 prædictum † axioma tantum accipi debere de verbis contractuum diſpoſitiuis, non de acceſſutiis, & executiuis, quæ magis ex ſtylo, & conſuetudine Notariorum, quam ex mente contrahentium adiici ſolent, ideoque in conſiderationem non veniunt. Menoch. *de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 113. n. 44.* & multo alios Andr. Rauchbar. *part. 1. quæſt. ſuar. quæſtio. 2. num. 15.* Non credo tamen quenquam fore, qui dicere auſit, ſupra allegata verba, Conſtituo me principalem, non eſſe diſpoſitiua, ſed ex ſtylo Notariorum tantum adiici, cum nullus eorum tam audax ſit, qui ex proprio cerebro vel penu ſua, citra metum infamiæ, vel condignæ pœnæ, talem clauſulam in extenſione inſtrumenti adiicere præſumat.

Et diceremus, illa ipſa verba dicis tantum gratia, & pro fallendo tempore, ſaltem obligationibus inſeri, eſſet id profecto iniquum, & αὐτοϛατῶν iniquum, cum
94 † captioſa fallacia à iure noſtro prorſus improbetur *l. cum Aquiliana ff. de tranſactionibus, l. quoties, 59 ff. de verborum obligationib. l. Paulus, 8 ff. de prætor. ſtipulat. l. ſi rem. 41. ff. de vſucapion. l. ſi vxori. ibi, aliter enim interpretibus ſummam fore captionem, ff. de auro, & argen. legat. l. 5, C ad Velleian. l. fin. C. de pact. inter empt. & vendit. cum*
95 *ſimilibus.* In tantum, vt nec † color à debitore, ac fideiuſſore quæſitus hic vllo modo attendatur, iuxta tradita per Baldum *num. 2.* Salycet. *numero 3.* & Ioan. Dauth. *numero 1. in explicat. l. dictantibus, C. de teſtamentis.*
96 Vnde & † ratio D. Cothmanni hic locum habere nequit, quaſi nimitum creditor ſibi imputare debeat, quod fideiuſſorem ad expreſſam renuntiationem beneficij excuſſionis non adegerit, ſed elegerit obligationis genus anceps, & incertum: Nam creditor hoc caſu ipſam literam, & communem vſum loquendi ſequitur, quibus vtique principalis, & fideiuſſor. item fideiuſſorem eſſe, & principalem fieri, ſunt contraria diſparata, ita vt vnum per alterum tollatur, nec poſſit quis fideiuſſor manere, ſi principalem ſe conſtituat. Quis igitur creditorem hic culpet, qui proprietatem ſermonis, appellationemque vulgi pro ſe
97 habet: quæ alias † quoque pro iure habetur, etiam in materia exorbitante, & correctoria, *l. librorum, §. Caſſius, ff. de legatis tertio.* Baldus *in leg. non dubium, columna quarta. C. de legibus.* Aymo Crauetta. *conſilio centeſimo ſexageſimo ſexto numer. decimo.* Imo beneficium excuſſionis ad fauorem fideiuſſoris eſt introductum, cur igitur is ad ſuum commodum non attentius vigilauit, & proſpexit, expreſſe cauendo, quod tale beneficium nequaquam ſibi præripere intendat, vt maximè ſecundum τὸ ῥητὸν ſe principalem debitorem
98 conſtituerit? Nihil minus † enim ferendum eſt, quam eius notificationem ab alio deſiderare, quod ipſe ſcire teneris, *l. magnam. C. de contrah. ſtipulat. l. 2. C. de iure emphyt.*

99 Ἀσύϛατον verò ideò eſſet, quia non † minus abſurde, & contra doctrinam Logicam Coniuratorum dicimus, Aliquem principalem ſe conſtituere ſed principaliter non obligari, quam aſſerimus; Mutuo quidem dari pecuniam, ſed non eſſe mutuam, obligari quidem naturaliter, ſed non iure naturali, pulchrè Hermanus Vulteius *diſceptationum Scholaſticarum, capite, decimo ſexto, mihi pag. 149.* Sunt enim iſta αὐτὸ ἰσδεκυμένον, niſi quis in media luce cœcutire velit. Cumque is, vt modo dixi, qui ſe principalem debitorem conſtituit, citra abſurditatem vel iniquitatem nudus fideiuſſor manere non poſſit ſequitur vtique, eum principalem debitorem, quoad effectum, fieri argumento eorum, quæ traduntur à Flaminio Chartario *in deciſion. cauſ. execut Rotæ Genuenſis, deciſion 51. numer. 27. 28 & 29.* ac proinde beneficium excuſſionis non habere, ſiquidem eius, in cuius locum per voluntariam ſtipulationem ſuccedit, iure merito vtitur, *l. qui in ius l. quod ipſis ff. de reg. iur.*

Secundo indubitati iuris eſt, quod in omnibus obli-
100 gationibus conuentionalibus per pacta † ſua legem ac formam contractui dent contrahentes, *l. 1. ff. depoſiti. l. in conuentionalibus 52. ff. de verborum oblig. l. 3. §. 1. C. de iure Dom. impet. cum ſimilibus.* Sed fideiuſſor ad principalem obligationem ſecundum iuris formam tantum acceſſorie accedit, *l. 1. l. 6. §. adhiberi l. fideiuſſor. 16. §. fideiuſſor. l. hi qui acceſſionis ff. de fideiuſſoribus,* ac niſi velit, non poteſt in plus quam acceſſoriè obligari, *§. fideiuſſores. Inſtit eod. tit.* Quod ſi igitur ad hoc ſuo priuilegio ſpontè recedat, & ſe principaliter obſtringat, quidni ex acceſſorio fiat principale, iuxta legem contractui ſpontè à fideiuſſore ipſomet dictam? *l. contractus 24. ff. de regulis iuris.* Neque ſanè apud me dubium eſt, quin iſto caſu eodem modo beneficium excuſſionis amiſeris, ac ſi ab initio expreſſè illi
101 renuntiaſſet. Quid † enim quæſo, aliud eſt renuntiare, quam ſe principalem conſtituere? Ideoque hoc caſu merito ſuccedunt notiſſima, & per vulgata axiomata iuris, quod nemini liceat † aduerſus ſua pacta
102 venire, & contrahentes decipere, *l. ſi quis in conſcribendo 15. Cod. de Epiſcopis & clericis, l. penultima. C.*
103 *de pactis.* Quod paria † ſint, ſe facto vel verbis declarare, *l. de quibus ff. de legibus.* Quod † non ſimus
104 ſolliciti de modo, quando habemus effectum, *l. cum ſeruus ff. de verborum obligationibus,* latè Hyppolitus *in tractatu criminali. § ſecunda quæſtio numer. 21. & 22.* dixi *ſupra capite 11. numer 461.* Et denique, quod vbi † per-
105 ſonæ conditio locum facit beneficio, vbi deficiente ea, beneficium quoque deficiat, *l. in omnibus 69. ff. de reg. iuris* & ex textus ad rem elegantiſſimus *in Nouella 136. §. in fine.* vbi dicitur: *Si pacta adſcripta ſint, ſimul formam ac regulam addant contractus, ſimul exinde inferatur exactio.*

106 Quod † ſi verum quoque eſt, fideiuſſorem illum, qui iurato promiſit, ſed acturum, & facturum, vt debitor ſoluat. Item, qui promiſit, ſe ſoluturum ad ſolum verbum creditoris, nullo alio docto aut deducto, conueniri poſſe, non excuſſo principali, vt re-

ſpectiu

Digitized by Google

ſpectiuè conſuluerunt, & docuerunt Corneus *conſil.*
109.num.8.vol.1. Bald. *in auth.hoc ita. Cod. de pignoribus*,
Imola, & alij *in leg. decem, ff. de verb. oblig.* Alciat. *in leg.*
vlt.num.31.ff. ſi cert. petatur. (vbi dicit, ſe cum Alexan-
dro contra Decium hoc probare) Hieron. Gratus
reſponſo 87. num. 26. & 27. lib. 1. quanto magis is con-
uenietur, qui præcisè, & expreſſis verbis ſe princi-
palem conſtituit, & ſolutionem in ſuam perſonam
tranſtulit?
107 Nec eleuat hoc argumentum, ſi forte † iudex ad
preces creditoris ſupplicantis ſe offerat ac declaret,
ſe efficere velle, vt debitor intrà certum tempus ſoluat,
imo ſe pecuniam ſupplicanti tradere velle, quod ta-
men hoc caſu tanquam fideiuſſor, conueniri nequeat.
Intelligitur enim iſta promiſſio ſaltem mediante ſuo
ordinario nobili, vel mercenario officio, vigore cuius
ſe debitorem ad ſolutionem cogere aut adigere velle,
ſe promptum ac paratum offert ac oſtendit, nequa-
quam vero, quaſi eo ipſo onus fideiuſſionis in ſe ſuſci-
pere voluerit: non igitur actus vltra eius intentionem
egredi aut operari debet argumento eorum, quæ tra-
dit Vincentius Carocius *deciſ. 123. numero 1.* & Tira-
quell. *de retract. lignag. §. 1. gloſſ. 9. numero 141. & 142.* Pro
quo facit doctrina Baldi *in l. finali. §. neceſſitate. ſub nu-*
108 *mero 22. Cod. de bon. quæ liber.* vbi ait, † quod pater con-
ſentiendo filio agenti ſibi non præiudicet, quia con-
109 ſentit auctorizando, non ſe obligando. Sic † & admi-
niſtrator ciuitatis decretum interponens tranſactio-
ni, ſub tamen non præiudicat, *Caſtrenſis conſilio 423.*
incipiente, Quiaſcio, quod ſuper iſto, libro primo. Et ex
prædicto fundamento iudicem inferiorem ab impe-
titione creditoris abſolutum ſcio menſe Iulio, Anno
1604.

Tertiò, ad confirmandam hanc ſententiam etiam id
110 non incommodè adducitur, quod cum † pro fideiuſ-
ſore alius fideiuſſor fidem ſuam interponit, primus fi-
deiuſſor ex natura ipſius rei (licet hoc minimè dicatur)
fit principalis, item loco eſt rei, nec habet diuiſionis
beneficium, *l. ſi plures §. vltimo ff. de fideiuſſoribus.* Quan-
to igitur magis ille fideiuſſor habebitur pro principali,
& reo, qui ſe ipſum talem expreſſis verbis conſtituit,
111 cum vtique † expreſſum ſemper maioris ſit efficaciæ,
quam tacitum? Baldus *in l. finali. ff. de legatis ſecundo.*
Crauetta *conſil. 195. num. 5. par. 2.* Quanto etiam ma-
gis huic beneficium excuſſionis denegamus, qui per
expreſſum actum renunciauit? Nam qui concedit fie-
ri principalem, fieri reum, perſonam rei ſuſtinere, is,
niſi fallor, eo ipſo etiam largitur, eum vt principalem,
vt reum conueniri poſſe, qui ſanè illud beneficium or-
dinis non habet.

Quartò huic ſententiæ adminiculatur quoque il-
112 lud, quod † quoties differentia eſt obligationum,
toties etiam altera alteram perimit, hoc eſt, toties ea,
quæ potentior eſt, & plenius attenditur, *leg. generali-*
ter. 5. vbi Gothofred. ff. de fideiuſſor. l. ſi duo. 92. §. 2. ff. de
113 *ſolutionib.* Cum igitur inter † obligationem rei & obli-
gationem fideiuſſoria ſit differentia, *l. ſi reus. 15. ff. de*
duob. reis. Præterea etiam obligatio principalis ſit poten-
114 tior, & plenior, ſiquidem principem † locum tenere
maius eſt, quam accedere: Cuiac. *ad African. tract. 7. in*
115 *his pag. 371.* & plus † eſt præcedere, quam ſequi, *dict. l. ſi*
116 *duo §. 2. ff. de ſolutionib.* (vnde illa † acerrima inter
principes, & principium legatos ac ciratores contro-
uerſia, quis eorum in ſeſſionibus, proceſſionibus, vo-
tis, &c. præcedere, quis ſequi debeat, de quo articu-
lo, vt hoc obiter moneam, accurate ſcripſerunt. Ni-
col. Boerius *in tract. de ordin. & præced. grad. vtriuſque*
fori in 14. volum. tractatuum. Tiber. Decianus *conſilio. 21.*
volum. 1. & conſil. 7. & conſil. 19. volum. 3. Natta *conſilio.*
Antonius Heringius.

577. *lib. 3.* Menochius *conſilio. 51. lib. 1. & conſil. 126. lib. 2.*
Modeſtin. Piſtoris *conſilio. 51. part. 1.* Ioan. Fichardus
conſil. vlt. part. 1. Anton. Quetta *conſil. 1. per tot.* Anton.
de Gamma *deciſ. Luſitan. 1. per tot.* Herman Kirchne-
rus *in ſuo legato. lib. 2. cap. 5. numero 75. & ſeqq.*) conſe-
quens eſt, ſi fideiuſſor vltro, & ſponte ſua pleniorem,
& potentiorem obligationem in ſe ſuſcipiat, quod
minor & tenuior, ſcilicet fideiuſſoria etiam perima-
tur: cur enim minus pacto, quam ipſo iure obligatio-
nem minorem à pleniore tolli diceremus, cum vtique
117 id, quod † fit per legem, poſſit etiam fieri per pactum,
l. non impoſſibile, ff. de pact. l. vlt. C. de fideiuſſor, & præterea
iuris ſit, quod ex duobus pugnantibus ſecundum dero-
get primo, *l. pacta nouiſſima. C. de pact.*
118 Denique hanc † ipſam ſatis ſuperque confirmatam
119 opinionem (per quam † etiam reducimur ad iuris
veteris diſpoſitionem, *l. iure noſtro. C. de fideiuſſor.* tan-
tum abeſt, vt prorſus ſit iniqua) etiam magni nomi-
nis ICti amplexi fuerunt, nimirum Alexand. *in conſilio.*
29. num. 36. lib. 7. & ibi additio Nattæ *in verb. ſimul.* Hip-
pol. *in rubr. de fideiuſſor. num. 61. & ſeqq.* Steph. Aufrerius
qui (teſte Ario Pinello *in l. 1. par. 3. numero 36. Cod. de bon.*
120 *mater.* vir † doctior eſt, quam plures putant) *in addit.*
ad Capell. Tholoſan. deciſio. 23. Alciat. *in l. vlt. numero 31. ff ſi*
cert. pet. Aliſius *in tract. de execut. in prolegom. c. 2. num. 27.*
Syluan. *conſil. 84. num. 3. lib. 2.* Grat *reſponſ. 87. vol. 1.* Natt.
conſil. 52. num. 1. cum ſeq. & conſ. 345. num. 3 Fr. Beccius *conſ.*
45. num. 49. Dilect. *cautel. 50.* Anch. Regienſis *qu. 32. num.*
11. lib. 1. Iac. Puteus *deciſ. 58. ad fin. lib. 3.* Muſcatell. *in*
pract. fideiuſſ. par. 1. modo 12. num. 7. modo 12 num. 9. & mo-
do 20. num. 18. item part. 2. q. 10. num. 30. Rota Genuenſis
deciſ. 78. num. 2. Weſenb. *conſil. 10. numero 18. & 19.* Hart.
Hartman. *tit. de fideiuſſor. obſer. 1. verſ. item fideiuſſor. re-*
nunciauit. Tiber. Decian. *reſponſ. 27. num. 5. vol. 2.* Camil.
Borellus *in controuerſ. 81. numer. 11. 12. & 13.* Barnabas
Cornazzanus *deciſ. Rota Lucenſ. 133. numero 35.* Coler. *de*
proceſſ. executiu. par. 1. c. 10. num. 263. 264. 266. & expreſſim
num. 267. Cachineus *controuerſ. iur. lib. 7. c. 54.* Zanger. *de*
except. c. 15. num. 9. part. 2. Hier. Treutler. *ſelect. diſput. vol.*
2 diſput. 28. theſi. 3 lit. D. Ioan. Goddæus *de contrah. ſtipul.*
121 *c. 9. concluſ. 5. nu. 97.* Eaque † ipſa opinio non ſolum in
practica communiter tenetur: Caroc. *de excuſſ. bonor.*
122 *q. 3. q. 2. princ. numero 4.* ſed † etiam æquitati eſt magis
amica, vt teſtatur Gayl. *lib. 2. obſer. 28. num. 6.* ac ſecun-
123 dum eam quoque † non ſolum Camera Imp. ante mul-
tos annos iudicauit, vt colligitur ex ſententiis D. Bar-
thij, *die 6. April. Anno 1551. lit. C.* continendo verba illa:
124 principalis debitor, & fideiuſſor. Verum † etiam (vt
Academicis pronunciatis Academicas ſententias op-
ponamus) Senatus Academiæ Iuliæ, *Anno 1579. die*
25. Nouemb. teſte Ioan. Iagemanno, *in lectura §. ſi plu-*
res, verſ. aliud ſaltem hic monendum. Inſtit. de fideiuſſor. in
125 cauſa quadam grauiſſima pronunciauit. Quod † etiam
in Dicaſterio Lunenſi factum eſſe ſcribit Coler. *dict. cap.*
10. num. 267. & 268. Quanquam Dn. Ioan. Borcholt. *in*
conſil. 23. §. Nihil facies dom eſt. 344. hanc quæſtionem
attingens, non aperit cui opinioni ſe uera adſtipuletur,
quod tamen *in tit. Inſtitut. de fideiuſſor.* fecerat, in meam
ſententiam tranſeundo.

Nec graue eſt, ſi hanc opinionem retineamus, τὸ
ἀντίπαλον (vt alibi Nazianzenus loquitur) hoc eſt,
quod aduerſatur, eiiciete. Non enim inſtitutum meum
eſt, nec probare intendo, quod ſi fideiuſſor ſe debito-
rem principalem conſtituat, reus prorſus, & omni-
modo liberetur, ſed hoc ſaltem inferre conor, fide-
iuſſorem illum citra excuſſionem principalis debi-
toris ſoluere cogi: (cur enim ſua ſponte ſibi hanc
obligationem contraxit? *leg. interdum, §. ſenator. ff. de te-*
ſtis.) acturum tamen poſtea nihilominus cum debito

Google

re, ceſſit à creditore actionibus. Largior igitur,
126 † merum conſtituentem, hoc eſt, conſtitutæ pecuniæ reum, excuſſionis exceptionem opponere poſſe,
per d.l. vbi quis, ff. de conſtit. pec. Nouell. 4. & Nouell. 136. de argent. contract. in princ. id quod etiam probat Faber
num. 8. Schneid. *numero* 19. & Zaſius *in fin. in §. in perſonam, & §. de conſtitut. Inſtit. de action.* Hart. Hartman.
in pract. obſer. tit. de fideiuſſ. obſer. 1. mihi pagin. 276. Dan. Moller. *in comment. ad conſtit. Saxon. conſtit. 18. num. 4. part.*
127 2. Interim tamen hoc manet, aliud † eſſe reum principalem, aliud conſtituentem, *d.l. vbi quis*, item, aliud
conſtituentem, aliud fideiuſſorem eſſe; alias duæ diuerſæ rubricæ *in ff. & C. de conſtit. pecun. & de fideiuſſor.*
fruſtra poſitæ fuiſſent, *contra l. ſi idem, Cod. de codicil. l. definimus, C. de agric. & cenſit. lib. 11. Coler. d.c. 10. nu. 266.*
128 *in fin.* Et per conſequens, aliud † eſſe, per ſtipulationem conſtituere ſe reum principalem ex fideiuſſore, aliud
nudo pacto ſe conſtitutæ pecuniæ reum facere, hoc caſu beneficium excuſſionis locum habere, illo minimè, ſecundum ſupradicta.

Altera quoque ratio facilè remouetur. Neque enim
129 magis ad † vana nomina vocabulorum, an ſcil. contrahentes dicant, ſe animo nouandi promittere (quotus namque ex idiotis, linguæ latinæ prorſus imperitis,
id hodie vel ſatis intelligat, vel exprimat, niſi à peritioribus edoctus, & admonitus, iuxta Bald. *in cap. 3.*
130 *num. 4. de noua forma fidelit.* aſſerentem, ſimplices † homines, & idiotas probabiliter verſari in ignoratione
vocabulorum, atque ideo ruſticos interrogandos non eſſe, niſi rationali, & vulgato modo, vide etiam Vinc.
Caroc. *deciſ. 22. num. 19.* quam ad intentionem, & ſenſum partium reſpiciendum eſt, *l. premittendo 41. in pr. ff. de iur. dot. l. 3. §. conditio. ff. de adim. legat. l. in conuentionibus, 219. ff. de verb. ſign. l. receptitia. Cod. de conſtit. pec. l. ne in arbitris, §. vlt. C. de recept. Coler. d.c. 10. num.* 267. Ver-
131 ba † enim contractus ſunt forma contractus, quæ propterea ſeruari, inſpici, & ponderari debent, cum
ex his animus contrahentium iudicetur: Rol. à Valle *conſil. 61. num. 9. lib. 2.* M. Ant. de Amatis *deciſ. 1. num. 3. &*
132 4. cernitùrque voluntas † in verbis, ſicut faciles in ſpeculo: Bald. *in conſ. 102. num. 7. lib. 3.* Andr. Knichen.
de veſtit. pact. cap. 1. nu 85. & 86. ideoque illa verba. *Ego fideiuſſor conſtituo me, tanquam principalem debitorem, velle ſoluere ex meo pro Titio:* ita ſunt accipienda, quaſi
per ea fideiuſſor principalem obligationem cum omnibus ſuis qualitatibus in ſe ſuſcipere, & transferre voluerit: quare enim non abſtinuit, vel legem contractui
non dixit apertius? Imò ſi fideiuſſor poteſt idem debere, quod debitor, cur non & eodem modo eademque
efficacia debeat? præſertim cum volenti nulla fiat iniuria, nec alij, quàm ſibi ipſi acceptum ferre poſſit, quod
ſibi talem neceſſitatem impoſuit? *l. ſi fideiuſſor. §. 1. ff. qui ſatiſd. cog. l. Imperatores, 34. in verb. ipſe te huic pœnæ ſubdidiſti. ff. de iure fiſci.* vnde illud Mantuani *Ecloga* 2.

....ante

Liber erat, ſeruile iugum ſibi condidit ipſe.

133 Maximè, quia † & is, qui ſimpliciter promiſit fideiubere pro aliquo, non tenetur ſe principaliter obligare, ſed alter ſe prius obligare debet: Bertazolius
poſt Bald. & Iaſon. *in tract. clauſul. inſtrum. clauſ. 39. gloſ. 4. numero* 2. ideoque ipſi merito occinitur, illud Comici:

Habeas, vt nactus.

Nihil etiam quod ex Speculatore, & Corbmanno
134 allatum fuit, officit. Vtrumque † enim origo, & initium contractus in dubio attendi debet, tamen id obtinere
neutiquam poteſt, quando ipſemet contrahens contractus limites egreditur, atque aliam, & quidem primordiali origini derogatoriam, legem contractui pacto
ſuo apponit, & præſcribit; tunc enim rata eſt conuentio, *l. contractus, 23. leg. ſemper in ſtipulationibus, ff. de reg. iur.* vbi Cagnol *num.* 72. dicit, quòd pacta rumpant leges.
135 Et plus † valet, quod agitur, quam quod ſimulatè concipitur, *tot. tit. C. plus valere quod agitur l. ex conduct. 15. §. ſi vno. verſ. ſed etſi verb. donationis, ff. locat. l. inſulam. ff. de præſcript. verb.* Gabriel Mudæus *in l. ſi non fuerint. nu. 13. ff. pro ſocio.*
136 Denique † nihil aduerſatur doctrina Angeli, & Ioan. Ronchegalli *numero* 175. & 176. *ibid. in l. eandem, in fin. princ. ff. de duob. reis*, vbi inquiunt: Factores ſiue inſtitores hodiernos, licet mille literis ſcribant, ſe eſſe debitores, non tamen propterea poſſe eos ſuo nomine
conueniri; quod etiam probatur Paulo Caſtrenſis *in conſil. 94. num. 33. vol. 1.* Alex, *conſil. 44. volum. 2.* Iac. Marchitello *in ſylua quæſt. pract. q. 57. num. 7.* vbi dicit: Quod
137 inſtitor, † præpoſitus, & factor dominum quidem obligent, ſed ipſi tamen ex contractibus illis obligati non remaneant, neque finito ipſorum officio conueniantur. Nam, vt Angel. ipſemet ſubiicit, hoc ideò
fit; quia id inſtitoris officio, ad fidem menſæ præſtandam, non quod velint propriam fidem obſtringere,
faciunt, *iuxta l. vlt. ff. de inſtitor.* & ſequitur Gabr. Mudæus *ad tit. de act. empt. ſub rubr. vt habere rem emptam emptori liceat. num.* 32. quibus tamen adiice tradita per
Ioan. Koppen. in Rangetſdorff. *in deciſ. ſuis, quæſtio.* 21. At in fideiuſſore ſe res aliter habet, qui & proprio nomine ſe obligat, & ex fideiuſſore ſe ſcienter principalem facit, tanquam qui iuri pro ſe introducto libere renunciare poſſit. Sed de his iam ſatis ſufficienter eſt
dictum, quibus ſi quis nondum aſſentiri, ſed vlterius contentionis ſerram per eandem lineam reciprocare
maluerit, non eſt, quod ego porrò laborem. Rectè enim Senec.

138 *Non † quod eſt, ſed quod vult, credit, qui cupit errare.*

139 Saltem † reſtat illud explicandum, an fideiuſſor, qui ſe principalem conſtituit, adeo debitoris obligationem
in ſe ſuſcipiat, vt etiam ad id, quod vel ratione moræ, vel delicti, vel contumaciæ ex parte debitoris ad obligationem acceſſit, ſit obſtrictus? Et quanquam in hoc
puncto neminem quidquam vel ſcripſiſſe, vel decidiſſe inuenio, credo tamen totam hanc diſputationem ſatis
commodè ex iis, quæ ſupra *cap.* 24. dixi, reſolui poſſe.
140 Interim † dubium nullum eſt, quin fideiuſſor principalem debitorem ſe conſtituens, atque omnia teneatur
ad id, quod ab initio ſtatim in obligationem deductum fuit, ſiue illud ſortem, & vſuras, item tempus, locum &
conditionem, ſiue reliqua ab obligatione dependentia, reſpiciat: ſubrogatum enim ſapit naturam eius, in cuius locum ſubrogatur, *l. ſi eum §. qui iniuriarum ff. ſi quis*
141 *caut.* Et qui vult † antecedens, vult quoque conſequens, etiam in materia ſtricta, *l. illud. ff. de acquir. hæred. l. 1. §. 1. ff. ſi vſusfr. pet.* Zaſius *in conſil. 15. num. 3. lib. 1.* Crauet. *conſil.* 79. *nu.* 4. *lib.* 1. Sed iam ad alia tranſeamus.

142 Tertiò † igitur loco conſtituo fideiuſſorem indemnitatis, id eſt, quod in ſolidum non teneatur, quem Luſitani vulgo Abodanor vocant, teſte Ant. de Gamma
mox citando (de quo ſupra *cap.* 3.) eumque etiam beneficium excuſſionis habere, neque ante principalem
conueniri poſſe, dico, *l. 1. & 2. C. de conuen. fiſci debit.* 10. Afflict. *deciſ.* 318. Hipp. *in rubr. de fideiuſ. nu.* 23. &
314. Gayl *lib. 2. obſer. 27. nu.* 13. Francus *d. capit. 5. nu.* 196. (plures auctoritates ad id allegans) & nouiſſimus Ant. de Gam. *deciſ. Luſitan. 379. per tot.*
143 Quæ quidem † concluſio ampliatur primo, vt locum habeat, etiamſi iſte fideiuſſor omnibus fideiuſſorum
beneficijs, ac legum auxilijs renunciet, adhuc tamen non poterit ante principalem debitorem conueniri, vt
com-

communne interpretum, dogma aſſerunt Bartol. & Io. de Platea *in d.l.1.Cod. de conuent. fiſc. debit.lib.*10.Angel. Alex. Iaſ. & Alciat. *in leg.fin.ff.ſi cert. pet.* Salye. *in dict.l.1. C.quod cum eo.*Eman.Soarez. *in theſ. com. opin.lit.F.num.*
137.Caroc. *de excuſſ.bonor.part.*2. *quaeſt.* 14. *num.* 8. & latiſſimè Laurent. Tennijs Rodulphus *in tract. cautel. cautel.*81. *num.*1. & 2. vbi hanc receptiſſimam Docto-
144 rum ſententiam vocat, † & aliquot dat conſilia, quibus effici poſſit, vt fideiuſſor indemnitatis etiam ante excuſſionem debitoris principalis conueniri queat;
145 quanquam ab † hac opinione nonnihil recedere videtur Portius Imolenſis *in conſil.*176.*num.*38.eo incliuans, quod talis fideiuſſor hoc beneficium excuſſionis non habeat, ſi omni alij legum, ac iuris auxilio renuntiauerit, qua in re tamen communi ſententiæ contradicit, aſ-
146 ſeritque † Ant.de Gamma *d.dec. Luſitan.*479.*n.*2. ſe ſibi perſuadere non poſſe, quod per hæc verba huic excuſſionis beneficio ſit renunciatum.

147 Eſt † vero illud ipſum non tam ex beneficio fideiuſſionis, quam natura obligationis receptum, cum in primis conſtare debeat, quantum à principali conſequi poſſit creditor, ad hoc, vt indemnitatis promiſſio locum habeat: Gayl. *d.obſ.*27 *num.*13. pulchrè Io. Kop. à Rang. *in deciſ.ſuis, qu.*53.*num.*14. & 15. vbi communem dicit; ſicut etiam facit Muſcatellus *in pract. fideiuſſor. part.*1.*modo* 20.*numero* 7. vbi plura accumulat. Id quod
148 † etiam ad eum, qui pro officiali indemnitatem promiſit, extendit Martin. Laudenſis *in tract. de officialib.*
149 *dominor.qu* 98. Ibi ſimul explicans, an † conueniatur prius fideiuſſor officium gerentis, quam collega, qui non geſſit: de quo etiam Doctores *in l. ex perſona.C.de probat.*

150 Ampliatur † vlterius prædicta concluſio, vt proceſſura ſit, etiamſi huiuſmodi fideiuſſor ſe iureiurando obſtrinxerit, cuius non alia poteſt dari ratio, quam quod natura obligationis de indemnitate hoc ſuadeat, neque enim vires ſuas exercere poteſt iuſiurandum, priuſquam conſtet, quanto minus à principali debitore ſeruari queat: Iaſon. Decius, & alij *in d.l.vlt.ff. ſi cert. pet.* Eman.Soarez. *d.l fin.n.*138.Muſcatell. *d. part.*1. *modo* 20. *num.*17.

151 Sed † quid ſtatuemus, ſi reus principalis omnino non ſit ſoluendo, an in ſolidum teneri illum, qui indemnitatem repromiſit, hoc eſt, qui quanto minus à reo conſequi poterit, promiſit, vel qui in reliquum non exſolutæ quantitatis acceſſit, vt ait *leg.in fraudem, §. ſi principalis, ff. de iure fiſci*? Et magis eſt, vt in ſolidum teneatur per text. in *d.l.vlt.ff.ſi certum pet. l.ſi decem.*21. *ff.ſolution.b.l.decem.*116 *ff. de verbor. obligat.* & *leg. ſi ita à te ſtipulatus,*150.*vbi pulchrè Brechaus*, & *Goddaus, ff. de*
152 *verbor. ſignificat.* vbi ita Caius † inquit: *Si à te ſtipulatus fuero, quanto minus à Titio conſecutus fuero, tantum dare ſpondes? non ſolet dubitari, quin ſi nihil à Titio fuerit conſecutus, totum debeas, quod Titius debuerat.* Et ſubii-
153 cit ibi gloſſa, quod verbum, † MINVS, etiam intelligatur, quando nihil ſupereſt, quod probat *l. minus,* 32.*l.verbum amplius,* 82. *ff. de verb. ſignific.* Hinc etiam Papinianus *in l.amiſſi.*52.*in princ. D.de fideiuſſorib.* dicit: Amiſſi ruina pignoris damnum tam fideiuſſoris, quam rei promittendi periculum ſpectare, nec ad rem pertinere, fideiuſſor ita ſit acceptus: quanto minus ex pretio pignoris diſtracti ſeruari potuerit, iſtis enim verbis etiam totum contineri.

154 Hodie tamen † nihil opus eſt, pacto caueri, vt fideiuſſor in id tantum teneatur, quanto minus ab ipſo debitore ſeruari poterit; nam ipſo iure ſe res ita habet. Sed quemadmodum, quum ita conuenerat, olim agi prius potuit cum fideiuſſore, non tamen inexcuſſo reo, *d.l.decem* 116.*ff.de verb. oblig.* ita & hodie prius

Antonius Heringius.

agi poteſt cum fideiuſſore, ſed non inexcuſſo reo: Iacob.Cuiac. *in Nouell.*4. de quo etiam vide Fran. *d.cap.* 5.*num.*167.

155 Quartò excuſſionis † beneficio gaudet non ſolum fideiuſſor debitoris illius, cuius bona per fiſcum ſunt occupata, vt oſtendi ſuprà *cap.* 20. §. 14. *numero* 32. & probat Io.Bernardin. Muſcatell. *in pract. fideiuſſ.part.*2. *quaeſt.*7.*numero* 8. verum etiam fideiuſſor ipſius fiſci, adeo vt & fiſcus prius ſit excutiendus, quam ad fideiuſſorem perueniri poſſit: nam hac in re iure priuati cenſetur, vtcunque alias multas priuilegia habeat, *gloſ. in leg.ſententia.C.de fideiuſſorib.* Roman *ſingul.*641.*incip.ſcio quod hodie requiruntur*, & *ibi Nicol. Vigerat. in addit.* Cremenſ.*ſingul.*44. *incip. an fideiuſſor. fiſci.* Petr. Rebuff. *in l.ſi ita ſtipulatus,col.*3.*D.de verb. ſign.* Caroc. *de excuſſ. bonor.part.*2.*quaeſt.*12. & *maxime numero* 7. Francus *de fideiuſſor.d.cap.*3.*num.*256. Nec mouet, quod hæc excuſ-
156 ſio magnam difficultatem ſit paritura, cum † vtique fiſcus non facile conueniri, & ad ſolutionem adigi poſſit, vt ſonuit Roman. *in d.ſingul.* 641. Oſtendi enim ſupra *cap.*7. *num.* 270. & *ſeqq.* media legitima, quibus etiam fiſcus ad ſoluendum præcipitari, & compelli po-
157 teſt. Et quia hoc † caſu non multum intereſt, inter fideiuſſorem fiſci, & fideiuſſorem alicuius principis, Reipub. & ciuitatis, credo etiam principem, Rempub. ſiue ciuitatem prius excutiendos, quam fideiuſſor eorum conueniri queat, *per text. indiſtincte loquentem in d.auth. praeſentes Cod.de fideiuſſ.* probat Vincent. Carocius *in tract.de excuſſ.bonor.part.*2.*quaeſt.*19.*numer.*1. & 2.

158 Quintò † excuſſionis beneficio etiam gaudet clericus fideiuſſor; qui in caſibus permiſſis fidem ſuam pro alio interpoſuit, niſi modo huic renuntiauerit, *argum gl.in c.peruenit.verb.non ſoluentibus, in fin. extr.de fideiuſſor.*

159 Sextò † excuſſionis beneficio vtitur is, qui iudicio ſiſti promiſit, *l.fin.§.fin* & *ibi Bald.C. de vſur.rei iud.* de quo plura conſeruant Rodetic. Suarez, *ad declarat. ll. forib.lib.*2 *tit.de competend.nat.§ quæritur vlterius, num.*1. & 1, *mihi pag.*188. Carocius *de excuſ. bonor. part.*2.*qu.* 8. & Francus *d cap.*5. *num.* 226. *cum ſeqq.* quorum operas tranſcribere, ſuperſedeo; ne dum eorum ex ſingulis prolixitas faſtidium audientiæ pariat.

160 Septimò † beneficium excuſſionis competit etiam aliquando inter ipſos fideiuſſores. Pone enim, ſtu-
161 dioſus † obligatus cuidam mercatori in centum, dedit illi alios fideiuſſores: deinde volens reddere, tradidit pecuniam vni ex fideiuſſoribus, vel poſt diſceſſum miſit illi an creditor iam alium fideiuſſorem qui pecuniam non recepit, conuenire poterit? In hac quæſtione negatiua tenuit Gulielm. de Cuneo *in leg. ſed Iulianus, D.ad SC. Macedon.* putans fideiuſſorem, qui pecuniam non accepit, rectè contra creditorem excipere, vt primo agat contra eum, qui pecuniam accepit, illumque excutiat, *per gl.in l.vnde quaeritur, D. commodat.* (quanquam illa hoc non dicit) quem ſecutus eſt Bart. *in l.*3.*§ fin. in* 7. *quaeſt. D. de duob. reis.* Hippol. *in rubr.de fideiuſſ.num.* 65. & *numero* 370. Rebuff. *in l. ſi ita ſtipulatus, col.*3. *verſ. decimo tertio procedit. D. de verb. ſigni.* Amanellus de Claria aquis *in ſingulari* 227. *incip. nota quod ſi duo.* Guidus Pancirolus *conſ.* 36. *num.*1. Bartho. Blacerus *in repet.l. diffamari. cap.* 2. *num.*23. *in fin. mihi pag* 84.*C.de ingen. manum* & nouiſſime Francus *d. cap.* 5. *num.* 171. ac poſt illos omnes. Vinc Carocius *d excuſ. bonor.*2. *quaeſt.* 2. *quaeſt.princip. per tot.*(vbi practicam huius articuli oſtendit) Muſcatell. *in pract. fideiuſſ. part. quaeſt.* 10. *nu.* 35. nec non Horat. Carpanus
262 *ad ſtatut. Mediolan.par.*2.*cap.*154.*nu* 4 Hoc enim † caſu ille, qui pecuniam accipit, loco debitoris eſt, alter qui non accepit fideiuſſor manet, *d.l ſed Iulianus.§.idem*

act. & §. item ſi duos, & vtrobique Bart. ff. ad Macedon. Ga-
balelo. Rom. *lib. 3. tit. de fideiuſſor. conclu.* 2. Hippol, *ſin-
guli* 2. Ludouic. Roman. *conſil. 114. incip. viſis ſupra con-
163 ſultis*, vbi notabile eſſe dicit. Ideoque merito † de-
bitor ille prius excutitur, antequam ad alterum con-
fideiuſſorem (præſertim ſi hic omni legum, & iuris au-
xilio in terminis fideiuſſionis pro ſe quolibet modo
facienti non renunciauerit: nam ſi renunciauerit, fru-
ſtra de alterius excuſſione excipit, Carocius *dict. loco
164 num. 37.*) perueniatur, ſumptibus tamen † & pericu-
lo huius fideiuſſoris, qui pecuniam non accepit, præ-
ſtitaque ab ipſo cautione, cum in ipſius gratiam ille
actus excuſſionis expediatur, quas expenſas etiam ſta-
165 tim depouere tutius eſt maximè † quia interim,
pendente excuſſionis proceſſu, fideiuſſor, de excuſſio-
ne excipiens, ab obſeruatione iudicij abſoluendus
venit. Duen. *regul. 335. limit.* 19. Bertazol. *in tract. clau-
ſul. clauſ. 41 gl. 7. num.* 3. Francus *de fideiuſſor. cap. 4. num.*
175. Carocius *d. loco num* 38. 39. 40. *& 41 facit text. in leg.
ſed etſi. 11. §. 1. & ibi Bald. ff. ad exhibend* Tiraq. *de nobi-
lit. cap. 20. num.* 50. & propoſui iſtius petitionis formu-
166 lam infra *cap.* 30, licet † aliud in correis debendi,
itemque promittendi ſtatuendum eſſe, nouiſſime tra-
diderit Ioan-Goddæus *de contrah ſtipulat. cap. 9. concl. 5.
n. 127. 128. 119. &* 130.

167 Sic etiam † fieri videmus, ſi communis pecunia
penes aliquem ſociorum ſit, & alicui ſociorum quid
abſit, quod cum eo ſolo agendum ſit, penes quem ea
pecunia eſt ea vero deducta, de reliquo, quod cuique
debentur, omnes agere poſſe, *l. actione. 65. §. ſi commu-
nis. ff. pro ſoc.* Carocius *d. loco num* 4. & quidem commu-
ni diuidundo iudicio, *l. 2. & 3. ff. commun. diuidund.*

168 Octauu † beneficium excuſſionis etiam iſte fide-
iuſſor habet, qui liberè, & ſine exceptione ſe ſolutu-
rum promiſit. Hæc enim verba illam exceptionem,
quæ ex natura actus celebrati venit, excludere non
cenſentur, & præterea de friuola tantum, & incongrua
exceptione ſunt accipienda. Ita in ſpecie traditum eſt à
Roman. *in conſ. 211. col. 1.* Felin. *in c. cauſam quæ verſic. non
obſtante. num. 21. de reſcript.* Marco Anton. Natta *in conſ.*
416 *n. 6. lib.* 2. Bertazol. *in tract. clauſ. inſtru. clauſ. 41. gl. 7.
n.* 1. Thoming. *deciſ. Lipſenſ.* 1 *n.* 16. & Franco *in d. cap. 5.
num.* 195.

169 Si tamen † fideiuſſor promiſiſſet, ſe ſoluere velle
libere, & ſine omni exceptione, quodcunque etiam illa
nomen habeat, vel in iure ciuili, vel in iure Canoni-
co, aut ſtatutario, non dubito, quin per hoc etiam be-
neficium excuſſionis ſibi præcluſerit: qui enim omne
dicit, nihil excludit, & præterea hæc renunciatio,
quamuis generalis, in effectu tamen ſpecialis eſt,
ſecundum ea, quæ dixi ſuprà *cap.* 17. & quæ tradidit
Carocius *part 2. qu. 14. n.* 23.

170 Nono, † fideiuſſor excuſſionis beneficio vtitur
non tantum aduerſus debitorem ipſum, verum etiam
ipſius hæredem *l. Moſchis ff. de iure fiſci. Auth. hoc ſi de-
bitor. C. de pignor.* Gayl. *lib. 2. obſeru. 27. numer.* 12. Fran-
171 cus *d. c. 5. num.* 257. adeo, vt † hoc caſu hæredem ætas
pupillaris non excuſet, quominus ipſemet, vel eius
tutor excuſſionem patiatur, *l. ſub prætextu. C. de hæred.
172 actionib.* niſi † modo debitor in mora iam conſtitu-
tus deceſſerit; tunc enim excuſſio aduerſus hæredem
non competit, ſed ſtatim ad fideiuſſorem peruenitur,
vt placuit Petro de Bellapertica, & Baldo. *poſt gloſ. in
l. vlt. C. de condit. inſert.* Stephano Aufretio *in addit. ad
Capell. Tholoſ. deciſ. 130. & dec. 196. in fin.* Minſing. *cent. 2.
obſer. 15. ad fin.* Muſcatello *in pract. fideiuſ. part. 2. quæſt. 10.
num.* 34.

173 Quod ſi † vero contingat, debitorem non relicto
ſcripto hærede decedere, tunc etiam fideiuſſori da-
tur excuſſionis beneficium contra hæreditatem iacen-
174 tem, *Gayl. dict. obſer. 27. num.* 12. non ſolum, quia † hæ-
reditas iacens, hoc eſt, nondum adita, *l. denique* 13. §,
*quæſitum ff. quod vi aut clam. §. ſeruus. Inſtit. de hæred. in-
ſtit.* perſonæ vice fungitur. *l. mortuo, ff. de fideiuſ.* verum
175 etiam, quia † creditum eſt, hæreditatem dominam
eſſe, & defuncti locum obtinere, *l. non minus §. 1. ff. de
hæred. inſtit. l. liber homo. §. 2. ff. ad l. Aquil. l. ſtante. 15 ff. de
interrog. act. l. cum hæreduas, C. depoſiti. & dixi ſupra cap.
10. num* 31,

176 Verum hic non † immeritò dubitatur, quomodo
177 hæreditas iacens excuti poſsit, ſiquidem illa in † nul-
lius bonis eſſe, imo nec poſſideri dicitur, *leg. 1. ff. de rer.
diuiſ. l. 1 §. Scæuola, ff ſi is qui teſtam. liber. l. hæreditatis, ff.
de furt. l. contra. §. vlt. ff. rer. amotar.* Et vt rem in pau-
178 ca ſconferam, arbitror hoc caſu † curatorem bo-
nis dandum eſſe, vel ex conſenſu maioris partis cre-
ditorum, vel etiam auctoritate magiſtratus, vt ſic
excuſſio fieri poſſit, *l. de curatore. & tote ti. ff. de curatore
bonis dando.* & faciunt tradita per Angel. *in leg. 3. §. to-
ties. D. de damno infect.* Alexand. *conſil. 100. num. 10. vol. 5.*
Vincentium Carocium *de excuſſ. bonor. part. 2, quæſt. 55.
numero 1. & 2.* & Decianum *in conſilio. 108. numero 9.
179 volum.* 2. vbi etiam *numero* 90. ſubiicit, tum † etiam
nullo citato poſſe ferri ſententiam aduerſus hæredita-
tem iacentem, cum vel conſtat, nullum vel acceptare
illam hæreditatem, ſecundum Bald. *in l. geſta. col. 2. C.
180 de re iudic.* vel talis † ſit conſuetudo, vt creditoribus
ſubueniatur abſque vlla citatione.

Hactenus itaque retuli caſus illos, quibus fideiuſ-
ſor beneficio excuſſionis vti, & egentem creditorem
repellere poteſt, ſed ratio ordinis noſtri poſtulat (quo
contraria iuxta ſe poſita magis eluceſcant) vt illi
quoque caſus enumerentur, quibus fideiuſſor bene-
ficium excuſſionis non habet. Nec offendat quen-
181 quam, quod † eoſdem iam ante prolixè recenſuerunt
Philip. Portius *in commun. concluſ. concluſion.* 41. Mynſin-
ger. *centur. 2. obſeruat.* 15, Gail. *lib. 2. obſeruat.* 27. Coler. *de
proceſſ. execut. part. 1. cap, 10. numero 236. cum multis ſeqq.
vſque ad numer.* 366. Francus *de fideiuſſorib. cap. 5. à num.*
316. *vſque ad numer.* 430. Ludolphus Schraderus *in Mi-
182 ſcellan. c. 5. per totum*, & plures alij, vt † ita ſuperua-
cuum forte videatur actum agere, argumento eius,
quod tradit Cagnol. *in l. 2. in princip. num. 6. in fin. D. de
regul. iur.* Nam vt iam ante dixi, nemo vnquam iure
reprehenſus, qui à ſegete ad ſpicilegium reliquit ſti-
pulam, quod etiam innuit Stephanus Guazzus *de ci-
183 uili conuerſat.* dum inquit: quod † propter auium
multitudinem ruſtici ſationem tamen non intermit-
tant. Imo, vt ſcribit Auguſtinus *lib. 1. de Trinit. cap. 3.*
184 Vtile † eſt, de iiſdem quæſtionibus plures à pluribus
fieri libros, diuerſo ſtylo. Cuius ratio equidem non
eſt obſcura, quia plus oculi vident, quam oculus, Her-
mannus Hirchnerus *in ſuo legato. lib. 1. cap. 6. numero* 31.
& ferme ita fit, vt quæ in vno deſiderantur, ab altero
ſuppleantur: taceo, vbi conueniunt, è mutuo teſti-
185 monio maiorem fidem naſci. Et † ſemper licere ma-
teriam antiquam repetere, vt aliquid addatur, vltra
Ciceronem *de finib.* & Symmachum *lib. 2. Epiſtol.
Epiſt. 2. & 19.* etiam ex noſtris tradidit Accurſ. *in l. ſi ful-
lo. D. de condict. ſine cauſa* Aluarot. *in c. vnic. §. item ſi fide-
lis, n. 4. quib. mod. feud. amitt.* Zaſius *conſ. 2. n. 1. lib.* 2. Ro-
bert. Lancellot. *in præfat. ad lectorem ante tractatum de
attentatis, verſ. ex hoc tamen ab inſtitute.*

Primò igitur beneficio excuſſionis non eſt locus,
186 quando † nimirum fideiuſſor ei renunciarunt. *No-
uel. 136. de argent. contract. cap.* 1. Accurſ. *in Nouell.* 4.
verb. accedat. Angel. *in §. ſi plures. Inſtit. de fideiuſſor.* Va-
ſquius *lib. 1. controuerſ. illuſtr. cap. 33. num.* 14. Hier. Gratus
reſponſe

Digitized by Google

reſponſo. 126. num. 4. lib. 1. Mynſing. cent. 2. obſer. 15.
Gayl. lib. 2. obſer. 27. num. 21. Coler. de proceſſ. execut.
part. 1. cap. 10 num. 336. Francus de fideiuſſ. cap. 5. numer.
343. vbi plurea Doctores citat, quibus addo Laurent.
Tenninum in tract. cautel. cautel. 80. num. 7. vbi com-
munem dicit, & Ludolphum Schrader in Miſcell. d.
cap. 5. num. 13. nec non Bertazol. in tract. clauſul. inſt.
clauſ. 40. gloſ. 4. num. 4. Caroc. de excuſſ. bonor. part.
2. quæſt. 16. Muſcatell. in pract. fideiuſſ. part. 2. quæſt. 10.
num. 1. Ioan. Goddæum de contrah. ſtipul. cap. 9. concluſ.
5. num. 97. (qui ex Mich. Graſſo hanc magis com-
munem dicit) Ioan. Zanger in tract. de except. part. 2.
cap. 15. num. 9. Cum enim integrum vnicuique ſit, his,
187 quæ ipſi à lege data, & conceſſa † ſunt, renunciare,
l. pactum 46. ff. de pact. l. ſi quis in conſcribendo C. eod.
l. ſi index 41. ff. de minorib. l. Herennius 65. in princ. ff.
de euict. Vnde & Cicero act. 3. in Verrem: Quod, in-
quit, mihi lex. mea cauſa dat, eo mihi non vti non licebit?
quod ſequitur Paulus in l. poteſt 71. ff. ad l. Falcid. nil
mirum, ſi fideiuſſor, & huic beneficio excuſſionis re-
nuntiare queat, quo caſu etiam non ſunt inutiles innu-
meræ leges, quæ reperiuntur in ff. &c. creditori per-
mittentes electionem, ſed ijs creditor tunc vti poteſt,
ſecundum Iacob. Cuiac. lib. 19. obſeruat. cap. 34.

188 Et quemadmodum non ſolum vtile, ſed neceſſa-
rium quoque eſt, vt hæc renunciatio non in genere,
ſed in ſpecie fiat, vt oſtenſum eſt ſupra cap. 17. cui
ſententiæ adſtipulatur Ioan. Koppen. in deciſ. ſuis, quæſt.
189 53. per tot. Ita etiam creditoris non parum intereſt, vt
talis renuntiatio ſtatim in ſcripturam redigatur, cum
190 quia † renuntiatio eſt ſtricti iuris, nec in ipſa veniunt
alia quam expreſſa, Doctores in l. poſtquam. C. de pact.
191 Cardin. Pariſius conſil. 90. num. 96. tum † etiam, quia
nunquam, cum inſtar donationis ſit præſumitur, ſi mo-
do alia præſumptio capi poſſit: Menoch. de præſumpt.
lib. 3. præſumpt. 45. num. 11. Cæphal. conſil. 25. num. 50.
lib. 1. Decia conſil. 43. num. 31 & ſeqq. volum. 3. iunctis
ijs, quæ dixi ſupra cap. 7. num. 482. cum explicarem,
an inſtrumento Notarij, de facta certioratione, & re-
nuntiatione atteſtantis, ſit credendum, vbi lector vi-
deat.

192 Quanquam † & hoc circa hunc caſum obiter an-
notandum venit, quod ſicut executionis beneficium
reale, & ad hæredes tranſitorium eſt: ita etiam renun-
tiatio fideiuſſoria hæredibus ipſius officiat, quo mi-
193 nus eo aduerſus debitorem vtantur. Etſi † enim re-
nuntiatio iuris ab vno facta, ei tantum, & non alijs
nocere debet, vt ſcribunt Bart. & reliqui in l. 1. C. de
pact. Menoch. de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 13. numer. 7.
hæres tamen cenſetur vna eademque perſona cum de-
194 functo, ſucceditque cum ſua cauſa ſuisque vitijs, &
† ad quod poterat compelli defunctus, poteſt etiam
compelli eius hæres, l. vitia C. de acq. poſſeſ. l. poſtu-
195 lante ff. ad Senatuſc. Trebellia l. quod ipſis 142. ff. de reg.
iur. Imò † hæres pacto, quod defunctus fecit, fidem
præſtare debet, l. epiſtola 52. §. ſi inter ff. de pact. & in
ſimilibus fere terminis idem probauit Peckius de iure
ſiſtendo, cap. 13. num. 3.

196 Denique † & iſta hic obſeruari debet traditio, quod
fideiuſſor conuentus à creditore poſſit, deponendo
expenſas ſecundum formulam infra cap. 30. præſcri-
ptam petere, vt excutiatur principalis ſuo periculo,
non obſtante, quod ipſe beneficio excuſſionis renun-
tiauerit, cum hoc modo creditoris non interſit: Bart.
in l. vnde quæritur ff. commodati. Marſil. in Rubr. ff. de fi-
deiuſſor. num. 65. verſic. & pro hoc dicto. Surdus deciſ.
174. num. 28. facit l. ſi mandauero §. interdum ibi, cum
rogatu fideiuſ. cum reo experior. ff. mandati, quod nota.
Et corroboratur quidem hæc traditio per aliam doctri-

Anten. Hgringius.

197 nam Bartoli dicentis: Si quis † obliget ſe, vt cor-
reum, ſi negotium pertinet ad alium quod tamen ni-
hilominus retineat naturam fideiuſſionis: Bartol. in l.
cum plures §. veſtimenta ff. locat. Angel. in l. fin. ff. de
198 pactis. Et ideò conuentus † poteſt petere à creditore,
vt correum excutiat ſuo periculo, & ſuis ſumptibus,
Natta conſilio 52. numero ſeptimo. volum. 1. Ronchegall.
in reos. in princ. num. quadrageſimonono ff. de duob. reis.
Petr. Heigius part. 1. quæſt. 17. num. 9.

Secundò beneficium excuſſionis locum non habet,
199 quando † debitor notoriè non eſt ſoluendo; fruſtra
enim excuſſio aduerſus eum inſtituitur, qui nihil in
bonis habet, l. nam is ff. de dolo. ideoque fideiuſſorem
huius debitoris conuenire licet, quantumuis beneficio
ordinis non renuntiauerit: Iacob. de Arena de excuſ.
bonor. num. 5. & 6. Hippol. in rubr. de fideiuſ. numero
10. & in pract. criminal. §. aggredio num. 129. Amancl-
lus ſingul. 223. Tiber. Decianus reſponſ. 41. num. 9. vol.
2. Gratus reſponſ. 87. num. 23. lib. 1. & reſponſ. 63. num.
43 lib. 2. Francus d. c. 5. numer. 316. (vbi plurimas au-
ctoritates cumulat) Ioan. Bernard. Muſcatell. in pract.
fideiuſ. part. 2. q. 10 num. 6. Ioan. Zangerus de except.
part. 2. c. p. 15 num. 9.

Sed quomodo notorietas illa probabitur? Pro-
200 bandam † enim eſſe, poſt Decium & Nezugan. du-
cet Nicol. Bellon. in conſil. 34. nec diſſentiunt Ioan.
Brechæus in l. ſi ita 150. num. 4. ff. de verb. ſign. (vbi de
praxi Galliæ atteſtatur) & Francus d. c. 5. num. 319.
item Ioan. Zanger in tract. de excep. d. c. 15. num. 11. &
201 12. Et ne æquo longior ſim, dico † eam probari I. per
famã vicinorum, quibus conſtet, & notum ſit, princi-
palẽ nulla amplius bona habere. II. ſi ipſemet debitor
iuret, ſe nulla bona habere, in quæ fieri poſſit execu-
tio, idque poſtea ab vxore, vel familia, & vicinis ap-
probetur: ſequitur illud ipſum Daniel Mollerus in com-
ment ad conſtit. Saxon. conſtit. 22. num. 4 & 5. part. 2.
III. ſi bonis ceſſerit. IV. ſi ſemel etiam ad inſtantiam
alterius creditoris (vt ex Angelo, Socino Iaſone,
Neguzantio, Gabrielio, Æmiliano, & Magonio de-
ducit Flamin. Chartarius mox allegando loco, num.
4. 5. 6. 7. & 8.) excuſſus per iudicem competentem re-
pertus ſit non ſoluendo. V. ſi ipſe fideiuſſor in iudi-
cio confiteatur, principalem non eſſe ſoluendo. VI.
publici miniſtri ad inquirendum miſſi referant, nulla
vel exigua bona debitoris exiſtere; horum enim rela-
tioni ſtabitur, prout iſta omnia fuſius explicarunt
Coler. de proceſſ. execut. d. part. 1. cap. 10. num. 341. cum
ſeq. Caroc. de excuſſ. bonor. q. 32. & 35. part. 2. Valent.
Franc. d. c. 5. à num. 20. vſque ad num. 343. Marquard.
Freherus in tract. de fama publica, lib. 2. 13. Maſcard. de
probat. concluſ. 737. num. 5. Ioſeph. Ludouic. deciſ. Pe-
ruſina. 45. num. 16. & 17, part. 1. Muſcatel. part. 2. quæſt.
10. num. 29. Flaminius Chartarius in deciſ. cauſ execut.
Rota Genuenſ. deciſ. 65.

202 Arbitror autem iuri † eſſe conforme, ſi forte hi
miniſtri publici falſam relationem faciant, renuntian-
do, debitorem nihil in bonis habere, cum vtique ad-
huc quid poſſideret, idque pecunia corrupti, vt pœna
legis Corneliæ de falſis puniantur, l. ſi etſi quis ob re-
nuntiandum vbi gloſ. & Doctores ff. ad l. Cornel. de falſ.
203 Sin verò non pecunia corrupti, ſed quadam iniuria,
& calliditate vulpina, ad id, quod intereſt, actione
in factum, & ad mulctam teneantur, l. qui nomine ff. ad
l. Cornel. de falſ. Roman. ſingul. 313. & officio ſuo pri-
uentur, Bald. in c. fin. exer. de del. & contumac. Petr.
Peckius de iure ſiſtend. cap. 26. num. 5.
204 Sanè, ſi † debitor propter alienationes in fraudem
creditorum factas non ſit ſoluendo, datur creditori
actio aduerſus illos, in quos facta fuit alienatio, &

fideiuſſori interim parcitur, caſus eſt ſingularis ſe-
cundum Bart. *in l. bona.* 39. §. 1. *ff. de iure fiſci.* Auſtre-
xium *in addit. ad Capell. Tholoſan. deciſ.* 196. *in princ.*
Ioan. Bernardin. Muſcatellum *in pract. fideiuſſor part.* 2.
quaſt. 10. *num.* 6.

205 Ne † verò illi, qui contrahendo magnum æs alie-
num fideiuſſoreſque dando, ad initio aſſeruerunt
ſe habere ſatis amplas facultates, poſtea vero ad imi-
tationem Albidij proteruiam facientes (vt eſt apud Ma-
crobium *lib.* 2. *Saturnal. cap.* 2. & Eraſm. *in Apopht.
lib.* 5. *in Catone ſeniore, nu.* 51.) non ſoluendo fiunt, atque
Iro, & Salacone pauperiores reperiuntur, impunè il-
lud ferent: idcirco, non fruſtra iure promiſſum eſt,
quid tales debeant detineri, & arbitrio iudicis puniri,
non admittendo eos ad ceſſionem bonorum, cum adeò
doloſè, & fraudulenter proximum ſuum deceperint,
*l. falſus §. ſi quis nihil ff. de furt. l. penult. ff. de iure do-
tium.* Alcia *in cap. cum non ab homine num.* 78. *& 79. ex-
tr. de iudicis* Bart. & Alexand. *in l. alia cauſa. §. elegan-
ter ff. ſoluto matrimo.* Ioan. Bapt. Plotus *de in litem iuran-
do. §.* 4. *num.* 62. pulchrè Ioannes Goddæus *in comment.
ad l. nepos Proculo.* 125. *num.* 5. *& 6 ff. de verbor. ſignific.*

206 In quam † ſententiam etiam extat ſanctio D. Imper.
Rudolphi II. in Marchionatu ſuperioris. Luſatiæ re-
cepta, *& anno* 1582. 18. *Maij.* Viennæ publicata ſub
Rubr. de fideiuſſoribus, & de fuga ſuſpectis, nec non
conſtitutio Electoris Auguſti, ſub tit. qui pro alio ſe
obligant. *Item conſt. eiuſd. Elec. Torga ann.* 83. *promul-
gata ſub tit.* Debent animaduertere iudices, quod illi,
qui pro alijs fidem præſtant. *ac conſt. prouinc. Sax.* 22.
p. 2. *vide etiam Hott. in qq. illuſtr. q.* 26. Sanè interce-
207 dentibus quibuſdam † apud Alphonſum Aragoniæ
regem pro equite, qui ingens patrimonium per luxum,
ac libidinem abſorbuerat, atque inſuper magnam æris
alieni vim contraxerat, in ſaltem, quæ debebat cor-
pore luere cogeretur, reſpondit Alphonſus: Si tantam
pecuniam, vel in ſui regis obſequium, vel patriæ
commodis, vel ſubleuandis propinquis impendiſſet,
audirem, nunc quoniam tantas opes impendit corpori
par eſt, vt corpore luat. *Anton. Panorm. libr.* 1. *de
rebus ab Alphonſo geſtis.*

208 Non diffiteor † quidem, Arycandeos, & Lycios
populos Lymitenſibus finitimos, ære alieno grauatos
intemperantiam, ac nimium ſumptum, cum non
poſſent fœnus perſoluere, in Mithridatis partes ſe con-
tuliſſe, ſperantes ſe præmium nimirum debitorum
abſolutionem, inde conſecuturos, vt narrat Athenæ
lib. 12. *cap.* 11. Cæterum apud nos meritò huiuſmodi
doloſa abſolutio admitti non debet, ne malitijs fe-
209 neſtra aperiatur. Vbi enim pœna contemnitur,
liberum eſt hominis in male agendo arbitrium. *Mar.
Monter. in deciſ. reg. Arag deciſ.* 7 *num.* 11. Quippè in-
dulgentia crimina ſubleuantur, *l. ſi apparitor. C. de
cohor. lib.* 12. Et facilitas veniæ tribuit incentiuum de-
linquendi *ſ cap.* eſt iniuſta. 23. *quaſt.* 4. dixi *ſup. cap.* 10.
num 345.

210 Tertiò † excuſſionis beneficium irreparabiliter
amitti, ac perdi fideiuſſor iſte, qui ſe fidem ſuam in-
terpoſuiſſe inficiatur, ſi deinceps mendacij conuin-
catur, eaque pœna mendacio non eſt indigna. Hip-
pol. *in rub. de fideiuſ. num.* 19. *DD. in l. ſi dubitet. §.* 1 *ff. de
fideiuſ.* Rol. à Vall. *conſ.* 88. *numer* 2. *cum ſeqq. vol.* 4. Au-
fret. *ad Capell. Thol. deciſ.* 8. Mantua *ſingul.* 591. *incip.
de mendacio* Hieron. Grat. *reſp.* 63. *nu.* 44. *lib.* 2. Aurel.
Corbulus *in tract. de iur. emphy. cap.* 1. *nu.* 6. Borchol de
feud. c. 8. *num.* 116. Laur. Tennius *in tract. caut. caut.*
80. *num.* 3. Franc. *d. cap.* 5. *num.* 407. Bertazol. *d. clauſ.* 4. *gl.*
4. *nu.* 6. Vinc. Caroc. *de excuſ. bonor. part. quaſt.* 69. *per
tot.* Fuluius Pacian. *lib.* 1. *de probat. cap.* 19. *numero* 27.
& 71. Muſcatell. *in pract. fideiuſſ. par.* 2. *queſt.* 10. *nu.* 24.
Ioan. Godd. *de contrah. ſtipul. cap.* 9. *com l.* 5. *numer.* 101.

211 Præterquàm enim, quod lex † mendacia ſeuerè pro-
hibet, mendaceſque odio habet. *l. de ætate. § ſi cum eſſet.
ff. de interrog. act. l. falſus. §.* 3. *ff. de furtis. l.* 4. *C. de ſer. fug.
l.* 2 *C. ſi minor ſe maiorem dixeris. l. vlt. C. de accuſat. Glo.
& Decius. numer.* 7. *in l. nemo ex his. ff. de regul. iur. pul-*
212 *chrè Ioan. Stobæus ſermone* 12. adeo, vt † olim apud
Perſas, & Indos præſertim, mendaces pœna perpe-
tui ſilentij mulctarentur, ſic vt per totam vitam ni-
hil omnino proloqui ipſis liceret, nulloque magi-
ſtratu, aut honore digni haberentur, vt aſtruit Petrus
Crinitus *lib.* 5. *de honeſta diſciplina. c.* 8. Alexan. ab Alex.
lib. 6. *gen. dier. c.* 19. ac etiam num ſecundum Ariſtote-
lem apud bonos, & graues viros, mendacioſores,
213 propria † mendacis pœna ſit iſta, vt poſtea ei, etiam
vera dicenti, non credatur, *l. & ſi C. ſi contra ius. cap. ſi
quando. cap ſedes. §. ſi vero. cap. ſuper literis. extr. de reſcrit.
Schneidewin. in §. ſuſpectus. numer.* 9. *Inſtit. de ſuſpect. tut.*
214 Inſuper etiam iuris eſt, quod nemo † debeat habere
fructum ex eo, quod niſus eſſet impugnare, ſiquidem
fruſtra legis auxilium implorat, qui in legem com-
mittit. *l. Papinianus. §. meminiſſe ff. de inoffi. teſtam. l. poſt
legatum. §. fin. & l. fin. ff. de his quib. vt indig. l. auxilium.
ff. de minorib. cap. ex eo. ca. quia fruſtra. de regul. iur. in* 6.
Schw. ff. conſil. 37. *num.* 1. *cent.* 1. *Menoch. in* 9. *remed. recup.
poſſeſ. num* 169.

215 Et † licet mendacio nulla certa pœna regulariter
216 à iure eſt indicta, vtrumque † mendax alias regulariter
in dolo eſſe præſumitur, ſi mendaciū in ipſius commo-
dum vergat, *l. quæritur. ff. de reb. aut.* Alex. *in l. vinum. ff. ſi
cer. pet. DD. in l. eleganter, §. ſi. cum l. ſeq ff. de dolo.* Capic.
deciſ. 19. *num.* 6. Menoc. *de arbi. iud. quaſt. caſu* 276. *num.* 8.
Hart. Piſtor. *par.* 1. *queſt.* 29. *numer.* 4. In multis tamen
217 caſibus † leges noſtræ mendacia, & inficiationem
puniunt, vel pœnam infligendo, vel ſaltem benefi-
cium auferendo, vt adductis exemplum oſtenſum eſt à
Zaſio *in tract. de feud. par.* 10. *num.* 51. *& ſeqq.* Cachera.
deciſ. Pedem. 29. Molineo *in conſuet. Pariſ. tit.* 1. §. 30.
num. 5. *& ſeq.* Mudæo *in §. vi autem. verſ. ſed, & legis
Aquilia. nu.* 1. *Inſtit. de act. o.* Borchol *de feud. c.* 8. *num.*
116. Cuiacio *in Nouel.* 18. *verſ. quinta pars.* Ant The-
ſauro *deciſ.* 50. *num* 3. Carocio *d. part.* 2. *quaſt.* 69. & la-
tiſſimè à Fuluio Paciano *d. lib.* 1. *c.* 19.

218 Declarationem tamen multiplicem recipit hæc
concluſio noſtra: Primò † enim non procedit, ſi ex
ignorantia, & ſine dolo malo, ac lata culpa, forſan
iſta inficiatio fiat, ſecundum Bal. & Barto. Schepek.
in c. vnic. §. ſi vaſallus feudum. ſi de feud: de fanct. contr.
Ant. Teſſau. *d. deciſ.* 50. *num.* 4. 5. *& 6.* modo illa igno-
rantia non ſit admodum craſſa, & ſupina, prout ex-
emplum poni poteſt in hæredibus fideiuſſorum, *per l.*
219 *qui in alterius. ff. de reg. iur.* Et quia † dubitans etiam
pro ignorante habetur, *l.* 1. *in pr. & ibi Bar. ff. de legat* 3.
dicerem fideiuſſorem, ſi fortaſſis animo titubante, &
dubio, incertaque mente, obliuionem allegando, Non
recordor hoc feciſſe, fideiuſſionem neget, etiam à pœ-
na priuationis immunem eſſe debere, *arg. l. vlt. C. de
condict. indeb.*

220 Secundò † non procedit prædicta concluſio, quan-
do fideiuſſor non quidem ſimpliciter inficiatur, ſe eſſe
fideiuſſorem, atque ita negat id, quod eſt cauſa benefi-
cij: Sed cum negat ſub generalitate quadam in litis
conteſtatione, puta negando narrata, prout narrantur,
tunc enim beneficium excuſſionis non perdit. Bart.
in fin. Caſtrenſ. & Imola *nu.* 5. *in d. l. ſi dubitet.* §. 1. *ff. de
fideiuſſ.* Bald. *in l. electio. §. neque ff. de noxal.* Corn. *conſ.*
90. *nu.* 42. *vol.* 2. Alexand. *in conſ.* 37. *col.* 3. *verſ. & licet
perdat. vel.* 2. Dicitque Iaſon in *§. omnium. Inſtit. de actio-
nibus.*

nibus. hoc eſſe perpetuo in practica notandum, quem
ſequitur. Hippol. *in rub. de fideiuſſ. num.* 336. Idem
quoque tradit Decius *in cap. cæterum col. pen. de iudicijs.*
Schneidevin. in §. 5. *in* §. 3. *ſi plures nu.* 9. *Inſt. de fide-*
221 *iuſſor.* Ioach. à Beuſt. *in l. admonendi. nu.* 302. *de iureiur.*
Nam † per hanc negationem negatur ſaltem ſubſtan-
tia libelli, non autem eius circumſtantia, vt pulchrè
ait Ioan. de Arnono *in commen.* 84. *incip. Quamuis re-*
222 *gulariter.* Imò † talis reſponſio neque eſt ſimpliciter
affirmatiua, neque ſimpliciter negatiua, ſed implicita,
ita quod taliter reſpondens, nec pro confitente poſſit
haberi, nec etiam pro ſimpliciter negante, & fraudulen-
ter aliquid occultante, ſicut ſcribit Weſenb. *in conſ.* 72.
num. 25. *part.* 2. quod fuſius explicat Fuluius Pacianus
lib. 1. *de probat. cap.* 17. *num.* 8. *& ſeq.*

223 Eodem modo † ſi creditor diceret fideiuſſorem
renunciaſſe beneficio excuſſionis, ille vero idipſum
negaret, fateretur tamen ſe eſſe fideiuſſorem, non fo-
ret certè beneficio excuſſionis priuandus cum vtique
creditori incumbat probandi onus, fideiuſſorem bene-
ficio authent. *præſente. C. de fideiuſſ.* renunciaſſe, ſiqui-
dem illa renunciatio, tanquam in facto conſiſtens, non
præſumitur, ſed probata venit.

224 Tertiò † declaratur, vt non procedat ſi poſt porre-
ctum libellum antequam litem conteſtetur, vel con-
uincatur fideiuſſorem inficiationis pœniteat, ſeque
peccaſſe fateatur tunc enim illum beneficium excuſſio-
nis recuperare, voluit Bart. *in l. eum qui ff. de iureiur.*
per l. vltim. Cod. de plus petitionib. nec diſſentit Hippol.
in rub. de fideiuſ. num. 357. Rolan. à Vâl. *conſ.* 88. *num.* 18.
volum. 4. Hart. Hartm. *in pract. obſ. tit. de fideiuſ. obſ.* 5.
Barbaſol. *d. clauſ.* 40. *gloſ.* 2. *num.* 14. & Iacob. Cuiac.
225 *ad Afric. tractat.* 7. *mihi pag.* 352. Et † quamuis Baldo
Alexandro, & Iaſoni *in d. l. eum qui* contrarium placue-
rit, quos ſequitur Chaſſ. *ad conſ. Burg. Rub.* 1. §. 6. *verb.*
Iuſques à ſept ſols tournois. num. 7. ſententiam tamen
Bartoli mitiorem, & tolerabiliorem eſſe arbitror, ma-
ximè; quia, vt eſt apud diuum Hieronymum *in epiſtola*
ad Pammachium, & Oceanum de errorib. Origenis: Se-
226 cunda † poſt naufragium tabula eſt, culpam ſimpli-
citer confiteri. Et Senecam proximum ad innocen-
227 tiam † tenet locum verecunda peccati confeſſio,
imo, vt ait Seneca *Tragœd.* 8.

Quem pœnitet peccaſſe, penè eſt innocens.

228 Accedit, quod etiam † alias in plurimis caſibus
poſt commiſſum factum pœnitentibus parcitur, & ve-
nia datur *l. quamuis ff. de in ius vocan. l. de ætate* §. *vlt.*
ff. de interrog. in iure faciend. l. ſi quis libello, C. de appellat.
l. 4. §. *ſed nec filios C. de hæretic.* Cuiacius *in Nouella* 18.
ad fin. pulchrè Petrus Heigius *quæſt. part.* 2. *q.* 4. *per*
229 *tot.* Quippè † vt plurimum currimus ad ſcelus præci-
pites, ſed ſedente impetu, & autem nobis vellicante
pœnitentia, illud ipſum veris mox æſtimamus præ-
ſtigiis Vnde Tacitus *lib.* 14. *annalium: Perfecto demum ſce-*
lere, magnitudo eius intelligitur. Et Menander aptiſſimè,
vt citat Stobæus:

At nemo peccans, criminis ſui modum
Peccando nouit, re peracta reſpicit.

230 Quod ſi tamen † creditor expenſas quaſdam in con-
ſulendis Aduocatis tranſcribendis inſtrumentis, ero-
gandis ſportulis in viatores ſiue iudicij pedellos, ac de-
nique inſtituendo proceſſum, & probationes contra
fideiuſſorem, vt eum mendacij conuincat, & coar-
guat, fecerit, merito eaſdem creditori refundit priuſ-
quam poſt actam pœnitentiam, ad excuſſionis bene-
ficium admittitur, *argum. l. ſancimus. C. de iudicijs. No-*
uell. 18. *cap.* 8 *verſ. omnes vero expenſas, quæ vſque tunc*
facta ſunt propter probationes, actori, iureiurando eas defi-
nitas, exoluere eum, qui ab initio quidem negauit, poſteà
autem confeſſus eſt, iubemus, &c. ex quo text. ſumpta eſt
auth. *contra qui propriam C. de non num. pec.* Atque ita
ſentiunt Guil. de Cuneo *in l. omnes C. de Epiſc. & cler.*
& poſt Abb. Fel. Dec. & Iaſ. tradit Ant. Cordub. de
Lara *in repe. l. ſi quis à liberis.* §. *ſi quis ex his num.* 216.
mihi fol. 64. *colum.* 4. *ff de liber. agnoſcend.* Vincent.
Caroc. *de excuſſ. bonor. part.* 2. *quæſt.* 69. *num.* 30.
231 Pro quo facit, quod † omnes, qui renunciat liti
ſiue expreſsè, ſiue tacitè expenſas refundat, ſiue appel-
lans ſit, ſiue appellatus, iuxta ea, quæ tradit Ludou.
Roman. *in l. poſtquam liti.* & ibid. Angel. Bart. & Bald.
quæſt. 5. *C. de pact.* Phil. Francus *num.* 11. Panormitan.
& Decius *in c. interpoſita. verſ. illud denique de appellat.*
Bart. & alij *in l. naturaliter* §. *nihil commune ff de acquir.*
poſſeſſ. Ant de Butr. & Panormit. in cap. paſtoralis de
cauſ. poſſ. & proprier Ioan. Sichard. *in l. properandum.*
§. *ſin autem alterutra nu.* 8. *C. de iudic.* Vnde etiam
Ægidius Bellameta *deciſ.* 117. ſcriptum reliquit renun-
232 tiationem † fieri debere, ſaluo iure expenſarum.
233 Cæterum fieri poteſt, vt fideiuſſore etiam litis con-
ſtationem expectet, & non tam inficiandi fideiuſſio-
nem animo quam ad tempus differendæ ſolutionis cau-
ſa, ſe fideiuſſiſſe neget, præſertim ſi domi pecuniam
non habeat, quam creditori numeret, num eodem
modo beneficio excuſſionis priuandus erit? Et crede-
rem iudicis arbitrium multum hac in re poſſe, vt is
perpenſis cauſæ circumſtantiis ſi feiuſſori ſuccurrat, ſi
deprehendat æquum eſſe, vt ei ignoſci debeat, *per text.*
in l. electio §. *pen. ff. de noxal. act.*
234 Id quod † multo magis locum obtinere exiſtimo,
ſi fideiuſſor fortè in præſentia bonorum virorum, loco
prorſus inopportuno, à creditore ſolutionis admoni-
tus fuerit, iſque ex ſumma iracundia, & excandeſcen-
tia, vel etiam verecundia, ad conſeruandum hono-
rem, & exiſtimationem, ſe fidem ſuam interpoſuiſſe,
vel etiam iocosè, ad vexandum ſaltem creditorem,
& non ſerio, ſe fideiuſſorem eſſe inficietur, *arg. l. obli-*
gationum. 3. §. *fin. in verb. nec enim per iocum ff. de oblig.*
& act. l. qua actione. 7. §. *ſi quis in colluctatione in verb.*
gloriæ cauſa, & virtutis, non iniuriæ gratia ff. ad leg. Aquil.
l. Quintus 48. *in verb. propter ſuam exiſtimationem, & in*
verb. ſi ipſe pepercisſet pudori ſuo ff. mandati l. pupillus §.
fine ff. auct. tut. Nec debet iocus aut calor iracundiæ,
235 aut lubricum † linguæ facilè ad pœnam trahi, *l. famo-*
ſi §. *hoc tamen ff. ad leg. Iul. maieſt.* faciunt tradita per
Vinc. Caroc. *deciſ.* 46. *num.* 10. 11. 12. & 13. Menoch.
de præſumpt. lib. 4. *quæſt.* 89 *nu* 64. & Ludolph. Schra-
der. *de feud part.* 9. *cap.* 4. *num.* 16. *& part.* 9. *ſect.* 7. *nu.*
60. vbi oſtendit, quatenus vaſallus, per iocum cum
domino ludendo feudum perdat. Vide etiam Roſen-
thalium *tract. feud. tom.* 2. *c.* 10. *concl.* 20. *num.* 19.
236 Quartò declaratur, † vt non procedat, ſi creditor
ipſe fideiuſſori pœnam inficiationis condonet, & re-
mittat: Quia enim hoc caſu nullum intereſſe publi-
cum ſed merus fauor priuatorum in conſiderationem
venit, non intereſt etiam iudicis, ſi partes à ſuis contro-
237 uerſijs ſponte recedant, cum & ipſe † index ex officio
lites diminuere ſit obſtrictus. *l.* 1. §. *inde quæritur ff.*
de noui ope. nunt. l. 2. *in prin. ff. ſi quis caut. l. æquiſſi-*
mum ff. de vſufr. l. quidam ff. ſi cert. pet. facit l. poſtquam
liti. C. de pact. Vnde etiam alibi pro regula quaſi tradi-
tum eſt, in omnibus rebus ad rem familiarem perti-
nentibus impunè paciſci, & tranſigere licere, *l. iuriſ-*
gentium §. *ſi paciſcar ff. de pact.* Et tantum de tertia li-
mitatione.

238 Quartò, beneficium † excuſſionis adimitur fideiuſ-
ſori, qui excuſſionem primo loco contra debitorem
inſtitutam ipſemet doloſè (non conſeruandorum ſuo-
rum iurium cauſa, vt declarat Muſcatel. *in pract. fide-
deiuſſ. part. 2. quæſt. 10. num. 19. & 20.*) impediuit, non
enim dignus eſt beneficio legali excuſſionis, qui in le-
gem committit, *cap. quis fruſtra extr. de vſur* Hippol. *in
rubr. de fideiuſſ. num. 15. & 16.* Coler. *d. part. 1. cap.* 10.
num. 348. Franc. *d. cap. 5. num.* 412. Vincent. Caroc.
239 *de excuſſ. bonor part. 2. quæſt.* 81. Atque † ideo, ſi debi-
tori, cui denunciatum eſt, ne, priuſquam ſoluerit,
domo ſua prodeat, *iuxta, l. poteſt. ff. de interd. & relegat.
atque ea, quæ tradidi ſupr. c. 15. num.* 67. fideiuſſor per-
ſuadeat vt fugam arripiat, meritò fraudis ſuæ pœnam
240 ſuſtinet, non minus quam is, † qui eripit debito-
rem de manibus apparitorum, is enim tenetur ad ſol-
uendum illud debitum, quo alter tenebatur, non al-
ter, ac ſe in omnem cauſam fideiuſſet, *l. quoties C. de
exact. lib.* 10. Bald. *in l. adſcitos C. de Epiſc. audien.* Re-
buffus *in l. Marcellus mihi pag.* 90. *ff. de verb. ſignif. per
l. §. 1. ff. de eo per quem factum erit.*

241 Quintò, † fruſtra beneficio excuſſionis ſe tuetur
fideiuſſor ſi forte debitor excuſſus habet quidem bona
ſed quæ emptorem non inueniant: tunc enim creditor
fideiuſſorem licitè exigit, quamuis beneficio excuſſio-
nis non renunciauerit. Paul de Caſt. *in inter eos, §. cre-
ditor. ff. de fideiuſſ.* Hipp. *in rub. de fideiuſ. num.* 18. Cole.
d. part. 1. cap. 10. num. 345. Vincent. Caroc. *de excuſ.
bon. 2. quæſt.* 66. Valent. Franc. *d. cap. 5. num.* 406. vbi
alios citat Muſcatell *in pract. fideiuſ. part. quæſt. 10. nu.*
21. Et vide Conſt. Elect. Auguſti Torgæ Anno 83 pro-
mulgatam, tit. de ſubhaſtation. in princ. §. cum bona
debitorum exponuntur. Item Coler. *de proceſ. execut.
part. 3. cap.* 9. vbi traditur, quod faciendum ſit, ſi bo-
na debitoris emptorem non inueniant, iunctis iis,
quæ cumulant *DD. in l. à Diuo Pio §. ſi pignora ff. de
iudic.* Ratio autem huius limitationis eſt, quod ſi cre-
ditor tamdiu expectare cogeretur, donec bona debi-
toris emptorem inuenirent, interim pecunia ſua ca-
reret, & ſumma moleſtia afficeretur, cum ob non exi-
ſtentiam emptoris, tandem vel ad adiudicationem, vel
ſubhaſtationem forte ſit deueniendum, quæ vtique
mora creditori damno eſſe non debet, *argum l. ſi mora*
242 *ff. ſolut. matr.* Iudicis tamen hoc caſu partes eſſe cre-
deram, ſi hodie forſan emptor non inueniatur, pro-
babiliter autem intra paucos dies inueniri poſſit, vt
ne moram hanc modici temporis fideiuſſori damno
eſſe patiatur, *arg. l. ſi debiteri. ff. de iudic. l. debitorib. ff.
de re iudic.*

243 Hucetiam pertinet, quod † fideiuſſor ante princi-
palem rectè conueniri queat, ſi principalis habeat
res extra territorium ſitas, quæ de facili haberi non
poſſint, Angel. *in auth. de fideiuſſor. §. ſed neque.* So-
cin. *in l. ſi. col. ſi. cer. pet.* Alca. *conſil. 84. col. fin. volum.*
3. Hipp. *ſing.* 200 Borcholt. *in conſ.* 23. §. quia multo-
ries creditores, mihi *pag.* 345.

244 Sextò, excuſſionis † Beneficium ceſſit, ſi pater pro
filio fidem ſuam interpoſuerit, niſi enim pater tene-
retur, illaquearentur, & deciperentur creditores, filiis
nihil habentibus, vnde ipſis ſolui poſſit. *l. 3. §. ſed vtrum,
verſ. proinde ff. de minorib. l. penult. §. Taberna, ff. de in-
ſtitoria, l. 2. ibi, ſi non fidem ſuam obſtrinxit. C. ne filius
pro patre, l. ſi mandator. C. quod cum eo.* latè Boer *decıſ.*
221. Auffrer. *ad Capellam Tholoſ. decıſ.* 196. Gail. *lib. 2.
obſer. 27. num.* 33. Emanu. Suarez. *in commun. opin. lit.* 1.
num. 140. & nouiſſimè Ant. Theſſa *decıſ. 166. num.* 5.
Vincent. Caroc. *de excuſſ. bono part. 2. quæſt. 6. per tot.*
(vbi admodum ſe diffundit) Muſcatellus *in pract. fi-
deiuſ. part. 2. quæſt. 10. num.* 31. & Francus *d. c. 5. num.*
419. qui plures alios idem ſentientes adducunt, & fa-
ciunt huc ea, quæ ſupra tractaui *cap. 7. num. 367.
& ſeqq.* vbi late de fideiuſſione patris pro filio egi.

245 Declaratur autem hæc concluſio primo, vt non
procedat, ſi pater pro filio, cum decurionatum acci-
peret, fideiuſſerit, & ſi enim patre mortuo hæredes
eius tenentur Reipublicæ, tamen non ante conue-
niuntur, quam propriis rebus iſtius, qui decuriona-
tum eſt adeptus, excuſſis, *l. 3. C. de decurionib. lib.* 10.
Franc. *d. c. 5. num. 166. & num.* 419. licet in id valdè
inuoluat Boer *d. decıſ. 221. num. 7. 8. 9. & 10.*

246 Secundò declaro † concluſionem, vt locum non
habeat, ſi pater pro filio emancipato, vel per nuptias
247 a ſe ſeparato fideiuſſerit. Cum enim † his caſibus
filii ſui fiant iuris, proprium quoque alant focum, &
extra panem patris negotientur, reſque ſuas proprias
habeant, per ea, quæ ſcripſerunt Boer. *decıſ. 197. num.*
3. Pinell. *in l. 1. part. 1. num. 34. 39. 52. & 57. C. de bon.
mater.* Anton. Guibert. Coſtan *de dotibus cap. 5. num.* 9.
Tiraq. *de præſcrip. glo. 4. verſ. ſeptimo a ſuperiorib.* Ioan.
Sichar. *in rub. C. qui admit. ad bonor. poſſ.* Id quod iure
Saxonico minus eſt dubitabile, vt legitur *lib. 1. art.* 10.
11. *& 13.* Fach. *differ.* 8. VVeſenb. *in parat. ff. de his,
qui ſunt ſui, vel alien. iur. num.* 3. Coſt. Nouel. Elect.
Auguſt. 10. *p. 2.* Frideric. Pruckman. *in §. ſoluta poteſtas
c. 1. num.* 81. dicens ibidem, hoc lippis tonſoribuſque
notum eſſe, quod prolixius diſcuſſi ſupra *cap. 7. num.*
619. *& ſequentibus.* Idcirco etiam merito eorum bo-
na propria prius excutiuntur, quam pater fideiuſſor
conueniatur, *l. 1. C. de filiis famil. & quem pro his pat.
ten. d. l. in verb. propriis rebus iſtius excuſſis C. de decu-
rionibus lib.* 10.

248 Tertiò † ex iiſdem fere fundamentis declaro hanc
aſſertionem, vt non obtineat, ſi pater forte pro filio-
familias, peculium Caſtrenſe, vel quaſi Caſtrenſe
poſſidente, fideiuſſerit. In his enim bonis habetur fi-
lius pro patrefamilias, vt oſtendi ſupra *cap.* 5. Cur
igitur hæc bona non prius excutiantur, quam ad pa-
249 trem perueniatur, iuxta *d. l. 1. C. de decurionibus.* Si
enim † cum de peculio Caſtrenſi pro patre, in pote-
ſtate manens, quidquam ſoluit filius, id vtili actione
repetere poteſt, *l. ſi dubitet. §. filius familias in fin. ff. de
fideiuſſ.* non video rationem, quare non etiam pro ſe
ipſo de peculio Caſtrenſi ſoluere, & patrem ratione fi-
deiuſſionis indemnem præſtare teneatur, & quanquam
hæ limitationes nouæ ſunt, à veritate tamen non ſunt
diſſentaneæ, ideoque prioribus, ſub correctione do-
ctiorum adiicere viſum fuit.

250 Septimò † fideiuſſor beneficio excuſſionis deſtitui-
tur, quando animo nouandi principalem obligatio-
nem in ſe ſuſcipit, imò & tunc, quando principalem
debitorem ſe conſtituit, vt fuſius probaui hoc ipſo
capite numer. 80. *& ſeqq.* tunc enim fideiuſſor, amplius
fideiuſſor non eſt. Valent. Francus *d. cap. 5. numer.*
251 405. Quo † etiam referenda videtur deciſio Borgnini
Caualcanti *in decıſ. 31. num. 27. part.* 1. vbi dicit, quod
fideiuſſor obligans ſe, & bona ſua principaliter & in-
ſolidum, teneatur ſoluere, licet principalis non ſit
obligatus, cum hoc caſo non ſit quid acceſſorium, ſed
quid principale, quod probarunt Anch. Regien. *quæſt.*
32. *num. 11. lib.* 1. & Horat. Carpan. *ad ſtatut. Mediol.
part. 2. cap. 189. num.* 5.

252 Octauò ceſſat † excuſſio, ſi talis exceptio excuſſio-
nis ad impediendum iudicium, vel ad remouendam
executionem non fuerit oppoſita, tunc enim aduerſus
fideiuſſorem rectè proceditur, ex quo iure ſibi com-
petente non fuit vſus, *l. ſi mancipium ff. de euictioni-
bus, l. ſi quis delegauerit. ff. de nouat.* Gail. *lib. 2. obſer-
uat.* 27. Franc. *d. cap. 5. num.* 404. Muſcatellus *in pract.*

fideiuſſ. part. 2. *quaſt.* 10. *num.* 37. vbi plures actoritates
recenſet, & faciunt quæ tradidi infra *cap.* 28. *num.* 5.
& ſeqq.
255 Nonò, beneficio † excuſſionis non eſt locus, vbi
conſuetudine, vel ſtatuto receptum eſt, quod fideiuſ-
ſor ante excuſſum principalem conueniri poſſit, qua-
254 lis† conſuetudo eſt in multis locis Italiæ, Ioan. Ba-
ptiſta Aſinius *in tract. de execut. cap.* 2. *num.* 28. ſicut
255† & in Auſtria, tunc enim relicto reo, rectè fide-
iuſſor conuenitur. Duen. *reg.* 335. *limit.* 18. Gail. *d. obſer.*
27. *num.* 29. *&* 30. Franc. *d. cap.* 5. *num.* 403. de quo ta-
men videodus eſt etiam Chaſſan. *in conſuetud. Burgund.*
rubr. 5. §. 2. *in verb. ſon principal obligé. num.* 3. & Boer.
256 *d. deciſ.* 221. *numer.* 15. vbi † refert, tales conſuetu-
dines, & ſtatuto obſeruari in Hiſpania, Delphinatu,
item apud Venetos, Florentinos, & in Ciuitate Lu-
cana; quem ſequitur Carocius *de excuſſ. bonor. part.* 2.
quaſt. 29. *num.* 2.
Quin vero tale quid conſuetudine introduci poſſit
257 non eſt dubium, non ſolum quia conſuetudo legi
ſcriptæ derogat, *l. de quibus in fin ff. de legib.* Verum
etiam, quia pacto beneficium excuſſionis tolli poteſt,
vt ſupra probatum eſt, ergo & conſuetudine, cum
258 pactum, † conſuetudo, & lex in hac materia paris
poteſtatis regulariter eſſe cenſeantur, *l. vlt. C. de fide-*
iuſſ. Ne dicam, quod per talem conſuetudinem ad ius
vetus reditur, quo liberum erat creditori, fideiuſſo-
rem conuenire, non excuſſo reo principali, *l. iure no-*
ſtro C. de fideiuſſ. Non minus igitur hæc conſuetudo
toleranda eſt, quam illa, quæ introducit, hæres fide-
iuſſoris ex contractu fideiuſſionis conueniatur, de qua
ſupra *cap.* 20. §. 10. *num.* 80. *& ſeqq.*
259 Decimò, excuſſionis † beneficio non gaudet fide-
iuſſor iſte, qui pro debitore naturaliter tantum obli-
gato interuenit. Ille namque pulſatus, ſiue ordinario,
ſiue executiuo iudicio, non poteſt opponere exceptio-
nem excuſſionis; cum in iure notorium ſit, obligatum
260 † naturaliter tantum non poſſe excuti. Batt. Angel.
& Caſtrenſ. *in l. Marcellus ff. de fideiuſſ.* Mynſ. *d. obſ.* 15.
centur. 2. Gail. *lib.* 2. *obſ.* 27. *num.* 20. Iaſ. *in l. decem*
num. 31. *ff. de verb. oblig.* Ferdin. Vaſquius *illuſtr. quaſt.*
q. 33. *num.* 34. Ioach. à Beuſt. *in l. admonendi. num.* 300.
ff. de iureiur. Ludolph. Schrader *in miſcellan. cap.* 5. *num.*
13. Coler. *de cap.* 10. *num.* 356. Franc. *d. cap.* 5. *num.* 340.
Muſcatell. *pag.* 2. *q.* 10. *num.* 33. quibus iungi ea quæ dixi
ſupra *cap.* 4. & Vincent. Caroc. *de excuſſ. bon. pag.* 2.
quaſt. 70.
261 Vndecimo non † recipitur excuſſionis exceptio,
ſi fideiuſſor ſuccedat debitori, tunc. n. conuenitur non
vt fideiuſſor, ſed vt hæres debitoris. Hipp. *in rub. de*
fideiuſſ. num. 20. Colerus *cap.* 10. *num.* 350. Franc. *d.*
c. 5. *num.* 428. *&* 428. 429. Muſcatell. *part.* 2. *quaſt.* 10.
num. 25. ac prolixe iam ante explicaui. *c.* 20. §. 16. *nu.*
31. *& ſeqq.*
262 Duodecimo excuſſionis † beneficio fruſtra ſe iuua-
re conatur fideiuſſor, ſi debitor principalis in longin-
quis regionibus ſit abſens, ita vt ſine magna difficulta-
te conueniri nequeat, hæc enim abſentia creditori
non debet eſſe fraudi. *Auth. præſente, & ibi Cynus nu.*
3. *&* 4. *C. de fideiuſſ.* Alex. *conſ.* 100. *diſcuſſis col. pen.*
volum. 5. Hieron. Gratus *reſponſo* 28. *numer.* 17. *lib.* 1.
Franc. *d. c.* 5. *num.* 331. vbi alios ſecum ita ſentientes
allegat: *ibidem poſt. gl. in Nouell. de fideiuſſ. verb. præ-*
ſentes, & Guid. Papæ *in dec.* 570. *incip. Dominus de Stam-*
263 *pis*. ſubijciens, idem † iuris eſſe, ſi debitor ſit præſens,
ſed latitet, de quo conſule etiam Vlpia *in l. Fulcinius.*
ff. quibus ex cauſis in poſſ. eatur. Carocium *de excuſſ. bo-*
nor. part. 2. *quaſt.* 46. *num.* 2. Muſcatel. *in pract. fideiuſſ.*
p. 2. *q.* 10. *n.* 17. Io. Zangerum *in tract. de exc. p.* 2. *c.* 5. *nu.* 9.

264 Decimotertiò, quando † bona debitoris ſunt pe-
nes fideiuſſorem, tunc is fruſtra excuſſionem debito-
ris vrget, cum apud ſe habeat, de quo ſatisfieri credi-
tori poſſit. Ita tradit Aufrer. *in apoſt. ad Capel. Tholoſ.*
deciſ. 196. ſequitur Mynſing. *d. obſ.* 15. *cent.* 2. & Franc.
d. 5. *num.* 416. quibus adde Caualcan. *deciſ.* 54. *numer.*
16. *part.* 1. Caballin. *in millelequio.* 388. *num.* 1. & Vinc.
Carocium *de excuſ. bonor. quaſt.* 86. *part.* 2. Barthol. de
Capua *ſingulari* 47. (vbi ait, id conſuetudine Regni
Neapolitani indubitate receptum eſſe) Ioan. Bernard.
Muſcatell. *part.* 2. *quaſt.* 10. *num.* 31. Alciat. *in l.* 2. §.
Cato num. 103. vbi dicit, illam opinionem ſeruari in
practica *ff. de verb. oblig.* Et quanquam textus ab ipſis
allegatus, in l. ſi procuratorem. 8. §. ſi ignorantes. ff.
mandati. (ad quem varij intellectus concinnantur, vt
apud Alciat. *in d.* § *Cato num.* 103. 104. *&* 105. videre
licet) hanc limitationem non probat, vt etiam in-
nuit Andr. Barbat. *in c. peruenit extra, de fideiuſſ.* Eam
tamen iuſtam, & æquam eſſe cenſeo cum Petro Re-
buffo *in l. ſi ita ſtipulatus verſic.* 21. *quando col.* 5. *ff. de*
verb. ſign. pro quo etiam facit textus *in l. ſi quis reum.*
5. *in princ. in verb. ad fideiuſſorem pecunia peruenerit, &*
ipſe reum dederit vice ſua ff. de liberat. legata.
Nec multum differt, quod poſt Baldum. & Felin. re-
tulit Pacianus *lib.* 1. *de probat. cap.* 54. *num.* 65. inquiens;
265 quod † fideiuſſor propter paupertatem habeat po-
teſtatem vendendi bona debitoris, & ſatisfaciendi cre-
ditori, licet aliquod mandatum ad vendendum exhi-
bere nequeat. Probant idipſum Hippol. de Marſil.
conſ. 10. *num.* 37. Roland. à Valle *conſil.* 87. *num.* 47. *vol.*
2. Roderic. Suarez *in declarat l. fori tit. de comperendina-*
tionibus §. *ſed pone quaſtionem num.* 25. Horat. Carpanus
ad ſtatut. Mediolan. part. 1. *cap.* 413. *numer.* 52
266 Quo etiam referri poteſt, quod † fideiuſſor à ven-
ditore (intellige notorio) conuentus non teneatur
litigare, ſeu in lite perſiſtere, ſed caute agat ſi illi, tem-
pore ſolutionis adueniente, ſoluat, ne temere litigans
267 in expenſas condemnetur, fideiuſſor enim † cenſetur
mandatum habere à principali debitore de ſoluendo.
Pariſius *conſ.* 103. *vol.* 3. Iacob. Marchiſcellus *quaſt.*
114. *num.* 8. *&* 10.
268 An verò idem procedere dicemus, debitor † apud
fideiuſſorem res quaſdem depoſuerit? Sane res depo-
269 ſitas adeo † priuilegiatas eſſe, vt earum reſtitutionem,
nec exceptio non numeratæ pecuniæ, nec compenſa-
tio, nec exceptio doli mali, nec interdictio, nec iuſ-
iurandum remorari poſſit, nemo eſt, qui neſciat, *l. vlt.*
C. de non num. pec. l. vlt. C. de compenſ. l. ſi quis C. de
Nouell. 88. *c.* 1. *c. vlt. extra, depoſiti* Barnab. Cornaz-
zan. *deciſ. Rota Lucenſ.* 209. *num.* 1. & notaui ſupra
270 *c.* 19. *numer.* 61. Agebantque † in primis Piſidæ gra-
uiſſimam depoſiti cauſam, & eum, qui fraudaſſet, oc-
cidebant, vt narrat Io. Stobæus *ſerm.* 44. *mihi pag.* 615.
Vnde videtur dicendum in huiuſmodi res, vtrumque
apud fideiuſſorem reperiantur, executionem fieri non
271 debere. Sed pro † reſolutione huius dubij ita conſti-
tuendum eſſe arbitror, vt ſi debitor ipſemet excuſſio-
nem rerum apud fideiuſſorem depoſitarum admittat,
rectè etiam fideiuſſor eam fieri petat. Sin vero ob affe-
ctionem debitor res depoſitas amittere nolit, aliaque
bona ſufficientia habeat, vt iſto caſu hæc exturiantur,
non attento; quod alia apud fideiuſſorem reperiantur,
cum ea reſtitutioni omnino ſit ſubiecta: Sin vero nul-
las alias res præter depoſitas habeat debitor, eas qui-
dem fideiuſſor reſtituat primum, mox autem excuſſio-
nem earum fieri petat, cum poſt reſtitutionem non
amplius ſint priuilegiatæ, ſed veterem ſuam naturam
272 rurſus induant. Atque ita quoque † intelligendos
cenſeo Anton. Gabriel. Roman. *lib.* 3. *com. concluſ. tit.*

Digitized by Google

de fideiaſſ. concluſ. 1. *nu.* 62. & Ioan. Goddæum *de contrah. ſtip. c.* 9. *concl.* 5. *num.* 97. *in fin.*

273 Decimoquartò † excuſſionis beneficio deſtituitur fideiuſſor, ſi debitor non facilè queat conueniri, vt puta ſi ſit potens, iniurioſus, & rixoſus, ad quem non pateat tutus acceſſus, aut qui habeat bona extra territorium ſita, ita vt executio contra eum difficulter fieri poſſit, hoc enim caſu ex difficultate conueniendi inducitur notorium facti, debitorem non eſſe ſoluendo, ideoque datur actio aduerſus fideiuſſorem, etiam non excuſſo principali Hippo. *in rub. de fideiuſ. numer.* 10. Guid. Pap. *ſingul.* 717. Hiero. Gratus *reſponſ.* 87. *num.* 24. *lib.* 1. Myſing. *cent.* 2. *obſer.* 15. Gaill. *d. obſ.* 27. *nu.* 25. Ioach. à Beuſt. *in l. admonendi num.* 298. & 299. *ff. de iureiur.* Colerus *p.* 1. *c.* 10. *num.* 344. Vincent. Caroc. *de excuſ. bonor. quæſt.* 37. *num.* 1. Muſcatell. *p.* 2. *quæſt.* 10. *numer.* 27. & 18. Horat. Carpan. *ad ſtatu. Mediolan.*
274 *p.* 1. *c.* 44. Paria † enim ſunt non ſoluendo eſſe facultatibus, vel non eſſe ſoluendo conueniendi facilitate. Gail. *d. num.* 25. Francus *de fideiuſ. cap.* 5. *num.* 326. *cum ſeqq.* Et quemadmodum, quod ſponponderis, ſolues niſi is dependi facile patitur, pro quo ſpoponderis? vt ait Cicero *lib.* 2. *Epiſtola ad Brutum Epiſt.* 18. Ar-
275 bitrio tamen iudicis † relinquendum cenſeo, quanta rixoſitas, & potentia hoc caſu requiratur, Menoch. *de arbit. iudic. quæſt. caſu* 171. *num.* 36. & vtrum hæc ne quidem à ſummo Magiſtratu coerceri poſſit, ſæpè enim minus faciunt homines qui magna minantur, & facile alioquin creditores, ad grauandos fideiuſſores, talia comminiſcit poſſent, ſi illud impune quis ſuccederet.

276 Decimoquintò † excuſſionis exceptio locum non habet, ſi cauſa ex æquo, & bono eſt determinanda,
277 Hippol. *in Rubr. ff. de fideiuſ. num.* 12. Quia † talis exceptio inuenta eſt, ad rigorem iuris conſeruandum, Hippol. *d. num.* 12. *Muſcatell. in pract. fideiuſ. p.* 2. *q.*
278 *num.* 10. & 11. & † eſt de apicibus iuris (de quibus
269 vide M. Mantuam † *lib.* 7. *obſer.* 66 & Petr. Loriotum *in ſingul. libello de apicibus iuris*) ſecundum *gl. communiter approbatam in l. ſi communi.* §. 1. *verb. actum ff. de exceptionib.* Magonium *deciſ. Florent.* 45. *num.* 14. Ca-
280 rocium *de excuſ. bon. p.* 2. *q.* 31. *num.* 10. qui non † attenduntur, vbicunque cauſæ ex bono, & æquo ſunt decidendæ, *l. ſi fideiuſſor* §. *quidam ff. mandati* Gail. *d. obſer.* 27. *num.* 26.

281 Hinc † cum in foro mercatorum ſummariè, de plano, & de æquitate, non inſpectis iuris apicibus procedatur Boerius *deciſ.* 221. *num.* 15. Schurff. *conſ.* 42. *nu.*
282 3. *cent.* 2. receptum eſt, excuſſionis † exceptionem inter mercatores, campſores, bancherios, numularios, propter vtilitatem publicam, & præcipuam fidem, quæ in dictis perſonis abundare debet, locum non habere Hippol. *in Rubr. de fideiuſ. numer.* 8. Capella Tholoſana *deciſ.* 196. & *ibi Aufrerius in addi.* Benuenutus Stracha *in tract. de mercatura in Rub. quomodo in cauſis mercatorum procedatur tit de except. mercat. num.* 5. Gomeſius *de contrac. c.* 13. *num.* 4. Hieron. Gratus *reſpon.* 28. *num.* 18. *vol.* 1. Emanuel à Coſta *in l. ſi ex cautione limit.* 18. *num.* 2. *C. de non nu. pecu.* Sebaſt. Medices *in tract. de conſer. poſſeſ. num.* 312. *verſ.* 2. *falit.* Menoch. *de arbit. iud. quæſt. q.* 51. *num.* 396. & *ſeqq.* Ieremias Setſerus Germanus *in ſelect. diſput. ſuis diſput.* 23. *theſ.* 10. *in gloſ. verſ. neque inter mercatores* multoque alios idem ſentientes allegat Vincent. Caroc. *in tract. de excuſ. bono quæſt.* 48. *num.* 1. & 2. *part.* 2. † nouiſſimè Fabius de Anna *conſil.* 82. *num.* 25. & 26. Muſcatell. *in tract. fideiuſ. part.* 2. *q.* 10. *num.* 2. & 3.

283 Et hæc ſententia eſt † communis teſte Eman. Soa-
284 rezzo *in com. op. lit. F. num.* 34. Cum qua † etiam tranſiuit Senatus Pedemontanus *Anno* 1582. teſte Ant. Theſaur. *deciſ.* 166. *num.* 7.

285 Verum etſi † de conſuetudine Europæa multiplicaris quæſtuoſiſſimis negotiationibus, forſan hæc ita obſeruantur, certum tamen eſt, repugnare textui *in Nouell.* 136. atque ideo non ſolum Carocius modo dicto loco, *numer.* 3. ſed & Alciat. *in l. vlt. num.* 32. 33. & 34. *ff. ſi certum petatur.* ac Bartholom. Bertazzolius *in tract. clauſu. inſtrum. clauſ.* 40. *glo.* 4. *nu.* 3. *in fin.* ea expreſsè reijciunt. Ac dicit Petro Rebuffo *in d. l. ſi ita ſtipulatus column.* 3. *verſ. tertio vitiatur, ff. de verſ. ſignif.* Quod hæc exceptio non ſit contra bonam fidem, ideoque merito mercatoribus hanc legem eſſe communicandam, cum leges ſint omnes, *l. leges. C. de legibus. Nec debent inquit, excipi mercatores à legibus aliorum, niſi qua-*
286 *tenus ipſis iuribus ſunt excepti.* Imo † inſequens iura ſua, bona fide agere cenſetur, *l. quemadmodum à contrario cenſu C. de agric. & cenſit. lib.* 11. cum qua opinione tranſire videtur Andr. Fachinæus *lib.* 8. *controuerſ. cap.* 53. cui adde Anton Theſſaurum *deciſ.* 52. & *deciſ.*
287 166. *num.* 7. Debet † enim quis ſequi æquitatem legis, non ſui capitis, alias captioſa, & ſine iure temeraria dicitur. Garz. *de expenſis, cap.* 1. *nu.* 28. Frideric. Scotus *reſponſ.* 3. *num.* 171. & *ſeq. lib.* 1. *com.* 2. Decian. *reſponſ.* 36. *nu.* 41. *vol.* 1. & *tetigi ſupra c.* 5. *n.* 116. & 117.

288 Sed iam † quæritur an iudex cui commiſſum eſt, vt ſola facti veritate inſpecta procedat hanc excuſſionis exceptionem reijcere poſſit? In hac quæſtione quid ſit ſtatuendum, diſputant Menoc. *d. q.* 51. & Cachera. *deciſ.* 2. finaliter in eo reſidentes, ſi excuſſio obijciatur à fideiuſſore ſimplici, quod non ſit attendenda. Licet Rebuff. *in d. l. ſi ſtipulatus col.* 4. *verſ.* 7. *perdit*, dicat, ſe nunquam vidiſſe illud obſeruari: Antoninus vero Theſſaurus *d. deciſ.* 51. à Menochio, & Cacherano planè diſſideat, aſſenſus, etiam iſto caſu, quando proceditur ſola facti veritate inſpecta, reſpectu fideiuſſoris excuſſioni locum eſſe, cuius ſententiæ accedo, non ſolum, quia eam nouiſſimè quoque probari video Fachineo *d. lib.* 8. *c.* 53. & Barnabæ Cornazzano *deciſ. Lucenſi* 36. *num* 3. & 4. (vbi diſtinguit, an talis exceptio obijciatur ad proceſſū, vel an ad merita, vt primo caſu reijciatur, non autem ſecundo, allegans pro ea opinione quoque Hieron. Magon. *in deciſ. Lucenſi* 66. *nu.* 10. 11. 12. & 13. & Franciſ. Beccium *conſil.* 89. *numer.* 21. Verumetiam, quia non minus in facto conſiſtit, num exceptioni excuſſionis ſit renunciatum, necne, quam, an à fideiuſſore ſolutio ſit ſuſcepta, vtrumque igitur à iudice merito eſt indagandum, & attendendū, maximè, ſi fideiuſſor talem exceptionem alleget quam ipſi conſtitutio Imperialis largitur, & qua ſolutionem impedire poteſt, *iuxta prin. tit. Inſtit. de officio iudicis.*

289 Iudex namque † vtitur publica poteſtate, *cap.* 1. *de re iud. in* 6. Decian. *in pract. crim. lib.* 2. *c.* 14. *numer.* 3. Ergo, vtrumque poteſtatem habet iudicandi ſola veritate facti inſpecta, debet tamen ſequi publicam ſcientiam, & publicam regulam ſibi in iudicijs præſtitutam, quæ eſt, vt ſecundum allegata & probata, & non contra ius conſtitutionis iudicet, *illicitas* §. *veritas ff. de offic. præſidis.* Præterea illa ipſa poteſtas iudicandi ſola veritate facti inſpecta non obtinet in quauis facti veritate, ſed in ea, quæ legibus eſt roborata. Felin. *in in c.* 1. *de conſtit.* Gail. *lib.* 1. *obſer.* 42. *num.* 2. ſequitur igitur, quod integrum factum, reſpectu non tantum pro ſolutione inſtantem, ſed etiam ad fideiuſſorem excuſſionis non addictæ ſiue renunciatæ (vt ita loquar) exceptionem prætendentem habitu, mirari, & inſpicere debeat.

290 An vero † & arbitri, quibus conceditur, vt cognoſcant ex bono & æquo, poſſint reijcere exceptionem

excuſ-

cuſſionis vide late tractatum apud M. Ant. Blancum,
de compromiſſis.q.1.n.47.cum ſeqq. Carocium *de excuſſ.*
bon.par.2.q.49.num.1.& 2. & dixi ſupra hac ipſa parte,
n 17. Adde Martin Benekendorff. *in repet.l.1.in 1.limit.4.*
memb.4.par.n.132.ff.de reg.iur. mihi pag.202. vbi tamen
rem in medio indeciſam relinquit.
291 Supradictis † affine eſt, quod aſtruunt excuſſionis
exceptionem de iure Canonico locum non habere, ſi-
quidem iure iſto apicis iuris non curantur. Guliel. Be-
ned. *in c. Raynutius. verb. ſi abſque liberis. nu.52. extra de*
teſta. Gratus *reſponſo 87.num.25.lib.2.* Duennas *reg.315.li-*
mit.4. Iaſ. *in §. item ſi quis. Inſtit. de actionib.* Gail. *d.obſer.*
27. num.18. Francus *d. c.5. num. 400. & 401.* Ieremias
Setſerus *in ſelect. diſputat. ſuis, diſputat.25. theſ.10. in glo.*
292 Verum hanc † ſententiam merito reiecit Schtade-
rus *in miſcellan. c.5. num.51.* Siquidem nullo iure fun-
datur, & præterea etiam leges ciuiles in foro Cano-
nico ſeruantur, ſi contrarium non ſit expreſſe cautum,
interim aliter in hoc paſſo diſtinguente Carocio *in*
tract. de excuſſ. bonor. p.2. q.51. quem lector ipſemet in-
ſpiciat.
293 Decimoſexto † excuſſionis beneficium non pro-
deſt fideiuſſori, ſi per proceſſum executiuum, qui me-
reatur executionem paratam ex vi ſtatuti, vel con-
uentionis executiuæ, conueniatur. Licet enim † in-
294 ſtrumenta, quantumcunque authentica, de iure com-
muni executionem paratam non habent *l. minor 40. ff.*
de minorib. Iaſ. *in l. cunctos populos. num.18. C. de ſum. trinit.*
Colerus *d. par.1. c.3. num.58.* Eman. Soarez *in commun.*
opin. lit. I. numer.136. fideiuſſor tamen, qui ſe prædicto
modo per inſtrumentum guarantigionatum, ſeu con-
feſſionatum obligauit, minimè beneficio excuſſionis
gaudet, ſed præciſè executionem pati cogitur, vt vult
Bald. *in l. fideiuſſor. §.1. D qui ſatiſd. cogant. & in l. certum*
C. famil. herciſc. Hippol. *in rubr. de fideiuſſ. num. 13.* Co-
lerus *d. part.1. cap.10. num.335. & part.4. cap.2. numer.95.*
Carocius *de excuſſ. bonor.4. quaſt.2. quaſt. princ. numer.1.*
Didac. à Segura *in repetit. l. ſi ex legati. num.74. & 75. D.*
de verbor. oblig. Francus *de fideiuſſ. cap.5. num.391. & 392.*
Muſcatell *in pract. fideiuſſoria. part.2. q.10. num.37.* Cui
295 ſaltem † in eo indulgetur, vt eodem modo rurſus
contra principalem ſine libello agere, & executiuè ad
ſolutionem eum præcipitare poſſit. Bart. *in l. fin. C. de*
vſur. rei iudic. & in l.2. §. fin. D. qui ſatiſdare cogantur, ac
in l.1. in fin. D. de iudic. ſolui. quod attingam etiam infra
part.5. num.67. & 68.
296 Decimoſeptimo † excuſſionis beneficio non gau-
dent Principes, Comites, & viri nobiles, qui pro aliis
297 fideiuſſerunt. Cum enim verba † principis debeant
eſſe firmiſſima, etiam non iurata. Tiraq. *de nobilit. cap.*
20. num.23. & 24. Crau. *conſil.241. num.21.* VVeſenbec.
298 *conſil.10. num.24. part.1.* Et promiſſio facta ſub † fide
principali, generoſitatis, vel nobilitatis, fides viri no-
biles, ac prole ex notoria Germaniæ conſuetudine,
quoad vinculum contractus, pro iuramento, verè ac
corporaliter præſtito habeatur, Mynſing. *cent.1. obſer.*
27. Gail. *lib.2. obſer.59.* Io. Sichard. *in l. fin. C. de edicto. D.*
Had. tollendo. Schurff. *conſil.57. num.11. num.2.* Cantiun-
cula *conſil.22. num.1.* Gilman. *deciſio. Camer.14. num.31. &*
34. Ioachim. à Beuſt *in l.3. §. iurari. num.14. D. de iureiu-*
299 *rando.* qui † dicit hoc etiam procedere, ſi princeps
promitteret, ſub verbo veritatis, & In mea conſcien-
tia, ac fide (*de quo tamen vide Nouell. Leonis 72.*) ſe-
quitur D. Roland. *in tractat. de commiſſ. part.2. lib.2. cap.*
11. num. 43. apud quem plura inuenies huc ſeruientia,
videatur etiam Petrus de Petra *in tract. de poteſt. princ.*
cap.19. numer.28. & 33. Daniel Mollerus *in comment. ad*
conſtit. Saxon. conſtit.36. num.11. & aliquot ſeqq. par.2. And.
Rauchbar. *p.2. quaſt.2. à num.54. vſque ad num.64.* Se-
Antonius Heringius.
quitur vtique hanc promiſſionem principum para-
tam executionem habere, neque eos honeſte petere
poſſe, vt debitor prius excutiatur, præſertim, quia
etiam quilibet alius fideiuſſor, qui iurato promiſit
beneficium excuſſionis non habet, vt dixi ſupra hoc
ipſo capite *num. 45.* faciunt ea quæ tradit Colerus *d.*
p.1. c.10. numer.251. & 236. nec non Francus *de fideiuſſ. d.*
cap.5. num.362. cum ſeqq.
300 Princeps † enim ad exemplum Regum apud Me-
dos, & Perſas, vt liquet ex Propheta Daniele *cap.6.*
verſ.8. & 12. & hiſtoria Eſther. c.8. verſ.8 debet habere
vnum calamum, & vnam linguam immutabilem, &
eſſe immobilis, ſicut Polus, & Lapis angularis, Bald.
in conſ.343. vol.1. & conſil.279. pridie. lib 3. Rolan. à Valle
conſil.2. num.153. lib.1. latè Pruckman. *in §. ſoluta poteſtat.*
cap.4. memb.2. effectu 1. num.26.27. & ſeqq. Matth. Cuno
lib.1. de pactis, cap.21. num.36. & ſeqq. Vnde ille etiam
rectè aiebat ad Ageſilaum Lacedæmoniorum Re-
301 gem; Ad regiam fidem pertinere, non verba modo,
verum capitis quoque nutus ſeruare, ſicut refert Ba-
ptiſta Campofulgoſus. *lib.7. mihi pag.898.* Dicitque
302 B. Ambroſius *in lib. de offic.* Quod is † in principe
fidei, & veritatis amor relucere debeat, vt omne ver-
bum iuratum putet, ſicut retulit, atque aliis exorna-
uit Zaſius *conſil.8. num 27. & conſil.15. num.143. lib.1.* Et
303 leuitas † & inconſtantia maxime in principibus vi-
tuperanda eſt. Anch. *conſil.240. num.3.* faciunt tradita
per Pinell. *in l.1. par.3. num.67. in fin. C. de bonis mater-*
nis. Borcholt. *de feudis cap.6. numer. 20.* Quos inter
etiam, & priuatos homines non ſolum in reliquis, ſed
& in fidei promiſſæ, dataeque obſeruantia plurimum
diſcriminis merito eſſe debet, nam vt Pedo Tiberia-
nis temporibus poëta ait:

Non eadem vulguſque decent, & culmina regum.

Et rectè clatus ille Corn. Tacitus *lib 3. annal.* huic
ſuccenturiatur, inquiens: *Non eadem decora Princepi-*
bus viris, & Imperatori, populoque; Vt proinde non niſi
304 † cum dolentia aliqua legerim apud Cuſpinianum,
Adolphum Naſſouienſem Imper Romanum, fidem &
literis, & ſigillo roboratam violaſſe. Quanto maior
305 † gloria Imperatoris Friderici III. qui nunquam
iurauit, niſi cum in ciuitate Aquiſgranenſi, & cum
Romæ coronatus eſſet, idque iuramentum conſtantiſ-
ſime tenuit, vt de eo commemorat Æneas Syluis
lib. 4. comment: de Alphonſo? Quanto rectius Beliza-
rius ille apud Procopium; *Turpe eſt, inquit, Tentbert.*
cum aliis omnibus, quibus vel minima virtus eſt cordi, tum
imprimis principi viro mentiri, ac fidem fallere: iuſiuran-
dum autem; & pacta etiam ſcripto ſancita v olare, ne ab-
iectiſſimo quidem homini decorum eſſe arbitror. Quanto
præclarius quoque ſenſit Imperator Carolus Quin-
306 tus, dicens; Fidem † rerum promiſſarum, etſi toto
mundo exſulet, tamen apud Imperatorem conſiſtere
oportere, vt retulit Gulielm. Zenocarus *in vita Caro-*
li? Ex quo fundamento etiam facile excuſari poteſt
maſcula illa laudatiſſimi, & præter omnem rationem
à Ioanne Bodino (vt ex Petri Heigij ſcriptis conſtat)
caſtigati Herois Mauritij Electoris Saxoniæ reſpon-
ſio, qui eidem Carolo V. Imperatori, ſubtiles quaſdam
interpretationes aduerſus Philippi Landgrauij Haſſiæ
liberationem nectenti, exprobauit; *At ego, inquit, te,*
tanquam Imperatorem, non tanquam Iuriſconſultum, &
Legiſtam; volo pactiones, & fœdera interpretari, vt an-
notauit Arnold. Clamarius *lib. 6. de arcan. Rerumpub.*
c.21. mihi pag. 290. Nec audiendi hic ſunt Hiſpani,
qui cum aliquid promiſerunt, quod nec ab Initio præ-
ſtare animus fuit, dicunt fuiſſe ſaltem, palabras de
complimento, ſermo ob modeſtiam, vt eſt apud Sci-
pion. Admir. *lib.10. cap. 8.* Neque enim, vel coram

Deo, vel honeſtis viris, iſtiuſmodi ſophiſtica excuſari, ac defendi poteſt.

307 Atqui † hæc quidem decimaſeptima limitatio (quam tamen nominatim reiicit Io. Koppen. in Rangſdorff. *in deciſ. ſuis. q. 56. num.* 11. 12. 13. *&* 14. Ibidem
308 ſubiiciens, † quotidiana obſeruantia per totam Germaniam receptum eſſe, Nobiles fideiuſſores, quamuis ſe obligent, tamen ſpondent fidem ſuam, & eam interponunt, nihilominus exceptionem excuſſionis obiicere poſſe, quod certe non nihil infringitur per Conſtitut. Electoris Brandeburgici, ſupra *num.* 28. relatam, in verb. à contrario ſenſu ampliatur, vt non ſolum in ipſo principe procedat, ſed etiam in ipſius fideiuſſore, is enim beneficium excuſſionis quoque non habet, propterea quod is tacitè videtur renunciare Authenticæ, Præſente. *C. de fideiuſſ.* ita docet Bald. *in l. 1. col. 3. C. de conuen. fiſci debitor. lib.* 10. Alex. *in l. fi. col. 2 ff. ſi cert. pet.* Iaſ. *in l. decem. nu.* 32 *ff. de verb. oblig.* Roman. *in ſingul.* 641. & ibi Piguorat. *in addit.* Cremenſ. *ſingul.* 44. Catellian. Cotta. *in memorab. verb. fiſcus.* Rebuff. *in d. l. ſi ita ſtipulatus.* 150. *in fin. ff. de verb. ſignif.* Quanquam idem Iaſ. *in l. ſi ego. la* 2. *nu.* 6. *ff. ſi cert. pet.* non nihil fluctuare videtur.

309 Decimooctauo excuſſionis † beneficio non datur locus in fideiuſſore obligatò ad obſtagium, in euentum non factæ ſolutionis. Is enim ſi exigatur alternatiuè, pro ſatisfactione ſcilicet crediti, vel pro ingreſſu obſtagij, non poteſt excipere de prius excutiendo principali, quamuis beneficio excuſſionis ſpecialiter non renuntiauerit, *per text. in cap. ex reſcripto. in verb. conuentionem ipſorum faciatis adimpleri. extr. de iureiur.* Excuſſio enim reſpicit executionem in bona obligati, quæ non poteſt fieri, antequam principalis inueniatur non ſoluendo: Obſtagium autem iſto caſu reſpicit arctiorem obſeruantiam contractus per repræſentationem nimirum perſonæ fideiuſſoris in loco conuento, & ſic ad implementum repræſentationis perſonæ non intereſt, an reus principalis ſoluendo ſit, nec ne, prout doctè reſoluit Coler. *d. p.* 1. *cap.* 10. *num.* 357. nec diſſentit Franc. *d. cap.* 5. *numer.* 418.
310 quamuis † in aliam ſententiam abeat Io. Koppen. in Rangerſdorff. *in deciſ. ſuis. q. 56. num.* 7. 8. 9. *&* 10. aſſerens ibi, promiſſionem obſtagij, nec generalem, nec ſpecialem renunciationem. Auth. *præſente. C. de fideiuſſ.* inducere, ſed fideiuſſorem tantum ratione obligationis ſuæ acceſſoriæ arctius aſtringere.

Sed (ſalua Koppenij auctoritate dicere liceat) ra-
311 tiones † eius non videntur Coleri, & Franci opinionem infringere. Si quis enim ad formam, & definitionem obſtagij, ſupra *c.* 17. *num.* 66. *&* 67. traditam aduertat, is facile videt, obſtagij vinculum fideiuſſoribus non tam ob arctandam obligationem, ſed, & magis fideiuſſores obligantur, quam propter extorquendam ſolutionem, adiici, vt nimirum illa præciſè fiat antequam fideiuſſor pedem ex diuerſorio moueat. Atque hanc intentionem quoque creditorum, pecuniam numerantium, indubitatam eſſe, quotidiana experientia teſtatur, in qua eos decipi, & falli, graue futurum eſſet. *l. minime. ff. de legib.*

Nec mutat, quod, ſecundum ipſum, promiſſio obſtagij non eſt aliqua renunciatio, vel generalis, vel ſpecialis. Etſi namque verbis formalibus non fit renunciatio, re tamen ipſa, & in effectu fideiuſſor beneficium excuſſionis à ſe abdicat, eo ipſo, quod promittit, ſe (ecce perſonam, in indiuiduo factum ſuum, non alienum, iuxta iuris placita promittentem) ex loco ad obſtagium deſignato non receſſurum, donec creditori ſatisfiat; intellige, realiter, & actualiter, cum verba cum effectu ſint accipienda, nihilque intereſt verbis quis voluntatem ſuam declaret, an rebus ipſis, vel factis. *l. de quib. ff. de legib.* Imò plus fit ipſo facto, quam verbis aliquid fateri, & recognoſcere. *l. Paulus. ff. rem rat. hab.* Zaſius *conſ.* 14. *num.* 78. *lib.* 1. Si igitur creditor fideiuſſorem ratione promiſſionis ad obſtagium euocet, is autem illud ingreſſus exceptione excuſſionis creditorem pro ſolutione inſtantem reiiciat, quis quæſo hoc caſu obſtagij erit effectus? Cum tamen obſtagia primitus ad hoc ſint introducta, vt fideiuſſor, tædio deliteſcendi in publicis diuerſoriis affectus, maturè ſolutionem cogitaret, & ex talibus tricis ſe expediret. Quod ſi quis forſan inſtet, nihilominus fideiuſſore ad obſtagium, ita euocato reum principalem vigore reuerſalium adigi poſſe, vt ipſe, ad vitandas expenſas aliquando repetendas, mediante ſolutione fideiuſſorem ex taberna ociſſime liberet, huic regero, id ei quidem integrum eſſe, verum quid hoc ad creditorem, qui has vt vitaret ambages, fideiuſſorem ſibi ſuo nomine, adiecta obligatione obſtagij, ſolutionem promittere fecit, ex eo non prius dimittendum, quam extremum quadrantem ſoluerit? *Coler. d. p.* 1. *c.* 10. *nu.* 187.

Nihil etiam vrget, quod obligatio obſtagij cum beneficio Auth. præſente. *C. de fideiuſſ.* nihil commune habeat. Koppen *d. loco num.* 9. Neque enim hic de identitate harum rerum eſt quæſtio, ſed agitur de prædicto effectu obſtagij (ſcilicet, quod factum obſtagij non eſt momentaneum, quaſi impleatur per ſolum ingreſſum diuerſorij, ſed debet ibi obſes hærere tamdiu, donec ſatisfiat creditori) qui quomodo per talem argumentationem Koppenij infringatur, aliorum iudicium eſto.

312 Valde † prudenter igitur agunt illi, qui omnem anſam diſputandi præcedentes nominatim in promiſſione obſtagij inſeri curant hæc vel ſimilia verba: Nos &c. Volumus manutenere promiſſionem noſtram, nempe quod N. detentus in carceribus diu noctuque non fugiet, niſi quod fideiuſſores, vel obſides dimittant illum, & pro cauſa qua detentus eſt, & ita promittimus pro nobis, & hæredibus noſtris, &c. Sic enim onus ſolutionis præciſè fideiuſſoribus obſtagiatis, eorumque hæredibus eſt impoſitum.

313 Decimonono † excuſſionis beneficium non admittitur, ſi creditor, qui eſt debitor fideiuſſoris, compenſatione vti velit contra fideiuſſorem. Apoſtil. ad Panor. *in cap* 2. *in addit. magna. extr. de fideiuſſ.* Hip *in Rubr. de fideiuſſ. nu.* 11. Ioac. à Beuſt. *in l. admonendi. num.* 301. *ff. de iureiur.* Lud. Schrad. *in miſcel. c.* 5. *num.* 30. & Franc. *d. c.* 5. *n.* 411. vide Muſcat. *p.* 1. *q.* 10.

314 Vigeſimo † limitatur in fideiuſſore ludi, is enim, cum plerumque pignus, vel premium capiat, prius conueniri poterit, non excuſſo principali. Pyrrhus *in conſuet. Aurel. Rubr. de execut. c.* 8. Et ſic iudicatum fuiſſe Pariſiis refert Rebuffus *in d. l. ſi ita ſtipulatus. col.* 5. *verſ. decimoquarto modificatur. ff. de verb. ſignif.*

315 Vigeſimoprimo † non poteſt fideiuſſor opponere exceptionem excuſſionis contra literas compulſoriales Guido Papæ. *in tract. de lit. compulſor. quæſt.* 10. *num.* 1. licet contrarium velit Pract. Ferrar. *in libello de conſtit. pecun. in pr.* Et dicit idem Guido *d. loco q.* 9. quod exceptio excuſſionis, non poſſit opponi contra compulſoriam ſuper inſtrumento de indemnitate promiſſionis quanquam vtrobique loquitur in caſu ſtatuti Gratianopolitani.

316 Vigeſimoſecundo, fideiuſſor † in cauſa criminali pro relaxatione datus, non habet beneficium excuſſionis, ſed poteſt iudex ſtatim ab eo executiuè incipere, vt reum ſiſtat. Bald. *in l.* 2. §. 1. *in fin. ff qui ſatiſd. cogant. per l. ſi quis reum. C. de cuſtod. reor.* Chaſſan. *in conſuetud.*

ſuetud. Burgund. Rubr.1. §. 5. verb. S'il agrace. nu. 171. verſ. & etiam debet eſſe. Franc. *d. cad. 5. num.* 415. vbi etiam alios citat, quibus adde Pet. à Duennas *regula* 324. *mihi pag.* 439. *verſic. tertio fallit.* Ioan. Goddæum *de contrah ſtipul. c. 9. concl. 5. nu.* 99.

317 Vigeſimo tertio, non † habet beneficium excuſſionis fideiuſſor, qui iudicio ſiſti, & iudicatum ſolui promiſit, prout auctor eſt Bald. *in l. cum eorum. C. de ſententijs.* & ſequitur Bened. de Plumbino *in tract. de fideiuſſ. num.* 2. Muſcatell. *in pract. fideiuſſ. p. 2. q. 10. nu.* 32. Coler. *de proceſſ. exec. part. 1. c. 10. nu.* 352. Verum

318 † adhibendum cenſeo diſtinctionē Ludolphi Schrader. *in miſcellan. c. 5. nu.* 20. vt ſcilicet fideiuſſor excludatur ab hoc beneficio, ſi imploretur officium iudicis pro faciendo iudicato, quia hoc caſu ſummariè proceditur, non excludatur vero, ſi actio iudicati intentetur, quia hoc caſu ordinarie proceditur.

319 Vigeſimoquarto, non † largiuntur iura beneficium excuſſionis fideiuſſori, qui promiſit, ſe, ſi conueniatur, ſoluturum debitum mox, illico, protinus, confeſtim, in promptu, actutum, in continenti, ſtatim, quam primum, abſque dilatione, incunctanter, ſubito, ex templo, à veſtigio, derepente, vel ſimili modo, vt pulchrè oſtendit Schraderus *d. cap. 5. num.* 20. apud quem reliquæ quoq; limitationes videri poſſunt, iunctis ijs, quæ eleganter accumulat Camillus Borellus *in tract. de compromiſſ. §. 4. gl. 5. per tot.* Tiraq. *in repet. l. ſi vnquam. verb. reuertatur. nu. 113. cum ſeqq. C. de reuoc. donat.* Mihi ſatis eſt, pleraſque eaſque communiores, & magis quotidianas, ſaltem recenſuiſſe, iuxta ea, quæ tradit Fuluius Pacia *lib. 2. de probat. c. 1. nu. 3.*

PARS II.

De beneficio diuiſionis ex Epiſtola D. Hadriani.

SVMMARIA.

1 *Beneficium* Diuiſionis *perſonas plurium confideiuſſorum concernit.*

2 *Confideiuſſores quinam propriè ſint.*

3 *Beneficium diuiſionis num ceſſet, ſi plures perſonæ diuerſis temporibus fideiubeant, remiſſiuè.*

4 *Priuilegium diuiſionis cur beneficium appelletur, & nu. 5.*

6 *Diuiſionis beneficium Imperatori Hadriano eſt acceptum ferendum.*

7 *Imperatores per epiſtolam magiſtratibus abſentibus, & Aduocatis reſcribere ſolebant. Et n. 9. 10. & 11.*

8 *Epiſtola D. Hadriani integra verba non extant.*

12 *Edicto perpetuo quoque comprahenſum, vt obligatio inter plures fideiuſſores diuideretur.*

13 *Edictum perpetuum per Saluium Iulianum conſcriptum.*

14 *Saluius Iulianus patria Mediolanenſis fuit.*

15 *Antonij Pichardo Vinneſa Hiſpani ſententia erroris arguitur.*

16 *L. ſi contendat. ff. de de fideiuſſorib. explicatur.*

17 *Diuiſionis, beneficium, vt locum habeat, oportet ſingulos fideiuſſores eſſe ſoluendo, tempore litis conteſtatæ.*

18 *Fideiuſſorum vnus, ſi ante exactam à ſe partem ſine herede deceſſerit, vel litis conteſtata tempore non ſit ſoluendo, hoc ad cæterorum onus reſpicit. Et nu. 20. 21. 22. 23. & 24.*

19 *Confideiuſſorum vno ſoluendo exiſtente, alter inops non cenſetur.*

25 *Fideiuſſor fideiuſſoris, vtitur beneficio diuiſionis. Quod tamen reſtringitur. nu. 26.*

27 *Heredes fideiuſſorum etiã beneficio diuiſionis gaudent.*

28 *L. 4. §. ſoli ff. quod cum eo exponitur.*

29 *Fiſcus loco heredis ſuccedit.*

30 *Fiſcus vtitur iure eius cui ſucceſſit.*

31 *Fiſcus gaudet beneficio diuiſionis.*

32 *Beneficio diuiſionis vti poſſunt fideiuſſores, etiamſi in initio dictum fuerit, ſingulos inſolidum teneri debere. Quod latiſſime enucleatur, vſque ad num. 40.*

35 *Integrum ſine ſolidum deductionem reſpuit.*

39 *Prouiſio hominis non poteſt tollere prouiſionem legis, quando prouiſio legis eſt maior pleniorque quam hominis.*

41 *Vincula duo plus ligant, quam vnum.*

42 *Expreſſio eius, quod alias tacite ineſt, etiamſi nihil operetur, quoad effectum diſpoſitionis, operatur tamen hoc, vt non amplius pro tacito, ſed pro expreſſo habeatur.*

45 *Cauſæ duæ complicata habentur pro vna, quando reſpiciunt vnum eundemque effectum.*

46 *Officium iudicis implorari poteſt, vt fiat diuiſio, Quod intellige, vt nu. 47.*

48 *Electo vno fideiuſſore, etſi is ratam ſuam ſoluat, non tamen huic liberatio contingit, niſi pecunia credita inſolidum ſoluatur, vel alio modo creditori ſatisfiat.*

49 *Fideiuſſores plures in inſtrumento pacis pro aliquibus, non tenentur promiſcue, ſed quilibet ſeparatim pro capitibus diuerſis ſui principalis.*

50 *Fideiuſſores, plures, qui pro vno tutore rem pupilli ſaluam fore promiſerunt, non gaudent beneficio diuiſionis.*

51 *L. pupillus ff. de fideiuſſ. tut. ſenſus exponitur,*

52 *L. ſi fideiuſſores. eod. tit. explicatur.*

53 *Fideiuſſor abnegans ſe fideiuſſiſſe, perdit diuiſionis beneficium, ſi mendacij conuincatur. Sed declara, vt n. 54. & 55.*

56 *Partem ſoluens, & dicens, ſe non debere, poteſt ſe declarare, dicendo ſe non debere totum.*

57 *Diuiſionis beneficium ceſſat, ſi vnus ex confideiuſſoribus efficaciter ſit obligatus. alter non.*

58 *Scire debere, & ſcire poſſe, paria ſunt.*

59 *Subducere mulierem quid ſit?*

60 *L. idem eſt. ff. ad Vellejan. explicatur.*

61 *L. ſi ſponſus. 5. §. 1. ff. de donat. inter vir. & vxor. intellectus.*

62 *L. ſi paternam. 8. C. ad Velleian. exponitur.*

63 *Diuiſio obligationis fit, vel ipſo iure, vel ex Epiſtola D. Hadriani.*

64 *Seruus ſi cum libero homine fideiubeat, an locus ſit beneficio diuiſionis, remiſſiuè.*

65 *Diuiſionis beneficium non habet locum, ſi prius maior natu, & poſtea minor 25. annis fideiuſſerint pro aliquo. Et nu. 68. Limita tamen, vt nu. 69.*

66 *Ætas in oculos non incurrit.*

67 *Sexum prodit aſpectus.*

70 *Incertum ætatis, conditionis, cautionis, rei, ſucceſſionis, litis, & contentionis, quomodo dicatur.*

71 *Azonis, & Speculatoris opinio quadam reijcitur.*

72 *Confideiuſſores, qui beneficio diuiſionis vti ſatagunt, pro vna, eademque ſumma vt intercedant neceſſe eſt.*

73 *Renunciatione tollitur beneficium diuiſionis Ætiologia petitur nu. 74.*

75 *Statutum Lucenſe lib. 3. tit. 5. art. 2. adducitur.*

76 *Confideiuſſores ad obſtagium ſe obligantes, fruſtra ad diuiſionis aſylum confugiunt.*

77 *Renunciatio confideiuſſorum non operatur, quo minus is, qui ſolidum ſoluit, poſtea onus obligationis pro ſua virili agnoſcat.*

78 *Diuiſionis exceptio ſi in iudicio non opponatur, fideiuſſor inſolidum condemnatur. Quod ampliatur, num. 84.*

79 *Placentini veteris Interpretis opinio non admittitur,*

80 *Poſtulare, & deſiderare quid ſit in iure.*
81 *Libelli ſupplices vocantur deſiderium.*
82 *Vigilantibus non dormientibus iura ſubueniunt.*
83 *Exceptionem habere, ſed ea nolle vti, & non habere, paria reputantur.*
85 *Repetitio nulla eſt ab eo, qui ſuum recipit.*
86 *Vſuras ſoluens ſua culpa fideiuſſor, eo caſu, quo ſoluere non tenebatur, eas à principali nequaquam repetit.*
89 *L. qui exceptionem ff. de condict. indeb. intellectus.*
88 *Diuiſionis exceptio non admittitur, ſi fideiuſſor executiuè exigatur, ſecundum Ang. & alios. Sed contrarium verius eſt, vt nu. 89.*
90 *Exceptio diuiſionis eſt exceptio iuris.*
91 *Exceptio quoties oritur ex natura contractus, atque ineſt ipſi obligationi primaeua, tunc actor proponendo actionem intelligitur eam proponere cum exceptione, quæ ſibi ineſt ſui natura.*
92 *Diuiſionis exceptio ceſſat in pluribus fideiuſſoribus, qui ſe ad factum obligarunt. Quod declara, vt num. 96. & 97.*
93 *Factum indiuiduum pro parte præſtari nequit. Sed limita, vt nu. 94.*
95 *Pecunia partis præſtationem rectè recipit.*
98 *Diuiſionis beneficium non admittitur in obligationibus obſtagiorum.*

1 SEcundum † fideiuſſoribus competens beneficium, eſt beneficium DIVISIONIS, quod perſonas plurium confideiuſſorum concernit. Con-
2 fideiuſſores † autem in propoſito eos tantum intelligo, qui in eandem ſummam ſe obligarunt. Si enim à Titio ſtipulatus, fideiuſſorem te acceperim, deinde eandem pecuniam ab alio ſtipulatus, alium fideiuſſorem accipiam, confideiuſſores vos ambo non eritis, quia diuerſorum ſtipulationum eſtis fideiuſſores, atque ideo diuiſionis beneficium non habetis. *l. ſi à Titio. 43. l. inter eos. 51. §. duo, & vtrobique Bartol. ff. de fideiuſſoribus.* Ioachim. à Beuſt. *in l. admonendi. num.* 308. *&* 440. Io. Godd. *de contrahen. ſtipul. cap. 5 concluſ.* 10. *nu.* 151. *& cap. 9. concluſ. 5. num.* 82. *&* 111. Vide quoque Bart. *in l. ſi plures. & in l. ſi Titius & Seia. ff. de fideiuſſ.* Vincen. de Franchis *deciſ. 55. numer.* 11. *&* 13. vbi tractaot, An
3 beneficium † diuiſionis ceſſet, ſi plures perſonæ di-
4 uerſis temporibus fideiubeant. Priuilegium † autem diuiſionis rectè beneficium appellari ex eo ſatis apparet, quod cum olim iure veteri plures fideiuſſores ſinguli in ſolidum obligarentur, & conueniri poſſent (quid alibi periculo ſoliditatis obſtringi dicitur *l. 2. C. quo quiſque ordin. conuen. lib.* 11.) quotquot etiam eſſent numero, adeo, vt liberum eſſet creditori, à quo ante litem conteſtatam ſolidum petere vellet, cum ſinguli principalem obligationem ſua fide eſſe iuberent, *l. 3. l. 5. l. liberum. l. ſi alienam. l. ſicut eligendi. l. reos. C. de fideiuſſ. §. ſi plures. Inſtit. eod. tit.* Caius *in Inſtit. lib.* 2. *tit* 9. *§. creditor.* Weſenbec. *in parat. ff. num.* 6. Cuiac. *lib. 22. obſeruat. cap. 5.* Roochegall. *in l. eandem. in princ. numer. 37. in fin. & numer. 38. mihi pag 462. ff. de dub. reis.* Ioan. Goddæus *d. cap. 9. concluſ. 3.* Si modo in initio contractus contrarium ſpecialiter non placuiſſet, *d. l. ſi alienam. & l. inter eos 51. in pr. ff. de fideiuſſ.* Francus *d.*
5 *c. 5. numer.* 433. Hodie tamen † beneficium diuiſionis habeant, eoque conſequantur, vt licet in ſolidum obligati ſint obligatio tamen inter eos diuidatur vt, vnuſquiſque non niſi pro virili portione conueniatur, *d. §. ſi plures. l. inter fideiuſſores. 26. cum l. ſeq. & d. l. inter eos. 51. ff. de fideiuſſoribus. l. 3. in fin. l fideiuſſor. 10. C. eodem tit.* Ioan. Goddæus *d. c. 9. concl. 5. declar. 2. nu.* 106. *&* 107.
6 Illud porro beneficium † ſoli Imperatori Hadriano eſt acceptum ferendum, qui tale ius circa perſonas fideiuſſorum per epiſtolam conſtituit, *l. vlt. C. de con-*
7 *ſtit. pecun.* quemadmodum, & † alij Imperatores per epiſtolam Magiſtratibus abſentibus & Aduocatis reſcribere ſolebant, quid in vnaquaque conſultatione ſequendum eſſet, *l. optimam. C. de contrah. ſtipulat. l. ſancimus. C. de adminiſtr. tut. l. vlt. C. de pact. l. de conſtitutione. C. de aduoc. diuerſ. iud. l. vlt. C. vnde vi §. item verborum. Inſtit. de inut. ſtipul. §. vlt. Inſti ut. quib. alien. non licet.* Atque ideò prædictum beneficium diuiſionis etiam alio nomine appellatur Beneficium ex epiſtola Diui Hadriani, *d. l. inter. 26. ff. de fideiuſſ.* Cuiac. *d. lib. 22. obſer-*
8 *uat. cap. 5.* Quanquam † eius epiſtolæ integra verba non extant, quod etiam teſtatur Speculator *in tit. de renunt. §. 1. nu.* 10. & poſt eum Bertazollus *in tractat. clau-*
9 *ſul. inſtrument. clauſul. 40. gloſ. 2. num. 1.* Eodem † modo etiam fit mentio Epiſtolæ D. Hadriani *in l. 1. ff. offic. præ-*
10 *fect. vrb. & in l. 2. C. de incolis. lib.* 10. Item † Epiſtolæ D. Antonini Pij *in l. ſi duas. §. 1. ff. de excuſ. tutor. l. 1. § ſi cui ita. ff. vt legat. nomin. caueat. l. ſi teſtament. 49. §. 1. in fine. ff. de fideiuſſoribus. l. regula. § ſi quis ius. ff. de iuris & facti*
11 *ignoran.* Et † Epiſtolæ D. Seueri *in l. item veniunt. §. h. e aduerſus. ff. de petit. hared.*
12 Nec obſtat, quod † Paulus *lib. 1. ſent. tit.* 20. ſcribit: Etiam edicto perpetuo comprehenſum fuiſſe, vt obligatio inter plures fideiuſſores diuideretur. Diminuta enim propediem illa Populi Romani Magiſtratuum poteſtate, ad Imperatores Imperium deuenit, atque ideò tandem conſtitutum eſt, vt edictum vnum componeretur, ex quo edicto omnes in poſterum tempus Prætores ius dicerent, quod idcirco etiam perpetuum eſt appellatum, cuius quidem rei
13 † auctor fuit D. Hadrianus, qui tale edictum condi ſiue conſcribi fecit per Saluium Iulianum (Didij Iuliani, qui poſt Pertinacem Imperium adeptus eſt,
14 proauum, patria † Mediolanenſem, vt ex Corraſio refert Alexand. Raudenſis *de analogis. lib. 1. in proœmio, num.* 10.) vt probant textus *in l. 2. §. ſed quia diuina. C. de vet. iur. enucle. l. ſi quis ſeruum. Cod. de condict. indebiti.* Spartianus *in Didio Iuliano* Eutropius *libro* 8. Non igitur mirum, ſi ius illud, fideiuſſoribus in Epiſtola Diui Hadriani expreſſum etiam in edictum perpetuum à Saluio Iuliano ſit relatum, ſiquidem hic ipſe Iulianus omnia quoque Prætorum edicta varie diſperſa collegit, & in ordinem certoſque titulos digeſſit, ex quibus edictum perpetuum compoſuit, quod centum, & octuaginta libris eſt interpretatus, quos Digeſtorum nomine appellauit, in quibus nihil eſſet ſuum præter digeſtionem, vt refert Valentius Forſterus *in hiſtoria iuris Ciuilis Romani. libro ſecundo capite* 73. Quantæ autem authoritatis illud edictum fuerit, id liquet ex *l. fin. §. 1. ff. de appellation. recip.* Goddæo *in l. 1. numer. 5. & 6. ff. de verbor. ſignificat.* & amici noſtri D. Georgij Eberlini Illuſtriſ. Principis Brunſvvicenſis Lunæburgenſis Henrici Iulij Conſiliarij eruditiſſimis commentariis *ad l. 2. c. 48. n. 5. ff. de orig. iuris.*
15 Obiter † autem, antequam in hac materia pergo, lectorem meum hic admoneo, aliàs ſatis acutum, & ſubtilem Hiſpanum Antoninum Pichardo Vinueſam *in §. ſi plures. num. 24. Inſtit. de fideiuſſ.* Franciſcum Hotomannum, & Iac. Cuiacium in hoc paſſu à mea opinione non diſſentientes, reprehendentem, ipſummet à recta via ſatis inaduertenter aberrare. Etſi enim verius eſſe exiſtimat, diuiſionis beneficium competere per viam actionis, nimirum ex Epiſtola Diui Hadriani, *vt in ſpecie l ſi contenda: 28 ff. de fideiuſſor.* Et per viam exceptionis, ſcilicet, & ex Epiſtola, & Edicto, quia ſcilicet, cum fideiuſſor iure ciuili in ſolidum teneretur, iure Prætorio exceptione iuuetur: Tamen in

eo,

Digitized by Google

eo, quod ex Epiſtola Diui Hadriani per viam actionis beneficium diuiſionis competere ſtatuit, in ipſo quaſi limine impingit, & veri lineam neutiquam attingit, quandoquidem fundo in iure non eſt auditum, quod beneficium diuiſionis ex Epiſtola Diui
16 Hadriani per viam actionis competat, neque † hoc probat allegata *l. ſi contendat. D. de fideiuſſor.* Neque enim ibi actionem inſtituit fideiuſſor pro obtinendo beneficio Epiſtolæ D. Hadriani, ſed creditoris moleſtiam forte ſubueritus contendit, confideiuſſores ſuos eſſe ſoluendo, & ob id ſe non debere laceſſiri, iudicis officium implorando, vt is declaret, & pronunciet, ſibi exceptionem competere, ſe quo liberatum eſſe ab actione, quæ in ſe creditori competierat, aut adhuc competere poſſet, *vt dixi ſupr. cap. 25. num.* 133. contendit, inquam, per modum, vel exceptionis, ſiue depulſionis, vel ſimplicis querelæ, aut ſupplicationis, non per viam alicuius actionis, quæ etiam hic ſomniari non poteſt, cum ad beneficium diuiſionis non aliter deueniat fideiuſſor, quam ſi à creditore, inexcuſſo principali, relictiſque confideiuſſoribus, ſoluendo adhuc exiſtentibus, ſolus conueniatur. Quam diu igitur tacet creditor, tam diu etiam facile fideiuſſor tacere poteſt, nec opus habet, vt actionem aliquam inſtituat.

Accedit prædictis, quod etſi locutiones illæ in iure ſunt receptæ: *Diuiſionem fideiuſſionis fieri vel ipſo iure, vel ex Epiſtola Diui Hadriani*, vt docebo infra *numero* 61. Tamen illa phraſis. *Beneficium diuiſionis competere per viam actionis*, plane ignoretur, quare à tali nouitate merito eſt abſtinendum. Deinde etiam minus iuridicum eſt; Si iuuetur forte fideiuſſor ex Edicto, quod ideò ex iure Prætorio iuuetur: Edictum enim perpetuum iam non amplius reuera eſt ius Prætorium, ſed potius eſt ius Imperatorium, vtpote ab Imperatore Hadriano, ſubſequente Senatuſconſulto, definitum, & comprobatum, *iuxta text. in d. l. 2. §. ſed quia diuina verſicul. & hoc nos. de veter. iur. enuclean.* Vnde conſequens ſit, non ſolum ex Edicto perpetuo, ſed etiam ex Epiſtola Diui Hadriani Edicto perpetuo inſerta, & vice verſa, fideiuſſori exceptionem diuiſionis competere: Econtrario autem neque ex Epiſtola Diui Hadriani, neque ex Edicto beneficium diuiſionis per modum vllius actionis competere, aut competere poſſe, maximè, quia per Epiſtolam Diui Hadriani, tanquam legem nouam, nulla obligatio, ſed potius in effectu ab obligatione in ſolidum premente, ſi non totalis liberatio, ſaltem alleuiatio eſt introducta, quodnam igitur genus actionis hic fingemus, quo experiri liceat, vt tamen requirit *l. vnica. & ibi Ludolph. Schrader. in repet. D. de condict. ex lege.*

Verum enimuero, quod antea dixi, obligationem inter plures fideiuſſores ex Epiſtola Diui Hadriani
17 diuidi; id tum † demum procedit, quando ſinguli tempore litis conteſtatæ ſunt ſoluendo *d. §. ſi plures, Inſtit. de fideiuſſ. d. l. ſi contendat. D. eod. tit. l. fideiuſſor. 10. C. eodem titul.* VVeſenbec. *in parat. D. eod. titul. numer. 6.*
18 Anton. Capicius *decis. Neapol. 18. num. 4.* Vnde ſi † quis fideiuſſorum, ante exactam à ſe partem, ſiue hærede diſceſſerit, vel litis conteſtatæ tempore non ſit ſoluendo, hoc ad cæterorum onus reſpicit, *d. l. inter. 26. de fideiuſſor. d. §. ſi plures Inſtitut. eod. tit. l. verum. §. ſi cum tres. D. pro ſoc. l. non recte. C. de fideiuſſoribus.* eleganter Colerus *de proceſſ. execut. part. 1. cap. 10. num. 281.* Ioan. Göddæus *de contrah. ſtipul. cap. 9. concluſ. 5. num. 107. 108. & 109. ac eſt textus iuris Saxonici lib. 3. artic. 85.* hoc eſt, vt alibi loquuntur Iuriſconſulti, quod ab alio præſtari non poteſt, ab alio exigetur, *l. ſi multi. D. de publicanis.* Et pro non idoneis, qui ſunt idonei, conuenientur

Antonius Heringius.

l. auferetur in fine. D. de iure fiſci. facit textus in l. quid ergo. 13. D. ad Municipal. l. prima. §. ſi apud. D. depoſiti. l. ſi vnus. 67. in principio. D. pro ſocio. authent. hoc ita. C. de duobus reis. In tantum, vt & hoc caſu dici poſſit, vno
19 † ex confideiuſſoribus ſoluendo exiſtente, alterum fideiuſſorem non cenſeri inopem, quemadmodum aſſerimus, ſi vnus ex correis debendi ſoluendo ſit, alterum inopem dici non poſſe, *tex. in l. quoties duobus C. quo quiſque ordin. conuen. lib. 11. gloſſ. ſingularis in l. ſi plures. §. præterea, in 2. verb. aggregante. D. de fideiuſſ.* ex Romano, Iaſone, Baldo, Campeg o, & Grauetta Martin. Monterus *in deciſ. reg. Aragon. deciſ. 4. nu. 27.*
20 Nec obſtat, ſi † pactum fideiuſſoris non proſit alteri fideiuſſori, quod nec vnius factum alteri obeſſe debeat. Non enim hoc caſu tam factum inopis fideiuſſoris, quam primæua obligatio fideiuſſorum conſideratur, quæ ab origine vnumquemque in ſolidum ipſo iure obligat, & præterea fruſtra quis beneficio diuiſionis contra illum vtitur, qui nihil in bonis habet, *vt monui ſupra cap. 20 §. 15. n. 2.*
21 Non aduerſatur † etiam *l. legatorum. 33. D. de legat. ſecundo.* vbi dicitur, quod legatorum petitio aduerſus hæredes pro partibus hæreditariis competat, nec pro his, qui ſoluendo non ſunt, onerari cohæredes oporteat. Nam, vt modo dixi, obligatio fideiuſſoria ipſo iure vnumquemque fideiuſſorem in ſolidum obligat, quod ſecus eſt in legatorum præſtatione, quæ defalcantur ex tota hæreditate, & ab vniuſcuiuſque parte, quam ex illa hæreditate accepit, *d. l. legatorum. 33. D. de legat. 2.*
22 Nihil † etiam momenti aduerſatiui habet *l. cum alienum. D. de negotiis geſt.* Hoc enim caſu differentia eſt inter plures fideiuſſores plures tutores, & plures, Reipublicæ adminiſtratores. Pluribus enim ex fideiuſſoribus ſi vnus non ſoluendo fiat, id ad onus cæterorum reſpicit, *d. l. inter. 26. D. de fideiuſſ.* Idem quoque obtinet in pluribus tutoribus ſiue geſſerint, ſiue non geſſerint, *l. tutores. D. de adminiſt. tut.* At ſecus eſt in pluribus adminiſtratoribus ſiue Actoribus, qui Reipublicæ negotia gerunt: vnius enim ſoluendo eſſe deſinentis egeſtas collega non onerat, *d. l. cum alienum D. de negot. geſt. l. Lucius Titius. 46. D. de adminiſt. tut.*

Cautum igitur oportet eſſe fideiuſſorem in eo, ne
23 creditori petenti temere ſolidum ſoluat. Si † enim is ab vno fideiuſſore totum, ſiue ſolidum conſequutus fuerit, huius ſolius detrimentum erit, ſi, pro quo is fideiuſſit, ſoluendo non ſit, & ſibi imputare debet, cum potuerit iuuari ex Epiſtola Diui Hadriani, & deſiderare, vt pro parte in ſe daretur actio, *§. ſed ſi ab
24 vno. Inſtitut. de fideiuſſoribus.* Imo † etſi creditor non equidem ſolidum, ſed ſaltem partem ab vno fideiuſſorum accipit, & ſic ipſemet ſuo facto diuiſionem introducat, *vt dicam infra numero* 48. nihilominus tamen talis fideiuſſor tenetur ad portionem confideiuſſoris ſoluendo non exiſtentis: Nam per ſolutionem partis liberatur quidem fideiuſſor à portione ſoluta, non autem à communi periculo fideiuſſorum, in quo alter in defectum alterius onus ferre tenetur, *l. reos. C. de fideiuſſoribus.* Et hanc eſſe communem Doctorum opinionem, teſtantur Hartmannus Piſtoria *part. 1. quæſt. 48. n. 12* & Ioan Koppen. *quæſt. 56. n. 27.*

Ampliatur porro præcedens concluſio, vt proce-
25 dat non ſolum in confideiuſſoribus, ſed etiam † in fideiuſſore fideiuſſoris, qui qualis ſit, deſcripſi ſupra *capite 4. numero 62.* In quorum perſona, vt inquit Vlpianus, eadem locum habent, quæ ſupra à Diuo Hadriano conſtituta, *l. ſi plures. §. 1. D. de fideiuſſoribus.* Exempli gratia: Si Titius, Mæuius, Sempronius, Caius & Aurelius ſint confideiuſſores pro mille florenis, &

pro Aurelio adhuc alius, puta Cornelius, ſit datus
fideiuſſor ad maiorem nimirum ſecuritatem, quod
fieri poteſt, ſecundum textum *in l. Græco. 8. §. vltimo. D.
de fideiuſſor.* Tunc ſi creditor Cornelium conueniat,
in caſu, quo Aurelium, morte forſan ſubtractum, &
hæredem non habentem, vel alias inopem factum,
conuenire nequit, Cornelius rectè petit, vt obli-
gatio inter ſe, & Titium, Mæuium, Sempronium, &
Caium diuidatur, & is tantum de ſua rata conueniа-
26 tur, *d. l. ſi plures. §. 1. D. de fideiuſſor.* Sed ſi forte † fide-
iuſſor principalis, atque etiam huius fideiuſſoris fi-
deiuſſor, concurrant, tunc fruſtra deſiderat fideiuſſor
ſubalternus ſiue ſuccedaneus, & ſubrogatus, vt inter
ſe, & eum fideiuſſorem, pro quo fideiuſſit, diuidatur
obligatio; ille enim hoc caſu eſt loco rei: non au-
tem poteſt reus deſiderare, vt inter ſe, & fideiuſſo-
rem diuidatur obligatio, *d. l. ſi plures. §. vltim. D. de
fideiuſſor.*

27 Ampliatur † ſecundo, vt non ſolum fideiuſſores
ipſi, ſed etiam ipſorum hæredes beneficio diuiſionis
gaudeant. Sicut enim ipſi fideiuſſori ita quoque eorum
hæredibus ſuccurrendum Pomponius ſcribit *in d. l. ſi
plures. §. ſicut ipſi. D. de fideiuſſor.* Nec diſſentit Papinia-
nus *in l. ſi teſtamento. 49. in fin. princ. verſ. ab initio eum. in.
D eod. tit.* quibus iunge *l. hæredes. C. ad Vellelan. l. priui-
28 legia l. in omnibus. D. de reg. iur.* Nec obſtat † *l. 4. § ſoli.
D quod cum eo* Iſte enim textus loquitur de priuilegio
competentiæ, vt nimirum quis non vlterius condem-
netur, quam facere poteſt, quod eſt perſonale; non
igitur mirum, ſi ad hæredem non tranſeat, *d. l. priuile-
gia. D. de regul. iur. l. quia perſonale, D. ſoluto matrimonio.
l. ex pluribus. D. de adminiſtrat. tutorum.*

29 Et quia † fiſcus quaſi hæres eſt, & loco hæredis
ſuccedit (vnde etiam M. Mantua *lib. 3. obſeruat. legal.
cap. 21. in fin.* illum vocat anomalum ſucceſſorem) te-
ſte Iulio *lib. 5 ſentent. §. fin. quæſt. 78. num. 29.* Crauetta
30 *conſil. 261. num. 7.* & non † proprio, ſed eius, cui ſuc-
ceſſit, iure vtitur, *l. fiſcus. D. de iure fiſci. l. ſi ſub pignore.
31 C. de fiſcalib. vſur.* Ideò † traditum eſt, bonis damnati
fideiuſſoris fiſco vindicatis, ſi poſtea actio diuidi ce-
perit, fiſcum eodem modo, quo hæres fideiuſſoris po-
tuiſſet illo beneficio vti, *l. inter. 51 §. vlt. D. de fideiuſſor.
l. 3. C. eod. tit.* Valent. Francus *in tractat. de fideiuſſorib.
cap. 5. num. 459.* Eſtque prædictus §. vltimus, vel ideò
quoque notandus, quod ſupra *num. 15. & 16.* caſtiga-
tam opinionem Antonij Pichardo Vinueſæ vlterius
iuxta mecum coarguit. Si enim actio ipſa inter fide-
iuſſores diuiditur, intellige, mediante beneficio, ſiue
exceptione Epiſtolæ D. Hadriani, quomodo, quæſo,
per actionis viam beneficium diuiſionis competere
poterit.

32 Ampliatur tertio, vt † quamuis in obligatione no-
minatim dictum fuerit, fideiuſſores ſingulos inſoli-
dum teneri debere, adhuc tamen exceptioni diuiſio-
nis detur locus. Ea namque conuentio (citra ſpecia-
lem, & expreſſam renumiationem, aut certe expreſsè
æquipollentem, *vt docui ſupra. cap. 17. num. 30.* ne quis
contraria me tradere exiſtimet) conditionem iuris,
& conſtitutionem immutare non potuit. *l. non rectè. 3.
C. de fideiuſſorib.* Borcholt. *de pact. cap. 5. num. 80.* Berta-
zol. *in tract. clauſul. inſtrument. clauſul. 29. glo. 7. numer. 2.*
Iterum Seiſerus *in ſelect. diſputat. ſuis, diſputat. 3. theſi 11.
in gloſſa.*

33 Atqui † non leue hic oritur dubium, qui fiat, ſi for-
te fideiuſſor ſe principalem debitorem conſtituat,
quod beneficium excuſſionis omnino perdat, vt de-
fendi ſupra hoc capite *part. 1. num. 81. & ſeqq.* non au-
tem beneficio diuiſionis priuetur, vt maximè, & qui-
dem etiam nominatim ſe in ſolidum obliget. Videtur
enim hic par ſubeſſe ratio, & ob id dicendum, quod
non minus conditio iuris, & conſtitutio Iuſtiniani *in
auth. præſente. C. de fideiuſſ.* quam conditio iuris, & con-
ſtitutio intellige epiſtolæ D. Hadriani, immutabilis
34 manere debeat. Deinde, ſi † principalem obligatio-
nem in ſe vltro, & ſponte ſuſcipere nihil aliud in ef-
fectu eſt, quam beneficio excuſſionis renunciare, vt
ſimiliter ſupra probaui hoc eodem capite *num. 100. &
101.* cur non etiam inſolidum ſe nominatim obliga-
ſe, idem erit, quod beneficio diuiſionis renunciare,
quandoquidem qui ſolidum, integrum, aut totum
ſoluere expreſsè promittit, hoc ipſo excludere cenſe-
tur, quod ope diuiſionis alter confideiuſſor ex illo
ipſo ſolido quandoque partem aliquam ſubducere, &
35 ſoluendam ſe ſuſcipere debeat. Integrum † namque,
ſolidum, & totum deductionem, & diminutionem
reſpuunt, *l. nomen debitoris §. fi. de legat. 1. l. vlt. C. ad l.
Falcid.* Cuiac *in Nouell. 1. rub. pag. 24.* Schnitf. *conſil. 37.
num. 9. centur. 1.*

Sed etſi hæc, & alia probabilem dubitandi ratio-
nem præbere, & ſuperius à me defenſam doctrinam
nonnihil ſuſpectam reddere poſſunt, res tamen tota
facile, ad concordiam reduci poteſt. Quicunque
36 † enim fideiuſſor nominatim ſe inſolidum obligat,
nihil aliud hac ſua adiectione promittit, quam quod
ſtatim ab initio poſt interpoſitam ſtipulationem ipſo
iure nam in ipſius perſona introductum, & prouiſum
erat, *d. l. non rectè. C. de fideiuſſor. §. ſi plures. Inſtit. eod. tit.*
37 Et ſic apparet, prouiſionem † iuris, & prouiſionem
hominis hic concurrere, & ad vnum effectum tende-
re; verumtamen illam ipſam prouiſionem hominis
planè abundantem, dubitationis tollendæ gratia tan-
tum interpoſitam eſſe, & propterea ius commune læ-
dere non poſſe, *l. quæ dubitationis. 81. D. de regul. iur. l.
qui mutuam. 56. D. mandati. l. teſtamentum. 17. C. de teſta-
ment.* Quod ſi iam ne quidem ex illa obligatione in
ſolidum, quæ, mediante interpoſita ſtipulatione, ipſo
iure, vel, vt Imperatores Seuerus, Antoninus *in d. l.
non rectè. C. de fideiuſſor.* loquuntur, conditione iuris, &
conſtitutione contingit, non perdit fideiuſſor benefi-
cium diuiſionis, quod eſt extra dubium: Certe multo
minus poterit illud ipſum perdere ex obligatione in
ſolidum, quæ ſaltem ex ipſius planè ſuperflua adie-
ctione contingit, niſi forte maior efficacia non neceſ-
ſariæ adiectioni, quam apertiſſimè, & quidem reſi-
ſtenti iuris deciſioni eſt tribuenda, quod abſurdum eſ-
ſe opinor, *d. l. non rectè. verſic. nam & cum hoc non adii-
ciatur. C. de fideiuſſorib.*

38 At † conuerſo, ſi fideiuſſor extra terminos acceſ-
ſoriæ obligationis (qualis ab initio ipſo iure eſt om-
nis iuris obligatio fideiuſſoria *iuribus notiſſimis*) eua-
getur, & ſe principalem debitorem conſtituat, iam
non ſuperflua, aut dubitationis ſaltem tollendæ cau-
ſa ad priorem adiecta, ſed conditione iuris, & conſti-
tutionibus principum approbata, diuerſaque ab illa
ipſa obligatione, qualis alioquin ipſo iure manere
debuiſſet, emergit conuentio, *iuxta l. ſi quis in conſcri-
bendo. C. de pactis. l. ſi quis in conſcribendo. C. de Epiſcop.
& cleri. l. pactum 46. D. de pactis. l. ſi index 41. D. de
minor. b.*

Quid igitur mirum, ſi hoc caſu, non reſiſtente,
ſed permittente iure, excuſſionis, beneficium per-
datur: illo verò caſu, vbi nimirum conditio immu-
tari nequit, diuiſionis beneficium minimè amitta-
tur? Vbi enim diuerſa eſt ratio, ibi quoque diuerſum
39 ius eſt ſtatuendum, vt † nec prouiſio hominis poteſt
tollere prouiſionem legis, quando prouiſio legis eſt
maior pleniorque quam hominis *Cuiac. lib. 24. obſer-
uat. cap. 26.*

Nec

40 Nec obſtat, quod † ne minimum quidem verbum
in contractibus otioſum eſſe, ſed aliquid operari de-
beat, ſicut argumentatus quoque ſum ſupra hoc capi-
te *part. 1. numer 91.* vt proinde dicendum videatur,
verba adiecta fideiuſſore, quod in ſolidum teneri
velit, magni roboris, valoris, momenti & efficaciæ
ſint, ac etiam ſine operatione eſſe non debere. Primò
enim reſpondeo, quod imo ſua ipſiſà iure attribu-
tam habeant operationem, videlicet hanc, ſi fide-
iuſſores omnes non ſint idonei, atque ita in portio-
nes obligatio diuidi nequeat, vt is, qui in ſolidum
ſe velle teneri promiſit, in ſolidum etiam teneatur,
& quidem ex duplici quaſi vinculo, ipſo nempè iure,
& ſua iuri huic conformi promiſſione. Tanto minus
igitur fideiuſſor cauſam conquerendi nanciſcitur,
quaſi in actiones ſolidi vltra iuſtum, & æquum gra-
uetur. Idem enim, quod ius vult, volenti non fit iu-
41 iuria, vt & † duo vincula ſemper plus ligant, quam
vnum *l. in diem. §. vlt. ff. de aqua, & aqua plu. arcen. act.
l. 1. §. vſque ad eo. ff. de iniurijs. l. prima. §. vltim. ff. quod
falſo tuto, §. ſi igitur defunctus. & ibi gloſſ. in verb. natos.
Nouell. de conſang. & vter. fratribus. faciunt tradita
per Præſidem Euerhar. in Top. in loco à vi geminationis.*

Præterea hoc loco ſingulariter, & id animaduerten-
42 dum eſt, quod † licet expreſſio eius, quod alias ta-
cite ineſt, nihil operetur, quoad effectum diſpoſi-
tionis, operetur tamen hoc vt non amplius pro
tacito, ſed pro expreſſo habeatur, ſicque dubitatio-
nis, & cauillationis tollendæ gratia non parum, atque
adeo plurimum operetur: Lancellott. Galiaula *in l.
Gallus. 29 §. quidam rectè. nu. 11. ff. de liber. & poſthum.*
Iacob Tomingius *deciſ. Lipſenſ. 9. nu. 10.* Quo etiam
43 ſpectat, quod † duæ cauſæ ſimul complicatæ habean-
tur pro vna cauſa, maximè quando reſpiciunt vnum
eundemque effectum: Iaſon *in l. ſcire debemus. numer.
2. ff. de verborum obligatio.* exquiſitè Cæſar Contardus
*ad l. vnic. limit. 24. numer. 17. 18. & 19. C. ſi de moment.
poſſeſſ.*

Secundò reſpondeo, quod dicitur, verba quæuis ſic
accipienda eſſe, vt aliquid operentur; id generaliter
quidem verum eſſe, ſed locum obtinere non poſſe,
ſi negotij natura, & iuris ratio repugnet. Verba
44 † enim quæuis, non contra, ſed ſecundum leges, &
prout iuris conditio patitur, & expoſcit, operari, & ex-
plicari debent, *c. cum cauſam. & ibi Felin. num. 5. & 6.*
45 *extr. de reſcrip.* Quod ſi † contra negotij, & ſubiecti
naturam, & terminos agent, ac operentur, pro ſuper-
fluis habentur: Hippolyt. Riminald. *conſil. 679. num.
47. vol. 6.* Erneſt. Cothman. *d. reſponſo 22.* Atqui vt fi-
deiuſſor, qui ſe in ſolidum teneri velle promiſit, per
id diuiſionis beneficium amittat, aperto iure prohi-
betur, *d. l. non recte. C. de fideiuſſor.* Non igitur nobis in-
tegrum eſt, per interpretationem iuri repugnantem
aliud admittere, & introducere, *§. conſideremus. No-
uell. de triente, & ſemiſſe.* Euerhard. *in Topic. loco à lege
ceſſante. nu. 1.* Quod vero in altero caſu, quando nimi-
rum fideiuſſor ſe debitorem principalem ſciens, &
volens conſtituit, eoque beneficium excuſſionis à ſe
abdicat, contra negotij ſubiecti naturam, vel etiam
leges quidquam peccetur, id vero nullibi ſcriptum ex-
tat, ideoque non temere etiam eſt aſſerendum, propter
rationes ſupra *part. 3. nu. 88. & multis ſeqq.* adductas
& tradita per Euerhard. *proxime d. loco.*

Non debet quoque irreconciliabilis *ἀντινομία* ſta-
tui inter hanc traditionem, & traditionem ſupra *c. 71.
num. 51, & ſeq.* propoſitam. Etſi enim primo aſpectu
quilibet exiſtimare poteſt, paria eſſe, ſi vnus fideiuſſo-
rum obliget ſe in ſolidum, ac principalem debitorem
& ſi vnus ſe ſolum obliget in ſolidum pro omnibus
alijs præſtetque fideiuſſionem congruam, & idoneam
&c. ego tamen in ea firmiter reſideo opinione, inter
has duas locutiones obligationumque formulas me-
rito aliquid diſcriminis ſtatuendum, ac poſteriorem
maioris importantiæ ac efficaciæ eſſe, quam primam.
Eſto enim, quod obligat ſe in ſolidum fideiuſſor, circa
ſuam perſonam nihil aliud ſtatuat, quam quod ipſo
iure iam circa eam eſt diſpoſitum, quando tamen
VNVS fideiuſſor in ſolidum SE SOLVM obligat PRO
ALIIS OMNIBVS, tunc non tantum ſuam perſonam
periculo ſoliditatis obſtringit; (hactenus in terminis
iuris manens *vt ſupra oſtenſum:*) verum etiam reliquos
confideiuſſores ſuos periculo ſolidatis eximit, hoc
eſt, non ſolum onus obligationis: ſed etiam exinde
dependentis ſolutionis in ſuam perſonam vltroneo
quaſi pacto ac facto totaliter, repudiato beneficio
diuiſionis (ne ex vno ore calidum, & frigidum ſimul
flare, aut creditorem ludificare dicatur *contra text. in
l. ſicut 8. §. illud videamus. in fin. ff. quib. pig. vel hypoth.
ſolui.*) transfert, ſicque confideiuſſores nominatim
vel per euidentiſſimam relationem expreſſos, ab illo
liberat quod quidem quantum ego perſpicio, nuſquã
in iure noſtro, imo nec in d. *l. non recte. C. de fideiuſſo.* eſt
prohibitum. Quis enim turdi huius miſereatur, qui
ſibi ipſi malum cacat? Quin potius hic rurſus locum
inuenit regula aliquoties antea inculcata, nullo mo-
do ei condolendum, qui ſibi ipſi neceſſitatem impo-
nit, *vt dixi ſupra part. 1. num. 112.*

Ampliatur nunc vlterius prædicta concluſio quar-
46 to loco, vt licet † fideiuſſor habet exceptionem diui-
ſionis ex Epiſtola D. Hadriani. *d. §. ſi plures. Inſtit. de
fideiuſſorib.* inſuper tamen; antequam conueniatur,
etiam implorare poſſit officium iudicis, vt fiat diuiſio,
ſicque ratam ſuam ſoluat, & poſtea pro reliqua parte
imponatur ſilentium creditori, ne de ea ſe amplius
moleſtet, ſed eius nomine cum reliquis fideiuſſoribus
agat, ſicut probaui ſupra *cap. 15. nu.* 131. adducta etiam
formula iſtiuſmodi petitionis ſiue implorationis *infra
cap 30.*

47 Quam † ampliationem tamen ità exaudiendam
eſſe cenſeo, non vt per eam fideiuſſor ab obligatione
penitus liberetur, ſeu ſaltem, vt moleſtari nequeat. Ma-
48 nifeſti enim iuris eſt, quod † electo vno fideiuſſore,
etſi is ratam ſuam ſoluat, non tamen hic liberatio con-
tingat, niſi pecuniæ creditæ inſolidum ſoluantur, vel
alio modo creditori ſatisfiat, *d. rect. l. vlt. C. de fideiuſſor.
l. amiſſi. §. vlt. ff. eod. tit.* De quo plenius tractantes le-
ctor videat Doctores, præſertim Decium, & Alciatum
num. 24. 29 & 25. in l. ſi creditore. C. de pact. Cuiac. *lib.
23. obſeruat. cap.* 25. Ioan. Schneidevveinum *in tit.
Inſtit. de oblig. Rubr. de pact. num.* 19. Iacob. Thomin-
gium *deciſ. Lipſenſ.* 47. & Hartman. Piſtoris *part. 1.
quaſt. 9.* vbi habes: Altero ex duobus reis portionem
ſuam ſoluente, an, & quatenus obligationis diuiſio
inde inducatur, ita vt is pro rata alterius amplius
conueniri non poſſit. Quod nouiſſime etiam enu-
cleauit Ioah Koppen. *in deciſionib. ſuis quaſt. 56. à nu.
16. vſque ad num. 26* à Thomingio, & Hartmanno ta-
men nonnihil diſcedens, quem lector conſulere pote-
rit. Prolixius illud ipſum quoque ante annum deduxit
inter Germaniæ Iuriſconſultos non poſtremus D.
Fridericus Pruckmanus *in conſi 8. nu. 10. & ſeqq.* cu-
ius dictis veritatem ineſſe ingenue fateor, quidquid
etiam Academiæ Marchiæ in contrarium placue-
rit.

46 Ampliatur quinto, vt † fideiuſſores plures in in-
ſtrumento pacis pro aliquibus, non teneantur pro-
miſcue, ſed quilibet ſeparatim pro capitibus diuerſis,
& ſeparatis ſui principalis, vt egregie oſtendit Ge-

rard. Mazollus de Leazaris *in conſil.62. num.5.& 6.* cuius dicta non tranſcribo.

Cæterum, quod dixi, plures fideiuſſores diuiſionis beneficium habere, id rurſus aliquot in caſibus lo-
50 cum non inuenit. Et quidem primo † non admittitur in pluribus fideiuſſoribus, qui pro vno tutore rem pupilli ſaluam fore promiſerunt. Illi enim pupillo (non aliis maioribus natu) agente, vt diuidatur actio, impetrare non poſſunt, propterea, quod pupillus ipſe non contraxit, ſed in tutorem incidit, & ignorat omnia, atque ideo beneficium diuidendæ actionis illi obeſſe non oportet, ne ex vna tutelæ cauſa plures ac variæ quæſtiones apud diuerſos iudices conſtituantur. *l. vlt. in. ff. rem pupilli ſaluam fore. facit l. 3. ff. de minoribus l. 3. § penult ff. iudicat. ſolui. l. ſecunda. ff. de exercitoria. l. & ancillarum. §. vlt. ff. de peculio.* Cuiac. *ad African. tractatu ſeptimo. mihi pag.* 309. Anton. Pichard. *in § ſi plures. numero* 19. *Inſtit. de fideiuſſor.* Ioan. Goddæus *de contrah. ſtipulat. cap. 9. concluſ. 5. numero.* 110.

51 Nec † obſtat *l. pupillus. 6. ff. de fideiuſſ. tut.* ibi enim plures tutores aliquot fideiuſſores dederunt, quibus, ſi tutores ſoluendo ſint, beneficium diuiſionis ex perſona tutorum (qui, & ipſi exemplo fideiuſſorum ad portionum virilium rationem admittuntur, *l. 1. § nunc tractemus. ff. de tutela, & rat. diſtrah.* Valent. Francus *d. cap 5 num. 454.*) conceditur. At vbi ab vno tutore plures fideiuſſores ſunt dati, tunc illi beneficium diuiſionis non habent, idque fauore pupilli, *d. l. vlt. ff. rem pupilli ſaluam fore* Cuiac. *in commentar. ad Papinian. in d. l. 6. ff. de fideiuſſ. tutor.*

52 Non † ſtringit etiam *l. ſi fideiuſſores. ff. de fideiuſſ. tutor.* vbi vnus tutor plures fideiuſſores dedit, & tamen inter eos diuiditur actio. Ratio enim ibi aſſignatur, quod adoleſcens ſibi ipſi in illo caſu præiudicauerit, dum contentus fuit, fideiuſſores ſtipulanti ſibi promittere, ſe reddituros, quod à tutore conuento ſeruari non potuiſſet. Quia enim adoleſcens onus fideiuſſorum (quod erat, ne actio diuideretur, *d. l. vlt ff. rem pupilli ſaluam fore.*) ſuſcepiſſe per ſecundum ſtipulationem videtur, *argum l. penult. ff. de prætor. ſtipul.* rectè placuit Papiniano, inter illos fideiuſſores, qui ſoluendo ſunt, actionem diuidi debere.

53 Secundo limitatur † in illis fideiuſſoribus, qui ſe fideiuſſores eſſe inficiantur, & de aperto mendacio conuincuntur, illis enim beneficium diuiſionis non eſt indulgendum, *l ſi dubitet. 10. §. 1. ff. de fideiuſſor.* Iaſ. *in l. 1. num. 11. C. de tranſact.* Hippolyt. *in rubr. de fideiuſſor. num. 322.* Duennas *regul. 322.* Zaſius *de feud. part. 10. num. 52* Hart. Hartmann. *in pract. obſeruat. tit. de fideiuſſor. obſeruat. 3.* Ioan. Borchoſt. *de pact. cap. 3. num. 80.* Francus *d. cap. 5. num. 469.* Mynſing. *in §. ſi plures. num. 6. Inſtit. de fideiuſſor.* Ioan. Goddæus *de contrah. ſtipulat. cap. 9. concluſ. 3. numer. 112.* Fuluius Pacianus *de probat.*
54 *lib. 1. cap. 19. num. 27. & 71.* Verum † iſthæc intelligenda ſunt ſecundum illa, quæ ſupra hoc ipſo capite *part. 1. num. 218 & ſeqq.* prolixe retuli, & denuo repetere, ſtu-
55 dio breuitatis ſuperſedeo. Hoc ſaltem addo, ſi † cum fideiuſſor pro 1000. fideiuſſiſſet, & 500. ſoluiſſet, & creditor adhuc ſemel totam ſummam petat, fideiuſſorem eſſe *Hippol. in rubr. de fideiuſſor. num. 339.* Si enim contra creditorem, qui ſemel numeratam pecuniam iterum accipit, competit repetitio, *l. ſi fideiuſſor. §. penult. ff. mandati.* cur non etiam licita ſit negotio? cum
56 † vtrique partem ſoluens, & dicens, ſe non debere, poſſit ſeipſum declarare, dicendo, ſe non debere totum, *argum. l. verum. ff. de compenſat.* & faciunt tradita per Iaſon. *in l. ſiquidem ex cauſa. C. de tranſact. in l. rogaſti. §. ſi tibi. colum. ſecunda. ff. ſi cert. petat,* de quo paſſu accurate ſcripſit Fuluius Pacianus *d. libro. 1. cap. 18. per tot.*

57 Tertio limitatur, ſi † aliquis cum muliere pro alio ſimul fideiubeat. Tunc enim ſubducta muliere, denegatoque diuiſionis beneficio, in ſolidum aduerſus marem datur actio, cum is ſcire potuerit, aut ignorare non debuerit, mulierem fruſtra intercedere; paria
58 enim eſſe cenſentur, ſcire debere, & ſcire poſſe, *l. ſi Titius 48. ff. de fideiuſſor. iuncta l. 3. ff de ædilit. edicto. & l. ſi duo. ff. de acquirend. hæred.* Conſtantin. Harmenolup. *lib. 3. Epitom. tit. 6.* Et qui cum alio contrahit, vel eſt, vel debet eſſe non ignarus conditionis eius, cum quo contrahit, *l. qui cum alio ff. de regul. iur. l. penult ff de Senatuſc.*
59 *Macedonio.* Eleganter † autem Papinianus dicit, hoc caſu ſubduci mulierem, fuitque ea locutio Iuriſconſulti familiaris, vt patet ex *l. ſi mulier. 14. l. quidam. 29. ff. ad Velleian. l. ſi paternam. C. eod. tit.* Nam ſicut in initio contractus obligationi mulier adiecta erat: ita eam rurſus beneficium Senatuſconſulti Velleiani eximit obligationi, non aliter, atque ex calculata quadam ſumma rurſus certa pars ſubducitur ſiue ſubtrahitur.

60 Neque aduerſatur † prædictis *l. idem etſi. ff. ad Velleian.* Si enim mas, & fœmina pro alio fideiuſſerint in rem communem, ceſſat Senatuſconſulti auxilium, *l. aliquando. ff. eod. tit.* hoc eſt, mulier tenetur quidem pro parte ſua, non pro parte maſculi correi, *l. vir vxori §. vlt. ff. eod. tit.* At ſi in rem prorſus alienam fideiuſſerint mas, & fœmina, tota perſona mulieris ſubtrahitur creditori, & mas ſuſtinet integrum onus obligationis, *d. l. ſi Titius. 48. ff de fideiuſſor.* Alberic. *in auth. ſi qua mulier. nu. 3. verſic. ſed adhuc. C. ad Velleia.* Io. Vinc Hoodedæus *conſultat. 45. num. vlt. vol. 1.*

61 Non obſtat † etiam *l. ſi ſponſus. 5. §. 1. ff. de donat. inter vir. & vxor.* Præſupponendum enim eſt, illo caſu mulierem efficaciter obligatam fuiſſe, non minus, quam marem, ſiquidem non omnes contractus à muliere celebrati ſtatim omnino ſunt inutiles, cum & mulier rectè in creditum abire poſſit, interceſſione ſaltem eiuſdem prohibita, *l. 2. ff. ad Senatuſc.*

62 Non † repugnat quoque *l. ſi paternam. 8. C. ad Senatuſc. Velleian.* vbi pro patre interceſſerunt filij mares, & fœminæ, & tamen mares, ſubductis filiabus, non inſolidum, ſed tantum pro parte obligantur. Iſto enim caſu in initio contractus, inque continenti cauerant fratres, & ſorores pro parte virili, atque ideò non erant correi, *l. inter eos. 51. ff. de fideiuſſor.* quid igitur mirum, ſi fratres, ſubductis ſororibus, etiam in id ſaltem teneantur, in quod ſe obligauerunt? Diuiſio
63 † namque obligationis fit, vel ipſo iure, vel ex Epiſtola D. Hadriani, *l. inter fideiuſſores. 26. D. de fideiuſſor.* Ipſo porrò iure fit, ſi non ſint correi, ex Epiſtola verò D. Hadriani, ſi ſint correi. Et ipſo iure fit ſemper, ſi conuenerit initio, ex epiſtola non fit diuiſio, ſi mas, & fœmina duo rei interceſſerint; mas enim tenetur inſolidum, *d. l. ſi Titium. 48. D. de fideiuſſor.* nec diſſentit Accurſius *in d. l. ſi paternam. C. ad Senatuſconſul. Velleian.*
64 Quid † vero dicendum ſit, ſi ſeruus vna cum libero homine ignoranti creditori fideiubeat, *vide gloſſ. in l. 3. verb. comprobauit. D. de fideiuſſor. l. quia difficile. D. de contrah. empt.*

65 Quartò limitatur, ſi † maior natu, & minor 25. annis pro aliquo fideiuſſerint. Siquidem enim ſolus maior natu prior fideiuſſit, & minor poſteà, tunc maior natu in ſolidum tenetur, quaſi ſolus ſolidam in ſe receperit obligationem 1. Et cum fideiuſſio maioris ante minorum fideiuſſionem tenuerit, ac vtilis fuerit, iniquum eſſet, eam ab inutili vitiari, *per ea quæ tradidi ſupra cap. 24. num. 68.* At ſi vna cum minore maior fideiuſſerit, tenetur maior pro parte tantum. Quia, etſi

minor

minor videatur non minus, quam mulier fruſtra fideiubere, propter ſpem reſtitutionis in integrum, *l. 3. de fideiuſſor.* tamen ignorare potuit maior natu ætatem
66 † minoris, quæ, vtcunque etiam Iuuenalis prouerbiali ſchemate de vetula quadam ſcripſerit, quod facies computet annos, in oculos exacte non incurrit, *l. 2. §. ſi à pupillo. ff. pro emptore.* Imò eſt quid incertum, cum quotidie fugit, & mutetur, *l. praeponebatur. ff. de iudic. l. minor. 31. ff. de minorib.* Alciat. *lib. 1. de verb. ſignif.* Alex. ab Alexand, *lib. 3. genial. dier. cap. 1.* Iacob. Menoch.
67 *de praeſumpt. lib. 2. praeſumpt. 50. num. 24.* Sexum † autem ignorare non potuit, quem aſpectus vtiq; veſtituſque prodit, *l. alioquin. §. 1. ff. de contrah. empt.* vel ſi maximè ignorauit ætatem, incertum tamen erat prætoris auxilium, quod non temere datur, ſed cum cauſæ cognitione, *l. in cauſa. 13. in fin. princ. ff. de minorib.* Certiſſimum autem erat Senatus auxilium, *d. l. ſi Titius. ff. de fideiuſſor.* Cuiac. *lib. 10. obſer. c. 23. in fin.*

86 Patet † igitur differentia inter hanc, & præcedentem limitationem, nimirum, quod in muliere non diſtinguimus, verum in rem alienam ſimul fideiuſſerit mas, & fœmina eodem tempore, vel an mas primum, deinde fœmina, interpoſito tempore; nam vtroque caſu ſubducta fœmina mas tenetur in ſolidum, *d. l. ſi Titius. 48. in princ. ff. de fideiuſſor.* At minore 25. annis ſe res aliter habet. Nam ſi maior 25. annis ſolus ab initio fideiuſſerit pro alio, deinde minor ex interuallo, minor ſubducitur per reſtitutionem in integrum, maior tenetur in ſolidum; quia & ab initio ſe obligauit in ſolidum, nullum ſperans ſe habere participem eiuſdem obligationis: *Conſtant. Harmenop. lib. 3. Epitom. tit. 6.*

69 Quod ita verum eſt, niſi † dolo creditoris inductus ſit minor ad fideiubendum; tunc enim, reſciſſa interceſſione minoris, fideiuſſor maior beneficio diuiſionis vtitur, vt creditor doli ſui pœnam ſentiat, *d. l. ſi Titius. §. 1.* Ac ſi ſimul fideiuſſerint maior, & minor, locus eſt Epiſtolæ D. Hadriani, hoc eſt, maior tenetur pro parte tantum, reſciſſa interceſſione minoris, *d. l. Titius. §. 1. verſic. ſed ita.* Nec admittenda emendatio Franciſci Connani *lib. 6. comment. iur.* qui pro his verbis: *Si poſt ea minor interceſſit.* repoſuit. *Si ſponte interceſſit.* Vim enim facit textui, qui in elegantiſſima ratione eſt fundatus, vt etiam innuit Cuiac. *d. lib. 10. cap. 23.* laudatus ob id à Dion. Gothofr. *in d. l. ſi Titius. 48. §. 1. gloſſa D. D.*
70 *de fideiuſſor.* Qua ratione † autem dicimus, incertum conditionis, incertum cautionis, incertum rei, ſucceſſionis, litis, & contentionis, vt alibi annotauit Pardulphus Prateius: ita etiam Papinianus vocat incertum ætatis ipſam incertitudinem, quæ in perſpiciendia hominis ætate verſatur, cum eueniat ſæpè, vt exiſtimemus, eos eſſe maiores, qui ſunt minorennes, & è contra.

71 Quod vero † Azo, & poſt eum Speculator *in titu. de renunciat. & concluſ. num. 13. verſic. quid ſi aliquis ex d. l. ſi Titius 48. & l. ſi plures. in princ. ff. de fideiuſſor.* pro regula ponunt, ſi aliquis primo dederit vnum fideiuſſorem, & ex interuallo det alium, quod beneficium Epiſtolæ D. Hadriani inter eos locum non habeat, id ex illis textibus non probatur, imò planè erroneum eſt.
72 Et ſi enim † opus eſt, vt confideiuſſores, qui beneficio diuiſionis vti ſatagunt, pro vna eademque ſumma intercedant, *l. ſi à Titio. ff. de fideiuſſor.* Vt tamen ſimul, & ſemel, vno quaſi actu, plures fideiuſſores ad inducendam diuiſionem accipiantur, non requiritur, ſed potius illa competit, quamuis diuerſis atque diſtinctis temporibus, pro eadem tamen ſumma pecuniæ, ſe obſtrinxerint: Angel. *numer. 3.* & Schneidevvein. *num. 19. in §. plures Inſtitut. de fideiuſſor.* Bertazol. *in tractat. clauſul. inſtrum. clauſ. 40. gl. 2. numer. 11.* Valentin. Francus *d. cap. 5. num. 440.* Quemadmodum, & parui refert, ad hoc, vt duo rei promittendi fiant, vnus priorne reſpondeat, poſterior verò ex interuallo accipiatur, ſimulne, ſpondeant, an ſeparatim promittant, modo ſaltem hoc agatur, vt duo rei conſtituantur, *l. 3. ff. de duob. reis.*

73 Quintò limitatur, vt † beneficium diuiſionis non habeat locum, ſi ei fuerit efficaciter (prout ſupra *nu. 17.* oſtendi) renuntiatum; tunc enim vnum ex pluribus in ſolidum creditor exigere poterit. *l. ſi quis in conſcribendo. C. de pact.* Pract. Ferrar. *in form. lib. contra plures reos debendi. verb. beneficio nouarum conſtitutionum. nu. 1.* Hippol. *in rubr. de fideiuſ. num. 27.* Iuuenal. à Coſtafort. *in § ſi plure.* & ibi Beliou, quoque *nu. 12* & Ant. Pichar. *num. 13. Inſtit. de fideiuſſor.* Frideric. Baro. Schenk. *in viridar. concluſ. concluſ. 90.* Ant. Gomeſ. *tom. 1. cap. 13. nu. 2* Ioan. Gutierrez *in tract. de iuram. confirm. part. 1. cap. 23. & lib 3 pract. quæſt. cap. 95.* Borcholt. *de pact. cap. 2. in 3. pactor. diuiſ. num. 8.* Coler. *part. 1. cap. 10. num. 363. & part. 4. cap. 1. nu. 97.* Bertazol. *d. clauſ 40 gl. 2. nu. 25.* Hart. Piſtor. *part. 1. quæſt. 48. n. 16.* Ioan. Kopp. *d. quæſt.*
74 *57. nu. 13.* Quia namque hoc † caſu ipſimet fideiuſſores ad ius vetus, quo ſinguli in ſolidum tenentur, ſponte ſua, & quidem hac ipſa renuntiatione in fauorem creditoris vergente, vt poſt Cyn. & Bart. auctor eſt Ioan. Zangerus *in tract. de except. part. 2. cap. 15. nu. 17.* redeunt, atq; Epiſtolæ D. Hadriani beneficio pro ſe introducto renunciant, ſatis abſurdum eſſet, illos redire ad id, cui renuntiandum putarunt *l. ſi quis. 13. C. de reb. credit. L. ult. verſic. quod enim ſemel. C. de condit. inſert.*

75 Huc † pertinet ſtatutum Lubecenſe *lib. 2. tit. 5. art. 2.* vbi dicitur: Si duo vel tres erunt fideiuſſores, & in termino præfixo non ſoluit creditori debitum; vnuſquiſque pro ſua portione poterit ſoluere ratam partem & ſi creditor noller quem vult poteſt eligere, & caſu quo vnus illis decederet, hæredes illius tenentur ad ſolutionem ſuæ portionis,

76 Extenditur † porrò hæc ipſa quinta limitatio, vt, & in obligatione ad obſtagium obtineat, puta, ſi fideiuſſores ſe ad huc modum obligent: Si vnus ex nobis deficeret ab obligatione præſtita. Volumus ire in carcerem, & ſi vocati erimus, veniemus cum tribus equis armatis, & ſeruis noſtris, ſine aliqua dilatione, & permanebimus in hoſpicio, donec ſolutum, &c. Nam hoc caſu quis fruſtra ad confideiuſſorem ſuum retroſpicit, ſed ipſemet in ſolidum tale factum implere, & præſtare cogitur, *l. ſtipulationes. 72. ff. de verbor. oblegat. & fuſius declarabo infra num. 92. & ſeqq.* Obtingetque huic fideiuſſori taliter electo, & in obſtagium euocato, maximè ſi debitor in ſoluendo moras nectat, nihil certius, quam vt ipſi à vicinis occinatur:

Si quis habet nummos veniens, exibit inanis,
Atque demum mœrore grauis, leuis are redibit.

77 Cæterum † notandum eſt, etſi hæc renunciatio quidem præſtat, vt à fideiuſſore ſolidum exigi poſſit, quod tamen minime efficere queat, vt is, qui ſolidum ſoluit, ſi poſtea ſibi ceſſis actionibus aduerſos confideiuſſores agat, propterea onus obligationis pro ſua virili non agnoſcat: eſſe enim prorſus iniquum, vnum ex ipſis omnino immunem eſſe, reliquis ſolidum ſoluentibus *argum. l. verum. §. ſi cum tres. ff. pro ſoc.* Hart. Piſtor. *part. 1 quæſt. 48. nu. 8.* Si igitur Titius, Mæuius, & Sempronius pro 600. florenis ſint confideiuſſores, beneficioque diuiſionis renuntiauerit, ſolus autem Titius in ſolidum exigatur, ſentit quidem is in eo incommodum, quod eligitur, & 600. illos flor. ſolus perſoluit. & ſic ſtatuti hoc damnum patitur, cum ſolus totam ſummam repetat, & ſoluat, ſed ſi deindè vel à Mæuio vel à Sempronio confideiuſſorib. ſuis integram eam

ſummam exigat, cogitur 200. flor. pro ſua quota de-
falcare, quadringentis reliquis ipſi vel ab hoc, vel ab
illo confideiuſſore perſoluendis; ducentis autem de-
mum à reo principali, vna cum interuſurio ac intereſ-
ſe reſpectu totius expoſitæ ſummæ, exigendis, *vt de-
cebo infra hoc cap. part. 3. num. 28. 29 & 30.*
78 Sexto † limitatur, vt fideiuſſor in ſolidum condem-
netur, ſi conuentus in iudicio exceptionem diuiſionis
non opponat. Licet enim exceptio diuiſionis eſt iuris,
per iudicem tamen non ſuppletur, ſi oppoſita non
79 fuerit, (quidquid etiam † dixerit Placent. *in ſumma In-
ſtitut. tit. de fideiuſſ. mihi pag* 119.) ſed ſit condemnatio
in ſolidum, propterea quod actio, & obligatio non eſt
diuiſa ipſo iure, ſed diuiditur ope exceptionis iudicia-
liter oppoſitæ, *l. inter. 26. ff. de fideiuſſ. l. fideiuſſ.* 10. §. 1.
ibi, ante condemnationem ex oratione poſtulari ſolet. C. *eod.* §.
*ſi ab vno in verb. & deſiderare, vt pro parte in ſe detur
actio. Inſtit. eod. tit.* Gayl *lib. 2. obſer. 27. n. 5.* Ant. Pichard.
Vinueſa *in §. ſi plures. num* 8. *Inſtit. de fideiuſſ. faciunt tra-
dita infra cap ſeq. num. 5. &* 6. Et rectè in d. *l. fideiuſſor.* 10.
& d. §. *ſi ab vno.* ponuntur verba, POSTVLARI, &
80 DESIDERARE. Poſtulare namque † eſt ſuum vel al-
terius deſiderium in iure ſiue pro tribunali apud eum,
iuriſdictioni præeſt, allegare, & exponere, *l. 1 §. 1. ff. de
poſtul l. 4. §. hoc autem ff. de damn. infect.* Sicut viciſſim
& deſiderare eſt in iure aliquid poſtulare, & require-
re *l. 3. §. ſolem. ff. de tab. exhib. l. actoris. 30. ff. de procurat.*
81 Vnde quoque † libelli ſupplices aliquando poſtula-
tiones, & preces, nonnunquam deſideria vocantur, *vt
in l. 4. §. ingreſſus, & l. 9 §. obſeruare. ff. de offic. procon. l.
deſiderium. C. depoſit.* Qui igitur exceptionem, quam
habet, non opponit, qui nihil poſtulat, nihil deſiderat,
iuri ſuo renuntiare videtur, *l. ſi quis delegauerit. ff. de
nouat. gl. & Bart. in l. Fuluinus. §. quod ſi autem. in verb.
debet. ex quib. cauſ. in poſſeſ. eat. Gayl. de arreſt. Imperij.*
82 *cap. 10. numer. 5.* cum vigilantibus non † dormientibus
iura ſua ſubueniant, *l. Paulus ff. quæ in fraud. cred.* Ant.
83 Teſſaut. *deciſ. 191. numer. 2.* Et præterea habere † exce-
ptionem, ſed ea nolle vti, & non habere, paria reputen-
tur: M. Ant. de Amatis *deciſ. 24. num. 27. quod etiam pro-
baui infra cap. ſeq. num. 33.*
84 Et hæc † vſque adeo vera ſunt, vt etiam fideiuſſor
conuentus, & omiſſa exceptione diuiſionis ſolidum
ſoluens, à creditore iſtud, quod vltra ſuam portionem
ſoluit, repetere, non poſſit, cum inſolidum fuerit obli-
gatus, & merito obliuionis negligentiæque ſuæ pœnam
ipſemet ſuſtineat, *l. vt fideiuſſor. l. ſi teſtam. in pr. ff. de fi-
deiuſſor. glo. in §. ſi plures. verb. partes. & ibi Schneidevv.
numer. 21. Inſtit. de fideiuſſ.* Francus *d. cap. 5. num.* 443.
85 Repetitio † enim nulla eſt ab eo, qui ſuum recipit,
tametſi ab alio, quam vero debitore, ſit ſolutum, *l. ſi
pœna. §. 1. l. repetitio. ff. de condit. indeb. d. l. ſi quis delega-*
86 *uerit. ff. de nouat.* Vndè etiam † illud manat, quod fide-
iuſſor, qui ſoluit ſua culpa vſuras, eo caſu quo ſoluere
non tenebatur, eas à principali neqoaquam repetere
poſſit: Dec. *nu.* 3. & Cagnol. *num. 3. in l. quod quis dam-
nu. 204. ff. de regu. iur.* Alex. *conſil. 219. incip. quoniam. lib. 2.*
87 Nec obſtat † prædictis *l. qui exceptionem. ff. de cond. in-
deb.* Exceptio enim diuiſionis reſpicit modum exigen-
di, non ipſam obligationem, ideoque illa exceptio
indebiti repetitionem non parit: ita poſt Bart. reſpon-
det Valent. Francus *d. cap. 5. num.* 444.
88 Septimo limitatur, ſi † creditor non per viam ordi-
nariam, ſed executiuè, ſolidum à fideiuſſore exigendo,
procedat, ex vi nempè Statuti vel Inſtrumenti guaran-
digionati, tribuentis creditori paratam executionem:
tunc enim beneficio diuiſionis non datur locus, prout
clare determinat Angel. *in l. ſi dubitet. numer. 3. ff. de fide-
iuſſ. & in auth. hoc ita. num. 2. C. de duob. reis.* ac poſt Bart.
in l. fideiuſſores, §. idem reſpondit. ff. de fideiuſſ. ſequitur
Benedict. de Barziis *de inſtrum. guarandig. 0. part. 2.
princ. quæſt. 13* Sed certe idem Angel. in d. §. *idem re-
ſpondi.* fatetur, hanc ſententiam eſſe valde duram,
quod etiam affirmat Roder. Suarez. *in l. poſt rem iudi-
catam. § ſed pro euidentia. num. 43. ff. de re iudic.* Et ſi ve-
89 rum fateri liceat, contraria † quoque opinio videtur
eſſe verior ac æquior. Cum enim lex ipſa, ſcilicet Epi-
ſtola D. Hadriani (quam vtique legem eſſe conſtat, §.
ſed & quod princip. Inſtit. de iure natural. gent. & ciuil.)
diuidat obligationem inter plures fideiuſſores, & ſic
pateat veritas huius exceptionis ex inſtrumento, me-
rito impedit paratam executionem, ex natura videlicet
huius actus vel contractus, per ea quæ notat Roderic.
Suarez *d. num.* 43.
90 Deindè, quia iſta † exceptio diuiſionis eſt exceptio
iuris, & procedit ex imò fonte cum ipſo contractu,
ſaltem tacite ex inſpectione actorum, ideo merito ad-
mittitur, quandoquidem exceptio, quæ oritur ex eo-
dem fonte, ex quo fluit petitio, eſt admiſſibilis:
Bald *in auth. præſente. nu. 4. C. de fideiuſſ.* Coler. *de proceſſ.*
91 *execu. part 4. cap. 1. num* 96. Imò, quoties exceptio † ori-
tur ex natura contractus, atque ineſt ipſi obligationi
primæuæ, tunc actor proponendo actionem intelligi-
tur eam proponere cum exceptione, quæ ſibi ineſt ſui
natura, Iaſ. *in §. omnium. nu. 128. Inſtit. de actio.* Cachet.
deciſ. 51. num. 19. Poſito igitur caſu, quod inſtrumentis
guarandigionatis tanta vis ac *ἐνέργεια* ob id ſit tribu-
ta, vt tanto facilius quis ſuum conſequi poſſit, & mo-
roſis debitoribus omnes rimæ obſtruantur, id tamen
mica talis Iuridici eſt intelligendum, nimirum vt de-
bitoribus, eorumve fideiuſſoribus nihilominus etiam
illa beneficia ſalua, & illæſa maneant, & relinquantur,
quæ ipſis ex clementia, & benignitate Imperatorum
Rom. largiter ſunt indulta, *l. nulla iuris ratio ff. de legi-
bus.* Vnde patet, prædictam ſeptimam limitationem
haud ſubſiſtere poſſe, ſicut ante me quoque rectè anim-
aduertit Anto. Gomeſ. *tom. 2. c. 13. num.* 15. ac poſt hæc
ſcripta demum viſus Ant. Pichar. Vinueſ. *in d. §. ſi plu-
res. nu 12. verſ. ex quo vtiliter. Inſt. de fidei.*
92 Octauò † limitatur in pluribus fideiuſſoribus, qui
ſe ad factum aliquod obligarunt. Illi enim beneficio
93 diuiſionis non gaudent, † cum factum indiuiduum pro
parte præſtari nequeat, *l. hæredes. § an ea. ff. famil. her. l.
2. ff. de verb. obl.* Rut. Rulan. *in tract de commiſſ p. 4. lib. 6.*
94 *c. 4. n. 19. in fi.* Niſi † forte factum fuerit promiſſum ſub
hac conditione: *Si non fuerit factum, pecuniam dari opor-
tere.* Vt enim hoc caſu ſtipulatio apte diuiditur, *l. ſti-
pulationes 72. ff. de verb. oblig.* Ita etiam ſolutionem rectè
95 diuidi exiſtimauerim, cum pecunia † partis præſtatio-
nem bene, & commodè recipiat. *d. l. 2. §. 1. & §. idemque
eſt ff. de verb. oblig.* non attento, quod Alex. de Im. poſt
Bar. *in l. 5. § fin. ff. de verb. obl.* ac ipſemet Bart. *in l. 4. §.*
96 *Cato. D. eod. tit.* velint, ſi † plures fideiuſſores promiſe-
rint reum ſiſtere ſub pœna 4000. ducatorum, tenean-
tur in ſolidum, cum ſit factum indiuiduum: Etſi enim
97 ſiſtendi † factum eſt indiuiduum, tamen ſoluendi fa-
ctum diuiſionem rectè recipit, *argu. l. plane. 3. ff. famil.
her.* niſi forte circa ſolidam præſtationem pecuniæ
etiam aliud nominatim inter partes conuenit, quod
proculdubio eſt obſeruandum. Idque merito additur
ad Val. Franc. *d. c. 5. nu* 475. quamuis idem *nu.* 476. rectè
98 ex Modeſt. Piſtor. ſubjiciat: In obligationibus † ob-
ſtagiorum, (quæ merum factum ſapiunt) diuiſionis
beneficio locum non eſſe relictum, *quod etiam pro-
baui ſupr. num. 76* Atque hæc de beneficio diuiſionis
quoque dicta ſufficiant.

PARS

PARS III.

De beneficio cedendarum actionum.

SVMMARIA.

1 *Beneficium cedendarum actionum etiam exceptio appellatur.*
2 *Cedendarum actionum exceptio opponi poteſt, licet ſtatutum dicat, nullas exceptiones admittendas eſſe.*
3 *Actiones ceduntur ad perſecutionem pignorum ſimul obligatorum.*
4 *Cedere actionem idem eſt aliquando, quod repetitionem ſeruare.*
5 *Cedere eſt, quaſi diſcedere, & alterum ſuo loco ponere.*
6 *Fideiuſſor conuentus ſolidum ſoluens, petere poteſt à creditore vt actionibus ſibi cedat. Quod quomodo fieri debeat, exponitur. nu. 7. 8.*
9 *Ceſſio actionum æqua, imo & neceſſaria eſt. Et nu. 10.*
11 *Cyni opinio quædam reijcitur.*
12 *Fideiuſſor, priuſquam ei actionibus cedatur, debiti ſolutionem optime denegare poteſt.*
13 *Fideiuſſor, ſi actualiter ſoluere paratus ſibi actiones cedi petat, eaſque creditor ſua culpa cedere nequeat, creditor ab agendo repellitur.*
14 *Mulier agens contra fideiuſſorem, ſi non poteſt ei actiones cedere, ex eo, quia renunciauit iuribus ſuis in re alienata per maritum, ab agendo excluditur.*
15 *Actio vtilis datur in quaſi contractu tutelæ, etiamſi non ſint ceſſæ actiones directæ. Cuius rationes adferuntur ex Alciato. num. 16.*
17 *Exceptio cedendarum actionum ad impediendam paratam executionem obijci poteſt.*
18 *Creditor fideiuſſori aliquando actiones cedere tenetur, etiamſi is ſolidum non ſoluerit, ſed tantum partem.*
19 *Beneficium cedendarum actionum in aliquot caſibus ceſſat.*
20 *Beneficium cedendarum actionum renuntiatione amittitur.*
21 *Renuntiatio qualis eſſe debet, vt beneficio cedendarum actionum non ſit locus. Et quid operetur. nu. 22. & 23.*
24 *Fideiuſſor, ſi ſe fideiuſſorem eſſe abneget, & inficietur, beneficium cedendarum actionum perdit.*
25 *Pater, qui iuſſit filiofamilias credi pecuniam, non fruitur beneficio cedendarum actionum, ad repetendum id, quod pro filio ſoluit.*
26 *Muliere agente aduerſus correum, vel fideiuſſorem obligatum ad reſtitutionem dotis, non obſtat exceptio cedendarum actionum fauore dotis.*
27 *Fideiuſſor primus ſi ſe non obligauit contemplatione ſecundi fideiuſſoris, & creditor liberauit ſecundum fideiuſſorem, primo fideiuſſore non ſoluente, non obſtat creditori exceptio cedendarum actionum.*
28 *Fideiuſſor, qui ſolidum ſoluit, ratam ſuam prius deducit, & confideiuſſori rurſus ceſſam ſibi prius actionem cedit.*
29 *Solidum hic eſt, quod vltra ſuam portionem adhuc ſoluendum reſtat. Quod confirmatur per quoddam iudiciale decretum. num. 30.*
31 *Actio contra fideiuſſores, pro portione confideiuſſores contingente, an in ſolidum, vel pro rata cedi debeat, exponitur.*
32 *Bartoli opinio diſtinctione mollitur. Et numer. 33. 34. & 35.*
36 *Confideiuſſorum vnus ſi non ſoluendo fiat, iſtius deficientis portionem non ſolum cæteros, ſed & eum cui ſolanti actio ceſſa eſt, ſuſtinere debere, verius eſt.*
37 *De ceſſione actionum remiſſiuè.*

1 TERTIVM † fideiuſſoribus competens beneficium eſt BENEFICIVM CEDENDARVM ACTIONVM, quod nonnulli etiam ex-
2 ceptionem appellant, quæ † vſque adeo eſt priuilegiata, vt opponi poſſit, licet ſtatutum dicat, nullas exceptiones admittendas eſſe. Hippol. *in Rubr. de fideiuſſ. nu.* 28. Menoch *de præſumpt. lib.* 2. *præſumpt.*
3 48. *num.* 14. Sicut autem alibi † actiones ceduntur ad perſecutionem pignorum ſimul obligatorum. *l. ſi ut.*
4 21. *C. de fideiuſſoribus* Imò, cedere † actionem aliquando idem eſt, quod repetitionem ſeruare. *l. am ſſi. v. ſ. iu-*
5 *dices. C. de exactor. tributor. lib.* 10. Ita hoc caſu † cedere eſt, quaſi diſcedere, & alterum ſuo loco ponere, & collocare. Baldus *in l. ex legato num.* 2. *C. de legat.* Menoch. *in* 3. *remed. ret. u poſſ. q.* 35. *nu.* 268.

6 Quod ſi igitur † fideiuſſor, conuentus ſolidum ſoluat, aut ſoluere paratus ſit, (caſibus nimirum illis, quibus ſolidum ſoluere tenetur,) petere poteſt à creditore, vt actionibus, quæ ipſi contra principalem debitorem, & confideiuſſores competebant, cum inſtrumentis principalis debiti imo, cum omnibus qualitatibus, puta, cum vſuris præteritis, & futuris, cum hypothecis, & pignoribus, cedat, ad hoc, vt habeat regreſſum ad rem principalem, ſuoſque confideiuſſores. *l. ſi mandatu.* 13. *l. v. fideiuſſor. l. fine uſſor b. l. cum is.* 36 *ff. de fideiuſſorib. l. Moleſtinus. l. Eutychum §. ſi creditor ff. de ſolutionibus. l. cum alter. C. de fideiuſſorib. l. Papinianus. l. qui mandatum* 43. *ff. mandati.* Io Ronchegall. *in l. Reos in princ. nu.* 55 *ff. de duobus reis* VVeſenb. *in Paratit ff. de fideiuſſor. num.* 6 pulchre Elbert. Leoninus *in conſi.* 96. *num.* 28. Barthol. Bertazolius *in tract. clauſ uſ. um. clauſula* 40. *gloſ.* 4. *num.* 7. & 8. Ioann. Goddæus *de contrah. ſtipul cap.* 9. *concluſ.* 5. *declarat.* 3. *num.* 114. & 115.
Ioann Zangerus *in tract. de except part.* 2. *cap.* 15. *num.*
7 14. Non enim † ſufficit, fideiuſſori cedere actiones verbo tenus, ſed opus eſt, vt exhibeatur inſtrumentum principalis debiti, alias fideiuſſor ſolutionem denegare poteſt. Bald. *in l. ſi nomen. ff. de hæ ed vel act. vendita.* Alexand *in l. ſciendum in* 2. *colum. ff de verb. oblig.*
8 Quod tamen † intellige, ſi creditor etiam inſtrumentum penes ſe habet. Nam ſi inter ſe omiſiſſe, & generalem det quitantiam, ſimulque actionibus cedat, merito eſt audiendus, vt ſcribit Franciſc. de Marchis *quæſt.* 390. *part.* 1. cui iunge tradita per Gailium *lib.* 2. *obſer.* 37.
9 Et quidem † hæc ceſſio actionum, quoad fideiuſſores maximè æqua, imò neceſſaria eſt, non ſolum ob id, quod inter fideiuſſorem ſoluentem, & reliquos cōfideiuſſores alias nulla ſit obligatio, quæ tamen eſt mater actionum *l. licet. §. ea obligatio. ff. de procurat.* Sed.
10 etiam quoad id, quod, † actionibus à creditore non ceſſis, fideiuſſor ſoluens à confideiuſſoribus, pro quibus ſoluit, nihil repetere poteſt, *d. l. cum alter.* & *ibi Donellus. C. de fideiuſſ. l. ut fideiuſſor. ff. eod. ti.* Petrus Heigius *in quæſt. urb. part.* 1. *quæſt.* 38. *nu.* 12. & 3. Ioann. Koppen *in deciſ. ſuæ quæſt.* 31. *num.* 2. & 3. Ioann. Goddæus *d. cap.* 9. *concluſ.* 5. *num.* 115. Vincent. de Franch.
11 *deciſ. Neapolit.* 33. *num.* 1. Licet † contrarium voluerit Gynus, cuius ſententia merito reijcitur. vt oſtendit Valentin. Francus *d. c. p.* 5. *nu.* 488. & antè eum Ronchegall. *in l reos. in princip. ſub. num.* 54 & 55. *ff. de duob. reis.* Hieron. Magonius *decis. Florentin.* 94. *num.* 11.
12 Idque adeo verum eſt, vt † ſicut fideiuſſor, prius quā ei actionibus cedatur, debiti ſolutionem optimè denegare poteſt, *l. ſicut.* 21. *C. de fideiuſſ.* Abbas *in c.* 2. *ext. eod. tit.* Schneidevv. *in §. ſi plures. num.* 23. *Inſt. ead. tit.* Ioan. Koppen. *d. loco. num.* 7. Vincent. Caroc. *deciſ.* 87.
13 *nu.* 2. Ita † etiam, ſi fideiuſſor actualiter ſoluere paratus, ſibi actiones cedi petat, creditor vero culpa ſua

eas cedere nequeat, creditor ab agendo repellatur. *d. l. cum alter. & ibi DD. C. de fideiuſſ. Sy'chum. §. pen. D. de ſolution.* Ronchegal. *n. d. l. reos, in prin. num.* 56. Francus *d. c. 5. nu.* 480. *in fi.* Quo etiam non incommode re-
14 ferri poteſt, quod † vbi mulier, agit contra fideiuſſorem, ſi non poteſt ei actiones cedere, ex eo, quia renuntiauit iurib. ſuis in re alienata per maritum, excludatur ab agendo. Bart. Bald. Salyc. & communiter DD. *in l. iubemus. C. ad Velleian.* Socin. *conſ.* 200. *incip. Quoniam ex forma ſtatuti. in fin. princ. vol.* 1.

15 Vnus ſaltem à † prædicta concluſione excipitur caſus, & quidem in materia fauorabili, nimirum in actione tutelæ, vbi ex reſcripto Imperatorum datur actio vtilis, etiamſi non ſint mandatæ vel ceſſæ actiones directæ, *l. 1. § etſi forte ff. de tut. & rat. diſtrah.* Francus *d. cap. 5. nu.* 488 Cuius † diuerſitatis rationes probabiliores aperuit Alciatus *in l. 1. num. 16. & 17. C. de tranſact.* Prima eſt, quod fideiuſſor ſoluendo, id agit, vt principalem liberet, merito igitur aduerſus confideiuſſores non experitur, qui in quandam ſequelam ſolum liberantur *gl. l. ex facto. ff. de negot. geſtis.* At tutor vel reus debendi principaliter agit, vt conturorem vel alium reum liberet. Altera ratio eſt, magis ſuccurri tutoribus, qui tutelam ex neceſſitate aſſumunt, quam fideiuſſoribus, qui ſponte pro alio fideiubent, nec tamen inuicem fideiubent, quod in reis debendi ſecus eſt, ſequitur Ioan. Goddæus *d. cap. 9. concluſ. 5. numero* 116.

17 Sequitur porrò † ex ſuperius conſtituta regula notabilis hic effectus, quod exceptio cedendarum actionum ad impediendam paratam executionem obijci poteſt, vt videlic. ante omnia creditor iura ſua cedat fideiuſſori ſolidum ſoluenti, quæ ipſi competebant contra principalem, vel alios fideiuſſores, ſicut eleganter deducit Colerus *de proceſſ. execut. part. 2. c. 10. nu.* 33.
18 Quanquam † & caſus contingere poteſt, vt credit. io. fideiuſſori actiones cedere teneatur, etiam ſi is ſolidum non ſoluerit, ſed tantum partem, prout conſuluit Guid. Papæ *in conſ.* 245. Qualem caſum etiam tractat Modeſtin. Put. *illuſtr. quæſtion. part. 1. quæſt. 1.* ipſe contra Melchiorem Cingium concludens, quod creditor non teneatur cedere fideiuſſori vel correo ius ſuum, antequam totum debitum ſit ſolutum, licet illi ſolutio ſit in plures terminos diuiſa, & pro vna ſatisfactum.

19 Quemadmodum † autem beneficia excuſſionis, & diuiſionis in multis caſib. ceſſant: Ita etiam nonnulli ſunt caſus, in quibus ſimiliter beneficium cedendarum actionum nihil proficit. Et quidem prius eſt, ſi ei ſit
20 renuntiatum Non minus † enim renuntiatione amittitur, quam reliqua beneficia Spec. *in tit. de renuntiat. §. 1. nu. 21 verſ. ſed dices.* Hippol. *rub. de fideiuſſ. nu. 29. & 30.* Franc. *d. c. 5. nu.* 500. Bertazol. *h. d. clauſ. 40. gl. 4. nu. 9.* Muſcatell. *in pract. fideiuſſ. p. 5. modo 2. c. n. 38.* Mo-
21 do † tamen talis renuntiatio interuenerit, qualem requiri, & neceſſariam eſſe ſcripſi ſupr. c. 17. ac innuit Petr. Heig. *d. q. 38. num. 8. & 9. p. 2.* Ioan. Zanger. *in tract. de except. part. 2. cap. 15. num. 17.*

Vtilitas porro huius renuntiationis ea eſt, quod † poſſit hoc caſu creditor gratificari amico conueniendo in ſolidum alterum ex obligatis, & omittendo amicum, neque teneatur contra hunc iura ſua cedere. Vitalis de Cambanis *in tract. clauſ. §. fin. num.* 31. Hei-
23 gius *d. q. 38. num.* 36. Sed † interim tamen non ſequitur, vt maximè fideiuſſor exceptione cedendarum actionum (facta renuntiatione) ſolutionem retardare nequeat, quod etiam poſt ſolutionem à creditore ceſſionem actionum aduerſus debitorem vel confideiuſſores petere, & impetrare, vel id, quod ſoluit, vllo tempore repetere nequeat, quin potius ſufficit, ſi hæc renuntiatio vnum ſaltem effectum, ſcilicet non retardandæ ſolutionis ſortiatur, nec ad duplicem cum damno fideiuſſoris extendatur, quod vtique fieret, ſi fideiuſſor propter renuntiationem à ſe factam ad ſolidi ſolutionem adactus, de toto debito, à ſe bona fide exoluto, periclitari cogeretur, cum tamen in hac ipſa renuntiatione ſaltem reſpectum habuerit ad creditorem, non etiam ad debitorem vel fideiuſſorem, vt pulchre enucleauit Heigius *d. q. 38. numero. 37. 38. & ſeqq.*

24 Secundus † caſus eſt, ſi fideiuſſor ſe fideiuſſorem eſſe abneget, & inficietur. Hac enim inficiatione tale beneficium quoque perditur. Hippol. *in rubric. de fideiuſſ. nu.* 324. Duennas *regula* 322. *mihi pag.* 4:8. Franc. *d. c. nu.* 500. iunctis ijs, quæ dixi ſupra *hoc ipſo capite. part. 1. nu. 210. & ſeqq.*

25 Tertius † caſus eſt, quando pater iuſſit filiofamilias credi pecuniam tunc enim beneficium cedendarum actionum non habet ad repetendum id, quod pro filio ſoluit. Ita expreſſim tradit Nicolaus Boerius *in dec. ſ. 221. nu. 11.* allegans Bart. & Doct. *in l. cum filiusfamilias. ff. de verb. obligat.* & Phil. Corneum *in conſ. 352. lit. M.* (fortaſſis eſt conſil. 214. *lib* 2. vbi Corneus *num.* 2. tradit, quod fideiuſſor non habeat regreſſum contra principalem, ſi principalis non potuit obligari ex contractu, vt quia monachus, vel filiusfamilias, vel ſeruus,) aſſeritque Boerius, illud ipſum in iure cautum non reperiri,

26 Quartus † caſus eſt, ſi mulier agat contra correum vel fideiuſſorem obligatum ad reſtitutionē dotis, tunc enim exceptionem cedendarum actionum, fauore dotis, non obſtare, auctor eſt Soci. *in d. conſ.* 200. *incip. Quoniam ex forma ſtatuti vol. 2. per l. iubemus. C. ad Velle.* quam ſequitur Antōn. Neguzant. *in tract. de pignorib. part. 5. princip. memb. 3. part. 1. num. 31. & ſequentibus.* Quod ego tamen in illis ſolummodo caſibus admiſerim, in quibus fideiuſſorem pro dote reſtituenda interuenire poſſe, ſupra *cap. 6.* eſt expoſitum.

27 Quintus † caſus eſt, quando primus fideiuſſor ſe non obligauit contēplatione ſecundi fideiuſſoris, hoc caſu, ſi creditor liberauit ſecundum fideiuſſorem, primo fideiuſſore non ſoluente, non obſtabit creditori exceptio cedendarum actionum. Bart. *in l. ſi ſtipulatus eſſes. § ſi verſ. primo caſu. ff de fideiuſſ.* Neguz. *de pign. in 3. memb. 5. part. prin. num. 36. verſ. 5. fauit.* Vinc. de Franchis *deciſ. 55. num. 10. & 14.*

Sed his ita definitis, neceſſario diſpiciendum eſt;
28 Vtrum † ea ceſſio, quæ confideiuſſores concernit, in ſolidum, an verò pro parte fieri debeat? In qua quæſtione duo veniunt conſideranda. Primum horum eſt? An eius etiam partis nomine, quæ ipſum ſoluentem contingit, actio ſit cedenda fideiuſſori, ita vt eandem à confideiuſſoribus repetere poſſit, an verò ceſſio tantum quoad ratas ſiue partes reliquorum fieri debeat? Exemplo res clarior fiet. Pone, tres ſunt fideiuſſores, Titius, Sempronius, conuentus in ſolidum ſatisfecit creditori, cedenti illi rurſus actiones aduerſus Titium & Mæuium confideiuſſores Quæritur iam, an Sempronius ab vnoquoque eorum 600. fl. repetere poſſit, vel an pro ſua portione 200 florenos deducere, & deinde vel à Mæuio, vel Titio reliquos 400 petere cogatur? Accurſius quidem *in l. ſi plures 38 ff. de adminiſt. tutor.* diſtinctione vtitur, ſed ſimpliciter abſque hæſitatione dicendum eſt, fideiuſſorem, qui ſolidum ſoluit, ſi ab aliis confideiuſſoribus poſteà ſolidum repetat, cogi tamen, vt ſuam ratam prius deducat, & confideiuſſori rurſus ſibi prius ceſſam actionem cedat. Illud
29 † enim hoc caſu tantummodo ſolidum eſt, quod vl-

tra

Digitized by Google

tra ſuam portionem adhuc ſoluendum reſtat: Et præterea pro regula traditum eſt, eius, quod quis, proprium debitum agnoſcendo, ſoluit, actionem aduerſus alium cedendam non eſſe, *d. l. ſi plures.* Bertazolius *in tract. clauſularum inſtrum. clauſ.* 40. *gl.* 4. *numer.* 10. Hart. Piſtor. *part.* 1. *quæſt.* 48. *à num.* 5. *vſque ad numer.* 11. Francus *d. c.* 5. *num.* 490. & 498. Vincent. de Anna *deciſ.* 55. Vinc. Caroc. *deciſ.* 87. (vbi *num.* 6. ex Ronchegallo, communiter receptam dicit) Ioan. Koppen. *d. q.* 51. *num.* 8. 9. & 10. qui ſatis luculenter oſtendunt, hoc quoque caſu nihil referre, vtrum beneficio diui-
30 ſionis ſit renuntiatum, necne. Quod adhuc † euidentius lectori demonſtrabit infraſcripta ſententia, 20. *Iunij*, *Ann.* 1604. in cauſa quadam prolata: In cauſa N. qui appellationem dedit contra N. altera pars etiam coram iudice comparuit petendo, quod prouiſum illi ſit, fuit ordinatum quod prima ſententia non fuit rectè pro lata ideò bene appellatum defectus ergò primæ cognitionis ſit reformatus, pars autem cum ſua ſit refecta, &c.

Aliæ ſimiles fuere pro late 25. Iunij anno 1602. alia Martij anni 1603. ad quas referimus lectorem, &c.

31 Alterum † propoſitæ diſquiſitionis membrum eſt, an actio hæc, quatenus eam ſoluenti fideiuſſori contra confideiuſſores; (nam ſi duo tantum, nec plures, ſint fideiuſſores, res in expedito eſt) cedi debere dixi-mus, pro portione confideiuſſores attingente in ſolidũ,
32 an verò pro rata cedi debeat? Et † hoc caſu Bartolus *in l. Modeſtinus numer.* 10. *ff. de ſolutionibus* concludit, ceſſionem in ſolidum fieri debere, propterea, quod creditor tale ius tenetur cedere, quale eſt apud eum, *l. Stychum §. creditor ff. de ſolut. l.* 2. *Cod. de fideiuſ.* Fideiuſſores autem creditori in ſolidum ſunt obligati, *l. inter ff. de fideiuſ.* Ergò, inquit Bartolus, etiam creditor actionem aduerſus confideiuſſores in ſolidum cedere tenetur.

Sed res diſtinctione ſequenti omnino eſt temperan-
33 da. Aut † enim loquimur de ipſa ceſſione actionum, tunc ſanè nihil refert, vtrum beneficio diuiſionis ſit renuntiatum, necne. Nam etſi beneficium illud competit, cum tamen fideiuſſores nihilominus ſtricto iure in ſolidum ſint obligati, adeoque, niſi excipiant, in ſolidum à creditore conueniri queant, *l.* 3. *l. liberum l. ſicut eligendi. C. de fideiuſ.* Conſequens vtique eſt, creditorem actionem prout ſibi competit, in ſolidum cedere debere. *Vincent. Carocius d. deciſ* 87. *num.* 15. *verſic. ſubdit etiam.* Vt proinde diuiſionis beneficium nihil impediat, quo minus ceſſio obligationis, & actionis in ſolidum fiat, quippè cum non ideò minus in ſolidum obligati ſint fideiuſſores, atque adeo beneficium hoc cum obligatione, ac actione ipſa ceſſa, vel ceden-
34 da nihil commune habeat. Aut † verò ſermo eſt de effectu actionis ceſſæ, & de ipſa exactione. Hoc certè caſu, ſi beneficio diuiſionis ſit renuntiatum, confideiuſſor conuentus, à quo per actionem ceſſam ſolidum petitur, fruſtra ſolutionem reſtantis ſolidi recuſat fideiuſſori, qui iam ſolidum ſoluit, & portionem ſiue ratam ſuam detraxit, quia nec creditori petenti recuſare poſſet, vt fuſiſſime demonſtrarunt Coler. *de proceſ. execut. part.* 2. *cap.* 2. *num.* 16. 17. *& ſeqq* ac Petrus Heigius
35 *d. quæſt.* 38. *nu.* 5. Si verò † beneficio diuiſionis renuntiatum non ſit, tum nullam cauſam ſubeſſe video, cur non fideiuſſor, à confideiuſſore in ſolidum conuentus, perinde ſe beneficio diuiſionis tueri poſſit, ac ſi à creditore conueniretur, quod enim ipſis, qui contraxerunt, obſtat, & ſucceſſoribus eorum obſtat, latè Hartman. Piſtor. *d. part.* 1. *quæſt.* 48 *num.* 13. *cum ſeqq.* Valentin. Francus *d. capit.* 5. *numer.* 495. & 496. Ioan. *Antonius Hering ius.*

Koppen. *d. quæſt.* 51. *nu.* 12. 13. 14. & 15. Qui quidem
36 † omnes eleganter quoque adijciunt, Si vnus ex confideiuſſoribus non ſoluendo fiat, iſtius deficientis portionem non ſolum cæteros, ſed & eum, cui ſoluenti actio ceſſa eſt, ſuſtinere debere, quod ſatis probant text. *in l. verum §. ſi cum tres ff. pro ſocio & in l. ſi plures. ff. de adminiſt. tut.* Vincent. Carocius *d. deciſ.* 87. *num.* 2. & *num.* 16. *verſic. ſecundus caſus eſt.*
37 Quod † ſi quis præterea plura de actionum ceſſione legere deſideret, is adeat tractatum Ioannis de Graſſis, & Iacobi de Arena *de ceſſio iur. & action.* & Marc. Mantuam. *lib.* 10. *obſer. obſeruat.* 98.

P A R S IV.

De beneficio exceptionum Realium & Perſonalium.

S V M M A R I A.

1 *Exceptiones reales competentes, etiam fideiuſſori eius vtiliter competunt.*
2 *Exceptiones quare dicantur reales. Et nu.* 4.
3 *Vitia realia ſunt, quæ poſſeſſionibus inhærent.*
5 *Fideiuſſor exceptionibus realibus, etiam inuito reo, vti poteſt.*
6 *Fideiuſſoris intereſſe debet, vt exceptiones reales, etiam inuito reo, obijciat.*
7 *Debitor contraria pactione non poteſt fideiuſſori facultatem præripere exceptionibus realibus vtendi.*
8 *Debitor reſpectu ſui fideiuſſoris eſt ſicut filius reſpectu patris, & ſeruus reſpectu Domini.*
9 *Beneficium aliquod quando mihi competit ex perſona alicuius, atque aliquis eo inceperit vti, non poteſt recedere ab eo, & pœnitere in meum præiudicium.*
10 *Regula, de iure tertij, quod excipere non liceat, aliquando non obtinet.*
11 *Venditoris fideiuſſori appellare eſt permiſſum, etiamſi emptor, & venditor ſententia acquieſcant.*
12 *Fideiuſſor etiam non rogatus fidem ſuam interponens habet exceptionem realem reo competentem.*
13 *Fideiuſſor exceptione reali ſe defendere poteſt, quamuis ipſe debitor principalis ea vti nequeat. Quod declara-ra, vt num.* 14.
15 *Fideiuſſor exceptionibus rei cohærentibus inniti poteſt, etiamſi omni legum auxilio renuntiauerit.*
16 *Exceptio* Rei iudicatæ *fideiuſſori neutiquam deneganda. Quod pulchrè exornatur. num.* 17. 18.
19 *Sententia declaratoria ſuper excuſſione facta contra debitorem omnino neceſſaria eſt, priuſquam ad fideiuſſores peruenire queat. Quod ampliatur. num.* 20. *Reprehenſo Baldo, num.* 21.
22 *Acta, & ſententia contra principalem lata, aduerſus fideiuſſorem, quoad plenum præiudicium fidem non faciũt.*
23 *Fideiuſſor de iudicato ſoluendo non poteſt condemnari, vbi ipſe reus principalis condemnari non poſſet.*
24 *Sententia abſolutoria lata pro reo principali, non tenetur fideiuſſor de iudicatum ſoluendo.*
25 *Iuramento in litem ſi aduerſus principalem in vita ipſius non fuerit locus, non licet etiam contra eius fideiuſſores in litem iurare.*
26 *Exceptio* Doli mali *fideiuſſori quoque competit.*
27 *Dolo venditoris ſi reus ſe circumſcriptum eſſe docere queat, fideiuſſor quoque ex remedio l.* 2. *C. de reſcin. vend. iuuari debet.*
28 *Minor ſi dolo aduerſarij ſit deceptus, conſulitur tam fideiuſſori, quam minori, per exceptionem doli mali.*
29 *Exceptio* Iuſiurandi *fideiuſſori quoque proficit.*
30 *Exceptio* Quod metus cauſa *fideiuſſori dari debet.*

31 *Exceptionem facte cum Reo* Tranſactionis *fideiuſſor quoque habet.*

32 *Exceptio* Pacti de non potendo *fideiuſſori competit. Sed declara, vt num.* 35.

33 *Pactum, amplius non peti, à reo ſi ſit factum, atque is poſtea faciat pactum contrarium, non nocet hoc poſtremum pactum fideiuſſori, cui prius prodeſſe cœpit. Quod limita, vt num.* 34.

36 *Exceptio* Compenſationis, *fideiuſſori denegari nequit. Quod prolixe oſtenditur. numer.* 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43.

44 *Exceptio* Præſcriptionis *fideiuſſori commoda eſt.*

45 *Præſcriptio obligationem conſumit, & ſolutioni æquiparatur. Quod intellige, vt num.* 46. *&* 47.

48 *Exceptioni* non numeratæ pecuniæ *fideiuſſor tuto innititur. Et num.* 49. 50. 51. 52.

53 *Exceptio* Contractus vſurarij *fideiuſſori competit.*

54 *Horatius Carpanus part.* 2. *cap.* 189. *num.* 17. *reprehenditur.*

55 *Fideiuſſor vſurarij vltra vires hæreditarias non tenetur.*

56 *Exceptiones mixtæ, quales ſunt exceptio* Velleiani & Macedioniani *Senatuſconſulti, fideiuſſori dantur.*

57 *Exceptiones*, Libertatis onerandæ cauſa obligationis ſine cauſa, & incommodicæ donationis; *quatenus fideiuſſori, competant remiſſiue.*

58 *Beneficium ex l. tempus* 29. *ff. de re iudic. fideiuſſori quoque datur.*

59 *Leges multæ, vt & Canones nonnulli in Camera Imperiali non obſeruantur. Et num.* 60. 61. 62.

36 *Fideiuſſor eiuſque hæres ad eandem rationem vſurarum reuocantur, ad quam, & tutor reuocatur. Et nu.* 64.

95 *Exceptio.* Reſolutę per contrarium conſenſum venditionis *fideiuſſoris in commodum cedit.*

66 *Exceptio ex l. ſed etſi* 4. §. *item quæritur. ff. ſi quis cautionib. fideiuſſori competit.*

67 *Fideiuſſor eodem modo ſe per exceptionem abſentiæ Reipublicæ cauſa ſuis principalis tueri poteſt, ac ipſe principalis.*

68 *Abſtentione hæreditatis à pupillo facta, etiam fideiuſſoribus ab eo datis ſuccurritur.*

69 *Dilatio conceſſa debitori per maiorem partem creditorum etiam fideiuſſori prodeſt. Ætiologia ponitur. num.* 70.

71 *Dilatio facta ſuper principali videtur etiam fieri ſuper acceſſorib.*

72 *Gabella non ſoluta excuſatio æque datur fideiuſſori, ac principali.*

73 *Debitoris defuncti parentes, proximi cognati, & fideiuſſores ante nonum diem poſt ſepulturam nequaquam conueniri poſſunt.*

74 *Fideiuſſor euictionis habet electionem vel reſtituendi rem euictam, vel intereſſe ſoluendi.*

75 *Perſonalium exceptionum reſpectu diſpiciendum tam reo, quam fideiuſſori; ne quid egrediamur.*

76 Exceptio mere perſonalis, *ſeu perſonæ medullitus cohærens, ad fideiuſſorem nequaquam porrigitur.*

77 *l. vbicunque* 61. *ff. de fideiuſ. de perſonalibus tantum exceptionibus eſt accipienda.*

77 *Priuilegia perſonalia perſonas ſuas non egrediuntur.*

79 *Exceptio* Fori declaratoria *reo principali clerico competens, non competit eius fideiuſſori laico.*

80 *Beneficium* Competentiæ *fideiuſſori non datur. Quod tamen notabiliter declaratur. num.* 81. 82. *&* 83.

84 *Principalis debitor fideiuſſores conuentos defendere, & ob id, quod eius interſit, exceptiones quoque eis opponere poteſt, quæ fideiuſſoribus non communicantur.*

85 *Franciſci Duareni opinio non admittitur.*

86 *Frater aduerſus fratrem beneficio competentiæ ſe tueri fruſtra admittitur. Et num.* 88. *Eaque ſententia eſt veriſſima numer.* 89. 83. *Licet pleriſque aliud placuerit. num.* 90.

87 *Beneficium competentiæ locum habet tantum in ſocietate conuentionali.*

92 *Frater fratrem inopem alere tenetur.*

94 *Actiones famoſæ non dantur aduerſus parentes.*

95 *Frater pro debito ciuili ad inſtantiam fratris non poteſt arreſtari vel incarcerari. Sed contrarium retinet auctor cum Caſpare Bareos Hiſpano.*

96 *Affinitas ſola operatur vt poſſit aliud pro alio ſolui.*

97 *Æquitas non ex cuiuſquam cerebro aut imaginatione, ſed ex arte æqui, & boni naſci debet.*

98 *Fratres parentum hæreditates indiuiſas poſſidentes, ſi ſint ſocij omnium bonorum; poſſunt uti priuilegio competentiæ, non vt fratres, ſed vt ſocij.*

99 *Exceptio* Ceſſionis bonorum *à principali facta fideiuſſori nihil proficit. Quod latius deducitur. numer.* 100. 101. 102.

103 *Fideiuſſor condemnatus vt ſoluat, poteſt bona principalis debitoris vendere, & ſoluere, vt carcerem euitet. Quod ampliatur. num.* 104.

105 *Exceptio* Beneficij inuentarij *fideiuſſori reſpectu ſuæ perſonæ non competit.*

106 *Exceptio* Litis pendentiæ *fideiuſſori nil prodeſt, ex Franciſ. Marco. Sed reuocatur ab auctore in dubium. num.* 107. *& num.* 108.

109 *Lite pendente cum principali, non ſit pœna perſecutio contra fideiuſſorem, ex Bertrando, & Magonio. Sed intelligi debet, vt auctor explicat n.* 110. 111. *&* 112.

113 *Exceptio* Reſtitutionis in integrum *minori ex lubrico ætatis lapſo competens, fideiuſſori non proficit. Et num.* 114.

115 *Fideiuſſori, vti heredi minoris, beneficium reſtitutionis in integrum competit.*

116 *l. minor.* 51. *ff. de procurator. explicatur.*

117 *Fideiuſſor ex ſua propria perſona, ob læſionem, reſtitutionem in integrum petens nequaquam auditur.*

118 *Maritus fideiubens ſine conſenſu vxoris, reſtitui poteſt aduerſus fideiuſſionem ex capite minorennitatis ipſius vxoris.*

119 *Exceptio* Sequeſtri *principali competens, fideiuſſori non conceditur.*

120 *Saluus conductus pro debitore impetratus non prodeſt fideiuſſoribus eius, niſi nominatim exprimatur.*

1 QVARTVM beneficium, quod fideiuſſoribus competere dici poteſt, eſt illud: Quod omnes † exceptiones reales, ſeu Rei & Obligationi cohærentes, quæ reo competant, etiam fideiuſſori eius vtiliter competunt. Hæc concluſio fundata eſt *in l. ſi ſtipulatus* 15. *leg. ex perſona* 32. *ff. de fideiuſſoribus leg. exceptiones.* 7. §. 1. *l. omnes.* 19. *ff. de except. l. defenſiones Cod. eodem.* Valentin. Franeus *de fideiuſſor cap.* 3. *numero* 20. *&* 24. Colerus *de proceſſ. execut. part.* 1. *cap.* 10. *numero.* 338. Ac probat eam, poſt Pariſium, Marſilium, Nattam; Surdus *deciſio* 301. *numero* 12. quibus calculum ſuffragatorium adijciunt, Franciſcus Beccius *in conſilio.* 45. *numero* 45. Gerad. Mazollus *in conſilio decimoquinto. numero* 28. Magonius *deciſ. Florent.* 110. *numero* 3. Neuizan *conſilio* 51. *numero* 27. Maranta *conſil.* 48. *numer.* 7. Ioan. Bernardin. Muſcatell. *in pract. fideiuſſoria part.* 2. *quæſt.* 8. *numero* 1. *&* 2. Anton. Quetta *in conſil.* 54. *numero* 3. Andr. Rauchbar. *in quæſtionibus ſuis part.* 2. *quæſt.* 7. *numer.* 21. Flamin. Chartarius *in deciſio. cauſ. execut.* *Rota Genuenſ. deciſ.* 7. *numer.* 2. Horatius Carpanus *ad ſtatut. Mediolanenſ. part.* 1. *cap.* 189. *num.* 16. Dicuntur autem

2 hæ † exceptiones propterea reales, quia rem ipſam

afficiunt,

Digitized by Google

afficiunt, & ex ipſa re cauſam atque originem trahunt,
3 (non aliter, atque † vitia realiter dicuntur, quæ rebus,
hoc eſt poſſeſſionibus ipſis inhærent, *l. vitium. C. de acquiren. poſſeſ.* *§. furtiua. Inſtit. de vſucap.*) non igitur
mirum, eas etiam fideiuſſori competere, cum is ab
4 † initio rei obligationive, non autem debitoris perſonæ, acceſſerit, atque ideo etiam merito ad rem ipſam ſiue cauſam, non autem ad perſonam reſpiciatur
l. cum vnus in princ. D. de reb. auct. iud. poſſid. facit l. 7. §. pactorum D. de pact. §. exceptiones. Inſtit. de replicationib. Claud. Cantiuncula *in paraphraſi Inſtit. tit. de fideiuſſoribus* Surdus *deciſ.* 301. *num.* 13.
5 Quod quidem adeo verum eſt, vt † fideiuſſor. quo-
6 tieſcunque eius intereſt, (vt † rectè præſupponit. Hieron. Gratus *reſponſo* 28. *num.* 21. *vol.* 1.) etiam inuito
reo principali huiuſmodi exceptiones obijcere poſſit,
d. l. omnes 19. *ff. de excep.* Bertazolius *in tract. clauſ. inſtrum. clauſ.* 41. *gloſ.* 7. *num.* 4. ex Curtio, Socino, Hippolyto, & Matthæo Cunone, Ioan. Zangerus *de except. p.* 3. *c. vlt. num.* 59. Intereſt enim eius, pecuniam
retinere potius, quam ſolutam à reo repetere, *d. l. ſtipulatus* 19. *d. leg. ex perſona* 32. *ff. de fideiuſſor.* 24. *ff. de*
7 *donat.* In tantum, vt ne † quidem intempeſtiua pœnitentia, aut contraria pactione debitor hanc vtilitatem
fideiuſſori auferre, & præripere poſſit, *l. vlt. ff. de pact. l Grauis* *§. pen. ff. de fideiuſ.* Andr. Barbat. *conſ.* 89. *col.*
8 9. *vol.* 3. Eſt † enim debitor, reſpectu ſui fideiuſſoris,
ſicut filius reſpectu patris, vel ſeruus reſpectu domini,
ideoque ſicut illi tenentur prodeſſe; acquirere, & non
nocere: Ita & debitor prodeſſe, acquirere, & non
nocere tenetur. Imola *in c. petuit. extra de loca.* Vinc.
9 Caroc. *deciſ.* 74. *num.* 11. Et quando † ex perſona alicuius de iure communi competit mihi aliquod beneficium, atque ille incœpit eo iam vti, tunc non poteſt
recedere, & pœnitere in præiudicium meum, maximè,
ſi tracto de me defendendo, & de damno vitando. Bart.
& Alberic. *in l. ſi poſt mortem* *§. hi qui ff. de bono. poſſ. cont.*
10 *tab.* Vinc. Carocius *deciſ.* 116. *num.* 7. Et ſic † hoc caſu
quoque non obtinet trita iuris regula: Quod de iure
tertij non liceat excipere, vt obſeruauit Robert. Maran. *in tract. de except. iuris tertij num.* 106.
11 Hinc † etiam fluit, quod fideiuſſori venditoris appellare eſt permiſſum, etiamſi emptor, venditor ſententiæ acquiſcant, *l. à ſententia* 5. *& ibi Bart. & Ang. ff. de appellat.* Caſpar. Caballin. *in tract. de euiction.* *§.* 2. *num.* 22. Portius Imolenſis *conſ.* 172. *num.* 10. & vide Ioan. Vinceot. Honſedæum *conſultat. decimoquinta part.* 1.
12 Neque diſtinguimus † hic, fideiuſſor ne ad inſtantiam, preces debitoris, vel an ſponte, & cogatus fidem ſuam interpoſuerit, vtroque enim caſu exceptionem realem reo competentem habet, *l. ſi mulier.* 16. *§. 1. ff. ad Velleian.* Ludouic. Roman. *in ſing.* 319. *incip.*
13 *Tu ſcis quod exceptiones competentes.* Imo, † fideiuſſor
quoque huiuſmodi exceptione ſe defendere poteſt,
quamuis ipſe debitor principalis ea vti nequeat, ſicut poſt Bal. & Hippol. tradit Valent. Francus *d. cap.*
14 3. *num.* 30. modo ſaltem debitor † ipſe in eodem ſtatu
permaneat, nec forte ob delictum de ſtatu bonorumque parte labatur, nunc enim, volente quidem debitore, exceptio realis fideiuſſori proderit, *d. l. defenſiones* 11. *C. de exceptionibus* 1. *C. de fideiuſ.* Cantiuncula *d. loco* Francus *d. cap.* 3. *num.* 25. *&* 26. iunctis ijs, quæ
ſupra *cap.* 20. *§.* 24. hac de re fuſius dixi.
Hoc amplius, fideiuſſores † exceptionibus rei cohæ-
15 rentibus initiiac vti poſſunt, etiamſi omni legum auxilio renuntiauerint. Cum enim renuntiationes ſint
ſtricti iuris, nec in ijs veniant, niſi quæ ſunt expreſſa,
talem renuntiationem accipere oportet de ijs benefi-

Anton. Heringius.

cijs, quæ fideiuſſoribus renuntiationibus immediate
non mediate per perſonam alterius ex legum diſpoſitione, vel etiam contractu competunt. Ludolph. Schraderus *in comment. ad Inſtit. de fideiuſ. in* 1. *beneficio fideiuſſionis.* Ioan. Zangerus in *tract. de except. part.* 3. *cap. vlt. num.* 61. *&* 62.

Sed vt tota hæc tractatio adhuc clarior fiat, operæ pretium fore exiſtimo, ſi reales quaſdam exceptiones ſubijciam, & oſtendam, quatenus eædem reo competentes etiam eius fideiuſſori dentur. Etſi enim illud ipſum ſatis fideliter iam ante præſtitit Valentin. Francus *d. cap.* 3. *à num.* 20. *vſque ad num.* 83. ne tamen omnino manca ſit hæc commentatio, paucis ſaltem ſummarum capita rurſus attingam, ſed ita nihilominus, prioribus, iſtar τῶ ἐπιμέτρου aliquid acceſſiſſe, lector facile animaduertere poſſit, Interim tamen exceptiones reales Solutionis, Nouationis, Delegationis, Obligationis ſolennis, Acceptilationis, Confuſionis, &c. hîc denuo non inculco, ne beneuolo lectori apposita Crambe bis cocta nauſeam cieam.

16 Primum igitur exemplum ſuppeditat † exceptio
REI IVDICATÆ, quæ realis eſt, hoc eſt, rem ipſam
afficiens, atque ideo quoque fideiuſſori non denegauda, *l. exceptiones* 7. *§. rei ff. de except.* Cum enim
res contra debitorem iudicata etiam eius fideiuſſorem
grauet, eumque ad ſolutionem, ſi exceptiones legitimæ deficiant, compellat, *l. à ſententia ff. de appellat.*
conſequens ſit, vt & ſententia pro reo lata ipſi viciſſim proſit, & commodet, ſiquidem ipſius non minus
intereſt quam rei æquumque ſit, & quem ſequuntur
onera, eum etiam ſequantur commoda. Bart. *in l. fin. ff. de pactis.* Alberic. de Roſate *in* 2. *part. ſtatut. quæſt.* 146. Franciſ. Marcus *quæſt.* 518. *part.* 1. Idque non
17 † tantum obtinet in ſententia arbitri, qui ab aliquo
peti vetuit, petatur, committitur certè pœna, quia
τὸ ὅμοιον hoc eſt, poteſtate à reo non petunt, quem
fideiuſſor actione mandati rurſus eſt conuenturus, atque ideo fideiuſſori omnino danda exceptio: *Si aduerſus ſententiam arbitri non petatur leg. aduerſus* 29. *de recept.*
18 Adijcio vlterius, Quod ſi fuerit † electus Syndicus
ad reuidendum adminiſtrationes officialium, eorumque aliquis dederit fideiuſſorem de fideliter adminiſtrando inuentoſque fuerit legalis, & irreprehenſiblis,
atque ex hoc abſolutus, iſta exceptio quoque competat eius fideiuſſori, adeo, vt ſi poſtea fiat nouum
ſtatutum, vt ſcilicet de nouo reuideantur geſta officialium, & ille, qui fideiuſſorem dederat, inique prima
rationum redditione fuit abſolutus, ex cauſa autem de
nouo deducta condemnetur, quod fideiuſſor amplius non teneatur, ſed ſe per exceptionem rei iudicatæ tueri queat. Bartolus *in leg. fin.* dicens, ita Bononiæ eſſe DECISVM. *ff. pactis.* Sequitur Sebaſt. Medices *de reg. iuris regula* 4. *lit. F. num.* 40. Vincent. Carocius *deciſ.* 74 *num.* 4. Quod in praxi bene eſt
notandum, quando Principum ac Comitum Quæſtores ſemel rationes, & reliqua reddiderunt, & deſuper perfectè, & plenè per Quittantias (vt vocant)
ſunt liberati.

Sed & hoc obſeruatione non eſt indignum, quod
19 † ſententia declaratoria ſuper excuſſione facta contra debitorem omnino neceſſaria ſit, priuſquam ad
fideiuſſores perueniri queat, & quod in actis poſita
nuntij relatio debitorem non eſſe ſoluendo, ad id non
ſufficiat. Lud. Rom. *conſ.* 211. *num.* 4. vbi Horat. Mandoſius *in addit.* plures idem tenentes allegat, ex Signorolo Angelo, Aretino, Alex. Iaſone, Decio, Neguzantio,
& Pariſio *in conſ.* 50. *num.* 54. *lib.* 1 communem dicens,

Digitized by Google

Quam ſententiã etiam vltra Hippol. *in Rub. de fideiuſſ.*
num 22. probat Eman. Soarez. *in theſauro commu. opin.*
lit. F. num. 165. ſimiliter ibi communem eam pronun-
20 tians. Lata † autem tali ſententia declaratoria inter
creditorem, & debitorem, probat vtique ea etiam in
præiudicium fideiuſſorum, vt voluit Balbus *in l. ſi apud*
21 *quem. C. de edendo.* reprehenſus † propterea à Iaſone
ibidem. num. 25. quem ſequitur Maſcard. *de probat. con-*
cluſ. 707. cum quo concordat Natta *in conſil.* 345. *num.*
2. *lib.* 2. generaliter poſt Baldum *in l.* 2. *colum. penult. C.*
de edendo. & Alex. *in l. ſæpe col.* 6. *ff. de re iudicat.* aſſe-
22 rens; Acta † & ſententiam latam contra principalem,
aduerſus fideiuſſorem, quoad plenum præiudicium,
fidem non facere.

23 Sanè, ſicut † fideiuſſor de iudicato ſoluendo non
poteſt condemnari, vbi ipſe reus principalis condem-
nari non poſſet *l. vir bonus ff. iudicatum ſolui.* Aymo
24 Crauetta *conſ.* 287. *nu.* 1. *vol.* 2. Ita etiam † lata ſenten-
tia abſolutoria pro reo principali, non tenetur fide-
iuſſor de iudicatum ſoluendo, *l. penult. & ibi Ang. ff.*
iudic. ſol. Socin. iunior. *conſ.* 91. *in prin. lib.* 4. Crauetta
d. conſ. 387. *num.* 1. in quo conſilio etiam luculenter
25 oſtendit; Quod † ſi aduerſus principalem in vita ipſius
non fuerit locus iuramento in litem, non liceat etiam
contra eius fideiuſſores in litem iurare: probat idi-
pſum Marcus Anton. Natta *in conſilio.* 202. Quod no-
tari debet.

26 Secundum exemplum ſubminiſtrat † exceptio DO-
LI MALI, quando nimirum reus dolo alterius eſt
circumuentus, tunc enim non in perſonam, ſed in rem
eſt ſcripta, ideoque etiam fideiuſſori competit, *d. l.* 7.
§. 1. *ff. de excep. l. teſtamento* 49. *in pr. ff. de fideiuſſ.* accu-
ratè Francus *d. cap.* 3. *num* 34. *& ſeqq.* Vnde manat,
27 quod ſi reus de dolo † venditoris ſe circumſcriptum
læſumque docere queat, abſque dubio etiam fideiuſ-
ſor ex remedio *l.* 2. *C. de reſcind. vendit.* iuuari debeat,
vtcunque ſe euictionis nomine obligauerit, aut nul-
lam moleſtiam illatum iri alicuius rei nomine ſub pœ-
na promiſerit. Alexan. *in l.* 1. *C. de fideiuſſ. minor.* Arius
Pinellus *in l.* 2. *part.* 2. *cap.* 3. *numer.* 43. *&* 44. *C. de reſcind.*
vendit. Caſpar Caballinus *in tract. de euiction.* §. 2. *num.*
20. Eman. Soarez. *in theſ. com. opin. lit. F. num.* 174. *&*
28 175. Quod ſi † minor, non ſua facilitate ſeu lubrico
ætatis læſus (tunc enim aliud dicendum, vt oſtendo
inferius *num.* 113.) ſed dolo aduerſarij ſit deceptus, &
circumuentus, conſulitur vtrique, tam fideiuſſori,
quam minori, per exceptionem doli mali, *d. l.* 7. §. 1.
verb. aut prominare ff. de except. l. 2. *C. de fideiuſſ. minor.*
Idque in odium decipientis, cui iura non ſubueniunt,
l. 2. *ff ad SC. Vellean. l. tranſactio. ff. de tranſact.* Duen-
nas *regula* 318. Weſenbec. *in paratit. C. de fideiuſſ. minor.*
Petrus Follerius *in addit. ad Marantam tit. de appellat.*
poſt num. 81. Qua de re plenius tractantes vide Io. Mau-
ritium *de in integr. reſtit. cap.* 14. Myſing. *cent.* 4. *obſ.* 18.
& Francum *d. c.* 3. *num.* 71.

29 Tertia exceptio realis eſt exceptio † præſtiti à reo
IVRISIVRANDI. Illa namque fideiuſſori non minus
quoque proficit, quam ſolutio, acceptilatio, cuius (*vt*
ſupra c. 20. §. 2. *n.* 2. *& ſeqq. probaui.*) vim obtinet iu-
ramentum, *d. l. exceptiones* 7 §. 1. *D. de except.* Francus *d.*
c. 3 *n.* 47. Cæterum illud ipſum neceſſario ita eſt exau-
diendum, *quemadmodum iam ante d. cap.* 20. §. 2. *docui.*

30 Quarta exceptio realis eſt † exceptio QVOD ME-
TVS CAVSA, ea namque in rem eſt ſcripta, ideoque
fideiuſſori quoque danda, *d. l. exceptiones.* 7. §. 1. *D. de ex-*
cep. Sebaſt. Medices *in tract. de caſibus fortuitis part.* 2.
quæſt. 7. *numer.* 35. Francus *d. cap.* 3. *num.* 45. Cantiun-
cola *d. loco.* iunctis iis, quæ ſupra *c.* 20. §. 17. in me-
dium ſunt allata.

31 Quinta exceptio realis eſt † exceptio factæ cum reo
TRANSACTIONIS, *l. & poſt rem D. de tranſact.* Nam
tranſactio æque obligationem perimit, atque res iu-
dicata, *vt oſtendi dicto capit.* 20. §. 7. quare etiam fide-
iuſſori talis exceptio non eſt deneganda.

32 Sexta exceptio realis eſt † exceptio PACTI DE
NON PETENDO, quæ ſimiliter fideiuſſori competit,
d. l. exceptiones §. 1. *D. de excep. & eſt textus elegans*
in § exceptiones Inſtit. de replicat. Philip. Cornucus *conſil.*
103. *num.* 1. *volum.* 3. Francus *d. cap.* 3. *num.* 50. *&* 51.
33 Idque adeo † verum eſt, vt ſi reus pactus ſit, à ſe non
peti pecuniam, & nihilominus faciat pactum contra-
rium, non noceat hoc poſtremum pactum fideiuſſori,
cui prius prodeſſe cœpit, *l. fin. & ibi Iaſon ac Io. Peruſ.*
de Monte Sperello D. de pactis Roman. *conſil.* 24. *ad fi-*
nem Bartholom. Socin. *conſil.* 91. *incip. Concludo num.*
7. *vol.* 2. Crauetta *conſ.* 106. *incip. Honoratus ad finem*
Franciſ. Becius *conſ.* 45. *num.* 47. *&* 48. Hieron. Mago-
nius *deciſ. Florent.* 110. *num.* 5. Anguiola *conſil.* 22. *in ma-*
teria contractuum. num. 2. Ratio eſt, quod fideiuſſor ſe-
mel liber factus ſine nouo conſenſu obligari non po-
teſt *argumento l. obligamur D. de obligationib. & actionib.*
Si enim obligaretur fideiuſſor poſteriori pacto, ab eo
inuito pecunia exigi poſſet, quam fideiuſſorio nomi-
ne deberet, *l. debitor. D. de fideiuſſorib.* Quod fieret ſi-
ne eius facto, *contra l. id quod noſtrum D. de regulis iu-*
ris. Anton. Corduba de Lara *in repetit. l. ſi quis à libe-*
ris. § ſi item reſcriptum num. 26. *&* 53. *D. de liber agnoſc.*
Anton. Pichardo de Vinuesa *in tit. Inſtit. de duob. reis*
34 *§. ex huiuſmodi. n.* 16. *&* 17. Limitatur † tamen prædi-
cta concluſio à Socino *in d. conſil.* 91. *num.* 8. 9. *&* 10.
Ioannes Petro Ancharano Regienſi *in quæſt.* 15 *num.* 9.
lib. 2. vt ſolummodo procedat in fideiuſſore contra-
ctus, non etiam in fideiuſſore iudicatum ſolui, vt
apud illos videre licet.

Sic & illud *nu.* 32. poſitum axioma ſingulariter limi-
tat Matheſilan. *in ſingul.* 105. *incip. Nota caſum pul-*
35 *chrum.* vt † non procedat, ſi maior pars creditorum
fecerit pactum de non petendo hæredi futuro debito-
ris, tunc enim tale pactum præiudicat paucioribus
creditoribus, in quantum agere volunt aduerſus
fideiuſſorem, hoc enim caſu pactum eſt perſonale, &
fideiuſſorem non concernit, *l. niſi hæc actum. D. de*
pactis.

36 Septimum exemplum conſtituo in † exceptione
COMPENSATIONIS, nam & hæc, quoties ipſi reo
competit, toties etiam eius fideiuſſori eſt danda, *l. ve-*
rum D. de compenſat. Dyn. in § *in bonæ fidei num.* 12. *Inſtit.*
de action. Ronchegall. *in l. ſi duo rei num.* 4. 8. *&* 9. *D.*
de duob. reis. Parif. *conſ.* 121. *num.* 5. *vol.* 2. Menoc. *conſ.*
37 120. *nu.* 5. *lib.* 2. Etiam † principali inuito. Sebaſt. Me-
38 dices *in tract. de compenſat. part.* 2 *q.* 4. *nu.* 5. Ac † licet
Bartolus *in* l. *amplius* 15. *nu.* 9. *D. rem. rat. hab.* aſtruit,
opponentem compenſationem propriè non dici exci-
pere, alij etiam velut medium quoddam eſſe exiſtimant
inter exceptionem, & petitionem. Sebaſt. Medices *de*
compenſat. part. 2. *q.* 19. *num.* 1. per Bald. & Dd. *in l. Iulia-*
39 *nus* 60. *D. de condict. indeb.* Ego † tamen exiſtimo com-
penſationem potius ad claſſem exceptionum, quam re-
conuentionum pertinere, non ſolum, quia obijcitur
petitioni, vt eam excludat, *iuxta l.* 2 *D. de excep.* Ve-
rum etiam, quia reconuentio non eſt, cum eo modo
non proponatur. Atque ideò etiam libri *feudor.* *lib.*
7. *tit.* 10. *in Schol. cap.* 25. compenſationem exceptio-
nem vocant, quod diſertè probat Conſtit. Electur.
Saxon. 8. *part.* 1.

40 Intantum † autem exceptio compenſationis rei
adhæret, vt, quamuis principalis excommunicatus, vel
bannitus fuerit, nihilominus tamen fideiuſſor exce-
ptionem

ptionem compenſationis debiti compenſabilis obijce-
re poſſit ſecundum Hippol. *in Rubric. de fideiuſ. numer.*
271. & Albet. de Roſate *in 2. part. ſtatut. q. 92.* Quam
deciſionem veram eſſe dicit Nullus de S. Gemin. *in
tract. bannit. part. 1. ſecund. temp. verſ. iuxta prædicta quæ-
ritur. num. 177. in fin.* quibus addo Andr. Gail. *lib. 2. de
pac. publ. capit. 12. num. 15. & ſeqq.* & tactum eſt ſupra
41 *cap. 20. §. 6. num. 5. & ſeqq.* Non † enim delictum prin-
cipalis fideiuſſori nocere debet, *l. vltim. ff. de pact.* Se-
baſt. Medices *de compenſat. p. 2. q. 4. num. 2. & 7.* Quia
nec prodeſt ad liberationem conſequendam, *l. 1. l. ſen-
tentia C. de fideiuſſ. & dixi ſupra cap. 20. §. 14. nu. 42. &*
42 *ſeqq.* Nec intereſt an talis † exceptio compenſationis
orta ſit ante fideiuſſionem, ſiue poſt adhuc enim fide-
iuſſori eſt danda. Bald. & Doctor. *in l. 4. ff. de compen-
ſat.* Pariſ. *d. conſil. 121. num. 7. 8. 9. 10. 11. 12. & 13.* Se-
baſt. Medices *d. p. 2. q. 31. num. 47. in 52. notabilit.* pul-
chrè Ioan. Zangerus *in tract. de except. p. 3. c. 6. num. 11.*
43 *& 12.* vbi † etiam *numer. 14.* rectè reprehendit Seba-
ſtianum Medices, ſentientem, tum demum fideiuſſo-
rem compenſationis exceptione rectè vti, quando de-
bitor principalis ſoluendo non eſt, ſecus eſſe, ſi ſit ſol-
uendo.

44 Octaua exceptio realis eſt † exceptio PRÆSCRI-
PTIONIS, quæ, & ipſa fideiuſſori eſt commodo, cum
rei non perſonæ cohæreat, quod ſatis ex eo paret, quod
45 † obligationem concernit, & ſolutioni æquiparatur.
Francus *d. c. 3. numer. 31.* Weſenbec. *in paratit. ff. de vſu
cap. num. 14. & in conſi. 14. num. 84. verb. quamobrem.*
Pro quo facit *l. ſi pupillus 45. ff. de adminiſt. tut.* non ve-
ro *leg. pupilli ff. de ſolut.* perperam ad id à præceptore
Weſenbecio *prædicto loco*, allegata. Et quanquam
46 † hic articulus controuerti poteſt, vt patet ex Franc.
Baldo *de præſcrip. 2. part. princ. c. q. 2. num. 13. & 14.* Io-
ſeph. Ludouico *deciſ. Lucenſi. 31. num. 23.* Poſt Bald.
in l. tamen mandati. C. de non num. pecun. tamen ante-
dictæ concluſioni ipſa veritas aſſiſtit, non obſtante,
47 quod † Doctores adhuc digladiantur, num præſcri-
ptio tollat naturalem obligationem, quod voluit Bal-
bus *de præſcript. part. 2. 3. part. princip. quæſt. 10. concluſ.*
38. vel, an ciuilem tollat, & naturalem tantum inef-
ficacem reddat, vt ſenſit Alciat. *in Rubr. de præſcript. n.*
44. Eman. Soarez *in theſauro com. opin. in l. 1. P. num.*
208. & 208. Si enim eſt inefficax, quomodo fideiuſſo-
ri, præſcriptionem obijcienti, efficaciter obſtare po-
terit? Francus *d. c. 3. num. 33.*

48 Nona exceptio realis eſt, exceptio † NON NV-
MERATÆ PECVNIÆ. Etſi namque interdum, &
per modum actionis, querelæ, vel condictionis pro-
ponitur, implorato iudicis officio, *l. 5. Cod. de non
num. pecun. l. 3. C. de poſtul. Felin. in c. ſi cautio, extra de fid.*
49 *inſtrum.* Vnde etiam † exceptio anomala appellatur
ab Angelo Aretino *in §. idem iuris num. 10. 59. & 60.
Inſtit. de excep.* Tamen propriè eſt exceptio, cum actio-
ni ex ſcriptura, ſub ſpe futuræ numerationis facta, pro-
poſitæ opponatur, *Ang. in d. §. idem iuris n. 1. & 10.* Et
quidem in rem, non in perſonam, quia ſi eſſet in perſo-
nam, eam non egrederetur, cuius contrarium tamen
eſt verum Angel. *in d. §. idem iuris num. 13. in fin.* Bartol.
Bald. & Salyc. *in l. cum mandatori. C. de non num. pec.*
Atque ideo fideiuſſori quoque competit *d. l. tam. man-*
50 *datori* Ange. *de §. idem iuris num. 13.* vſque adeo, vt &
† contradicente, vel pecuniam ſibi numeratam eſſe
confitente debitore fideiuſſor ſe hac tueri poſſit; *l. ſi
cui. 15. ibi gl. Bar. Bald. & Dd. C. de non num. pecu.* Va-
lent. Franc. *d. c. 3. num. 74.* cum hac in parte debitoris,
præſertim obærati, voluntas non conſideretur, ſi ne-
cem ac ſimilium, *Bald. in d. l. tam mandatori num. 18.
C. de non num. pecun.*

Antonius Heringius.

51 Nec † obſtat. *l. fruſtra 6. C. de non num. pec.* quia non
loquitur de acceſſoriè obligatis pro debitore, ſed iis,
qui ſponte obligationem geminant, quibus non æquè
ſuccurritur, *l. aduerſus 5. l. generaliter 13. & ibi Caſtren.
ac Petr. de bella pertica C. eod. tit.* Anton Gomez. *var. re-*
52 *ſol. tom. 2. c. 6. num. 8.* Non † obſtat quoque glo. *in d.
l. tam mandatori.* Ibi enim inceperit fideiuſſori com-
petere exceptio non numeratæ pecuniæ: verumquia
ex poſt facto ſequitur numeratio pecuniæ, ideo recon-
naleſcit obligatio in præiudicium fideiuſſoris. Vincent.
Carocius *deciſ. 74. num. 15.*

53 Decima exceptio realis eſt † exceptio CONTRA-
CTVS VSVRARII, nam & hæc ipſam obligationem
afficit: atque ideo etiam fideiuſſori concedenda, ta-
metſi reus principalis contradicat, contractumque
iuſto modo celebratum eſſe affirmet, vt pulchrè dedu-
cit Valent. Francus *d. cap. 3. numer. 79. cum ſeqq.* Et
54 proinde non † admittendam eſſe cenſeo traditionem
Horatij Carpani *ad ſtatut. Mediolan p. 2. c. 189. num. 17.*
volentis, quod fideiuſſor non poſſit vti exceptione
vſurarum, quæ competit reo principali, eſt enim iuri
minus conſentanea. Cui vtique & hoc apte adijcitur
55 quod † fideiuſſorem vſurarij nullo modo vltra vires
hæreditarias teneri, ſcriptum reliquit Lauren. de Ro-
dulphis *in cap. conſuluit. quæſt. 75. extr. de vſuris per text.
in cap. quamquam de vſur. in 6.* Poſt Lapum, Ioan. Cal-
derinum, & Paul. de Leazaro *ibi allegatos*, de quo
etiam vide Specul. *in titu. de fideiuſſ. §. 1. verſic. ſed num-
quid in duriorem.* & ibi Ioan. Andr. *in addit. §. 1. verſic.
illud ſuper verb. conſtitutum.*

Vndecimum exemplum præbent exceptiones mixtæ,
56 quales † ſunt exceptio Senatuſconſ. Velleiani, exce-
ptioque Senatuſc. Macedoniani, quum in his non ſo-
lum perſonæ, ſed etiam læſionis habeatur ratio, quæ
per conſequentias (*vt ait l. fideiuſſor. 19. ff. de dolo*)
æquè fideiuſſorem, ac reum principalem contingit,
vnde illius quoque meritò habetur ratio *d. l. exceptio-
nes 7. §. 1. ff. de except. l. 6. l. ſi mulier. 16. §. 1. ff. ad Vel-
leian. mulieram. C. eodem. tit. l. ſed ſi 9. §. non ſolum ff. de
SC. Macedon. l. ſi aliut ff. quares pign. oblig. poſſ.* Fran-
cus, *d. cap. 3. à num. 53. vſque ad num. 63.* Ioan. God-
deus *de contrah. ſtipul. cap. 9. concluſ. 5. num. 85.* Vincent.
Carocius *deciſ. 74 num. 2.* Ioan. Zangerus *in tracta. de
except. part. 3. cap. 10. num 9. & cap. vlt. num. 68.* Nec
obſtat, quod priuilegium Senatuſconſ. Velleiani per-
ſonale dicitur *in l. 1. & 2. ff. ad Velleian.* quale cum per-
ſona extingui, nec tranſitorium eſſe ſolet, *l. quia tale
13. ff. ſolut. matrim. l. in omnibus ff. de regulis iuris l. 1. §.
1. & 2. ff. de iure immun.* prohibitio enim Senatuſcon-
ſulti dirigitur in rem etiamſi mulieris gratia facta, *d. l.
l. ſi mulier. 16. in verb. quia totam obligationem Senatus
improbat ff. ad Velleian.* Francus *d. cap. 3. num. 55.* Re igi-
tur ſine cauſa permanente, beneficium non deficit, *d. l.
in omnibus 68. & l. priuilegia 196. ff de regulis iuris.*

Duodecimum exemplum ſubminiſtrant exceptio-
57 nes † ſequentes, puta. LIBERTATIS ONERANDÆ
CAVSA, OBLIGATIONIS SINE CAVSA, & IM-
MODICÆ DONATIONIS *iuxta d. l. exceptiones 7. §. 1.
D. d. except. l. fideiuſſor. 24. D. de donat.* Sed quia hoc
ſatis luculenter explicant Francus *d. c. 3. num. 44. 72.
& 76.* nolo actum agere.

58 Decimumtertium exemplum † præbet Modeſtin. *in
tempus 29. D. de re iud.* Cum enim ibi ſtatuatur, quod
tempus iudicati ſit priuilegium, cauſæ magis, quam
perſonæ datum, nil mirum eſt, quod illud ipſum be-
neficium non tantum ipſi condemnato, ſed etiam om-
nibus, qui in eius locum ſuccedunt, competat, *d. l.
tempus cuncta d. l. in omnib. & d. l. priuileg.* Atque ideo non
immeritò Iuſtinianus Imperator *in l. vlt. §. vltim. Cod.*

de uſuris rei iudicatæ. ſancivit: quod tempus quadri-
meſtre iudicatis, hoc eſt condemnatis datum; intra
quod ſoluant, etiam ad fideiuſſores eorum extendi de-
beat, quod etiam probat Muſcat. *de probat. concl.* 1020
num. 8. Licet olim ſecus eſſet, *iuxta l.* 1. *ff. iudic. ſolui. l.*
debitoribus 31. *ff. de re iud.*

Citeaquæ vtique commodiſſimè, quoad praxin,
59 notandum venit, quod † ſicut multæ leges, & Cano-
nes in Camera Imperiali non obſeruantur, *vt capit.*
fraternitas cap. veniens extra de teſtibus cap. cum non cre-
dimus de ordin. cognit. l. properandum Cod. de iudic. tot.
tit. Cod. ne liceat in vna eademque cauſa tertio prouocare l.
60 1. *C. de ſentent. & interl. om. iudic.* Ita † etiam non at-
tendatur diſpoſitio, *d. l. debitoribus ff. de re iudic. & d. l.*
vlt. §. vlt. C. de uſur. rei iud. Neque enim condem-
61 natis tempus quatuor menſium conceditur, ſed † illis
in executorialibus tempus arbitrarium, & vt pluri-
mum ſex menſium, à die inſinuationis computandum,
præfigitur. Interim tam illud ipſum quoque tempus
fideiuſſoribus rei condemnati proficere, extra dubi-
62 tationis aleam eſt poſitum. Surrogatum † enim ne-
ceſſario ſapit naturam eius, in cuius locum ſurrogatur
Eberhar. in Topic. loco à vi ſubrogationis.

63 Decimumquartum exemplum † conſtituo *in l.* 3 *ff.*
de fideiuſſ. tutor. Cum enim ſupra *cap.* 24. *num.* 252. &
ſeq. euidentiſſime oſtenderim, de iure nouo tutorem
ad vſuras tantum ſemiſſes obligari, vſurarum vero
obligatio rem ipſam afficiat, ſequitur vtique, & fide-
iuſſorem ac heredam fideiuſſoris ad rationem eandem
vſurarum reuocandos eſſe, ad quam, & tutor reuo-
catur, *d. l.* 3. *ff. de fideiuſſ. tutorum* Si enim fideiuſſor ad
maiorem reuocationem reuocaretur, tunc in plus obli-
garetur, quam debet ipſe principalis, contra *l. Græcs*
64 *§. illud ff. de fideiuſſ.* Haud diſſimili ratione, ſi † cum
fideiuſſoribus tutoris ex ſtipulatione rem ſaluam fore
agatur, eaſdem reputationes, hoc eſt compenſationes
(*vt in tit. C. de reputation.*) habent, quas tutor, *l. ſi*
cum 5. *ff. de fideiuſſ. tut.*

65 Pro decimoquinto exemplo ſe ſiſtit † Exceptio Re-
ſolutæ per contrarium conſenſum ven-
ditionis. Si enim poſt reſolutam obligationem eo
tamen modo, quo fieri oportet, *vt ſupr. cap.* 20. *§.*
11. *oſtendi*) ex empto contra fideiuſſorem agatur, re-
ctè is obijcet hanc exceptionem, cum vtique, libe-
rato reo, ſolutoque contractu, & fideiuſſorem libe-
rari ſit æquum, *l.* 3. *ff. de reſcind. vend. l. Stychum* 95.
§. vlt. ff. de ſolutionib.

66 Decimumſextum exemplum † habetur *in l. ſed etſi*
4. *§. item quæritur ff. ſi quis cautionib.* vbi dicitur, ſi reus
cum iudicio ſiſtendi cauſa ſatisdare non deberet, ſa-
tiſdatò per errorem, non (autem ex conuentione) pro-
miſerit, vel etiam iudicio ſiſtendi cauſa pluris, quam
ſtatutum eſt, per ignorantiam promiſſum fuerit, fide-
iuſſoribus etiam exceptionem dandam eſſe: Nam
hæc quoque exceptio magis cauſæ ſeruit, quam per-
ſonæ.

67 Decimoſeptimò exemplo † viam ſternit ICtus *in l.*
ſi is qui 6. *ff. ſi quis cautionib.* vbi fideiuſſor eodem mo-
do ſe per exceptionem Reipub: cauſa ſui principalis
tueri poteſt, ac ipſe principalis, niſi fortè is, pro quo
fideiuſſum eſt, ſit ſeruus, qui Reipublicæ cauſa abeſſe
non poteſt, *l. ſi quis ſeruum ff. eod. tit.*

Decimumoctauum exemplum ſumitur ex *l. ſi pupil-*
68 *lus* 89. *ff. de acquir hære.* vbi † poſt abſtentionem hæ-
reditatis à pupillo factam fideiuſſoribus ab eo datis
ſuccurritur, ſi ex hæreditario contractu conueniun-
tur.

Deciminoni exempli locum obtineat, quod dila-
69 tio † conceſſa debitori per maiorem partem credito-
rum (quæ deſcribitur *in l.* 7. *§. vlt. l.* 8. 9. *l.* 10. *ff. de pact.*)
etiam fideiuſſori prodeſt. Iaſon. *in l. ſi cum procuratore.*
col. 1. *ff. de re iudic.* Vrſillus *in addit. ad Affl. de-*
ciſ. 288. *ſub num.* 1. Franc. Biuiat. *conſ.* 224. *num.* 29. *lib.* 2.
Felin. *in c.* 2. *n.* 34. *ext. de ſponſal* M. Anton. Bardus *in*
tract. de temp. vtili, & continuo num. 10. *verſ. in ſupradicto*
& dixi ſupr. cap. 22. *nu.* 82. Cuius hæc vera eſt ratio,
70 quod illa ipſa dilatio rem ſiue obligationem concer-
nit, ſiquidem dies ſolutionis, ſicuti ſumma, eſt pars
obligationis, vt tradidi ſupra *cap.* 22. *num.* 3. Ergo in
fideiuſſoris quoque commodum, vt conceſſa dilatio
cedat, oportet, *l. fin. & ibi Bart. C. de vſur. rei iudic.*
Quintil. Mandoſius *de inhib. quæſt.* 68. *num.* 6. Pro quo
71 militat etiam vulgatum illud, quod † dilatio facta ſu-
per principali, videatur etiam fieri ſuper acceſſorio, *l.*
ſoluitur. §. 1. *ff. quib. mod. pig. vel hypoth. ſoluitur.* Ludou.
Roman. *ſingul.* 179. *incip. Vltimo quæro an dilatio.* Vide
tamen, quæ in ſimili ferè caſu tradunt Vlpianus, &
Paulus *in l. reſcriptum ff. de pactis & in l. ſi præcedente* 58.
§. 1. *ff. mandati.* non enim omnia tam exactè perſequi
ratio mei inſtituti patitur.

72 Vigeſimum exemplum eſt, quod † gabellæ non ſo-
lutæ excuſatio æque datur fideiuſſori principali, vt
alijs præeuntibus, tradidit Ioan. Bertachin. Firman. *in*
tract. de gabellis part. 8. *memb.* 4. *num.* 9.

73 Vigeſimum exemplum ſit, quod † ſicut parentes,
& proximi cognati debitoris defuncti ante 9. dierum
ſpacium, poſt factam ſepulturam, conueniri nequa-
quam poſſunt, ita nec eius fideiuſſores vllo modo mo-
do moleſtari debeant, *prout diſponit Nouell.* 115. *cap.* 5.

Vigeſimi ſecundi exempli loco adfero, quod fide-
74 iuſſor † euictionis habet electionem, vel reſtituendi
rem euictam, vel intereſſe ſoluendi, *l. fideiuſſor. vbi*
Bart. notat. ff. de dolo mali except. ac idem Bartol. in l. ſi
inſulam. num. 14 *ff. de verborum obligat. Caſpar Caballi-*
nus in tract. de euiction. §. 2. *num.* 21. Et tantum de ple-
riſque exceptionibus realibus, quæ rei obligationive
cohærent, quatenus verò eædem, & quo tempore ſint
ponendæ, id huius non eſt loci, ſed infra cap. ſeq.
commodius tractabitur, modo tamen beneuolus le-
ctor prædictis adiungant tradita per Valent. Fraucum
d. cap. 3. *num.* 87. *vſque ad num.* 98.

Quia vero de exceptionibus realibus ſupra dixi, non
inutile fortaſſis erit, ſi & de exceptionibus perſonali-
75 bus paucis egam, cum vtique circa † has quoque tam
reo, quam fideiuſſori diſpiciendum ſit, ne quid egre-
diantur, vt ait Ioan. Ferrat. Montan. *in tract. de appel-*
lat. lib. 5. *cap.* 4. *num.* 354. Hîc igitur ab initio tenenda
76 tenenda talis eſt regula: Quod † exceptio merè
perſonalis, ſeu perſonæ Rei principalis medullitus co-
hærens, ad fideiuſſorem nequaquam porrigatur, *l. ex-*
ceptiones 7. *in prin. ff. de exceptionib. cap. priuilegium de reg.*
iur. in 6. gloſſ. & Bart. *in l. vbicumque ff. de fideiuſſo.* Fran-
cus *d. cap.* 3. *num.* 98. & 99. Ceſar Vrſillus *in additionib.*
ad Afflict. deciſ. 206 Hieron. Magonius *deciſ. Florent.*
110. *num.* 10. Ioan. Zangerus *in tract. de except. part.* 3.
77 *cap. vlt. num.* 63. † monet, *d. l. vbicunque* 61. *ff. de fi-*
deiuſſoribus de perſonalibus tantum exceptionibus ac-
78 cipiendam eſſe. Perſonalia † enim priuilegia perſo-
nas ſuas non egrediuntur, *l. in omnibus. l. priuilegia ff. de*
regulis iuris. id quod adductis exemplis Lectori bene-
uolo probatum faciam.

79 Primum proinde exemplum eſt, in † exceptione
Fori declinatoria. Etſi enim clerici regulari-
ter non poſſunt trahi ad tribunal iudicis ſecularis,
text. in cap. 2. & *cap. diligenti. extr. de foro compet.* non
tamen illa exceptio fori declinatoria ipſi reo principa-
li clerico competens, competit eius fideiuſſori laico,
l. ſi reum ff. iudicat. ſolui, Lud. Roman. *ſingu.* 627. *vel* 619.
Ioan.

Ioan. de Amono *problem.* 79. Cæſar. Vrſil. *in addit. ad*
*Aſſict. deciſ.*206. *num.*1. Horat. Carpan. *ad ſtatut. Me-*
*diolan.part.*2.*capit.*189. *num.* 18. & tactum eſt ſupra *cap.*
23.*num.*15.

80 Secundò exemplo nomen dat † Exceptio ſiue Be-
neficium, vt vocant, COMPETENTIÆ, ne ſcilicet
quis in plus conueniatur, quam, facere poteſt, ne
ipſe poſt modum egeat. Demus igitur, parentes libe-
ros, patronum, ſocerum, ſocium, maritum, militem,
& ſimiles perſonas hoc priuilegium competentiæ ha-
bere, vt fusè repetit Franc. *d.c.*5. *à numero* 196. *vſque ad*
numer. 124. Tamen harum perſonarum fideiuſſores tali
priuilegio non gaudent, perſonale enim eſt, & perſo-
nas primas, quibus in diuiduo quaſi conceſſum eſt,
non egreditur, *l.ſunt qui.*16.*cum legib.ſeqq.ff.de re iud.l.*
*exceptiones,*7 *ff.de excep.D.d.in l.tam mandatori.ff.de non*
num.pecu. Hippol.*in rub.de fideiuſſ.num.*273. faciunt tra-
dita per Franc. *d.l. loco* Petr. de Vbald. *in tract. de duob.*
*fratrib.part.*15.*princip.numero* 4. Decium & Gagnol.*in l.*
Diuus, ff.de regul.iur. Alciat. *in l.non poteſt.*217. *num.*3 *ff.*
de verbor.ſignif. Cuiacium *lib.* 24. *obſer. c.*58. Colerum
*de proceſ.execut.part.*2.*cap.*3.*numero* 112. *cum ſequentibus,*
Flamin. Chartarium *deciſ. cauſ. execut.* *Rota Genuenſis*
*deciſ.*7.*numero* 9. Ioan. Zangerum *in tractat. de exceptio-*
nibus, parte 2.*capit.*14.*numero* 13. *& capite vltim.num.*68.
Horat. Carpanum *ad ſtatut. Mediolan. par.* 2. *capit.* 189.
*num.*19.

81 Animaduertat tamen fideiuſſor † ad ſequentem cau-
telam, vt ſi forte nomine prædictarum perſonarum ad
ſolidi ſolutionem conueniatur, tunc reo principali li-
tem denuntiet, vt ipſe compareat, & exceptionem ex
ſua perſona obiiciat, dicendo, ſua intereſſe, ne fideiuſ-
ſor in ſolidum conueniatur, cui alias mandari iudicio
ſolidum ſolueret rurſus ſit obſtrictus *argumento. l.* 8. *§.ſi*
ignorantes, in fin.l.idemque §. generaliter, ff. mandati. leg.
Neſennius, ff.de re iudic.l.vltim.in fin.C.de vſur. rei iudic.
Bartol.*num.*3.*in l.verum, in princ ff.pro ſocio.* idem Bartol.
in l.etſi fideiuſſor.ff de re iud. & in l.Stichum §.quod vul-
go.ff.de ſolut. Caſtrenſ.*in l.maritum num.*10.*ff ſolut.matr.*
Imol. & alij Docto. *in d.l.non tantum, ff. de re iudic.* Ioan.
de Arnono *cautela* 32. Franeus *de fideiuſſ.cap.*3.*num.* 124.
& 125. Matth. Cuno *lib* 1.*de pactis capit.*6.*num.* 291. Ra-
82 tio autem † huius doctrinæ euidens hæc eſſe videtur,
ne fideiuſſori pro debitore ſoluenti deſit regreſſus
contra principalem, tunc enim teneretur principalis
vltra, quam facere poſſet, & ſic quod vna via prohibi-
tum eſſet, altera via permitteretur, *Amon. de Gamma in*
83 *deciſ. Luſitan.dec.*25. vbi † tamen *n.*2. notabiliter limitat
in eo, quiiam tempore promiſſionis non erat ſoluen-
do, doloſeque promiſit, quod ſoluere non poteſt, tunc
enim nec principali, nec fideiuſſori prædictum priuile-
gium competentiæ competit.

Accedit in cumulum, quod etiam alias generaliter
84 traditum eſt, principalem † debitorem fideiuſſores
conuentos defendere, & ob id, quod eius intereſt, ex-
ceptiones quoque eas opponere poſſe, quæ fideiuſſo-
ribus non communicantur, Bartol. *in dict.l.idemque §.*
generaliter, ff. mandati. Faber. & Angel. *in §.* 1. *numero* 7.
Inſtitut.de fideiuſſ. Arius Pinellus *in l.*2 *par.*2. *cap.*3.*num.*
44. *C.de reſcind.vendit.* Emanuel. Suarez. *in theſa. com-*
85 *mun.opin.lit.F.num.*173. Fateor † equidem, Franciſcum
Duarennum *in d.l.& ſi fideiuſſor ff de re iudicat.* in præ-
dicta cautela admodum infirmum præſidium colloca-
re, verum in praxi ego toto illi inniteter, non ſolum
ſupra citatis textibus; ſed, & communi DD. opinione
fretus ac ſuffultus.

Saltem illud circa hunc paſſum per digreſſionem
86 quaſi monere adhuc liceat: Si frater fratrem † fortaſ-
ſis conueniat, tunc ad exemplum contractus ſocietatis

Antonius Heringius.

huic beneficio competentiæ locum non eſſe. Inter
veros enim fratres ſocietas rerum non niſi incidens eſt,
quæ etiam ſæpè diſcordias parit. *l.cum pater.§. dulciſſi-*
*mus, ff. de legat,*2. Inter ſocios autem communi conſen-
ſu, eſt inita ſocietas, vberioris quæſtus gratia, ſi
quis ergo eorum fiat non ſoluendo, periculum eſt com-
mune, ita ſaltem, ne deducatur à conſociis rigoroſa
exactione ad extremam egeſtatem. Quo etiam perti-
net deciſio gloſſ.*in l.ſocietatem cum. ff. pro ſoc.* quam ſe-
quitur Petrus de Vbald.*in tract.de duobus frat.in* 15. *par.*
87 *princ.num.*5, aſſerens, hoc † beneficium competentiæ
locum tantum habere in ſocietate conuentionali, non
autem in ea, quæ incidenter contrahitur. Deinde vi-
88 demus ICtos fratrum † non meminiſſe, cum tamen
tot perſonas enumerauerint, quæ in id tantum, quod
facere poſſunt, condemnantur, *dict.leg.ſunt qui* 16. *cum*
ll.ſeqq ff.de re iudic. veriſimile igitur fit, eos fratres ex-
cludere voluiſſe, *argumen.leg. ſi vero §. de viro ff.ſolut.*
matr.l.Marcellus §.vltim.in verb. non videtur prater per-
miſiſſe ff.rerum amotarum. l.item apud, 15. *§. hoc edictum*
ff.de iniur.

89 Et in † hanc ſententiam tranſeo, ſecutus veſtigia
gloſſæ communiter approbatæ, nec non Petri de Bel-
lapertica, Iacobi Buttigarij, Rainerij de Forliuio, Al-
berici, Bartoli, & Baldi, *in l.verum, ff.pro ſocio.* Alexan.
*in conſil.*47. *Zaſij in d.l.ſunt qui in id. & in §.& ſi quis cum*
*parente num.*3. & Mudæi *ibidem numero* 3. *Inſtitution. de*
actionib. nec non eiuſdem Mudæi *in d.l.verum, n.*3.4. *&*
5 *ff.pro ſocio.* & Petri de Vbald. *in d.* 15. *parte princ. num.*
90 4. Licet † aliud voluerint Ioan. Faber *in d. §. ſed & ſi*
quis cum parente: & poſt eum ibidem Weſenbec. *in*
verb.cum ſocio. Myſinger. *num.*3. Donellus *num.*3. Hot-
toman. *emm.* 1. *Inſtit. de action.* Alexander ſibi contra-
rius *in conſil.* 133. *ſuper quæſitis, in princ. lib.* 5. Iaſon, &
Socin. *in dict.l.ſunt qui in id.* Petrus Loriotus *de regulis*
*iuris axiom.*167. Oldendorp.*in diuiſ. action. diuiſ.*14.*nu.*4.
Marquardus Freherus *lib.*1.*parerg.c.*5. *in prin.* Antonin.
Theſaur. *deciſ.*119. *poſt num.* 2. *verſic. ſecundo quia ſocius.*
Ioan. Zangerus *in tract. de except.part.*2.*cap.*14.*num.*4. M.
Anton. de Amatis *dec.*16.*num.*10. vbi dicit, contrariam
ſententiam ſibi non placere, quia non ſit conſentanea
rationi.

Sed certè, ſi horum Interpretum fundamenta exa-
minentur, perſpicuum fiet, eos à ſcopo longè aber-
91 rare. Nam quod † primo loco in eo aliquid præſidij
collocant, quod priuilegium competentiæ ſocij ſit
tributum propter ius fraternitatis, *iuxta l.verum, ff.pro*
ſocio. multo magis igitur fratribus id tribui debere, per
regulam vulgatam: Propter quod vnum quodque ta-
le, illud magis tale, *authen.multo magis, C.de ſacroſ. eccl.*
illud equidem (pace clariſſimorum horum virorum di-
xerim) minimum pulueris excitare poteſt. Non enim
dixit Iuriſconſ. *in dict.l. verum. D.pro ſocio.* quod ſocijs
ſuccurratur vt fratribus, aut exemplo fratrum, ſed
quod ſubueniatur eis ratione contractæ ſocietatis, quæ
quodammodo ius fraternitatis in ſe habet. Ratione
igitur contractus ſuccurritur, non ratione nudæ frater-
nitatis. Quinimo, ſi fratribus hoc beneficium eſſet
tributum, & ſocijs, vt fratribus, iam indiſtinctè id eis
tribuendum eſſet, non ſolum in negotiis ſocietatis: ſed
etiam in alijs ab iſto contractu plane ſeparatis, quod
quando infeliciter fiat, nemo non videt. Hoc namque
omnium votis comprobatum eſt, priuilegium com-
petentiæ dari tantum ratione ſocietatis, ſi vero ſocius
ſocio ex alia cauſa tenetur, tum hoc priuilegium lo-
cum non habere Iacob. Cuiac. *lib.*24.*obſer.cap.*38. *in fin.*
Hinc Vlpianus non abſque miſterio *in d.l. ſunt qui in id*
D.de re iudicata. *Eos,* inquit, *qui* PRO SOCIO CON-
VENIVNTVR, *in id tantum, quod facere poſſunt, con-*

uentri, Et Iuſtinianus in §. *ſunt præt.cen. Inſti. de act.n.*
SI SOCIVS, cum SOCIO IVDICIO SOCIETATIS
agat, non plus eum conſequi, quam aduerſarius facere poſſit.
Hiſce ædepol verbis ſatis clare vterque teſtatur, ſi ſo-
cius non conueniatur pro ſocio nec agatur iudicio ſo-
cietatis, ſed aliò, puta, empti, venditi, locati, conducti,
mutui, depoſiti, &c. aliud dicendum fore.

Eadem plane facilitate remouetur, & alterum In-
92 terpretum fundamentum, nimirum, quia † frater fra-
trem inopem alere tenetur, *l.1. ſed nonnullos, ff. de tu-
tel. & ration. diſtrah. l. qui filium, ff. vbi pupill. mor. vel educ.
deb.* ergo melius eſſe, vt frater fratri in id tantum con-
demnetur, quod facere poteſt, vt ſic ipſemet retineat,
vnde ſe commodè exhibere queat, vitato omni cir-
cuitu. Etſi enim antecedens verum eſſe largiamur, ſe-
cuti opinionem gloſſæ finalis *in leg. non omni vbi etiam
Cyn. & Bartol. C. de administr. tut.* Angeli *in l. à filia. ff. ad
Trebell. Bartolo in tract. de alimentis, num. 15.* Hart. Hart-
man. ab Eppingen. *in pract. obſeruatis de aliment. obſ. 2.* non
tamen inde efficient, fratrem fratri condemnatum mox
beneficium competentiæ habere, Nonne enim & pa-
trem inopem filius emancipatus alere tenetur? *l. ſi quis
à liberis, §. 1. ff. de liber. agnoſc.* & tamen non ob hanc
cauſam, ſed potius propter reuerentiam naturalem, ſi
filius cum parente agat, parens in id tantum, quod fa-
cere poteſt conuenitur, & condemnatur, *d. l. ſunt qui in
id. ff. de re iud.*

93 Nec † arridet, quod gloſ. in §. *ſed & ſi quis cum pa-
rente. Inſtitut. de actionibus,* dicit: Beneficium compe-
tentiæ ea ratione in parentibus locum habere, quia
ſi egerent, teneretur eos filius alere. Non enim hæc
præcipua eſt cauſa, ſed reuerentia naturalis, *leg. paren-
tes ff. de in ius vocando.* Quod vel eo magis probandum
videtur, cum fieri poſſit, vt parens plures habeat filios,
qui certè omnes ipſum inopem exhibere, & alere te-
nentur, hoc caſu pater, ab vno filiorum conuentus, ha-
bet quidem exceptionem competentiæ, aut compe-
titionis facultatem, *vt vocatur in l. qui grauatus. C. de
cenſib. & cenſit. lib. 11.* Sed non tam ratione præſtando-
rum in poſterum alimentorum, ſiquidem iſte filius in
ſolidum hæc non debet, reliquis fratribus pariter ad
ea obligatis: quam ratione reuerentiæ, quæ etiam fi-
lio emancipato in parentem conſtare debet, *l. 3. C. de
in ius voc.* Et quid, quæſo, aliud vult IC. Vlpianus *in l.
licet famoſa, ff. de obſeq. parent. & patron. præſtand.* quam
id, quod modo dixi, nimirum, parentes filiis ſuis in id
tantum, quod facere poſſunt, condemnari, non quia
alimenta præſtare, ſed quia reuerentiam exhibere te-
nentur? Alias, niſi ego hic forte cœcutio, minus ac-
49 curate actiones † famoſas, exceptiones doli, vis, me-
tus, interdictum vnde vi, iuſiurandum de calumnia, cum
priuilegio competentiæ coniunxiſſet, cum vtique ab
iſtis omnibus parens ſit tutus non quia ipſi à liberis
alimenta debentur, ſed quoniam ipſi ſeruanda eſt re-
uerentia, *l. non debet dari ff. dolo. l. apud Celſum §. aduer-
ſus, ff. de doli mali except. l. 1. §. interdictum hoc quia atro-
citatem, ff. de vi & vi arma. l. de die. §. tribuitur ff. qui ſatiſd.
cogant. l. qui bona. § ſed ſi eius ff. de damno infecto.* Nec ab-
ſurdam facere coniecturam, ſi ad *d. l. ſunt qui in id quod
16. D. de re iudic.* quæ eſt Vlpiani *ex libr. 63. ad Edictum,*
quærenti, cur parens non condemnetur filio in ſoli-
dum; aſſignauero rationem ex *l. liberto. D. de obſeq. par.
& patron. præſtand.* quæ eſt eiuſdem Vlpiani *ex lib. 66.
ad Edictum.* (vt ego reor, *ex eodem libro 63.* tum, quia
in Codice Hetruſco in minori numero dubium fuiſſe
Taurellus per duas ſtellas notata tum etiam, quia Iu-
lius Pacius illam legem *cum dicta l. ſunt qui in id,* con-
iungendam cenſet) ſi, inquam, hanc rationem aſſigna-
uero: Quod filio ſemper honeſta & ſancta perſona
patris videri debeat.

Nihil enim faciendum eſt aliud ſubſidium quæſi-
95 tum ex eo, quod frater † pro debito ciuili, ad inſtan-
tiam fratris non poſſit arreſtari, vel in carcerari. Ant.
Teſſaur. *dict. deciſ. 119.* Bern. Grauæus *in practic. concluſ.
concluſ. 26. numero 9.* Contrarium enim tenuit Gaſpar.
Baeſa Hiſpanus *in tract. de inope debitore. cap. 17. numero
80. & ſeqq.* Et cum ipſius rationes à me hic denuo ſint
ſtabilitæ, nec fundamentaliter à Teſſauro refutentur,
non poſſum non in ipſius ſententia acquieſcere, donec
meliora edoctus fuero.

Fruſtra etiam huc in patrocinium acceſſitur illud
96 Dd. placitum: Quod † ſola affinitas operetur, vt aliud
pro alio ſolui queat, *gl. in l. 2. §. mutui datio. verb. non po-
teſt. & ibi Paul. Doc. n. 25. D. ſi cert. pet. Ioan. Vinc. Hondcd.
conſult. 18. num. 47. par. 1.* Ideoque multo magis exce-
ptioni competentiæ inter fratres, tam proximè ſe at-
tingentes, locum habere: Qui enim aliud pro alio ac-
cipit, nihilominus totum illud, quod ſibi debetur, ac-
cipit, & præterea nihil aliud ex hoc ipſo argumento
ἄνωθεν conceſſo conſequitur, quam quod frater à
fratre aliud pro alio accipere cogatur, quid verò hoc
ad noſtram Andromacham? Siquidem didicimus à ſe-
paratis ad ſeparata non fieri probam illationem. Lud.
Schvvartzmeier. S. Cæſ. Maieſt. Conſiliarius, *inter conſ.
celebr. Iuriſconſult. conſ. 8. n. 11. vol. 1.*

Nihil denique negotij faceſſit, quod prædictorum
Interpretum opinio fortè aliquibus æquior, & huma-
nior videtur: *Ant. Teſſaurus d. deciſ. 119. in fin.* Æquitas
97 † enim non ex cuiuſquam cerebro, aut imaginatione,
ſed ex arte æqui, & boni naſcitur alioquin captioſa, &
temporaria dicitur, ex Garzia, Scoto, Deciano, &
Garzonio Andr. Knichen *de veſtitur. pact. ion. cap. 3. num.
138.* & probaui ſupra *cap 5. numero 115. 116. & 117.* Ad-
ſtipulantur M. Anton. de Amatis *deciſ. 24. numero 15.*
alioquin ſub hoc prætextu vnus frater alterius fratris
patrimonium attenuare, imo abligurire, & conſumere
poſſet. Et quia natura inter nos omnes cognitionem
quandam inſtituit, *l. vt vim, & ibi Doctores, D. de iuſtit.
& iur.* ac coram Deo omnes ſumus fratres, prætereaque
hominis intereſt, hominem beneficio afficere, quid-
ni hanc æquitatem cerebrinam amplexi ſtatuimus in-
ter quoſuis homines propter tale ius fraternitatis be-
neficium competentiæ admitti debere? Non tamen
98 pertinaciter repugno, ſi † fratres, parentum indiuiſas
hæreditates poſſidentes, ſtent in communione, & ſint
ſocij omnium bonorum, *vt in l. cum duobus, §. ſi fratres,
D. pro ſocio* Roman. *conſil. 145. incip. præſentis conſultationis*
Alciat. *de præſumpt. regul. 1. præſumpt. 25. n. 2.* Eman. Suarez
in com. opin. lit. E. n. 341. quin poſſint etiam vti hoc pri-
uilegio competentiæ, non vt fratres, ſed vt ſocij, ſe-
cundum ſupradicta.

99 Tertium exemplum largitur † exceptio CESSIONIS
BONORVM, à debitore principali factæ; hæc enim
fideiuſſori nec competit, nec prodeſt. *§. fin. Inſtit. de re-
plicat. Doctores in l. 1. C. qui bon. ced. poſſ.* Bald. *in l. cum man-
datori. Cod. de non num. pec.* Ioan. Bernardin. Muſcatellus
in pract. fideiuſſ. part. 2. quæſt. 8. num. 21. Laurent. Sylvanus
conſ. 24. num. 1. vbi poſt Bart. Angel. Aretin. Caſtrenſ. Ia-
100 ſon. & alios, hanc ſententiam † communiter rece-
101 ptam, & veram eſſe ait. Atque ideo † creditor, qui
fideiuſſores vna cum reo principali obligatos habet,
ceſſionem debitoris acceptare non cogitur, ſed poteſt
ſpreto debitoris beneficio impunè contra fideiuſſores,
ſecundum formam literarum in quibus ſe obligarunt,
procedere: Bart. *in l. heres. §. ſi ſtipulator. num. 1. & 2. D.
de fideiuſſ.* Coler. *de proceſ. execut. part. 1. cap. 6. numero 113.*

Cur

Digitized by Google

102 Cur tamen † hæc exceptio fideiuſſori non competat,
non ea propriè eſt ratio, quia ſcilicet eſt perſonalis;
ſed quia is, qui fideiuſſorem accipit, hoc maximè pro-
ſpicit, vt facultatibus lapſo debitore à fideiuſſore ſuum
ſeruet, ideoque prouiſio creditoris hanc exceptionem
potius impedit, quam quod illa ipſa perſonæ cohærere
cenſetur: Cuiac. *lib 19. obſeruat. cap. 29.*

103 Etſi verò † fideiuſſor beneficium ceſſionis non ha-
bet, volunt tamen nonnulli, ſi fideiuſſor condemna-
tus ſit ita pauper, vt de ſuo nequeat ſoluere ne in car-
cerem alioquin detrudatur, quod poſſit de principa-
lis debitoris bonis diuenditis ſoluere, & creditoribus
ſatisfacere: Hippol. *in rubric. de fideiuſſ. num.* 364. Felin.
in c. in qui. extr. de teſtib. Idem Hippolyt. de Marſil. *in conſ.*
10. *num.* 37. Roland. à Valle *conſil.* 87. *num.* 47. *vol.* 2. Ber-
tazol. *clauſul.* 43. *gloſ.* 7. *num.* 1. Card Alban. *in rubr. ff. de fi-
deiuſ. num.* 2. Eman. Soarez. *in comm. opin. lit. F. num* 148.
104 vbi communem vocat. Quemadmodum & † fide-
iuſſor carceratus pro ære alieno ſui principalis, etſi non-
dum ſoluerit, poteſt petere, compelli debitorem ad ſe-
ſe liberandum ex carcere, vel ad præſtandum intereſſe:
Bald. *in l.* 2. *n.* 6. *C. mandati.* Coler. *de proceſſ. execut. part.* 1.
cap. 10. *n.* 325.

105 Quarum exemplum apparet † in exceptione Bene-
ficii Inventarii; hæc enim fideiuſſori, reſpectu
ſuæ perſonæ, non competit alioquin enim creditores,
qui diligenter ſibi proſpexerunt, hac ratione decipe-
rentur *vt fuſe probant ſuprà, cap.* 29. §. 16. *num.* 35. *& ſeqq.*
106 Idem in exceptione † Litis Pendentiæ quoque
locum habere, tenet Franc. Marcus *quæſt.* 313. *part.* 1.
adeo, vt hæc fideiuſſori prodeſſe non poſſit, niſi ipſe-
met principalis compareat, eamque alleget. Verum
107 † cum hæc exceptio magis rem ipſam ſiue obligatio-
nem concernat, vtpotè ad differendam ſolutionem ap-
primè vtilis, ac neceſſaria valdè ambigo, an non potius
inter exceptiones rei cohærentes numerari debeat, ma-
ximè, fideiuſſor beneficio excuſſioni, vel etiam exce-
ptioni litis pendentiæ non renunciauerit, per ea quæ
tradunt Bald. *in l. fin. C. de fideiuſ.* & Pet. Peckan *tract. de
iure ſiſtendi. cap* 4. *n.* 9. nec non illa, quæ per illata ſunt
ſupra *cap.* 17. *num.* 61. *& cap.* 23. *num.* 17. *&* 24. vbi enim
ſemel acceptum eſt iudicium, ibi & finem accipere de-
bet, *l. vbi acceptum, ff. de iudic. cap. propoſuiſti. extr. de for.
compet.* Quod vel eo magis obtinere videtur, cum ſit
108 cauſæ † quædam connexio inter reum, & fideiuſſo-
rem, nec poſſit grauari fideiuſſor, vt non etiam dam-
num paſſurus ſit reus, *arg. l.* 1. *C. de diuerſ. reſcript. l. vlt.
§. vlt.* in *fin. C. de vſur. rei iudic.* & quadrant huc ſcripta
per Valent. Franc. *d. cap.* 3. *num.* 33. *cum ſeqq.* Eodem etiam
pertinet, quod in terminis tradit Thom. Gram. *in con-
109 ſil.* 170. *incip. prædic.* dicens: quod † pendente lite cum
principali non fiat pœnæ perſecutio contra fideiuſſo-
rem: ſequitur Hieronym. Magonius *deciſ. Lucenſ.* 92.
num. 10. *&* 11. citans etiam Stephan. Bertrand. *in conſ.* 43.
lib. 1.

Fateor tamen, huic non nihil aduerſari, quod tra-
110 ditur, executionem † fieri contra fideiuſſorem, licet
contra debitorem ſit cœptum iudicium: Hippol. de
Marſil. *in pract. crimin. §. attingam. num.* 55. Item, pendente
111 † lite aduerſus debitorem, non impediri executionem
contra fideiuſſorem: Apoſtilla ad Bart. *in d. l. hæres, §.
quod ſi ſtipulator. ff. de fideiuſ.* Petr. à Duen. *regul.* 276. *verb.
executio.* Ioan. Bapt. Aſinius *in praxi.* §. 31. *ampliat.* 22. *nu.*
12. Aud. Rauchbar. *part.* 2. *quæſt.* 7. *nu.* 16. maximè, quan-
do creditor non fuit negligens contra principalem de-
bitorem; Bald. Caſtrenſ. Salycet. & Alex. *in leg. fin. ff. ſi
cert. pet.* Carol. Ruin. *conſil.* 45. *num.* 5. *vol.* 5. Fr. Burſat. *con-
ſil.* 224. *num.* 27. *lib.* 2. qua de re plenius agit Rob. Lan-
cell. *de attentat. part.* 1. *capit.* 3. *n.* 150. *&* 151. *part.* 2. *cap.* 26.
112 *limit.* 6. Sed † illa omnia lubens admitto in fideiuſſore,
qui beneficio excuſſionis renunciauit, in eo, qui non
renunciauit, diuerſum ſtatuo, per omnia illa funda-
menta, quæ ſupra circa beneficium excuſſionis adduxi,
cuius alias nullus vſus eſſet futurus.

113 Quintum exemplum eſt in † exceptione Restitv-
tionis In Integrvm, minori (ex lubrico tamen
ætatis lapſo, non dolo aduerſarii circumuento, vt diffe-
rat hoc exemplum à ſuperiori exceptione, hac ipſa par-
te 4. *num.* 28. relata) competentis: hæc enim perſonalis
eſt, & fideiuſſori non competit, alioquin deciperetur
creditor, qui ſibi per fideiuſſionem conſultum voluit,
l. 1. *& l.* 2. *C. de fideiuſſ. minor. l. in cauſa,* 13. *in princ. ff. de mi-
nor.* Weſenb. *in tit. C. de except. num.* 5. Menoch. *conſil* 179.
num. 1. *vol.* 2. Mynſing. *cent.* 4 *obſer.* 18. *&* 19. Cuiac. *lib.* 19.
obſer. cap. 29. Sebaſt. Medic. *de conſer. poſſeſ. in verb. aut
conſeruando* q. 2. *par.* 3. *nu.* 422. *mihi fol.* 715. Valent Franc.
de fideiuſſ. cap. 3. *num.* 68 qui tamen *num.* 63. 64. 65. 66. 67.
& 71. & alia eſt opinione, interim finaliter nihil certi
concludens, quem vide, vt & Franc. de Caldas *in leg. ſi
curatorem, verb. minoribus numer.* 49. *C. de in integ. reſtit.*
Gomez *tom.* 2. *variar. reſol. cap.* 14. *num.* 9. Anton. Faber.
lib. 7. *coniectur. cap.* 3. nec non M. Anton. Nattam *in conſ.*
51. *viſo num.* 15 *lib.* 1 *& conſil.* 658 *num.* 6 *lib.* 4. Petr. de An-
char. *conſ.* 530. & Ioſeph. Ludoui. *deciſ. Peruſina* 27. *num.*
114 4. *part.* 1. qui volunt, quod † reſtitutio in integrum
conceſſa minori vel vniuerſitati, proſit etiam fideiuſſo-
115 ribus. Quin † tamen fideiuſſori, vti hæredi minoris,
beneficium reſtitutionis in integrum competat, non
videtur recipere dubitationem. *non ſolum, ff. de in integr.
reſtit.* Alberic. de Iacobin de S. Georgio *nu.* 7. *in l.* 1. *C. de
fideiuſ. minor.* Cuiac. *d. lib.* 19. *obſer. obſ.* 29. Sfortia Oddus
in tract. de reſti. in integr. quæſt. 48 *artic.* 3 *ſub nu.* 29. Cato-
cius *de excuſ bon. part.* 2 *qu.* 57. *nu.* 9. *&* 12 Sebaſt. Medic.
d. loc. num. 423. Ioan. Zanger. *in tract. de except. par.* 3. *cap.
vlt. n.* 68.

116 Nec obſtat † prædictis *l. minor.* 51. *ff. de procurat.* vbi
dicitur, quod & minori defenſori, & fideiuſſoribus
eius per in integrum reſtitutionem ſuccurratur. Iſto
enim caſu creditor regreſſum poteſt habere aduerſus
eum, qui defendi debebat, & proinde etiam fideiuſ-
ſor mediante reſtitutionis beneficio immunis euadit,
iuxta *gloſ.* Bart. & DD. *in dict. l. minor ff de procurat.* Co-
menſ. & Socin. *in leg. exceptiones, ff. de except.* Menoch.
d. conſ. 179. *num.* 6. *vol.* 2. Nattam *dict. conſil.* 658. *numero* 6.
lib. 4. Sebaſtia. Medic. *dict. numero* 423. vbi communem
dicit.

Rectè verò mentionem feci fideiuſſoris, qui ex per-
ſona minoris debitoris exceptionem reſtitutionis in
117 integrum obiicere ſatagit. Nam ipſemet † fideiuſſor, ſi
forte ob debitoris inopiam eſſe enormiſſimè læſum
conqueratur, & ob id reſtitutionem in integrum petat,
non auditur; quia tunc omnis fideiuſſio ad irritum re-
duceretur, eſſetque de vento (vt loquuntur) excuſſionis
faciendæ beneficium: Crauet *conſil* 613. *num.* 29. *&* 30.
118 An verò etiam † maritum fideiubens ſine conſenſu
vxori, reſtitui poſſit aduerſus fideiuſſionem ex capite
minorennitatis ipſius vxoris, eleganter explicabit An-
ton. de Gamm. *in deciſio. Luſitania* 162. vbi in affirma-
tiuæ ſententiæ caſtra tranſire videtur, maximè *num.* 3.
verſic. ego hanc, & verſic. ſeq. ac tandem in fine ſubiun-
git, ſecundum hanc ſuam opinionem multoties eſſe
Ivdicatvm.

Quod autem de prædictis exceptionibus dictum,
119 id etiam ad † exceptionem Seqvestri extenden-
dum eſt. Nam iſta, quamuis principali competat, non
tamen competit fideiuſſori, quia non concernit radi-
cem obligationis, ſed perſonæ cohæret, imo ſi iudi-
ciale ſit ſequeſtrum, nihil alterat, vt probat Hieronym.

eas cedere nequeat, creditor ab agendo repellatur.
d. l. eam alter. & ibi DD. C. de fideinſ. Sychmin. §. pen. D.
de ſolution. Ronchegal. *n. d. l. reos, in prin. num.* 56. Fran-
cus *d. c. 5. nu.* 480. *in fi.* Quo etiam non incommode re-
14 ferri poteſt, quod † vbi mulier, agit contra fideiuſſo-
rem, ſi non poteſt ei actiones cedere, ex eo, quia re-
nuntiauit iurib. ſuis in re alienata per maritum, ex-
cludatur ab agendo. Bart. Bald. Salyc. & communiter
DD. *in l. iubemus. C. ad Velleian.* Socin. *conſ.* 200. *incip.*
Quoniam ex forma ſtatuti. in fin. princ. vol. 2.

15 Vnus ſaltem à † prædicta concluſione excipitur
caſus, & quidem in materia fauorabili, nimirum in
actione tutelæ, vbi ex reſcripto Imperatorum datur
actio vtilis, etiamſi non ſint mandatæ vel ceſſæ actio-
nes directæ, *l. 1. § etſi forte ff de tut. & rat. diſtrah.* Fran-
cus *d. cap. 5. nu.* 488 Cuius † diuerſitatis rationes pro-
babiliores aperuit Alciatus *in l. 1. num. 16. & 17. C. de*
tranſact. Prima eſt, quod fideiuſſor ſoluendo, id agit, vt
principalem liberet, merito igitur aduerſus confideiuſ-
ſores non experitur, qui in quandam ſequelam ſolum
liberantur *gl. l. ex facto. ff. de negot. geſtis.* At tutor vel
reus debendi principaliter agit, vt contutorem vel
alium reum liberet. Altera ratio eſt, magis ſuccurri tu-
toribus, qui tutelam ex neceſſitate aſſumunt, quam
fideiuſſoribus, qui ſponte pro alio fideiubent, nec ta-
men inuicem fideiubent, quod in reis debendi ſecus
eſt, ſequitur Ioan. Goddæus *d. cap. 9. concluſ. 5. numero*
116.

17 Sequitur porrò † ex ſuperius conſtituta regula no-
tabilis hic effectus, quod exceptio cedendarum actio-
num ad impediendam paratam executionem obijci
poteſt, vt videlic. ante omnia creditor iura ſua cedat
fideiuſſuri ſolidum ſoluenti, quæ ipſi competebant
contra principalem, vel alios fideiuſſores, ſicut elegan-
ter deducit Colerus *de proceſſ. execut. part. 1. c. 10. nu.* 35.
18 Quanquam † & caſus contingere poteſt, vt credit. 10.
fideiuſſori actiones cedere teneatur, etiam ſi is ſolidum
non ſoluerit, ſed tantum partem, prout conſuluit
Guid. Papæ *in conſ.* 245. Qualem caſum etiam tractat
Modeſtin. Put. *illuſtr. quæſtion. part. 1. quæſt. 1.* ipſe con-
tra Melchiorem Cingium concludens, quod creditor
non teneatur cedere fideiuſſori vel correo ius ſuum,
antequam totum debitum ſit ſolutum, licet illi ſolu-
tio ſit in plures terminos diuiſa, & pro vno ſatis-
factum.

19 Quemadmodum † autem beneficia excuſſionis, &
diuiſionis in multis caſib. ceſſant: Ita etiam nonnulli
ſunt caſus, in quibus ſimiliter beneficium cedendarum
actionum nihil proficit. Et quidem prius eſt, ſi ei ſit
20 renuntiatum Non minus † enim renuntiatione amit-
titur, quam reliqua beneficia Spec. *in tit. de renuntiat.*
§. 1. nu. 21 verſ. ſed dicor. Hippol. *rub. de fideiuſſ. nu.* 29.
& 30. Franc *d. c. 5. nu.* 500. Bertazol. *ad. clauſ. 40. gl. 4.*
nu. 9. Muſcatell. *in pract. fideiuſſ. p. 1. modo 2. c. n. 38.* Mo-
21 do † tamen talis renuntiatio interueniat, qualem re-
quiri, & neceſſariam eſſe ſcripſi ſupr. *c. 17.* ac innuit
Petr. Heig *d. q 38. num. 8. & 9. p. 1.* Ioan. Zanger. *in*
tract. de except part. 3. cap. 15. num. 17.

Vtilitas porro huius renuntiationis ea eſt, quod
† poſſit hoc caſu creditor gratificari amico conue-
niendo in ſolidum alterum ex obligatis, & omittendo
amicum, neque teneatur contra hunc iura ſua cedere.
Vitalis de Cambanis *in tract. clauſ. §. fin. num.* 31. Hei-
23 glus *d. q. 38. num.* 36. Sed † interim tamen non ſequi-
tur, vt maximè fideiuſſor exceptione cedendarũ actio-
num (facta renuntiatione) ſolutionem retardare ne-
queat, quod etiam poſt ſolutionem à creditore ceſſio-
nem actionum aduerſus debitorem vel confideiuſſo-
res petere, & impetrare, vel id, quod ſoluit, vllo reme-
dio repetere nequeat, quin potius ſufficit, ſi hæc re-
nuntiatio vnum ſaltem effectum, ſcilicet non retar-
dandæ ſolutionis ſortiatur, nac ad duplicem cum dam-
no fideiuſſoris extendatur, quod vtique fieret, ſi fide-
iuſſor propter renuntiationem à ſe factam ad ſolidi
ſolutionem adactus, de toto debito, à ſe bona fide
exoluto, periclitari cogeretur, cum tamen in hac ipſa
renuntiatione ſaltem reſpectum habuerit ad credito-
rem, non etiam ad debitorem vel fideiuſſorem, vt pul-
chre enucleauit Heigius *d. q. 38. numero. 37. 38. &*
ſeqq.

24 Secundus † caſus eſt, ſi fideiuſſor ſe fideiuſſorem
eſſe abneget, & inficietur. Hac enim inficiatione tale
beneficium quoque perditur. Hippol *in rubric. de fide-*
iuſſ. nu. 324. Duennas *regula* 322. *mihi pag.* 418. Franc.
d. c. nu. 500. iunctis ijs, quæ dixi ſupra *hoc ipſo capite.*
part. 1. nu. 210. & ſeqq.

25 Tertius † caſus eſt, quando pater iuſſit filiofami-
lias credi pecuniam, tunc enim beneficium cedenda-
rum actionum non habet ad repetendum id, quod pro
filio ſoluit. Ita expreſſim tradit Nicolaus Boerius *in*
dec. ſ. 221. nu. 11. allegans Bart. & Duct. *in l. cum filius-*
familias. ff. de verb. obligat. & Phil. Corneum *in conſ.* 352.
lib. 4. (fortaſſis eſt conſil. 214. *lib* 2. vbi Corneus *num.*
2. tradit, quod fideiuſſor non habeat regreſſum contra
principalem, ſi principalis non potuit obligari ex
contractu, vt quia monachus, vel filius familias, vel
ſeruus,) aſſeritque Boerius, illud ipſum in iure cautum
non reperiri.

26 Quartus † caſus eſt, ſi mulier agat contra correum
vel fideiuſſorem obligatum ad reſtitutionẽ dotis, tunc
enim exceptionem cedendarum actionum, fauore do-
tis, non obſtare, auctor eſt Soci. *in d. conſ.* 200. *incip.*
Quoniam ex forma ſtatuti vol. 2. per l. iubemus. C. ad Velle.
quam ſequitur Anton. Neguzant. *in tract. de pignorib.*
part. 5. princip. memb. 3. part. 1. num. 31. & ſequentibus.
Quod ego tamen in illis ſolummodo caſibus admi-
ſerim, in quibus fideiuſſorem pro dote reſtituenda in-
teruenire poſſe, ſupra *cap. 6.* eſt expoſitum.

27 Quintus † caſus eſt, quando primus fideiuſſor ſe
non obligauit contẽplatione ſecundi fideiuſſoris, hoc
caſu, ſi creditor liberauit ſecundum fideiuſſorem, pri-
mo fideiuſſore non ſoluente, non obſtabit creditori
exceptio cedendarum actionum. Bart. *in l. ſi ſtipulatus*
eſſes. §. ſi verſ. primo caſu ff de fide. uſſ. Neguz. *de pign. in 3.*
memb. 5. part. prim. num. 36. verſ. 5. fallit. Vinc. de Franchis
deciſ. 55. num. 10. & 14.

Sed his ita definitis, neceſſario diſpiciendum eſt;
28 Verum † ea ceſſio, quæ confideiuſſores concernit, in
ſolidum, an verò pro parte fieri debeat? In qua quæ-
ſtione duo veniunt conſideranda. Primum horum eſt:
An eius etiam partis nomine, quæ ipſum ſoluentem
contingit, actio ſit cedenda fideiuſſori, ita vt eandem
à confideiuſſoribus repetere poſſit, an verò ceſſio tan-
tum quoad ratas ſiue partes reliquorum fieri debeat?
Exemplo res clarior fiet. Pone, tres ſunt fideiuſſores,
Titius, Sempronius, conuentus in ſolidum ſatisfecit
creditori, cedenti illi rurſus actiones aduerſus Titium
& Mæuium confideiuſſores Quæritur iam, an Sem-
pronius ab vnoquoque eorum 600. fl. repetere poſſit,
vel an pro ſua portione 200 florenos deducere, & de-
inde vel à Mæuio, vel Titio reliquos 400 petere co-
gatur? Accurſius quidem *in l ſi plures 38 ff. de adminiſt.*
tutor. diſtinctione vtitur, ſed ſimpliciter abſque hæſita-
tione dicendum eſt, fideiuſſorem, qui ſolidum ſoluit,
ſi ab aliis confideiuſſoribus poſteà ſolidum repetat,
cogi tamen, vt ſuam ratam prius deducat, & confide-
iuſſori rurſus ſibi prius ceſſam actionem cedat. Illud
29 † enim hoc caſu tantummodo ſolidum eſt, quod vl-
tra

tra ſuam portionem adhuc ſoluendum reſtat: Et præ-
tereà pro regula traditum eſt, eius, quod quis, pro-
prium debitum agnoſcendo, ſoluit, actionem aduer-
ſus alium cedendam non eſſe, *d. l. ſi plures.* Bertazolius
in tract. clauſularum inſtrum. clauſ. 40. *gl.* 4. *numer.* 10.
Hart. Piſtor. *part.* 1. *quæſt.* 48. *à num.* 5. *vſque ad numer.*
11. Francus *d. c.* 5. *num.* 490. *&* 498. Vincent. de Anna
deciſ. 55: Vinc. Caroc. *deciſ.* 87. (*vbi num.* 6. ex Ron-
chegallo, communiter receptam dicit) Ioan. Koppen.
d. q. 51. *num.* 8. 9. *&* 10. qui ſatis luculenter oſtendunt,
hoc quoque caſu nihil referre, vtrum beneficio diui-
30 uiſionis ſit renuntiatum, necne. Quod adhuc † eui-
dentius lectori demonſtrabit infraſcripta ſententia,
20. *Iunij*, *Ann.* 1604. in cauſa quadam prolata: In
cauſa N. qui appellationem dedit contra N. altera
pars etiam coram iudice comparuit petendo, quod
prouiſum illi ſit, fuit ordinatum quod prima ſententia
non fuit rectè pro lata ideò bene appellatum defectus
ergò primæ cognitionia ſit reformatus, pars autem
cum ſua ſit refecta, &c.

Aliæ ſimiles fuere pro late 25. Ionij anno 1602.
alia Martij anni 1603. ad quas referimus lectorem,
&c.

31 Alterum † propoſitæ diſquiſitionis membrum eſt,
an actio hæc, quatenus eam ſoluenti fideiuſſori con-
tra confideiuſſores; (nam ſi duo tantum, nec plures,
ſint fideiuſſores, res in expedito eſt) cedi debere dixi-
mus, pro portione confideiuſſores attingenre in ſolidū,
32 an verò pro rata cedi debeat? Et † hoc caſu Bartolus
in l. Modeſtinus numer. 10. *ff de ſolutionibus* concludit,
ceſſionem in ſolidum fieri debere, propterea, quod
creditor tale ius tenetur cedere, quale eſt apud eum,
l. Stychum §. *crediter ff. de ſolut. l.* 2. *Cod. de fideiuſ.* Fide-
iuſſores autem creditori in ſolidum ſunt obligati, *l.*
inter ff. de fideiuſ. Ergò, inquit Bartolus, etiam cre-
ditor actionem aduerſus confideiuſſores in ſolidum
cedere tenetur.

Sed res diſtinctione ſequenti omnino eſt temperan-
33 da. Aut † enim loquimur de ipſa ceſſione actionum,
tunc ſanè nihil refert, vtrum beneficio diuiſionis ſit
renuntiatum, necne. Nam etſi beneficium illud com-
petit, cum tamen fideiuſſores nihilominus ſtricto iure
in ſolidum ſint obligati, adeoque, niſi excipiant, in
ſolidum à creditore conueniri queant, *l.* 3. *l. liberum l.*
ſicut eligendi. C. de fideiuſ. Conſequens vtique eſt, cre-
ditorem actionem prout ſibi competit, in ſolidum ce-
dere debere. *Vincent. Carocius d. deciſ* 87. *num.* 15. *verſic.*
ſubdit etiam. Vt proinde diuiſionis beneficium nihil
impediat, quo minus ceſſio obligationis, & actionis
in ſolidum fiat, quippè cum non ideò minus in ſoli-
dum obligati ſint fideiuſſores, atque adeo beneficium
hoc cum obligatione, ac actione ipſa ceſſa, vel ceden-
34 da nihil commune habeat. Aut † verò ſermo eſt de
effectu actionis ceſſæ, & de ipſa exactione. Hoc certè
caſu, ſi beneficio diuiſionis ſit renuntiatum, confide-
iuſſor conuentus, à quo per actionem ceſſam ſolidum
petitur, fruſtra ſolutionem reſtantis ſolidi recuſat fi-
deiuſſori, qui iam ſolidum ſoluit, & portionem ſiue
ratam ſuam detraxit, quia nec creditori petenti recuſa-
re poſſet, vt fuſiſſime demonſtrarunt Coler. *de proceſ.*
execut. part. 2. *cap.* 2. *num.* 16. 17. *& ſeqq* ac Petrus Heigius
35 *d. quæſt.* 38. *nu.* 5. Si verò † beneficio diuiſionis renun-
tiatum non ſit, tum nullam cauſam ſubeſſe video, cur
non fideiuſſor, à confideiuſſore in ſolidum conuentus,
perinde ſe beneficio diuiſionis tueri poſſit, ac ſi à cre-
ditore conueniretur, quod enim ipſis, qui contraxe-
runt, obſtat, & ſucceſſoribus eorum obſtat, latè
Hartman. Piſtor. *d. part.* 1. *quæſt.* 48 *num.* 13. *cum ſeqq.*
Valentin. Francus *d. capit.* 5. *numer.* 495. *&* 496. Ioan.
Antonius Heringius.

Koppen. *d. quæſt.* 31. *nu.* 12. 13. 14. *&* 15. Qui quidem
36 † omnes eleganter quoque adijciunt, Si vnus ex con-
fideiuſſoribus non ſoluendo fiat, iſtius deficientis por-
tionem non ſolum cæteros, ſed & eum, cui ſoluenti
actio ceſſa eſt, ſuſtinere debere, quod ſatis probant
text. *in l. verum* §. *ſi cum tres ff. pro ſocio & in l. ſi plures.*
ff. de adminiſt. tut. Vincent. Carocius *d. deciſ.* 87. *num.*
2. *& num.* 16. *verſic. ſecundus caſus eſt.*

37 Quod † ſi quis præterea plura de actionum ceſſione
legere deſideret, is adeat tractatum Ioannis de Graſ-
ſis, & Iacobi de Arena *de ceſſio iur. & action.* & Marc.
Mantuam. *lib.* 10. *obſer. obſeruat.* 98.

P A R S IV.

De beneficio exceptionum Realium & Perſonalium.

S V M M A R I A.

1 *Exceptiones reales competentes, etiam fideiuſſori eius vtiliter competunt.*
2 *Exceptiones quare dicantur reales. Et nu.* 4.
3 *Vitia realia ſunt, quæ poſſeſſionibus inhærent.*
5 *Fideiuſſor exceptionibus realibus, etiam inuito reo, vti poteſt.*
6 *Fideiuſſoris intereſſe debet, vt exceptiones reales, etiam inuito reo, obijciat.*
7 *Debitor contraria pactione non poteſt fideiuſſori facultatem præripere exceptionibus realibus vtendi.*
8 *Debitor reſpectu ſui fideiuſſoris eſt ſicut filius reſpectu patris, & ſeruus reſpectu Domini.*
9 *Beneficium aliquod quando mihi competit ex perſona alicuius, atque aliquis eo inceperit vti, non poteſt recedere ab eo, & pœnitere in meum præiudicium.*
10 *Regula, de iure tertij, quod excipere non liceat, aliquando non obtinet.*
11 *Venditoris fideiuſſori appellare eſt permiſſum, etiamſi emptor, & venditor ſententia acquieſcant.*
12 *Fideiuſſor etiam non rogatus fidem ſuam interponens habet exceptionem realem reo competentem.*
13 *Fideiuſſor exceptione reali ſe defendere poteſt, quamuis ipſe debitor principalis ea vti nequeat. Quod declara, vt num.* 14.
15 *Fideiuſſor exceptionibus rei cohærentibus inniti poteſt, etiamſi omni legum auxilio renuntiauerit.*
16 *Exceptio* Rei iudicatæ *fideiuſſori nequaquam deneganda. Quod pulchrè exornatur. num.* 17. 18.
19 *Sententia declaratoria ſuper excuſſione facta contra debitorem omnino neceſſaria eſt, priuſquam ad fideiuſſores perueniri queat. Quod ampliatur. num.* 20. *Reprehenſo Baldo, num.* 21.
22 *Acta, & ſententia contra principalem lata, aduerſus fideiuſſorem, quoad plenum præiudicium fidem non faciūt.*
23 *Fideiuſſor de iudicato ſoluendo non poteſt condemnari, vbi ipſe reus principalis condemnari non poſſet.*
24 *Sententia abſolutoria lata pro reo principali, non tenetur fideiuſſor de iudicatum ſoluendo.*
25 *Iuramento in litem ſi aduerſus principalem in vita ipſius non fuerit locus, non licet etiam contra eius fideiuſſores in litem iurare.*
26 *Exceptio* Doli mali *fideiuſſori quoque competit.*
27 *Dolo venditoris ſi reus ſe circumſcriptum eſſe docere queat, fideiuſſor quoque ex remedio l.* 2. *C. de reſcin. vend. iuuari debet.*
28 *Minor ſi dolo aduerſarij ſit deceptus, conſulitur tam fideiuſſori, quam minori, per exceptionem doli mali.*
29 *Exceptio* Iuſiurandi *fideiuſſori quoque proficit.*
30 *Exceptio* Quod metus cauſa *fideiuſſori dari debet.*

31 *Exceptionem facta cum Reo* Tranſactionis *fideiuſſor quoque habet.*
32 *Exceptio* Pacti de non petendo *fideiuſſori competit. Sed declara, vt num.* 35.
33 *Pactum, amplius non peti, à reo ſi ſit factum, atque is poſtea faciat pactum contrarium, non nocet hoc poſtremum pactum fideiuſſori, cui prius prodeſſe cœpit. Quod limita, vt num.* 34.
36 *Exceptio* Compenſationis, *fideiuſſori denegari nequit Quod prolixe oſtenditur. numer.* 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43.
44 *Exceptio* Præſcriptionis *fideiuſſori commodo eſt.*
45 *Præſcriptio obligationem conuenit, & ſolutioni æquiparatur. Quod intellige, vt num.* 46. *&* 47.
48 *Exceptioni* non numeratæ pecuniæ *fideiuſſor tuto innititur. Et num.* 49. 50. 51. 52.
53 *Exceptio* Contractus vſurarij *fideiuſſori competit.*
54 *Horatius Carpanus part.* 2. *cap.* 189. *num.* 17. *reprehenditur.*
55 *Fideiuſſor vſurarij vltra vires hæreditarias non tenetur.*
56 *Exceptiones mixtæ, quales ſunt exceptio* Velleiani & Macedoniani *Senatuſconſulti, fideiuſſori dantur.*
57 *Exceptiones*, Libertatis onerandæ cauſa obligationis ſine cauſa, & incommodicæ donationis, *quatenus fideiuſſori, competant remiſſiue.*
58 *Beneficium ex l. tempus* 29. *ff. de re iudic. fideiuſſori quoque datur.*
59 *Leges multæ, vt & Canones nonnulli in Camera Imperiali non obſeruantur. Et num.* 60. 61. 62.
36 *Fideiuſſor eiuſque hæres ad eandem rationem vſurarum reuocantur, ad quam, & tutor reuocatur. Et nu.* 64.
95 *Exceptio.* Reſolutæ per contrarium conſenſum venditionis *fideiuſſoris in commodum cedit.*
66 *Exceptio ex l. ſed etſi* 4. §. *item quæritur. ff. ſi quis cautionib. fideiuſſori competit.*
67 *Fideiuſſor eodem modo ſe per exceptionem abſentiæ Reipublicæ cauſa ſuis principalis tueri poteſt, ac ipſe principalis.*
68 *Abſtentione hæreditatis à pupillo facta, etiam fideiuſſoribus ab eo datis ſuccurritur.*
69 *Dilatio conceſſa debitori per maiorem partem creditorum etiam fideiuſſori prodeſt. Ætiologia petitur. num* 70.
71 *Dilatio facta ſuper principali videtur etiam fieri ſuper acceſſorib.*
72 *Gabella non ſoluta excuſatio æque datur fideiuſſori, ac principali.*
73 *Debitoris defuncti parentes, proximi cognati, & fideiuſſores ante nonum diem poſt ſepulturam nequaquam conueniri poſſunt.*
74 *Fideiuſſor euictionis habet electionem vel reſtituendi rem iuſtam, vel interesſe ſoluendi.*
75 *Perſonalium exceptionum reſpectu diſpiciendum tam reo, quam fideiuſſori; ne quid egrediantur.*
76 Exceptio merè perſonalis, *ſeu perſonæ medullitus cohærens, ad fideiuſſorem nequaquam porrigitur.*
77 *l. vbicunque* 61 *ff. de fideiuſſ. de perſonalibus tantum exceptionibus eſt accipienda.*
77 *Priuilegia perſonalia perſonas ſuas non egrediuntur.*
79 *Exceptio* Fori declaratoria *reo principali clerico competens, non competit eius fideiuſſori laico.*
80 *Beneficium* Competentiæ *fideiuſſori non datur. Quod tamen notabiliter declaratur. num.* 81. 82. *&* 83.
84 *Principalis debitor fideiuſſores conuentos defendere, & ob id, quod eius interest, exceptiones quoque eis opponere poteſt, quæ fideiuſſoribus non communicantur.*
85 *Franciſci Duareni opinio non admittitur.*
86 *Frater aduerſus fratrem beneficio competentiæ ſe tueri fruſtra annititur. Et num.* 88. *Eaque ſententia eſt veriſſima numer.* 89. 83. *Licet pleriſque aliud placuerit. num.* 90.
87 *Beneficium competentiæ locum habet tantum in ſocietate conuentionali.*
92 *Frater fratrem inopem alere tenetur.*
94 *Actiones famoſæ non dantur aduerſus parentes.*
95 *Frater pro debito ciuili ad inſtantiam fratris non poteſt arreſtari vel incarcerari. Sed contrarium retinet auctor cum Caſpare Bares Hiſpano.*
96 *Affinitas ſola operatur vt poſſit aliud pro alio ſolui.*
97 *Æquitas non ex cuiuſquam cerebro aut imaginatione, ſed ex arte æqui, & boni naſci debet.*
98 *Fratres parentum hæreditates indiuiſas poſſidentes, ſi ſint ſocij omnium bonorum, poſſunt vti priuilegio competentiæ, non vt fratres, ſed vt ſocij.*
99 *Exceptio* Ceſſionis bonorum *à principali facta fideiuſſori nihil proficit. Quod latius deducitur. numer.* 100. 101. 102.
103 *Fideiuſſor condemnatus vt ſoluat, poteſt bona principalis debitoris vendere, & ſoluere, vt carcerem euitet. Quod ampliatur. num.* 104.
105 *Exceptio* Beneficij inuentarij *fideiuſſori reſpectu ſuæ perſonæ non competit.*
106 *Exceptio* Litis pendentiæ *fideiuſſori nil prodeſt, ex Franciſ. Marco. Sed reuocatur ab auctore in dubium. num.* 107. *& num.* 108.
109 *Lite pendente cum principali, non fit pœna perſecutio contra fideiuſſorem, ex Bertrando, & Magonio. Sed intelligi debet, vt auctor explicat n.* 110. 111. *&* 112.
113 *Exceptio* Reſtitutionis in integrum *minoris ex lubrico ætatis lapſo competens, fideiuſſori non proficit. Et num.* 114.
115 *Fideiuſſori, vti hæredi minoris, beneficium reſtitutionis in integrum competit.*
116 *l. minor.* 51. *ff. de procurator explicatur.*
117 *Fideiuſſor ex ſua propria perſona, ob læſionem, reſtitutionem in integrum petens nequaquam auditur.*
118 *Maritus fideiubens ſine conſenſu vxoris, reſtitui poteſt aduerſus fideiuſſionem ex capite minorennitatis ipſius vxoris.*
119 *Exceptio* Sequeſtri *principali competens, fideiuſſori non conceditur.*
120 *Saluus conductus pro debitore impetratus non prodeſt fideiuſſoribus eius, niſi nominatim exprimatur.*

1 QVARTVM beneficium, quod fideiuſſoribus competere dici poteſt, eſt illud: Quod omnes † exceptiones reales, ſeu Rei & Obligationi cohærentes, quæ reo competant, etiam fideiuſſori eius vtiliter competunt. Hæc concluſio fundata eſt *in l. ſi ſtipulatus* 15. *leg. ex perſona* 32. *ff. de fideiuſſoribus leg. exceptiones.* 7. §. 1. *l. omnes* 19. *ff. de except. l. defenſiones Cod. eodem.* Valentin. Francus *de fideiuſſor cap.* 3. *numero* 20. *&* 24. Coletus *de proceſſ. execut. part.* 1. *cap.* 10. *numero* 338. Ac probat eam, poſt Pariſium, Marſilium, Nattam, Surdus *deciſio* 301. *numero* 12. quibus calculum ſuffragatorium adijciunt, Franciſcus Beccius *in conſilio.* 45. *numero* 45. Gerad. Mazollus *in conſilio decimoquinto. numero* 28. Magonius *deciſ. Florent.* 110. *numero* 3. Neuizan *conſilio* 51. *numero* 27. Matanta *conſil.* 448. *numer.* 7. Ioan. Bernardin. Muſcatell. *in pract. fideiuſſoria part.* 2. *quæſt.* 8. *numero* 1. *&* 2. Anton. Quetta *in conſil.* 54. *numero* 3. Andr. Rauchbar. *in quæſtionibus ſuis part.* 2. *quæſt.* 7. *numer.* 21. Flamin. Chartarius *in deciſio. cauſ. execut. Rota Genuenſ. deciſ.* 7. *numer.* 2. Horatius Carpanus *ad ſtatut. Mediolanenſ. part.* 2. *cap.* 189. *num.* 16. Dicuntur autem
2 hæ † exceptiones propterea reales, quia rem ipſam afficiunt,

Digitized by Google

afficiunt, & ex ipſa re cauſam atque originem trahunt,
3 (non aliter, atque † vitia realiter dicuntur, quæ rebus,
hoc eſt poſſeſſionibus ipſis inhærent, *l. vitium. C. de
acquiren. poſſeſ. §. furtiua. Inſtit. de vſucap.*) non igitur
mirum, eas etiam fideiuſſori competere, cum is ab
4 † initio rei obligationive, non autem debitoris per-
ſonæ, acceſſerit, atque ideo etiam merito ad rem ip-
ſam ſiue cauſam, non autem ad perſonam reſpiciatur
*l. cum vnus in princ. D. de reb. auct. iud. poſſid. facit l. 7.
§. pactorum D. de pact. §. exceptiones. Inſtit. de replica-
tionib.* Claud. Cantiuncula *in paraphraſi Inſtit. tit. de fide-
iuſſoribus* Surdus *deciſ. 301. num. 13.*
5 Quod quidem adeo verum eſt, vt † fideiuſſor, quo-
6 tieſcunque eius intereſt, (vt † rectè præſupponit. Hie-
ron. Gratus *reſponſa 28. num. 21. vol. 1.*) etiam inuito
reo principali huiuſmodi exceptiones obijcere poſſit,
d. l. omnes 19. ff. de excep. Bertazolius *in tract. clauſ. in-
ſtrum. clauſ. 41 gloſ. 7. num. 4.* ex Curtio, Socino, Hip-
polyto, & Matthæo Canone, Ioan. Zangerus *de ex-
cept. p. 3. c. vlt. num. 59.* Intereſt enim eius, pecuniam
retinere potius, quam ſolutam à reo repetere, *d. l. ſti-
pulatus 15. d. leg. ex perſona 32. ff. de fideiuſſor. 24. ff. de
7 donat.* In tantum, vt ne † quidem intempeſtiua pœni-
tentia, aut contraria pactione debitor hanc vtilitatem
fideiuſſori auferre, & præripere poſſit, *l. vlt. ff. de pact.
l. Grandis §. pen. ff. de fideiuſ.* Andr. Barbat. *conſ. 89. col.
8 9. vol. 3.* Eſt † enim debitor, reſpectu ſui fideiuſſoris,
ſicut filius reſpectu patris, vel ſeruus reſpectu domini,
ideoque ſicut illi tenentur prodeſſe, acquirere, & non
nocere: Ita & debitor prodeſſe, acquirere, & non
nocere tenetur. Imola *in c. potuit, extra de loca.* Vinc.
9 Caroc. *deciſ. 74. num. 11.* Et quando † ex perſona alicu-
ius de iure communi competit mihi aliquod benefi-
cium, atque ille incœpit eo iam vti, tunc non poteſt
recedere, & pœnitere in præiudicium meum, maximè,
ſi tracto de me defendendo, & de damno vitando. Barr.
& Alberic. *in l. ſi poſt mortem §. hi qui ff. de bon. poſſ. cont.
10 tab.* Vinc. Carocius *deciſ. 116. num. 7.* Et ſic † hoc caſu
quoque non obtinet trita iuris regula: Quod de iure
tertij non liceat excipere, vt obſeruauit Robert. Maran.
in tract. de except. iuris tertij num. 106.
11 Hinc † etiam fluit, quod fideiuſſori venditoris ap-
pellare eſt permiſſum, etiamſi emptor, venditor ſen-
tentiæ acquiſcant, *l. a ſententia 5. & ibi Bart. & Ang.
ff. de appellat.* Caſpar. Caballin. *in tract. de auction. §.
2. num. 22.* Portius Imolenſis *conſ. 172. num. 10.* & vi-
de Ioan. Vincent. Hondedæum *conſultat. decimoquinto
part. 1.*
12 Neque diſtinguimus † hic, fideiuſſor ne ad inſtan-
tiam, preces debitoris, vel an ſponte, & rogatus fi-
dem ſuam interpoſuerit, vtroque enim caſu exceptio-
nem realem reo competentem habet, *l. ſi mulier. 16. §.
1. ff. ad Velleian.* Ludouic. Roman. *in ſing. 319. incip.
13 Tu ſcis quod exceptiones competentes.* Imo, † fideiuſſor
quoque huiuſmodi exceptione ſe defendere poteſt,
quamuis ipſe debitor principalis ea vti nequeat, ſi-
cut poſt Bal. & Hippol. tradit Valent. Franeus *d. cap.
14 3. num. 30.* modo ſaltem debitor † ipſe in eodem ſtatu
permaneat, nec forte ob delictum de ſtatu bonorum-
que parte labatur, nunc enim, volente quidem debi-
tore, exceptio realis fideiuſſori proderit, *d. l. defenſio-
nes 11. C. de exceptionibus 1. C. de fideiuſ.* Cantiuncula *d.
loco* Francus *d. cap. 3. num. 25. & 26.* iunctis ijs, quæ
ſupra *cap. 20. §. 14.* hac de re fuſius dixi.
Hoc amplius, fideiuſſores † exceptionibus rei cohæ-
15 rentibus inniti ac vti poſſunt, etiamſi omni legum au-
xilio renuntiauerint. Cum enim renuntiationes ſint
ſtricti iuris, nec in ijs veniant, niſi quæ ſunt expreſſa,
talem renuntiationem accipere oportet de ijs benefi-
Anton. Heringius.

cijs, quæ fideiuſſoribus renuntiantibus immediate
non mediate per perſonam alterius ex legum diſpoſi-
tione, vel etiam contractu competunt. Ludolph. Schra-
derus *in commem. ad Inſtit. de fideiuſ. in 1. beneficia fi-
deiuſſionis.* Ioan. Zangerus *in tract. de except. part. 3. cap.
vlt. num. 61. & 62.*
Sed vt tota hæc tractatio adhuc clarior fiat, operæ
pretium fore exiſtimo, ſi reales quaſdam exceptio-
nes ſubijciam, & oſtendam, quatenus eædem reo com-
petentes etiam eius fideiuſſori dentur. Etſi enim illud
ipſum ſatis fideliter iam ante præſtitit Valentin. Fran-
cus *d. cap. 3. à num. 20. vſque ad num. 83.* ne tamen
omnino manca ſit hæc commentatio, paucis ſaltem
ſumma rerum capita rurſus attingam, ſed ita nihilo-
minus, prioribus, iſtaт τῷ ἐπιθέλματι aliquid acceſ-
ſiſſe, lector facile animaduertere poſſit, Interim ta-
men exceptiones reales Solutionis, Nouationis,
Delegationis, Obligationis ſolennis, Acceptilationis,
Confuſionis, &c. hic denuo non inculco, ne bene-
uolo lectori appoſita Crambe bis cocta nauſeam
cieam.
16 Primum igitur exemplum ſuppeditat † exceptio
REI IVDICATÆ, quæ realis eſt, hoc eſt, rem ipſam
afficiens, atque ideo quoque fideiuſſori non dene-
ganda, *l. exceptiones 7. §. res ff. de except.* Cum enim
res contra debitorem iudicata etiam eius fideiuſſorem
grauet, eumque ad ſolutionem, ſi exceptiones legi-
timæ deficiant, compellat, *l. à ſententia ff. de appellat.*
conſequens ſit, vt & ſententia pro reo lata ipſi viciſ-
ſim proſit, & commodet, ſiquidem ipſius non minus
intereſt quam rei æquumque ſit, & quem ſequuntur
onera, eum etiam ſequantur commoda. Bart. *in l. fin.
ff. de pactis.* Alberic. de Roſate *in 1. part. ſtatut. quæſt.
146.* Franciſ. Marcus *quæſt. 518. part. 1.* Idque non
17 † tantum obtinet in ſententia arbitri, qui ab aliquo
peti vetuit, petatur, committitur certè pœna, quia
τὸ δυνατόν hoc eſt, poteſtate à reo non petitur, quem
fideiuſſor actione mandati rurſus eſt conuentus, at-
que ideo fideiuſſori omnino danda exceptio: *Si aduer-
ſus ſententiam arbitri non petatur leg. aduerſus 29. de
recept.*
18 Adijcio vlterius, Quod ſi fuerit † electus Syndicus
ad reuidendum adminiſtrationes officialium, eorum-
que aliquis dederit fideiuſſorem de fideliter admini-
ſtrando inuentusque fuerit legalis, & irreprehenſiblis,
atque ex hoc abſolutus, iſta exceptio quoque com-
petat eius fideiuſſori, adeo, vt ſi poſtea fiat nouum
ſtatutum, vt ſcilicet de nouo reuideantur geſta officia-
lium, & ille, qui fideiuſſorem dederat, inique prima
rationum redditione fuit abſolutus, ex cauſa autem de
nouo deducta condemnetur, quod fideiuſſor am-
plius non teneatur, ſed ſe per exceptionem rei iudi-
catæ tueri queat. Bartolus *in leg. fin.* dicens, ita Bo-
noniæ eſſe DECISVM. *ff. pactis.* Sequitur Sebaſt.
Medices *de reg. iuris regula 4. lit. F. num. 40.* Vincent.
Carocius *deciſ. 74. num. 4.* Quod in praxi bene eſt
notandum, quando Principum ac Comitum Quæ-
ſtores ſemel rationes, & reliqua reddiderunt, & de-
ſuper perfectè, & plenè per Quittantias (vt vocant)
ſunt liberati.
Sed & hoc obſeruatione non eſt indignum, quod
19 † ſententia declaratoria ſuper excuſſione facta con-
tra debitorem omnino neceſſaria ſit, priuſquam ad
fideiuſſores perueniri queat, & quod in actis poſita
nuntij relatio debitorem non eſſe ſoluendo, ad id non
ſufficiat. Lud. Rom. *conſ. 211. num. 4.* vbi Horat. Man-
doſius *in addit.* plures idem tenentes allegat, ex Signoro-
lo Angelo, Aretino, Alex. Iaſone, Decio, Neguzantio,
& Pariſio *in conſ. 50. num. 54. lib. 1* communem dicens,

Quam ſententiã etiam vltra Hippol. *in Rub. de fideiuſſ.*
num 22. probat Eman. Soarez. *in theſauro commun. opin.*
lit. F. num. 165. ſimiliter ibi communem eam pronun-
20 tians. Lata † autem tali ſententia declaratoria inter
creditorem, & debitorem, probat vtrique ea etiam in
præiudicium fideiuſſorum, vt voluit Balbus *in l. is apud*
21 *quem. C. de edendo.* reprehenſus † propterea à Iaſone
ibidem. num. 23. quem ſequitur Maſcard. *de probat. con-*
cluſ. 707. cum quo concordat Natta *in conſil.* 345. *num.*
2. *lib.* 2. generaliter poſt Baldum *in l.* 2. *colum. penult. C.*
de edendo. & Alex. *in l. ſæpe col.* 6. *ff. de re iudicat.* aſſe-
22 rens; Acta † & ſententiam latam contra principalem,
aduerſus fideiuſſorem, quoad plenum præiudicium,
fidem non facere.
23 Sanè, ſicut † fideiuſſor de iudicato ſoluendo non
poteſt condemnari, vbi ipſe reus principalis condem-
nari non poſſet *l. vir bonus ff. iudicatum ſolui.* Aymo
24 Crauetta *conſ.* 287. *nu.* 1. *vol.* 2. Ita etiam † lata ſenten-
tia abſolutoria pro reo principali, non tenetur fide-
iuſſor de iudicatum ſoluendo, *l. penult. & ibi Ang. ff.*
iudic. ſol. Socin. iunior. *conſ.* 91. *in prin. lib.* 4. Crauetta
d. conſ. 387. *num.* 1. in quo conſilio etiam luculenter
25 oſtendit; Quod † ſi aduerſus principalem in vita ipſius
non fuerit locus iuramento in litem, non liceat etiam
contra eius fideiuſſores in litem iurare: probat idi-
pſum Marcus Anton. Natta *in conſilio.* 202. Quod no-
tari debet.
26 Secundum exemplum ſubminiſtrat † exceptio DO-
LI MALI, quando nimirum reus dolo alterius eſt
circumuentus, tunc enim non in perſonam, ſed in rem
eſt ſcripta, ideoque etiam fideiuſſori competit, *d. l.* 7.
§. 1. *ff. de excep. l. teſtamenta* 49. *in pr. ff. de fideiuſſ.* accu-
ratè Francus *d. cap.* 3. *num.* 34. *& ſeqq.* Vnde manat,
27 quod ſi reus de dolo † venditoris ſe circumſcriptum
læſumque docere queat, abſque dubio etiam fideiuſ-
ſor ex remedio *l.* 2. *C. de reſcind. vendit.* iuuari debeat,
vtcunque ſe euictionis nomine obligauerit, aut nul-
lam moleſtiam illatum iri alicuius rei nomine ſub pœ-
na promiſerit. Alexan. *in l.* 1. *C. de fideiuſſ. minor.* Arius
Pinellus *in l.* 2. *part.* 2. *cap.* 3. *numer.* 43. *&* 44. *C. de reſcind.*
vendit. Caſpar Caballinus *in tract. de euiction.* §. 2. *num.*
20. Eman. Soarez. *in theſ. com. opin. lit. F. num.* 174. *&*
28 175. Quod ſi † minor, non ſua facilitate ſeu lubrico
ætatis læſus (tunc enim aliud dicendum, vt oſtendo
inferius *num.* 113.) ſed dolo aduerſarij ſit deceptus, &
circumuentus, conſulitur vtrique, tam fideiuſſori,
quam minori, per exceptionem doli mali, *d. l.* 7. §. 1.
verb. aut promittere ff. de except. l. 2. *C. de fideiuſſ. minor.*
Idque in odium decipientis, cui iura non ſubueniunt,
l. 2. *ff. ad SC. Velleian. l. tranſactio ff. de tranſact.* Duen-
nas *regula* 318. Weſenbec. *in paratit. C. de fideiuſſ. minor.*
Petrus Follerius *in addit. ad Marantam tit. de appellat.*
poſt num. 81. Qua de re plenius tractantes vide Io. Mau-
ritium *de in integr. reſtit. cap.* 14. Myſing. *cent.* 4. *obſ.* 18.
& Francum *d. c.* 3. *num.* 71.
29 Tertia exceptio realis eſt exceptio † præſtiti à reo
IVRISIVRANDI. Illa namque fideiuſſori non minus
quoque proficit, quam ſolutio, acceptilatio, cuius (*vt*
ſupra c. 20. §. 2. *n.* 2. *& ſeqq. probaui.*) vim obtinet iu-
ramentum. *d. l. exceptiones* 7 §. 1. *D. de except.* Francus *d.*
c. 3 *n.* 47. Cæterum illud ipſum neceſſario ita eſt exau-
diendum, *quemadmodum iam ante d. cap.* 20. §. 2. *docui.*
30 Quarta exceptio realis eſt † exceptio QVOD ME-
TVS CAVSA, ea namque in rem eſt ſcripta, ideoque
fideiuſſori quoque danda, *d. l. exceptiones.* 7. §. 1. *D. de ex-*
cept. Sebaſt. Medices *in tract. de caſibus fortuitis part.* 1.
quæſt. 7. *numer.* 35. Francus *d. cap.* 3. *num.* 45. Cantiun-
cula *d. loco.* iunctis ijs, quæ ſupra *c.* 20. §. 17. in me-
dium ſunt allata.

31 Quinta exceptio realis eſt † exceptio factæ cum reo
TRANSACTIONIS, *l. & poſt rem D. de tranſact.* Nam
tranſactio æque obligationem perimit, atque res iu-
dicata, *vt oſtendi dicto capit.* 20. §. 7. quare etiam fide-
iuſſori talis exceptio non eſt denegandа.
32 Sexta exceptio realis eſt † exceptio PACTI DE
NON PETENDO, quæ ſimiliter fideiuſſori competit,
d. l. exceptiones §. 1. *D. de except. & eſt textus elegans*
in § *exceptiones Inſtit. de replicat.* Philip. Cornelius *conſil.*
103. *num.* 1. *volum.* 3. Francus *d. cap.* 3. *num.* 50. *&* 51.
33 Idque adeo † verum eſt, vt ſi reus pactus ſit, à ſe non
peti pecuniam, & nihilominus faciat pactum contra-
rium, non noceat hoc poſtremum pactum fideiuſſori,
cui prius prodeſſe cœpit, *l. fin. & ibi Iaſon ac Io. Peruſ.*
de Monte Sperello D. de pactis Roman. *conſil.* 24. *ad fi-*
nem Bartholom. Socin. *conſil.* 91. *incip. Concludo num.*
7. *vol.* 2. Crauetta *conſil.* 106. *incip. Honoratus ad finem*
Franciſ. Becius *conſ.* 45. *num.* 47. *&* 48. Hieron. Mago-
nius *deciſ. Florent.* 150. *num.* 5. Angulola *conſil.* 22. *in ma-*
teria contractuum. num. 2. Ratio eſt, quod fideiuſſor ſe-
mel liber factus ſine nouo conſenſu obligari non po-
teſt *argumento l. obligamur D. de obligationib. & actionib.*
Si enim obligaretur fideiuſſor poſteriori pacto, ab eo
inuito pecunia exigi poſſet, quam fideiuſſorio nomi-
ne deberet, *l. debitor. D. de fideiuſſorib.* Quod fieret ſi-
ne eius facto, *contra l. id quod noſtrum D. de regulis iu-*
ris. Anton. Corduba de Lara *in repetit. l. ſi quis à libe-*
ris. §. *item reſcriptum num.* 26. *&* 53. *D. de liber agnoſc.*
Anton. Pichardo de Vinuesa *in tit. Inſtit. de duob. reis*
34 §. *ex huiuſmodi. n.* 16. *&* 17. Limitatur † tamen prædi-
cta concluſio a Socino *in d. conſil.* 91. *num.* 8. 9. *&* 10.
Ioannes Petro Ancharano Regienſi *in quæſt.* 15 *num.* 9.
lib. 2. vt, ſolummodo procedat in fideiuſſore contra-
ctus, non etiam in fideiuſſore iudicatum ſolui, vt
apud illos videre licet.
Sic & illud *nu.* 32. poſitum axioma ſingulariter limi-
tat Matheſilan. *in ſingul.* 205. *incip. Nota caſum pul-*
35 *chrum.* vt † non procedat, ſi maior pars creditorum
fecerit pactum de non petendo hæredi futuro debito-
ris, tunc enim tale pactum præiudicat paucioribus
creditoribus, in quantum agere volunt aduerſus
fideiuſſorem, hoc enim caſu pactum eſt perſonale, &
fideiuſſorem non concernit, *l. niſi hoc actum. D. de*
pactis.
36 Septimum exemplum conſtituo in † exceptione
COMPENSATIONIS, nam & hæc, quoties ipſi reo
competit, toties etiam eius fideiuſſori eſt danda, *l. ve-*
rum D. de compenſat. Dyn. in §. *in bonæ fidei num.* 12. *Inſtit.*
de action. Ronchegall. *in l. ſi duo rei num.* 4. 8. *&* 9. *D.*
de duob. reis. Paril. *conſ.* 121. *num.* 5. *vol.* 1. Menoc. *conſ.*
37 120. *nu.* 5. *lib.* 2. Etiam † principali inuito, Sebaſt. Me-
38 dices *in tract. de compenſat. part.* 2. *q.* 4. *nu.* 5. Ac † licet
Bartolus *in l. amplius* 15. *nu.* 9. *D. rem. rat. hab.* aſtruit,
opponentem compenſationem propriè non dici exci-
pere, alij etiam velut medium quoddam eſſe exiſtimant
inter exceptionem, & petitionem. Sebaſt. Medices *de*
compenſat. part. 2. *q.* 19. *num.* 1. per Bald. & Dd. *in l. Iulia-*
39 *nus* 60. *D. de condict. indeb.* Ego † tamen exiſtimo com-
penſationem potius ad claſſem exceptionum, quam re-
conuentionum pertinere, non ſolum, quia obijcitur
petitioni, vt eam excludat, *iuxta l.* 2 *D. de except.* Ve-
rum etiam, quia reconuentio non eſt, cum eo modo
non proponatur. Atque ideò etiam libri *Harmenop. lib.*
7. *tit.* 10. *in Schol. cap.* 25. compenſationem exceptio-
nem vocant, quod diſerte probat Conſtit. Elector.
Saxon. 8. *part.* 1.
40 In tantum † autem exceptio compenſationis rei
adhæret, vt, quamuis principalis excommunicatus, vel
bannitus fuerit, nihilominus tamen fideiuſſor exce-
ptionem

ptionem compenſationis debiti compenſabilia objice-
re poſſit ſecundum Hippol. *in Rubric. de fideiuſſ. numer.*
271. & Albet. de Roſate *in 2. part. ſtatut. q. 92.* Quam
deciſionem veram eſſe dicit Nullus de S. Gemin. *in*
tract. bannit. part. 1. ſecund. temp. verſ. iuxta prædicta quæ-
ritur. num. 177. in fin. quibus addo Andr. Gail. *lib. 2. de*
pac. publ. caput. 12. num. 15. & ſeqq. & tactum eſt ſupra
41 *cap. 20. §. 6. num. 5. & ſeqq.* Non † enim delictum prin-
cipalis fideiuſſori nocere debet, *l. vltim. ff. de pact.* Se-
baſt. Medices *de compenſat. p. 2. q. 4. num. 2. & 7.* Quia
nec prodeſt ad liberationem conſequendam, *l. 1. l. ſen-*
tentia C. de fideiuſſ. & dixi ſupra cap. 20. §. 14. nu. 42. &
42 *ſeqq.* Nec intereſt an talis † exceptio compenſationis
orta ſit ante fideiuſſionem, ſiue poſt adhuc enim fide-
iuſſori eſt danda. Bald. & Doctor. *in l. 4. ff. de compen-*
ſat. Pariſ. *d. conſil. 121. num. 7. 8. 9. 10. 11. 12. & 13.* Se-
baſt. Medices *d. p. 2. q. 31. num. 47. in 52. notabili.* pul-
chrè Ioan. Zangerus *in tract. de except. p. 3. c. 6. num. 11.*
43 *& 12.* vbi † etiam *numer. 14.* rectè reprehendit Seba-
ſtianum Medices, ſentientem, tum demum fideiuſſo-
rem compenſationis exceptione rectè vti, quando de-
bitor principalis ſoluendo non eſt, ſecus eſſe, ſi ſit ſol-
uendo.

44 Octaua exceptio realis eſt † exceptio Præscri-
ptionis, quæ, & ipſa fideiuſſori eſt commodo, cum
rei non perſonæ cohæreat, quod ſatis ex eo patet, quod
45 † obligationem concernit, & ſolutioni æquiparatur.
Francus *d. c. 3. numer. 31.* Weſenbec. *in paratit. ff. de vſu*
cap. num. 14. & in conſi. 14. num. 84. verb. quamobrem.
Pro quo facit *l. ſi pupillus 45. ff. de administ. tut.* non ve-
ro *leg. pupilli ff. de ſolut.* perperam ad id à præceptore
Weſenbecio *prædicto loco*, allegata. Et quanquam
46 † hic articulus controuerti poteſt, vt patet ex Franc.
Baldo *de præſcrip. 2. part. princ. c. q. 2. num. 13. & 14.* Io-
ſeph. Ludouico *deciſ. Lucenſ. 31. num. 23.* Poſt Bald.
in l. tamen mandati. C. de non num. pecun. tamen ante-
dictæ concluſioni ipſa veritas aſſiſtit, non obſtante,
47 quod † Doctores adhuc digladiantur, num præſcri-
ptio tollat naturalem obligationem, quod voluit Bal-
bus *de præſcript. part. 2. 3. part. princip. quæſt. 10. conclus.*
38. vel, an ciuilem tollat, & naturalem tantum ineſ-
ficacem reddat, vt ſenſit Alciat. *in Rubr. de præſcript. n.*
44. Eman. Soarez *in theſauro com. opin. in l. 1. P. num.*
208. & 208. Si enim eſt ineſficax, quomodo fideiuſſo-
ri, præſcriptionem obijcienti, efficaciter obſtare po-
terit? Francus *d. c. 3. num. 33.*

48 Nona exceptio realis eſt, exceptio † Non nv-
meratæ pecvniæ. Etſi namque interdum, &
per modum actionis, querelæ, vel condictionis pro-
ponitur, implorato iudicis officio, *l. 5. Cod. de non*
num. pecun. l. 3. C. de poſtul. Felin. in c. ſi cautio. extra. de fid.
49 *inſtrum.* Vnde etiam † exceptio anomala appellatur
ab Angelo Aretino *in §. idem iuris num. 10. 59. & 60.*
Inſtit. de excep. Tamen propriè eſt exceptio, cum actio-
ni ex ſcriptura, ſub ſpe futuræ numerationis facta, pro-
poſitæ opponatur, *Ang. in d. §. idem iuris n. 1. & 10.* Et
quidem in rem, non in perſonam, quia ſi eſſet in perſo-
nam, eam non egrederetur, cuius contrarium tamen
eſt verum Angel. *in d. §. idem iuris num. 13. in fin.* Bartol.
Bald. & Salyc. *in l. tam mandatori. C. de non num. pec.*
Atque ideo fideiuſſori quoque competit *d. l. tam. man-*
50 *datori* Ange. *de §. idem iuris num. 13.* vſque adeo, vt &
† contradicente, vel pecuniam ſibi numeratam eſſe
confitente debitore fideiuſſor ſe hac tueri poſſit, *l. ſi*
cau. 15. ibi gl. Bar. Bald. & Dd. C. de non num. petu. Va-
lent. Franc. *d. c. 3. num. 74.* cum hac in parte debitoris,
præſertim obærati, voluntas non conſideretur, ſiue ne-
cem ac ſimilium, *Bald. in d. l. tam mandatori num. 18.*
C. de non num. pecun.

51 Nec † obſtat, *l. fruſtra 61. C. de non num. pec.* quia non
loquitur de acceſſoriè obligatis pro debitore, ſed iis,
qui ſponte obligationem geminant, quibus non æquè
ſuccurritur, *l. aduerſus 5. l. generaliter 13. & ibi Caſtren.*
ac Petr. de bella pertica C. eod. tit. Anton Gomeſ. *var. re-*
52 *ſol. tom. 2. c. 6. num. 4.* Non † obſtat quoque glo. *in d.*
l. tam mandatori. Ibi enim inceperat fideiuſſori com-
petere exceptio non numeratæ pecuniæ: verum quia
ex poſt facto ſequitur numeratio pecuniæ, ideo recon-
valeſcit obligatio in præiudicium fideiuſſoris. Vincent.
Carocius *deciſ. 74. num. 15.*

53 Decima exceptio realis eſt † exceptio Contra-
ctvs vsvrarii, nam & hæc ipſam obligationem
afficit, atque ideo etiam fideiuſſori concedenda, ta-
metſi reus principalis contradicat, contractumque
iuſto modo celebratum eſſe affirmet, vt pulchrè dedu-
cit Valent Francus *d. cap. 3. numer. 79. cum ſeqq.* Et
54 proinde non † admittendam eſſe cenſeo traditionem
Horatij Carpani *ad ſtatut. Mediolan p. 2. c. 189. num. 17.*
volentis, quod fideiuſſor non poſſit vti exceptione
vſurarum, quę competit reo principali, eſt enim iuri
minus conſentanea. Cui vtique & hoc apte adijcitur
55 quod † fideiuſſorem vſurarij nullo modo vltra vires
hæreditarias teneri, ſcriptum reliquit Lauren. de Ro-
dulphis *in cap. conſuluit. quæſt. 75. extr. de vſuris per text.*
in cap. quanquam de vſur. in 6. Poſt Lapum, Ioan. Cal-
derinum, & Paul. de Lenzato *ibi allegatos*, de quo
etiam vide Specul. *in titu. de fideiuſs. §. 2. verſic. ſed nun-*
quid in duriorem. & ibi Ioan. Andr. *in addit. §. 1. verſic.*
illud ſuper verb. conſtitutum.

Vndecimum exemplum præbent exceptiones mixtæ,
56 quales † ſunt exceptio Senatuſconſ. Velleiani, exce-
ptioque Senatuſc. Macedoniani, quum in his non ſo-
lum perſonæ, ſed etiam læſionis habeatur ratio, quæ
per conſequentias (*vt an l. fideiuſſor. 19. ff. de dolo*)
æquè fideiuſſorem, ac reum principalem contingit,
vnde illius quoque meritò habetur ratio *d. l. exceptio-*
nes 7. §. 1. ff. de except. l. 6. l. ſi mulier. 16. §. 1. ff. ad Vel-
leian. in mulierem. C. eodem. in l. ſed ſi 9. §. non ſolum ff. de
SC. Macedon. l. ſi alius ff. quares pign. oblig. poſſ. Fran-
cus, *d. cap. 3. à num. 53. vſque ad num. 63.* Ioan. God-
deus *de contrah. ſtipul. cap. 9. concluſ. 5. num. 85.* Vincent.
Carocius *deciſ. 74 num. 2.* Ioan. Zangerus *in tracta. de*
except. part. 3. cap. 10. num 9. & cap. vlt. num. 68. Nec
obſtat, quod priuilegium Senatuſconſ. Velleiani per-
ſonale dicitur *in l. 1. & 2. ff. ad Velleian.* quale cum per-
ſona extingui, nec tranſitorium eſſe ſolet, *l. quia tale*
13. ff. ſolut. matrim. l. in omnibus ff. de regulis iuris l. 1. §.
1. & 2. ff. de iure immun. prohibitio enim Senatuſcon-
ſulti dirigitur in rem etiamſi mulieris gratia facta, *d. l.*
l. ſi mulier. 16. in verb. quia totam obligationem Senatus
improbat ff. ad Velleian. Francus *d. cap. 3. num. 55.* Re igi-
tur ſiue cauſa permanente, beneficium non deficit, *d. l.*
in omnibus 68. & l. priuilegia 196. ff. de regulis iuris.

Duodecimum exemplum ſubminiſtrant exceptio-
57 nes † ſequentes, puta, Libertatis onerandæ
cavsa, obligationis sine cavsa, & im-
modicæ donationis iuxta *d. l. exceptiones 7. §. 1.*
D. d. except. l. fideiuſſor. 24. D. de donat. Sed quia hoc
ſatis luculenter explicant Francus *d. c. 3. num. 44. 72.*
& 76. nolo actum agere.

58 Decimumtertium exemplum † præbet Modeſtin. *in*
tempus 29. D. de re iud. Cum enim ibi ſtatuatur, quod
tempus iudicati ſit priuilegium, cauſæ magis, quam
perſonæ datum, nil mirum eſt, quod illud ipſum be-
neficium non tantum ipſi condemnato, ſed etiam om-
nibus, qui in eius locum ſuccedunt, competat, *d. l.*
tempus iuncta d. l. in omnib. & d. l. priuileg. Atque ideo non
immerito Iuſtinianus Imperator *in l. vlt. §. vltim. Cod.*

de vſuris rei iudicatæ. ſancivit: quod tempus quadrimeſtre iudicatis, hoc eſt condemnatis datum, intra quod ſoluant, etiam ad fideiuſſores eorum extendi debeat, quod etiam probat Muſcat. *de probat. concl.* 1026 *num.* 8. Licet olim ſecus eſſet, *iuxta l. 1. ff. iudic. ſolui. l. debitoribus* 31. *ff. de re iud.*

Circa quæ vtique commodiſſimè, quoad praxin,
59 notandum venit, quod † ſicut multæ leges, & Canones in Camera Imperiali non obſeruantur, *vt capit. fraternitas cap. veniens extra de teſtibus cap. tuam non credimus de ordin. cognit. l. properandum Cod. de iudic. tot. tit. Cod. ne liceat in vna eademque cauſa tertio prouocare l.*
60 *1. C. de ſentent. & interl. om. iudic.* Ita † etiam non attendatur diſpoſitio, *d. l. debitoribus ff. de re iudic. & d. l. vlt. §. vlt. C. de vſur. rei iud.* Neque enim condem-
61 natis tempus quatuor menſium conceditur, ſed † illis in executorialibus tempus arbitrarium, & vt plurimum ſex menſium, à die inſinuationis computandum, præfigitur. Interim tam illud ipſum quoque tempus fideiuſſoribus rei condemnati proficere, extra dubi-
62 tationis aleam eſt poſitum. Surrogatum † enim merito ſapit naturam eius, in cuius locum ſurrogatur, *Eberhar. in Topic. loco à vi ſubrogationis.*

63 Decimumquartum exemplum † conſtituo *in l. 3. ff. de fideiuſſ. tutor.* Cum enim ſupra *cap. 24. num. 252. & ſeq.* euidentiſſime oſtenderim, de iure nouo tutorem ad vſuras tantum ſemiſſes obligari, vſurarum vero obligationem ipſam afficiat, ſequitur vtique, & fideiuſſorem ac heredem fideiuſſoris ad rationem eandem vſurarum reuocandos eſſe, ad quam, & tutor reuocatur, *d. l. 3. ff. de fideiuſſ. tutorum.* Si enim fideiuſſor ad maiorem reuocationem reuocaretur, tunc in plus obligaretur, quam debet ipſe principalis, contra *l. Græce*
64 *§. illud ff. de fideiuſſ.* Haud diſſimili ratione, ſi † cum fideiuſſoribus tutoris ex ſtipulatione rem ſaluam fore agatur, eaſdem reputationes, hoc eſt compenſationes (*vt in tit. C. de reputation.*) habent, quas tutor, *l. ſi cum 5. ff. de fideiuſſ. tut.*

65 Pro decimoquinto exemplo ſe ſiſtit † Exceptio Resolutæ per contrarium consensum venditionis. Si enim poſt reſolutam obligationem (eo tamen modo, quo fieri oportet, *vt ſupr. cap. 20. §. 11. oſtendi*) ex empto contra fideiuſſorem agatur, rectè is obijcet hanc exceptionem, cum vtique, liberato reo, ſolutoque contractu, & fideiuſſorem liberari ſit æquum, *l. 3. ff. de reſcind. vend. l. Stychum 95. §. vlt. ff. de ſolutionib.*

66 Decimumſextum exemplum † habetur *in l. ſed etſi 4. §. item quæritur ff. ſi quis cautionib.* vbi dicitur, ſi reus cum iudicio ſiſtendi cauſa ſatisdare non deberet, ſatisdato per errorem, non (autem ex conuentione) promiſerit, vel etiam iudicio ſiſtendi cauſa pluris, quam ſtatutum eſt, per ignorantiam promiſſum fuerit, fideiuſſoribus etiam exceptionem dandam eſſe: Nam hæc quoque exceptio magis cauſæ ſeruit, quam perſonæ.

67 Decimoſeptimò exemplo † viam ſternit ICtus *in l. ſi is qui 6. ff. ſi quis cautionib.* vbi fideiuſſor eodem modo ſe per exceptionem Reipub. cauſa ſui principalis tueri poteſt, ac ipſe principalis, niſi fortè is, pro quo fideiuſſum eſt, ſit ſeruus, qui Reipublicæ cauſa abeſſe non poteſt, *l. ſi quis ſeruum ff. eod. tit.*

Decimumoctauum exemplum ſumitur ex *l. ſi pupil-*
68 *lus 89. ff. de acquir. hære.* vbi † poſt abſtentionem hæreditaria à pupillo factam fideiuſſoribus ab eo datis ſuccurritur, ſi ex hæreditario contractu conueniantur.

Deciminoni exempli locum obtineat, quod dila-
69 tio † conceſſa debitori per maiorem partem creditorum (quæ deſcribitur *in l. 7. §. vlt. l. 8. 9. l. 10. ff. de pact.*) etiam fideiuſſori prodeſt. Iaſon. *in l. ſi cum procuratore. col. 1. ff. de re iudic.* Vrſillus *in addit. ad Affl. deciſ. 288. ſub num. 1.* Franc. Burſat. *conſ. 224. num. 29. lib. 2.* Felin. *in c. 2. n. 34. ext. de ſponſal.* M. Anton. Bardus *in tract. de temp. vtili, & continuo num. 10. verſ. in ſupradicto & dixi ſupr. cap. 22. nu. 82.* Cuius hæc vera eſt ratio,
70 quod illa ipſa dilatio rem ſiue obligationem concernit, ſiquidem dies ſolutionis, ſicuti ſumma, eſt pars obligationis, vt tradidi ſupra *cap. 22. num. 3.* Ergo in fideiuſſoris quoque commodum, vt conceſſa dilatio cedat, oportet, *l. fin. & ibi Bart. C. de vſur. rei iudic.* Quintil. Mandoſius *de inhib. quæſt. 68. num. 6.* Pro quo
71 militat etiam vulgatum illud, quod † dilatio facta ſuper principali, videatur etiam fieri ſuper acceſſorio, *l. ſoluitur. §. 1. ff. quib. mod. pig. vel hypoth. ſoluitur.* Ludou. Roman. *ſingul. 179. incip. Vltime quæro an dilatio.* Vide tamen, quæ in ſimili ferè caſu tradunt Vlpianus, & Paulus *in l. reſcriptum ff. de pactis & in l. ſi præcedente 58. §. 1. ff. mandati.* non enim omnia tam exactè perſequi ratio mei inſtituti patitur.

72 Vigeſimum exemplum eſt, quod † gabellæ non ſolutæ excuſatio æque datur fideiuſſori principali, vt alijs præeuntibus, tradidit Ioan. Bertachin. Firman. *in tract. de gabellis part. 8. memb. 4. num. 9.*

73 Vigeſimum exemplum ſit, quod † ſicut parentes, & proximi cognati debitoris defuncti ante 9. dierum ſpacium, poſt factam ſepulturam, conueniri nequaquam poſſunt, ita nec eius fideiuſſores vllo modo molestari debeant, *prout diſponit Nouell. 115. cap. 5.*

Vigeſimi ſecundi exempli loco adfero, quod fide-
74 iuſſor † euictionis habet electionem, vel reſtituendi rem euictam, vel intereſſe ſoluendi, *l. fideiuſſor. vbi Bart. notat. ff. de dolo mali except. ac idem Bartol. in l. ſi inſulam. num. 14 ff. de verborum obligat. Caſpar Caballinus in tract. de euiction. §. 2. num. 21.* Et tantum de pleriſque exceptionibus realibus, quæ rei obligationive cohærent, quatenus verò eædem, & quo tempore ſint ponendæ, id huius non eſt loci, ſed infra cap. ſeq. commodius tractabitur, modo tamen beneuolus lector prædictis adiungant tradita per Valent. Fraucum *d. cap. 3. num. 87. vſque ad num. 98.*

Quia vero de exceptionibus realibus ſupra dixi, non inutile fortaſſis erit, ſi & de exceptionibus perſonali-
75 bus paucis egam, cum vtique circa † has quoque tam reo, quam fideiuſſori diſpiciendum ſit, ne quid egrediantur, vt ait Ioan. Fercat. Montan. *in tract. de appellat. lib. 5. cap. 4. num. 354.* Hic igitur ab initio tenenda
76 tenenda talis eſt regula: Qvod † exceptio merè perſonalis, ſeu perſonæ Rei principalis medullitus cohærens, ad fideiuſſorem nequaquam porrigatur. *l. exceptiones 7. in prin. ff. de exceptionib. cap. priuilegium de reg. iur. in 6.* gloſſ. & Bart. *in l. vbicumque ff. de fideiuſſo.* Francus *d. cap. 3. num. 98. & 99.* Cæſar Vrſillus *in additionib. ad Afflict. deciſ. 206* Hieron. Magonius *deciſ. Florent. 110. num. 10.* Ioan. Zangerus *in tract. de except. part. 3.*
77 *cap. vlt. num. 63.* † monet, *d. l. vbicunque 61. ff. de fideiuſſoribus* de perſonalibus tantum exceptionibus ac-
78 cipiendam eſſe. Perſonalia † enim priuilegia perſonas ſuas non egrediuntur, *l. in omnibus. l. priuilegia ff. de regulis iuris.* id quod adductis exemplis Lectori beneuolo probatum faciam.

79 Primum proinde exemplum eſt, in † exceptione Fori declinatoria. Etſi enim clerici regulariter non poſſunt trahi ad tribunal iudicis ſecularis, *text. in cap. 2. & cap. diligenti. extr. de foro competen.* non tamen illa exceptio fori declinatoria ipſi reo principali clerico competens, competit eius fideiuſſori laico, *l. ſi reum ff. iudicat. ſolui.* Lud. Roman. *ſingu. 627. vel 619.*

Ioan.

Ioan. de Amono *problem.* 79. Cæſar. Vrſil. *in addit. ad*
*Afflict. deciſ.*206. *num.*1. Horat. Carpan. *ad ſtatut. Me-*
*diolan.part.*2.*capit.*189. *num.* 18. & tactum eſt ſupra *cap.*
*23.num.*15.

80 Secundò exemplo nomen dat † Exceptio ſiue Be-
neficium, vt vocant, COMPETENTIÆ, ne ſcilicet
quis in plus conueniatur, quam, facere poteſt, ne
ipſe poſt modum egeat. Demus igitur, parentes libe-
ros, patronum, ſocerum, ſocium, maritum, militem,
& ſimiles perſonas hoc priuilegium competentiæ ha-
bere, vt fuſè repetit Franc. *d.c.*3. *à numero* 96. *vſque ad*
numer. 124. Tamen harum perſonarum fideiuſſores tali
priuilegio non gaudent, perſonale enim eſt, & perſo-
nas primas, quibus in diuiduo quaſi conceſſum eſt,
non egreditur, *l.ſunt qui.*16.*cum legib.ſeqq. ff.de re iud. l.*
*exceptiones,*7.*ff.de excep. Dd.in l.tam mandatori. C.de non*
num.pecu. Hippol. *in rub.de fideiuſſ.num.*273. faciunt tra-
dita per Franc. *dict. loco* Petr. de Vbald. *in tract. de duob.*
*fratrib.part.*15.*princip.numero* 4. Decium & Cagnol. *in l.*
Diuus, ff.de regul.iur. Alciat. *in l.non poteſt.*127. *num.*3 *ff.*
de verbor.ſignif. Cuiacium *lib.* 24. *obſer.* c.38. Golerum
*de proceſſ.execut.part.*2.*cap.*3.*numero* 112. *cum ſequentibus,*
Flamin. Chartarium *deciſ. cauſ. execut.* *Rota Genuenſis,*
*deciſ.*7.*numero* 9. Ioan. Zangerum *in tractat. de exceptio-*
nibus, parte 2.*capit.*14.*numero* 13. *& capite vltim.num.*68.
Horat. Carpanum *ad ſtatut. Mediolan.par.*2. *capit.* 189.
*num.*19.

81 Animaduertat tamen fideiuſſor † ad ſequentem cau-
telam, vt ſi forte nomine prædictarum perſonarum ad
ſolidi ſolutionem conueniatur, tunc reo principali li-
tem denuntiet, vt ipſe compareat, & exceptionem ex
ſua perſona obiiciat, dicendo, ſua intereſſe, ne fideiuſ-
ſor in ſolidum conueniatur, cui alias mandati iudicio
ſolidum ſoluere rurſus ſit obſtrictus *argumento. l.* 8. *§.ſi*
ignorantes, in fin. l. idemque §. generaliter, ff. mandati. leg.
Neſennius, ff.de re iudic. l.vltim.in fin. C.de vſur. rei iudic.
Bartol. *num.*3. *in l. verum, in princ ff.pro ſocio.* idem Bartol.
in l.etſi fideiuſſor. ff de re iud. & in l.Stichum. §.quod vul-
go. ff.de ſolut. Caſtrenſ. *in l.maritum num.*10. *ff ſolut. matr.*
Imol. & alij Docto. *in l.non tantum, ff. de re iudic.* Ioan.
de Arnono *cautela* 32. Franeus *de fideiuſſ.cap.*3.*num.*124.
& 125. Matth. Cuno *lib* 1. *de pactis capit.* 6. *num.* 291. Ra-
82 tio autem † huius doctrinæ, euidens hæc eſſe videtur,
ne fideiuſſori pro debitore ſoluenti detur regreſſus
contra principalem, tunc enim teneretur principalis
vltra, quam facere poſſet, & ſic quod vna via prohibi-
tum eſſet, altera via permitteretur, *Anton. de Gamma in*
83 *deciſ. Luſitan.dec.*25. vbi † tamen *n.*2. notabiliter limitat
in eo, qui iam tempore promiſſionis non erat ſoluen-
do, doloſeque promiſit, quod ſoluere non poteſt, tunc
enim nec principali nec fideiuſſori prædictum priuile-
gium competentiæ competit.

Accedit in cumulum, quod etiam alias generaliter
84 traditum eſt, principalem † debitorem fideiuſſores
conuentos defendere, & ob id, quod eius intereſt, ex-
ceptiones quoque eas opponere poſſe, quæ fideiuſſo-
ribus non communicantur, Bartol. *in dict. l. idemque §.*
generaliter, ff. mandati. Faber. & Angel. *in §.* 1. *numero* 7.
Inſtitut.de fideiuſſ. Arius Pinellus *in l.*2 *par.*2. *cap.*3. *num.*
44. *C.de reſcind.vendit.* Emanuel Soarez *in theſa. com-*
85 *mun.opin.lit.F.num.*175. Fateor † equidem, Franciſcum
Duarenum *in d.l. & ſi fideiuſſor ff de re iudicat.* in præ-
dicta cautela admodum infirmum præſidium colloca-
re, verum in praxi ego tuto illi inniterer, non ſolum
ſupra citatis textibus; ſed & communi Dd. opinione
fretus ac ſuffultus.

Saltem illud circa hunc paſſum per digreſſionem
86 quaſi monere adhuc liceat: Si frater fratrem † fortaſ-
ſis conueniat, tunc ad exemplum contractus ſocietatis
huic beneficio competentiæ locum non eſſe. Inter
veros enim fratres ſocietas rerum non niſi incidens eſt,
quæ etiam ſæpè diſcordias parit. *l.cum pater. §. dulciſſi-*
mus, ff. de legat, 2. Inter ſocios autem communi conſen-
ſu, eſt inita ſocietas, vberioris quæſtus gratia, ſi
quis ergo eorum fiat non ſoluendo, periculum eſt com-
mune, ita ſaltem, ne deducatur à conſociis rigoroſa
exactione ad extremam egeſtatem. Quo etiam perti-
net deciſio gloſſ. *in l.ſocietatem coiri. ff. pro ſoc.* quam ſe-
quitur Petrus de Vbald. *in tract. de duobus frat in* 15. *par.*
87 *princ.num.* 5. aſſerens, hoc † beneficium competentiæ
locum tantum habere in ſocietate conuentionali, non
autem in ea, quæ incidenter contrahitur. Deinde vi-
88 demus ICtos fratrum † non meminiſſe, cum tamen
tot perſonas enumerauerint, quæ in id tantum, quod
facere poſſunt, condemnantur, *dict. leg. ſunt qui* 16. *cum*
ll.ſeqq ff.de rei iudic. veriſimile igitur fit, eos fratres ex-
cludere voluiſſe, *argumen. leg. ſi vero §. de viro ff. ſolut.*
matr. l. & Marcellus §. vltim. in verb. non videtur prætor per-
miſiſſe ff. rerum amotarum l. item apud, 15. *§. hoc edictum,*
ff. de iniur.

89 Et in † hanc ſententiam tranſeo, ſecutus veſtigia
gloſſæ communiter approbatæ, nec non Petri de Bel-
lapertica, Iacobi Butrigarij, Rainerij de Forliuio, Al-
berici, Bartoli, & Baldi, *in l.verum, ff.pro ſocio.* Alexan.
in conſil. 47. Zaſij *in d.l. ſunt qui in id. & in §. & ſi quis cum*
*parente num.*3. & Mudæi *ibidem numero* 3. *Inſtitution. de*
actionib. nec non eiuſdem Mudæi *in d.l. verum, n.*3. 4. *&*
5. *ff.pro ſocio.* & Petri de Vbald. *in d.* 15. *parte princ. num.*
90 4. Licet † aliud voluerint Ioan. Faber *in d. §. ſed & ſi*
quis cum parente & poſt eum ibidem Weſenbec. *in*
verb. cum ſocio. Myſinger. *num.*3. Donellus *num.*3. Hot-
toman. *comm.* 11 *Inſtit. de action.* Alexander ſibi contra-
rius *in conſil.* 133. *ſuper quæſitis, in princ. lib.* 5. Iaſon, &
Socin. *in dict. l. ſunt qui in id,* Petrus Loriotus *de regulis*
*iuris, axiom.*167. Oldendorp. *in diuiſ. action. diuiſ.*14 *nu.*4.
Marquardus Freherus *lib.*1.*parerg. c.*5. *in prin.* Antonin.
Theſſau. *deciſ.*119. *poſt num.* 2. *verſic. ſecundo quia ſocius.*
Ioan. Zangerus *in tract. de except. part.*2. *cap.*14. *num.*4. M.
Anton. de Amatis *dec.*16. *num.*10. vbi dicit, contrariam
ſententiam ſibi non placere, quia non ſit conſentanea
rationi.

Sed certè, ſi horum Interpretum fundamenta exa-
minentur, perſpicuum fiet, eos à ſcopo longè aber-
91 rare. Nam quod † primo loco in ea aliquid præſidij
collocant, quod priuilegium competentiæ ſocij ſit
tributum propter ius fraternitatis, *iuxta l.verum, ff.pro*
ſocio. multo magis igitur fratribus id tribui debere, per
regulam vulgatam: Propter quod vnum quodque ta-
le, illud magis tale, *authen. multo magis, C.de ſacroſ. eccl.*
illud equidem (pace clariſſimorum horum virorum di-
xerim) minimum pulueris excitare poteſt. Non enim
dixit Iuriſconſ. *in dict. l. verum. D. pro ſocio.* quod ſocijs
ſuccurratur vt fratribus, aut exemplo fratrum, ſed
quod ſubuenjatur eis ratione contractæ ſocietatis, quæ
quodammodo ius fraternitatis in ſe habet. Ratione
igitur contractus ſuccurritur, non ratione nudæ frater-
nitatis. Quinimo, ſi fratribus hoc beneficium eſſet
tributum, & ſociis, vt fratribus, tam indiſtinctè id eis
tribuendum eſſet, non ſolum in negotiis ſocietatis: ſed
etiam in aliis ab iſto contractu plane ſeparatis, quod
quando infeliciter fiat, nemo non videt. Hoc namque
omnium votis comprobatum eſt, priuilegium com-
petentiæ datum tantum ratione ſocietatis, ſi vero ſocius
ſocio ex alia cauſa teneatur, tum hoc priuilegium lo-
cum non habere Iacob. Cuiac. *lib.*24. *obſer cap.*38. *in fin.*
Hinc Vlpianus non abſque miſterio *in d.l. ſunt qui in id*
D. de re iudicata. *Eos,* inquit, *qui* PRO SOCIO CON-
VENIVNTVR, *in id tantum, quod facere poſſunt, con-*

101 Cur tamen † hæc exceptio fideiuſſori non competat,
non ea propriè eſt ratio, quia ſcilicet eſt perſonalis;
ſed quia is, qui fideiuſſorem accipit, hoc maximè pro-
ſpicit, vt facultatibus lapſo debitore à fideiuſſore ſuum
ſeruet, ideoque prouiſio creditoris hanc exceptionem
potius impedit, quam quod illa ipſa perſonæ cohærere
cenſetur: Cuiac. *lib. 19. obſeruat. cap. 29.*
103 Etſi verò † fideiuſſor beneficium ceſſionis non ha-
bet, volunt tamen nonnulli, ſi fideiuſſor condemna-
tus ſit ita pauper, vt de ſuo nequeat ſoluere ne in car-
cerem alioquin detrudatur, quod poſſit de principa-
lis debitoris bonis diuenditis ſoluere, & creditoribus
ſatisfacere; Hippol. *in rubric. de fideiuſſ. num. 364.* Felin.
in c. in qui. extr. de teſtib. Idem Hippolyt. de Marſil. *in conſ.
10. num. 37.* Roland. à Valle *conſil. 87. num. 47. vol. 2.* Ber-
tazul. *clauſul. 43. gloſ. 7. num. 1.* Card Alban. *in rubr. ff. de fi-
deiuſſ. num. 2.* Eman. Soarez. *in commun. opin. lit. F. num.* 148.
104 vbi communem vocat. Quemadmodum & † fide-
iuſſor carceratus pro ære alieno ſui principalis, etſi non-
dum ſoluerit, poteſt petere, compelli debitorem ad ſe-
ſe liberandum ex carcere, vel ad præſtandum intereſſe:
Bald. *in l. 2. n. 6. C. mandati.* Coler. *de proceſſ. execut. part. 1.
cap. 10. n. 323.*
105 Quarum exemplum apparet † in exceptione Bene-
ficii Inventarii; hæc enim fideiuſſori, reſpectu
ſuæ perſonæ, non competit alioquin enim creditores,
qui diligenter ſibi proſpexeruot, hac ratione decipe-
rentur *vt fusè probans ſuprà, cap. 20. §. 16. num. 35. & ſeqq.*
106 Idem in exceptione † Litis Pendentiæ quoque
locum habere, tenet Franc. Marcus *quæſt. 313. part. 1.*
adeo, vt hæc fideiuſſori prodeſſe non poſſit, niſi ipſe-
met principalis compareat, eamque alleget. Verum
107 † cum hæc exceptio magis rem ipſam ſiue obligatio-
nem concernat, vtpotè ad differendam ſolutionem ap-
primè vtilis, ac neceſſaria valdè ambigo, an non potius
inter exceptiones rei cohærentes numerari debeat, ma-
ximè, ſi fideiuſſor beneficio excuſſioni, vel etiam exce-
ptioni litis pendentiæ non renunciauerit, per ea quæ
tradunt Bald. *in l. fin. C. de fideiuſ.* & Pet. Peckius *tract. de
iure ſiſtendi. cap 4. n. 9.* nec non illa, quæ per illata ſunt
ſupra *cap. 17. num. 61. & cap. 23. num. 17. & 44* vbi enim
ſemel acceptum eſt iudicium, ibi & finem accipere de-
bet, *l. vbi acceptum, ff. de iudic. cap. propoſuiſti. extr. de for.
compet.* Quod vel eo magis obtinere videtur, cum ſit
108 cauſæ † quædam connexio inter reum, & fideiuſſo-
rem, nec poſſit grauari fideiuſſor, vt non etiam dam-
num paſſurus ſit reus, *arg. l. 1. C. de diuerſ. reſcript. l. vlt.
§. vlt. in fin. C. de vſur. rei iudic.* & quadrant huc ſcripta
per Valent. Franc. *d. cap. 3. num. 33. cum ſeqq.* Eodem etiam
pertinet, quod in terminis tradit Thom. Gram. *in con-*
109 *ſil. 170. incip. prædic.* dicens: quod † pendente lite cum
principali non fiat pœnæ perſecutio contra fideiuſſo-
rem: ſequitur Hieronym. Magonius *deciſ. Lucenſ. 92.
num. 10. & 11.* citans etiam Stephan. Bertrand. *in conſ. 43.
lib. 1.*
Fateor tamen, huic non nihil aduerſari, quod tra-
110 ditur, executionem † fieri contra fideiuſſorem, licet
contra debitorem ſit cœptum iudicium: Hippol. de
Marſil. *in pract. crimin. §. attingam. num. 55.* Item, pendente
111 † lite aduerſus debitorem, non impediri executionem
contra fideiuſſorem: Apoſtilla ad Bart. *in d. l. heres, §.
quod ſi ſtipulator. ff. de fideiuſ.* Petr. à Duen. *regul. 276. verb.
executio.* Ioan. Bapt. Aſinius *in praxi. §. 31. ampliat. 22. nu.
12.* And. Rauchbar. *part. 2. quæſt. 7. nu. 16.* maximè, quan-
do creditor non fuit negligens contra principalem de-
bitorem: Bald. Caſtrenſ. Salycet. & Alex. *in leg. fin. ff. ſi
cert. pet.* Carol. Ruin. *conſil. 45. num. 5. vol. 5.* Fr. Burlar. *con-
ſil. 224. num. 27. lib. 2.* qua de re plenius agit Rob. Lan-
cell. *de attentat. part. 1. capit. 3. n. 150. & 151. part. 2. cap. 26.*
112 *limit. 6.* Sed † illa omnia lubens admitto in fideiuſſore,
qui beneficio excuſſionis renunciauit, in eo, qui non
renunciauit, diuerſum ſtatuo, per omnia illa funda-
menta, quæ ſupra circa beneficium excuſſionis adduxi,
cuius alias nullus vſus eſſet futurus.
113 Quintum exemplum eſt in † exceptione Restitv-
tionis In Integrvm, minori (ex lubrico tamen
ætatis lapſo, non dolo aduerſarij circumuento, vt diffe-
rat hoc exemplum à ſuperiori exceptione, hac ipſa par-
te 4. *num. 28.* relata) competentis: hæc enim perſonalis
eſt, & fideiuſſori non competit, alioquin deciperetur
creditor, qui ſibi per fideiuſſionem conſultum voluit,
*l. 1. & 2. C. de fideiuſſ. minor. l. in cauſæ, 13. in princ. ff. de mi-
nor.* Weſenb. *in tit. C. de excep. num. 3.* Menoch. *conſil 179.
num. 1. vol. 2.* Mynſing. *cent. 4 obſeru. 18. & 19.* Cuiac. *lib. 19.
obſer. cap. 29.* Sebaſt. Medic. *de conſer. poſſeſ. in verb. aut
conſeruando gl. 2. par. 3. nu. 422. mihi fol. 715.* Valent Franc.
de fideiuſſ. cap. 3. num. 68 qui tamen *num. 63. 64. 65. 66. 67.
& 71.* & alia eſt opinione, interim finaliter nihil certi
concludens, quem vide, vt & Franc. de Caldas *in leg. ſi
curatorem, verb. minoribus numer. 49. C. de in integ. reſtit.*
Gomez *tom. 2 variar. reſol. cap. 14. num. 9.* Anton. Faber.
lib. 7. coniectur. cap. 3. nec non M. Anton. Nattam *in conſ.
51. vîſe num. 15 lib. 1 & conſil. 658 num. 6 lib. 4.* Petr. de An-
char. *conſ. 330.* & Ioſeph. Ludoui. *deciſ. Peruſina 27. num.*
114 *4. part. 1.* qui volunt, quod † reſtitutio in integrum
conceſſa minori vel vniuerſitati, proſit etiam fideiuſſo-
115 ribus. Quin † tamen fideiuſſori, vti hæredi minoris,
beneficium reſtitutionis in integrum competat, non
videtur recipere dubitationem, *non ſolum, ff. de in integr.
reſtit.* Alberic. de Iacobin. de S. Georgio *nu. 7. in l. 1. C. de
fideiuſ. minor.* Cuiac. *d. lib. 19. obſer. obſ. 29.* Sfortia Oddus
in tract. de reſti. in integr. quæſt. 48 artic. 3 ſub nu. 29. Caro-
cius *de excuſ bon. part. 2 qu. 57. nu. 9. & 12* Sebaſt. Medic.
d. loc. num. 423. Ioan. Zanger. *in tract. de except. par. 3. cap.
vlt. n. 68.*
116 Nec obſtat † prædictis *l. minor. 51. ff. de procurat.* vbi
dicitur; quod & minori defenſori, & fideiuſſoribus
eius per in integrum reſtitutionem ſuccurratur. iſto
enim caſu creditor regreſſum poteſt habere aduerſus
eum, qui defendi debebat, & proinde etiam fideiuſ-
ſor mediante reſtitutionis beneficio immunis euadit,
iuxta *gloſ.* Bart. & DD. *in dict. l. minor ff de procurat.* Co-
menſ. & Socin. *in leg. exceptiones, ff de except.* Menoch.
d. conſ. 179. num. 6. vol. 2. Nattam *dict. conſil. 658. numero 6.
lib. 4.* Sebaſtia. Medic. *dict. numero 423.* vbi communem
dicit.
Rectè verò mentionem feci fideiuſſoris, qui ex per-
ſona minoris debitoris exceptionem reſtitutionis in
117 integrum obiicere ſatagit. Nam ipſemet † fideiuſſor, ſi
forte ob debitoris inopiam eſſe enormiſſimè læſum
conqueratur, & ob id reſtitutionem in integrum petat,
non auditur; quia tunc omnis fideiuſſio ad irritum re-
duceretur, eſſetque de vento (vt loquuntur) excuſſionis
faciendæ beneficium: Crauet. *conſil 613. num. 29. & 30.*
118 An verò etiam † maritum fideiubens ſine conſenſu
vxori, reſtitui poſſit aduerſus fideiuſſionem ex capite
minorennitatis ipſius vxoris, eleganter explicabit An-
ton. de Gamm. *in deciſio. Luſitana 162.* vbi in affirma-
tiuæ ſententiæ caſtra tranſire videtur, maximè *num. 3.
verſic. ego hanc, & verſic. ſeq.* ac tandem in fine ſubiun-
git, ſecundum hanc ſuam opinionem multoties eſſe
Ivdicatvm.
Quod autem de prædictis exceptionibus dictum,
119 id etiam ad † exceptionem Seqvestri extenden-
dum eſt. Nam iſta, quamuis principali competat, non
tamen competit fideiuſſori, quia non concernit radi-
cem obligationis, ſed perſonæ cohæret, imo ſi iudi-
ciale ſit ſequeſtrum, nihil alterat, vt probat Hieronym.

Digitized by Google

Gratus *reſpon.28.num.19.& 20.volum.1.*allegans Salycet. *in l.tam mandatori.C.de non num.pecun.& in l.1.C.de pro-*
220 *hib.ſequeſtr.pec.* Sic † & ſaluus conductus pro debitore impetratus non prodeſt fideiuſſoribus eius, niſi nominatim exprimantur: Menoch. *de arbitr. iud. quæſt. caſu 203.n.26.& 27.*

PARS V.

De reliquis beneficiis, in iure fideiuſſoribus paſſim aſſignatis, ſiue competentibus.

SVMMARIA.

1 *Conuentio & pactio cum reo facta fideiuſſori quoque prodeſt, modo generaliter in rem fiat, non ſpecialiter in perſonam. Et n.2.3.& 4.*

5 *Conuentio fideiuſſoris an reo proſit per diſtinctionem explicatur.*

6 *Pactio fideiuſſoris confideiuſſori non prodeſt. Et numero 7. Sed declara, vt n.9.10.11.& 12.*

8 *Liberatio vnius fideiuſſoris facta confideiuſſoribus quæſita, ſi rurſus reſcindatur, vel alias nulla, & inualida reperiatur, tum confideiuſſores ſimul omnes perinde obligati ſunt, ac ſi nunquam liberati fuiſſent.*

13 *Appellatio vnius fideiuſſoris non prodeſt reliquis confideiuſſoribus, qui beneficio excuſſionis renunciarunt.*

14 *Exceptio rei pro vno fideiuſſore contra creditorem iudicata prodeſt etiam confideiuſſori.*

15 *Nocentia reo nocent etiam eius fideiuſſori.*

16 *Debitor vagabundus, & fugitiuus in quocunque loco rectè arreſtari poteſt.*

17 *Fideiuſſor fugitiuus, & ſuſpectus ante diem ſiſti, capi, & detineri poteſt.*

18 *Debitor, cuius bona publicata, ac à fiſco occupata fuerunt, ſi ex indulgentia principis in integrum reſtituatur, ex integro creditoribus ſuis tenetur. Idem eſt in fideiuſſore reſtituti taliter debitoris, n. 19.*

20 *Deſidia tutoris, vel curatoris nocet etiam eorum fideiuſſoribus.*

21 *Hypotheca tacita locum habet in bonis curatorum ad litem datorum, & eorundem fideiuſſorum.*

22 *Probationes admiſſæ contra principalem, ex quæ illis ſententia lata contra principalem, proſunt etiam aduerſus eius fideiuſſorem.*

23 *Obligatio acceſſoria, qualis eſt obligatio fideiuſſoris, quando tendit ad eandem effectum cum obligatione principali, tunc qualitas principalis diſpoſitionis in acceſſoria repetita intelligitur.*

24 *Nocent quædam reo, quæ tamen non nocent eius fideiuſſori.*

25 *Moram fideiuſſor purgare poteſt, etiam ſi reus non poſſit.*

26 *Fideiuſſor laborans morbo aliquo, ideo facilius ei quoque ſuccurritur.*

27 *Mora principalis grauior cenſetur, quam fideiuſſoris.*

28 *Interruptio facta contra principalem, non prodeſt contra fideiuſſorem ignorantem, & non citatum.*

29 *Fideiuſſorem non eſt opus citare ad cauſam, licet ei per ſententiam latam contra principalem aliquod præiudicium generetur. Et n.30.*

31 *Fideiuſſor iudicij poteſt coram executore ex propria perſona contra ſententiam obiicere exceptiones peremptorias & oſtendere, ſe non eſſe obligatum.*

32 *Fideiuſſor, ſi ſe ſemel conſtituerit aduerſarium comparendo, & contradicendo, tunc nihil valet, quod ſit ei non citato.*

33 *Proceſſus contra principalem agitatus non præiudicat fideiuſſori, niſi ſciuerit cauſam agitari, & ſe non intromiſerit, ſed tacuit, ex Ægidio Bellamera.*

34 *Fideiuſſor pendente lite ſuperueniens etiam mortuo debitore, qui iudicium inchoauit, ad iudicium admitti debet. Limitatur in duobus caſibus, n.36.& 37.*

35 *Iuuare qui ſe ex ſua perſona non poteſt, iuuatur ſæpe numero ex perſona alterius.*

38 *Confeſſio debitoris an noceat fideiuſſori, remiſſiue ex Ioa. Petro Surdo, & Flaminio Chartario.*

39 *Renunciatio principalis non nocet fideiuſſori.*

40 *Quædam non obſunt principali, obſunt tamen eius fideiuſſori.*

41 *Pupillo ſine tutoris auctoritate obligationem nouanti nouatio non nocet, nocet tamen eius fideiuſſoribus.*

42 *Proſunt quædam fideiuſſori, ſed non proſunt etiam reo principali.*

43 *Minor ſi ſe in id, quod fideiuſſit, vel mandauit, in integrum reſtituat, reus principalis non liberatur.*

44 *Sententia lata pro fideiuſſore non prodeſt reo. Limitatur tamen n.45.*

46 *Victoria fideiuſſoris iudicio ſiſti prodeſt principali victo.*

47 *Fideiuſſoris bona ſi contra l. extat. ff. quod met.cauſa occupentur, liberatur quidem fideiuſſor, & creditor, quoad ipſum, actionem amittit, ſed debitor nihilominus obligatus manet.*

48 *Fideiuſſor in inſtrumento venditionis conſtitutus non impeditur vti iure retractus.*

49 *Iurari in litem quamuis contra principalem poſſit, non tamen ex ipſius dolo poteſt iurari in litem contra eius fideiuſſorem, aut fideiuſſoris hæredem. Sed declara, vt num.50.*

51 *Fideiuſſor ſi dixerit inſtrumentum vſurarium, & ob id impetrauerit inhibitionem, ea tamen non obſtante nihilominus creditor principalem debitorem conuenire poterit.*

52 *Inhibitio facta ad inſtantiam principalis non prodeſt fideiuſſoribus.*

53 *Fideiuſſor, ſi aliquis ſit ex contractu, & ſententia feratur contra principalem, tam hæc contra fideiuſſorem abſque nouo proceſſu executioni demandari non poteſt.*

54 *Fideiuſſor de iudicato ſoluendo obnoxius, executionem pati cogitur abſque alio nouo proceſſu, quamuis in lite non fuerit. Quod ampliatur, num. 56. ex ordinat. Solmenſi.*

55 *Executio contra fideiuſſorem de iudicatum ſoluendo non poteſt fieri, niſi de iudicato appareat.*

57 *Fideiuſſor de iudicato ſoluendo, ſi velit ab executione ſententiæ appellare poteſt. Sed diuerſam approbat auctor cum Barnaba Cornazz.nu.58.& nu.64. Adducta tamen declaratione n.65.*

56 *Appellationi eſſe deferendum, iudex in dubio pronuntiare debet.*

60 *Appellandi beneficium non habet, qui appellationi ante ſententiam renunciauit.*

61 *Appellans appellantem in expenſas condemnatus in Cam. Imper. ob renunciationem ſemel factam, & poſtea repetitam.*

62 *Obligans ſe ſimpliciter ad factum aliquod, præcisè illud præſtare tenetur, remotæ excuſſionis vel diuiſionis beneficio.*

63 *Sententia qualibet præſumptionem iuſtitiæ, & reſtitudinis pro ſe habet tamdiu, donec contrarium probetur.*

66 *Vincentij de Franchis traditio dec. Neapol. 400. num. 5. commodè explicatur.*

67 *Fideiuſſor de iudicatum ſoluendo non admiſſa appellatione ſummariè exactus, aduerſus debitorem rurſus ius paratæ executionis habet. Et numero 68. ex ordinat.*

ordinat. Solmienſ. & Naſſavienſis.

69 *Fideiuſſor ſummariè exactus, & executivè condemnatus, vel de proximo condemnandus, actionem mandati adverſus debitorem intentare poteſt; quamvis adhuc nihil ſolverit. Et n. 70. & 71.*

72 *Fideiuſſor de iudicio ſiſti, ſi ex ſententia lata contra principalem conveniatur, vt ſiſtat, poteſt contra eum executivè procedi: Sin autem conveniatur ad intereſſe, agendum eſt via ordinaria. Et n. 73.*

74 *Fideiuſſor de iudicatum ſolvendo in taxatione expenſarum citandus. Et n. 75.*

76 *Moratoria dilationis exceptio fideiuſſori quoque proficit, ſi in reſcripto eius nominatim ſit facta mentio, num. 77.*

78 *Moratoria dilationis exceptio fideiuſſori prodeſt, ſi reus compareat, & ad fideiuſſoris defenſionem de dilatione opponat.*

79 *Dilatio conceſſa debitori vni motu proprio principis, operatur etiam, quoad ipſius fideiuſſorem.*

80 *Dilatio impetrata proficit fideiuſſori, ſi beneficio cedendarum actionum non renunciaverit.*

81 *Fideiuſſor contra debitorem promotoriales impetrare poteſt. Et n. 82.*

83 *Fideiuſſor, ſi reſciſcat alium ſuo principali non ſolvendo exiſtenti pecuniam quandam adhuc debere, ne de ſorte periclitari neceſſum ſit, impetrare poteſt mandatum de arreſtando, aut potius non ſolvendo ſuo debitori illam pecuniam. Sed declara, vt n. 85.*

84 *Debitoris mei debitor meus etiam eſt debitor, non quidem conventione, ſed rei digreſſione.*

86 *Fideiuſſor inſtare poteſt, vt creditor probet iuret, num ſibi ſit ſatisfactum à debitore, necne, ſi creditor ſit inops, aut adhuc veriſimiles coniectura facta ſolutionis, & debitor abſit.*

87 *Sententia in contumaciam contra principalem delinquentem lata, non praeiudicat fideiuſſori pro pœna, &c.*

88 *Statutum validum eſt, quando civis, & forenſis ſimul fideiuſſerant, quod debeat prius excuti forenſis, quam civis, non obſtantibus vllis renuntiationibus, vel ſtatutis ſimilibus.*

89 *Fideiuſſor tutoris conveniri debet iudicio ordinario, & non executivo, etiam ſententia lata contra principalem.*

90 *Fideiuſſor ſolvens in Camera pro debitore fiſci poteſt praeterito eius iudice ordinario eum coram iudicibus fiſcalibus convenire, ſicut fiſcus poterat.*

91 *Fideiuſſor pro reo in aliquo officio ſolvens, poteſt reum in illo officio convenire pro ſua indemnitate, licet alias ſit iudex incompetens.*

92 *Iudex ſi non poteſt de aliqua cauſa iudicare, ſi à ſe ipſa ortum habeat, poteſt tamen de ea iudicare, ſi ortum habeat à cauſa eiuſmodi, quæ ad ipſius iuriſdictionem pertinet.*

93 *Fideiuſſor poteſt petere à iudice, vt actori terminus aſſignetur ad agendum, alias ſequeſtrum relaxandum, & fideiuſſores liberandos fore.*

94 *Dos promiſſa, vel cauta, ſi intra biennium non exigatur, fideiuſſores de iure Lubecenſi ſi pro eius ſolutione amplius reſpondere non coguntur.*

95 *Fideiubens pro tutore, qui non adminiſtrat, conveniri non poteſt, ſed ipſe conuenietur, tanquam ſocij qui adminiſtravit, fideiuſſor.*

96 *Donans alicui bona ſua omnia in praegnanti forma, & poſtea vendens rem aliquam alicui, vel obligans aliqua ex dictis bonis ex cauſa mutui, fideiuſſionis, vel alterius contractus, ſuccurritur creditoribus, ac fideiuſſoribus, ne ſint in damno, nihil obſtante donatione praecedente.*

97 *Mortuo debitore principali fideiuſſor petere poteſt, vt haeredes debitoris cautione indemnitatis revocent.*

98 *Renovatio praeſumitur facta ſecundum naturam primi contractus.*

99 *Timori plus ſolet, quod ſpetialiter promittitur, quam quod generali ſponſione concluditur.*

100 *Principe mortuo à ſucceſſore eius initio principatus, renovatio ac confirmatio immunitatum, beneficiorum, privilegiorum, hortaram peti ſolet.*

101 *Succeſſor an ligetur contractu praedeceſſoris, remiſſive.*

102 *Fideiuſſore pro principali ſolvente, quilibet iudex, etiam incompetens, poteſt etiam de facto ſtatim compellere debitorem, ad ſolvendum fideiuſſori id quod fuit ab eo exactum nomine principalis.*

103 *Fideiuſſor accedens obligationi factæ à marito verſus vxorem, vltra quartam non tenetur, niſi forte omne periculum ſuſceperit.*

Continuando præſentis huius capitis materiam,
pro Sexto Beneficio fideiuſſoribus indulto
commodè ſubiicitur vulgatum hoc: Conventionem
1 † pactionem cum reo factam fideiuſſori quoque prodeſſe,
modo hæc pactio generaliter in rem fiat, non
ſpecialiter in perſonam, nec intereſſe, vtrum in continenti
fiat, vel an ex intervallo ſubſequatur, *vt ſunt
text. in l. & haeredi §. vlt. l. quod dictum. 32. ff. de pact. l.
ex perſona 32. in verb & caetera rei commoda ff. de fideiuſ.
l. ſi quis venum in princ. ff. de liber. legat. l. ſi procuratorem
8. §. ſi ignorantes ff. mandati.* Ioan. Borcholt. *in tract.
de pact. in 3. pactor. diviſ. numer. 2. 3. & 4.* Andr. Kohl.
*in exercit. legal. exercit. 10. numer. 21. pag. 143. colum. 1.
2 verſic. etſi vero.* Hinc † fit, ſi cum pecunia mutua daretur
ità convenit, vt in Italia ſolveretur, quod mandator
ſiue fideiuſſor quoque ſimili modo contraxiſſe intelligitur,
l. ſi & proponitur 60. ff. de fideiuſſorib.
3 Rectè autem adieci, Pactionem † ſiue conventionem
generalem eſſe debere. Pactionem enim perſonalé
ad fideiuſſorem non pertinet, inque eo par eſt conditio
hæredis, & fideiuſſoris, *l. idem in duob. 25. §. perſonale
ff. de pact. l. etſi fideiuſſor. 24. ff. de re iud.* Dynus *in
conſ. 11. & num. 3. 4. 5. & 6.* Quod ſi igitur in dividuo
hoc actum ſit, vt duntaxat à reo, puta Titio, non peteretur,
à fideiuſſore peteretur, tunc fideiuſſor exceptione
pacti conventi non vtetur, *l. niſi hoc actum ff.
de pactis.* Nec autem hoc caſu pactum debitori factum,
redditur inefficax, & inutile conſultum eſt reo, vt
conuento fideiuſſore, & litem denuntiante, ipſe compareat
exceptionem pacti conventi ex ſua perſona obiiciat,
l. 8. §. ſi ignorantes cum §. ſeq. ff. mandati faciunt
tradita per Valentin. Francum *d. cap. 3. numer. 125.*
4 Quod † autem de generali conventione modo eſt dictum,
idem quod iuſiurandum à reo præſtitum poteſt
extendi, iuxta diſtinctionem tamen eam, quam propoſui
ſupra *cap. 20. §. 2. num. 24. & ſeqq.*
5 Sed quid dicemus † in caſu converſo, num conventio
fideiuſſoris etiam proderit reo, necne? Sanè, ſi fideiuſſor
generaliter fuerit pactus, conventio eius reo
non prodeſt, cum fideiuſſoris nihil interſit, à debitore
pecuniam non peti, *l. fideiuſſoris 23. ff. de pact.*
Guliel. Ontian *in quaeſt. Academ. quaeſt. 10. numer. 1.
& 2.* Quod aliter ſe habet in ipſo reo, *l. quod dictum ff.
de pact.* Borcholt *d. loco n. 3.* At ſi fideiuſſor in rem ſuam
ſpoponderit, vel iuraverit, ſe dare non oportere, hoc
caſu pactio, & iuſiurandum fideiuſſoris prodeſt reo, vt
explicat, *ſed ſi fideiuſ. 14. ff. de pact.* Borcholt. *d. cap. 3.
num. 9. & tetigi ſupra cap. 20. § num. 24. & ſeqq.*
Idem omnino de pactis ſiue conventionibus confi-
6 deiuſſorum quoque eſt ſtatuendum pactio † enim fide-

iuſſoris confideiuſſori non prodeſt, cum fideiuſſoris paciſcentis pecuniariter non interſit, confideiuſſoris obligationem diſſolui, *d. l. fideiuſſoris ff. de pact.* Weſenb. *ff. de duob. reu num.* 8. Pet. Heig. *quaeſt.37. nu.29.*
7 30. & 31. vbi pulchrè deducit, & probat, ſi † vnus ex fideiuſſoribus, indiuiduo nexu obligatis, primus omnium in ſolidum conuentus, & exactus quaedam bona à debitore pignori acceperit, vt ea fructibus, & proprietate id, quod pro reo ſoluerat, redigeret, neque tamen omnem exinde pecuniam conſequi queat, quod poſſit aduerſus confideiuſſores agere, ita vt nihil illis proficiant, quae ex debitoris principalis bonis iam ſunt ſoluta, cum ſibi vigilauerit, & detracta ſua rata, etiam illud ipſum, quod pro confideiuſſoribus, facta calculationem, illum ſuperErogaſſe compareat repetendi poteſtatem habeat, pro quo faciunt illa, quae attuli ſupra *cap. 25. num. 40. & ſeqq.*

Quod autem de pactione vnius fideiuſſoris modo dixi, quod nimirum illa confideiuſſoribus ipſius minimè
8 proſit, id multo magis procedit, ſi † fortè liberatio pluribus confideiuſſoribus ex facto vnius illorum quaeſita rurſus reſcindantur, vel alias nulla, inualida reperiatur: tunc enim res omnis in priſtinum ſtatum reſtituitur, & confideiuſſores ſimul omnes perinde obligati ſunt, & conueniri poſſunt, ac ſi liberati nunquam fuiſſent, prout hoc in pluribus correis (quibus hoc in caſu plures confideiuſſores merito aequiparantur) pro regula tradunt Barta. *num.* 41. & 13. *quaeſt.* & Ioan. Ronchegall. *num.* 48. *in l. ex duobus ff. de duobus reis* & probatur per Dan Moller. *in comment. ad conſtit. Saxon. conſtit.* 19. *num.* 45. *part.* 2. vbi allegat text. *in l. ſi pro viro, & l. quamuis §. quanquam ff. ad Velleian. l. ſenatus § duobus ff. de mort. cauſ. donat. l. fin. ff. quae in fraud. cred.* Vtrum porrò ſi vnus fideiuſſorum miſſionem in bona debitoris hypothecata impetrauerit, id caeteris proſit, explicani ſupra *cap.* 2. *num.* 113. *vbi vid.*

Declinationem tamen recipit praedicta concluſio ſcil. pactionem fideiuſſoris confideiuſſori non prodeſ-
9 ſe, vt nempè procedat, niſi fortè † fideiuſſor in rem
10 ſuam ſpopondit, *l. ſed ſi fideiuſſor.* vel † hoc actum ſit, ne à reo, & confideiuſſore peteretur, *l. idem.* 25. *l. vide-*
11 *licet.* 26. *ff. pact.* Borcholt. *d. loc. num* 10. vel vi † virtute pacti fiat ſolutio aliqua; hanc enim confideiuſſori vel reo prodeſſe; ne creditor ab eo id quod ſolutum eſt petere poſſit: voluit Riminald. *in l.* 1. *in vlt. notab. C. de tranſact.* Proſper Paſethus *in conſ.* 125. *num.* 16. & *in*
12 *conſ.* 127. *num.* 2 Vnde ſi ex duobus, qui apud acte fideiuſſerunt in viginti, alter, ne ab eo peteres, quinque tibi dederit vel promiſerit, nec alter liberabitur, & ſi ab altero quin decim petere inſtitueris, nulla exceptione ſubmoueris, *l. ſi ſtipulatus* §. 5. *i. ff. de fideiuſſ.* Sic
13 ſi † ex pluribus confideiuſſoribus coconuentis vnus, quia excuſſioni renunciauerat; altera verò, quia excuſſioni exceptionem non oppoſuerat, condemnatus ſit, rum etſi is, cui beneficium excuſſionis etiam num competierat, appellaret: haec tamen appellatio non prodeſſet caeteris, qui huic beneficio renunciarunt; quia hi confideiuſſores non vno atque eodem iure nituntur, atque adeo diuerſa eſt defenſionis cauſa, *l. ſi qui ſeparatim in fin. ff. de appellat. capit. vna ſententia. extra. eod. tit.* Hart. Piſtor. *part.* 1 *q.* 47. *num.* 17. Quod tamen
14 † exceptio rei pro vno fideiuſſore contra creditorem iudicatae, etiam confideiuſſori proſit, tradidit Francus *de fideiuſſ. cap.* 6. *num.* 150. & 161. vbi iura, & rationes inuenies.

Verum, quia in hanc tractationem incidimus, monendum eſt, vltra praedictas ſequentes quoque regulas bene obſeruandas eſſe. Prima regula eſt: Quae-
15 dam † nocent reo, quae nocent etiam eius fideiuſſori, Sicut igitur, cum reus pactus eſſet, ne creditor peteret, & ille ipſe poſteà paciſcatur, vt peteret prius pactum per poſterius eliditur: ita etiam, ſi fideiuſſor, cum ab initio pactus eſſet, ne à ſe peteretur, poſteà paciſcatur, vt petatur, prius pactum poſterius elidit, *l. ſi vnus* §. *pactus ff. de pact.* Nec pugnat *d. l. ſi vnus* §. *pactus* cum *l. vlt. ff. de pact.* nam *in d. l. vlt.* agitur de pacto rei, iam facto, & fideiuſſori quaeſito, cuius vtilitas per poſterius rei pactum fideiuſſori rurſus auferri nequit, vt dixi ſupra hoc ipſo cap. *part.* 4. *num.* 33. & probat Ioan. Borch. *de pact. cap. vlt. num.* 59.
16 Quemadmodum † etiam debitor vagabundus, & fugitiuus in quocunque loco rectè arreſtari poteſt, per ea quae cumulat Coler. *part.* 2. *c.* 1. *nu.* 78. & *ſeqq.* eadem
17 ratione quoque † omnis fideiuſſor fugitiuus, & ſuſpectus ante diem ſiſti, capi & detineri poteſt. Io. Conſtan. *ad conſtit. Regias, art.* 66. *incip. &* *quanta celles col. fin. verſic. nota praetereà.* Petr. Peck. *de iure ſiſtendi c.* 4. *nu.* 9.
18 Sicut quoque debitor † condemnatus, cuius bona publica, ac à fiſco occupata fuerunt, ſi ex indulgentia principis in integrum, & ad ſua bona reſtituatur, ex integro creditoribus ſuis tenetur, & ſic actio contra ipſum reuiuiſcit, *l. ſi debitor. l. ſi deportationis. C. de ſentent. paſſ.* Nellus de S. Gemin. *in tract. bannit. in* 1. *part.* 3.
19 *tempor. in* 21. *quaeſt.* ita † etiam fideiuſſor taliter reſtituti debitoris actione vtili rurſus prioribus creditoribus tenetur vt lariſſimè defendit Ioan. Bernard. Muſcatellus *in ſum. pract. fideiuſſ. p.* 2. *q.* 7. *n.* 15. & *multis ſeqq.*
20 Sic ſi tutor, vel curator cauſam pupilli, vel adulti non agant, ſed eorum deſidia trienninm labatur, & cauſa cadant, tunc non ſolum illa deſidia nocet, & incommodat tutori, vel curatori, ſed etiam eorum fideiuſſoribus *l. properandum* § *ſin. Cod. de iudic.* Ea quo textu infert. Neguzant. *de pignorib. part.* 2. *princ. memb.*
21 4. *num.* 8. hypothecam † tacitum locum habere in bonis curatorum ad litem datorum, & eorum fideiuſſorum, de quo vide nonnulla apud Danielem Moller. *lib.* 2. *ſemeſtrium. cap.* 3.
22 Sic † probationes admiſſae contra principalem, & ex illis ſententia lata contra principalem, proſunt etiā aduerſus eius fideiuſſorem: Aegid. Bellamet. *in conſil.*
23 3. *numer.* 11. Eodem modo, quando † obligatio acceſſoria, qualis eſt obligatio fideiuſſoris rendit adeundem effectum cum obligatione principali, qualitas principalis diſpoſitionis in acceſſoria repetita intelligitur vt poſt Bald. & Dec. ſcribit Ioan. Bernard. Muſcatell. *in pract. fideiuſſ. part.* 1. *modo* 11. *numer.* 9. Alia & quidem ſimilia exempla ſunt in *l. eum filium* 49 *ff. de verb. oblig. l. vend.* 23. *ff. de hared. vel action. vend. l. praeſenti* 6. §. *cum autem mouitus. C. de his qui ad Eccl. confug.* & *d. xi ſuprà cap.* 15. & *cap.* 24. Sed illa omnia huc denuo referre, nimis eſſat taediofum.
24 Secunda regula eſt; † Quaedam nocent reo, quae tamen non nocent eius fideiuſſori: iuxta gl. *in cap.* 1. *de minor. in* 6. Philipp. Corneum *in conſil.* 211. *incip. In nomine Domini: Quanquam in praeſenti nu.* 6. *vol.* 3. Quid enim, ſi reus purgare moram nequeat? Certè fideiuſ-
25 ſor † tamen à mora purgatione non repelletur, *l. ſancimus C. de fideiuſſ. l. fideiuſſor. ff. de except. doli mali.* Fi-
26 deiuſſor † enim laborat morbo alieno, ideò facilius quoque ei ſubuenitur, *l. legem. C. de pactis. lib* Roncheg. Giold. *onl.* 3. §. *vbi duo num.* 88. & 194. & *in l. duos reos num.* 3 *ff. de duob. reis* Magon. *deciſ. Florent.* 57. *num.* 61. *deciſ. Lucenſ.* 92. *num.* 6. & 29. & *dixi ſupra in princ.*
27 *huius c. num.* 2. maximè quia † mora principalis grauior cenſetur, quam mora fideiuſſoris, vt notatur *in l. mora ff. de verb. oblig.* & ſcribit Salic. *in l. ſemel mora* 2. *q. princ. num.* 27 *ff. ſol. mat.* quibos coniunge illa, quae propoſui ſupra *d. c.* 24. *num.* 124. & *multis ſeqq.*

28 Eodem

28 Eodem modo † & interruptio facta contra princi-
palem, non prodeſt contra fideiuſſorem ignorantem,
& non citatum, *gl notab. in l. cũ quis, §. ſi quis proreo, ff.
de ſol.* Alex. *in l. mora rei, ff. de verb. oblig.* Abb *in ult. col.*
& Felin. *nu. 15. in c. illud, ext. de praſcript.* Fr. Balb. *de
praſcript. 6. par. princ. part. 3. q. 4. princ. n. 47. 48. & 49.*
quod etiam poſt Angel. *in conſ. 32.* attingunt M. VVe-
ſenb. *in conſ. 14. n. 80.* Card. Alban. *in addit. ad Bart. in
rub ff. de fideiuſſ. n. 7.* Iac. Puteus *lib. 2. dec. 512.*

29 Circa quod notandum eſt, vtcunq; † non ſit opus,
fideiuſſorem citare ad cauſam, licet ei per ſententiam
latam contra principalem aliquod præiudiciũ gene-
retur, *l. auctore, C. de euict.* Bald. *in l. libera, C. de ſent. &
interloc.* Petr. Follei. *in addit. ad Marant. par. 6. de au-
ctor, laudat. n. 6.* Gaſp Cabal. *in tra. de euictio, §. 3. n. 138.*
Hier. Gabrielius *conſ. 45.* vbi dicit, veriorem, & ma-
gis communem opinionem eſſe, quod ſententia non
noceat fideiuſſori contractus, quod plenũ præiudi-
cium, ſed tãtum quale quale faciat; vnde etiam Ma-
ranta *par. 6. de cita. n 32.* ait: quando fertur ſententia
30 † contra principalem debitorem, non eſſe citandum
fideiuſſorem, licet intereſſe prætendat, cum de eo ſal-
tem ſummariè in executione cognoſci poſſit', quod
etiam probat Franc. *de fideiuſſor. c. 5. n. 136. & 137.* cui
accedunt Caroc. *in tract. de excuſ. ben. q. 33. n. 2. part. 2.*
& Hier. Gabriel. *in cõſ. 43. n. 45. & 46.* aſſerentes: quod
31 † fideiuſſor etiam iudicij poſſit coram executore ex
propria perſona contra ſententiam obiicere excem-
ptiones peremptorias, & oſtendere, ſe non eſſe obli-
gatum, allegando Bald. *in l. fin. col. pen. n. 9. C. de vſur.
rei ind.* & Bart. *in l. 1. col. 3. ff. iudic. ſolui.* Attamen ſi ſe-
32 mel ſe conſtituerit aduerſarium, comparendo, & cõ-
tradicendo, tunc nihil valere, quod fit eo non citato,
iuxta Bald. *in l. in duob. §. quod reus iurauit, ff. de iure-
iur. per l. ſi perluſorio, §. 1. ff. de appell.* Sequitur Alex. *in
conſ. 154. verſ. hec idem in effectu, vol. 2.* Eman. Soarez.
in theſaur. com. opin. lit. F. n. 169.

Sed vt illud ipſum adhuc clarius proponatur, ita
33 diſtinguendum erit: Aut quæritur, numquid † pro-
ceſſus contra principalem agitatus ex ea ſola ratio-
ne fideiuſſori præiudicet; quia contra principalem
agitatus eſt? Et dicendum eſt, quod non præiudicet;
quia fuerunt aliæ perſonæ, alia actio, alia cauſa, alius
modus agendi. Aut verò quæritur, numquid ea alia
cauſa pura, quia ſciuit cauſam agitari cum principa-
li ſuper eo, pro quo fideiuſſit: vel, quia promiſit ſol-
uere illud, in quo appareret principalem teneri, &
ſciens ſuper eo partes iudicialem contradictionem
inſtituiſſe, ſe non intromiſit, & præiudicium genere-
tur. Et reſpondendum eſt, quod ſic, quia quando
vnius rei, vel cauſæ defenſio pertinet ad vnũ primo,
& principaliter, & ad alium ſecundario, ſi defendit
primus, ſciente ſecundo, tunc ſecundus taciturnitate
ſua ſibi præiudicat. Ita in terminis præclare tradidit
Ægid Bellamera *in conſ. 3. n. 3. 4. & 5.* ſubiiciens ibi-
dem *n. 5.* id multo magis procedere in fideiuſſore, qui
totius cauſæ ſiue litis acceptus eſt, *iuxta l. Græce, §. 1.
in fin. ff. de fideiuſſ.* quia vtique ille cauſam agitari
ignorare non poteſt, nec debet, cum pro tota cauſa
ſe fideiuſſorem conſtituerit.

Verum hoc loco, & illud ſimultanea explicatione
34 non eſt indignum, ſi † debitor iudicem inchoauerit,
an fideiuſſor pendente lite ſuperueniens etiam eo in-
uito ad iudicium admitti debeat? Certè notorium eſt
quod is, cuius intereſt, admitti poſſit in iudicio per
alium inchoato, ſiue ſit cauſa principalis, ſiue cauſa
appellationis, etiam inuito eo, qui primo iudicium
inchoauit, *l. ab executore §. 1. & ſeq. ff. de appell. l. 2. ff.
quãdo appell ſit. c. veniẽs, la 2. extr. de teſtib. c. cũ ſuper*

Antonius Heringius.

de re ind. *Gail. li. 1. obſer. 70.* Quinimo in pleriſq; iuris
35 articulis habetur, quod, qui † ex perſona ſua ſe iuuare
non poteſt, iuuetur alterius, & commodum ſentiat de
perſona ipſius *l. ſi communem, ff. quemad ſeruit. amitt.
Auth. licet. C. de natur. liber. cap. auctoritate, de conceſſ.
preb. in 6.* Fideiuſſoris autem intereſſe, iudicium inter
creditorem, & debitorem ſuſceptum, rectè non ſo-
lum inchoari, ſed & peragi ac definiri, nemo arbi-
trator eſt, qui dubitet *argum. l. vlt. in fin. C. de vſur. rei
ind.* Ergo eum etiam admittendum eſſe concludo.

36 Excipiũt † duos caſus, quorum primus eſt, ſi fide-
iuſſor cupiat admitti vt planè extraneus, tunc enim
37 non auditur, *per l. non ſolum ff. de iudic.* alter eſt, ſi † fi-
deiuſſor ſemel ius ſuum in iudicium deducens ſuccu-
buerit, nec appellarit, ſententiaque in rem iudicatam
tranſierit, tunc enim de iure ipſius non debebit am-
plius quæri, quamuis interim illa ſententia non no-
ceat debitori, *d. c. cum ſuper extr. de re iudicata.* Atq;
ita, licet admodum intricate, decidit Frideric. de Se-
nis *in quaſt. 242.*

38 An vero † confeſſio debitoris etiam fideiuſſori no-
ceat, conſule Andr. Tiraq. *de retract. lignag. §. 1. gl. 18.
num. 38.* Io. Petr. Surdum *deciſ. 218.* ad Flam. Chartar.
in deciſ. cauſ. execut. Rota Genuenſ. dec. 71. vbi hac de re
39 ad ſatietatem. Item, an † renuntiatio principalis no-
ceat fideiuſſori, vide poſt Ioan. Fabri, & Guidon. Pa-
pæ, Vinc. Carocium *de excuſ. bon. part. 2. quaſt. 17. nu.
vlt.* vbi negatiuam amplectitur.

40 Tertia Regula eſt; Quædam † non obſunt
principali, obſunt tamen eius fideiuſſori. Nam ſi fide-
iuſſor inciderit in edictum: *Quod quiſque iuris*: reus
quidem vtetur, exceptione. fideiuſſor non vtetur, *l. ſi
quis iniquum, §. ſi is pro quo ff. quod quiſq. iuris* quo ta-
men reſponſo conſule Valent. Francum *d. cap. 3. nu.*
41 144. Sic pupillo † ſine tutoris auctoritate obligatio-
nem nouanti nouatio non nocet, nocet tamen eius
fideiuſſoribus, qui pro pupillo fidem ſuam interpo-
ſuerunt, qui ex ea cauſa omnino tenentur: Hugo
Donell. *in l. ſi pupillus 127. ff. de verb. oblig.* Ioan. Zan-
ger. *in tract. de except. par. 3. cap. num. 27.*

42 Qvarta Regvla eſt: Quædam † proſunt fide-
iuſſori, ſed non proſunt etiam reo, quam regulam in
ſpecie probat Abbas *in c. cum inter extr. de except.* &
poſt eum Franc. Becc. *in conſ. 45. n. 46.* nec non Hier.
43 Magon *deciſ. Florent. 110. num. 4.* Sic † ſi minor ſe in
id quod fideiuſſit, vel mandauit, in integrum reſti-
tuat, reus principalis non liberatur, *l. minor. 48. ff. de
44 minorib.* Sic etiam ſententia lata pro fideiuſſore non
prodeſt réo, *gl. & Bart in l. aduerſus, ff de arbit.* *Idem
Bart. in l. fin. § fin. ff de iureiur. pro que facit l. 2. C. quib
45 res ind. non nocet.* Niſi modo † interceſſet fideiuſſori,
pura, ſi pro ſuo procuratore fideiuſſiſſet, *l. ſed eeſi fi-
deiuſſer ff. de pact.* Franc. de Marchis *quaſt. 518. part. 1*
46 vel, † niſi eſſet fideiuſſor iudicio ſiſti: huius enim
victoria prodeſt principali victo, vt poſt alios ſcri-
bit Borgnin. Caualcan. *deciſ. Finitan. 10. num. 7.*

47 Sic ſi † contra diſpoſitionem *l. extat ff. quod met.
cauſ.* fideiuſſoris bona occupentur, liberatur quidem
fideiuſſor & creditor, quod ipſum actionem admit-
tit, ſed debitor nihilominus obligatus manet. *Alber.
de Roſate in d. l. extat. Menoch. in 5. remed. recup. poſſ. n.
40 & ſeqq.*

48 Hoc † amplius fideiuſſor inſtrumento venditio-
nis conſtitutus non impeditur vti ſtatuti beneficio, vt
tanquã agnatus poſſit rem ipſam per agnatum ven-
ditam recuperare, pro quo ſe fideiuſſorem conſtitui-
quia fideiuſſor non tenetur de euictione ſi fuerit eui-
cta res vendita ex beneficio ſtatuti admittẽris agna-
tum. Tiraquell. *de retract. lign. §. 1. gl. 9 illat. 34. & ſeq.*

Quidam in conſuetud.Pariſ.titulo 1.§.13.gloſſa 1.nu.11.
& rurſus §.14.numero 31. Tiber.Decianus reſponſo 68.
numere 15. volum.2. conſilio 205. per totum, volum.3.
Balthaſar. Benedelius de iure prothimiſ. in Rubrica,
num.63.quib. adde quæ dixi ſupra cap.20.§.10. nu.72.
& ſeqq.
49 Huc etiam pertinet, quod † quamvis contra prin-
cipalem poſſit iurari in litem; non tamen ex ipſius
dolo poſſit iurari in litem contra eius fideiuſſorem,
aut fideiuſſoris hæredem, ne quidem, fideiuſſerit de
ſoluendo, aut præſentando,vel etiam ſe principalem
conſtituerit, Ancharan. Ioan.de Imol.Abbas, & alij
in Rubric.extr.de fideiuſſorib.Baldus in l.1.C.ne fideiuſ.
dot.dentur. Paulus de Caſtro in conſ.124.n.3.volum.1.
Ioſeph.Ludouic. in commun.concluſ.concluſ.18.nu.29.
M.Anto. Natta in conſ.202.nu.4. Mart. Monretos de
Cueua in deciſionibus regni Aragon.deciſ.11.n.24. pul-
chrè Ioan.Baptiſta Plotus de in lit.iurando,§.48.n.18.
50 vbi tamen n.19. id † duobus rurſus modis limitat,ni-
mirum, ſi fideiuſſerit quis de iudicato ſoluendo,vel
contra fideiuſſorem ex ipſius proprio dolo in litem
iurari debeat.
51 Denique,ſi † fideiuſſor dixerit inſtrumentum vſura-
rium, & ob id impetrauerit inhibitionem ea tamen
non obſtante,nihilominus creditor principalem de-
bitorem conuenire poterit, per textum in l.creditor.
princip.ff.mandati, Hippolyt.in rubric.de fideiuſſ qu.
36.n.274.& in ſingulari 125.incipien. Tuſcis, regulam
iuris eſſe, Lancellottus de attentat.lib.1.cap.3.nu.150.
Andreas Rauchbarus part.2.quæſt.ſuar.quæſt.7.nu.16.
verſic.poſtremo confirmatur, Ioan.Pet.Surdus dec.301.
n.5. vbi minus rectè in hanc ſententiam citat Augu-
ſtinum Beroum in quæſt.famil. quæſt.77.nu.8. cum is
52 ibi hoc tantum dicat, quod † inhibitio facta ad in-
ſtantiam principalis non proſit fideiuſſoribus iuxta
Baldum in l.1.in fi.C.de diuerſ.reſcript. De cuius dicti
veritate in terminis terminantibus conſule Quinti-
lianum Mandoſium in tract.de inhibit,quæſt.48.&68.
Robert.Lancellot. de attentat part.1.cap.3.nu. 150.&
part.2.cap.20.limitat.6. per tot.Anton.de Padilla in l.
1.nu.12.C.de diuerſ.reſcript. Ioan.Bernardinum Muſ-
catellum in practica fideiuſſor.parte 2.quæſt.8.num.18.
19.20.21.& 22. Ioannem Vincent. Hondedæum con-
ſult.50,num.37.volum.1. nec enim iſtinc verbotenus
transſcribere decorum eſt tetigi quoque ſupra cap.19.
num 57. Atque hæc itidem de ſexto beneficio dicta
ſufficiant.

Septimvm fideiuſſoribus competens beneficium
53 eſt: Quod † ſi aliquis ſit fideiuſſor ex contractu, &
ſententia feratur contra principalem,fortè etiam ab-
ſentem, & contumacem, hæc ſententia contra fide-
iuſſorem, nec citatum, nec auditum, abſque nouo
proceſſu executioni demandari non poſſit, ſed fide-
iuſſori integrum ſit, In executione deducere iura ſua
etiam negãdo fideiuſſionem. Ita,quoad ſingula huius
axiomatis membra, traditum eſt à Caſtrenſi in l.1.n.
3.ff.iudicatum ſolui. Speculat. de execut.ſentent.§. ſe-
quitur verſic.quid ſi ſententia, Aretino in conſilio 78.
Lanfranco Balbo deciſ.136.M.Antonio Natta in con-
ſilio 545.num.1.libro 2.Franciſco Burſato in conſil.203.
libro 2. Laurent.Syluano in conſil.84.& 85 numero 6.
volum.2. Ancharano Regienſi quæſt.19.part.2.Caro-
lo Ruino in conſilio 121. num.9.vol.8. Ioan.Cephalo
in conſ.106.vol.1. Caualcaneo deciſ. Riniʒan.10. nu.6.
7.& 26. Bertazorio in tract.clauſ. clauſula 42.gloſſ.8.
numer.1. Guid.Papæ quæſt.26.Hieronymo Magonio
deciſ.Florent.94.nu.16. Eaque ſententia eſt commu-
nis Iaſon.in l.in duobus, §.quis ergo, nu.2.ff.de iu.iu-
rand. Eman.Soarez.in theſaur.com.opin lit.F, nu.125.
Vincent.Caroc.deciſ.136.n.12.13.& 14. Et in Camera
Imperiali approbata, eſte Myſingero centur.4. ob-
ſeruat.96. cui nouiſſimè ſubſcripſerunt Germaniæ
noſtræ Iuriſconſulti Ioan.Borcholt.in conſ.23 §.mihi
pagina 341. Valent.Franc.in tractatu de fideiuſſoribus,
cap.5.num 138.Ioannes Goddæus de contrahend.ſtipu-
lat.cap.12.concluſ.11.numer.88. Andr.Rauchbarus in
quæſt.ſuis, part.2.quæſt.7.n.27.
Non fruſtra autem locutus ſum de fideiuſſore ex
54 contractu. Nam fideiuſſor † de iudicato ſoluendo (vt
vulgo loquimur,) obnoxius,executionem ſententiæ,
contra principalem, etiam abſentem, & contuma-
cem, latæ, pati cogitur, abſque alio nouo proceſſu,
quantumvis is nec in lite fuerit,neque quicquam ad-
uerſus eum,expreſſo eius nomine ſit iudicatum:cum
vtique huius,& maximè apud acta,vel coram iudice
præſtita fideiuſſionis ea ſit natura, & conditio, vt fi-
deiuſſor vna,cum Reo principali cenſeatur eſſe con-
demnatus cenſetur enim apud acta cõſenſiſſe in ſen-
tentiam ferendam contra principalem, imò promiſiſ-
ſe non ſuum,ſed rei principalis iudicatum,& ſic om-
ne onus ſoluendi in ſe ſuſcepiſſe. Hanc cõcluſionem
cum ſua ætiologia ſimiliter probarunt idolum iuris,
& Baldus colum.1.in l.fi.§fi.n. & ibidem Cynus C.de
vſuris rei iudicatæ, Bartolus,& alij in l.1.ff.iudic.ſolui,
M.Anton.Natta in conſilio 126.Alex.in l.ſæpe,num.16.
ff.de re iudic. Guido Papæ conſil.212. in fin. Vincent.
Carocius d.dec.136.nu.13. Cagnol.in l.nullum crimin.
§.nemo aliena,numer.2.ff.de regul.iuris,Clarus in §.fi-
nal.quæſt.95.num.1.in fi. Petrus Peckius de iure ſiſten-
di,cap.45.nu.16. Nicol.Valla de rebus dubiis,tract.16.
num.5.Auguſt Aerous conſil.202.num.4.lib.3. Flamin.
Chartarius in dec.conſ.execut. Rota Genuenſ deciſ.119.
num.2.,Horat.Carpanus ad Statut. Medic.lan.parte 1.
cap.72.num.12. Eman. Soarez. proxime d.loco lit. F.
num.124.Guidus Pancirolus in conſil. 68. num.1. vbi
hanc communem opinionem eſſe aiunt, qua de re
plura adferunt Tiraquell. in tract. Res inter alios acta
verſ.Et id quidem mihi pag.125.Roder. Soarez.in de-
clarat.l.fori,lib.2.tit.de comperendin.§.ſed pone quæſtio-
nem,nn.6,7.8.& 9.mihi pag.183. 184. Coleius de pro-
ceſſ execut.part.2.cap.2.num.6.8.& 22.& cap.3.num.
42.& 43.Barnabas Cornazzanus dec. Rota Lucenſis
128.numero quarto & quinto,Ioannes Bernardin.Mu-
ſcatellus in practic.fideiuſſ.parte prima, modo decimo-
ſecundo,numero vigeſimoprimo,& ſequentib.(vbi variè
diſtinguit,) ad quos beneuolum lectorem remitto.
Qui enim, & cui bono integras illas diſputationes
huc denuo tranſcribam?
55 Quin potius hoc commodè ſubnecto, non † poſſe
tamen executionem fieri contra fideiuſſorem de iu-
dicatum ſoluendo, niſi de iudicato appareat. Apparet
autem de iudicato ſatis,non ſolum ſi oſtendatur ori-
ginalis ſententia: Verum etiamſi exhibeatur conceſ-
ſio licentiæ, mandatum executiuum contra princi-
palem, quoniam dans executionem, & ſic conſe-
quens,videtur antecedens prius dare, & ſic condem-
nationem, vt in propoſito habetur apud Riminal-
dum ſeniorem in conſil.285.num.9.& 10. Flaminium
Chartarium d.dec.119.num,8.9.10.11.& 12. Extendi-
56 tur † verò prædictum, & num.54. poſitum axioma,
ſecundum ordinationem iudicialem Comitum Sol-
menſium .titul.16. etiam ad fideiuſſorem de lite pro-
ſequenda, & confundendis expenſis, contra hanc e-
nim iuxta prædictam ordinationem lata ſententia, e-
tiam ad executionem procedi poteſt,abſque nouo
proceſſu.
57 Illum ipſum † tamen fideiuſſorem de iudicato ſol-
uendo ſi velit ab executione ſentẽtiæ appellare poſ-
ſe,

ſe, cum id nuſquam jure prohibitum cenſeatur, con-
tendunt gloſſa, & Caſtrenſ. *in dict. l. final Cod de vſur.*
rei iudic. Ioan. Faber. *in §. alia inſtitut de ſatiſdat.* &
nouiſſimè Petr. Ioann. Anchar. Regienſis, *quæſtio.19.*
58 *num.6. & 7. lib.2.* Sed † in diuerſam mei iro itum eſt
ſententiam à Barnaba Cornazzano *dict. deciſione* 128.
num.9.10. & 11. Etſi enim verum eſt, quod is præci-
puè ſe fundet in terminis Statuti Lucenſis, interim
tamen, & juris communis diſpoſitione talem appel-
lationem prohibitam eſſe, non it inficias, & rectè.
Eſto enim, quod in dubio appellatio ſit permiſſa,
59 item, quod † judex in dubio pronuntiare debeat, ap-
pellationi eſſe deferendum, vt ex ea Angelo Decio,
Crauetta, & alijs infert Cornazzanus *d. deciſion. cen-*
teſima vigeſima octaua numero 9. Non tamen ſumus
hic amplius in caſu dubio, cum fideiuſſor ſimplici-
ter, ac præcisè factum ſoluendi promiſerit, eoque
ipſo tam judicem (alias qualificatum, aut etiam or-
dinarium) quam eius iudicatum, ac ſententiam, non
appoſita vlla conditione, probauerit, & per conſe-
quens illud quoque, quod eſt extremum huius iudi-
cati, vel ſententiæ nimirum executionem, patienter
ferre, & implere in ſe ſuſceperit
60 Præſuppoſito jam primo, quod † is appellandi be-
neficium non habeat, qui ante ſententiam profeſſus
eſt, ſe à judice non eſſe prouocaturum, ſiue, qui ap-
pellationi enunciauit, *l. tale pactum, §. qui pronunciauit,*
ff. de pactis, leg.1. § ſi quis profeſſus, ff. quibus appell. non
licet, l. fi. § in final. Cod. de temp. appellat. Paulus *libro 5.*
ſentent. titulo 24. Maranta *in Speculo. titul. de appellat.*
num.341. Baldus de Vbaldis *in tractat. de pactis, num.*
85. Gail. *libro primo, obſeruat. 135. numero decimo.* Myn-
ſing. *centur.1. obſeruat.14. in fin.* Ordinat. Cameræ Im-
61 perial *part.2. tit.28. §.1. verſic.* Vnde etiam † in Came-
ra Imperiali 12. *Februarij Anno* 1572. appellatus ap-
pellanti in expenſas condemnatus fuit, ob renun-
ciationem ſemel factam, & poſteà repetitam. Dein-
62 de, quod is, qui ad † judicatum ſoluendum, vel fa-
ctum aliquod ſimpliciter ſe obligat, præcisè illud
quoque præſtare teneatur, remoto omni beneficio
excuſſionis, aut diuiſionis, vt ſupra hoc ipſo capite,
part.2. n.317. & part.2. n.92. demonſtraui. Quis dubi-
tet, non minùs etiam appellationem, ſi non verbis,
reapſe tamen, & ſic eo ipſo remotam cenſeri, quod
fideiuſſor ſe prima approbatique, fortaſſis etiam or-
dinarij iudicis, non quidem contra ſe; ſed contra
principalem ſuum iudicatis ſatisfacere velle cõfeſſus
eſt, & conſenſit? Cum in confeſſum nullæ aliæ ſint
partes iudicis, niſi in ſententiando, & exequendo,
Ancharan. in cap. 1. col. 4. de minorib. Vincent. *Carocius*
dicta deciſ.136. num.13. Multo minus ferendus eſt fi-
deiuſſor, ſi dicat, ſe non aliter fideiuſſiſſe de iudicato
ſoluendo, quàm ſi iudex rectè iudicaret. Non enim
quid ipſe ſenſerit, ſed quid promiſerit ſimpliciter, in
conſiderationem venit, ne dicam, quod ſententia e-
tiam propterea non ſtatim cenſeatur iniuſta, quia fi-
deiuſſor, & is ne quidem nominatim cõdemnatus in
cerebro ſuo eam fortè pro iniuſta habet, aut quia ab
63 ea ſit prouocatio, cum potius quælibet † ſententia
præſumptionem iuſtitiæ, ac rectitudinis tam diu pro
ſe habeat, & auctoritate diuina ſit munita donec con-
trarium probetur Menochius *de præſumptionibus, lib.*
1. quæſt.80. num.7. & 9. Anton. de Gamma *deciſ. Luſi-*
tan.110. n.5. (quam probationem vtique noſter fide-
iuſſor ne verbulo quidem ſibi reſeruauit) & præte-
reà quoque vt plurimum, etiam à bene latis ſenten-
tiis per iniquos homines, [quibus iudicare ſecundum
illorum nutum, aut votum, ac præconceptas opinio-
nes, eſt demum rectè iudicare,] temere, friuole, fru-

Antonius Heringius.

ſtratoriè, & minus rationabiliter appelletur, vt iura
tam Canonica, quam Ciuilia, & quotidiana expe-
rientia ſatis abundè teſtantur.
64 Atque hanc partem † veriorem, & in iudicando ſe-
65 quendam eſſe autumo, niſi fortè tam craſſa † iudicis
deprehendatur iniquitas, ut manibus quaſi palpari, ac
nullo colore palliari poſſit, tunc enim aliud forſitan
ſtatui poſſet, quanquam ne ſic quidem aliter, quam ſi
iudex ſuperior ita arbitretur, ne cuilibet ribaldo libe-
rum ſit, promiſſiones ſuas in iudicio, & apud acta fa-
ctas, ac executionem rerum bene iudicatarum vete-
ratoriè eludere.
66 Et proinde non † eſt contrarius Vincent. de Fran-
chis *in dec. Neapolitan. 400. nu. m5.* vbi probat: Licet
ſententia lata contra fideiuſſorem de iudicatum ſol-
uendo executioni demãdari poſſit, abſque nouo pro-
ceſſu, quod tamen hoc non aliter obtineat, quam ſi
ſententia ſit valida, exiſtente autem ſententia notoriè
nulla, & inualida, quod ab executione abſtinendum
ſit: Nam iudicium huius validitatis, vel inualiditatis
non ſtare apud partem, ſed apud iudicem ſuperio-
rem, nec ipſe negat, nec à quoquam, niſi cerebrum in
calcaneis gerat, negari poteſt.
67 Qui tamen † fideiuſſori de iudicatum ſoluendo rur-
ſus in hoc commodetur, ſi is fortè non admiſſa in-
terpoſita appellatione ſummariè, & executiuè fuerit
exactus, vt rurſus aduerſus debitorem habeat ius pa-
ratæ executionis, cauſam nullã dico, auctoribus Hip-
polyto *in rubr. de fideiuſſor. n.362. & ſeqq.* Bartolo, &
Bald. *in l. fi. §.1. n.3. C. de vſur. rei iudicatæ,* Angelo *in l.*
cum eorum n.3. C. de ſentent. & interlocut. & in l. cum
vendente, C. vbi cauſa fiſcales; Colero *de proceſſ. execu.*
part.3. cap.2. n.30. Bertazolio *d. clauſula 43. gloſſa 8. nu.*
2. & nouiſſimè Valentino Franco *de fideiuſſionibus*
capite 5. numero 316. & 517. quibus addo Rodericum
Suarez. *d. tit. de comperendinat. 6. ſed pone quæſtionem,*
n.22.23. & 24. Barnab. Cornazzanum *deciſ. Rotæ Lu-*
cenſ.209. n.3.
68 Idque nominatim exprimitur † in prædicta Ordi-
natione Solmenſi, *tit.16.* his verbis: pro ſumma capi-
tuli, &c. fideiuſſores habent poteſtatem eundi con-
tra ſuum principalem, & ſi bona ipſius non ſufficiunt,
in corpore luat pœnas *tit.5. quibus adde illa, quæ dixi*
ſupra hoc ipſo, cap. part.1. n.95.
69 Imò, ſi † fideiuſſor taliter ſit condemnatus, vel de
proximo fortaſſis condemnandus, tum actionẽ man-
dati rurſus aduerſus debitorem intentare poterit,
quamvis adhuc nihil ſoluerit, *l. Lucius, 38. §.1. ff. man-*
dati, cap. final. extr. de fideiuſſor. Hippolyt. *in rubr. de*
fideiuſſor. n.216. in fi. Ioan. de Arnono *ſingul.81.* Tiraq.
in legib. connub. gl.1. n.5. Valentinus Francus *d.c.5. nu.*
70 *575.576. & ſeqq.* Modeſt. Piſtoris *illuſtrium quæſt. part.*
1. quæſt.2. Et † ideò Scæuola *in l. fideiuſſor. 45. ff. de fi-*
deiuſſor. reſpondit: Fideiuſſorem, qui pro venditore
in certam quantitatem condemnatus eſt, cum hæ-
rede venditoris ante diem, quo iudicatum facere
compelleretur, agere poſſe, ſed ex iuſta cauſa ad of-
ficium iudicis pertinere, vt fideiuſſor, aut defendatur,
aut liberetur. Huius etiam meminit Speculator *in tit.*
de iudicis. §. ſpecialia, nu.3. in verb. vnde cum ipſi cre-
ditori ſim condemnatus in diem. Licet vbi Ioannes
Andreæ *in additionibus* velit, fideiuſſorem libello ſuo
non tantum narrare debere, quod per ſententiam iu-
dicis, condemnatus ſit, ſed quod etiam ab illa ſen-
tentia appellauerit, *iuxta l. ſi pro ea, C. mandati & l.8.*
§ quod & ad actionem, ff. eod. tit.
71 Multo autem † magis prædicta procedunt, ſi fide-
iuſſor vigore inſtrumenti guarantigionati conue-
niatur, & condemnetur, tunc enim illarum actionem

mandati intentare poteſt,etiamſi nihil adhuc ſoluerit
Bald.*in d.l.ſi pro ea,num*.7. Franc. Marcus *quæſt*.596.
Alciat.*in reſponſo* 5.*num*.14. *lib*.8. & pulchrè Francus
d.cap.5.*n*.583.
72 Num† verò ſententia lata contra principalem exe-
cutionem paratam quoque habebit contra fideiuſſo-
rem iudicio ſiſti?Quæſtionem equidem hanc quoti-
dianam eſſe teſtatur Rodericus Soarez.*in declara.le-
gum fori,titul.de comperendinat*.§. *ſed pone quæſtionem
in principio,mihi pag*.182. Sed mire à Baldo, Angelo,
Fulgoſio, Paulo de Caſtro, & Alexandro torquetur,
vt apud Rodericum ibi videre licet , qui & ipſe non
ſatis explicat,cui opinioni finaliter adhæreat , & ſa-
nè eam controuerſiam eſſe fateri oportet cum Va-
lentino Franco *in tract.de fideiuſſ.cap*. 5. *nu*. 228. qui
tamen ibidem vitiosè allegauit deciſionem Capel-
læ Tholoſ.296. cum ſit 196.
73 Quid igitur ſtatuemus? Ego † equidem in ſenten-
tiam Bartholomæi Socini *in l*.2.§.*in fideiuſſoreẽ,ff.qui
ſatiſdare cog*.tranſeo volentis,ſi fideiuſſor de iudicio
ſiſti ex ſententia lata conueniatur,vt ſiſtat quod poſ-
ſit executiuè procedi:Sin autem non conueniatur ad
ipſum factum ſiſtendi,ſed ad intereſſe , quod agen-
dum ſit via ordinaria,ad hoc,vt tale intereſſe quoad
certam quantitatem,fideiuſſore cum ſuis allegatio-
bus audito,definiatur. *Vide quæ dixi ſupra hoc ipſo
cap.part*.1.*num*.159.
Non incommodè verò prædictis adjicitur,& hæc
74 indagatio:Num † in taxatione expenſarum fideiuſ-
ſor de iudicatum ſoluendo ſit citandus ? Dubitatio-
nem huiuſmodi mouit Bald.*in conſ*.46. *incip. Notan-
dum,n*.3.*lib*.7.tenens ibi,ſtricto iure non eſſe neceſſe,
cum huius fideiuſſionis natura ſit,vt fideiuſſores etiã
non citandos afficiat.Hippolyt.de Marſil.*in l.patre,n*.
81.*ff.de quæſt*.Horat.Carpanus *ad ſtatut. Mediolanen.
part*.1. *cap*.56. *n*. 42. Sed,vt alij opinantur , cautius
75 eſt,† illum citare,ſicut per textum *in l.ſecunda,Cod.ſi
propter public.penſitat.l.cum miles*,§.*primo*,*ff. ex quib.
cauſis maior*. voluerunt Crauetta *conſil*.172.*num*.8.&
Ioan. Baptiſta Aſinius *in praxi iudic*. §. 32. *c*.9. quos
ſequor.
Octavvm beneficium fideiuſſoribus competens,
76 eſt Exceptio † Moratoriæ dilationis, qua ſc.
muniri debitor ſolet, ne intra quinquennium ab ip-
ſo quid petatur,vt dixi ſupra *cap*.5. *n*.101. *cum ſeqq*.
Hæc enim fideiuſſoribus quoque competit,& profi-
77 cit,modo † eorum in Reſcripto dilationis nomina-
tim ſit facta mentio,alias enim perſonale eſt benefi-
cium,ac perſonam debitoris non egreditur.Ioan.Ba-
ptiſta Aſinius *in tract.de execut.in prolegomen.cap*.2.*n*.
19 *&* 20.Menoch. *de arbit.iud.quæſt. caſu* 203.*nu*.26.
& caſu 337.*in fin*.Colerus *de proceſſ.execut.par*.1.*cap*.
4.*num*.17.*& cap*.10.*num*.338.*&* 339. Andr.Rauchbar.
78 *in quæſt.ſuis part*.2.*quæſt*.7.*n*.36. Vel , ſi † reus com-
parens,ad fideiuſſoris defenſionem opponat de dila-
tione ſibi conceſſa.Cynus,& Baldus *in l.quoties,C.de
precib.Imp.offer*.Baldus *in l.cum mandatori,nu*.8.*C.de
non num.pecun*.Marcus Ant. Cuchus *in tract.de mo-
ratoria præſcriptione,nu*.155. Surdus *deciſ*.301. *num*.16.
79 Colerus *d.cap*.4.*n*.20.*&* 21. Vel, ſi † conceſſa ſit di-
latio vni debitori,(non creditori,vt vitiosè ſcriptum
eſt,apud Fabium de Anna mox allegandum) motu
proprio principis, tunc enim operatur etiam quoad
fideiuſſorem.Ita poſt Salicet.Rebuff.& Cuchum tra-
dit Fabius de Anna *in conſultat*.82.*nu*.9.10.*&* 27. vbi
dicit,idem eſſe,ſi fideiuſſor † non renunciauerit be-
neficio cedendarum actionum iuxta Cuchum *d. lo-
co nu*.159. Sed quia hæc ipſa quæſtio per aliquot con-
cluſiones à Valent. Franco *in tract. de fideiuſſ.cap*.3.
à n.154. *uſque ad n*.183. & Ioan Bernardino Muſca-
tello *part*.2.*quæſt*.9.admodum eleganter eſt tractata,
ne actum agam, ſufficiat, lectorem ad illorum ope-
ras remittere.Addo ſaltem Petr.Anto. Auguſtolam *in
conſ*.142.*n*.2.*lib*.3. vbi etiam hanc materiam attingit.
Nonvm beneficium fideiuſſoribus competens eſt,
81 quod ſi aduerſus debitorem principalem eiuſve hæ-
redes aliquoties fruſtra pro ſolutione iudicialiter in-
ſtiterint , poſſint denique in Camera Imperiali pro
Promotorialibus ſupplicare, modo ſimul exhibeant
talia documenta,ex quibus,vel iuſtitiam denegatam,
vel ſtudiosè protractam eſſe appareat,vt videre licet
apud Noahum Meurerum inſinuata fuit ordinatio
proceſſus *par*.1.*n*.75.*mihi fol*.27.*&* 28.Impetratis ve-
rò inſinuatiſque promotorialib.meminerint fideiuſ-
ſores,denuo pro adminiſtranda iuſtitia requirere , a-
lioquin enim in Camera non decernetur citatio, vt
82 vult Myſing.*cent*.5.*obſ*.55.Quanquam † id contraria-
ri videtur textus Ordinat.Cam.Imper.*part*.2. *tit*.6.
§.*fin.in verbis*.
Decimvm beneficium fideiuſſoribus competens,
& in doctrina Bald.*ad l.cum mandatori,in fi. C.de non
83 num.pecun*.fundatum,ſtatui poteſt,quod † fideiuſſor,
ſi reſciſcat alium ſuo principali non ſoluendo exi-
ſtenti pecuniam quædam adhuc debere,ne de ſorte
periclitari neceſſum ſit impetrare poſſit mandatum
de arreſtando,aut potius non ſoluendo ſuo debitori
illam pecuniam prout etiam in Cam.Imperiali pro-
ceſſus decreti ſunt in camera,credita realia Electoris
Memij , & aliorum Marchionum , Comitum ,quius
Elector Moguntinus Comitibus Sto be genib , ex
tranſactione adhuc ad aliquot millia florenorum
obſtrictus erat,27.*Ianuary*,*&* 11.*February*,*anno* 1592.
84 Ætiologia verò huius deciſionis eſt, quod † debito-
ris mei debitor etiam meus eſt debitor,non quidem
conuentione , ſed rei digreſſione,vt eleganter decla-
rauit Vincen.de Franchis *deciſ*.75.*num* 8. cum quo
tranſit Martin,Monterus à Cueua *deciſ. Regni Ara-
gon*.2. *n*.23.24.25. *&* 16. Vt tamen hi proceſſus obti-
neantur , primum obligatio debitoris , in originali
exhibenda:Deinde narrantur,debitorem non eſſe ſol-
uendo periculumque dilapidationis imminere : De-
nique alternatiuè petendum, arreſtum debiti ad hoc
fieri , donec vel ſatisfaciat debitor , vel idoneè de
ſoluendo caueat , *& faciunt huc nonnihil , quæ attuli
ſupra cap*.19.*num*.60.
Vndecimvm beneficium fideiuſſoribus compe-
86 tens eſt:Quod † ſi creditor ſit inops,& per aliquod
tempus non petierit debitum , aut alias veriſimiles
coniecturæ factæ ſolutionis,adſint;poſtea autem ab-
ſente debitore principali fideiuſſorem pro ſolutione
facienda conueniat,fideiuſſor inſtare poſſit,vt credi-
tor prius iuret , num ſibi ſit ſatisfactum à debitore
necne,vt pulchrè deducit Ioſeph Ludou. *dec.Lucenſi*,
35.*per totum,& tetigi ſupra,cap*.24.*n*.140.
Duodecimvm beneficium fideiuſſoribus compe-
86 tens eſſe exiſtimo,quod † ſententia in contumaciam
lata contra principalem delinquentem , non præiu-
dicet fideiuſſori pro pœna, nec contra eum , execu-
tionem mereatur, ſed non obſtante priori proceſſu,
opus ſit nouo contra eum, & veris probationib.de-
licti,non equidem eum in finem, vt ſi ſententia con-
tra principalem in contumaciam ex vi ſtatutorum
lata ſit,eam impugnet aut retractet , principalemve
defendat,ſed vt ſeipſum contra impetitionem aduer-
ſarij tueatur .Bart. *diſp*.3. *incip.Peruſii a ciuitatis ſta-
tuto*.Caſtrenſ.Alex.Iaſ.& Socin.*in l.cum filiusfamilias
ff.de verb.oblig*.Alex.*conſ*.84.*col*.1.*vol*.3.Roland.a Val-
le *conſ* 94.*num*.22,23,*&* 24.*vol*.3. Et ita communiter
Doctores

Digitized by Google

Doctores tenere, aſſerit Iulius Scarlatinus *in conſilio*
114.n.& 6.inter conſilia criminalia Ziletti, vol. 1. vbi
fuſius id explicat, *& vide, quæ dixi ſupra cap. 24.n. 198.*
& ſeqq.

Decimvmtertivm beneficium fideiuſſoribus
88 competens conſtituo, quod † in iure valida ſint ſta-
tuta, quando ciuis, & forenſis ſimul fideiuſſerunt,
quod debeat prius excuti forenſis, quam ciuis non
obſtantibus vllis renuntiationibus, vel ſtatutis ſimi-
libus. Bart. *in l. ſed ſi ego, n.3. ad S.C. Velleian.* Io. Kop-
pen in Rangersdorff. *in deciſionib. ſuis quæſt. 56. nu. vlt.*
qui tamen ibi fatetur, in contrarium eſſe Ius com-
mune, vtpote, quo liberum eſt creditori, facta renun-
tiatione diuiſionis conuenire, quem velit, cæterum,
cum hodie maximè rixæ oriantur ex eo, quod ciues
exacti in difficultates, & circuitus recipiendi porti-
ones à forenſibus confideiuſſoribus conjiciantur,
ſpeciali conſtitutione aliud ſtatuendum eſſe.

Decimvmqvartvm beneficium fideiuſſoribus
89 competens eſt, quod † fideiuſſor tutoris conueniri de-
beat iudicio ordinario, & non executiuo, etiã ſenten-
tia lata contra principalem, prout pulchrè per plura
allegata confirmat M. Anton. Natta *in conſ. 345. n. 1.*
90 Decimvmqvintvm beneficium eſt quod † fide-
iuſſor ſoluens in Camera Principis pro debitore fiſci,
poteſt, prætermiſſo eius iudice ordinario, eum coram iu-
dicibus fiſcalibus conuenire, ſicut fiſcus poterat. Ra-
tio eſt, quod quando priuatus priuatum conuenit, ex
cauſa, quæ à fiſco dependet, tunc iudex fiſcalis co-
gnoſcit, *l. cum vendente, C. vbi cauſa fiſcales, l. ſi minori*
C. de iure fiſci. Vnde actoris eſt electio, ita tamen, vt ſi
alteruter electus, & aditus ſit ad alterum recurri non
debeat, *d. l. cum vendente in verb. ſi eius audientiam*
elegeris, & ibidem Bald. Salycet. Caſtrenſ. ac nouiſſi-
mè Dn. Herman. Vulteius IC. Germaniæ eximius *n. 8.*
C. vbi cauſa fiſcales. Marcus Ant. Peregrin. *de iure fiſci.*
lib. 7. tit. 1. nu. 7. Qui ibidem quoque *n. 4.* adiicit; Quod
91 fideiuſſor † pro reo in aliquo officio ſoluens, poſſit
reum in illo officio conuenire pro ſui indemnitate,
licet alias ſit iudex incompetens. *Bart. in l. cum eorum*
C. de ſent. & interloc. om. iud. Nec minus ſcite illud
92 ipſum oſtendit Dn. Vulteius *d. loco n. 7.* pro regula †
ponens, quandoque fieri, vt de qua cauſa iudex iudi-
care non poteſt, ſi à ſeipſa ortum habeat, de ea apud
iudicem illum agi poſſit, ſi ortum habeat à cauſa
eiuſmodi, quæ ad iuriſdictionem ipſius pertinet. Et
quia ſequentia Dn. Vulterij verba notabilia ſunt, ma-
lo eadem ipſa hic inſerere, quam aliena pro meis in
,, forum protrudere. Sic igitur pergit. *Exemplum vulgo*
,, *ponunt in eo, qui pro accuſato criminali aliquo iudicio fi-*
,, *deiuſſit, ſe pœnam pecuniariam ſoluturum, ſi contingat*
,, *accuſatum in ea cauſa condemnari. Finge, accuſatum*
,, *eſſe condemnatum in illam pœnam, & cum ipſe non ſol-*
,, *ueret, fideiuſſorem ex promiſſione ſua pœnam ſoluiſſe, ad*
,, *quod certum eſt ipſum à procuratore Cæſaris cogi poſſe.*
,, *Fideiuſſor ab eo, pro quo fideiuſſerat, pecuniam ſolutam*
,, *repetiturus implorat officium iudicis illius, coram quo*
,, *cauſa criminalis erat actã cuius iudicis alias in ciuilib.*
,, *nulla eſt cognitio. Certe hæc cauſa inter fideiuſſorem, &*
,, *eum, pro quo ſoluit, vtpote qua non ſit criminalis, ſed ci-*
,, *uilis, per ſe non pertinet ad cognitionem iudicis crimina-*
,, *lis, quod tamen iudicis criminalis illo non attento, de ea*
,, *cognoſcẽdi ius eſt id fit propter aliud videlicet, quod hæc*
,, *controuerſia occaſionem habet à negotio, cuius cognitio*
,, *ad iudicem criminalem per ſe pertinebat, in quod nego-*
,, *tium incidebat hæc fideiuſſio.* Hactenus Vulteius Cui
iunge tradita per Petrum Auguſtin Morlan. *in empo-*
rio iuris p. 1. tit. 9. in 22. præmiſſo, n. 98.

Decimvm sextvm beneficiũ fideiuſſoribus com-
93 petens eſſe arbitror, ſi † ad alicuius inſtantiam fa-
ctum ſit ſequeſtrum, alter verò ad euitandum ſeque-
ſtrum, fideiuſſorem dederit, de ſtando iuri de non ba-
ratando ſiue deteriorando, & de reſtituendo abſque
aliqua procraſtinatione in caſu victoriæ, & de exhi-
bendo ad omnem Curiæ requiſitionem, &c. ac poſt-
modum iſte actor ſiue impetrans, ad cuius inſtantiã
ſequeſtram fuerat factum, litem non proſequatur,
quod reus, & fideiuſſor non cogatur illa incertitudi-
ne ſemper manere obligari, ſed quod poſt lapſum
triennium (*vt probaui ſupra cap. 5. n. 330.*) poſſunt pe-
tere à iudice, vt actori terminus aſſignetur ad agen-
dum, alias ſequeſtrum relaxandum, & fideiuſſores li-
berandos fore, in tantum, & actor in expenſas retar-
datæ litis, & intereſſe teneatur. Iacob. de Arena *in*
tract. de ſequeſt. nu. 2. cum ſeq. Curti *eod. tit. tract. n. 52.*
Muſcatell. *in pract. fideiuſ. p. 1. modo 17. n. 22. & 23.* (vbi
dicit, hanc eſſe communem opin.) Ioan. Bauman *in*
tract. de ſequeſt. c. fin. n. 2. Ruger. Ruland. *de commiſſ.*
par. 4. lib. 4. c. 5. n. 38.

Decimvmseptimvm beneficium fideiuſſoribus
94 competens, præbet mihi † ius municipale Lubecen-
ſe, quo cauetur, ſi intra biennium dos promiſſa, vel
cauſa non petatur ſiue exigatur, quod fideiuſſores
pro eius ſolutione amplius reſpondere non cogan-
tur. Verba ita habent *lib. 1. tit. 5. art. 3.* Qui pro ſpon-
ſalibus fuit fideiuſſor, ſi non requiſitus annorum
duorum termino liberatus eſt.

Decimvmoctavvm beneficium fideiuſſori con-
95 ceſſum conſtituere poſſum illud, vt † ſi pro tutore fi-
deiuſſerit, iſque non adminiſtrauerit, tametſi adhuc
iſte conueniri poſſit, fideiuſſor tamen non poſſit, ip-
ſe enim conuenietur, tanquam ſocij, adminiſtrauit, fi-
deiuſſor, *l. vlt. C. ſi tutor, vel curator non geſſerit.* At fide-
iuſſor pro eo ſolum promiſiſſe cenſetur. quod pro-
pria obligatione debet, non quod aliena, cum igitur
idem effectus non ſit, ad hunc caſum etiam fideiuſſio
non protrahetur, *l. 4. §. illud, ff. rem pupilli ſaluam fore.*
Alciat. *lib. 3. axiom. 1. in fi. ff. de verb. ſign.*

Decimvmnonvm beneficium, quod fideiuſſoribus
96 quoq; aſſignari, & concedi poteſt, eſt, quod † ſi quis
donauerit alicui bona ſua omnia in prægnanti forma
& poſteà vendat rem aliquam alicui, vel obliget ali-
qua ex dictis bonis ex cauſa mutui, fideiuſſionis, vel
alterius contractus, quod hoc caſu ſuccurratur cre-
ditorib. ac fideiuſſoribus, ne ſint in damno, & bona
fides eis noceat: nihil obſtante donatione præceden-
te, cum cauſa lucratiua, & oneroſa concurrente, ſem-
per oneroſa ſit præferenda. Ita eleganter decidit. Vin-
cent. Carocius *dec. 1. per tot.* ex ſingulari doctrina Bal-
di *in Rub. C. de reuocand. his quæ in fraud. cred. ſub n. 5.*
verſ. ſed pone, quæ ab aliis, ibi à Carocio allegatis,
tanquam valdè notabilis commendatur.

Vigesimvm beneficium fideiuſſoribus competens
97 eſſe arbitror, quod † mortuo forrè debitore princi-
pali, fideiuſſor petere poſſit, vt hæredes debitoris
cautionem indemnitatis renouent, ſeſeq; ex ſua per-
ſona quoq; ad eam ſeruandam obligent, idq; appri-
98 me conducere non dubito. Renouatio enim † in hu-
ce & ſimilibus actibus præſumitur facta iiſdem qua-
litatib. & intelligitur ſecundum naturã primi & præ-
cedentis contractus Bald. *in l. 1. col. pen. C. quando non*
potent. part. ſenſit Bart. *in l. ſi mihi & tibi in fin. ff. de*
verb. oblig. Modeſt. Piſt. *conſ. 21. n. 51. p. 1.* Et plus ſolet
99 † timeri, quod ſpecialiter promittitur, quam quod
generali ſponſione concluditur, *c. quamquam 23. diſt.*
100 *gl. in c. 1. de confirm. vtili vel inutil.* Et quia † nunc in
more poſitũ eſt omniũ gẽtium ferè, vt mortuo prin-
cipe à ſucceſſore eius, initio principatus immunitates

Antonius Heringius.

beneficia priuilegia,honores ſuperiorum Principum
confirmentur,petentibus cum priuatis,tum ciuitati-
bus,collegiis,corporibus,ſocietatibus, non petenti-
bus adimantur, niſi benigne princeps præueniat pe-
titionem. Cuiac. *in l.6. mihi pag.25.ff. de excuſ.tut.* cui
iunge Andr. Gail. *lib.2.obſ.1.* Modeſt. Piſtor. *conſ. 37.*
per tot. Idcirco illis, qui fortè pro Principibus de-
mortuis fidem ſuam interpoſuerunt, receptis reuer-
ſalibus,aut cautionibus indemnitatis,conſiliando,vt
à ſucceſſore eius tales cautiones ſibi in meliori for-
ma renouari petant,per hanc,vel ſimilem formulam:
Quod omnia bona tam mobilia, quam immobilia
principalis,ſit cuiuſque ſtatus, & conditionis expo-
net pro releuatione dicti fideiuſſoris, & de omni
damno,& intereſſe eum releuabit. Ea enim ratione
euitare poſſunt gurgitem illum diſputationis, vtrum
101 ſucceſſor † ligetur contractu prædeceſſoris,nec ne
de qua alibi Doctores tractant,& nouiſſimè Matth.
Cuno *lib.1.de pactis, c.24.num.42.ſeqq.*

VIGESIMVMPRIMVM beneficium fideiuſſoribus
102 competens conſtituo, quod † de iure communi
quando fideiuſſor ſoluit pro principali, quilibet iu-
dex,etiam incompetens,poteſt etiam de facto,& ſta-
tim ſine nouo proceſſu compellere debitorem ad
ſoluendum fideiuſſori id, quod fuit ab eo exactum
nomine principalis. Ita notat Marſilius *in tract. ban-*
nitorum verb. indice nu.172. Horat. Carpanus *ad ſta-*
tut. Mediolan. part.1.cap.413.n.46.

VIGESIMVMSECVNDVM beneficium, quod fide-
103 iuſſoribus aſſigno,eſt hoc, quod † fideiuſſor acce-
dens obligationi factæ à marito verſus vxorem,vltra
quartam non tenetur,niſi fortè ſuſceperit omne pe-
riculum. Ita traditum eſt à Lancelloto Gallia *in con-*
ſuetud. Alexandriæ incip. item. quod maritus. verb. non
poſſit. q.9. per tot. Horat. Carpano *ad ſtatut. Mediolan.*
part.1. cap.198. num.188. & cap.425. num.6. Atque ha-
ctenus de beneficiis,ac exceptionibus, quæ fideiuſ-
ſori competunt,quibus diligens lector alia in cumu-
lum adjicere poterit.

CAPVT XXVIII.

Quo tempore fideiuſſor beneficiis, & exceptionibus ſuis vti debeat.

SVMMARIA.

1 *Facultas conceſſa pro certo tempore, non competit vltra illud tempus.*
2 *Ius conceſſum aliquo tempore,poſt illud tempus videtur eſſe prohibitum.*
3 *Regula,ad tempus permiſſum, poſt tempus prohibitum cenſetur etiam contra fideiuſſorem operatur,ex Vincentio Carocio.*
4 *Lapſus diei habet vim pacti de nõ petendo, paria enim ſunt lapſu temporis,vel non renunciatione excludi.*
5 *Excuſſionis beneficio non gaudet fideiuſſor, ſi illud non opponat. Idem de beneficio diuiſionis dicitur. n.6.*
7 *Exceptio dilatoria ante litem conteſtatam opponenda. Ratio adfertur. num.8. & 9.*
10 *Exceptio peremptoria tam ante, quam poſt litem conteſtatam, & quandocunque ante ſententiam latam opponi poteſt. Ætiologia ponitur. n.11.*
12 *Exceptiones omnes ſui natura ſunt perpetuæ. Et num. 13. & 14.*
15 *Exceptio excuſſationis eſt dilatoria, & n.16. Sed alij contra, n.18. A quibus diſſentit Vincent. Caroc. num. 10. Inter has opiniones mediam amplectitur auctor. n.21. Quam ampliat. num.22.*
17 *Fideiuſſor ſi cum creditore litem ſit conteſtatus, non poteſt excipere de excutiendo reo forſan reuerſo, ſed præciſe cogitur ſatisfacere. Sed contrarium defenditur. num.14.*
19 *Exceptiones nullæ ſunt anomalæ ex Zaſio, & Arnoldo de Reyger.*
23 *Excuſſionis exceptio poſt litem conteſtatam rectè opponitur, ſi bona de nouo ad debitorem perueniant, licet is primo repertus ſit non ſoluendo.*
25 *Iudicio pendente contra fideiuſſorem, ſi principalis interim fiat ſoluendo, fideiuſſor contra executionem beneficio excuſſionis vti poteſt.*
26 *Exceptio excuſſionis ſi ſaltem ſuperueniat iudicio pendente ſufficit.*
27 *Ius ex cauſa præterita deſcendens dicitur etiam prodeſſe, ſi conſtante iudicio accedat, ex Coſtalio.*
28 *Ceſſione actionum non admodum conſulitur fideiuſſori.*
29 *Executor ſuper exceptione diuiſionis cognoſcere poteſt.*
30 *Exceptio diuiſionis eſt dilatoria. Sed anomalam eſſe probatur. n.31. Eáque ſententia eſt communis, & verior. num.32.*
33 *Iacobi Butrigarij, Antonij Padilla, & Boerij quædam opinio non admittitur.*
34 *Ceſſio actionum ante ſolutionem, vel in ipſa ſolutione facienda. Et n.35. Sed diuerſum aliis placuit. nu.37. quibus auctor accedit. n.40.41.42.*
36 *L. Modeſtinus, ff. de ſolutionibus intellectus. Et num.44.*
38 *L. cum is 36. ff. de fideiuſſoribus intellectus.*
39 *Verba. Sed non ita eſt, correctionem inducunt.*
43 *Exceptio excuſſionis opponi poteſt etiam cum ex inſtrumento guarantigionato agitur.*
45 *L.1. §. non tantum, ff. de tutel. & rat. diſtrah. intellectus.*
46 *Dictio, Poſt, refertur ad extremitatem.*
47 *L.2. C. de contrar. iud. tut. interpretatio.*
48 *L. Stychum. 95. §. ſi mandatu 10. ff. de ſolutionibus ſenſus.*
49 *Exceptiones peremptoriæ quænam ſint.*
50 *Exceptiones dilatoriæ quænam appellentur.*
51 *Exceptio vſuraria, non intra quindecim dies, nec intra octiduum, ſed intra tempus iudici arbitrarium, opponi debet.*
52 *Fideiuſſor non agit contra principalem tempore feriato, quo ipſe conueniri non poterat.*
53 *Fideiuſſor in diem ſcriptus, ſi ante diem ſoluat, actionem mandati non debet, niſi die adueniente.*

NOn ſatis eſt fideiuſſorem exactè ſcire, quænam
beneficia, quæ, itidem exceptiones ſibi compe-
tant, niſi etiam ſimul probè teneat, quando iiſdem
opportunè vti debeat, ac poſſit, ne audiat ſibi oc-
cini vulgatum illud, poſt factum veniſti, de quo E-
raſmus *in Adagiis Chiliad.1. centur.1. adagio 22.* Fa-
1 cultas enim † conceſſa pro certo tempore, non
competit vltra illud tempus *l. ſi ſtatuliberum, §. Sty-*
chum ff. de legat.2. l. ſi vnus, §. ſi cum reo, l. epiſtola de
2 *pactis.* Ioan Cephalus *conſ. 235. nu. 11. lib.2.* Et † ius
conceſſum alioquo tempore, poſt illud tempus vi-
detur eſſe prohibitum. Abbas & Canoniſtæ *in c. ex*
parte extra, de obſeru. ieiunij. Bald. *in d. l. ſi vnus, §.1.*
Paulus de Caſtro, *in d. l. epiſtola.* Socin. *conſ.19. colum.*
fin. lib.1. & conſil.273. colum. penult. verſic. ſed ad hanc.
lib.2. Tiraquel. *in l. ſi vnquam verb. reuertatur, num.*
332. C. de reuocand. donatio. Menoch. *conſil.68. nu. 10.*
lib.1. Vincen. Carocius *deciſ.76. num.17.* (vbi † in
3 ſpecie aſſerit Regulam, ad tempus permiſſum, poſt il-
lud prohibitum cenſetur, operari etiam contra fide-
iuſſorem (Balthaſar Benedellus *in tract. de iure proti-*
miſ. § tranſcurſo, nu.4. Hinc etiam Baldus *in l.1. colum.*
1. verſic. extra opponitur, C. quando dies, legat. ced. & in
l. ſi

l. ſi eū, C. qui accuſ. non poſſ. & conſ. 169. lib. 1. dixit. Lap-
4 ſum diei † habere vim pacti de non petendo, paria enim ſunt, lapſu temporis vel renunciatione excludi, *l. 1. §. ſed videndum, ff. de ſucceſſ. edicto.* Cum igitur exceptiones, quibus ſe tueri poteſt fideiuſſor, aut ſint dilatoriæ, vel peremptoriæ, temporales, vel perpetuæ, ante, vel poſt ſolutionem, imò & ante vel poſt ſententiam competens, cautum vtique oportet eſſe fideiuſſorem, vt in tempore, & cum opportunitate talibus exceptionibus vti intendat, eaſque opponat, ſiquidem in tempore venire, omnium rerum eſt primum, teſte Comico. Atq; in ſpecie traditum eſt quod
5 † fideiuſſor non opponat, ſed valeat iudicium Bart. *in l. ſi mancipium, §. 1. de euictionib.* M. Mantua *ſingul.*
6 *605. num. 1.* Ratio eſt, quod † parte non opponente, multa fieri poſſunt, quæ alias non fierent. Iaſon *in l. vniuerſa, C. de precip. Imp. offer. & in l. patre furioſo in 5. §. notabili ff. de his qui ſunt ſui vel alien. iuris.* Neuizanus *conſ. 44. n. 3. & conſil. 63. nu. 12.* Idem, quod modo dixi, de exceptione diuiſionis quoque cap. præced. *part. 2. n. 78.* ſtatutum eſt, vt ibi videre licet.
7 Si † igitur exceptio dilatoria eſt, hoc eſt, quæ tantum cauſam differt, & litis ingreſſum impedit, tunc non niſi ab initio, & ante litem conteſtatam opponenda, & probanda eſt, *l. 1. C. ſent. reſcindi non poſſe, l. exceptionem, C. de proba, l. ita demum, C. de proc. l. vlt. l. ſi quis aduerſus aduocatus, C. de except. c. paſtoralis, extra eod. tit. c. inter monaſteriū, extra de reg. iur.* Hermanus Vulteius *in l. 3. num. 14. C. de iuriſdict.* Chilianus Konig. *cap. 44. num. 6. verſic.* non docet plus expectare. Et hæc eſt communis opinio, teſte Eman. Soarez. *in theſauro com. opin. lit. E. n. 163. cum ſeqq.* Menoch. *de arbit. iud. quæſt. caſu 140. n. 7.* Ratio eſt, quod
8 † hæ exceptiones ſunt ex perſonis, hoc eſt reſpiciunt ea, quæ potiſſimum iudicium conſtituunt, ergo neceſſe eſt, eas opponi, excuti, diſceptari ante iudicium, aut in exordio iudicij, ſeu in ipſo limine quæſtionis,
9 vt ait Symmac. *lib. 1. epiſt.* quia iam conſtituto iudicio, fruſtra agitur de eo conſtituendo, *l. pen. C. de excep.* Cuiac. *lib. 18. obſ. c. 34.* quem tamen etiam *lib. 9. cap. 23.* lector inſpicere poterit.
10 At ſi † exceptio eſt peremptoria, tunc non ſolum in initio an litem conteſtatam, ſed etiam poſt, & quandocunq; ante ſententiam latam opponi poteſt, *l. peremptorias, C. ſenten. reſc. non poſſe, l. præſcriptionem 8. C. de excep.* Imola, & Dd. *in cap. ſicut extra, de re iud.*
11 Ratio eſt, quod † hæ exceptiones non ſunt de iudicio conſtituendo, ſed de iam conſtituto finiendo, quia rem ipſam feriunt, de qua agitur, & reum releuant, h. e. deſcendunt in cauſis, & perſonas iudicis actoris, & rei non reſpiciunt, ideò quamdiu iudicium durat, tamdiu etiam opponi poſſunt, *l. 2. C. ſentent. reſcin. non poſſe* Cuiac. *d. lib. 18. obſer. cap. 34.*

Eodem quoq; reſpicit altera diſtinctio, quod quædam exceptiones ſint perpetuæ, quædam temporales. Etſi enim non eadem ratione perpetuæ temporaleſque dicuntur exceptiones, qua actiones aliæ ſūt
12 perpetuæ, aliæ temporales, cum † omnes exceptiones ſint perpetuæ, ſiquidem non eſt in poteſtate Rei, vt actoris, quando velit ſuo iure, & defenſione ſua vti, ſed eâ tum demum vti poteſt, quando actor vult age-
13 re, *l. 5. §. fin. ff. de doli excep.* Interim † tamen perpetuæ exceptiones ſunt, quæ perpetuo, hoc eſt, quacunque iudicij parte vſq; ad ſententiam diffinitiuam opponi poſſunt, & ſemper rem, qua de agitur, perimunt, *§.*
14 *perpetua, Inſtit. de except.* Temporales verò, quæ † ad tempus nocent, & temporis dilationem tribuunt, hoc eſt, quæ non ſemper locum habent, ſed euitari poſſunt, *l. 3. ff. de excep. §. temporales, Inſtit. de exceptionib.*

Vt igitur illud ipſum fideiuſſoribus eorumque Aduocatis, & Procuratoribus [illegible] quaſi demonſtrem, ordine repetam præmiſſa & adductas exceptiones, ac oſtendam, quando fideiuſſor his commodè vti debeat, ac poſſit.
15 Quod ergo † primo loco ad beneficium, ſiue exceptionem excuſſionis attinet; verum nimirum hæc (præſuppoſito tamen ſemper, quod ei non ſit renunciatum, alias prorſus friuola eſſet hæc diſputatio) ſit dilatoria, ſiue peremptoria, temporalis, vel perpetua, duplex ſuper hoc ipſo quæ-
16 ſito eſt ſcribentium opinio. Quidam † enim putant, eam eſſe mere dilatoriam, & ante litem conteſtatam ſolummodo opponi poſſe. Ita ex veterib. docuerunt Bart. *in l. 2. ff. de except. ac in l. prolatam in princi. C. de ſentent. & interloc.* Cynus *in 6. quæſt.* & Baldus *in l. exceptionem, C. de except.* Angel. & Iaſon *n. 9. in l. decem 116. ff. de verb. oblig.* Bart. Ang. & Salycet *in Auth. hoc ſi debitor, C. de pignorib.* Alex. *conſ. 73. n. 1. lib. 1.* Caſtrenſ. *in l. fin. in prin. n. 9. ff. ſi cer. pet.* Ex Neotericis autem ita tradunt Socinus *num. 9.* & Zaſius *num. 17. in l. 1. ff. de except.* VVeſenb. *in par. tit. ff. de fideiuſſ. nu. 6. & in conſ. 10. n. 12.* Io. Schneidevvin. *in § ſi plures, nu. 14. Inſt. de fideiuſſ.* Bertazolius *in tract. clauſ. clauſ. 40. gl. 4. n. 2.* Francil. Burſat. *conſ. 228. num. 4.* Nicol. Boerius *dec. 59. in fin.* Anton. Neguzant. *de pignorib. 1. mem. 8. part. nu. 34. & ſeqq.* Eberhard. *in Topic. loco ab oratione nu. 5.* (vbi hanc veritatem eſſe dicit) Carolus Molinæus *in addit. ad Decium in conſ. 27. n. 8.* (affirmans, hoc in magna æquitate eſſe fundatum, introductumque ad tollendum circuitum iuris (& Io. Bapt. Ferretus *in conſ. 228. n. 4.* qui eandem opinionem, & veriorem, ac magis communem pronunciant; cui etiam non ita pridem calculum adiecerunt Anton. de Padilla *in l. 1. nu. 43. C. de iuris & facti ignor.* Hieron. Magonius *deciſ. Genuenſi 30. num. 16.* Andr. Fachinæus *lib. 8. contron. c. 52.* Ioan. Zangerus *de excep. p. 2. c. 15.* & nouiſſimè Daniel. Molerus *in comment. ad Conſtit. Saxonicas p. 1. conſtit. 3. n. 7.*
17 Quam vtique † plerique ex illis ampliant procedere etiam iſto caſu, quando ſcilicet debitore; vel abſente, vel poſt excuſſionem non reperto ſoluendo, fideiuſſor cum creditore litē conteſtatus eſt, & principalis reuertitur, vel ſoluendo fit durante adhuc lite. Tunc enim pendente proceſſu non poſſe fideiuſſorem excipere de excutiendo prius principali, ſed præciſe cogi ſatisfacere, ceſſis ſaltem ſibi creditor actionib. volunt per tex. *in Auth. præſente, verb. tranſactio, C. de fideiuſſ.* quæ ſententia originaliter eſt Cyni, & poſt eum Salyceti *q. 8. in d. Auth. præſente.* eamque ſequitur Steph. Aufrer. *in addit. ad Cappell. Tholoſan. dec. 81. & deciſ. 166.* Rebuffus *in l. ſi ita ſtipulatus, colu. 4. verſ. limitatur autem mihi pag. 741. ff. de verb. ſign.* Schneidevvein *in d. § ſi plures, n. 15. Inſtit. de fideiuſſ.* Bertazolius *d. clauſ. 40. glo. 4. n. 3.* Pro quibus Doctoribus fortaſſis militat text. *in l. ſcimus, verſ. ſed ſi defenſionem, C. de fideiuſſ.* vbi dicitur: Sed fideiuſſor ſemel defenſionem ſuſceperit, quod debeat eam vſque ad finem implere, nulla ei licentia concedenda, in medio perſonam tradere, & pecuniarum dationem euadere. Et hæc eſt prima opinio.
18 Econtra † alij ſtatuerunt hanc exceptionem eſſe
19 anomalam (quamuis † nullas exceptiones anomalas poſt Zaſium agnoſcat amicus noſter Dn. Arnold de Reyger *in ſuo proceſſu iudiciali, diſp. 4. theſ. in glo.*) & tam ante, quam poſt litem conteſtatam, quandocunque ante ſententiam tamen opponi poſſe, quæ ſententia primum auctorem habet Accurſium *in l. 3. in fi. ff. de excep.* quem ibi ſequuntur Alber. & Angel. quæ etiam approbatur à Benedicto de Plumbino *in tract.*

*de diſcuſſ.nu.*18.Iacob. de Arena *in tract.de excuſſ.nu.*
32.Guidon. Papæ *deciſ.*432.*nu.*10. Crauetta *conſ.* 263.
*n.*5.ac aliis,quos refert Eman. Soarez *in theſ.commun.*
*opin.lit.F.n.*136. vbi eam æquiorem, & meliorem,ac
non minus,quam ſuperiorem,receptam eſſe ait.

Quid ergo in hoc conflictu dicemus? An contenti
20 erimus conciliatione Vincentij Carocij *de excuſ.*
*bener.p.*3.*q.*4.*n.*3. Quod vtique lectori meo liberum
21 relinquo. Ego tamen † ſtipulor illis, qui mediam
amplectuntur viam, vt nimirum prior ſententia de
iure ſit verior,altera autem benignior,& communior,
ad nullum tamen alium effectum tendens, quam vt
iudicium differatur, non etiam in totum perimatur,
ſiquidem reſpectu tantum exceptionis excuſſionis
reus eſt abſolutus,prout ſentiunt Andr.Gail.*lib.*2.*ob-*
ſeruat. 27.*n.*3.Colerus *de proceſſ. execut.p.*4.*c.*1. *n.*96.
Io.Goddæus *de contrah.ſtipul.c.*9. *concl.*5.*n.* 103.104.
& 105.Io.Zanger.*d.c.*15.*n.*3. vbi ſubjicit, hanc poſte-
riorem quoque ſententiam in dicaſterio VVitteber-
genſi Aſſeſſores ſecutos eſſe.Et rurſus *n.*5.6.*&* 7. vbi
formulas hoc caſu pronuntiandi annectit. Vide pari-
ter Martin.Benekendorff *in repetit. l.* 1. *in* 1. *limit.*4.
*memb.*4.*p.n.*125.126 *&* 127 *ff.de reg.iur.* Io. Emeric.
à Rosbach. *in proceſſu,cap.*44.

22 Quæ † ſententia abſq; dubio procedit in fideiuſſore
indemnitatis, is enim etiam poſt litem conteſtatam
hanc exceptionem opponere poteſt.Bald.*in c.ex re-*
ſcripto extra de iureiurando. Hippol.*in Rubr.de fidei.*
*nu.*314.Magonius *deciſ.Floren.*45.*n.*7. Eman.Soarez.
23 *d.loco lit.F.n.*139.vbi communem dicit. Sic † & ex-
cuſſionis exceptio poſt litem conteſtatam de nouo
recte opponitur,ſi bona de nouo ex ſucceſſione,vel
alias ad debitorem principalem perueniant, licet is
prius repertus ſit non ſoluendo,ita per tex.*in cap.in-*
ſinuante.extra de offic.delegati. tradunt Alex.*conſ.*100.
*vol.*5.Hippol.*in Rubr.de fideiuſſ.n.*24.*Dd.in c.paſtor a-*
lis.ext.de excep.& Rebuff.*in d.l.ſi ita ſtipulatus, col.*3.
verſ. 12. *poteſt etiam ff.de verb.ſign.* Andr. Fachineus
*lib.*8.*controu.iuris,c.*56.

24 Quia autem placuit,in † omnibus rebus potiorem
eſſe æquitatis,quam ſtricti iuris rationem, *l.placuit.*
C.de iudiciis,l.in omnib.ff.de reg.iur. valde dubito,an
etiam verum ſit,quod ſupra *n.*17.ex Salyceto retuli.
Illud enim *in d.Auth.præſente.* non dicitur,ſed potius
contrarium,quod nimirum illud, quod ibi ſtatuitur,
procedat,vbi debitor omnino à fideiuſſore ſibi,& ex-
hiberi non poteſt,& ſic ſemper abſens manet, pro
quo facit textus *in l.ſi pariter,verſ. quod ſi adhuc, ff.*
de libert.cauſa. Et ideo Petrus de Rauennate *in aureo*
25 *ſuo Alphebeto,* recte dicit:Si † pendente iudicio con-
tra fideiuſſorem, principalis interim fiat ſoluendo,
quod fideiuſſor contra executionem beneficio ex-
cuſſionis vti poſſit,quæ traditio me monit, vt infra
*c.*30.ſingularem formulam huius petitionis ſubiun-
xerim.Imò Vincent.Carocius *in tract. de excuſ.ben.*
*q.*33.*n.*20.21. *&* 22.*par.* 2. expreſſe poſt cumulatio-
26 nem Dd. auctoritates aſtruit: Quod † ſufficiat, ſi
exceptio excuſſionis ſaltem ſuperueniat iudicio
pendente,ante concluſionem in cauſa. Quo etiam
pertinet doctrina Petri Coſtalij *in l.*9.*§. qui ante, ff.*
27 *de pign.actione.* vbi ait: Quod † ius ex cauſa præ-
terita deſcendens,dicatur etiam prodeſſe, ſi conſtan-
28 te iudicio accedat. Nec † per ceſſionem actionum
fideiuſſori ſatis conſultum videtur, propterea, quod
ob moram iudiciorum,*l.etiam, ff.vt lega.non caueat.*
incertum litis euentum,*l.quod debetur, ff.de peculio.*
Franc.*de fideiuſs.c.*3.*n.*39. & iudicium ſordes,*l.ſi filius*
15.*ff.de iudic.* intereſt noſtra, potius non ſoluere,
quam ſolutum repetere *tex.in l. ſi ſtipulatus* 15. *in*
*prin.ff.de fideiuſs.l.*3. *ff. de compenſationib.*

Exceptionem Divisionis Epiſtola D. Hadriani
29 (ſuper qua † etiam executor cognoſcere poteſt.Ioa-
chim. Mynſingerus *reſponſo* 52. *n.* 20.) quod attinet,
30 rurſus in diuerſas itum eſt ſententias. Nonnulli †
enim dilucidi,ac manifeſti iuris eſſe aiunt,diuiſionis
exceptionem dilatoriam eſſe, nec prorſus litem tol-
lere,ac perimere,diutius ſaltem differre, ac prolon-
gare,& propterea ante litem conteſtatam objicien-
dam eſſe.Ioan.Schneidevvein *in d. § ſi plures, nu.* 14.
*Inſtit.de fideiuſſ.*Myſing.*reſponſo* 31.*num.*19.cum quo
concordant relati à Zangero *in tract.de except.par.*2.
*c.*15.*n.*1.*& ſeqq.*& Colero *de proceſs.execut.par.*4.*c.*1.
*n.*26.Atq; ita poſt Cynum,Baldum, Salycetum, Ca-
ſtrenſem,Rolandum à Valle, & Gabriel. Romanum
aſtruit Hieron.Magonius *deciſ.Floren.*4 *nu.*6.Tenuit
quoque illud ipſum Guido Papæ *in conſ.*103.*nu.*4.&
Ancharan.Regienſ.*quæſt.*21.*nu.*9.*lib.*2. nec non Iere-
mias Setſerus *in ſelect.diſputat.diſput.*25.*theſ.*10.*inglo.*
31 *verſi.illud etiam notandum.* E contra † autem alij exi-
ſtimant, eam eſſe anomalam, ac proinde tam ante,
quam pro litem conteſtatam, vſque ad ſententiam,
poſt ſententiam verò non niſi,appellatum ſit,opponi
poſſe.Bart.Dynus,Imola,& Dd.*in l.ſi dubitet.ff. de fi-*
*deiuſſorib.*Imola *in c.peruenit.nu.*26. *extra,de fideiuſſ.*
Ioan.Faber.*num.*16.Angelus *nu.* 7. Porius *colum.*2.
Sylueſter Aldobrandin, & Anton. Pichardo Vinueſa
32 *n.*12.*in d.§. ſi plures,Inſt.de fideiuſſor.*Et hæc † ſenten-
tia proculdubio eſt communis,& verior *l. ſi fideiuſ-*
*ſor.*10.*§.in verb. ante condemnationem ex ordine poſtu-*
*lari ſolet.C.de fideiuſs.*Gomeſius *cap.*13. *de fideiuſs. n.*
15.*tom.*2.Bertazolius *in tract.clauſul.inſtrum.clauſula*
40.*glo.n.*4.Zanzerus *d.cap.*15.*num.*4. Eman.Soarez.
*in commun.opin.lit.F.n.*136. Francus *de fideiuſs.c.*5.*n.*
460.*&* 461. & plures alij ab ipſo allegati,quos bre-
uitatis ſtudio omitto.

33 Et quamuis † Iacobus Butrigarius voluerit, hanc
exceptionem etiam poſt rem iudicatam in ipſa exe-
cutione ſententiæ opponi poſſe,*l.fin.C.de fidei.*quam
opinionem quoque ſibi magis placere dicit Ant.o.de
Padilla *in d.l.*1.*n.*42. *C.de iuris & facti ignor.* ſecun-
dum, quam etiam in Francia iudicatum eſſe ſcribit
Boerius *deciſ.*59.*n.*9.Mihi tamen à prædicta commu-
ni opinione in iudicando recedere minus tutum vi-
detur Quid ni enim homo extreme piger,ac deſidio-
ſus,io.ò iudicem aperte ludificare,& rem ſeriam ne-
gligenter agere merito dicatur,qui tam honeſtę ex-
ceptionis iuris communis(quod vtiq; impune igno-
rare non licet)tutus, eam durante totius litis ſuffla-
mine,ad effugiudam ſolidi condemnationem,allega-
se,& opponere ne quidem animum inducat,ſenten-
tiam condemnatoriam exſpectet,& tum demum ſe-
ro ad hanc ſacram ancoram confugiat, iudice inte-
rim,ac creditore pretioſi temporis, ac pecuniarum,
quæ in cauſidicos ſiue fori lituos,& id genus homi-
num profunduntur, iacturam facientibus? *argumento*
*l.*6.*ff.de pœnis.*& ſpectant huc,quæ dixi ſupra *c. præ-*
*ced.par.*2. *n.*88.*& ſeqq.*

34 Sed videamus etiam † de beneficio ſiue exceptio-
ne Cedendarum Actionum, quando nimirum
ſiue quo tempore hæc ceſſio fieri debeat,vt in vtili-
tatem fideiuſſoris vergat,verum ante ſolutionem fie-
ri eam oporteat,vel an in ipſa quoq; ſolutione, vel
etiam poſt ſolutionem fieri ſufficiat? In hac quæſtio-
35 ne † quorundam eſt ſententia, eam ceſſionem vel
ante ſolutionem,vel ſaltem in ipſa ſolutione,ſiue ip-
ſo ſolutionis actu faciendam eſſe, ne ſublata per ſo-
lutionem omni obligatione atque actione, nihil ſu-
perſit,quod cedi queat. Ita tenent Speculat. *in titu.*

ac

*de renunt.§.1.nu.*13. Marian, Socin. *conſil.18.nu.9.vo-
lum.*1. Iacob. de Arena. & Ioann. à Graſſis relati à
Franco *de fideiuſſ.cap.5.nu.*482. Decius *conſ.*99. Me-
noch. *de præſumpt.lib.3.præſump.45.n.*26 *& præſump.*
143.*num.*6. Iochim. à Beuſt. *in l.admonendi,nu.*319.*ff.
de iureiur.* Elbertus Leoninus *in lectura,l.ſi diuiſa* 13.
C.de locato. Hugo Donellus *in l.*11.*a.*5.*& ſeqq.C.de fi-
deiuſſ.* VVeſembec.*in paraſ ff.de fideiuſſ.num* 6. Ioann.
Schneidevvein.*in d.§.ſi plures n.*24.*Inſt.eod tit.* Hier.
Treutlerus *in diſput.vol.*1.*diſp.*28.*theſi* 6.*lit. B.* Ioan.
Goddæus *de contrah.ſtipul.c.*9.*concl* 5.*nu.*120. *& ſeqq.*
Rutger. Ruland. *de commiſſar. part.* 4. *lib.* 6. *cap.*4.
*num.*49.

36 Mouentur autem illi omnes per † textum *in l.Mo-
deſtinus ff.de ſolutionib.* (cuius vtique materia etiam
attingitur à Proſpero Faſcino *conſ.*145.*num.*15. Ioan.
Petro Surdo *in dec.*308. & prolixius ab Antonio Pi-
chardo Vinueſa *ad princip.tit.à num.*54.*vſque ad nu.*
64.*Inſtit quib.mod.toll.obligatio*) vbi dicitur: Si ex in-
teruallo poſt ſolutionem fiat ceſſio, nihil cum ea ceſ-
ſione actum, cum nulla ſuperfuerit actio. Vult dicere
Iuriſcon. ſolutione eius, quod debetur, tolli omnem
obligationem, neque referre, quis ſoluat, & ita non
reſtare aliquam obligationem, quam creditor in ſol-
uentem fideiuſſorem pro regreſſu aduerſus alios ſuos
confideiuſſores habendo, transferre poſſit, extincta
ſcilicet obligatione per ſolutionem eius, quod debe-
batur. Vnde, vt illi putant, poſt interuallum à facta
ſolutione fruſtra deinde inſtatur per ſoluentem pro
ceſſione actionum, niſi tempore ſolutionis prote-
ſtatio vel pactum interceſſerit, de deinceps facienda
ceſſione iurium, quæ habet creditor, Bart. *n.*2. Imo-
la *num.*1. & Angel. *nu.*3. *in d.l. Modeſtinus, ff de ſolu-*
37 *tionib* Obligatio † enim vt, dici ſolet, ſemel extin-
cta, non poteſt amplius reuiuiſcere, *l.qui res, § aream
ff.de ſolution.* Crauetta *conſ* 298. Barnab. Cornazzan.
deciſ.Rotæ Lucenſis 95.*n.*7. Et pro hac ſententia licet
prędicti Doctores non allegent, videtur militare
l.cum alter 11.*in verb. potuiſti ſanè cũ fiſco ſolueres, deſi-
derare, & l.ſicut eligendi* 21.*in verb.non prius ad ſolutio-
nem niſi mandata ſuper hac re fueris perſecutio, conuenit
vrgere C.de fideiuſſor.* ex quibus colligitur, ceſſionem
ante ſolutionem deſiderandam eſſe, & niſi quis de-
ſiderauerit, tunc cenſeri renunciaſſe.

38 Sed ab hac † opinione alij diuortium faciunt, exi-
ſtimantes, ceſſionem hanc non ſolum poſt litis con-
teſtationem. *Guido Papa ſing.*77.*n.*2. Imo ante ſolu-
tionem, vel in ipſa ſolutione: Sed etiam poſt ſolu-
tionem, ne quidem adiecto ea de re ſpeciali pacto, ab
inuito creditore peti, ac fieri poſſe, & debere, quæ
traditio (vtcunq; hic etiam in alia abeat D. Goddæus
39 *d.loco, num.*121.*&* 122.) apertè probatur in † *l.cum is*
„ 36.*ff.de fideiuſſorib.* vbi Paulus ita inquit: Cum is, qui
„ reum, & fideiuſſorem habens ab vno ex fideiuſſori-
„ bus accepta pecunia præſtat actiones, poteſt quidem
„ dici, nullas iam eſſe, cum ſuum perceperit, & percep-
„ tione omnes liberati ſunt. Sed non ita eſt. Non enim
„ in ſolutum accepit, ſed quodammodo nomen debito-
ris vendidit, & ideo habet actiones, quia tenetur ad
id ipſum, vt præſtet actiones. Ecce ICtus Paulus *in
prin.d.l.cum is,* dubitãdi rationem monet *ex d.l.Mo-
deſtin.* quod nimirum per ſolutionem omnis ſubla-
ta ſit obligatio, & actio, quod igitur non eſt, id etiam
cedi nequit, *per tex.in l.ſi procuratorē* 8.*§.ſi liber ho-
mo, in verb.nulle ei mandari actiones poſſunt, quia nullas
habet, ff mandat.* Verum illam ipſam dubitandi ratio-
nem Iuriſconſultus pluribus modis refutat.

40 Et primo quidem per † verba illa: SED NON ITA
EST. His enim verbis Iuriſconſulti noſtri vtuntur,
quotieſcunque id, quod præſuppoſuerunt, corrigere
& emendare volunt, vt videre licet apud Caium *in l.
Argentarius* 10.*§.cum autem, ff.de edendo.* & eundem
Paulum *in l.ſi pupillus* 45.*ff.de adminiſt.tut.* Vt & alibi
„ vtuntur his verbis: Quod verum non eſt, *l.quæſitum,
§.*2.*ff.fundo inſtructo, l. Mela, in principio.ff.de alimen.
legat.l.*7.*§.*1.*in fi ff.de iniuriis, l.ſic.*133.*ff.de verb. oblig.*
„ Sed hoc non eſt verum, *l.mortuo breue, §.*1 *ff de lega.*2.
„ Sed hoc non ſemper verum puto, *l.*5. *§ fin.ff depoſiti:*
Quod falſum eſt, *l.ſi extraneus* 33.*ff. de iure dotiũ.* quã
Inter Iuriſconſultos veteres ſecutus eſt Accurſius *in l.
de tutela, verb.prolata.in princ.C.de in integrum reſtit:*
Sic etiam Cicero *l.*3.*epiſto.ad Appium Pulchrum. Niſi
forte,* inquit, *poſtea cœperunt legare, quam ego Taurum
tranſgreſſus ſum, quod certè ita non eſt.* Seneca *lib.* 4.*de
benef.cap.* 6. *Iidem iſti,* ait, *gratiam referre ipſos faten-
tur, nõ quia honeſtum eſt, ſed quia vtile. Quod non ita eſ-
ſe minore opera probandum eſt.* Cum itaque Iuriſconſ.
Paulus in quæſtione de cedendis actionibus ſenten-
tiam *d.l Modeſtinus,* primo loco ponat, & poſtmodũ
ſubjiciat verba illa: Sed non ita eſt: palam fit, illum
primam ſententiam corrigere voluiſſe. Secundo pro-
41 bat idipſum Iuriſconſ. Paulus ex eo, quod † creditor
ab vno fideiuſſore ſolidum accipiens, non reuera,
quod alios confideiuſſores, datam pecuniam in ſo-
lutum accipit, ſed quodammodo cæterorum nomina
vendit illi fideiuſſori, qui pro aliis ſoluit, *vt ſunt tex.
in l fideiuſſorib.*17. *ff.de fideiuſſorib.* & *in l.ſoluitur. §.ſi
conuenerit ff.quib.mod.pig vel hypoth.ſoluitur.* Vincen.
de Franchis *deciſ.*55.*num.*12. Vnde etiam alibi habe-
tur, quod pretium magis mandatorum actionum ſo-
lutum, quam actio, quæ fuit, perempta videatur, *d.l.
Modeſtinus in fin.ff.de ſolut.l.cum pupillus* 21.*ff.de tut.
& ration.diſtrah.l.cum poſſeſſor.in fin.princ.ff.de cenſib:*
Nicol. Euerhardi *conſil.*1.*nu.*6 *&* 9. Sicut igitur em-
ptori ex empto actio quandocunque (modo ſit ſolu-
tum pretium) aduerſus venditorem datur, *l.ex empto:
in princ.l.Iulianus, § offerri.ff.de actionib. empti.* Ita, &
hic dicendum erit in creditore, qui cæterorum fide-
iuſſorum nomina vni, qui ſolidum ſoluit, vendi-
dit *pulchrè, & exquiſite Ioan. Zangerus, d. cap.*15.
*num.*15.

Tertia iuriſconſul. Pauli ratio eſt illa, quod dicit,
creditorem ad id teneri, vt præſtet actiones. Compel-
42 luntur enim † ſtipulatores ei, qui ſolidum ſoluere pa-
ratus eſt, vendere cæterorum nomina, *d.l.fideiuſſorib,*
17.*ff. de fideiuſſorib.* Neceſſitas igitur incumbit cre-
ditori, vt fideiuſſori ſolidum ſoluenti, hoc eſt cætero-
rum nomina ementi, quandocunque actiones taliter
venditas cedat, *iuxta l. legis virtus.ff.de legib.dicta le-
ge exempto* 11.*in prin.ff.de actionib.empti, l.venditor* 22.
ff de hæred.vel act.vend.

43 Atque hæc ſententia vti verior † ita quoq; æquior
eſt; imo communiter etiam approbata. Auctores lau-
do Iaſonem *in lege ſi res obligata, nu.*44. *ff.de legatis
primo.* Bald. *in l.alterius, §.ſi ff.de tutel.& ratio.diſtra.*
Aretinum *in l.ex duobus, col.penultim. ff.de duob.reis.*
Purpuratum *in l.prima, nu.*68.*C.de tranſaction.* Anto-
nium de Padilla *in dicta, l.*1.*num.*42.*C.de iur.& facti
ignor.* Nicolaum Euerhardi *in conſil.*184. *column.* 3.*in
princip.* Col. *num.de proceſſ.execu.par.*1.*cap.*10.*n.*369.
370. *&* 375. Valentinum Francum *in tract. de fideiuſſ.
dicto cap.*5.*nu.*484.*cum ſeqq.* Ioannem Zange-
rum *in tract de excep.ſecunda par.cap.*15.*nu.*15. Ioan.
Koppen *in deciſionibus ſuis, quæſtio* 52.*nu.*5. Danielem
Molleum *in comment.ad conſtitut.*3.*nu.* 7. *in fin.parte
prima.* Ioannem Iagemannum *in comment. Inſtit.ma-
nuſcriptis ad dicto §.ſi plures.Inſtitut.de fideiuſſoribus.*
Hieronymum Treutlerum *ſelectar. diſput. volumine*

ſecun-

ſecundo diſputat.26.theſi 4.litera F.in fine, & Petrum
Heigium *in quaſt.iuris q.38.n.13. & ſequentib. parte 1.*
vbi meliorem, & rectionem ſententiam vocat. Pro
qua opinione etiam ſingulariter notanda ſunt ver-
ba Baldi *in d.leg.ſi res obligata,nu.2.* dum dicit: Bene-
ficium ceſſionis poſſe implorari tribus temporibus
ante ſententiam,poſt ſententiam,ante ſolutionem,&
poſt ſolutionem,prout eum refert M. Mantua Bena-
uitus *lib.10.obſeruat.legal.obſeru.98. mihi pag.15.* Et
dum dicit Baldus , etiam poſt ſententiam ceſſionem
actionum peti poſſe , in eo ipſi aſtipulatur Ioanes
de Graſſis *in tractat.de ceſſion.iur.& actionib. §. 6.n.6.
per l.1.§.non tantum,ff. de tutel.& ratio,diſtrahend.leg.
2.Cod.de contrar.iudicat.tutel.l fideiuſſores,41.§.1.ff.de
fideiuſſor.* Imo clarius dicitur , quod exceptio ceden-
darum actionum opponi poſſit,etiam poſt ſententiā
in ipſa executione,vnde & inter priuilegiatas nume-
ratur,quia nempe non impugnat ſententiam,& ideo
44 cum † ex inſtrumento guarantigionato agitur , op-
poni nihilominus poteſt,vt poſt Cynum, Bartolum,
Caſtrenſem, Baldum, Rodericum Suarez, Angelum,
Antonium de Tremolo , & Colerum aſtruit Petrus
Heigius,*d.quaſt.38.n.7.part.1.*

Nec obſtat,quod dictum eſt,ideo ſoluenti,poſt ſo-
lutionem , petitionem ceſſionis actionum aduerſus
confideiuſſorem denegari,quod ſolutione debiti ſob-
lata fuerit omnis obligatio , quia hoc verum eſt re-
ſpectu creditoris(qui vtique bona fide idem poſt ſo-
lutionem bis petere nequit) non autem reſpectu
confideiuſſoris, & actionis cedendæ. *glo. cum alter.
verb. non competit. Cod.de fideiuſſ.* Valent. Francus *d.
cap.5.num.486.*

45 Nihil quoque † aduerſatur,*l. Modeſtin ff.de ſolutio-
nib.* Illa enim in cauſa tutelæ,& ſic in caſu ſpeciali lo-
quitur,in quo poſt ſolutionem,non poteſt fieri ceſſio
actionum : non igitur ad aliud trahi debet, quam de
quo ibi principaliter agitur,& quæritur,*leg furioſum.
in fin.Cod.qui teſtamen fac.poſſ.* Molinæus *in conſuetu-
dinib.Pariſior.titul.1.§.62.n.81.* Ratio vero huius eſt,
ſecundum gloſſam *in d.l.Modeſtin. verb.nulla actio in
fin.* quod ſit vnus tutor ſoluerit,neq; ante ſolutionem
vel ſtatim in continenti facta ſit ceſſio , vel pactum
de poſtea cedenda actione interuenerit, fruſtra dein-
ceps agatur ad præſtationem actionum , cum tutor
aduerſus tutorem eo caſu,& poſt factam ſolutionem
ex directa actione non habeat regreſſum, *gloſſ.in leg.
& fideiuſſor,ff.de fideiuſſorib.l prima,C.de contr.iudic.
tutela.* Sed tantum detur ei vtilis actio ex reſcripto
Imperatorum *in l prima,§.etſi forte,ff.de tutel.& rat.
diſtrah.* Ioannes Andreæ *in addit. ad Specul. tit.de fi-
deiuſſor,in princip.verſ.Hoc etiam ſcias.* pulchrè Ioan-
nes Zangerus *d.cap.15.numer.15. verſic. At ſi poſt ſo-
lutum.*

46 Cui rurſus minimè † refragatur *l.prima,§.non tan-
tum,ff.de tut.& ration. diſtrah.* Sola enim condem-
natio non impedit ceſſionem actionum,*d.§.non tan-
tum*, ſed poſt condemnationem facta integra præſta-
tio ſiue ſolutio,*d.§.etſi forte in verb.condemnatus præ-
47 ſtiterit,& d.l.Modeſt.verb poſt ſolutum* Dictio † enim,
Post,refertur ad extremitatem ſeu finem , *leg.ſi ita
fuerit.ff. de manum.teſtamen.* Vigilius Zuichemus *in l.
2.n.110.ff.de rebus creditis.*

48 Eodem modo † etiam nihil obſtat *l.ſecunda,C.de
contrar.iudic.tutel.* Ibi enim nondum plenarie facta
erat ſolutio,ſed tutor condemnatus tantum ſatisfa-
cere cœperat,nil igitur mirum ei aduerſus contuto-
rea actionem adhuc mandari poſſe, quanquam , &
eo caſu vtili actione experiri ſoluens potuiſſet.

49 Multo † minus vis aliqua ponenda eſt *in l.Stichum.
95.§.ſi mandatu.10.ff.de ſolutio.* Et ſi enim ibi Papinia-
nus exprimit , tutelæ contraria actione agendum,
vt pupillus tutori aduerſus debitores actionibus ce-
dat , (id quod minime eſt controuerſum,) non ta-
men ſe explicat, quo tempore illam ceſſionem fieri
oportear,ſed illud ex aliis legibus eſt depromendum.
Atque hactenus de tribus illis exceptionibus,excuſ-
ſionis nimirum,diuiſionis,& cedendarum actionum,

De reliquis exceptionib. pariter ita eſt habendū,eas
aut peremptorias,& perpetuas,aut dilatorias , & tē-
50 porales eſſe. Peremptoriæ † igitur ſunt,Exceptio Rei-
iudicatæ,Tranſactionis, Doli mali, Metus, Erroris,
Pacti perpetui de non petendo,Iuriſiurandi,non nu-
meratæ pecuniæ,SC.Macedoniani ac Velleiani,& ſi-
miles,de quib. DD. videantur in ſedibus ordinariis.
51 Dilatoriæ † vero ſunt , exceptio fori declinatoria,
procuratoria, pacti temporalis de non petendo,mo-
ratorij reſcripti,Banni , Termini nimis anguſti,plus
petitionis tempore litis pendentiæ,& ſimiles,de qui-
bus iidem DD. ſuis locis conſulantur. In ſpecie ve-
52 ro exceptionem † vſurariam non intra quindecim
dies,vt voluit Ludouicus Romanus *ſing.47.incip.in-
fra quantum.* Nec intra octiduum,vt voluerunt Ho-
ſtienſis,& Abbas *in cap.quia fruſtra de vſuris.* Auguſt.
Berous *in Rubric.de Vſuris*,vbi communem dicit: Sed
intra tempus iudici arbitrarium opponi debere , ſe-
que ita,ſępius vidiſſe Practicari teſtatur Vincen-
tius Carocius *deciſ.133.num.11.*

Quomodo porrò illæ ipſæ exceptiones formali-
ter ſint proponendæ,& obiiciendæ:non opus eſt, vt
id inculcem prolixius , cum ex antedictis , quilibet
eas formare poſſit,meminerint practicantes, eaſdem
non ſolum in ſcriptis,ſed & oretenus opponi poſſe,
ita tamen,vt ſemper ex concluſione appareat , quid
proprie reus petat , iuxta illa quæ tradit Colerus *de
proceſſ.execut.par.4.cap.3.in principio.* Item, non mi-
nus has exceptiones probandas eſſe , quam actor
actionem ſuam probare neceſſe habet,*leg.in exceptio-
nibus,ff.de probat.*

53 Pro Coronide † ſaltem obiter notandum eſt, quod
fideiuſſor non agat contra principalem tempore fe-
riato,quo ipſe conueniri non poſſet *Bald. in l.1.C.de
execut.rei iudicat. Bertachin.in repertor.verb.fideiuſſor
agit.mihi pag.480.col.2.* Non enim, vt antea dictum,
mihi debet diſplicere in meipſo illud, quo mihi pla-
cet in alio *leg. iuriſiurandum,& ad pecunias,§.datur
ff.de iureiur.* Non eſt huic abſimile, quod † fideiuſ-
ſor in diem ſcriptus,ſi ante diem ſoluat , actionem
mandati non habet,niſi die adueniente,vt tradit Io.
Baptiſta Aſinius *de execut.cap.126.num.11.*

CAPVT XXIX.

Et miſcellum,quædam prætermiſſa pertractans.

SVMMARIA.

1 *Fideiuſſor.an pro Reo teſtis eſſe poſſit, diſtingunt quidam,Sed negatiue concluditur. num.2.*
3 *Fideiuſſor pro confideiuſſore teſtis eſſe poteſt. Sed declara vt num.4.*
5 *Tutelam pupilli creditoris ſui num gerere poſſit fideiuſſor diſcutitur,& num.6.7.& 8.*
9 *Fideiuſſor non poteſt eſſe iudex in ea cauſa , pro qua fideiuſſit,& num.10. ac 11.*
12 *Cauſa propria quæ dicatur.*
13 *Emanuel Soarez in theſau.com.opin.lit.F. num. 149. & 150. declaratur.*

14 *Fide-*

Digitized by Google

14 *Fideiuſſor num in cauſa, pro qua fidem interpoſuit, arbiter eſſe queat, per diſtinctionem explicatur. Sed negatiua magis tuta videtur nuſtori, declarata tamen numero* 15.

16 *Fideiuſſor poteſt inſtrumentum obligationis conſcribere, & nihilominus fideiubere.*

17 *Notarius conſanguineus non poteſt conficere inſtrumentum in cauſa conſanguinei.*

18 *Vaſallus pro inimico Domini feudi fideiubere poteſt, ſi id non vergat in perniciem Domini. Et n.* 19.

20 *Probatio cuius perniciei incumbit Domino.*

21 *Fideiuſſor pro accuſatore de falſo vel inofficioſo, indignus eſt ex eo teſtamento quidquam habere.*

22 *Tutor nomine pupillorum ſuorum, qui cum ipſius Domino feudi litem alunt, procuratorium mandatum ſigillare poteſt.*

23 *Tutor ad perſecutionẽ litis officij neceſſitate cõpellitur.*

24 *Neceſſitate compulſus ſi actum faciat, excuſationem meretur.*

25 *Faciens quod tenetur facere, nihil dicitur in fraudem feciſſe.*

26 *Vaſallus pro domino ære alieno grauato vtrum fideiubere cogatur, deducitur vſque ad nu.* 44. *incluſiue.*

27 *Vaſallus dominum feudi iniuſtè carceratum per interpoſitionem fidei ſua liberare tenetur.*

28 *Vaſallus ad fideiuſſionem pro domino feudi præſtandam non coarctatur, ſi damnum tantum vertentur pecuniarum, aut dominus iuſte in carcere detineatur.*

29 *Vaſalli non tenentur ſoluere as alienum domini feudi. Et num.* 40.

30 *Friderici Barenis Schenk à Taurenberg opinio refellitur*

31 *Extenſio in pœnalibus fieri non debet.*

32 *Vaſallus feudo non priuatur, niſi expreſſo iure ſit cautum,*

33 *Pecuniam paratam ſtatim erogare grauius eſt, quam fideiubere.*

34 *Proximè agendum habetur pro facto.*

35 *Vaſallus cum vitæ diſcrimine, etiam in acie ipſa, inter confertiſſimos hoſtes, protegere tenetur dominum feudi.*

36 *Extenſio non fit de caſu ad caſum in pœnis, ne quidem ex identitate, vel maioritate rationis, n.* 37.

38 *Fideiubere pro aliquo eſt actus meræ facultatis. Limitatur tamen num.* 30.

41 *Extenſio fieri non poteſt, vbi minor eſt ratio in vno caſu, quam in altero.*

42 *Vaſallus non ex omni cauſa feudum perdit, ex qua ipſius opinio grauatur.*

43 *Vaſallus indiſtinctè pro domino feudi cauere fideiubere, vel ſe obligare non cogitur, contra Afflictum, & Chaſſanaum. Limitatur dupliciter, num.* 44. *&* 45.

46 *Creditor animo remittenda, non differenda actionis. ſi ab actione ſemel contra fideiuſſorem conſtituta diſiſtit, fideiuſſor liberatus cenſetur. Sed limita notabiliter, vt num.* 48.

47 *Creditor in iudicio interrogatus. ſi nihil ſibi deberi reſponderit, fideiuſſor liberatus cenſetur.*

49 *Fideiuſſor confeſſionem creditoris acceptare debet.*

CVm in prædictis capitibus, quantum fieri vnquam potuit, vnice dederim operam, vt ea ſingula ſuis quæque locis aptè diſponerentur, neceſſarium fuit nonnulla indiſcuſſa, imo, & intacta relinquere, quæ per ſe, & ob feſtinationem in hac editione adhibitam, ſatis commodè prioribus adaptari nequiuerunt. Illorum igitur tractationem ſub nomine Miſcellaneorum, & prætermiſſorum ad exemplum Senecæ *lib.7. de beneficiis, cap.1. in princ.* Tiraquelli *in tract. de nobilitate cap.37. in princ.* iam ſubjicio, ne ſtudioſus Lector, quidquam deſiderare queat.

Principio igitur quæro, an fideiuſſor pro debitore principali in ea cauſa, pro qua interuenit, teſtimoniũ ferre poſſit? In hac quæſtione interpretes noſtri va-
1 riè ſenſerunt. Nam Nellus † de S. Geminiano *in tra. de teſtib. nu.* 33. Bragarotus *in tract. de reproba. teſtium num.* 35. *in* 5. *volum. tractatum.* Alexander *in conſ.* 78. *incip. Redemptoris noſtri ſuffragio, col.* 1. *verſ. & ideo, volum.* 1. Speculator *in tit. de teſte, verſ. Quid de fideiuſſore mihi nu.* 68. mirabiliter diſtinguunt: Communi-
2 ter † tamen, & quidem nominatim à Io. Andreæ *in addit. ad Speculator, d. loco.* Felyno *in c. inſuper. extr. de teſtib.* Dyno, Angelo, Imola, Caſtrenſi, & Aretino, *in l. fideiuſſor, §. ſi. ff. de leg.* 1. Luca de Penna *in l. quicunque* 7. *n.* 4. 5. *&* 6. *C. de fund. patrim. lib.* 11. Guidone Papæ *ſingul.* 306. *nu.* 2. Alberico de Roiate *in tract. de teſtibus, §. expedita, num.* 23. Lancelloto *in ſuo Breuiario iuris, in Rubr. aggrediar de perſonas teſtium. verb. fideiuſ.* Stephano Aufrerio *in tract. de probat. teſtium, num.* 45. Hippolyto *in Rubr. de fideiuſſ. num.* 181. VVeſenbecio *conſil.* 14. *nu.* 49. *&* 59. Ioan. Andreæ Regienſi *quæſt.* 32. *lib.* 1. *& quæſt.* 24. *num.* 1. *&* 17. *lib.* 3. & nonnullis aliis, puta, Albert. de Maletis, Lanfranco de Oriano, Croto, Campegio, Maſcardo, Chiliano Regulo, & Iuſto Reubero, allegatis à Valentino Franco *de fideiuſſorib. cap.* 5. *n.* 602. traditum eſt: fideiuſſorem pro debitore principali in ea cauſa, pro qua fidem interpoſuit, teſtem eſſe non poſſe: quod quia Valent Francus *d. loco, n.* 602. *& aliquot ſeqq.* fuſius explicauit, ad eum, in ſyluam ne ligna portare velle videar, in prætentiarum remiſiſſe ſufficiat. Legantur tamen, & Ioſeph. Maſcardus *de probat. concluſ.* 784. *nu.* 1. 2. *& ac concl.* 1357. *nu.* 33. *& ſeqq.* Tiraquellus *in tract. res inter alios acta, verſ. item prælatus in cauſa.* Eman. Soarez *in commun. opin. lit. T. num.* 122. & omnium latiſſimè Proſper Farinaceus *in tract. teſtium lib.* 2. *tit.* 6. *quæſt.* 60. *illat.* 13. Id quod etiam Statuta Lubecenſia *lib.* 5. *tit.* 7. *art.* 15. inculcant his verbis: Si quis dat, conſilium alteri de tali re facienda, vel tali ille non poteſt eſſe teſtis in illa cauſa, &c. Item quod non acceperit pignora eſt.

3 Obſeruandum interim nihilominus eſt, licet † fideiuſſor pro eo principali teſtis eſſe non poſſit, quod tamen pro reo fideiuſſore rectè in teſtem adhibeatur. Alexand, *conſil.* 68. *in* 1. *colum. prope fin* Hieron. Gi-
4 gas *in conſ.* 28. *num.* 19. modo † ne damnum poſſit pati: tunc enim repellitur, vt poſt Ronchegallum Gioldi aſtruit Hieron. Nagonius *deciſ. Florentinn* 12. *nu.* 7. de quo latius diſſerunt Vincen. Carocius *in tract. de excuſſ. bonor. part.* 3. *quæſt.* 10. Ancharan. Regienſia *quæſt.* 57. *lib.* 3. Maſchardus *d. concl.* 784. *num.* 4. Ioan. Dauth. *in tract. de teſtam. in explic. l. dictantib. n.* 1. *C. de teſtam.*

5 Secundo quæro, an † fideiuſſor eius pupilli tutor eſſe poſſit, cuius patri fideiuſſit, & cui adhuc ex fideiuſſoria cauſa eſt obligatus? Hæc queſtio (quam etiam attingit Iaſon *in l. fideiuſſor, n.* 4. *ff. de leg.* 1.) probabili
6 dubitandi ratione non caret. Nam † præterquam, quod ex *l. ita autem* 5 *§ debitor, ff. de adminiſtra. tutor.* liquet debitorem pupillorum creditoris ſui tutorem eſſe poſſe, inſuper etiam clarus eſt text. *in l. tutor* 69. *ff. de fideiuſ.* qui manifeſtè euincit, tutorem datũ eius filio, cui ex fideiuſſoria cauſa obligatus erat, à ſemetipſo exigere debere, vnde dicendum videtur, cum fideiuſſor etiam debitoris appellatione contineatur, *vt dictum ſupra cap.* 20. *§.* 1. *n.* 44. cum creditoris ſui pupillo tutorem dari poſſe. Sed illis tamen non ob-
ſtantibus

7 ſtantibus,contrarium † de iure nouiſſimo eſt verius,
quod nimirum fideiuſſor,tãquam debitor,maximè ſi
beneficio excuſſionis,& diuiſionis, reliquiſq; exce-
ptionibus ſibi competentibus renuntiauerit,pupillo
rum creditoris ſui tutelam gerere nequeat,per textũ,
& rationem ibi aſſignatam *in Nouella 72.cap.1.vnde*
8 *ſumpta eſt auth.minoris,C.qui dare tut.poſſ.* niſi † forrè
ſit tutor teſtamentarius,vel ex inquiſitione datus,vel
debitum ſit modicum,vel niſi mater,aut auia tutelæ
munus ſuſtineant:his enim caſibus non minus fide-
iuſſor,quam debitor, ad tutellam pupillorum credi-
toria ſui admittitur,*ſecundum ea,quæ tradit Ant. Piag-
gius in tract.de tutore,& curatore,quæſt.3.num.13.14.&
ſeqq.iunctis iis,quæ ſcripſi ſupra cap.15. n.110.*
9 Tertio † quæro,quia ſupra *c.8.n.136.& ſeqq.* attigi,
quando iudex loci pro ſibi ſubdito fideiuſſorem ſe
conſtituere queat,vtrum etiam in ea cauſa, pro qua
fideiuſſit, iudex eſſe poſſit? Sanè Speculator *in tit. de
iudic.deleg.§.ſuſpect.n.16.* diſtinguit,vtrum reus ſit ſol-
uendo,necne,vt primo caſu poſſit eſſe iudex,ſecundo
non item. Alij vero indiſtinctè tenent,eũ in tali cauſa
neutiquã iudicem eſſe,ſed tanquã ſuſpectum recuſari
poſſe. Ita tenet Io.Andreæ *in add. ad Spec. in d.§.ſu-
pereſt,n.16.verb.ſoluend.* Philip.Francus *in c.poſtremo
nu.30.& 31.extr.de appellat* Robert. Maranta *in ſpe-
culo ſuo part.6.verſ.& quandoque appellatur, num.65.*
10 Et hæc † opinio verior eſſe videtur. Nec admitto †
11 ſententiam Andr. Tiraquelli *in tract. res inter alios
actas,verſ.& idem quoque mihi p.122.* ibi,poſt Dynum
ſine exceptione aſſerentis , fideiuſſorem poſſe eſſe
iudicem in cauſa rei principalis. Quis enim iudicem
aliquem ierat,vel non ſuſpectum eſſe vereatur,qui in
propria cauſa ſit iudicaturus, pronuntiaturuſque,vel
non fideiuſſum eſſe , vel ex cauſa fideiuſſoria nulla-
tenus teneri,vel ſibi beneficium excuſſionis, aut alia
remedia,quibus tamen forte renunriatum eſt, adhuc
competere? *l.vnica,C.ne quis in ſua cauſa iudicet,l.pe-
nult.ff.de recept.* Maranta *d.part.6.verſ. & quandoq;*
12 *appellatur,n.33. & 34.* Et quidem † propriam fideiuſ-
ſoris hanc eſſe cauſam,nemo, arbitror, infitias ibit,
cum ipſius euentualiter interſit,emolumentumq; vel
damnum ad ipſum pertineat , *l.1.§. in propria,l.2.§.1.
& §.vlt. ff.quando appelland ſit l.aduerſus 29.ff.de re-
cept.l.vlt.in fin.C.de vſur.res iudicata,*

Nec exiſtimandum eſt , hunc caſum eſſe ex raro
contingentib. cum facilè fieri queat,vt ex fideiuſſore
qui ſorte hoc anno fidem ſuam interpoſuit , deinde
poſt triennium fiat iudex,qui vtiq; ex prædictis ra-
13 tionibus recuſari poterit. Quod † igitur Eman.Soa-
rez.*in theſauro commun.opin lit.F.n.149 & 150.* com-
muniter placuiſſe affirmat , fideiuſſorem , cum reus
principalis ſoluendo eſt,& ipſe excuſſionis benefi-
cio non renuntiauit, iudicem eſſe poſſe , id fortaſſis
admitti poteſt,ſi creditor,iudicis ſinceritatem,& cã-
dorem perſpectum habens,nihil contradicat, aut in
actione contra debitorem mota, non damnum ali-
quod pecuniarum,ſed vel famæ, vel incarcerationis
verſetur,& ita peregrinum,ſeparatum, & ad fideiuſ-
ſorem(nunc forte iudicem) nihil attinens negotium
ſit,alias priori ſententia, vt multa abſurda euitentur
inhærẽdum cenſeo,quam etiam tacitè probat Ioan.
Andr.*d loco in verbis licet debitor ſit ſoluendo eius fide-
iuſſor ſuſpectus eſt,& à iudicando,& teſtificando repel-
litur in cauſa,pro qua fideiuſſit.*
14 Eodem † quoque pertinet vicina quæſtio,an fide-
iuſſor in cauſa,in qua intereſt,poſſit eſſe arbiter? Hic
rurſus Doctores noſtri ad diſtinctionis aſylum con-
fugiunt. Aut enim, inquiunt , quæſtio vertitur inter
creditorem,& fideiuſſorem,qui olim in credi.um ab-
ierunt,& ſuper hac ipſa quæſtione ſit compromiſ-
ſum in fideiuſſorem,tanquam in arbitrum , & tunc
non poterit eſſe arbiter, quia ſumeret ſibi partes
pronuntiandi in cauſa propria, *contra l.penult. ff. de
arbit..* Aut ſit compromiſſum in fideiuſſorem inter
creditorem,& reum principalem, & tunc admitti in
arbitrium debet: Lanfranc. de Oriano *in tract.de ar-
bit.§.hactenus,verſ.quæro decimo.* M.Anto.Blancus *de
compromiſſ.quæſt.2.nu.61.* Camill. Borellus *in tract.de
compromiſſ.§.2 glo.4.nu.99.100.* Ego certè † ingenuè
15 fateor,me in eorum ſententiam concedere non poſ-
ſe,cum ſciam, hodierno tempore nullum credito-
rem tam ſtultum fore , qui ſi cum debitore ſit ipſe
de ſolutione litigandum, in fideiuſſorem , tanquam
arbitrum,compromittat , niſi forte lis ſit inter cre-
ditorem,& reum principalem ex diuerſa ,& ſeparata
cauſa,& pro qua fideiuſſor ſe non obligauit ; tunc
enim,cæteris paribus, nulla ſiniſtræ affectionis ſub-
eſt ſuſpicio.

Et ſi vero,vt modo dixi, fideiuſſor nec teſtis, nec
iudex,nec arbiter omni exceptione maior eſt in illa
cauſa,pro qua interceſſit,quin tamen † & fideiuſſor
16 quis eſſe, & nihilominus tanquam Notarius inſtru-
mentum obligationis conſcribere poſſit,nullum ha-
ber dubium,per textum *in l. Dominus,ff.de teſtamen.*
Nec obſtat, quod † conſanguineus Notarius non
17 poſſit conficere inſtrumentum in cauſa conſangui-
nei,quod fidem mereatur,vt late conſuluit Tiberius
Decianus *conſil.45.vol.3.* Aperta enim inter hos duos
caſus eſt diſcrepantia,cum fideiuſſor ſuum conſan-
guineus autem alterius negotium gerat , fideiuſſor
quoque propria ſua confeſſione ſibiipſi præiudicare,
conſanguineus vero ſcriptione ſua alteri nihil obeſ-
ſe queat.

Quarto quæro,an vaſallus impunè pro inimico do-
mini ſui fideiubere queat? Pro ſolutione dicendum
18 eſt,ſi † id non in pernitiem vel iniuriam domini fiat,
vaſallum propterea feudum neutiquam perdere. Ita
traditum eſt à Speculatore *in tit. de trenga, & pace,
verſ.ſed pone.* Luca de Penna *in l. quicu.q.7.n.7.verſ.
quid ſi quis,C.de fund patrimon.lib.11.* Afflicto *in cap.
1.§.porro,quæ fuit prima cauſa beneficij amittendi.* Iaco-
bino de S.Georgio *in tractat.feud verb.dicti q. vaſalli
n.14.* Schradero *de feud part.9.cap.5.n.28.* qui ad id
allegat textum *in l.libertus 45 ff.de oper. liber.* Qui-
bus adiungo Grammaticum *deciſ.18.nu.6.* & nouiſſi-
mum Henricum à Roſenthal.*in tract.feudali,cap.10.
concl.12.num.25. in gloſſ.a. E.* nec non textum *in l.li-
beri 28.in fin.C.de inoffic.teſtam.*
19 At † ſi in pernitiem domini feudi fideiubeat (cu-
20 ius delicti † probatio vtiq; domino ſemper incum-
bit : Ludolph.Schraderus *d.loco n.30.*)puta,ſi contra
dominum criminaliter accuſatum fideiuſſor ſit,
proculdubio feudo erit priuandus, *l.poſt legatum 5.
§.ſunt qui putant, ff de his quib. vt indignis.* Zaſius *de
feud.part.10.n.45.* Roſentalius *d. cap.10. concluſ. 22.
num.8.& 23.& ibidem in gloſſa E.* Nicol.Intrigliolus
in centuria quæſt feudal.quæſt.96.n.134. Pro quo etiam
21 facit , quod † fideiuſſor pro accuſare de falſo vel
inofficioſo indignus eſt,ex eo teſtamento quidquam
habere *d.l.poſt legatum.§.ſunt qui putant ff.de his qui-
bus vt indign.* M.Anton.Peregrinus *de iure fiſci,lib.2.
tit.7.num.18.*

Et ex his decidi quoque poteſt quæſtio,quæ non
22 ita pridem in facto mihi occurrit,vtrum † nimirum
tutor nomine pupillorum ſuorum,qui cum ipſius do
mino feudi litem alebant , procuratorium mandatũ
23 impunè ſigillare poſſit? Cum enim † ad proſecutio-
nem litis officij neceſſitate tutor compellatur. Vin-
cent.

cent. Manzinus *in tract. de tutela.4.quaeſt.princip.num 3.*
neque vero hæc ſigillatio aliqua intentione nocendi
domino feudi fiat, iniquum eſſet, illum ex eo damnum
ſentire, *l.fideiuſſor.§.1.ff qui ſatiſdar.cogant.l.ſi dictum.§.*
ſi compromiſere.ff.de euictionib. Tiraquell. *de vtroque re-*
2 *tractu.§.1. gloſſ.10. num.25.* Semper † enim magis ſuc-
curritur facienti actum ex neceſſitate, quam ex vo-
luntate, *l. tutori. C. de negot.geſtis.l.puto.ff. de poſtulando.*
l.2. C. de calumniat. l.ad commentarienſem.in verb.neceſ-
ſitate aliqua procul ab officio egerit.C.de cuſtod.reor.l quod
ſi.§. reſtitutio.vbi.Bartol.ff. de minorib. l. poſt legatum. §.
Aduoca um.ff.de his qua vt indignis. Tiraquell. *de retract.*
§.1.gloſſa.10.num.25. Petrus Peckius *de teſtament.coniug.*
lib.3.cap.15.numer.1. Ioannes Cephal. *conſil.13.numer.50.*
25 *lib.1.* Et † rectè dicit Zaſius *in lectura l. qui autem. §.*
apud Labeonem.in fin.ff.qua in fraud. credi. quod is, qui
facit, quod tenetur facere, nihil dicatur in fraudem
feciſſe.

26 Quid autem dicemus, ſi † vaſallus ad fideiuben-
dum pro domino feudi requiſitus, illud recuſet, an iu-
ſta hæc erit cauſa beneficij amittendi? Negotium
diſtinctione videtur temperandum: Aut enim domi-
nus feudi in extrema neceſſitate eſt conſtitutus, puta,
iniuſtè carceri incluſus, & tunc illum non ſolum per
fideiuſſionem, ſed etiam per quemcunque alium mo-
dum liberandum eſſe à vaſallo, ſtatuerem, *per textum*
in c. vnico §.aliud.verſic. vel ſi cognouerit. qua fuit prima
cauſa beneſic.amitt.c.vnico § ſi à morte. de alienat.paterni
28 *feudi.* Aut vero † detrimentum tantum vertitur pe-
cuniarium, vel dominus iuſtè eſt incarceratus hoc ca-
ſu vaſallum ad fideiuſſionem præſtandam neutiquam
coarctandum cenſeo, per ea quæ tradit Iulius Clarus
29 *in § feudum, quaeſt.14.* Hinc eſt, quod † ſi princeps vel
dominus feudi ob molem debitorum in carcerem ſit
detruſus, quod vaſalli non teneantur eum ſua pecunia
liberare, eiuſque debita creditoribus perſoluere, ſi ſe
ſimul non obligauerint, *c.vnico.§ licet.vbi Afflictus nu.*
5.ſi de feudis defuncti contentio ſit inter dominum, & va-
ſallum. Zaſius *de feudis.part.10. num.20.* Vaſquius *lib.1.*
controuerſ.illuſtr.c.6.nu.6.

30 Et † quamuis Fridericus Baro Schenck à Tauten-
berg *in d.§.licet.* indiſtinctè ſtatuat, vaſallum, ſi feudo
priuari nolit, omnino pro domino egente, & ob æs
alienum incluſo, fideiubere cogi, quod fortius defen-
dit, *in c.vnico.§.item ſi delator. qua fuit prima cauſ. bene-*
fic.amitt. allegans pro fundamento opinionis ſuæ No-
uellam 115. *c.3.§.ſi quemlibet.* cuius memini ſupra *c. 7.*
num. 348. Valdè tamen dubito, an etiam illa de iure
defendi poſſit.

Primo enim hac de re nihil in textibus feudalibus
31 nominatim eſt ſtatutum, neque † igitur oportet pœnas
legales extendere, vbi lex ipſa non extendit, *l.etſi quis.*
§.Diuus ff de religioſ.& ſumpt.funer gloſſ.c.fin.verb.exiui.
de iure patronatus. Menoch. *de arbitrar. iudic. quaeſt ca-*
ſu 276. Et vt maximè detur, hoc caſu pro oblatis
circumſtantiis iudicis arbitrium plurimum poſſe, *iux-*
ta d. c. vnic. §. praedictus. in fin. quae fuit prima cauſ. beneſic.
32 *amitt.* adhuc tamen certa non eſt deciſio, imò † va-
ſallum feudo non priuari, niſi expreſſo iure ſit cau-
tum, tradita poſt Curtium iunior. Menoch. *d.caſu 276.*
num.16.

33 Secundo † etiam parum vrget, quod grauius ſit,
ſtatim pecuniam erogare, quam fideiubere, cum ad-
huc ſuperſit excuſſionis beneficium Quid enim, ſi do-
minus feudi ſit facultatibus lapſus? Quid, ſi etiam va-
ſallus non alter, quam beneficio excuſſionis per re-
nuntiationem adempto ad fideiuſſionem admitti
queat? His vtique caſibus executionem ipſam præ
foribus eſſe, & fideiuſſorem ſtatim ad ſolutionem

Antonius Heringius.

adigi poſſe, nemo eſt, qui non videat, per ea quæ dixi
ſupra *cap. 1. num. 9.10.15. & cap. 19. in princ.* Proximè
34 † enim agendum, habetur pro acto, *l.penult.ff.de teſtam.*
milit. Ne dicam, quantæ adhuc fideiuſſori deuoran-
dæ ſint moleſtiæ, priuſquam actione mandati pecu-
niam a ſe ſolutam repetere valeat, per ea quæ tradidi
ſupra *cap.28.numero.28.* niſi etiam odioſum, & alias in
Imperio Romano pluſquam notorium eſſet, per mul-
ta (vt cum Auſonio ſupra *cap.1. numero.26.* citato lo-
quar) poſſem currere exempla, probando, pro domi-
nis feudi ſpondiſſe, quibus, & quam multis nobili-
bus vaſallis damno fuerit, & malo. Sed ſibi quiſque
id dicat. & ſecum putet.

Tertio minimè refragatur, quod vaſallus eum fide-
35 iubendo iuuare inique recuſet, quem etiam † cum
vitæ diſcrimine, vel in acie ipſa inter confertiſſimos
hoſtes protegere, & ad extremum, vſque vitæ halitum
defendere tenetur Hoc enim expreſſo iure feudali eſt
cautum, *c.vnic §.item qui dominum. qua fuit prima cauſ.*
beneſic.amitt.c vnic §.1.quib.mod.feud. amitt. Illud vero
nuſquam in placitis feudalibus eſt proditum, ſed tan-
tum ratiocinando colligitur, vt ipſemet Baro Schen-
ck. *in d.§ item ſi delator. in verbis, probabiliter quis dixe-*
rit. fatetur. Atque ideò merito hic obtinet illud axio-
36 ma, quod † extenſio non fiat de caſu ad caſum in pœ-
nis, *l.ſtipulatio.19 ff.de verbor.obligat.l 3.§.vlt.ff. de prae-*
uaricat. *Nouell.2. cap. 3. §. optimum in verb. nec qualibet*
eſt lex tale aliquid dicens Afflict. *deciſ Neapolit.21.nu.5.*
37 *& 7.* ne † quidem ex identitate, vel maioritate ra-
tionis Afflict. *deciſ.404. numer.17.* Grammat. *deciſ.47.*
num.4.

Præterea non eadem quoque vel par in vtroque
caſu eſt ratio. Quis enim vaſallum talem ferat, qui
quum ob id, vt domino ſuo fideliter ſeruiat, defen-
dendo eius vitam, & membra, principaliter feudum
acceperit, eum in acie periclitantem malitioſè, & tur-
piter deſerat, contra præſtitam à ſe fidelitatem? *c.vnic.*
de noua forma fidelit.c.vnic.§ fin.de feudo ſine culpa non
amittendo.l.omne delictum.§ fin.ff.de re milit. At è con-
trario nullo modo is eſt culpandus vaſallus, qui ad
rem familiarem attentus, ſibique & ſuis proſpiciens,
pro domino feudi forſan obærato, vel in cauſa pecu-
niaria dominum concernente fideiubere recuſet, ſi-
38 quidem illud ipſum † eſt meræ facultatis, ad quod in-
uitus nemo cogitur, vt docui ſupra *cap.7 num.24.* Ex-
39 cepto caſu † *l.tribus ff de vſufructu ear. rer.* & caſu *d.*
Nouella 115.cap.3.§.ſi quemlibet. vt ib dixi d.cap.7.nu.65.
& nu.348.oſtenſum.

40 Ratio rationis eſt, quod † ſi vaſallus ad domini
nutum indiſtinctè ſub pœna amiſſionis feudi fidem
ſuam pro ipſo interponere cogeretur, tum in poteſta-
te dominorum eſſet, pro libitu vaſallis vtile dominium
adimere, & illud, contrahendo magnum æs alienum,
creditoribus ſuis addicere, quod quam profuturum
ſit nobilitati, & aliis feudatariis, non opus eſt, vt fu-
ſius demonſtrem. Merito igitur hic cum Aymone
Crauetta *in conſil.6 num.10. & 11. volum.1.* ſtatuendum
41 eſt, † extenſionem fieri non poſſe, vbi minor eſt ratio
in vno caſu, quam in altero, etiam in materia alias
extenſibili, imò nec extenſionem fieri in caſibus di-
uerſis, & diſſimilibus, etiam ex maioritate rationis.

Et quamuis rurſus quiſpiam hic obiicere poſſet,
grauari nihilominus opinionem vaſalli, qui dominum
ſuum, forraſſis obæratum, & ob æs alienum incluſum,
vel etiam alias pecuniæ ſummopere indigentem, fide-
iuſſione deſtituat, tamen is ſimul meminerit, non ex
42 † omni cauſa, ex qua opinio vaſalli grauatur, bene-
ficium quoque amitti, *c. vnic. §. item qui dominum. qua*
fuit prima cauſ. beneſic. amitt. c. vnic. in quib. cauſ. feud.

amitt. ſicut nec talem reuerentiam vaſallus debet do-
mino feudi, qualem debet filius vel nepos patri aut
auo, vt ita diſpoſitio *d. Nouellæ* 115. *cap.3.§ ſi quemlibet.*
non niſi perperam huc accommodari queat. Conclu-
do igitur cum Saliceto *in l.ſ.lo.10.C.de liber.cauſa* Lu-
dolpho Schradero *in tract. feud.part.9.cap.8 num.7.* ac
Henrico Roſenthalio *in tract.feud.cap.10.concluſ.13.n.6.*
(vbi ſe ad alibi tradita remittit) *argum.l.prior.§.filium.*
43 *ff.de adminiſt.rer. ad ciuit. pertin.* vaſallum † indiſtinctè
pro domino feudi cauere, fideiubere, vel ſe obligare
inuitum non cogi, quidquid etiam contradicant
Matth. de Afflict *in conſtit. Regni lib.3.Rubr.16.nu.1,2.3.*
& 4.& Challan. *in conſuetud. Burgundiæ Rubr.3. verſ. le
vaſal eſt tenu.num.*20.

Cæterum duobus modis illam concluſionem ta-
44 men limitari poſſe crediderim. Primo, vt † non pro-
cedat, ſi, vt ante dixi, dominum feudi in extrema ne-
ceſſitate conſtitutum eſſe contingat, ita vt illa ipſa
vitam quodammodo ipſius concernat, puta, ſi ab
hoſtibus ſit captus, nec inde abſque perſolutione
τῶ λύτρυ euadere queat: tunc enim vaſallum pro ipſo
redimendo, & tantam pecuniam in bonis non ha-
bente, fideiubere cogi arbitror, cum etiam iſto caſu
pro ipſo pecuniam contribuere teneatur. Ludolph.
Schraderus *d.part.9. cap* 8. *num* 8. vbi multos Docto-
res in hanc ſententiam citat. Et huc pertinet dictum
D.Ambroſii *lib.1.de officiis.* dum inquit; *Grandis culpa
eſt, ſi te ſciente fidelis egeat, ſi ſcias, eum ſine ſumptu eſſe,
fame laborare, & non adiuues: ſi ſit in carcere, & pœnis, &
ſuppliciis propter aliquod iuſtus excrucietur.* Secundo, ſi
45 propter † vtilitatem, & commodum ipſorum vaſal-
lorum dominus feudis æs alienum contraxerit, puta,
patriam bonáque ſubditorum iuſto bello protegendo,
tunc etiam æquum videtur, vt vaſalli, gratitudinis er-
go, dominum ſuum rurſus fideiuſſione ſua ſubleuent,
ſiquidem ipſius factum ſaluas fecit eorum ſubſtantias,
*argum.l.cum ex cauſa 30.ff. de re iudic. l.interdum.5. cum
l.ſeq.ff.in quib.cauſ.pign.vel hypoth.Schrader.d.loco.nu.9.
in fin.*Vaſquius *lib.1.controuerſ.illuſtr. cap.7.nu.6.* Nicol.
Boerius *deciſ.128.num.8.*faciunt tradita per Mynſinge-
rum *centur.4.obſeruat.9.in fin.*

46 QVINTO quæro, ſi † creditor actionem ſemel in-
ſtituerit contra fideiuſſorem, eamque poſtea remiſerit,
an fideiuſſor liberatus ſit cenſendus? Sanè, ſi creditor
animo remittendæ, non differendæ actionis, & qui-
dem proceſſu iam inchoato, deſtiterit, & deinde per
ſatis longum temporis ſpacium tacuerit, vel etiam
aperte in iudicio confeſſus ſit, ſe in poſterum non
acturum, dici poteſt, eum liberationem conſecutum
eſſe, *per textum in l.ſi maritus.§ ſi negauerit.in fin.ff.ad l.
Iul.de adulter. l. quæritur. §.ſi venditor.ff.de adil.edict.l.
Papinianus.10. §.vlt. cum l.ſeqq ff.de minorib. l.deſtitiſſe.
ff.de iudic.l 1.ff.ad SC.Turpil.l.4.C.de pact.l.6.C.qui ac-
47 cuſar.non poſſ.* Idem † planè eſt, ſi creditor in iudicio
interrogatus, nihil ſibi deberi reſponderit, *l. donari
alias eſt l.quidam.29.in princip.ff.de donat.*Habetur enim
pro iudicato, *l.1.ff. de confeſſ. l.vnica.C.eod.tit.* Proinde
48 † autem locutus ſum de eo creditore, qui proceſſu in-
choato ſtatim deſiſtit. Quid enim, ſi proceſſum ab-
ſoluerit, & poſtquam in cauſa concluſum, ſententiæ
ſaltem prolatio expectetur? Non vtique præſumi po-
teſt vlla ipſius remiſſio, etiamſi per decem, vel plures
annos taceat, cum ſciat, ius ſuum ſaluum ſibi durare,
nec auferri, quod differtur, *l. ſirus.* 8. §. *non videtur, ff.
quib. mod. pignus vel hypoth ſolut. & dixi ſupra cap.* 10.
49 *num. 390. & 391.* Et † quia prædicta iudicialis con-
feſſio: *Nihil ſibi deberi*, donationem quandam ſapit,
d.l quidam.ff de donat. conſultum eſt, maximè ſi fide-
iuſſor ipſemet in iudicio aſtet præſens, aut etiam in
præſentia bonorum virorum iſtiuſmodi confeſſio non
à temulento, ſed ſobrio creditore extraiudicialiter fiat
vt eandem in continenti acceptet, actiſque iudicia-
libus inſeri petat, aut iis, qui fortè interſunt, in teſtes
aduocatis, depoſitáque pecunia, eos negotij geſti, fa-
ctæque remiſſionis memores eſſe velle, inſtantiſſimè
petat. Acceptatio enim hæc, vt & prouocatio ad teſti-
monium quandoque deſuper habendum, adhuc for-
tius creditorem ligat, argumento eorum, quæ addu-
cit Tib.Dec.*reſponſo 39.num.30. volum.2. iunctis iis, quæ
tradidi ſupra cap.6.num.9.& 17.*

Et ſic tandem in nomine DEI Optimi Maximi fi-
nis ſit impoſitus huic meo tractatui de fideiuſſoribus;
in quo, iuxta Petronium Arbitrum:

*Inueniat, quod quiſque velit, non omnibus vnum eſt,
Quod placet, hic ſpinas colligit ille roſas.*

FINIS.

CLARISS.

CLARISS. I. C.

HIPPOLYTI DE MARSILIIS Bononienſis,

TRACTATVS *DE* FIDEIVSSORIBVS,

Sumptus ex repetitione Rubricæ ff. eod.

1 *In principiis librorum non requiritur rubrica continuatio.*

2 *Fideiuſſor eſt ille, qui alienam obligationem in ſuam ſuſcepit fidem, principali tamen debitore remanente obligato.*

3 *Mandator dicitur ille, qui aliquid mandat alicui, vt ſibi, vel alij aliquid faciat.*

4 *Expromiſſor eſt, qui pro obligato promittit.*

5 *Sponſor eſt, qui ſponte, ſine rogatu alicuius, pro aliquo intercedit.*

6 *Differentia inter fideiuſſorem, & mandatorem.*

7 *Fideiuſſor renuntians beneficio de fideiuſſoribus poteſt conueniri antequam principalis.*

8 *Campſor fideiubens pro aliquo, non habet beneficium excuſſionis, num. 358.*

9 *Fideiuſſor, qui iurauit in contractu obligationis, beneficium excuſſionis non habet.*

10 *Excuſſio quòd non fiat, quando certum eſt, & notorium principalem non eſſe ſoluendo, vel ipſum non facilem ad conueniendum.*

11 *Fideiuſſor non poteſt vti beneficio excuſſionis, quando ipſe creditor aliàs eſſet debitor fideiuſſoris, & vellet compenſare.*

12 *Vbi agitur de bona fide, & æquitate, fideiuſſor non habet beneficium excuſſionis.*

13 *Beneficium excuſſionis fideiuſſor non habet, quando procedit ex forma ſtatuti ſummariè, & de plano, ſine ſtrepitu, & figura iudicij.*

14 *Fideiuſſor poteſt conueniri priuſquam principalis, quando principalis eſt abſens à ciuitate, ſeu iuriſdictione loci vbi fideiuſſit.*

15 *Si fideiuſſor impedit executionem, quæ fiebat contra principalem, non habet poſtea beneficium excuſſionis.*

16 *Eximens captum pro debito ex manibus familiæ, tenetur ad debitum pro quo ille erat captus, tanquam ſi pro eo fideiuſſiſſet.*

17 *Notificans alicuius debitori, quòd creditor ſuus quærit facere eum capi, & carcerari, tenetur creditori ad ſoluendum debitum illud, ſi ille fugam arripuit.*

18 *Creditor habens pignus debitoris, non poteſt conuenire fideiuſſorem, quando pignus poſſet commodè vendi.*

19 *Negans ſe fideiuſſorem ſi probatum fuit eum fideiuſſiſſe, perdit beneficium excuſſionis.*

20 *Fideiuſſor ſuccedens debitori, tenetur, vt principalis, & ceſſat beneficium excuſſionis.*

21 *Si debitor meus conſtituit ſe precario nomine meo omnia bona ſua poſſidere, ſi poſtea aliqua de dictis bonis alienat poſſum petere adueniente caſu obligationis talia bona alienata ab illo, qui illa emit, nec requiritur quòd fiat excuſſio contra principalem.*

22 *Ad tollendam excuſſionem contra principalem, an ſufficiat ſola relatio nuntij, dicentis ſe perquiſiſſe in bonis principalis debitoris, & nihil inueniſſe, & an hoc dicatur ſufficiens excuſſio.*

23 *Fideiuſſor indemnitatis non poteſt conueniri antequam principalis, etiamſi renunciauit beneficio de fideiuſſoribus.*

24 *Quando ſuperueniunt bona principali debitori, pendente iudicio contra fideiuſſorem, debet excuti principalis, etiamſi primo fuit excuſſus, & hoc, ſi fideiuſſor non renunciauit beneficio excuſſionis.*

25 *Exceptio dilatoria ſuperueniens lite conteſtata, prodeſt ipſi reo.*

26 *Facta excuſſione contra principalem debitorem, debet iudex pronuntiare eam eſſe ritè factam, aliàs non poterit deueniri contra extraneos poſſeſſores.*

27 *Quid ſit beneficium epiſtolæ Diui Hadriani cedendarum actionum, & noua conſtitutionis de duobus reis, num. 28. 34.*

29 *Renunciatio beneficij cedendarum actionum, debet fieri ſpecialiter, aliàs nihil operatur.*

30 *Generalis exceptionum renunciatio, nunquam intelligitur illa exceptionem excludere, quæ ortum habet ex facto aduerſarij agentis.*

31 Renunciatio generalis adiuncta renunciationi ſpeciali, ſolum trahitur ad eos caſus, qui ſunt ſpecialiter expreſſi ſimiles, ſeu minores, non autem maiores, ſeu graviores.

32 Alternatiua cadit inter æquipollentia, vel parum diſtantia.

33 Iuramentum interpoſitum ſuper renunciatione generali, refertur ad caſus ad quos refertur renunciatio.

35 Clauſula, & omni alio legum, & iuris auxilio, quid operetur.

36 Renunciatio beneficiorum facta per renunciantem, qui neſcit talia beneficia ſibi competere, non valet, etiamſi interuenit iuramentum, nu. 38.

37 In qualibet renunciatione requiritur certioratio.

39 Cautela ad annullandum contractum eſt, vt iudex interroget Notarium aſſerentem in inſtrumento ſe certioraſſe contrahentes de beneficio ſibi competenti: quod ſi neſciuerit certiorare, corruet inſtrumentum.

40 In his, quæ dependent ab animo, ſtatur aſſertioni dicentis cum iuramento.

41 Scientia, vel ignorantia probatur iuramento.

42 Creditur, & ſtatur confeſſioni alicuius facta in mortis articulo, dummodo cum iuramento deponat.

43 Salutis æternæ quilibet præſumitur memor.

44 Moriens non præſumitur mentiri.

45 Dicta Doctorum debent intelligi ſecundum iura, quæ allegant.

46 Quilibet præſumitur bonus, & fidelis.

47 In dubiis capimus intellectum, per quem quis non cadat in delictum.

48 Faciens pacem cum aliquo, & permittens eum non offendere ſub pœna, ſi committit adulterium cum eius vxore, non incidit in pœnam.

49 Magis creditur teſtibus laicis deponentibus me non deliquiſſe, quàm teſtibus clericis dicentibus me deliquiſſe.

50 In dubio debemus in benigniorem partem inclinare.

51 Filius natus ex meretrice maritata, præſumitur eſſe mariti, & non adulteri.

52 Licet, quis ſuggeſſerit falſam interpretationem reſcripti, quod non præſumitur, quod fecerit hoc per dolum, ſed per ſimplicitatem.

53 Cauſa colorata licet ſit fatua, excuſat à dolo.

54 Conſuetudo etiam iniqua excuſat à delicto.

55 Vbi verba poſſunt trahi ad falſum, & non falſum, fit interpretatio quòd non contineant falſum.

56 Quando reperitur aliud ſcriptum à notario, quàm fuerit, dictum à partibus, quòd præſumatur error, & non falſum.

57 Quando aliquod verbum profertur ab aliquo contra aliquem, quod poteſt ſonare in iniuriam, & non iniuriam, debet accipi, quod non ſonet in iniuriam.

58 A dolo quis excuſatur quibuſcunque excuſationibus, vel præſumptionibus etiam iniuſtis.

59 Verba impropriantur, vt quis dicatur bonus.

60 Si clericus oſculatur mulierem, præſumitur cauſa benedictionis hoc facere.

61 In dubio miles non videtur remiſſus à militia propter dolum.

62 Fideiuſſor, qui conſtituit ſe principalem debitorem, an tunc poſſit priuſquam principalis conueniri.

63 Acceſſorium potentius principali non ſequitur naturam principalis.

64 Vnum quodque etiam minimum verbum, appoſitum in lege ſtatuto vel diſpoſitione, contractu vel inſtrumento, debet aliquid operari nu. 195.

65 Quando plures interuenerunt fideiuſſores pro mutuo pecunia, ſi pecunia illa tota peruenit ad manus vnius ipſorum, ille talis eſt principaliter obligatus: alij habentur loco fideiuſſorum, & fideiuſſorum beneficio gaudent. 372.

66 An accipiens fideiuſſorem minus idoneum, videatur eum approbare, adeo quod non poſſit vlterius petere ſibi caueri.

67 Inhabilis citatus ad iudicium, cum clauſula, ſi tua putaueris intereſſe, videtur habilitatus.

68 Contrahentes cum aliquo, videntur eum approbare pro idoneo.

69 Qui facit citare aliquem in teſtem in iudicio, eius perſonam reprobare non poteſt.

70 Citans aduerſarium ſuum approbat eum, vt legitimum reum.

71 Creditor habens ex conuentione auctoritatem intrandi poſſeſſionem rei debitoris, ſi petit licentiam à iudice intrandi talem poſſeſſionem, & ſibi denegetur, non poterit vlterius propria auctoritate intrare dictam poſſeſſionem.

72 Dies commiſſi delicti ſi in accuſatione ponatur, & non probetur, reus abſoluitur.

73 Accipiens fideiuſſorem minus idoneum, an poſſit dicere, quod ignorauit illum non eſſe idoneum.

74 Qui dedit fideiuſſorem, qui effectus eſt non ſoluendo, an teneatur iterum ſatisdare.

75 Inopia repentina dicitur caſus fortuitus.

76 Si debitor dedit idoneum fideiuſſorem, qui ſtatim arripuit fugam, vtrum hoc caſu ipſe debitor teneatur iterum dare alium fideiuſſorem.

77 Si aliquis allocutus eſt aliquem ad aurem, qui ſtatim commiſit homicidium, an præſumatur factum conſilio alloquentis.

78 Si eodem momento temporis quo datus eſt curator minoris, ipſe curator interponit auctoritatem in aliqua obligatione ipſius minoris, non valet talis contractus, num. 86.

79 Sententia in breui tempore lata, eſt ipſo iure nulla.

80 Si conſultor repente conſultat, conſilium eſt nullum.

81 Laudum præcipitanter latum, eſt ipſo iure nullum.

82 Licentia data ad faciendum molendinum, operatur, vt iam factum poſſit retineri.

83 Statutum dans præmium capienti bannitum, habet locum in illo, qui bannitum iam cepit.

84 Si Papa mandat alicui prouideri in certo loco de prima vacatura, quod poterit illi prouideri de vacante ante illam conceſſionem Papæ.

85 Legatum factum pro B. maritanda, ſi eſt iam maritata tempore teſtamenti, debet habere legatum.

87 Si venditur animal quod moritur infra triduum, habet locum redhibitoria ad pretium.

88 Vendens frumentum pro maiori pretio, quam quod taxandum erat de proximo, & id ſciebat, quod teneatur emptori.

89 Per nouationem factam de obligatione inter debitorem, & creditorem, an ſit liberatus fideiuſſor.

90 Si receditur à primo iudice, an fideiuſſor ſit liberatus.

91 Fideiuſſor an teneatur ad augmentum quod acceſſoriè aliquo modo venit ad obligationem principalem.

92 Fideiuſſores obligantur ſtipulatione, ſeu verbis.

93 Fideiuſſor illius qui fuit ſemel liberatus, & poſtea ex noua prouiſione fuit condemnatus, non tenetur, numer. 212.

94 Fideiuſſor poteſtatis non tenetur pro tempore, quo eſt refirmatus.

95 Qui promiſit fructus vnius arboris, quæ poſtea eſt inciſa, non tenetur ad fructus nouellæ arboris ibi natæ poſt.

96 Fideiubens pro penſione domus, nedum tenetur pro penſione domus, ſed etiam pro deuaſtatione maſſaritiarum.

97 Fideiuſſor

97 *Fideiuſſor caſu, quo tenetur ad augmentum, an teneatur primo tantum, an pro omnibus.*
98 *Si alicui conceditur ſecuritas eundi, & redeundi, intelligitur pro prima vice tantum.*
99 *Qui promiſit repræſentare aliquem coram iudice & ad requiſitionem, quando liberatur per primam repræſentationem.*
100 *Inſtitutio eſt cautelanda, niſi verba contractus vel diſpoſitionis ſint apta ad conſequentiam importandam.*
101 *Iuris offerendi an poſſit præſcribi.*
102 *Qui promiſit aliquem repræſentare toties quoties fuerit requiſitus, an liberetur per unam repræſentationem.*
103 *Si pater ſuæ legauit filiæ dotem ſuam cum ea conditione, quod filia potest non experiri, & legatarij in omnibus ſuis indigentibus.*
104 *Statuto facto, quod inter affines ſiat compromiſſum, ſi ſemel factum ſit, & expirauit, an iterum poſſit cogi ad compromittendum.*
105 *Ex confeſſione mandatarij non creditur, non poteſt quis pati damnum.*
106 *Conſtitutiones inualidæ, factæ per magiſtratum, vel per ſuccellores, non derogant ſcripturæ.*
107 *De contractu nullo non ſoluitur gabella.*
108 *Fideiuſſor in cauſa appellationis, an teneatur in cauſa principali, & è contra.*
109 *Fideiuſſor, an liberetur per deſertionem inſtantiæ.*
110 *Fideiuſſor, an ſit liberatus à fideiuſſione de iudicato ſiſti, quando ille quem promiſit ſiſtere, mutauit ſtatum ſeu forum.*
111 *Quando quis eſt effectus clericus poſt delictum commiſſum, à quo iudice puniatur, an à ſeculari, an ab eccleſiaſtico.*
112 *Mulier nupta perdit domicilium originis, & efficitur de domicilio viri.*
113 *Priuilegium conceſſum mihi, & omnibus meis deſcendentibus maſculis, & fœminis, non comprehendit fœminas nuptas.*
114 *Priuilegium ſuperueniens, tollit quem à priore opere, quod incumbebat.*
115 *Sacerdotium ſuperueniens, tollit munus publicum iam commiſſum.*
116 *Filius ſi committit aliquam cauſam ingratitudinis contra patrem, propter quam poſſit exhæredari, ſi efficitur clericus, exhæredare non poteſt.*
117 *Clericus filiusfamilias poteſt eſſe in iudicio cauſis eccleſiaſticis ſine conſenſu patris.*
118 *Stante ſtatuto, quod homines villæ teneantur capere maleſactores, non habet in locum clericis maleſactoribus.*
119 *Statutum arctans litigantes ad compromittendum, non ligat clericos.*
120 *Pater non poteſt vendere filium presbyterum propter neceſſitatem famis.*
121 *Limitatio. l. quiſquis. C. ad l. Iul. Maieſt.*
122 *Quicquid acquirit clericus, etiam ex cauſa aduentitia, acquirit ſibi pleno iure, & non patri.*
123 *Filius ſpurius, per ingreſſum religionis efficitur legitimus.*
124 *Frater religioſus admittitur ad teſtificandum pro fratre.*
125 *Ordinatio clericalis tollit infamiam.*
126 *Clericus non poteſt torqueri, licet contra eum ſint iudicia delicti, niſi alias ſit infamis.*
127 *Si ſunt legata mille alicui, ſi nupſerit: & 520. ſi religionem intrauerit: ſi intrauit religionem, debet habere mille tanquam ſi nupſiſſet.*
128 *Pater poteſt alienare de rebus quæ ſubiacent reſtitutioni, pro filia quam vult ponere in monaſterio.*
129 *Dignior eſt omnis ſacerdos qualibet Principe.*

Hippol. de Marſiliis.

130 *Si priuatus habet rem cum clerico vel eccleſia indiuiſam, ut contra eum non currat, niſi præſcriptio centum annorum.*
131 *Clericus, & laicus aliení ſimul obligati, debent ambo conueniri coram iudice eccleſ.*
132 *Si iudex eccleſiaſticus, & ſecularis ex cauſa iudicauerint ſimul, appellatur ad eccleſiaſticum.*
133 *Fideiuſſio de iudicio ſiſti, facta coram uno iudice, an tranſeat ad ſucceſſorem.*
134 *Mandatum factum ſub nomine dignitatis, an finiatur morte mandantis, vel tranſeat ad ſucceſſorem.*
135 *Compromiſſum an finiatur morte arbitri.*
136 *Fideiuſſor de iudicio ſiſti, vel de aliquo præſentando, an poſſit opponere, & dicere, ſe non teneri ad præſentandum illum, quia erat malè captus.*
137 *Eximens aliquem, non auditur ſi velit probare quod ille non erat creditor, qui fecit eum capi.*
138 *Fideiuſſor, qui promiſit aliquem exhibere, an ſemel exhibendo ſit liberatus.*
139 *Pœna ſi ſit promiſſa toties, quoties contra factum fuerit, tamen non poterit committi, niſi bis.*
140 *Fideiuſſor qui promiſit repræſentare aliquem ad omnem iudicis voluntatem, tenetur etiam eum præſentare poſt ſententiam.*
141 *Fideiuſſor promittens aliquid ſine ſcriptura, non tenetur ultra quatuor menſes.*
142 *Si fideiuſſor promiſit præſentare reum iudici ad ſuum libitum, vel voluntatem ſub certa pœna, quo ſtante ille reus fuit captus per illum iudicem, deinde manus eius aufugit an tunc fideiuſſor teneatur ulterius præſentare.*
143 *Fideiuſſor liberatur, quando culpa iudicis, vel fideiuſſoris, reus præſentandus aufugit de carcere.*
144 *Fideiuſſor qui tenetur ſub pœna præſentare aliquem, non cadit in pœnam non præſentando, niſi fuerit requiſitus.*
145 *Stante ſtatuto, quod iudex teneatur expedire proceſſum infra menſem ſub pœna, quod non cadit in pœnam ſi non expediuit proceſſum, parte hoc non petente.*
146 *Statutum dicens, quod ſententia ferri non poſſit, niſi cum conſilio ſapientis, intelligitur hoc, ſi petatur à parte.*
147 *Statutum diſponens cauſam debere committi per priores ſub certa pœna, intelligitur, ſi petitum fuerit.*
148 *Iuramentum calumniæ debet præſtari ad validitatem proceſſus, ſi requiratur.*
149 *Statutum, quod bannitus non debeat audiri, intelligitur, ſi à parte petatur.*
150 *Fideiuſſor, qui promiſit præſentare reum infra menſem, & pendente dicto tempore ipſe reus eſt bannitus, vel accuſatus de crimine capitali, ex quo ipſe reus dubitans carcerari, fugam arripuit, an ſit liberatus.*
151 *Faciens pacem, & promittens aliquem non offendere ſub pœna, non cadit in pœnam, ſi eum offendat ex noua cauſa de nouo ſuperueniente.*
152 *Quæ de nouo emergunt, nouo indigent auxilio.*
153 *Affectatio non prodeſt affectanti.*
154 *Ignorantia affectata non habet locum in caſibus in quibus ignorantia excuſat à delicto vel à pœna.*
155 *Fideiuſſor, qui promiſit ſe facturum, & curaturum, quod talis faciet talem contractum, an liberetur ſi ille moriatur, an verò obligatio tranſeat ab hæredem illius, num. 160.*
156 *Impoſſibilium nulla eſt obligatio.*
157 *Impoſſibilitas excuſat appellantem à proſecutione appellationis, adeo ut non dicatur deſerta.*
158 *Emphyteuta, qui propter eius paupertatem non poteſt ſoluere canonem, excuſatur, ut non cadat à iure ſuo.*
159 *Difficultas excuſat à pœna, & à periuro, & ab excommunicatione.*

161 Fideiuſſio ſimpliciter facta pro maleficio, extinguitur morte fideiuſſoris.
162 Proteſtatio reſpiciens tempus futurum, impedit fideiuſſion. ſequentem.
163 Proteſtatio contraria actui, remouet voluntatem ab actu.
164 Proteſtatio clandeſtina vnius, vitiat actum vtriuſque, caſu quo propter iuſtum metum non poterat proteſtari præſenti.
165 Faciens actum contrarium proteſtationi, videtur ipſi proteſtationi renunciare.
166 Cautio iuratoria ſubrogatur loco fideiuſſoris.
167 Qui alias non ſeruauit iuramentum, perdit beneficium iuratoriæ cautionis.
168 Semel periurus, non admittitur ad iurandum in aliquo caſu.
169 Limitatio c. quamquam de vſuris.
170 Non creditur teſti, qui alias dixit falſum.
171 Inſtrumentum fuiſſe de nouo repertum probatum per iuramentum producentis.
172 Periurus non poteſt ſubire iuramentum honoris, ſed ſolum oneris.
173 In caſibus in quibus ſolet ſtari iuramenti alicuius, non ſtatur, ſi eſt perſona ſuſpecta.
174 Captus, licet ſit relaxandus fideiuſſoribus ex aliquo delicto, ſi alias aufugit de carceribus, non erit relaxandus.
175 Statutum loquens de rapiente mulierem ſolutam, non habet locum in rapiente mulierem ſolutam, quæ alias ab alio fuit carnaliter cognita.
176 Raptus mulieris non committitur in muliere nupta inhoneſtè viuente.
177 Monachi non tenentur recipere monachum, qui alias bis fugit de monaſterio.
178 Stante ſtatuto, quod de damno dato ſtetur ſacramento damnum paſſi, quod ſi damnum datum eſt alicui periuro, vel alter infamis, non ſtabitur ſacramento ſuo.
179 Si principalis eſt diues, & fideiuſſor pauper; vel econtra, ſatis eſt, quia bona eorum reputantur pro vno copatrimonio.
180 Licet ex forma legis, vel ſtatuti, quis teneatur ſatiſdare in aliquo caſu, tamen honeſto, & probo viro remittitur ſatiſdatio.
181 Cautio iuratoria non admittitur in criminalibus.
182 Fideiubens pro poteſtate, an teneatur de geſtis extra officium poteſtariæ.
183 Si ex forma ſtatuti debet credi libris artificis, vel mercatoris, intelligitur tantum de pertinentibus ad artem ſuam.
184 Statutum volens bannitum haberi pro confeſſo, non extenditur ad maleficia in libro maleficiorum non deſcripta.
185 Syndici qui habent ſyndicare officiales, non poſſunt ſe intromittere de eo, quod geſſerunt extra officium.
186 Fideiuſſor indebitè condemnatus, an habeat actionem contra debitorem principalem.
187 Fideiuſſor de iudicio ſiſti, & de iudicata ſoluendo, an poſſit adſtringi à creditore ad ſoluendum nedum principalem quantitatem, ſed etiam expenſas quas ipſe creditor fecit in litigando, & conuincendo ipſum debitorem.
188 Connexorum, & dependentium idem eſt iudicium.
189 Procurator ponens manum ad connexa mandati, non dicitur excedere fines mandati.
190 Vendita vacca venit vitulus, qui eſt in corpore; & etiam vitulus natus, qui nondum paſcitur herbis.
191 Liberatio ſuper principali, extenditur ad connexa, & dependentia, etiam non expreſſa.
192 Sententia extenditur ad connexa.
193 Fideiuſſor, an poſſit agere ad damna, & intereſſe contra debitorem principalem.
194 Fideiuſſor non habens alia bona, niſi ea, quæ non veniunt in generali obligatione, ſi fideiuſſit pro aliquo, & obligauit omnia bona ſua in talia bona, quæ non veniunt in generali obligatione, intelliguntur obligata, poſtquam non habet alia bona.
196 Diſpoſitio teſtatoris debet taliter interpretari, vt non reddatur inutilis.
197 Verbum, filius, quando non poteſt verificari, niſi in filiis adoptiuis in illis verificatur.
198 Legato blado, quod quis habet in ciuitate, venit illud quod habet in diſtrictu, ſi nullum habet bladum in ciuitate.
199 Princeps dicitur vti clauſula de plenitudine poteſtatis, quando illa non vtendo actus eſſet inualidus.
209 Priuilegium datum Epiſcopo, vt poſſit teſtari, intelligitur de bonis eccleſiaſticis.
201 Statutum loquens de carceratis relaxandis, non extenditur ad carceratos pro crimine falſi.
202 Poſſunt accipi pro pignore illa, quæ ſpectant ad culturam agri, quando ruſtici non habent alia bona.
203 Qui iurat non fideiubere, an poſſit poſteà fideiubere.
204 Primum iuramentum, an ruptum per ſecundum.
205 Proteſtatio contraria facto non releuat proteſtantem.
206 Fideiuſſor, an poſſit obligari ad pœnam corporalem, vt valeat fideiuſſio.
207 Occidens volentem, punitur de homicidio.
208 Nemo poteſt ſe torturæ ſubmittere.
209 In criminalibus iuriſdictio prorogari poteſt.
210 Reus criminis, an & quando ſit fideiuſſoribus relaxandus, num. 91.
211 Fideiuſſ. de vulnere, an teneatur de morte ſequuta, num. 505.
213 Fideiuſſor, an poſſit reuocari inuito creditore.
214 Emphyteuta ſi vult ponere in loco ſuo vnum, qui velit facere illam, & pacta dominio, quæ ipſe faciebat, dominus tenetur illum accipere.
215 Si emphyteuta fecit pactum cum domino de eleuandis ſuis melioramentis in fi. locationis, poteſt tamen dominus hoc ſibi prohibere offerendo pretium.
216 Fideiuſſor, an poſſit agere contra principalem debitorem, antequam ſoluat: vbi vide plures caſus.
217 Fructus de proximo recolligendi, habentur pro recollectis.
218 Baſilica de proximo conſecranda, habetur pro conſecrata, & gaudet priuilegiis eccleſiæ.
220 Filia quæ peccauit in corpus ſuum, non poteſt exhæredari quando per pœnitentiam eſt emendata, & reuerſa eſt ad bonos mores.
221 Ceſſante cauſa, an ceſſet effectus.
222 Odioſa conſtitutio contra vſurarios odio vſuræ, ceſſat ceſſante vſura.
223 Locator poteſt compellere conductorem relaxare domum conductam, quando vult eam reficere, & illa refecta, poteſt conductor cogere locatorem ad retradendum ſibi dictam domum.
224 Pater licet poſſit vendere filium propter neceſſitatē famis, tamen ſi pater facta tali venditione, peruenit ad pinguiorem fortunam, filius poteſt agere contra patrem, vt redimat.
225 Si filius renunciauit hæreditati patris propter fratres, quod illis mortuis, renunciatio illa ſibi non nocet.
226 Procurator emens pro domino, poteſt agere contra dominum antequam ſoluat, & petere quod dominus ſoluat pretium rei, quam ipſe pro eo emit.
227 Fideiuſſor non poſſidens immobilia, an ſit idoneus, & iuſtè poſſit recuſari, nu. 228. 229. 237. 240.
230 Nemo carnem ſuam odio habet.
231 Sicut propria infirmitas excuſat à contumacia, ita excuſat infirmitas ſuorum.

232 Iniuria

232 *Iniuria facta conſanguineo meo, cenſetur facta mihi ipſi.*

233 *Sicut non valet renuntiatio beneficij facta per metum inſtantis periculi illatum clerico, ita non valet per metum periculi imminentis in perſonam conſanguineorum, vel affinium ipſius clerici.*

234 *Magna amicitia idem operatur, quod coniunctio ſanguinis.*

235 *Coniunctio ſanguinis, vel licita affectio, habet vim clauſulæ codicillaris.*

236 *Affectio habet vim reuocationis clauſula derogatoria appoſita in primo teſtamento.*

238 *Fidelis bene approbatæ vitæ eſt idoneus fideiuſſor, licèt poſſideat immobilia.*

239 *Veritas animi pro ſatiſdatione habetur.*

241 *Fideiuſſor licet non poſſideat immobilia, ſi tamen poſſideat plura mobilia, quæ de facili exportari non poſſunt, dicitur idoneus.*

242 *In cauſis ſummariis, & aliis, in quibus poteſt perueniri ad ſententiam diffinitiuam abſque litis conteſtatione, non requiritur, ſatiſdatio de iudicio ſiſti dato, quòd reus non poſſideat immobilia.*

243 *Quod eſt in iure ſeu in obligatione, intelligitur eſſe in patrimonio.*

244 *Fideiuſſor datus à teſtatore, dicitur idoneus, licet non poſſideat immobilia.*

245 *Qui poſſidet immobilia, an ſemper dicatur idoneus fideiuſſor, adeo quod non poſſit recuſari.*

246 *Caſus, in quibus poſſidens immobilia, non eſt idoneus fideiuſſor, ſed tenetur ſatiſdare; num. 247. 248. 249. 250. 251. 252. 253. 254. 255. 256. 257.*

258 *Forenſis non eſt idoneus fideiuſſor, licet poſſideat immobilia.*

259 *Qui non poteſt conueniri, niſi cum difficultate, non dicitur idoneus fideiuſſor.*

160 *Potentiores non ſunt idonei fideiuſſores.*

261 *Poſſidens immobilia ſubiecta reſtitutioni, eſt idoneus fideiuſſor.*

262 *Promittens dare fideiuſſorem, an poſſit dare forenſem, vel teneatur dare fideiuſſorem de ciuitate, vbi factus eſt contractus.*

263 *Homo viuus, vel mortuus repertus Bononiæ, in dubio præſumitur Bononien.*

264 *Eleemoſyna diſtribuenda pauperibus, debet diſtribui pauperibus illius ciuitatis, vbi ordinata eſt.*

265 *Fideiuſſor repetens à debitore ſolutum pro eo, an probet ſolutionem per ſolam confeſſionem creditoris.*

266 *Mulier habens inſtrumentum confeſſionis dotis, conſequitur omnia priuilegia dotis, ſicut ſi eſſet vera dos.*

267 *Exceptio competens principali, an competat fideiuſſori.*

268 *Fideiuſſor poteſt excipere ex perſona rei, etiam ipſo reo inuito.*

269 *Fideiuſſor poteſt opponere exceptionem reo competentem, quam non poteſt opponere reus.*

270 *Fideiuſſor mulieris, iuuatur beneficio Velleiani.*

271 *Fideiuſſor excommunicato, poteſt opponere exceptionem compenſationis de credito principalis.*

272 *Fideiuſſor, qui intercedit pro aliquo, & promiſit liberè ſoluere ſine aliqua exceptione, non intelligitur renuntiaſſe beneficio excuſſionis: & tunc prius debet conueniri principalis quam ipſe fideiuſſor.*

273 *Exceptio competens principali quandoque vt non teneatur vltrà quam facere poſſit, non competit fideiuſſori.*

274 *Fideiuſſor non gaudet beneficio inhibitoriæ factæ per iudicem eccleſiaſticum iudici ſeculari, ne cognoſcat contractu vſurario.*

275 *Dilatio conceſſa reo, non extenditur ad fideiuſſorem, quando conceditur perſonæ, & non cauſæ.*

276 *Pactum liberatorium factum principali debitori, prodeſt fideiuſſori.*

Hippol. de Marſiliis.

277 *Exceptio dicitur iuniti æquitati.*

278 *Qui ex aliqua cauſa non poteſt opponere exceptionem, poteſt tamen implorare officium iudicis.*

279 *Si ex forma ſtatuti in cauſa criminali nullus debet admitti ad aliquam exceptionem allegandam, niſi perſonaliter compareat, poterit tamen tali caſu implorari officium iudicis, vt ipſe iudex ex officio capiat informationem, quòd inquiſitus eſt clericus, vel quòd occiſus erat bannitus, & poterat impunè occidi.*

280 *Officium iudicis poteſt implorari, quando præcluſa eſt via excipiendi, vel probandi, vel quando lata eſt ſententia, vt ipſe iudex ſe informet de tali exceptione.*

281 *Quando lapſum eſt tempus opponendi exceptionem non numeratæ pecuniæ, vel non numeratæ dotis, officium iudicis in locum illius exceptionis deficientis, poteſt implorari.*

282 *Excluſa quacunque exceptione ex forma ſtatuti, non intelligitur excluſum officium iudicis.*

283 *Quando officium iudicis imploratur, poteſt ex præſumptione calumniæ per iudicem denegari.*

284 *Securitas data principali, an proſit fideiuſſori.*

285 *Acceſſorium ſequitur naturam ſui principalis, num. 315. 314.*

286 *Inhabilis ſuſtentatur per habilem.*

287 *Teſtis valdè dignus, & teſtis infamis infamia facti plenè probant.*

288 *Si duo notarij ſimul rogati de vno contractu, & vnus ipſorum ſit priuatus officio tabellionatus, alter verò ſit notarius authenticus, valet tamen tale inſtrumentum.*

289 *Socius omnium bonorum, habet excuſationem à muneribus propter perſonam ſocij.*

290 *Extraneus teſtis valdè dignus cum dicto matris, planè probat ætatem filij.*

291 *Fideiuſſor an poſſit in plus obligari, quàm principalis, & ſeſe obligat in plus, an valeat obligatio.*

292 *Fideiuſſor poteſt obligari pro illo, qui eſt prohibitus obligari per ſtatutum.*

283 *Fideiuſſor poteſt ſe obligare ſub guarentigia, licet principalis non ſit obligatus eodem modo: & talis fideiuſſor poteſt petere à principali, quod eum liberet ab obligatione, antequam conueniatur.*

294 *Fideiuſſor poteſt efficacius obligari, quàm principalis.*

295 *Fideiuſſor an poſſit petere à principali, vt eum eximat ab obligatione fideiuſſoria.*

296 *Qui tenetur dare fideiuſſorem, an dando pignora liberetur.*

297 *Melius eſt pignori incumbere, quàm in perſonam agere.*

298 *Creditor tenetur emendare damna pignorum penes eum exiſtentium.*

299 *Iudæus tenetur ad emendationem damni in pignoribus à tineis, vel alio modo dati.*

300 *Qui promiſit alicui in inſtrumento, facere eum ſecurum, an & quando teneatur ſibi dare fideiuſſorem vel pignora.*

301 *Verba in dubio debent intelligi ſecundum naturam actus, ſuper quo interponuntur, & debent impropriari, vt intelligantur ſecundum naturam actus.*

302 *Statutum continens id, quod ius commune, debet aliquid operari vltra ius commune, ne fruſtra emanauerit.*

303 *Ille cui præſcriptum eſt conceſſum, vt poſſit appellare, poterit tertiò appellare, vt ſcriptum vltra ius commune aliquid operetur.*

304 *Stante ſtatuto, quod debeat quis in certo caſu terciari, non ſufficiet vnica citatio pro omnibus.*

303 *Dans pignora, vel fideiuſſorem, an dicatur ſatiſfacere obligationi, remiſſiue.*

306 *Debitor qui dedit pignora creditori, ſi vult dare fideiuſſorem, & repetere pignora, an poſſit.*

307 Filiusfamilias, an poſſit eſſe fideiuſſor.
308 Pater, & filius cenſetur vna, & eadem perſona.
309 Clericus an poſſit eſſe fideiuſſor, & ſi ſit an obligetur.
310 Multa fieri prohibentur, quæ tamen facta tenent.
311 Laicus qui fideiubet pro clerico, an poſſit coram iudice laico conueniri.
312 Fideiuſſor gratis liberatus à creditore, an repetat à principali.
313 Aduocatus, qui agitauit cauſam propriam, & ex ſua aduocatione perdidit lucrum alterius aduocationis, in taxatione expenſarum poterit illud petere tanquam intereſſe.
314 Fideiuſſor indemnitatis ad quid teneatur, & quando poſſit conueniri.
315 Mulier non poteſt fideiubere pro alio, niſi ei promittatur indemnitas cum traditione pecuniæ.
316 Promittens, vel dans aliquid iudici, vt pro ſe ferat ſententiam, tenetur pœna falſi, ſecus, ſi promittat de conſeruando eum indemnem.
317 Non valet promiſſio indemnitatis, facta vt maleficium committatur.
318 Fideiuſſio facta, nulla expreſſa cauſa, an, & quando valeat.
319 Pactum de non petendo, non valet ſine cauſa.
320 Confeſſio ſine cauſa, in iudicio facta plenè probat.
321 Fideiuſſio ſine cauſa, extra iudicium facta, iuramento validatur.
322 Fideiuſſor negans ſe fideiuſſiſſe, ſi conuincatur, an ſibi præiudicet, & in quo nu. 324.
323 Hæres negans hæreditariam rem, perdit Falcidiam.
325 Negans poſſidere rem, ſi conuincatur de mendacio, ſtatim priuatur poſſeſſione illius rei, & poſſeſſio transfertur in aduerſarium.
326 Vaſallus negans feudum, ſi conuincatur de mendacio, priuatur iure feudi.
327 Maritus negans ſe maritum, perdit beneficia competentia marito.
328 Neganti ſententiam pro ſe eſſe latam ad inſtantiam ſori appellantis, petentis ipſam exhiberi, imponitur ſilentium vt amplius illa non vtatur.
329 Negans ſe habere aliquod inſtrumentum, quod petitur exhiberi, ſi conuincatur de mendacio, interdicitur ſibi omne commodum, quod ex ipſo percipere poſſit.
330 Negans contractum, perdit beneficium contractus.
331 Negans poſitionem aduerſarij, non poteſt poſtea ex illa iuuari.
332 Contradicens libello aduerſarij, non poteſt poſteà ſuper ipſo libello fundare.
333 Quis non poteſt ſe iuuare ex articulo quem negauit.
334 Non dicitur ſcriptum pro eo, qui venit contra ſcriptum.
335 Per actum contrarium perditur priuilegium.
336 Negans generaliter litem conteſtando, licet conuincatur de mendacio, non punitur aliqua pœna.
337 Negans ſi pœniteat ante litem conteſtatam, non cadit in aliquam pœnam, vel antequam ſit probatum contrarium bannito tranſeunte, & comedente in hoſpitio, & poſteà recedente.
338 Quando petitio eſt inepta, negans eam, non cadit in aliquam pœnam.
339 Licitum eſt negare totum propter partem plus petitam.
340 Negans poſitionem, an poſſit poſteà ſe ex illa fundare.
341 Statutum remittens dimidiam pœnam confitenti delictum, non habet locum in illo qui primo negauit, & poſtea confeſſus eſt.
342 Pœna nunquam remittitur confitenti delictum, quando imponitur à ſtatuto ipſo iure.
Iniuria trahens ſecum executionem, tranſit in heredem.
Exceptio venſi à lege, non poteſt mora purgari.
345 Iudex accipiens fideiuſſorem a minimis idoneum, non tenetur quatenus totus fideiuſſor fuit approbatus per approbationem fideiuſſ. intelligitur idoneus, & ſi de ſi tenet. iur.
346 Publicatis bonis principalis, an fideiuſſor ſit liberatus.
347 Si ego procurator tuus quem defendebam, fideiuſſorem dedi pro te de iudicio ſiſti, & de iudicato ſoluendo, & poſteà tu eſſicaris non ſoluendo, & potero conuenire defenſionem tuam, nec contineretur ſtipulatio de rem non defenſam.
348 Sententia lata contra principalem debitorem, an noceat fideiuſſori non citato.
349 Sententia contra vnum, quem negotium principaliter tangit, præiudicat ei quandoque conſequentiam eius, tangit, quem negotium tangit acceſſoriè.
350 Fideiuſſor datus in iudicio nullo, an ſit obligatus.
352 Dicta in dubio ſtatuitate contractus perpetuum in eo appoſitum corruit.
353 Corruente inſtrumento, corruit iuramentum in eo appoſitum.
355 Quando citatio eſt inualida omnia inde ſequuta corruũt.
356 Fideiuſſio nuda, an vel ...itur coherentia contractus.
357 Ex pacto nudo oritur actio, vbi interpoſitum eſt iuramentum.
358 Inter ſimplicem loquelam, & iuramentum De...o non facit differentiam.
359 Verecundia eſt recuſare illud quod quis promiſit pacto nudo adimplere.
360 Contrahens ſponſalia per verba de futuro, an teneatur illa ſeruare.
361 Legatum nudis verbis factum, valet.
362 Fideiuſſor conuentus pro executione, an poſſit petere executionem contra principalem.
363 Fideiuſſor ſoluens pro principali, an habeat executionem paratam contrà eum.
364 Fideiuſſor conuentus pro principali, an poſſit ſoluere de bonis principalis.
366 Quæ incontinenti ſiunt, videntur ineſſe.
367 Actus agentium non operantur vltrà eorum intentionem.
368 Plures inquiſiti ſimul, an poſſint inuicem fideiubere, ſi tractetur de pœna pecuniaria.
369 Vnus inquiſitus, an poſſit teſtificari pro alio.
370 Fideiuſſor ad quem peruenit tota pecunia, an debeat priuſquam alij, excuti.
371 Tutor qui geſſit prius eſt conueniendus, quàm ille qui non geſſit.
372 Si debitor principalis conſignauit, ſeu depoſuit debitum, ex quo ipſe, & fideiuſſor erat liberatus, ſi poſteà rem accipiat illud, quod depoſuit, & conſignauit, an tunc fideiuſſor poſſit conueniri.
373 Non dicitur factum quod non durat factum.
374 Statutum quod bannitus non poſſit habitare in ciuitate, alias poſſit ibi capi, & decapitari, non habet locum in bannito tranſeunte, & comedente in hoſpitio, & poſteà recedente.
375 Statutum puniens conducentem ſal ad ciuitatem, non habet locum in conducente ſal ad ciuitatem, vt alibi transferat.
376 Qui rumpit domum ex iudicis precepto, ſi poſteà in eam ingreſſus eſt, quod dicatur præceptum contempſiſſe.
377 Si ſchedula citationis affigatur oſtio, & ſtatim eleuetur, citatio non dicitur competenter facta.
378 Creditor ſi elapſo termino ſolutionis, facit carcerari fideiuſſorem, quo ſtante, petit etiam tenutam bonorum ſuorum, an ſit audiendus.
379 Carcer non ſoluit debitum, ſed burſa.

380 Cap-

380 *Captura rei non liberat fideiuſſorem.*
381 *Fideiuſſor an & quando poſſit eſſe teſtis pro reo principali.*
382 *Fideiuſſor, an poſſit teſtificari pro confideiuſſore.*
383 *Creditor poteſt ferre teſtimonium in cauſa ſui debitoris.*
384 *Homini nihil deterius eſt, quam tempus in vanum conſumere.*
385 *Remota iuſtitia, nihil aliud ſunt regna, quam magna latrocinia.*

DE fideiuſſoribus. § *Ad te domine leuaui animam meam: Deus meus, in te confido, non erubeſcam:* ita inquit Dauid Pſalmo 14. & Pſal. 118. inquit: *Viuifica me domine ſecundùm eloquium tuum, vt ſciam teſtimonia tua.* Et pulchrè dixit idem Dauid ibid. *Da mihi intellectum, & ſcrutabor legem tuam, & cuſtodiam illam in toto corde meo.* Et dixi Hieremias cap. 17. *Sana me Domine, & ſanabor: ſaluum me fac, & ſaluus ero, quoniam ſalus mea tu es.* Idcirco ſupremum, ac clementiſſimum Deum toto corde inuoco, vt dignetur linguam calamumque meum in præſenti repetitione regere, & dirigere, vt eius mediante ſuffragio, ſcribere, & in medium adducere valeam, quæ vera ſunt, & maieſtati ſuæ grata, & lectores delectent, eoſque inſtruant, ad laudem, & gloriam indiuiduæ Trinitatis. Hac breui inuocatione contentus, venio ad ipſam rubric. Et omittam continuationem ipſius rubri. quia ex continuatione rubricarum nullam vnquam vtilitatem cognoui.
1 † Et etiam eam omitam, quia ſumus in principio libri, & in principiis librorum regulariter non requiritur continuatio rubricæ, vt inquit gloſ. reputata ſingularis. in rub. ſuprà, de cond. furtiua, ſed alia ſimilis in rubri. ſuprà de leg. 3. Iſtis igitur omiſſis.

2 † Quæro ego ſolus, quid ſit fideiuſſor. Nam, vt inquit Tul. de officiis lib. 1. omnis res de qua loquimur, debet à definitione incipi, vt intelligatur quid ſit id de quo diſputatur: ideò dicas quod fideiuſſor eſt ille, qui alienam obligationem in ſuam ſuſcepit fidem, principali tamen debitore remanente obligato. ita dixit Hoſtien. in ſumma huius tit. in principio, & habetur etiam inſtit. eo. in principio.

3 † Quæro etiam, quia dicitur in hac rubrica de fideiuſſoribus, & mandatoribus. Quid eſt mandator? in quo dicas, quod mandator eſt ille, qui alteri mandat, vt fideiubeat, vel eum rogat, vt fideiubeat, & ideò practica notariorum eſt, quòd in inſtrumentis fideiuſſionum dicitur talis ſciens ſe obligatum non eſſe, ſed volens obligari: ideò precibus, & inſtantia talis principalis debitoris, pro eo exiſtit fideiuſſor, & promittit, &c. Et de iſtis habetur etiam ſuprà in titu. mandat. Subdit etiam Paul. de Caſtr. hic quòd mandator etiam intelligitur ille, cuius contemplatione aliquid facio: & tunc etiam ipſe mandator tenetur, vt fideiuſſor, vt puta ſi mihi mandaſti, quòd mutuarem Titio centum, & ego illi mutuaui dicta centum, hoc caſu teneris mihi, ipſo Titio non ſoluente, tanquam fideiuſſor.

4 † Quæro etiam, quid eſt expromiſſor? in quo dicas, quòd expromiſſor eſt ille, qui pro non obligato promittit, vt habetur in l. ſi quis accepto. ff de condit. ob cau. & in l. & eleganter. §. ſeruus pactionis ſuprà de dolo. & in l. aliquando, ſuprà ad Velle. & in l. quia liberti nos. §. fi. ſuprà de ope. lib. & in l. quod ſi non ſoluere, ſuprà de pignor. actio.

Quandoque etiam accipitur expromiſſor impropriè pro fideiuſſore, intercedente pro aliquo obligato vt fideiuſſor, vt habetur in l. ſtipulationum aliæ §. ſatis acceptio. cum gloſ. in verbo expromiſſores, ſuprà de verbo. obligat. ita dixit d. Alex. in d. l. ſi quis accepto. Scias etiam quòd expromiſſor dicitur ille, qui ſe repouit in locum principalis debitoris, de quo per doct. in locis ſuperiùs alle.

5 † Sponſor autem eſt ille, qui ſponte ſine rogatu, vel rogamine alicuius pro aliquo intercedit: ita dicit gloſ. in authent. de fideiuſſo. in princ. quæ etiam ſubdit, quòd licèt talis ſponſor ſponte ſine rogamine alicuius intercedat, attamen habet actionem mandati contra eum pro quo intercedit alleg. l. qui fide. & l. ſi pro te ſupra manda. Et de iſtis differentiis omnibus vide gl magiſtram. in d. auth eo. de fideiuſſ. in princ. & gl in l ſi verò non remunerandi. §. ſi poſt creditam, ſuprà mandat.

6 † Quæro modò vna cum gloſſa, quæ differentia eſt inter mandatorem, & fideiuſſorem? in quo gloſſa reſpondet, quòd differentia eſt, quia fideiuſſor ſemper ſequitur obligationem, ſed mandator præcedit. Sed hoc non placet Bartol. per tex. in leg penul. & in l. ſi ſtipulatus, infrà eo t. in quibus locis habetur, quòd etiam ante obligationem, fideiuſſor poteſt interuenire: ideò Bartol. ipſe dicit, quòd differentia eſt inter fideiuſſorem, & mandatorem: nam fideiuſſor ante, & poſt obliga. poteſt interuenire, mandator autem ante alleg. authen. eo poſt princ & l. ſi verò non remunerandi. §. ſi poſt creditam, ſuprà mand. item fideiuſſor obligatur verbis tantum, vt in l. blandius. Cod. eod. l. 5. §. ſatis acceptio. conſ. ſupra de verbor. oblig. ſed mandatur obligatur conſenſu, vt l. ſi hæredis, §. 1. ſup. mandat. Item fideiuſſor actione ſtricti iuris ex ſtipulatu tenetur: mandator verò ex bonæ fidei iudicio conuenitur, ita dicit Bartol. hic quem ſequitur Paul. de Caſtr.

Modò ſic præmiſſis, ſcitote quòd hunc titulum non legam ordinariè, prout iacent leges: ſed cum legam per ſaltus: nam prætermittam leges, quæ non habent materiam: ſed breues ſunt, & ſuper eis nihil ſcribitur à Doctorib. ſed tranſitum faciam ad ll. vtiles, habentes amplam materiam, & quotidianam: & quia multæ quæſtiones, & notabiles doctrinæ in materia fideiuſſorum traduntur à Doctoribus in variis, & diuerſis locis, quæ commodè non cadunt ſub aliqua l. huius tit. ideo decreui hanc rub. legere per modum repetitionis, & in ea ponam quàm plures quæſtiones in materia fideiuſſorum, quæ ſæpè contingunt de facto, & ego quamplures ex eis aliàs practicaui: ideò erige aures, attendeque.

7 † Et primò pro intelligentia iſtorum, quæro: fideiuſſores quotidie accedunt obligationibus, & fiunt inſtrumenta, in quibus ipſe fideiuſſores obligantur, & in eis apponuntur plures clauſulæ, & renunciationes ſub his verbis, videlicet, quod Titius fideiuſſor ſolemniter ſe obligauit, & renunciauit beneficiis de fideiuſſoribus beneficio epiſtolæ diui Hadriani, beneficio cedendarum, & beneficio nouæ conſtitutionis de duob. reis, & omni alteri iuris auxilio ſeu beneficio pro ſe facienti, &c. Quæro igitur, quid importent prædictæ renunciationes, ſeu clauſulæ: in quo dicatis, quod prædictæ renunciationes, & clauſulæ ſunt maximè importantiæ, & primò, quantum ad beneficium de fideiuſſoribus, ſcias quod generaliter quilibet fideiuſſor intercedens pro alio, habet beneficium excuſſionis: quod beneficium de fideiuſſoribus: quod tale eſt, videlicet, quod ſi fideiuſſor cõuenitur à creditore principalis debitoris, poteſt dicere & opponere, quod primo antequã agat, contra eum, agat ſeu conueniat principalem debitorem, & excuſſionem faciat contra eum, pro quo fideiuſſit, & ipſo excuſſo, & reperto non ſoluendo, poſtea agat contra ipſum fideiuſſorem: ita habetur in

Digitized by Google

auth. præſente, vbi text. de hoc. Codic. eodem, & in authentica de fideiuſſorib in principio. Sed ſi ipſe fideiuſſor in contractu renuntiauit huic beneficio, poterit conueniri non excuſſo principali, nec eo conuento, nec requiſito ſecundum doctor in dictis locis, ſecundum Spec. in tit. de renuntia. & concluſ. §. 1. verb. viſo beneficio, &c. & ſic iſte eſt caſus in quo fideiuſſor poteſt conueniri prius quam principalis. ſ. quando renuntiauit beneficio de fideiuſſoribus.

8 † Sed aduertas: nam alij etiam ſunt caſus in quibus fideiuſſor poteſt conueniri prius quam principalis. Et ideò ſcias, quod ſi campſor, mercator vel ſimiles perſonæ fideiubent pro aliquo, tales perſonæ poſſunt cōueniri prius quam principalis, quia non habent beneficium excuſſionis, imò non poſſunt dicere, Excutias primo principalem debitorem: ſed ipſi tenentur ſoluere, & hoc propter eorum præcipuam fidem, iſte eſt text. ſing apud omnes in authen. eo. de fideiuſſoribus, in §. ſi & ibi doct, & hoc voluit Bald in terminis, in l. fi iſtr. C. de non num. pec. & in l. fi. ad fi C. ad l. Falcid. & Ang. de Aret in §. item ſi quis in fraudem, in 9. col. inſtit de act vbi dicit, dictum text. in d. §. in authent. eo. eſſe ſingularem ad hoc, de quo etiam per moder. in l. unus in princ. ſup. de pac. & facit optimè, quod voluit Bart in l. quintus. ſupr. mand & in l. fideiuſſor. ia vltim in fi. ioſt. eo. vbi dixit, quod inter mercatores ex pacto nudo oritur actio, cum inter eos agatur debona fide vide tamen Lud. Rom. & moder. in l fi. fa. ſupr. de dona. & vide Bal in cap. ſi pro debilitate de officio de leg vbi dicit, quòd bona fides plurimum requiritur in his, qui plurimum negotiantur, & quod quo ad eos, nō differt pactum nudum a ſtipulatione: quod dictum refert Alex in l iure gentium. § ſed cum nulla. in fin. ſupra de pact & in l. quintus. ff mand.

9 † Alius eſt etiam caſus, in quo fideiuſſor non habet beneficium excuſſionis ſed ipſe poteſt conueniri prius quam principalis, licèt non renuntiauerit beneficio de fideiuſſorib videlicet quando ipſe fideiuſſor iurauit in contractu ſoluere: quia hoc caſu excluditur à beneficio excuſſionis: ita ſingulariter dicit Bal. in ca. ex reſcripto de iureiu in 2. col. idem firmat Alexa. referens Bal. in d. c. ex reſcrip. in conſ. ſuo 376. ſecundum ordinem meum, incip. in cauſa executionis, in vlt. col. & dom Alex in l. Marcellus, in ſuis apoſtil, ad Bar. infra in hoc tit. idem tenet Pe. de Anch. in d. c. ex reſcripto. licet d. Alex. hoc dictum improbet, & ſit ſibi contrarius præter eius morem in l. fin. in prin in 3. col. ſupra ſi cer pet. de quo etiam per Soc. in conſ. 24. incip. viſis in vlt. col. in 1. vol. & per d. Ant. Corſe. in rubr. de iureiur. in 12. priuilegio iuramenti.

10 † Item alius eſt caſus, in quo fideiuſſor poteſt conueniri, & adſtringi non facta excuſſione contra principalem debitorem, videlicet quando eſt notorium principalem non eſſe ſoluendo: vel quando notorium eſt, ipſum principalem debitorem non poſſe adſtringi propter eius potentiam, propter, quod faciliter ab eo non exigeretur pecunia debita: nam iſto caſu poterit fideiuſſor conueniri, & adſtringi, nulla facta excuſſione contra debitorem principalem, licèt non renuntiauerit dicto beneficio de fideiuſſoribus. Ita dixit gl. not. in l. 10. in vlt. gloſſ. ff. de verb. oblig. & idem firmat Bart. & ſcrib. per glo. ibi, in l. fi. in prin. ſupra. ſi cert. per. idem tenet gloſ. & doc. in l. niſi hoc actum, ſupra de pact. & Bart. in l. Marcellus, circa fi. infra eo. & in l. 1. circa pr. ſupra, de verb. obl. & in l. 3. §. ſi is pro quo ff. quod quiſque iuris, & Ang. in l. exitus controuerſiæ, ſupra de acquir poſſ. in auth. hoc. ſi debitor. C. de pig. in 2. col. & Ludo. Rom in conſ. 82. incip. allegationes, in princ. & conſil. 93. incip. viſis, &c. poſt prin. & Bal in conſ. ſuo 55. incip. proponitur, in 2. col. in 1. vol. & docto. Franc. Aret. in conſil. ſuo. 127. incip. in cauſa dominæ Antoninæ, in 2. colum & Ang Aret. in §. item ſi quis in fraudem in 5. colum. circa fin. ver. & prædicta procedunt, inſtit. de actio. idem tenet Ang. in l. 2. ff. ſi quis omiſſa cauſa teſti. & d. Feli. in cap ecclesia Sanctæ Mariæ, in 96. colum. ver. quartò adducu, &c de conſtit. pro quibus faciunt dicta per Bald in c. contingit, in 6. col. in fin. extra. de dolo & contu. vbi dicit, quod ſoluendo non dicitur ille. qui propter potentiam exigi non poteſt. Et vide do. Feli in cap cùm olim in 8. col. in prin. de re iud. & Bald in d. conſil. 55. incip. proponitur in 2. colum. in 1. vol & Iaſ. in l 2. in 8. colum. ante me. ſuprà ſolut. matr. de qua materia notorij ego latè dixi anno præterito in l. 1. C. de execut. rei iud. vbi vide.

11 † Item etiam adde alium caſum in quo fideiuſſor non habet beneficium excuſſionis, videlicet quando creditor aliàs eſſet debitor fideiuſſoris, & vellet vti compenſatione: quia hoc caſu fideiuſſor non poteſt dicere, excutias primò debitorem principalem: ſed poteſt cogi per creditorem, ad faciendum ſecum compenſationem abſque alia excuſſione facta contra principalem: ita ſingulariter dixit Bal. in l. exceptiones circa prin. Cod. de euict. quod dictum referunt, & approbant. quidam nouiſſimi in capit. peruenit. extra eod.

12 † Idem adde etiam alium caſum, in quo fideiuſſor non poteſt opponere de beneficio excuſſionis, videlicet vbi agitur de bona fide, & de æquitate: nam tunc non poteſt per ipſum fideiuſſorem opponi exceptio excuſſionis, quia talis exceptio eſt inuenta ad rigorem iuris conſeruandum: ita colligitur ex dictis Bartol. in repet. l 1. in fin. ſupra de condit indebit. & voluerunt præfati moderni in d. c. peruenit, & idem tenet Ang. de Aret. in §. Item ſi quis in fraudem, in 9. col. verſic. quæro, ſtatuto cauetur: vt eſt in curia mercatorum, &c. inſtit. ad act. per eundem, in §. in bonæ fidei. l. pe. col. verſ. quid ſi dicatur, contit.

13 † Et idem dicas, vbi ex forma ſtatuti in cauſis procederetur ſummariè, & de plano, ſine ſtrepitu, & figura iudicij, ſecundum Soc. in conſ. ſuo 24. incip. viſis in vlt. colum verſ inſuper. vbi plura allegat. pro quo dicto faciunt dicta per Bald in l mancipia. C. de euict. licèt contrarium ipſe Bald. teneat in l. fin §. ſed ſi quis, in 4. col. verſ. fuit quæſitum. C. communia de leg. pro quo vide Bart. in extrauag. ad reprimendum, in verſ. videbitur, in fi. verſ. ſed pro concordia vide quæ poſui. in d. c. peruenit.

14 † Adde etiam alium caſum, in quo fideiuſſor non habet beneficium excuſſionis: ſed poteſt conueniri priuſquam principalis, videlicet quando principalis debitor eſt abſens à ciuitate ſeu iuriſdictione iudicis, ſub qua facta eſt obligatio: ita probat text. in d. auth præſente, & ibi doct. C. eod. de quo latiùs per Alex. in conſilio ſuo. capit. incip. diſcuſſis. in pen. colum. in 5. volum.

15 † Idem adde etiam alium caſum, in quo fideiuſſor non habet beneficium excuſſionis, ſed tenetur ipſe ſoluere abſque alia excuſſione, qui caſus eſt quando, fideiuſſor impediuit excuſſionem, quæ fiebat contra ipſum debitorem principalem: quia damnum quod quis ſua culpa ſentit, ſibi imputet iuribus vulgaribus. Si enim ipſe non eſt paſſus excuſſionem contra ipſum principalem, non poteſt vlterius petere, cùm agitur contra eum quod fiat excuſſio cōtra ipſum principalem debitorem ipſe venit contra illam excuſſionem, quæ fiebat contra principalem, eam impediendo: ideò non debet audiri petendo excuſſionem fieri, arg. eius quod habetur in leg generaliter. C. de rebus cred.

ſtcd & in cx.per tuas, de prob, & eorum quæ haben-
tur in l.ſicut.C.de act.& obligat. & ni l. 2. C.quando
liceat ab emp.diſced.& hæc eſt limitatio mea noua ad
d.auth preſeote.
16 † Ex quo eriam ego infero Id vnum tu ſcis quod il-
lx qui eximit xliquem de manibus familiæ, tenet ipſe
ad debitum, pro quo ille erat captus tanquam ſi pro
eo fideiuſſiſſet, tex. eſt not.in l. quoties. G. de exact.
tribu.lib 10,& ibi doct,& voluit Bal.in l.addictos. C.
de epiſ. audien. Ang de Aret.in §. pœnales. inſtit. de
act. doct. in l. ſupr.ne quis eum in ius vocatus eſt, vi
eximat, & voluit etiam hnc Bar.Bal. Ang. & Paul. de
Caſtr.in l.ſed eximendi, & in l.2.per illos text. eo. tit.
17 nequis eum qui in ius eſt voca.vi exi.† quinimò for-
tius dico,quod nedum ille qui de facto eximit tectè
captum de manibus familiæ tenetur creditori ad ſo-
lutionem illius debiti,ac ſi pro eo fideiuſſiſſet, per di-
cta iura:ſed etiam ille, qui notificanit debitori alicu-
ius quod aufugere deberet, quia creditor ſuus ordina-
bat facere eum capi, & detineri:tenetur creditori ad
ſoluendum debitum illud,ſi ille fugam arripuit,ita not.
dixit Pet.de Anch. in conſ.ſuo 341. incip. viſo th:ma-
te,in fi Quod iſtis caſibus talis qui habetur loco fide-
iuſſoris non habebit beneficium excuſſionis:& ſi co-
neniatur à creditore,non poterit iſte dicere, excutias
primò ipſum debitorem principalem : eo quia ipſe eũ
excutientem impediuit propter eius delictum : ergo
debet perdere tale beneficium, non enim iuuatur be-
neficio legis, qui ſpernit legem, & fruſtra legi auxi-
lium inuocat,qui committit in legem eapite quia fru-
ſtrà. de vſu. & cap. an ſit xppel. l. ſancimus. 9. ſi verò
poſtquam,cum ſi.C.de iure delib.
Item adde hic Paul. de Caſtr. in l. inter eos, in §.
18 credi.infrà in hoc tit. vbi dixit, † quod licèt quando
creditor habet pignus debitoris, non poſſit conueni-
re fideiuſſorem, hoc dicit eſſe verum, quando pignus
poteſt commodè vendi:ſecùs autem dicit eſſe quando
tale pignus nõ poſſet commodè vendi,quia tunc poſ-
ſet agere contra fideiuſſorem : quod dicit eſſe ſing.
notan. quia ſi facta excuſſione reperiatur bona im-
mobilia ipſius principalis debitoris ſufficientia, ſi ta-
men non poſſunt commodè vendi, & creditori debe-
tur pecunia, perinde poterit conueniri fideiuſſor, xc
ſi non reperirentur bona: quod dicit perpetuò eſſe
menti tenendum, quia ipſe alibi neſcit hoc dictum:
& ita limitxbam dictam authent. præſentem ego ſo-
lus : quas omnes limitationes tene menti, quia fortè
faciliter itx ſimul collectas non inuenies alibi:vt hic.
Item videas vnam aliam limitationem per Cæpo. in
cautela ſua 138 incip.ego do tibi.
19 † Item adde aliam limitationem, quod fideiuſſor
poteſt conueniri non excuſſo principali, quando ipſe
fideiuſſor negauit ſe fideiuſſorem, & poſtea probatum
fuit,ipſum eſſe fideiuſſorem, nam tunc perdit bene-
ficium excuſſiònis, ita dixit Bal. in authent. contra
qui propriam, in 3.col. C. de non nũ. pecu.& Alex.
in l.ſi dubitetur, In.§. 1. poſt Bart. & Ang. ibi, infra
reo,& Alexand.in l. ſi etiam. §. licet in dotalibus, in
2.col ſupra.ſol matr.de quo etixm per Ioan. de Imo.
in l.ſed hoc ita.§.1.ſupra de re indi.ad quod vide quæ
latius dicxm infra io quæſtione illa,an fideiuſſor con-
uentus negans ſe fideiuſſiſſe, perdat beneficium fide-
iuſſoris, &c.
20 † Limita etiam ſi fideiuſſor ſuccederet debitori tan-
quam hæres : quia tunc extincta eſt obligatio fideiuſ-
ſoris,& tenetur ipſe fideiuſſor vt principalis, & tunc
neceſſariò ceſſat beneficium excuſſionis, text. eſt in
l.fideiuſſoris, & ibi Angel. & doct. C. eod. de fideiuſ-
ſor. quod tamen reſtringe, vt ibi per Angel. & vide
omnino Angel. de Aret.in §. ſi quis in fraudem. in 6.
21 col.in fi.verſic. adde prædictis, inſtit. de action. † &
vide Ang in l fi. in 1.col.C. de acquir pol. vbi dicit,
quod ſi debitor meus conſtituit ſe precariò nomine
meo omnia ſua bona poſſidere, ſi poſtea aliquid ex
dictis bonis alienat poſſum petere adueniente caſu ob-
ligationis, talia bona alienata ab illo qui illa emit,
nec requiretur,quod fiat excuſſio contra principalem:
& idem dixit Bal.in cap cum veniſſet in vlt.verbis, de
reſtit ſpoliat & vide Ang.in l.prætor, io §.hæc actio
in fi ff vi bon.rap. & in l cùm creditorem. ff. de furt,
& mod. in §. item ſi in fraudem, inſtitut. de actio. &
Bal.in l.2.in §.1. ff. pro ſuc. Iac Buit. in l.fin. C. quæ
res pig.obl.pot & Ang. in l.exitus.ff. de acq poſſ. Bal.
in l.1.C.de reunc.his quæ in frau.alien.ſunt, & Bart.
in l.creditores.in reper.C.de pign.& do.Philip.Dec.in
conſ.16. incip. in cauſa.in 2.colu Salic. in l. ſi filius-
fam.ante, & do. Fran. de Aret.in conſ.ſuo 49. incip.
diligenter,& maturè,in 6.col.& Bar.in l.numen. quo-
que.C.quæ res pig.obl pot.
22 † Et an ſufficiat ſola relatio nuntij, dicentis ſe per-
quiſiuiſſe in bonis principalis debitori, & nihil in-
ueniſſe, & hæc dicatur ſufficiens excuſſio : vide per
Alexand. in l. ſi prætor. §. fina. in lectu. ff. de oper.
nou. nontix. & vide quæ dixi in ſingula. meo 220.
incip. fideiuſſor. & in materia vide omnino Alexan.
in conſilio ſuo 376 incip. in cauſa in 5. colum. &
in conſ.100. incip. dicnſſis his,&c in 3. col. circa fin.
in 5.vol. & vide in tabula illorum conſiliorum 5. vol.
in verſ fideiuſſor. Et vide quæ ego dixi in repet. mea.
l.ſi.C de probat.in 35. char in 1. facie, in margine. Et
circa hanc materiam fideiuſſorum, vide not.verbum
Aret in tract.malef.in verbo, pro quibus Anna. fide-
iuſſit,in ver.debes etiam animaduertere,&c. in fin &
vide Soc.in conſ.24. incip. viſis, in 6 col. in verb. ſe-
cundo ex iure,&c.
23 † Et viſis caſibus, in quibus fideiuſſor non habet
beneficium excuſſionis, licet non renunciauerit dicto
beneficio, & poſſit conueniri priuſquam principalis.
Tene menti vnum caſum,in quo fideiuſſor non poteſt
conuenire antequam principalis, etiam ſi renunciauit
beneficio de fideiuſſoribus,qui caſus eſt quando quis
eſt fideiuſſor indemnitatis, nam tunc neceſſariò pri-
mò debet conueniri principalis debitor, & non fide-
iuſſor,licèt,vt dixi,ipſe fideiuſſor renunciauerit bene-
ficio de fideiuſſoribus : & hoc procedit, quia natura
ipſius rei,& ipſius promiſſionis hoc importat,ita ſin-
gulariter dixit Bar. in l.1, C. de conuenien fiſci debi-
toribus,lib.10.& Bar.in l. quæro. in princ. ff loca. &
Bar in l.3.C.de decurio lib.10.& in l poſt infrà in hoc
tit & Bart.in l.ſi pater,ſupra de dote prælegat. & in l.
vnde quæri per illum tex ff commo & in l.3.in princ.
ff.de duobus reis,& vide Alexan.in conſ.338.incip. ſu-
per eo,&c poſt princ.& quia Bar.in dictis locis vide-
tur variare,ideò vide pro concordia Bald. in l. ſi pro
eo in ver.12.quæro, &c. C mandati de quo etiam per
Bal in l.ſi hæres,in verſ ego modo quæro C de his quæ
in fraudem credit.& in l.1.de ſeur quæ ſine certa quã-
tit.Ang in auth.vt ſpon.larg § & ſuper hoc Bald, in l.
eum qui ff ſi certum per.Bald.in l.ſi mater.C. ad Vel-
leia & Ludo.Roman. qui allegat Bar.& eum ſequitur
in d.l.1.& de conue.fiſ.debit.& in conſ ſuo 211.incip.
alleg.doctor.&c. & in conſ ſuo 241 incip. ſpectabiles
domini,&c.in 2.col Bar.in l.cum quæritur, ſupra cõ-
mo.Ang.de Aret.in l ſi qui ab alio. § 1. ff. de re iud.
Bar.in l. quis pro eo. §. fi. 1. in hoc tit. Bald. in rubr.
C.de verb.ſign.& in l.cum tibi. C.de euictio.& doc.in
l.2.extra de fideiuſ.
24 † Teneas etiam menti vnum aliud,quod quandoque

Digitized by Google

antequam fideiuſſor poſſit conueniri, requiritur nedū vna excuſſio in bonis principalis, ſed etiam requiruntur duæ excuſſiones antequam ipſe fideiuſſor poſſit aſtringi: qui caſus eſt: pone, tu vis conuenire fideiuſſorem ipſe autem obijcit beneficium excuſſionis: quo caſu competit ſibi, ſi non renuntiauit, vt d. auth præſente quo ſtante, tu excuſſis debitorem principalem, qui finaliter reperitur inhabilis, & nonſoluendo, quibus ſtantibus, creditor agit contra fideiuſſorem, & incœpto iudicio ſuperueniunt aliqua bona ipſi reo principali, vt puta per donationem, vel hæredis inſtitutionem, vel quia moritur aliquis ab inteſtato, cui ipſe debitor principalis ſucceſsit tanquam proximior, vel ex aliquo fortunæ curſu ſuperueniunt ſibi bona. iſto caſu poterit fideiuſſor cogere creditorem agentem contra ſe ad faciendum excuſſionem de nouo contra ipſum principalem debitorem: & idem erit in tertios poſſeſſores extraneos, contra quos ageretur per ipſum creditorem, ita ſing dixit Petr. & Cyn. in d auth, præſente. C. eo. In pe q æ & Bal. in l peremptorias C. ſententiam reſcin non poſ in vlt col. Bal & Pau. de Caſt. in l. fi. § 1. ſupra ſi cer pet. ita etiam firmauit Alex. in conſ. ſuo incip diſcuſſo: in p. col. in 5 col. vbi ſubdit, quod etiā plus dixit Ray. in d auth, præſente, & Iac. de Bal. in d l. fi §. 1. ff. ſi cer pet. videlicet quod etiam quando d. & boni ſuperuenienſſent principali debitori, lite iam conteſtata contra tertium poſſeſſorem, vel contra fideiuſſorem, quōdadhuc ipſe tertius poſſeſſor & pari ratione fideiuſſor, poterit iſtam exceptionem

25 excuſſionis opponere, † quia exceptio etiam dilatoria ſuperueniens reo lite conteſtata, prodeſt ipſi reo, allegat text. in l. ſi mulier diuerterit. ff. ſolut. matrim. & text. in l. ſi pecuniæ. §. fin. vt in poſ. leg. & l. penult. § fin. iuncta gloſ. ff de vac. mu. & l. fi. ff rerum amotarum, de quo ego latius dixi in conſilio meo 51. quod incipit, ſuper articulo. &c. & in 4 chart. circa medium

26 † Item etiam tene menti, quod facta excuſſione contra principalem debitorem, iudex debet pronunciare cauſam eſſe rectè f. ctam: alias non poterit deueniri contra extraneos poſſeſſores: ita dixit Bal. in l. tutores ſ prà de confirma. tutot.

† Modò vlterius progrediendo ſequitur videre de beneficio epiſtolæ Diui Adriani, in quo breuiter dicas, quod beneficium epiſtolæ diui Adriani eſt, quòd quamuis aliqui ſint inſolidum obligati, tamen per eius beneficium ſi omnes præſentes ſint etiam ſoluendo tempore litis conteſtatæ poſſunt poſtulare, vt diuidatur actio inter eos, & vnuſquiſque pro vi. li portione conueniatur: & niſi tali beneficio iuuarentur, poſſet creditor quem vellet inſolidum conuenire. Si ergò huic beneficio ſit renunciatum, poterit creditor quem voluerit inſolidum conuenire, de quo beneficio epiſtolæ diui Adriani habetur in l fin C. de conſti. pecu. & in tit. cod. de fi. Ieiuſſ § ſi plures, & in l inter fideiuſſores, infra in hoc tit. & per Spec. in tit. de renuncia. & concluſ. §. 1. vet. in primis, & ibi per Bald. in additio. In verſ. quatuor ſunt beneficia.

28 † Videndum eſt modo de beneficio cedendarum actionum, quod quidem eſt, videlicet quod fideiuſſores qui ſunt obligati in vna obligatione, poſſunt petere, quando adſtringuntur ſoluere ſibi cedi iura ab ipſo creditore contra alios fideiuſſores, alioquin niſi ſibi cedantur talia iura, poſſunt recuſare ſolutionem facere, de quo beneficio habetur in l fideiuſſoribus, infrà eo & in l. Modeſtinus, infrà de ſolut. & in l. Stichum ait Pamphilum. §. pe. eo. tit. & per Spec. in d. tit. de renun. & conclu. §. 1. ver. poſtremò dicendum, & per Bald. in d vet. quatuor ſunt beneficia, &c. Si tamen ipſe fideiuſſor huic beneficio renuntiauerit, poterit conueniri abſque eo, quod ſibi credantur iura,

29 ſecundum doct. in dictis locis. † Et tene tamen menti, quod renunciatio facta de hoc beneficio cedendarum, debet ſpecialiter, & expreſsè ad hoc fieri: vt ipſe fideiuſſor renuntians poſſit adſtringi ſine ceſſione: nec ſufficeret generalis renuntiatio omnium beneficiorum, facta à correis, ſeu à fideiuſſoribus: quia talis renuntiatio generalis omnium beneficiorum, facta à correis, vel fideiuſſoribus, non extenditur ad beneficium cedendarum actionum: ita dixit not. Bald. in l. ſi diuerſa. C. loca. quem refert, & ſequitur do Alex. in l. hi qui infrà eo. in ſuis apoſtil. ad Bar. & in l ſi ex duobus. § ſi à Titio ſuprà de duobus reis, idem firmat Lud Ro in conſ ſuo 471 incip io eo quod quæritur, circa medium: quod dicit probari quatuor rationib. Primò, quia generalis ademptio beneficiorum, non extenditur ad illud beneficium, quod quis habiturus eſt nuo ſtatim, ſed poſt alicuius conditionis ei adiectæ implementum. Caſum alleg quem dicit ſingularem, in l. Paul. §. Pomponius ff. de leg 3. ſed hoc beneficium cedendarum actionum competit correo, ſeu fideiuſſori ſub tacita conditione, ſi ſuluere ſolidum agenti paratus ſit: & ſic ex eius implemento dependet, vt l. Modeſtinus, infrà de ſolut. Secundò d. cit ipſe Ludo. quia generalis renuntiatio iurium ſeu adempcio, nunquam extenditur ad excluſionem illius iuris, quod habet ortum ex cauſa de futuro: quod patet, quia tunc incipit competere, cùm vnus ex correis, ſeu fideiuſſoribus inſolidum conuenitur, & inſolidum eſt pa-

30 ratus ſoluere: igitur, &c. † Tertiò, quia generalis renuntiatio exceptionum, nonquam intelligitur illam exceptionem excludere, quæ ortum habet ex facto aduerſarij agentis caſus eſt notab. ff de contrahend. emptio. l. qui officij. §. fin. & facit l. eum proponas. C. de nau. fœno.

31 † Quartò & vltimò dicit ipſe Ludo. Rom. ſi cauſa renuntiationis generalis adiunctæ renuntiationi ſpeciali, ſolùm ad eos caſus trahitur qui ſunt ſpecialiter expreſſi, ſimiles ſeu minores, non autem maiores, ſeu grauiores, vt expreſsè firmat Guil de Cu. cuius opinionem ſequuntur. canoniſtæ in c 1. de commod: quod hac ratione probatur, quia genus iunctum ſpeciei per copulatiuam coniunctionem, intelligitur ea ſolùm includere, quæ ſunt eiuſdem qualitatis, ſeu ſi-

32 milis ſpeciei, † cùm enim alternatiua ſolùm cadere videtur inter æquipollentia, vel parum diſtantia. vt probatur ff de vi tiiti leg. 1. fin. §. cui dulcia. & de penu. leg. 1. l. namque liquidè § ſi cui penus, & de rebus dubiis l. 11. de appella. l. 1. §. ſed non ſemper, iuncta glo. in verſ. ob aliam iuſtam cauſam, & gloſ in l. ſi fugitiui, in gloſ. ſuper vet. alia pœna, de ſeruis f. gitiuis, & de reſcript. c. ſedes, de procurat. clam non poteſt: ſed hoc beneficium cedendatum, maius eſt & grauius eſt omnibus his, quibus eſt ſpecificè renuntiatum, vt expreſ-

33 sè apparet: ergo & † ſubdit poſtea ipſe Ludouici Rom. ibi, quòd etiamſi eſſet iuratum ſuper tali renuntiatione generali, non extenditur tamen ad hoc beneficium cedendarum: quia ad illos ſolùm caſuum iuramentum refertur, ad quos refertur renuntiatio. & non vltra, allegat in arg l fin. qui ſatiſd. cogan l fin. C. de non num. pecu & l. fin. ad municipa & ita dicit tenere Bart. in d. § quæſitum, ita reſidet ipſe Ludou. Rom. in hoc paſſu in dicto conſilio ſuo: ex quibus omnibus apparet firma concluſio, quòd in generali renuntiatione omnium beneficiorum, non intelligitur eſſe renuntiatum beneficio cedendatum.

34 † Reſtat modò videre de beneficio nouæ conſtitutionis de duobus reis, de qua habetur in authent. ſed hoc ita. C. eo. quòd quidem beneficium fraterniz at cum

cum beneficio epiſtolæ diui Adriani: nam per tale beneficium ſubuenitur duobus reis debendi vel promittendi, vt poſſint poſtulare ſe non teneri, nec conueniri poſſe in ſolidum, ſed pro parte: ſed ſi renunciarent huic beneficio, poſſet creditor conuenire in ſolidum quem vellet: de quo per Spec. in tit. de renuntia. & conclu. in §. 5. verſ. ſicut videre, & per Bald. ibi in additio. in dicto verſ. quatuor beneficia.

35 † Reſtat modò vltimò loco videre de importantia clauſulæ, & omni alteri legum, & iuris auxilio pro ſe faciente, &c. in quo dicas, quòd hæc clauſula importat, quod ſi non eſſet aliter renunciatum, expreſsè tamen per dictam clauſulam intelligitur eſſe renunciatum omnibus exceptionibus in fauorem ipſius renunciantis facientibus: ita dixit Baldus in leg. 1. Cod. de conueniendis fiſci debito. lib. 10. circa 4. colum. & dn. Alex. in conſ. ſuo 11. incipi. viſo &c. in 1. vol. in 5. colum. & in conſ. 42. incip. ſuper præmiſſo in 11. col. in 1. volu. pro quibus faciunt, dicta per Paul. de Caſtr. in conſil. ſuo 72. incip. viſis, & facit text. in l. fin. iuncta doctrina Bart. in authent. matri, & auiæ Cod. quando mulier offic. tutel. fungi poteſt, de qua clauſula etiam vide Alex. in conſil. 376. incip. in cauſa executionis: & Ludouicum Rom. conſil. 551 incip. clariſſimè, vbi dicitur, quòd per dictam clauſulam intelligitur non ſolùm eſſe renunciatum auxilio iuris ciuilis, ſed etiam auxilio iuris municipalis: licet ſecus videretur: quia cum nominamus ius in dubio, de ciuili intelligimus, vt habetur inſtit. de iure naturali §. ſed quoties, cum multis ſi. de qua etiam clauſula vide Ludouic. Romanum, conſil. 472. incip. in eo quod quærit, circa medium, & Specula. in tit. de renun. & conclu. §. prim. in 13. colum. verſ. item generaliter, &c. dom. Franciſcum de Are. in conſ. 33. incip. conſultatio præmiſſa inquiunt. col Soc. in conſ. ſuo 514. incip. in cauſa Nofrij, &c. & dominum Philipp. Decium in conſ. ſuo 27. in fin. 1. col. & ibi in 1. col. ante medium.

36 † Modò viſis de iſtis beneficiis, quæro an valeat renunciatio ipſorum beneficiorum, quando renuncians neſcit talia beneficia ſibi competere: in quo dicas, quòd non: quia ſi aliqui, puta minores, mulieres ruſtici, vel ſimiles intercedunt pro alio, & neſcientes talia beneficia ſibi competere, illis renunciant: talis renunciatio nihil operatur: quia non videtur quis renunciaſſe iuri, quod ignorat ſibi competere, vt in l. mater decedens, ff. de inoffic. teſtam. & facit leg. fin. in argum. C. de furt. in §. ſin autem, &c. l. cum Aquiliana, & ibi doct. ff. de tranſact. & c. ad Apoſtolicam, de regula, ita tenet. Specul. in titul. de renunt. & conclu. §. 1. verſ. ceſſat autem. Hoſtien. in ſum. in tit. de fideiuſ. §. & ſi quis in verb. idem eſt & Ioan. Andr. in cap. 2. de pact. in 6. vbi dicit, † quod in qualibet renunciatione

37 requiritur certioratio, de quo etiam per domi. Franc. Aret. in conſil. 33. incip. conſultatio præmiſſa in 5. col. poſt me per Alex. & alios in leg. fin. § fin. ſuprà ad Velleia. & latiùs per Alex. & doct. in l. ſciendum, ſuprà de

38 verbor. obl. vbi etiam doct. tenent. † Idem etiam ſi in tali renunciatione interuenerit iuramentum: ſecus autem ſi fuerint certiorati, quia tunc renunciando obligantur, vt in dictis locis, & ideò mos eſt, quòd notarij certiorant contrahentes de beneficiis ſibi competentibus: & hoc atteſtantur in ipſis inſtrumentis: licèt fortè talis eorum atteſtatio non plenè probet dictam aſſertiorationem, vt pro docto. in d. l. ſciendum, & in aliis locis proximè alleg.

39 † Teneas tamen perpetuò no. cautelam ad faciendum corruere obligationem, ſeu inſtrumentum, vt facias, quod iudex interroget notarium, qui atteſtatur ſe certioraſſe partem, ſeu illum qui renunciauit beneficio, quid eſt illud beneficium, quod ipſe aſſerit certioraſſe partem: & hoc caſu, ſi ipſe notarius neſciat, non valebit tale inſtrumentum, nec talis obligatio: quia non poteſt certioraſſe partem de eo quod ignorat, & ſi pars non habuit notitiam, & non fuit certiorata de beneficio ſibi competenti, licèt eidem renunciauerit, tamen non valet renunciatio, vt dixi ſuprà, ergo corruet inſtrumentum, & obligatio: ita ſingulariter dicit. Albe. de Roſ. in leg. fin. §. fin. ſuprà ad Velleian. vbi refert hoc habuiſſe in facto, & practicaſſe, & obtinuiſſe. (Vide de Rochum. Cur. in c. fin. in 107. col. de conſue.) Quam doctrinam ſequitur ibi Raph. Fulg. & do. Alex. poſt eum ſubdens ipſe Alex. quod pro hac doctrina Alber. facit glo. in l. generali. C. de tab. lib. 10. dum quærit, an notarius debeat ſcire lege, poſtea ipſe do. Alex. ſed remitti ad dicta per eum. in l. ſciendum, ff. de verb. obl. & in d. l. ſciendum, in 8. col. Primò dicit, illud dictum Alb. perpetuò menti tenendum, poſtea mutat op. & dicit, quod contra hoc dictum, & hanc practicam. Albe. facit text. & doctrina Bar. ibi communiter approbata in l. ſi quis in graui. §. 1 ff. ad Syll. vbi Bar. concludit, quod ſi teſtis examinatus in cauſa depoſuit contra Titium, poſtea in articulo mortis dicit ſe depoſuiſſe falſum, vel iudex in articulo mortis, dicit ſe tuliſſe falſam ſententiam contra Titium, quod per hoc non infringitur, quod factum eſt, ita ergo videtur ſecundum eum in caſu Albe, quod non attendatur illa reſponſio notarij, in qua dicit ſe ignorare, quid ſit illud beneficium, & ſic ad refringendum inſtrumentum cum poſſet hoc malitiosè reſpondere, vt damnificaret partem, ex quibus dicit ibi do. Alex. quod in puncto iuris teneſet contra Albe.

Mihi autem videtur, quod opinio Alber. ſit verior, non obſtantibus dictis per do. Alex. nam illam doctrinam ibi ſequitur Raph. Fulgoſ. & pro ipſa facit gloſ. in d. l. generali. Cod. de tabula. lib. 10. quam alleg. pro illo dicto. Alber. do. Alexan. in d. § fin. & illam doctrinam ſequitur Alex. in apoſtillis, in d. l. generali. Cod. de tabul. lib. 10. item quia plures præſumptiones concurrunt pro iſta parte, quam pro contraria parte, concurrit enim præſumptio ignorantiæ, cum ſciret quid ſit beneficium Velleiani, eſt quid extrinſecum, & intrinſeca non præſumuntur, l. ex quacunque ſuprà de Public. cum ſi item hoc procedit maximè in hoc caſu, in quo eſt magis præſumenda ignorantia, quam ſcientia dicti beneficij Velleiani in notario: quia, vt communiter contingit, & experientia rerum magiſtra hoc docet, quod notarij vt plurimum ſunt ignorantes, & ſi reperitur vnus doctus, & expertus, reperiuntur vigintiquinque ignari & inexperti, nullam habentes notitiam ſimilium beneficiorum. Concurrit, & alia præſumptio, quod ſi ipſe notarius ſciret quid eſſet dictum beneficium & de hoc haberet doctrinam & intelligentiam, vellet fateri, & vellet oſtendere ſe ignorantem, & ſe vituperare, vt tertio complaceret: nam quilibet cupit melius ſibi, quam alteri: & prima charitas incipit à ſe ipſa. l. præſes, C. de ſeruitut. & aqua. quinimmò nedum homo oſtendit liberaliter ſcientiam ſuam, & illud quod ſcit verè, ſed multoties, oſtendit ſcire quod penitus ignorat, vt quotidie dignoſcitur. Ideo non eſt præſumendum, quod ipſe notarius aſſereret ſe neſcire, quid eſt illud beneficium Velleiani ſi illud ſciret, & ex iſtis præſumptionibus mihi videtur verior opinio Abb. & Fulgo.

Non obſtant modò adducta in contrarium per domi. Alex. & primò non obſtat dictum Bart. in dict. l. ſi quis in grauis. §. ſi quis moriens, quia reſpon. quod non eſt bona ſimilitudo, nec valet argum. in hoc caſu de teſte, & iudice ad notarium: quia in caſibus iſtis eſt magna differentia inter eos, quod patet, nam illud quod

aſſ:rit notarius in caſu Alber. non poteſt probari alio
medio, niſi ſolo dicto ipſius notarij, cum ſcientia vel
ignorantia alicuius rei in homine, ſtet in ſolo intelle-
ctu ipſius hominis,& per conſequens non poſſit aliter
40 probari, quam per dictum ipſius: quia † in his quæ
dependent ex animo alicuius, ſtatur dicto ſuo cum eius
iuramento, ſecundum gloſſ. in §. alien. inſtit. de actio.
quam alleg. & ſequitur Pet. de Anch. in conſil. ſuo 158.
in fi. incip. rationes quæ ſuperius, &c. & Aog in conſ.
ſuo 315. incipien. viſo dicto, teſtamento. in 2. colum.
circa fin. & facit gloſſ. in cap. ſi vero. el. 2. de ſenten.
excommu. & gloſ. in c. ſignificaſti. de homi. & tex. ne c.
lectum. 34. qu vlt. & in cap. innotuit. de elect. & in c.
paſtoralis, de except & facit gloſſ. in l. ſi cui. §. iiſdem.
ff. de accuſat. & gloſſ. in l. atqui natura. §. cum me ab-
ſente. ff. de nego. geſtis, & gloſſ. in leg. fin. in gloſſ. ma-
gna C. de anna. exception. gloſſ. in leg. §. bou interdi-
cto. ff. de itinere actuque priua. & faciunt dicta per
41 Bald. in l. Celſus, ſupra de vſucap. † Faciat etiam: nam
ſcientia vel ignorantia cum pendeat ea ſolo animo,
probatur per iuramentum eius, qui eam allegat, ſe-
cundum do. Anto. in cap. cum in tua, qui matrim. ac-
cuſa. poſſeſſ. & voluit gloſſ. in cap. quia humanis, 12.
quæſt. 1. gloſſ in cap. propoſuiſti 83 diſtinct. voluit Abb.
in cap. innotuit. in vltim. colum. de elect. & Abb. in
cap. 2. de conſtitut. vbi alleg. ad hoc plures gloſſ. &
Abb. in conſil. ſuo 55. incip. videtur primo, vlt. colum.
vbi ad hoc allego pro ſing gloſ. in dict. cap. propoſuiſti.
& hoc etiam voluit Oldrad. conſilio. 281. incipien. in
elect. nego. in 2. colum. vbi alleg hoc tenuiſſe Innoc.
in cap. illam, in vlt. colum. de elect. & ibi Hoſtiens &
Compoſtel. & in cap. cum dilect. de conuer. in gloſ.
magna. & voluit etiam Pett. de Anch. in dicto. conſil.
158. in fin. & in conſil. 173. incipien. dominus Laza-
rius, &c. in vltim columna & Cæpolla. in conſil 24. in-
cip. viſa accuſa. in pen. colum. vbi alleg. ad hoc l. Mar-
cellus, ff. rerum amot. l. præſenti. Cod. de his ad eccl.
confu. 1. de pug. cano. & dicit quod hoc tenuit. Angel.
42 in l. plagij, la. 2. ff de plagia. † ſed in caſu Bart. in dict.
§. ſi quis moriens, in teſte, & iudice eſt diuerſa ratio,
quia non ſtatur ſolo dicto teſtis, quod dixerit falſum
vel ſolo dicto iudicis, quod tulerit falſam ſententiam,
quia non ſtatur ſolo dicto ipſorum: ſed iſta poſſunt
aliter probari, nam in teſte poteſt probari per aliquos
conteſtes, vel per confeſſionem patris, vel aliter, & in
iudice poteſt probari de iuſtitia vel iniuſtitia ſenten-
tiæ inſpectione proceſſus, nimirum ergo, ſi non cre-
ditur eorum dicto, cum eius dictum (vt dixi) non fa-
ciat plenam probationem: ſecus autem eſt in notta-
rio, aſſerente ſe neſcire quod ſit beneficium Velleia-
ni, quia ſi dicat ſe illud neſcire, eius dictum facit ple-
nam fidem attento quod hoc dependente animo ſuo
ſolum, & alter non poteſt probari, vt dixi: & ſcientia
vel ignorantia probatur per dictum aſſerentis, vt ſa-
tis dictum eſt: reſpondeo, & aliter, non obſtare dictum
Bart. in §. ſi quis moriens, quia tale dictum teſtis vel
iudicis in articulo mortis, dicentis ſe falſum dixiſſe,
vel falſam ſententiam tuliſſet, non ſpernitur nec reſu-
tatur in totum, ſed facit iudicium contra eum, in cu-
ius fauorem teſtificatum eſt vel ſententiarum, ſecun-
dum Ange. ibi quod etiam approbat ibi Ludou. Rom.
dummodo talis teſtis vel iudex hoc deponant cum iu-
ramento, & idem videtur ſentire Bald. in auth. ſi dica-
tur, C. de teſti & in c. literas, in fin. de præſumpt. & in
c quoniam frequenter, vt lit. non conteſta. Præterea
ego ſi minimus ſim, attamen non habeo illud dictum
Bart. in d. §. ſi quis moriens, in totum pro verò, & ex-
pedito. Et ad hoc dicendum, non moueor ex certa vi-
ce mea, ſed moueor iuribus, & doctrinis notabilibus,
moueor enim primò ex gloſ. ſingul. & vnica apud om-
nes in l. 1. in gloſ. fin. circa medium, C de fal. cauſa ad-
iecta legato: quæ dixit, quod licet, confeſſus ſit habuiſ-
ſe, & recipiſſe pecuniam ab aliquo, poſſit infra bien-
nium opponere exceptionem non num. pec. l. in con-
tractibus, in prin. C. de non num. pec. cum ſimi. tamen
confitens in articulo mortis ſe habuiſſe, & recepiſſe
pecuniam ab aliquo ipſe nec eius hæres non poterit
opponere talem exceptionem: quia moriens non ex-
pectaba futuram numerationem, & illam gloſſ. ibi
multum commendat Bald. in 1. colum in fin. & illam
etiam pro ſingulari ad hoc allegauit ipſe Bald. in titul.
de pace Conſtant. in verſi. vaſalli noſtri. & Bald. in dict.
cap. literas de præſumpt. & illam ſequitur Alexand in
conſil. ſuo 45. incip. habita ſuprà his. in princ. 3. col. in
1. vol. Moueor. etiam ea doctrina Ang. in conſil. ſuo
5. incip. viſis inſtrumentis, & iuribus, in fin. vbi dixit,
quod confeſſio facta in extremo vitæ præiudicat, nec
præſumitur facta ſpe futuræ numerationis: ad hoc
etiam me mouet. nor. verbum do. Apr in c. ſi cautis, in
4. col. de fide. inſtr. vbi dixit, quod licet alias confeſſio
ſine cauſa non valeat l. 2. in §. circa ff. de dol. except.
fallit tamen, niſi ſit facta in mortis articulo: quia tunc
valebit nec poterit reuocari: & hoc per gl. prædictam,
& per gl. in l. 1. in fin. in ver. & per iudicem. ff de inter-
rog. actio quam ad hoc dixit ſingul. Bald. ſupra, in re-
pertorio de fide inſtr. in 3. cau. in 3. colum pro qua dicit
eſſe cauſam, & hoc voluit ibi Bald. in leg. ſicut infra de
repu. hære. & vbi facit ſecundum eum ibi text. in l. eum
pro quo ff. de in ius vocau. & dicta glo. in d. l. 1. de in-
terrog actio. alle & ſequitur du. Alexand. in conſil ſuo
13. incip. ex his quæ in themate. &c. in 4. col. in 1. volum.
& dicit, quod hoc ſentit gluſ. in c. fin. extra de confeſ.
& Cyn. in l. generaliter, Cod de non num. pecu. de quo
latius dixi in legendo in l. contrahitur, D. de pignor. &
in repe mea. l. fin. in 73. char. Cod. de probat. Ex iſtis
ergo apparet, quod creditur, & ſtatur confeſſioni ali-
cuius factæ in mortis articulo, & ſic contra dictum
Bart. in dict § ſi quis moriens, & licet iſta iura per me
adducta, loquantur ſolum quo ad præiudicium ipſius
confitentis, & non tertij: & illud dictum Bart. loqua-
tur quo ad præiudicium tertij, attamen fortè idem poſ-
ſet dici quo ad præiudicium tertij, cum talis in extre-
mo vitæ ſuæ confitens, præſumatur dicere veritatem:
nec præſumatur indebitè, & contra veritatem velle
43 obeſſe tertio, † quilibet enim præſumitur memor ſa-
lutis æternæ, l. fin. Cod. ad l. Iulian. repetun. c. ſancimus.
1. quæſt. 7 & maximè ille qui laborat in extremis, con-
tra quem non poteſt cadere aliqua præſumptio quod
mentiatur: quia ſi vnquam habeatur veritas ab homi-
44 ne, habetur quando eſt receſſurus ab hoc ſeculo: † &
ideò dixit Bald. in conſil. ſuo 25. incip. caſus, &c. in 2.
colum. in 1. volu. quod moriens non præſumitur men-
tiri. & ideò in inclyta ciuitate Mediolani viget quod-
dam decretum ducale, quo cauetur quod vltimæ con-
feſſioni reorum factæ, quando debent decapitari, &
ſunt ibi ante ſupplicium, vel ſuper furcis, ſtetur dicto
eorum circa delictum per eum commiſſum, ſcil. circa
ſocios vel auxiliantes vel mandantes vel aſſociantes
vel ſimiles: & illud ducale decretum vult, quod talis
vltima confeſſio rei, & vltimum dictum, habeatur pro
plena, & pleniſſima probatione, quod quidem ego plu-
ries vidi practicari in dicta ciuitate Mediolani, dum
moram traherem cum illuſtriſſimo Duce Ioanne Ga-
leatio, tunc Duce Mediolani, quod decretum profectò
habet rationem in ſe: quia conſtitutus in vltimo vitæ
ſuæ, cognoſcens de proximo animam debere ſeparari
à corpore, non præſumitur aliqua præſumptione pecc-
care, & mentiri.

Reſpondeo,

Reſpondeo, & aliter, quod dictum Bartol. in d.§. ſi
quis moriens non debet obſtare doctrinæ Alber. quia
45 † dicta doctorum ſunt intelligenda ſecundum leges
quas allegant, ſecundum Bart. in leg. non ſolum, §.ſi
liberationis, ff. de liberatio. leg. & Ludou.Roman. in
repe.rubr. D. de arbi. in 7. char. in 3. colum. in fin. ſed
Bart.pro dicto ſuo alleg. text. ibi in dict.§. ſi quis mo-
riens. qui tex. nihil obſtat dicto Albet. quia loquitur
in cauſa criminali, videlicet vt non credatur domino
aſſerenti ſe vulneratum à ſeruo. quod profectò ratio-
nabile eſt, quia in cauſis criminalibus probationes
debent eſſe luce clariores l.fin.Cod. de prob. item quia
eſſe vnicus teſtis, ergo non probaret etiam in cauſa
ciuili. l. vbi numerus, ſupra de teſtib. cum vulg. Item
quia in cauſa propria: ergo propter iſta non creditur
domino in dicto caſu: ſed iſta ceſſant in caſu Alb.quia
ſumus in cauſa ciuili. item quia ipſe notarius hoc aſ-
ſerendo, facit plenam probationem, vt dixi: item nec
deponit in cauſa propria, ergo ille text. nec doctrina
Bartol.ibi habent obſtare dicto Alberi. in dict.leg.fin §.
fi. ſupra ad Velleian. & ideò ex iſtis fortè dictum Bart.
& ſequacium non eſt verum, & ideò ego intelligerem
illud dictum Bart. in moriente, qui non eſſet compos
mentis, ſed vacillaret, vt communiter accidit in mori-
turis de proximo: ſecus autem crederem, in morituris
de proximo, qui fruuntur intellectu, & vera cognitio-
ne, &c.

Non obſtat modo illud, quod vltimo loco allegat
dict.Alex contra doctrinam Alb. in dicta leg. fin.§.nn.
videlicet quod non creditur notario reſpondenti ſe
neſcire quid ſit beneficium Velleiani: quia poſſet hoc
malitiosè aſſerere, & dicere, quod damnificaret par-
tem, &c. quia ad hoc eſt facilis reſponſio, quæ eſt, pro
hoc non præſumitur eſſe nec fieri ab ipſo notario,
46 † cum quælibet præſumatur bonus, & fidelis, leg.non
omnis,§.à Barbatis D.de re milit.l.meritò. D. pro ſo-
47 cio.cum vulg. † & ibi poteſt capi duplex intellectus,
& capiendo vnum quis dicitur delinquere, & capien-
do alium non dicitur delinquere: tunc ſemper in du-
bio ſumitur intellectus, per quem quis non dicatur
delinquere: ita optimè probat doctrina Bart. in leg non
ſolum, §.ſed ſi cum poſſet,alias, §.ſed vt probari. D.de
ope.nou.nun.quam doctrinam refert, & ſequitur Abb.
in c.auditis de præſcript.in antepe.col.& Ludou.Rom.
in conſil. ſuo 113. incip.pro deciſione, &c. vbi alleg.
etiam nota.per Bald.in l.matrem.Cod.de probation.&
per eundem in l.eum actum, Cod.de neg.geſt.pro quo
faciunt dicta per Bart.in l.2.in fi.D.de duob.reis,vbi di-
xit, quod ſi accuſatus eſt Titius, quod cognouit car-
naliter Bertam per vim quod hoc dicunt teſtes, quod
debet intelligi, quod ipſe Titius eſt paſſus vim ab ipſa,
48 vt excludatur dolus, & delictum. † Et faciunt dicta
per Bart.in l. verum D.de fur.vbi dicit, quod ſi duo fe-
cerunt pacem inſimul, & promiſerunt ſe non offende-
re ſub pœna, modò vnus adulterat vxorem alterius,
an cadat in pœnam? decidit ibi Bart. quod non: quia
debemus potius præſumere, quod hoc fecerit libidinis
cauſa, quam cauſa iniuriandi illum, & hoc, vt euitetur
delictum: pro quo facit, quod voluit Inno.in c. ad au-
49 dientiam de homi.† Et adduci poteſt gloſ.ſingul. apud
omnes in c.cleri.81.diſtin. quæ dixit, quod ſi duo teſtes
clerici teſtificantur me deliquiſſe in hoc loco, hac ho-
ra: duo alij teſtes laici teſtificantur contrarium,ſcilicet
me non deliquiſſe in dicto loco illa hora: quod hoc
caſu credetur teſtibus laicis deponentibus me non de-
liquiſſe, licèt clerici digniores ſint laicis, vt habetur
in c.denique.4.diſtinct. & in c. duo ſunt genera.12.qu.
.& habetur in c.cum ex iniuncto. de hæret. & in c.ſa-
cerdotibus, 11. qu. 1. & dignioribus ſtandum eſſet c. in

noſtra de teſti.l.ob carmen, D.eod.de teſti. cum ſim. &
illam gloſſ. in d.c.clerici. dixit ſing. Ludou.Roman. in
conſil. 241. incip. ſpectabiles domini collaterales, in
50 1.col. † pro quibus facit. nam ſemper in dubio debe-
mus in benigniorem partem inclinare. leg. ſemper in
obſcuris, D.de reg.iur.l.Arrianus, D. de action.& obl.
51 l.abſentem, D.de pe.cum ſi. † Et pro iſtis etiam addu-
ci poteſt tex.non quam ibi doct.dicunt ſing.in l.miles,
§.defuncto D. de adult. vbi habetur, quod filius natus
ex meretrice maritata, præſumitur eſſe mariti, & non
adulteri, vt euitetur delictum: licèt poſſet eſſe tam a-
dulteri quam mariti: quem tex.ad hoc alleg. domi.Alex.
in conſil. ſuo 37. incipien. in caſa mota. in 5. col. circa
medium in 1. volum.facit etiam gloſſ.in c. paſtoralis,in
52 verbo,exonerare. de offi.deleg. † Et adduci etiam po-
teſt tex.& glo.ſingul.in c. ſuper literis de reſcrip. quæ
dixit, quod licet quis ſuggeſſerit falſam interpretatio-
nem reſcripti, quod non præſumitur,quod fecerit hoc
53 per dolum, ſed per ſimplicitatem. † Et facit gloſ. &
quod ibi dixit Angel.in l.ex conſenſu.D.de appel. quæ
voluit quod quælibet cauſa colorata excuſet à dolo,
licet ſit fatua, & idem voluit gloſſ. in l. 1. D. de eo per
quem factum erit.& gloſſ. in l.1. ſi quis ius di. non ob
54 tempe.† & facit gloſ. in cap. cum venerabilis extra de
conſue. quæ dixit, quod conſuetudo etiam iniqua, ex-
55 cuſat à delicto.† Et faciunt dicta per domi. Alexand. in
conſil.ſuo 60. incipien. viſo proceſſu. in 2.colum. in 1.
vol. vbi dixit, quod vbi verba poſſunt trahi ad falſum
& non falſum, ſit interpretatio quod non contineant
falſum, ita dicit voluiſſe gloſ.in l.iuriſgentium, §.quod
ferè in verſicul. approbetur D. de pact. quam ibi pon-
derant doctor.ſecundum eum: & Bald in l.Imperator,
D. de ſtat.homi. & Salic.in l.de tutela. C. de in integ.re-
ſtit min.

56 † Et facit no. verbum Bartol. quod ſuperioribus an-
nis habui in facto apud damnum in.l.quoties,§ per an-
nis habui in facto apud Ianuam, in l. quoties,§.1. per il-
lum,ff.de hæred.inſti.vbi dixit,quod ſi reperiatur quod
notarius aliter ſcripſerit, quam dictum fuerit à parti-
bus tempore actus geſti, quod præſumitur potius per
errorem, quam per dolum, & quod notarius excuſa-
tur à falſo, quod committi non poteſt ſine dolo. l. nec
exemplum, C de falſ quod dictum refert, & ſequitur
do Alex.in conſil.74.in 3.char.in 1.colum.in 1.volum.
57 † Et faciunt optimè dicta per Bart. in conſil. ſuo 108.
incip.in q. vertente inter dominum, N.& S. vbi dixit,
quod quando aliquod verbum profertur ab aliquo
contra aliquem, quod poteſt ſonare in iniuriam,& non
in iniuriam, quod accipiendum eſt in mitiorem par-
tem, videlicet quod non ſonat in iniuriam,per leg.ſi de
58 interpel.D. de pen. † Et facit quod dixit Ang. in tract.
malefi.in verb.falſario in primis verbis,vbi dixit, quod
à dolo quis excuſatur quibuſcunque excuſationibus
vel præſumptionibus etiam iniuſtis, alleg. leg.igitur,§.
1.D. de libe.cauſa & §.1. in fin. & ibi Bartol.D. de abi-
ge.alleg.etiam dictum Bart. in d.l.quoties, §.1. & eum
ſequitur,& ſubdit quod Bald.in l.1.Cod.de ſacroſanct.
eccleſ dicit,quod quotieſcunque vnum verbum poteſt
importare falſitatem, & non falſitatem: facimus con-
iecturam, quod falſitatem non importet: pro quo ſecun-
dum eum faciunt dicta per Bald. in l.errore. C. de teſt.
59 alia etiam alleg. de quibus ibi per eum † ad prædicta
etiam facit gloſſ. in c. ne quis arbitretur, 22. quæſt. 2.
quæ dixit, quod verba impropriantur, vt quis dicatur
bonus,& facit gloſ. in c.nauiganti. extra de vſuris, quæ
dixit, quòd in dubio quis non præſumitur vſurarius,
& facit gloſ.in cap.accedens, de crimin.fal.quæ dixit,
quòd in dubio quis non præſumitur falſarius: & facit
no.dictum Bald.in cap.in præſentia.in 4.colum.verſic.

60 pone quidam, extra de probat. † Et facit gloſ. in c. ab-
ſit. 11. quæſt. 3. quæ dixit, quòd ſi clericus oſculatur
mulierem, præſumitur cauſa benedictionis hoc face-
re, quam gloſſ. ad hoc refert Angelus de Aret. in tra-
ctatu maleficio. in verbo, *Che hai adulterata à la mia*
donna, verſi.an patri liceat: vbi iocosè ſubdit, quòd à
61 tali benedictione clericorum liberet nos Deus. † Et
vltra prædicta adduci poteſt gloſ. in l. 2. §. ignominio-
ſa.in ver.cur miles,ff.de his qui not. infamia, quæ di-
xit, quòd in dubio miles non videtur remiſſus à mali-
tia propter dolum, & faciunt optimè dicta per me io
repe.mea.l.fin.Cod. de proba.in l.char. vbi io materia
iſta cumulaui pluſquam centum iura, & doctrinas, &
loquutus ſum nedum ad ſaturitatem, ſed potius ad fa-
ſtidium in hac materia.

Et ex iſtis ſatis liquidè conſtat, quòd non ob illud,
quod vltimò loco adduxit d. Alexand. contra dictum
Albericus in dicta leg. ſciendum, in quantum dixit,
quòd notarius dicens ſe neſcire, quid ſit beneficium
Velleiani, iſtud diceret fraudulenter, ſeu malitiosè,
vt damnificaret partem: quia iſtud in dubio non præ-
ſumitur: imò magis præſumitur contrarium per ſu-
pradicta: & ſic modò ex iſtis omnibus ſupradictis ſi-
mul coniunctis videtur mihi, quod doctrina Alberic.
de Roſa. in dict leg.fin.§. fin. ff. ad Velleian. ſit verior
& ſuſtentabilior, quam opin. dict. Alexand. in dicta
l. ſciendum, quæ omnia tene menti, quia ſunt noua,
nec ab aliquo ſcribente dicta vſque ad præſentem
diem: & vide in materia doctrinæ Alber. Cæpolla.
ideſt cautel.196.incipien.notarius, &c.& ibi in cautela
ſequen.

62 † Modò reuertendo ad materiam rubricæ noſtræ,
quæro primo: fideiuſſor conſtituit ſe principalem de-
bitorem, an hoc caſu poterit priuſquam principalis
conueniri, in quo dicas, quòd non, nam certum eſt,
eum pro alio interuenire, & origo inſpicienda eſt ita
not. Azo. in ſumma de fideiuſſ. & Specul. in titul. de
renuncia. & concluſio. §. 1. verſ. ſed ſi fideiuſſor. alleg.
in argument.leg.qui id quod.ff. de donation. & l. ſi fi-
lius, ſupra ad Macedonia. & idem tenet Petr. de An-
cha.in cap accedens, extra. de procu. & Bar.in rub. ſu-
pra iudi.ſolui.in vltim.colum. pro quibus faciunt dicta
per Cyn.& Bald.in l.1. Cod.de ſatiſda. ſed mihi videtur
quod hæc doctorum deciſio non poſſit procedere, ſiue
loquamur de æquitate, ſiue loquamur de rigore iuris:
nam ſi loquimur de æquitate, poterit conueniri prius-
quam principalis nedum hoc caſu, quando conſtituit
ſe principalem debitorem: ſed ſi eſſet ſimplex fideiuſ-
ſor, etiamſi non renuntiaſſet beneficio de fideiuſſori-
bus, vt ſatis latè dictum, & oſtenſum eſt ſuprà in 5.
colum.in 7. fallen.dum tractaui quando agitur de æqui-
tate,& bona fide,quod tunc fideiuſſor non habet bene-
ficium excuſſionis, &c. quod non repeto, ne replicem
idem per idem, ſi autem loquimur de rigore iuris,idem
videtur dicendum, quod ipſe fideiuſſor qui conſtituit
ſe principalem debitorem, poterit conueniri ante-
quam principales: quia ſi aliter diceremus,ſequeretur,
quòd iſta conſtitutio de debitore principali, facta per
ipſum fideiuſſorem, nihil operaretur, ſed ſuperfluo eſ-
ſet dicta, & appoſita in contractu, quod non eſt di-
cendum.iuxta ea quæ habentur in l. ampliorem, §. in
refutatoriis, C.de appoſt.& in §.quibus, in 1.conſt,C.&
in c.ſolitæ, de maior. & obe.cum ſi ſequeretur etiam,
quòd non eſſet differentia, quando quis obligat ſe tan-
quam principalem debitorem, & quando ſe obligat
tanquam ſimplicem fideiuſſorem, quod non eſt dicen-
dum: ſi enim idem eſſent, cur diuerſis nominibus nun-
cuparentur? iuxta l.fin.C. de codic.

Nec obſt. ratio allegata per Specul. & aliud videli-
cet,quòd origo eſt inſpicienda: quia reſpondeo, quòd
hoc eſſet verum, niſi poſt originem ſequeretur aliud
idem importans, quod ipſa origo, nam cum iſta duo
ſint paria, non debet attendi origo, quia ſubſequens
63 parificatur cum ipſa origine pro quo facit, † nam ha-
bemus regulam,quod acceſſorium ſequitur principale
c.acceſſorium, de regul.iur. in 6.l.fin.C.de non numer.
pecun.l.fin.ff. de conſtit. princ. cum vul. & attenditur
quod principaliter agitur,leg.ſi quis nec cauſam, ſuprà
ſi cer. pet. attamen ſi ſuperuenit acceſſorium æquè vel
magis potens principali, attenditur ipſum acceſſo-
rium relicto principali,quod eſt originarium: hoc pa-
tet pluribus modis:primò,in iuramento: nam ſi factus
eſt contractus de ſui natura nullus,vel ex prohibitione
legis, vel ex aliqua alia cauſa, & ſuper eo interpona-
tur iuramentum,quod eſt acceſſorium,validabitur ipſe
contractus: & non attendetur origo, & eſſe ſeu natura
ipſius contractus, ſed attendetur acceſſorium: & ſic
iuramentum hoc patet in pluribus locis: patet. n. in c.
cùm contingat.de iureiur.in c.licet mulieres, eo titul.
in 6. in c. 2. de pact. eod. lib. in auth.ſacramenta pube-
rum,C.ſi aduer.ven.habetur, in leg. ſi quis maior.C.de
tranſact.in l.2.C.de reſcind.vend. & in aliis locis, quæ
breuitatis cauſa omitto. Facit etiam, nam ſicut verba
teſtatoris, & priuilegiorum in dubio ſunt intelligenda,
vt nihil ſit in eis ſuperfluum: vt leg.ſi quando.de legat.
1 & in c. ſi Papa de priuil. lib. 6. ita verba contrahen-
tium debent ſic intelligi, vt in dubio non ſint ſuper-
flua, ſed aliquid importent. l.ſi ſtipulatus,in prin. cum
glo.ſua ff.de vſur.gloſſ. ordinaria eſt in l. 1. ff. de petic.
& commo.re.vend & no.in lib.1.C. de pact.pignor. &
voluit Are.in conſ. ſuo 149. incip.paucis, &c. in 2.col.
64 † Et ideò dixit no.Bald.in rub, C. de contrah.empt. in
9 q.quod vnum quodque verbum eſſet minimum,ap-
poſitum in contractu, ſeu inſtrumento, debet aliquid
operari:quod dictum refert & ſequitur d. Alex.in conſ.
ſuo 151.incip.viſo themat.in 2.col. in 2.vol & in conſ.
157.incip.in cauſa,& lite.in 1.col.in eo.vol. & in conſ.
133.incip.ſuper quæſitis, in fin.in 5.vol. & in conſil.68.
incip.viſis,& opportunè,circa me.in 5. vol. & Ioan.de
Ana.in conſil ſuo 98. incip. viſis; &c. & idem voluit
Barb.in rub.de reſcript.in pe. char.in vlt.colum.& in c.
ſedes Apoſtolica.in 7.char.eod. tit. Modò in caſu no-
ſtro ſi diceremus, quod ille qui conſtituit ſe principa-
lem debitorem, non poſſit principaliter conueniri,
omiſſo principali debitore ſequeretur, quòd illa con-
ſtitutio principalis oblationis, quam fecit iſte fideiuſ-
ſor, nihil operaretur: quod non eſt dicendum per
prædicta: & ſic ex omnibus iſtis dico, quod fideiuſſor
qui conſtituit ſe principalem debitorem, poterit tan-
quam principalis debitor conueniri principaliter,
omiſſo ipſo principali debitore, ſiue loquamur de bo-
na fide,& æquitate,ſiue loquamur de rigore iuris, non
obſtantibus dictis à Specul. & ſequentibus in locis
prædictis.

65 Vlterius, antequam intrem alias quæſt. aduertas ad
vnum,quod nolo omittere in hac rubri.videlicet,quid
ſi plures rei debendi conſtituerentur apud aliquem
pro mutuo pecuniæ, vel alterius rei, licèt habeant be-
neficium de duobus reis, &c. attamen ſi in rei verita-
te ad vnum eorum tantum peruenit pecunia, vel res
mutuata ille talis eſt principalis obligatus: alij autem
habentur loco fideiuſſorum, & fideiuſſorum benefi-
cio gaudent, ita ſingul dixit Guliel. de Cug. in leg. ſed
Iulianus, §. item ait, ſi duos, per illum text. ff. ad Ma-
ced.quod dictum pro valdè not.refert, & ſequitur Lu-
do. Rom. in conſ.ſuo 114. incip. viſis ſuprà conſultis,
&c.in princ.& idem firmat do. Alexan.in l.Marcellus,
infra eod. & Ioan. de Ana. in conſil. ſuo 60. incipi. in
quæſt.

quæſt.iſta, &c. de quo dixi in ſingul. meis ſingul.2.vbi videas. (Vide ad prædicta omnia Flo. in l.nullius, poſt princ.ff.de teſt.& vide infrà in 85.colum.verſic.57.) Et pro hoc dicto facit,nam in caſibus in quibus fideiuſſor non habet beneficium excuſſionis, tunc ſi ipſe fideiuſſor doceat principalem condebitorem emolumentum negotij eſſe conſequutum, tunc dicere poterit, Excutias primo debitorem principalem ſumptibus meis: & hoc caſu facta tali obligatione tenebitur creditor excutere primò principalem debitorem antequam fideiuſſorem: ita probat tex. & ibi Batt. & latius Paul. de Caſtr.in l.vnde quæritur,in princ.ſupra,commo. & hoc etiam deciditur ex his quæ not. Batt. in l. in duobus,§.1.poſt me.ver. quæro. pone ad vnum ex correis, ff.de duob.reis, & pro hoc eſt bonus text. in leg. cum plures,§.veſtimenta ff. loca. & facit text.in l. ſi vt certo.§. nunc videndum, el. 2. in verſic. ſumptus: ſupra commo.

66 Modò ingrediendo quæſtiones, quæro ſecundò, vtrum recipiens fideiuſſorem minus idoneum, videatur eum approbaſſe, adeo quod non poſſit petere vlterius ſibi caueri: in quo dico, quod ſic, quod ſibi præiudicat, & quod videtur eum approbaſſe: nec propter hoc poterit petere iterum ſibi caueri: ita probat text. in l.qui ſatiſdare, quæ eſt l.3. infrà eod. in §.fin. & in l. inter cauſas, in §. abeſſe ſuprà mandá. & tex. in l. ſi is à quo.7.fin.ſuprà vt in poſſ. leg. idem tenet Alexand in conſil. ſuo 60. incip. conſideratis, in 1. colum. (Et in conſilio. 33. incip. conſideratis in 1. colum. in 7. volum.) Pro quo facit, quod dicit Ioan.de Ana. in c. intelleximus, in 11.colum.de adult.in ver. nec ob ſi dicatur, vbi dixit, quod actor prouocans reum inhabilem ad iudicium, videtur eum habilem ad litigandum reputare, adeo quod non poterit poſtea eius perſonam

67 impugnare. † Idem etiam firmat Ludouicus Rom. in repe.rub.ff.de arbi.in 9.char.in fin.3.col. verſic.an ſicut, &c. niſi ſecundum eum ibi in citatione ſit appoſita clauſula, compareas, ſi tua putaueris intereſſe: quia per talem clauſulam, inhabilis citatus,non videtur habilitari, alleg. ad hoc doctrinam Bald.in leg.libertus à patro.ſuprà de in ius vocan. & voluit etiam Bald. in l. fin.C.de edict. diui. Adrian. tol. & in l.ſi ſuſpect. ff. de inoffic.teſtament.& Lud.Roman.in leg. de pupillo in princip. ff.de ope. noui. nuntiat. & Cæpol. in cautel.

68 205.incip. ſi facis. † Item pro prædictis facit quod dicit Alexan.in conſil.141.incip. viſo proceſſu, circa fin. vbi dixit, quod ille qui contrahit, vel compromittit cum aliquo, videtur eum approbare pro idoneo, allegat.l.qui cum alieno ff.de reg.iur.& dict. l 3. infrà eod. & d.l.inter cauſas, §. abeſſe. & facit etiam quod voluit Bald.in l.ſi quis teſtibus,Cod. de teſtib. vbi dixit quod ſi produxi inſtrumentum manu cuiuſdam notarij, aliàs inhabilis, videor eum approbare, adeo quod ſi poſtea contra me producatur aliud inſtrumentum manu eiuſdem notarij,non potero illum notarium,vt inhabilem repellere, ex quo ſemel videor ipſum approbaſſe: & facit dictus Bald. quem ibi ſequitur Ioan. de Imol.in l.qui teſtamento. ff.de teſtam.vbi dicit, quod ſi approbaui perſonam legatarij in fauorem teſtamenti,in quo ſum hæres inſtitutus,non poſſum poſtea eum

69 repellere, ſi voluerit deponere pro ſuo legato. † Ad quod facit dictus Bald. in l.data opera in 15. volum.C. qui accuſa. non poſſ. vbi dixit, quod ſi feci citare aliquem in teſtem in iudicio, amplius eius perſonam non potero tempore quod etiam voluit Bald. & Imol. in

70 l.ad teſtium § conditionem, ff.de teſta. † Et facit quod voluit Bald.in l.s.in 15.colum.C.de edict.diui.vbi dixit, quod ille qui facit citari aduerſarium, ſuum ad iudicium, videtur eius perſonam approbare adeo, quod non poteſt poſtea illum improbare:& idem dixit Batt. in l.cum mulier.in 2.col ff.ſol mat.Batt. in l. de pupil. §. ſeruo.ff.de oper. noui nun & Bald.in dict.l.cum mulier.in 10.colum & Bald.in l.2.circa fin.C.de pactis, & Bald.in l.1 § Officiis, ff.ne quis eum qui in ius voca. & Bald.in leg ob maritorum, C. ne vxor pro marit. & Bald.in l.quinquaginta ff. de excuſation tutor. Bald. & Angel.in leg. ſi ſuſpecta de inofficioſo teſtamen. Bal. in c.cum inter.in 3.colum.de elect.Bald. in cap. teſtimonium,in fin de teſtib Bald. in c.in nomine Domini. & in cap.de teſti.et d.tit.Ang.in leg.fin ta.§. ad defendendum,ff.de procur Ioan.de Ana in d.c. intelleximus, de adult.in 11.col. & Inn.in c.cum inter. de excep. quem ſequitur ibi.d.An & idem tenent doctor. in l.1. §. cum dicitur & in §.hæc ſtipulatio.ff. ſi cui pluſquam per leg. Falcid.& d.Ang.in c.exhibita.in anteþen.col.de iudic: ita etiam firmat Cæpola in cautela ſua 205.incip. ſi facis, vbi ſingulariter loquitur.

71 † Iſtis etiam addi poteſt theorica Batt. in leg.creditoris, in ſua repeti.C.de pign.& Bald.in l.1 C. de ſerui. & aqua.vbi dixerunt, quod ſi vendo tibi domum cum hoc, quod ſi infra annum non ſolueris mihi pretium, licitum mihi ſit propria authoritate ingredi fundum tuum, ſi labitur annus, non ſit ſoluta talis pecunia, & ego accedam ad iudicem, & petam quod mihi det licentiam, & authoritatem intrandi fundum tuum pro ſatisfactione pecuniæ meæ: quod ſi iudex recuſat dare mihi talem licentiam, non potero poſtea ingredi propria authoritate abſque pœna, quia mihi imputetur, ſi poteram ingredi propria authoritate, & acceſſi ad iudicem pro licentia: ideò hanc viam quam mihi elegi debet pati,leg.mulier §.fin.ff quod metus cauſa, pro quibus etiam faciunt dicta per Bald.in leg.tale pactum,in §.qui prouocauit,in 10.colum.ſupra de pactis:

72 † Et pro iſtis facit quod voluit Ang. de Aretin. in lib. maleficio.in ver.de anno præſenti. in ver. ſecundo quæro,&c.vbi dicit,quod licet dies de neceſſitate in libello criminali non ſit apponendus per leg. libellorum, ff. de accuſ. nihilominus ſi per accuſatorem apponatur, & non probetur de ipſo die, licet omnia alia probentur, tamen reus non debent abſolui: imputet hoc ſibi accuſator, ſi poſtea non probat. allegat.leg. habet.ff.de iuſto. Et ex iſtis ſatis conſtat in propoſito quæſtionis noſtræ, quod ille qui recipit fideiuſſorem minus idoneum, videtur eum approbare: nec poteſt ſe conqueri de hoc, quia eſt ſibi imputandum per prædicta.

73 † Sed quæri poteſt tertiò, vtrum ipſe qui talem fideiuſſorem recipit, poſſit dicere quod ignorauit illum non eſſe idoneum: ideò petit ſibi de nouo caueri: in quo dicas, quod ſic, quod talis creditor hoc poteſt dicere, & petere ſecundum gloſſam in l. quis ſtipulatus ſit Stichum aut Pamphilum. §. fin. ſuprà de verborum obligation. qui probat,quod receptio fideiuſſoris non idonei ignoranter facta à creditore, ſibi non præiudicat ab idem gloſ.in d. l. inter cauſas, in §. abeſſe ſuprà manda. in dicta l. ſi is à quo §. fin. pro quibus gloſ. facit. l. promittendo. §. ſi à debitore, ff. de iure. do. ſed dominus Alexander in hoc dubio in conſilio ſuo 60. incipien.conſideratis præallegato, int.colum. in §.volum.tenet contrarium: & hoc quia ille qui accepit dictum fideiuſſorem, præſumitur habuiſſe ſcientiam conditionis ſuæ: nam ille qui cum aliquo contrahit, præſumitur ſcire vel ſcire debet conditionem ſuam l.qui cum aliquo. ff. de regul. iur. cum ſimilib. ibi allegat. & paria enim ſunt, ſcire vel ſcire debere, leg.quod te.ff. ſi cert.pet.l.ſcirè,in princ.infrà de verb. ſignific.l. ſi Titius, infrà eod.ſubdit ibi ipſe d Alexan.quod ſi talis creditor vult dicere, neſciuiſſe illum fideiuſſorem non

Hippol.de Marſilijs. Nu 3

eſſe idoneum, & petere quod debitos de nono ſatiſdet erit ſibi neceſſe probare, quod ille fideiuſſor non idoneus communi opinione reputabatur idoneus, diues, & ſoluendo ad hoc, vt ipſe qui eum accepit, excuſetur, alleg. l. 3. ff. ad Macedon. an. & l. miles. §. mulier. ff. de adulter. l. Barbarius fil. ff. de offic. prætor. vel eſſet opus ipſi creditori probare quod debitor ſibi affirmaſſet, quod dictus fideiuſſor erat ſoluendo, per dict. l. ſi Titius, infrà eod. ita eſt de mente Ang. in l. 1. ſuprà, ſi quis in ius voc. non ie. & ibi hoc clarius ponit Paul. de Caſtr. ita etiam tenet Paul. de Caſtrenſ. in dict. l. qui ſatiſdare infrà eod. vbi dicit, quod ſi quis recipit fideiuſſorem non idoneum facultatibus ignoranter, non tamen per hoc poterit petere iterato alium fideiuſſorem idoneum ſibi præſtari, nec etiam intereſſe aliquod ſibi dari, niſi interuenerit dolus debitoris præſtantis fideiuſſorem, qui affirmauerit illum eſſe idoneum, vel niſi iuſtiſſima ignorantia recipientis interuenerit: vt puta quia communiter reputatur idoneus ipſe fideiuſſor, aliàs imputet ſibi creditor qui accepit talem fideiuſsorem, quare non explorauit eius conditionem: & ita dicit de facto ſeruari: ideò dicit, quod per communitates ſolent deputari quidam approbatores fideiuſſorum, qui approbant fideiuſſores ſuo periculo: ita dicit Alexand. in dict. conſil. ſuo 60. incip. conſideratis, &c. in 5. volum & ibi etiam reſpondet ad gloſ. ſuperius alleg. contrarium innuentes, videlicet ad gloſ. in d. l. ſi quis ſtipulatus ſit. Stichum, §. fin. cum aliis præalleg. quod verum eſt, quod creditor recipit ignoranter fideiuſſorem non idoneum facultatibus ſibi non præiudicat, ſcilicet quantum ad hoc, quia poteſt agere ad intereſſe contra illum qui tenebatur præſtare fideiuſsorem: videlicet quanti ſua interſit, præſtitum non eſſe fideiuſſorem idoneum: ita ſecundom eum loquitur text. & gl. in d. l. ſi quis ſtipulatus, §. ſed ad fideiuſſorem nouum idoneum præſtandum agere non poteſt creditor: vt in d. l. 3. in fin. infrà cod. & ſubdit ipſe Alex. quod hanc opin. ſequitur Bart. & Ang. in d. l. 3. & Paul. de Caſtr. ibi. & reprobat ipſe Alex. opin. ſeu reſponſionem contrariam datam ſibi à Ioan. de Imo. ita reſidet d. Alex. in d. conſ. ſuo 60. & in l. ſi cum dotem, in § ſi mulier. ff ſolut. matr.

74 † Quæro quartò vlterius ſubſequenter: pone, datus eſt fideiuſsor idoneus à debitore ipſi creditori, qui eſt diues, & ſoluendo, ſed ex poſt efficitur inhabilis, pauper, inops. & non ſoluendo: vtrum hoc caſu creditor poſſit cogere debitorem ad præſtandum iterum alium fideiuſsorem idoneum: in quo dicas, diſtinguendo, quòd aut quis tenebatur ſatiſdare officio iudicis, aut ex conuentione partium, & ſic aut ſatiſdatio eſt prætoris, aut conuentionalis: primo caſu ſi datus ſit fideiuſsor idoneus, qui poſteà efficiatur inops: poteſt debitur iterum cogi ad ſatiſdandum, & præſtandum nouum fideiuſsorem idoneum, & habetur in l. prætoriæ, la 2. infra de prætor. ſtipul. & l. ſi is à quo, in fi. ſupra vt in poſſeſ. legat. & in l. ſi ab arbitrio. ſupra, qui ſatiſdat. cogant. & in l. prætor. §. penul. ſupra de ope. noo. nunciat.

Secundo autem caſu, quando quis tenetur ſatiſdare, ſeu fideiubere ex conuentione partium, vtporà de euictione rei venditæ: & tunc ſi dedit fideiuſsorem idoneum, qui poſteà efficiatur inops, & non ſoluendo, non tenetur debitor præſtare nouum fideiuſsorem, ita probat tex. in l. pupilli, §. ſoror. infra de ſolut. & in l. ſi nomen, ſupra de hæred. vel act. ven. ita in hac quæſtione tenet Bart. in l. 2. in fin. infra eo. & ibi. prætoriæ la 2. de præto. ſtipul. Bart. & Angel. in l. quoties, & in leg. ſi arbitro. ff. qui ſatiſdar. cogan. Petr. de Anchar. in c. ex reſcripto de iureiur. de quo etiam per Oſtien. in c. cum olim. extr. de arbi. per Abb. antiquum, in cap. vt clericorum, de vita, & honeſt. cler. per Inno. in cap. fin. extra de procur. per d. Alexand. in d. conſil. ſuo 60. incip. conſideratis his, in vltim. colum. in 5. volum. & per Dd. Modeſt. in l. 2. ſupra qui ſatiſdar. cogan. vbi etiam quærunt: pone quod eſt datum pignus creditori per debitorem, quod pignus deperditum eſt abſque culpa vel dolo creditoris, vtrum poſſit petere aliud pignus ſibi dari: vide ibi per eos: & per Petr. de Anchar. in d. cap. ex reſcripto. de iureiur. & per Modeſt. in l. ſi cum dotem, §. mulier. ff. ſolut. matrim. de quo etiam per Speculat. in tit. de offic. Iudic. in §. de ſeruit. in verb. item aduocatos, circa fin. alias incip. Item facit, &c. & tenementi quod licet quando datus eſt fideiuſſor idoneus, qui poſteà efficitur inops, & non ſoluendo, non poſſit cogi debitor ad iterum dandum alium fideiuſſorem, quando ſumus in conuentionalibus per iura ſupra allegata, tamen iſtud fallit in dote, quia ſi fuit datus fideiuſſor mulieri pro dote, qui erat ſoluendo, ſi poſtea efficiatur inops, debet iterum ſibi caueri idoneè: caſus eſt ſing. ſecundum Angel. in d. l. ſi cum dotem. §. ſi mulier & ibi doct. ſupra ſolut. matrim. quem text. ad hoc pro notab. allegat Angel. in d. l. quoties, ſupra qui ſatiſda.
75 cogan. † Et in materia iſta adde Bald. & Barba. poſt eum ibi in 5. colum. in cap. ſedes Apoſtolica. de reſcr. vbi dicunt, quòd inopia repentina dicitur caſus fortuitus allegant. tex. in l. ſi res pupillaris, ff. de admin. tutor, & adde etiam in materia not. verbum, videlicet quòd ſi iudex maleficiorum acceptauit fideiuſſores non idoneos, & captum relaxauit, nihilominus poteſt iterum capere reum, & facere quòd iterum præſtet fideiuſſores ſunt obligati: ita ſingulariter dixit Bald. in l. 1. ff. ſi quis in ius vocan. non ierit, quod dictum pro notab. refert, & ſequitur do. Angel. de Are. in ſuit addit. ad Ang. in tract. maleficiorum, in verbo, fama publica. in 11. char. in addit. ver. & tenementi.

76 † Item iuxta prædicta quæro quinto, debitor dedit fideiuſſorem, vel expromiſſorem idoneum creditori, qui tamen fideiuſſor vel expromiſſos ſtatim arripuit fugam: vtrum hoc caſu ipſe debitor teneatur iterum dare alium fideiuſſorem, vel expromiſſorem idoneum: in quo dicas, quod ſic: nam iſta breuitas temporis facit præſumi, quòd ipſe debitor fuerit conſcius ipſius fugæ, ex quo iterum teneatur ad dandum alium fideiuſſorem ſeu expromiſſorem: & hoc maximè procedit in cauſa dotis per dictum textum l. ſi cum dotem, §. ſi mulier. ſupra ſolut. matr. vbi eſt caſus ſingular. ad hoc ſecundum Ang. ibi poſt Bald. quos ſequuntur ibi Moder. ſi autem debitor tenebatur ex alia cauſa, & tunc dicas ſecundum do. Alexan. ibidem, quòd licet non ſit nulla delegatio, & conſignatio illius ex promiſſoris, quia illa operantur vt ipſe debitor à prima actione liberetur, tamen contra eum datur actio de dolo ad intereſſe. alleg. l. ſub prætextu l. 1. C. de tranſact. & not. in gloſſ. ibi in d. §. ſi mulier. quod dicit eſſe menti tenendum, quam partem ibi firmat Raph. Cuman. & Paul. de Caſt. qui alleg. pro hoc l. fin. ſuprà de eo, per quem factum erit: ſed ſecundum Ioan. Alex melius allegaſſet. l. quoties, ſuprà de præſcript. verbor. & not. per Bald. l. 1. ſuprà de condit. ex. l. & ratio huius poteſt eſſe ſecundum Ioan. de Imol. in d. §. ſi mulier, quia dolus debitoris præſumitur, & colligitur quando in breue tempus talis expromiſſor fugam arripuit. per l. ſi ventri. §. eorum, ſuprà, de priuileg. cred. per quem text. dicit ibi
77 Bartol. quod ſi † aliquis alloquatur ad aurem famulum, ſuum, qui famulus poſtea illo inſtanti offendat inimicum ipſius domini, præſumitur quod dominus ei hoc mandauerit, quod dictum refert, & ſequitur Bald. in l. 1. in 4. col. C. de ſer. fugi. pro quibus facit ſecundum

dum do. Alex. in d. §. ſi mulier. quod not. Bald. in l. mul-
tum. C. ſi quis alteri vel ſibi, & oot. per Barto. in l.
qui in alienam. §. ſi is qui ſuprà, de acquir. hæred. &
quæ habentur in cap. veniens, el. 2. & in cap. fin de
ſponſa.

Sed vltra prædicta pro hac parte dico, quod pro
78 iſtis adduci poſſunt alia quam plura ſimilia: † Et pri-
mo adduci poteſt, quod voluit Petr. de Anch. in conſi.
ſuo 83. incipiens viſis diligenter actis vbi dixit, quod
ſi eodem momento temporis, quo quis, eſt deſignatus
curator minoris per decretum iudicis, præſtita ſit au-
thoritas in certa obligatione minoris per ipſum cu-
ratorem datum, & interpoſita ſit authoritas ſeu decre-
tum iudicis, quod non tamen valebit actus: quia non
interuenit cauſæ cognitio ipſius curatoris interpo-
nentis authoritaté ex modicitate, vel ea breuitate tem-
poris: quæ cauſæ cognitioni ſimilibus interuenire
debet, & illud conſil. Pet. de Anch. refert, & ſequitur
dom. Alexand. in conſil. ſuo 217. incip. viſis, &c. in
vltim. colum. & Barba in conſil. ſuo incipien. ſcripſi
Eccleſiaſticus, &c. quod eſt inter conſil. dom. Alex.
in ordine meo 470 in vlt. colum. & idem dixit ipſe
Pet. de Anch. in conſil ſuo 35. incip. viſa quadam peti.
in col. & in conſil. ſuo 115. incipien. ſecundùm ordi-
79 nem in 2. col. † & facit optimè, quod dixit Domini-
cus de S. Gemin. in cap. ponderet. l. diſt. vbi dixit not.
contra iudices, quibus de mane mittitur proceſſus,
& in veſperia ferunt ſententiam, vt talis ſententia ſit
ipſo iure nulla: quia ex breuitate, & modicitate tem-
poris, non præſumitur adhibuiſſe cauſæ cognitionem
debitam: quod dictum refert, & ſequitur Bard. in c.
ſuper quæſtionum §. intentionis in 4. colu. de offic.
deleg. & in d. conſil. incip. ſcripſit. &c. in penult. chart.
in vlt. colum. vbi ſubdit, quòd idem voluit Bald. in l.
prolatam l. fin. C. de ſen. vbi pro hoc allegat caſum
in cap. cum ex literis, extra. de in integr. reſtit. allegat.
etiam ad hoc tex. in l. ius alimentorum. §. ſed ſi non
conſtat ff. vbi pupil. edu. debe. & idem dixit Paul. de
Caſtr. conſil. 135. alias 137. incip. in quæſtione quæ ver-
titur in 2. col. & Pet. de Anch. in conſil. 188 incip.
viſis poſt prin. & facit etiam not. verbum Gem. in c. 3.
de reſcrip. in 6. quod refert, & ſequitur Bart. in c. ab
80 excommunicato in 2. col. de reſcrip. † & faciunt dicta
per d. Ang. in c. ſi pro debilitate de offic. de leg. vbi
dixit, quod ſi conſultor repente conſulat, conſilium eſt
nullum ipſo iure: quod dictum refert, & ſequitur d.
Alex. in d. l. prolatam, & faciunt optimè dicta per d.
Fel. in c. Eccleſia S. Mariæ in 8. col. de conſt. & ibi
per 6. col. ſeq. vbi omnino videatur illud dictum Bart.
in d. l. prolatam, & refert, & ſequitur dn. Ang. in cap.
2. de re iud. & in cap. poſt electionem de conceſſ. præ-
bend. & in cap. in veſtra de coha. cle. & mulie. & Pet.
de Anch. in cap. 1. de re indic. in 6. & Imo in c. cum
81 Bertoldus de re iud. † Et facit quod dixit Iaco. Butr. in
d. l. prolatam vbi dixit, quod laudum latum præcipi-
tanter, & ſic in modico tempore, eſt nullum: quini-
mò etiam talis ſententia de qua ſupra, & tale laudum
eſt nullum, etiam ſi ſit benè lata, vel latum: ita dixit
Bart. in l. is apud quem in 1. col. C. de eden. quod di-
ctum refert, & approbat Barb. in cap. ſuper quæſtio-
num §. intentionis in 4. col. de offic. dele. ſed illud
improbat ipſe Barb. in cap. cauſamque in 6. char. ver.
not. ibi, ſi literarum, extra de reſcr.

Quod tamen ego limito, niſi ipſa cauſa, ſeu con-
trouerſia ante factum compromiſſum, fuiſſet longo
tempore ruminata, & diſputata coram illo, qui poſteà
fuit factus ſeu electus arbiter, qui poſtea tulit laudum
ſtatim facto compromiſſo: quia hoc caſu tale laudum
valebit, non obſtante breuitate temporis: ſed habet
alia ſolennia à iure requiſita: quia non poteſt hoc caſu
dici laudum latum eſſe, non præcedente cauſæ cogni-
tione: quia cauſæ cognitio præceſſit, licèt non præ-
ceſſerit poſt factum compromiſſum: ſed non refert,
quid ex æquipolentibus fiat l. 3. C. de inſti. & ſubſti. ſub
cond. fac. cum ſi (Idem dixit Soc. in conſ. 12. 1. incip.
82 in cauſa in 4. col. in 3. vol.) † Pro quo faciunt dicta per
Paul. de Caſtr. in l. ſi quis filio. §. irritum ff. de inoffi.
teſta. vbi dixit quod ſi iudex dedit licentiam alicui, vt
faciat molendinum in flumine publico, quod ſi ille
habebat iam factum, poteſt illud retinere virtute il-
lius conceſſionis: ad quæ vide omnino Bar. in c. con-
ſtitutis. in penul. & vlt. col. de reſcrip. & d. Feli. om-
ninò in cap. quoniam in 11. col. de conſti. &c. con-
ſtitutus in pe. col. verſic. ſi ſcribitur de reſcrip. & vide
dicta per me in l. 2. in 3. char. in 2. col. ff. de teſtam.
pro quibus facit tex. & ibi Bal. in l. Titius in §. Lucius
ff. de lib. & poſthu. & quod voluit Bal. in l. ſed. ſi de
ſua in §. 1. ſupra de acquiſ. hær. & Bal. ſuper ſtatutis
83 in verb. capere in verſic. ſtatutum, quod † quicunque
vbi dicit, quod ſi ſtatutum dicit, quod quicunque
cœperit bannitum, habeat centum, quod habebit lo-
cum in illo, qui iam cœpit bannitum. Et faciunt dicta
per d. Alex. Poſt Paul. de Caſtr. in l. vt militibus. in prin.
C. de teſta mil. vbi dicit, quòd ſi Papa conceſſit Epiſ-
copo, vel Abbati, vt poſſit facere teſtamentum de re-
ditibus beneficiorum; quòd talis licentia extenditur
etiam ad teſtamentum antea factum. Idem pro hac
mea limitatione noua faciunt etiam dicta per Domi-
nicum de S. Gemin. in c. vnico in 2. col. in prin. de ex-
ceſ. prælat. in 6. vbi dixit ſe vidiſſe de facto hic Bono-
niæ in fratribus de obſeruantia, quibus data fuerat li-
centia à Papa ædificandi ſibi vnum monaſterium ſuprà
montem, quod illud ædificarunt: ſed propter magni-
tudinem, & multitudinem venti non poterant habita-
re in dicto monaſterio, quòd ſibi vigore dictæ licentiæ
iam habitæ potuerunt ſine alia noua licentia ædificare
nouum monaſterium in loco vbi nunc eſt: licet iſtud
dictum non ita bene ſeruiat ad propoſitum huius limi-
84 tationis, vt faciunt illa proximè adducta. † Item pro
prædictis etiam optimè facit, quod voluit Cy. in l.
cum vxori. C. quando dies leg. ced. Bal. & Ang. per il-
lum tex. in d. l. Titius §. Lucius de lib. & poſthu. vbi
dicunt quòd ſi Papa mandat alicui prouideri in certo
loco de prima vacatura, quò poterit illi prouideri de
illa quæ vacabat ante dictam prouiſionem ſeu conceſ-
ſionem Papæ ſaltem ſi Papa ignorabat illam vacare: ad
quod faciunt no. in Cle. 1. de conce. præben. & per
Modet. in l. hæc conditio filiæ meæ §. ſi ff. de cond. &
demon. & faciunt dicta per Paul. de Caſtr. in l. Lu-
85 cius Titius ff. de leg. 2. † Et per Bal. in l. ſi vlt. col. C.
de ſent. quæ ſine certa quanti. vbi dixit, quòd ſi teſta-
tor legat centum pro Bettia maritanda, & ipſa iam erat
maritata tempore teſtamenti, quòd tamen debebunt
ſibi illa centum per l. ſi iam facta ff. de condit, & de-
mon. & per l. antepen. C. de inſtit. & ſubſti. ſub cond.
fac. quod conſilium refert, & ſequitur do. Alex. in conſ.
ſuo 146. incip. in cauſa, & hic. in 1. col. in 5. vol. vbi
etiam refert Cyn. in d. l. cum vxori. & ſubdit etiam
ibidem, quòd pro iſtis facit text. in l. Iulia & quod ibi
no. ſupra qui ſatiſd. cog. vbi ſi Titius ſine mandato
meo egi contra te nomine meo, & à te accepiſſet, fi-
deiuſſores iudicatum ſolui, poſtea pendente dicto iudi-
cio mandaui ſibi, vt ageret contra te, videor ratifica-
re, quod antea fecit & ideò fideiuſſores, qui promiſe-
runt iudicatum ſolui, obligabuntur mihi & dicit, quod
domini de Rota, deciſio. 445. incl. Item fuit dubita-
tum, vtrum procurator ad cauſam, &c. volunt, quod
procurator habens mandatum ad ſubſtituendum, ſi

ſubſtituat vnum qui antea ſine mandato egerat, videtur ratificare iam geſta, allegat etiam ipſe do. Alex. in d. conſil. alia ad hoc propoſitum, quæ non refero breuitatis cauſa, pro quibus faciunt quæ voluit. Paul. de Caſt. in l. cum quidam. ff. de lega. 2. vbi dixit, quòd ſi pater facit legatum filiæ quæ remanebit vidua, comprehendit etiam filiam, quæ ante teſtamentum erat vidua.

86 Ex quibus omnibus doctrinis poſſunt limitari doctrinæ illæ ſuperius allegatæ, videlicet quòd non valet interpoſitio authoritatis curatoris in obligatione vel alienatione rei minoris, quando eo inſtanti eſt decretus curator, & ſtatim interponit authoritatem in contractu ipſius minoris, non valet talis actus, ſeu contractus: quia ex breuitate temporis non præſumitur, quòd ipſe curator adbibuerit cauſæ cognitionem debitam ſecundum Pet. de Anchar. in dict. conſilio ſuo 21. incip. viſis diligenter: non habet locum, vbi ipſe curator habuiſſet plenam cognitionem dictæ obligationis, vel contractus ipſius minoris, antequam fuiſſet decretus curator: quia tunc valet talis interpoſitio decreti, & authoritatis, & per conſequens talis contractus, quia ceſſat ratio propter quam non valebat & idem dicas in iudice habente proceſſum cauſæ in mane; & proferente ſententiam in veſperis: quia valebit non obſtante breuitate temporis, ſi antequam cauſa eſſe ſibi commiſſa, fuiſſet plenè inſtructus de meritis ipſius cauſæ, & de iuſtitia partium: quia tunc licèt ſententia fuerit lata in veſperis, attamen valebit, nec poterit dici lata abſque cauſæ cognitione. Idem in laudo, & in aliis ſimilibus per prædicta, quæ omnia tene menti: quia hanc imitationem non inuenies aliquo traditam, nec tactam: ſed eſt limitatio & inuentio mea noua nuper in lucem edita, & non audita vſque ad hæc ſæcula.

87 †Modo redeundo ad materiam breuitatis temporis, ex qua præſumitur dolus, & fraus, adde quod voluit Io. Ant. in tit. de empt. & vend. §. ſciendum in additio. incip. de illo qui ſimpliciter, &c. vbi dicit, quod ſi venditur animal, quod moritur infrà triduum, & ſic infrà modicum tempus quod habet locum redhibitoria ad precium: quod dictum refert, & ſequitur Ioan. de Imo in l. ſi quis cum aliter ff. de verb. oblig. & Bald. in l. 2. in 3. col verſic. & ſi dubitatur. C. de reſcin. ven. & in l. 1. in pen. colum. C. de ædil. action. & Ioan. de
88 Ana. in c. præterrà in vlt. co. de cleri. percuſſ. † Et facit optimè nota. deci. Bartol. in l. contra legem. ſupra de legi vbi dixit, quod ſi aliquis eſt magnus homo in ciuitate, & eſt de aliquo conſilio, in quo fit ordinamentum, quod non poſſit vendi corbes frumenti, niſi pro decem: & antequam tale ordinamentum publicetur, ille tale magnus homo, & de conſilio, vendidit frumentum pro me pro maiori quantitate, quam non vendidiſſet publicato ordinamento: qua venditione facta, incontinenti fit proclama, quod non poſſit vendi corbes frumenti niſi pro decem. dicit ibi Bart. quod talis venditio poterit retractari, tanquam ſit facta in fraudem propter modicum temporis interuallum inter vend. & publi. illius ordinamenti idem etiam voluit Bart. in l. quęro ſuprà de act. emp. & Bal. in l. 2. C. de peri. & comm. rei vend. & Lud. Ro. in ſingu. ſuo 235. ſecundum ordinem meum qui incipit, nunquid ſi ſum magnus dominus, &c. vbi pro hoc allegat. text. in l. ſi vina. aliàs ſi quis vina. vet. planè. ff. de peri. & commó. rei vend. Item pro prædictis etiam adduci poteſt quod voluit Odofred. quem refert, & ſequitur ibi Bald. in l. quoties. C. de rei vend. vbi dixit, quod ſi dubito mihi moueri quæſtionem ſuper domo, & eam alieno, deindè ſtatim mouetur mihi quæſtio ſuprà ipſa domo, quod ex breuitate ſeu modicate temporis præſumitur dolus ex parte mei vendentis, adeò quod talis venditio reuocatur per titulum de aliena. iudi. mutan. cauſ. fac. quod eſt etiam de mente Bart. in l. qui petitorio ſuprà de rei vend. & Bart. in l. 2. §. ſi ſuprà de alien. iud. mutan. cauſa fac. & Ang. l. ſi autem §. 1. ſuprà de rei vend. pro quibus faciunt dicta per Inno. in c. delicti de except. per Bal. in l. ſi is qui reipublicę. ſuprà, ex quibus cau. maior. per Dyn. in regula, poſſeſſor de reg. iur. in 6. per Bar. in l. Fulcinius §. pe. ff. ex quib. cau. in poſſ. eatur. & per Pau. de Caſtr. in conſil. ſuo. 91. incip. ſuper eo quod quæritur, de qua materia dixi vltra prædicta in repe. mea l. fin. C. de prob. in 71. char. & in l. ſtatulibe. in pen. & antep. col. 1. de quæſtione.

Modo in prædicta quæſtione ex iſtis concludo, quod ſi debitor dedit expromiſſorem, qui ſtatim arripuit fugam, non eſt liberatus quia præſumitur in dolo per prædicta. An autem debitor principalis, qui alium ſubdelegauit vel ſubrogauit loco ſui apud creditorem, ſit liberatus, ſi ipſe ſubdelegatus arripiat fugam, vel efficiatur non ſoluendo, non examinu hic, quia non eſt propriè materia cadens in materia fideiuſſorum: ſed me remitto ad dicta per me in l. 2. in 3. char. in 1. & 2. col. C. de exec. rei iud. vbi latè examinaui hanc quæſtionem: vide ibi.

89 †Quæro ſextò, & vlterius de alia quæſtione vtili, & quotidiana profectò: videlicet, an ſi principalis creditor cum debitore principali aliquo modo alterat obligationem inter eos exiſtentem, pro qua fideiuſſor interceſſit ſine ſcientia, & conſenſu fideiuſſoris: vtrum ipſe fideiuſſor ſit liberatus, vt puta debitor principalis tenebatur creditori ad ſoluendum centum aureos in termino ſex menſium vel vnius anni, & huic obligationi interuenit fideiuſſor, poſtea pendente termino ſolutionis fiendæ creditor prorogauit terminum ſolutionis ipſi debitori, vel ſecum conuenit de accipiendo frumentum, vinum vel aliquid aliud loco pecuniæ, vel aliter alterauit obligationem ſine conſenſu, & ſcientia ipſius fideiuſſoris, an his caſibus ipſe fideiuſſor ſit liberus: in quo dicatis quod ſic, quia quoties res ipſa vel precium mutatur, tunc videtur eſſe nouus contractus. tex. eſt. no. in l. pacta conuenta in §. Paulus. ff. de contrah. empt. & in l. aliam. infra de nouatio. (Vide Alex. in con. 72. inci. habita, &c. in 6. vol. in 1. col. Et facit optimè tex. in l. Labeo l. 2. ff. de arbi. & in l. item quæritur. in §. qui impleto ff. loc. & in l. ſi cum Hermes. C. eo. tit. loca & habetur per glo. & doct. in c. conſtitutus extra eo. & facit l. nouatione. C. eo. vbi habetur, quod ſi fiat nouatio, fideiuſſores primi contractus liberatur, ſi in ſequenti ſe non obligauerunt: & hanc partem, quod ſit liberatus, firmat Io. de Imol. in conſil. ſuo 32. incip. viſo quodam in fi. vbi conſuluit pro Gatamalata qui fuerit fideiuſſor apud Petrum de Nauarino, pro vno ſtipendiario: idem etiam tenet. Dy. Bal. & alij in l. Titius. ff. de excuſa tut. facit tex. in d. l. La 2. cu. §. ſi per fideiuſſorem & ibi Bar. ff. de arbi. hanc partem etiam tenet Bart. in l. Valerianus ff. de præto ſtipul. per illum tex. & Cy. & alij in l. fi. C. de noua & idem poſt longam diſputationem ad partes firmat expreſſe Raph. Fulgo in conſ. 130. incip. Matthæus Oimaior, &c. Sed contra hanc partem videlicet quod talis fideiuſſor non ſit liberatus eſt bonus tex. in l. ſi vnus. §. 1. ff. de pact. pro quo etiam eſt tex. in l. ſi cum dies in prin. ff. de arbi. & in l. ſed ſi manente ff. de precario in quibus iuribus probari videtur quod per nouationem factam de obligatione inter debitorem, & creditorem, non ſit liberatus fideiuſſor: pro quo optimè facit text. in l. fin. C. de vſur.

rei

rei iudi. vbi fideiuſſor tenetur, licet ſit reo principali prorogatus terminus. Quapropter Doctores in hac quæſtione in locis præalleg. veniunt ad hanc diſtinctionem, videlicet quod aut fideiuſſor obligauit ſed tempus, vt putà, quia dixit, nolo teneri pro iſto vſque ad meſſem: & hoc caſu non tenetur facta proprogatione, temporis: aut obligauit ſe purè ad debitum, & ſine aliqua præfinitione temporis, & tunc prorogato termino, non eſt liberatus fideiuſſor. Idem dicendum eſt, quando aliud eſt conuentum inter debitorem, & creditorem, ſoluere aliud quam fuerit in prima obligatione: quia aut fideiuſſor ſe obligauit ſoluere tantum rem illam exiſtentem in prima obligatione: & tunc facta permutatione vel obligatione inter debitorem, & creditorem de alia re ſoluenda, fideiuſſor non tenetur: aut ſimpliciter fideiuſſor ſe obligauit ſatisfacere creditori, & tunc tenetur facta permutatione ſeu nouatione de alia re inter debitorem: quia eadem ratio non eſt, in hoc, quæ in primo caſu: ita concludunt doctores communiter in dictis locis, & d. Alex. in l. vbicunque infrà eod. & in l. dies cautionis ſuprà, de dam. infect. in fi. in prin. de qua quæſtione habetur etiam per Bar. & Ang. in l. quod dicitur §. miles, ſuprà, de teſta. mili. & per Spec. in tit. de fideiuſſ. in §. 1. ver. illud autem. & vide omninò doc. de Rota in antiquis deciſio. deciſ. 771. incip. penes Titium campſorem. &c. & Bal. in l. ex diui. in fi. C. loca. Card. in cle. 1. §. vos itaque in fi. de iureiur. de quo etiam per doct. in d. conſtitutus. extr. eo. per Bal. in l. tam mandatori in 2. col. C. de non num. pec. per Bar. poſt Dy. in l. Luc. §. Paul. ff. de admi. tut. per alex. poſt Ang. in l. ſi vous. §. 1. ff. de pact. per. Bar. & doct. in l. Labeo. §. 1. ff. de arbi. per doctu. In l. item quæritur. §. qui impleto ſuprà, loca & in l. ſi cum Hermes. C. eo. loca per Bal. in conſ. ſuo 290. incip. Gabriel, &c. in r. vol. per Aug. in d. l. ſed ſi minante ſuprà, de precario per gl. & doct. in cap. hi qui authorita. de præbend. in 6. per Bar. in l. 1. §. bi quibus ff. de leg. 3. Bar in l. meminiſſe. ſuprà, de offic. procon. & per Alex. in d. l. dies cautionis in fin. princip. ſuprà de dam. infect. vbi alios allegat examinantes hanc quæſtionem, de quibus ibi per eum, & per Cy. & Bart. in l. quoties. C. de pec. impe. offer.

90 † Quæro ſeptimò vlterius, ſi recedit or à primo iudice, vtrum fideiuſſor ſit liberatus, vt pone, tu conuenisti me coram Antianis, & ego tibi dedi fideiuſſorem iudicatum ſolui, id eſt, ſoluendo omne illud, quod ipſi iudicabunt me tibi debere: poſtea tu ex eodem contractu, vel ex eadem re me conuenis coram alio tribunali: vt puta coram poteſtate, & reportas ſententiam pro te, in qua ego ſum condemnatus ad dandum tibi centum: vtrum hoc caſu, me non ſoluente, poſſis agere, ſeu abſtringere fideiuſſorem meum, qui promiſit pro me iudicatum ſoluere coram Antianis ad ſoluenda dicta centum. In quo dicas quod non iſte eſt tex. in l. 3. in prin. & in l. cum quærebatur. §. fin. & in leg. cum apud infrà iud. ſolui. & hoc voluit ibi Bartol. & doct. idem expreſsè firmat Ioan. de Imo. in conſil. ſuo 47. inci. in caſu præmiſſo, & vbi ſubdit idem dicendum eſſe in fideiuſſore de iudicio ſiſti. quia illa etiam ſatiſdatio reſpicit inſtantiam iudicij ſecundùm gl. in authen. de his quę ingred. & appel. circa princip. col. 5. & dicit quod hoc etiam voluit Bart. in d. l. cum apud. pro quibus etiam faciunt ſecundum eum quæ habentur in l. Græcè §. poſt litem infrà in hoc tit.

91 † Vlterius quæro octauò de no. quæſtione, videlicet vtrum fideiuſſor teneatur ad augmentum, quod acceſſoriè aliquo modo venit ad rem, ſeu obligationem principalem, vt puta, promitto ſoluere illud, quod debet ſoluere Titius, vel ad quod tenetur vigore talis inſtrumenti modo pone quod ipſe Titius contrauenit illi inſtrumento, ex quo ex forma ſtatuti cadit in pœnam mille, an hoc caſu fideiuſſor teneat ad illa mille, vt. pone ſtatuto cauetur, vt eſt hic Bononiæ, quod pro unaquaque poſitione negata, negans cadat in pœnam, ſi ſit probata per ponentem: tu petebas à me centum, ego hoc negabam, dedi tibi fideiuſſorem, qui ſe obligauit ad ſoluendum illud quod apparebit me eſſe debitorem tuum: quo ſtante, feciſti mihi plures poſitiones veritatem continentes: quas negaui: tu eas legitimè probaſti, adeoque cecidi in pœnam, & fui condemnatus ad dandum tibi centum pro vero, & principali debito, & centum pro pœna incurſa propter poſitiones negatas: an hoc caſu fideiuſſor teneatur non ſolum ad centum pro debito principali, ſed etiam ad pœnam illam incurſam. In quo dicas quod ipſe fideiuſſor non tenetur ad dictam pœnam, nec ad aliquod augumentum: quod acceſſoriè venit ad principalem obligationem: ita probat tex. in l. ſi. infrà eo. & tex. in l. fideiuſſ. magiſtratuum eo. tit. & tex. in l. libertus infrà ad Muni. & in l. ſuprà de in litem iur. & in l. pignoribus. C. de vſur. & in l. Græcè § fin. à contrario ſenſu ſuprà de pig. in quibus locis gl. allegat alias concordantias, & hoc etiam no. in l. quæro in prin. ſuprà, loca. vbi eſt gl. no. in materia: & habetur in l. centum Capuæ ſuprà de eo, quod cer loc. & in l. 2. §. fin. ſuprà qui ſatiſd. cog. hanc partem etiam firma gl. no. in l. ſiue in duplum & ibi doct. omnes, ſuprà qui ſatiſd. cog. & Lud. Ro. in conſi. ſuo 270. inci. pro deciſ. in fi. & in conſi. 597. incip. in caſo, &c. & idem tenet Ang. de Aret. in §. ſequens in 2. col. in ver. in gl. in ver. in rem, &c. inſtl de act. & Io. An. in addi. Spe in tit. de fideiuſſ. §. 1. in vl. dedi. vbi pro hac parte allegat plura iura, & etiam rationem ad hoc, quare fideiuſſ. non teneatur ad augmentum, ſeu ad acceſſorium, quod aliquo
92 modo aduenit principali obligationi: & dicit, quod ratio eſt: † quia fideiuſſores obligantur ſtipulatione, ſeu verbis tantum, l. 1. ff. de verb. oblig. ibi vtroque loquente, &c. l. blandius. C. de fideiuſſ. habetur in l. ſi verò nunc remunerandi. §. ſi poſt creditum ſuprà mand. Effectus enim ſtipulationis nunquam extenditur ad vltima verba. vt habetur in l. damni § ſi is qui ff. de dam. infec. & in l. quicquid ff. de verb. obl. de eo autem, quod nihil fuit dictum, pluſquam abſurdum eſſet dicere, fideiuſſores tenerentur ad illud: ita reſidet ibi Ioan. And. adducens etiam alia iura, & alias rationes pro hac parte: de quibus ibi per eum pro qua optimè facit, quod voluit Spec. in titu. præalleg. de fide inſtru. in §. 1. ver. ſed pone R. vulnerauit A. P. &c. vbi dicit, quod ſi ex forma ſtatuti pro vulnere ſit pœna centum: & pro homicidio ſit pœna mille, & fuerit formata inquiſitio contra Titium de vulnere, pro quo fideiuſſit Seius iudicatum ſolui, pendente proceſſu vulneratus deceſſit, quod fideiuſſor non tenetur in mille idem dixit do. Al. in d. l. ſiue in duplum & alleg. Spec. in d. loco & Bal. ibi & doct. in d. l. fideiuſſorea magiſtratuum de quo etiam per Iaſ. in l. 1. ante finem ſuprà de iureiur. & vide etiam infrà in quæſt. 55.

93 † Pro iſtis etiam optimè adduci poteſt, quod voluit ſing. Bart. in l. ſi ſuprà de pac. vbi dicit, quod ſi aliquis officialis pro ſyndicatu ſuo dedit fideiuſſorem, qui pro eo fideiuſſit, qui officialis fuit abſolutus poſteà inde ad annum, vel biennium fuit factum ſtatutum, & non obſtante quacunque abſolotoria, poſſit reuideri proceſſus, & viſis proceſſibus, iſte officialis qui iam fuerat abſolutus, fuit condemnatus: dicit ibi Bar. quod iſte fideiuſſor non tenetur, & dicit quod ita de facto fuit obſeruatum, quod dictum refert, & ſequitur pro notabili Ang. de Are. in tract. malefi. in verſic.

Digitized by Google

pro quibus Antonius fideiuſſit. in verſi. & menti habeas pro quo dicto faciunt dicta per Bal. in l. pacta nouiſſima in ante pen. col. C. de pact. & per eundem in l. fi. in prin. C. ad Macedo. & vide etiam Aret. in dicto verbo, pro quibus Antonius fideiuſſit: in verſic. quæ-
94 ro an fideiuſſor, &c. Et pro iſtis faciunt optimè dicta per Bal. in l. ſi cum Hermes in prin. C. loc. vbi dixit quod fideiuſſor qui fideiuſſit pro poteſtate, non tenetur niſi pro tempore quo durat officium, ſed ſi ipſa poteſtas finito tempore ſui officij refirmetur in officio, tali fideiuſſor non erit obligatus pro iſto tempore refirmationis, licèt hoc non fuerit expreſſum in inſtrumento ſuæ promiſſionis idem voluit Ang. in legem. in fi. C. loc. pro quibus etiam vide dicta per doct. in cap. conſtitutus extra. eo. & Bal. & Imo in l. cum pater §. patet certum ff. de legat. 2. & Bal. in l. etiam in fin. ff.
95 de iure do. & in c. olim. el. 3. de reſtitu. ſpo. † Facit etiam ad prædicta gl. multum notabi in l. damni infecti. §. ſi is qui vicinas in verbo, augeri ſuprà de dam. infect. quæ dixit, quod ſi promiſi tibi fructus iſtius arboris, quæ poſtea eſt inciſa, vel vi ventorum deiecta, quod non teneor ad fructus nouellæ arboris ibi natæ poſt: & idem dicit, quod ſi ruſticus promiſit militi aquam frigidam in æſtate in manſione quam habebat, quod ſi domus comburatur, & poſtea reædificetur, quod ipſe ruſticus non tenetur, & idem ſubdit ibi illa gl. eſſe in procuratore promittente dominum, quod intelligitur tantum de quæſtionibus præſentibus, non autem de his quæ poſteà emerſerunt: quod tibi etiam firmat Barto. reſpondendo contraria, quæ addici poſſent. Item & vltra prædicta adduci poteſt vnum videlicet, quod ne dum fideiuſſores non tenentur ad augmentum, ſed nec etiam principalis: quod patet. Nam penſio fundi locati non eſt augenda conductori, etiam ſi fundus conductus creſcat per alluuionem. ita ſingul. dixit Ange. in l. leg. C. loc. quod eſt notandum. Adde etiam circa hoc, quod augmentum quandoque non nocet, nec obligat principales, ſecundùm Abb. in cap. quanto de cenſi. vbi dixit, quod ſi fornarius ſe obligauit coquere panem pro tota familia pro 10. in ann. & augeatur familia aliquibus perſonis, quod non poteſt petere maius ſalarium. Ratio eſt, quia illud pendebat, fortuna: & ideò ſi diminuta eſſet familia per mortem, vel per abſentiam, non deberet habere minus.

Et ſic ex iſtis remanet concluſio, quod fideiuſſor non tenetur ad augmentum, quòd aliquo modo venit circa obligationem principalem: & licèt iſta ſit cōmunis opinio, attamen aliqui ſunt textus contra eam, quos perpetuò tene menti. Primus enim eſt in l. ſi ab vno, ſuprà vt lega nomine c. qui tex. optimè probat, quod illud accreſcit principali obligationi, accreſcit etiam fideiuſſori: quem tex. pro valdè not. allegauit ad hoc Lud. Rom. in ſing. ſuo incip. quæro an id, &c. in 4. char. in formis in 2. colum.

Alius eſt etiam tex. in l. amiſſi. in §. fideiuſſ. ſecundùm ſecundam lectu. gl. ibi. infrà in hoc titul. Ex quo tex. dicit Lud. Ro. in ſing. ſuo incip. an fideiuſſor intercedens, &c. in formis. in 16. char. & in l. fideiuſſ. §. fi. ſuprà qui ſatiſd. cog. quod ſi quis fideiuſſit pro ſcholari pro penſione domus per eum conductæ, teneatur nedum ad penſionem, ſed etiam tenetur pro deuaſtatione maſariciarum, vel ſupellectilium: & dicit illum tex. ſure ſingularem ad hoc, quod tene menti.

96 † Adde hic etiam tex. ſing. quem ego ſolus allego in l. 2. ff. in quib. cauſ. pig. tacit. contrah. vbi dicit tex. quòd inquilinus eſt obligatus nedum pro penſione domus, ſed etiam pro deterioratione domus conductæ, & inuec. & illata erunt etiam obligata pro deterioratione domus ſicut pro penſione, quod eſt valdè no. cum ſæpè occurrat in facto: & ideò fortè fideiuſſor pro penſione domus erit obligatus pro deterioratione domus, ſicut pro deterioratione maſariciarum. arg. de l. amiſſi. §. fideiuſſores, quod no. & hoc mihi tanto magis videtur procedere, quia obligatio ſolutionis penſionis domus, habet maiorem propinquitatem, & connexitatem cum ipſa domo, quàm habeat cum maſaricijs domus, patet, quia nulla eſt facta mentio in obligatione penſionis de maſariciis, & tamen ad illas tenetur: ſed de ipſa domo facta eſt mentio, ergò, &c. vide etiam Cæpol. in cautel. 127. incip. ille qui fideiuſſit.

Alius eſt tex. in l. quia pro eo. §. ſi nummos ff. eo. & tex. no. in l. ſi poſteà ff. rem pup. ſal. fore. in quibus iuribus ſimiliter habetur, quod illud quod accedit ſeu accreſcit principali obligationi, accreſcit etiam fideiuſſori pro ſolutione. vide Bartol. & alios in l. centum Capuæ ff. de eo. quod certo loco & in l. 1. ff. de in litem iuran.

97 † Quæro nono iuxta prædicta in caſibus, in quibus fideiuſſor tenetur ad augmentum: vt puta in caſu d. l. amiſſi in §. fideiuſſores, vel in alii caſibus ſuprà allega. an teneatur pro primo augmento tantum, an verò pro omnibus augmentis ſuccedentibus. Pone exēplum, ſtatuto cauetur, vt eſt hic Bono. quod conducens domum, niſi ſpecialiter eam renunciet domino debito tempore, intelligitur eam reconduxiſſe eiſdem pactis, modis, & conditionibus pro anno ſequenti: quod etiam cautum eſt de iure ciuili, vt habetur in l. legem C. locati modo ſcholaris conduxit domum pro vno anno, & dedit fideiuſſorem, qui (vt dixi) tenetur etiam pro deuaſtatione maſariciarum, & in fine anni iſte ſcholaris non renuntiauit domum, & ſic intelligitur eam reconduxiſſe pro anno ſequenti: vtrum ipſe fideiuſſor teneatur pro dicta penſione, & pro maſariciis: & ſi dictam domum ſimiliter non renuntiat in pluribus annis ſequentibus, an teneatur ſemper fideiuſſor quouſque durabit dicta locatio, vel reuocatio tacita dictæ locationis: vel pone quod diruptis, & deuaſtatis primis ſuppellectilibus, vel maſariciis, iterum domitus imponit alias maſaricias, poſtmodum alias, &c. an ſemper ipſe fideiuſſor teneatur. In quo breuiter dicas, quod non tenebitur ipſe fideiuſſor, niſi pro prima reconductione tacita, & pro primis ſuppellectilibus ſubrogatis loco primarum deuaſtatarum. Quinimò nedum ipſe fideiuſſor non tenetur, niſi pro prima reconductione: ſed nec ipſe principalis non poteſt conueniri, vt domum reconducat, niſi pro prima reconductione tantum: & hoc, vt inanitas euitetur, argumento tex. in l. fideicommiſſa. in §. ſi quis decem ff. de legat. 3. vbi dicitur, quòd ſi teſtator grauauit hæredem, vt daret decem Titio: & ſi illa decem perdiderit, rurſus grauauit ipſum, vt daret ſibi alia decem, quòd ſi illa perdiderit, non tenetur vlterius ad illa danda, quia intelligitur de prima vice tantùm, qua perdiderit dicta decem, & non de alijs vicibus, & hoc, vt euitetur infinitas ad idem eſt tex. in l. boues. §. hoc ſermone. ff. de verbor. ſignificat. & in l. inſer ſocerum. §. fin. ff. de pact. dota. & in l. cum pater certam. ff. de lega. 2. & in l. matrimonij. ff. qui & à quibus in l. dotis promiſſio. & in l. ſi ſponſalibus. ff. de iure do. cum ſimil. gloſ. dictarum legum allegatis pro quibus optimè faciunt dicta per Bald. in l. licèt. in pe. C. loca in verſic. quarto quæro vbi dixit, quòd ſi quis conduxit molendinum cum pacto, quòd ipſum deberet reaptare, qui conductor illud ſemel reaptauit, ſed iterum poſteà deſtructum eſt, an iterum teneatur conductor ad reaptandum: & decidit ibi Bald. quod non, allegans d. l. fideicommiſſa. §. ſi quis 10. ff. de lega quod dictum refert, & ſequitur, d. Alex. in conſil. ſuo 360. quòd incip.

breuiter

98 breuiter in caſu, &c. † Facit etiam nam ſi alicui con-
ceditur ſecuritas eundi, & redeundi, intelligitur pri-
ma vice tantum: ita ſingul. dixit Ioan. de Pla in l. 1. C.
de nauic. lib. 12. quem refert, & ſequitur dict. Alexand.
in d. conſ. ſuo 360. ſecundum ord. meum, incip. bre-
uiter in caſu præmiſſo, &c. in princ. ad quæ etiam facit
ſecundum Alexand. ibi tex. in cap. non poteſt, §. 1. de
præben. In 6. vbi habetur, quod ſi alicui à Papa conce-
ditur, quòd ſimiliter poſſit recipere duo beneficia cu-
rata, intelligitur duobus primis, quæ impetrabit, vel
obtinebit: item ſubdit d. Alexand. in d. conſil. quod ſi
alicui concedatur licentia intrandi clauſuram monia-
lium, intelligitur de prima vice tantum: & allegat ra-
tionem, dicens quòd in materia reſtringibili, debet
intelligi conceſſio facta pro prima vice tantum alleg.
hoc voluiſſe Alb. de Roſa. in 2. parte ſtatu q. 181. incip.
quod per d. fratrem Vbertum, &c. Subdit etiam d. Alex.
quod ſi ſtatutum diſponit, quod ſi quis ceperit vexillum
Florentiæ, habeat certum præmium. quod intelligitur
de prima vice, & de prima captura tantum: ita voluit
Bart. ſecundum eum in l. in hoc articulo quiſque in vlt.
col. ff. de hæred. inſti. quod eſt notan. pro ſtatuto Bon.
diſponente, quod ciuis electus ad aliquam poteſtariam,
debeat habere vnum vexillum à communitate: nam
intelligitur pro primo officio tantum, & ita in me, &
in aliis ciuibus obſeruatum fuit, licet plura, & plura
habuerim officia.

99 † Ad prædicta etiam faciunt ſecundum d. Alexand.
in d. conſil. Nam ſi quis promiſit repræſentare aliquem
coram iudice ad ipſius iudicis mandatum liberatur
per primam repræſentationem: ita dixit Benedictus
de Plum. ſecundum eum in l. duobus, §. 1. per gl. ibi in
verbo, exhibuerit eum, ff. de iureiur. & ibi Paul. de Caſt.
poſt eum, & idem dixit Ioan. And. in addit. ad Spec. in
3. parte in titul. de accu. in addi. quæ incip. Odofred.
Et ideò dixit Bald. in l. diuortio. §. quod in anno. 1. col.
matrim. quòd ſi aliquis vendidit vuas, vel roſas viri-
darij ſui, qui fructificabat bis in anno, quod intelligi-
tur de primis tantum. Item pro iſtis etiam facit ſecun-
dum eum, quod voluit Bar. in l. cum quidam, ff. de au-
nu. l. vbi dixit, quòd ſi teſtator relinquit fratribus mi-
noribus in feſto S. Franciſci vnam pitantiam, id intelli-
gitur ſemel tantum: ad quòd etiam alle. Bart. in l. eum
qui calendis, ff. de verb. obl. Ex quibus iuribus, & do-
ctrinis concludit ipſe d. Alex. in d. conſil. ſuo, quod ſta-
tutum. Bon. loquens, & diſponens, quod niſi conductor
domos renuntiauerit debito tempore conductioni,
quod intelligitur reconduxiſſe pro anno ſequenti, quod
hoc intelligitur pro prima reconductione tantum, vt
euitetur infinitas, licèt vltra adducta per d. Alex. dico,
quod pro hac parte etiam faciunt, quæ voluit Ang. in l.
l. ſi finita. ff. de dam. infec. & in l. 2. ff. de cuſto. reo. & in
l. oratione, ſuprà de feriis, & in l. veluti § hæc vxo. ff. de
eden. & Lud. Ro. in conſ. 100. 15. incip. plura ſunt quæ
quæruntur: & idem dicit Alex. in conſ. ſuo 145. incip.
quoniam abundè. &c. in 2. vol. vbi dixit, quod promit-
tens præſentare iudici aliquem, toties, quoties ſibi pla-
cuerit, quod ſi bis præſentauerit, eſt liberatus: & dixit
Bal. in l. ſi duo. §. ſemel. ff. de arbi. quod ſi ſit promiſſa
pœna toties quoties fuerit contra factum, quod iſta
promiſſio verificatur in bina contrafactione, vt bis tan-
tum obligatur pœna, ſi contra fiat: & dixit Bal. in l. 1. in
2. col. C. vt in poſſ. leg. quod ſi data eſt poteſtas arbi-
tro, vt arbitretur infra 10. dies cum poteſtate proro-
gandi, non tamen poterit prorogare vltra tres menſes.
Facit etiam pro prædictis no. verbum Dominici de S.
Gem. in c. 1 § licèt cir. a fi. de procu. in 6. vbi dixit, quod
ſi aliquis eſt conſtitutus procurator alicuius cum po-
teſtate ſubſtituendi, quod talis ſubſtituens procura-
torem, non poterit ſibi dare poteſtatem ſubſtituendi,
ne poſſit ſubſtitutio procuratoris procedere in infini-
tum, quod dicit tamen non locum habere in procu-
ratore effecto domino litis; quia tunc poterit ſubſti-
tuere cum poteſtate ſubſtituendi, quia talis procura-
tor habetur loco domini. Item faciunt quæ voluit
Bald. in c. ſua nobis in fi. de app. vbi dixit, quod ſi data
eſt poteſtas arbitro prorogandi tempus compromiſſi,
quod illud non poterit prorogare niſi bis, vt infinitas
euitetur: item faciunt etiam quę voluit d. Ang. in conſ.
ſuo 31. incip. dubium ingerit, &c. in princip. & faciunt
optimè dicta per Bald. in conſ. ſuo 5. incip. viſo teſta-
mento, & ſtatutis municipum. in 1. & a char. & faciunt
dicta per Alc. in l. qui bona §. fi. ff. de dam. infec. in vlt.
col. & per d. Fel. in c. innouamus per totum. de treu. &
pa. & in c. licèt. el a. de teſt. Ex iſtis ergo concludo, quod
dictus fideiuſſor in qu. ſup. formata, non tenebitur niſi
pro prima reconductione, vel pro primis ſalariciis
100 denaſtatis. † Et hoc illa ratione, vt infinitas euitetur,
vt in dictis iuribus cauetur: in qua tamen materia in-
finitatis non omitto duo: primum. quod etſi vera eſt
regula iſta, quod infinitas eſt euitanda, illud tamen fal-
lit, & limitat, niſi verba contractus vel diſpoſitionis ſint
apta ad infinitatem importandam: quia tunc admitti-
tur infinitas: & de hoc poteſt poni exemplum, quando
in diſpoſitione ſunt appoſita verba, toties quoties
opus fuerit: nam tunc admittitur infinitas, quia natura
verbo cum hoc importat. ita probatur in l. ſi ita ſtipu-
latus à Seio: & ibi per Bar. poſt gl. iuſta in hoc tit. Idem
etiam eſſet dicendum in verbis, quandocunque vel quo-
tieſcunque quia ſimiliter talia verba ſunt apta ad infi-
nitatem: ſecus, ſi verba non ſunt apta comprehendere
infinitatem, ita dixit d. Alex. in conſ. ſuo 145. inci. quo-
niam abundè, &c. in fi. pe. col. in 2. vol. conſiliorum, vbi
ſubdit hoc eſſe verum, etiam ſi ex multiplicatione
actuum multiplicari poſſet damnum vel intereſſe: vt
probatur in d. l. ſi ita ſtipulatus, ſecundum Ioan. de Imo.
ibi, qui hoc exemplificat in dictione, quandocunque
quia tunc toleratur infinitas ex mente diſponentis.
Idem etiam eſt de mente Bart. ſecundum d. Alex. in dict.
conſ. in l. qui bona ff. de dam. infec. vbi dicit, quod ſi lo-
quimur de infinitate numeri, puta de multiplicatione
præſtationis, & tunc dicit, quod ſi verba diſponentis
ſunt expreſsè apta ad infinitatem, toleratur infinitas,
alleg. l. in annalibus C. de lega. & d. l. ſi ita ſtipulatus, &
101 l. ſi duo §. fin. ff. de arbi. † Et facit optimè quod voluit
Bar in l. cum notiſſimi. in fi. prin. C. de præſcr. 30. vel 40.
ann. vbi dixit, quod ſi ius offerendi competit alicui per
modum cuiuſdam facultatis, vt putà ſi debitor poteſt
quandocunque vult offerre debitum creditori, & pi-
gnus reluere. tunc iſta facultas non poteſt vnquam præ-
ſcribi nec tolli. de qua qu. vide etiam Bald. in c. 1. in fin.
de feu. dato in vicem. l. commiſſo. & in l. licet. C. de iu-
dei. & in l. pignori. ff. de vinca. & Ang. in d. l. cum notiſ-
ſimi. Bar. in l. 1. ff. de cond ex l. in 2 colu. Imo. & Rom. in
l. quamdiu. ff. de acq. hęr. Imo. in c. quoniam frequenter.
in gloſ. fin. vt lit. non conteſtar. Bald. in c. non liceat. de
præſcr. in prin. Ang. in §. actionum, in 15. char. de actio.
Ang. in conſ 55. incip. Gulie. Abb. in c. ſi in 21. col. vt lite
non conteſt. Ang. in conſil. 241. incip. ad hæreditatem
Bernardi. &c. Et ad prædicta facit, quod voluit Io. An. in
c. non eſt, de conſue. in 6. vbi dixit quod illa quæ ſunt in
mera voluntate, continent infinitatem, & non ſunt prę-
ſcriptibilia, de quo etiā per Fel. in rub. de præſcr. in vlt.
char. in 2. col. in fi. & in c. cum acceſſiſſent in 13. col. vers.
declaratur, de conſtit. (Et in rub. de præſcr. in pe. col. in
prin. & per Barb. in c. olim. in 3. col. extra de reſcrip. &
per do. Fel. in c. cauſam que in 15. col. de reſcrip.) Itē pro
iſta opi. optimè facit tex. ſecundum Alex. in d. conſ. in l.

Digitized by Google

1.§ 1.in ver toties quoties. ff.ſi fa.fut.fe. dica. & inſti.
de eo.cui libe.cauſa bona adi.§.1. & idem eſt de mente
Spec.in tit.de arbit.§.fi.ver. quid ſi dictum eſt in com-
102 promiſſo, quod pœna &c. † Et ideò dixit d. Alex.in d.
conſ.145.quod non immeritò Io. de Imol. & Ludouic.
Rom.in d.l.ſi finita in prin.repræhendunt dictam deci-
ſionem Ang. & concludunt non eſſe verum quod ille
qui promiſerit aliquem repræſentare toties quoties
fuerit requiſitus, liberetur per binam repræſentationẽ:
quia illa verba, toties quoties, ſunt apta ad infinitatem,
vt ſentit gl.in d.l.ſi finita, in princ. in ver. iterum, & pro-
103 batur in l.veluti.§.fi ff.de eden.† Et idem voluit Paul.
de Caſt in l.duobus, §.quoties.ff.de iureiur.Ego autem
vltra d.Alex.adduco d.Ant.in conſ.31.incip.dubium in-
gerit.vbi conſuluit, quod ſi pater dixit in teſtamento,
domum meam relinquo filiabus meis in caſu viduita-
tis: quod hoc caſu tales filiæ potuerunt habere dictam
domum nedum in prima viduitate, ſed in omnibus ea-
rum viduitatibus: & hoc ex præſumpta mente teſtato-
ris, & ex aliis pluribus rationibus, & iuribus ibi per eum
allegatis, quæ non refero breuitatis cauſa: & vide etiam
Alex in conſ.23.incip.conſideratis verbis in 1.col.in 2.
vol & ibi in conſ. 11.incip.viſo.in 3.col.verſ.rurſus. Se-
cundò limita, & tene menti, quod propter infinitatem
euitandam diſpoſitio generaliter loquens, verificatur, &
adimpletur in bino actu: illud eſt verum, ſi talis binus
actus ſit validus, & habeat effectum: ſecus autem, ſi ſit
inualidus, & careat viribus, & effectu: quia tunc non ve-
104 rificabitur in primo actu, nec in ſecundo. †Exemplum
ponè, ſtatuto cauetur, quod inter affines de litibus inter
eos vertentibus fiat compromiſſum: ponè, quod factum
eſt compromiſſum ſemel inualidum, vel quod expira-
uit, & non eſt ſequutum laudum, vtrum hoc caſu ſit ſa-
tisfactum tali ſtatuto per tale compromiſſum, adeò
quod non teneantur ipſi affines, ſi requirantur, nouiter
facere compromiſſum, in quo dicas, quod non eſt ſatis-
factum dicto ſtatuto, ſed neceſsè erit, vt de nouo fiat
compromiſſum, ita not. dixit Lud. Ro.in conſ.ſuo 504.
inci.in caſu propoſitæ conſultationis. alleg.l. ad hoc l.
hæc conditio *la grande* ff.de condi & demon. & l.ſi is à
quo in §.fi.vt in poſſ.le.l.1.ſupra de ope.no. nun.l.præ-
tor ait.ver.& ſi ſatiſdatum, & l.arbitro.ſuprà.qui ſatiſd.
coga.Ipſius enim conſtitutionis verba ſunt intelligen-
da cum effectu.ff.quod quiſq; iur.l.1.§.hæc autem ver-
ba.& ff nè quis eum, qui.l. ſi per alium.ff. edocere. de
quo etiam per Bald.in l. veluti.§.1.ff.de eden.& per Bar-
ba.in c.olim in 3.col.de reſcrip.& per Bal. in d. l. fideĩ-
commiſſa.§ pen.ff.de l.3.pro qua limitatione etiam fa-
cit l.4.§ condemnatum, ff.de re.in l.non putauit. §.non
quævis.ff.de bon.poſſ.contra tabu.cum ſi. Actus enim
inualidus, qui non habet effectum, non eſt in conſide-
ratione.l.quoties, ſuprà, qui ſatiſd. cog.l. ſcire oportet.
§ ſufficit ff.de excu.tut l. ſi accuſaturus, ff. de adul. &
ideò dixit ſingul. Bald.in l.2. in 2. col.C.de epiſ. auth.
& licèt emphyteuta alienans rem irrequiſito domino,
cadat à iure ſuo.l.fin.C.de iur.emphyteu. cum ſi.fallit,
niſi alienatio ſit inualida, & nõ ſortiatur effectum: quia
tunc non cadit à iure ſuo: & dixit not.Bald.in l. etiam,
C.de execu.rei iudi. & in l.abſentis, ff. ſi cert.pet. quod
ſtante ſtatuto, quod inſtrumentum guarentigiatum ha-
beat executionem paratam, non extenditur ad caſum, in
quo inſtrumentum eſt inualidum. Accedant quæ dixit
d An.in c.2.de offi.dele, vbi dixit, quòd ſi ſtatutum tollit
exceptionem contra geſta per ſuperiorem: intelligitur
105 ſi illa geſta ſint valida: aliàs ſecus.† Item pro hac parte
facit no.doctrina.Bald in l vnica.in 8.col.C.de confeſ.
vbi dixit, quòd ex confeſſione inualida cui non credi-
tur, non poteſt quis pati damnum, nec comprehenditur
ſub ſtatuto faciente mentionem de confeſſione: de quo
etiã aliquid per Bal.in l.inuictus in pe.col.C.de proc.&
in auth.decernimus, C.de Arbi.Facit etiam, nam man-
datum inualidum, quod nulli parat præiudicium, non
eſt punibile, caſus eſt not. & ibi Bald. in l fin.ff.quòd
fal.tut.autho.idem dixit Bal.in l.diuus, C. de fal.& ad-
duci poteſt, quod voluit Paul.de Caſtr.in conſ. 149.in-
cip.ſi quis falſificauerit, vbi dixit, quòd ſi mercator fal-
ſificat libros; ex qua falſificatione nullus patitur dam-
num, quod non debet puniri, nec pœnam ſentire ex tali
falſificatione: quod an ſit verum, non examino nunc,
106 cùm non ſit materia noſtra.& † adduci poſſunt, quæ
voluit Bald.in l.ſi præſes, circa fi.C.quomodo, & quan-
do iudex, vbi ſing.dixit, quod cancellationes inualidæ
factę per magiſtratus, vel per tabelliones, non derogant
ſcripturæ: quod dicit eſſe no. & menti tenendum: pro
quo faciunt dicta per Bald.& doc.in l.ſcriniarios, C.de
teſta.mil.& faciunt dicta Bal.in l non ita diuus, D. de
adop.vbi dixit, quod omnis citatus comparens, à iure
eſt monitus, vt non recedat illicentiatus: vt habetur in
c.ſi.poſt quam, de elec.lib.6.quod dicit eſſe verum, ſi ci-
tatio tenuit, & fuit valida aliàs poteſt recedere impunè
quandocunque: quod dictum refert, & ſequitur Barb.in
c.conſulit.in 10.char.de offi.deleg.facit etiam: Nam li-
cèt publicatis teſtibus non poſſint amplius produci
teſtes.c.præſentium, extra.de teſti.cum ſim. fallit tamẽ
niſi publicatio non ſit ritè, & rectè facta: quia ſi eſt inua-
lida poſt talem publicationem inualidam poterunt
produci teſtes gl.eſt, no.in cle.1.in ver. ritè, de teſti. &
facit dictum Bart.in l.qui per ſalutem D de iureiur. vbi
dixit, quòd ſi dictum teſtis ſit inualidum, licèt pars di-
dicerit teſtificata, vel publicatum ſit illud dictum teſtis,
tamen poteſt adhuc probare pars allega. d. l. quoties,
D qui ſatiſd.cog & facit optimè gl.no. in c.ex tenore.
in gl.1.in fi.de reſcrip.& gl.in c.non præſtat.de reg.iu.
in 6.& gl.4.in c. cùm noſtris, de conceſſ. præben. quæ
dicunt, quod licèt in ſecundis literis debeat fieri mentio
de primis, aliàs non valeant ſecundæ: tamen illud eſt
verum, ſi primæ erant validæ: ſecus, ſi erant inualidæ, &
nullæ: quod etiam probatur in c.bonæ de confir.vti.
vel inuiti.& voluit Ioan.An.in c.ex parte.de reſcrip.&
do.Al.in conſ.ſuo 386.incip.viſo proceſſu, &c.in 2.col.
& dicit ſing.Bal.poſt Iac.Bu.in d.l. quoties, ſupra, qui
ſatiſd.cog.& quòd ſi in aliqua cauſa ſecundum formam
ſtatuti, non eſt procedendum, niſi dato fideiuſſore, quod
ſi curia accipit fideiuſſorem non idoneum, quod perin-
de impeditur proceſſus, ac ſi nullum recepiſſet fideiuſ-
ſorem, & faciunt dicta per Bar.in l.1.§.vlus D de proc.
107 † Et facit etiam quòd dixit Bald.in l.2.C.de euict. vbi
dixit, quòd ſi contractus eſt nullus, & non ſortiatur ef-
fectum, non debet pro eo ſolui gabella, ſtante ſtatuto,
quòd de quolibet contractu ſoluatur gabella: quod
etiam voluit Bal.in l.non dubium, C. de legi.& in l.1.
C.de eunuchis, & Bald. in l.ſi duo, §. ſed quia noſtra.C.
communia de leg.& idem dixit Guil.de Cun. in leg.ab
emptione ſupra, de pact. de quo etiam per Bald.in l. ſi
conſtante. C.de dona.ante nup. & per Ang. in authen.
de nup. in §. ſed quia verò in fin. de qua materia dixi
vltra omnes in repe. mea.l.fin.C.de proba.in illa quæſt.
an teſtis dicens falſum, debeat puniri quando eius di-
ctum eſt nullum, & inualidum aliquo reſpectu, vbi
videas: & etiam in conſilio meo 21. incip. impone
domine, &c. in 1.char. quæ omnia tene menti ad pro-
poſitum huius limitationis, Lud.Rom.in d.ſuo conſilio.
108 Quæro modo decimò vlterius, an fideiuſſor in cau-
ſa appellationis teneatur de cauſa principali, & econ-
uerſò: an fideiuſſor datus in cauſa principali, teneatur
in cauſa appellationis: in quo circa primum reperio
Ioan.de Imol. tenentem quod fideiuſſor datus in cauſa
appellationis, non teneatur de cauſa principali: & hoc

ipſi

ipſe tenet in conſ. ſuo 89. incip. in caſu præmiſſo. mouetur enim ad hoc, dicens, quod dictum dicentis reſtringitur ſecundum ſuam cauſam, vt habetur in l. ſi is qui animo ff. de acqui. poſſ. & in l. adigere. in. §. quamuis. ff. de iure patron. pro quo etiam poterat allegare illud, quod actus agentium non operatur vltrà eorum intentionem l. non omnis ſupra, ſi cer. pet. l. obligationum ſubſtantia. ſupra, de act. & obli. habetur in l. abſentis. C. ſi cer. pet. & faciunt optimè dicta ſupra in illa quæſt. vtrum fideiuſſor teneatur ad augmentum in 2. col. in in prin. Si enim diceremus, quòd talis fideiuſſor in cauſa appellationis teneretur pro cauſa principali, ſequeretur indiſtinctè quod ipſe fideiuſſor teneretur ad augmentum; quòd tacitè venit. & ideò ſi lata eſſet ſententia prima, in qua pars eſſet condemnata in certo precio, & in expenſis. & victus appellaret, & daret fideiuſſorem de iudicato ſoluendo, ſi ipſe victus non proſequeretur appellationem, ſed tranſiret tempus, & deſertaretur appellatio, & ipſa ſententia tranſiret in rem iudicatam, reperiretur ipſe fideiuſſor illaqueatus, & obligatus vltrà eius mentem, & intentionem ad ſoluendum principale debitum, & ad expenſas cauſæ principalis, & cauſæ appellationis quod eſſet contra ſupradicta iura. Ergo ideò benè, & diligenter eſſent ponderanda verba obligationis ipſius fideiuſſionis, quia poſſent eſſe concepta adeo largè, & amplè, quod compræhenderent cauſam appellationis, & cauſam principalem: quo caſu teneretur ad vtrunq; ipſe fideiuſſor: ſecus ſi verba ſolù adaptarentur ad ipſam cauſam appellationis, quia tunc non teneretur pro cauſa principali: pro quo faciunt, quæ dixi ſupra in d. quæſt an fideiuſſor teneatur ad augmentũ, &c. vbi videas. Quo autem ad ſecundum, an fideiuſſor cauſæ principalis teneatur in cauſa appellationis, dicatis quòd non ita dixit gloſ. nota. in l. cùm apud. infra, iudic. ſol. allegat bonum tex l. 4. in prin. & in l. cũ quærebatur. in §. fin. eo. tit. & idem tenet glo. in authen. de his qui ingre. ad appell. in princ. in verſ. in perſon: quæ allegat rationem, dicens, quòd non eſt mirum, ſi non tenetur, quia prima ſatiſdatio eſt finita, finito primo iudicio: cauſa enim appellationis eſt diuerſa à prima: patet, quia teſtes de nouo inducuntur, vt in l. eos. §. ſi quis autem. C. de appel. & C. de tempo. appel. l. per hanc item hanc. partem etiam firmat Bart. in d. l. cùm apud in vlt. col. verſic. 2. caſu vbi etiam all. g. l. 2. C. de procur. & § ſi verò aliquis. inſti. de ſatiſ. idem ſi mate videtur ipſe Barto. in dicta. l. cùm apud in 2. col. vbi dicit, quòd per mutationem in ſtatu liberantur fideiuſſores. alleg. l. 2. ff. eo. iud. ſol. ſed cauſa appellationis dicitur alia inſtantia à prima, vt probatur ex l. ſi C. de teſt. & in d. l. per hanc vbi per doc. & eandem ſententiam, quòd fideiuſſor in cauſa principalis, non teneatur in cauſa appellationis, firmat Bar. in l. Græcè. in prin. §. in hoc titulo vbi alleg. gl. in d. l. cùm apud idem firmat Ang. in l. 2. §. in fideiuſſorem ſupra, qui ſatiſd. cog. & ita teneas in hac quæſt.

109 † Quæro vndecimò de alia quæſtione, videlicet, an fideiuſſor de ſiſtendo aliquem in iudicio, ſit liberatus per deſertionem, ſeu perictionem inſtantiæ in quo dicas, quòd ſic. ita dicit Bart. in l. Græcè. §. 2 & poſt litem infrà eod. vbi pro hac alleg. glo. in l. pen. C. eod. tit. & tex in l. 2. infrà iudicatum ſolui. & tex in l. ſi ſeruus ſupra de diuer. & temp. præſcri. qui tex. parum facit. Idem etiã voluit Bar. in l. cùm apud in fi. infra iud. ſol. vbi alleg. d. l. 2. item firmauit Ang in l. 2. §. in fideiuſſorem ſuprà qui ſatiſ. cog. vbi alleg. gl. in d. l. pen. C. eod. & dicit, quod idem voluit glo. in § ſed hodie. inſt. eod. de fideiuſſ. ſed non ſtrupie allegat. hanc etiam partem tenuit ipſe Ang. in l. ſancimus. C. eo. de fideiuſſ. & d.

Hippol. de Marſilis.

Alex. in d. l. 2. §. in fideiuſſorem ſuprà, qui ſa. cog. & Bal. in d. l. ſacimus. C. de fideiuſſo.

110 † Quæro vlterius, & duodecimò, ſi fideiuſſor promittat ſiſtere Titium in iudicio, an ſit liberatus, ſi ipſe Titius poſteà mutat conditionem, vel efficiatur de alio foro, vt puta quia tẽpore fideiuſſionis erat laicus, poſteà eſt effectus clericus: in quo dicas, quod ipſe fideiuſſor eſt liberatus, cum ſit factus de alio foro. Ita dixit d. Car. in cle. 1. in 9. q de caſibus. vbi dicit, quod per alterationem ſtatus mutauit forum, vt amodo per iudicem ſecularem adſtringi non poſſit. allegat. c. 1. de ce. coniuga. in 6. & c. tuam. de or. cog. cap. lator. qui fil. ſint legit. de ſentent. excommu. c. ſi iudex. lib. 6. & ff ſi ex noxa cauſa agatur. l. 2. Sed vltra prædicta pro hac parte, mihi videtur optimè facere in ar. text. in l. ſi filius ff. de tut. & ratio diſt. ac la prima vbi probatur quod fideiuſſio qua patet ex forma legis tenetur pro filio, finitur filio effecto ſui iuris: & ibi Bald. not illum text. ad hoc. item pro hac parte facit quod voluit Iac. But per illum tex. in l. quiſquis. C. de epiſcopis, & cle. vbi dixit. quod licèt ratione contractus quis poſſit conueniri in loco contractus, etiam ſi mutauit domicilium: hoc tamen fallit, niſi cum ipſa mutatione fori, concurreret etiam mutatio ſtatus perſonæ, vt quia poſt contractum laicus efficeretur clericus, quia tunc coram iudice ſeculari etiam ratione præcedentis contractus non poterit conueniri: idem tenet Bal. poſt. Cyn in authen. cauſa quæ ſit cum monacho. C. de epiſco. & cler. & d. An. & Ioan. de Imo. in c. propoſuiſti. de foro compe. & Mod. in l. cum quædã puella. ſuprà de iuriſd. om. iu. facit etiam quod voluit Bald. in addi. Spec. in tit. de accuſa. in pen. col. ver. ſed quid ſi familiaris, &c. vbi dicit, quod ſi bannitus eſt familiaris poteſtatis, pro quo poteſtas tenebatur, tunc eſt liberatus ipſa Poteſtas: & dicit ibi Bald. quod cum familia delinquit, & poteſtas non vult teneri, faciat ante tempus ſyndicatus ponere talem delinquentem in banno per aliquem alium officialem ciuitatis, &

111 tunc ipſa poteſtas erit liberata quod eſt no. † Item pro hac parte facit nam ſi laicus commiſit delictũ, pro quo citatus fuit à iudice ſeculari, ſi poſteà efficiatur clericus, non poterit puniri ab ipſo iudice laico, qui fecit ipſum citari, niſi hoc faciat in fraudem ſecundum Bart. in l. 1. infra de pœnis. Balſt. & omnes in l. cum quædam puella. ſuprà. de iur. om. iu. Bart. in l. hos accuſare §. hoc beneficio. infrà de accu. Bart. in l. adultera §. ſi eo tempore. ff. de adul. Bar. & Bal. in l. fina. ſuprà ſi ex noxa cauſa agatur de quo etiam per Bart. Bald. & Ange. in l. ſi quis poſteà ſuprà de iudic. per Bald. in l. officiales. C. de epiſcopis, & clericis. per Bal. in authen. cauſa quæ ſit cum monacho. eod. tit. & in l. ſi quis decurio. C. de fal. & in l. idem Vlpia. ſuprà de excuſ. tu. per Bald. Ang. & Paul. de Caſt. in l. nemo poteſt. ſuprà de leg. 1. per Bal. in l. ſi crimen. C. de ord. cog. & in l. 1. C. an ſeruus ex ſuo facto. per Bald. in c. at ſi clerici. in 3. col. de iudic. & in c. cũ non ab homine eod. tit. per Bald. in c. cum acceſſiſſent. in fi. de conſti. alias de proba. per Bald. in c. qui veriſimile. de præſumpt. in fin. per Abba. in cap. propoſuiſti. in 2. & 3. col. de fo. compe. per Bald. in c. eccleſia S. Mariæ de conſti. & in addi. Specu. in tit. de teo. ver. quid. ſi lit. penden. & per Ioan. And. & Pet. de Ancha. in regula, ea quæ. in 12. q. de reg. iur. in 6. per Ioan. And. in c. 1. de oblig. ad ratiocin. per Cyn. in d. authen. cauſa quæ ſit cum monacho. per Odia. qui notan. loquitur in hac q. & aſſerit ita fuiſſe iudicatum in conſ. ſuo 4. incip. quod laicus & c. per Bald. in l. affinitatis. in fin. C. communia de ſucceſſione. per Ang. de Are. in trac. maleſi. in ver. comparent. dicti inquiſiti, & in termino de

ſenſionis in 1. char. in vet quid autem ſi opponitur. & per. Fede. Ancha. in ſua diſputatione incip. laicus, qui dam. & d. Car. in c. perpe. ndimus de ſententia excom. & Moder. in l. non ſolum. §. fin. ff. de excuſa. tuto. per Bald in l ſi crimen. B de ottij cog per Albe. de Ro. in 2. parte ſtatutor. in q. 41. per Dominicum de S. Gemin. in c. ʃ § fin in ſin. de cle. coniog. in 6. vbi alleg. domi. nos de Rota. & per Nicol. de Neapol. in l. idem Vlpian. §. ſunt & alij. ſupra, de excu. tut. & per do. Bart. Cæpol. conſ. 11 incip. caſus talis eſt, &c. in 4. colum. Item pro hac parte, quod fideiuſſor ſit liberatus à fideiuſſione de iudicio ſiſti: quando ille quem promiſit ſi-
112 ſtere, mutauit ſtatum ſeu forum, facit. † Nam licèt regulariter domicilium loci originis mutari non poſſit, vt l. aſſumptio. in priu. & ibi Bart. iuſtà de municipia. l. origine & ibi Bart. C. de municipibus & originarijs. lib. 10. & habetur in c. 3. de tempo. or. in 6. ramen hoc fallit in muliere nupta, quæ perdit domicilium originis, & propter matrimonium efficitur de domicilio viri pro ter virtutem ipſius matrimonij, & ſic per mutation. m ſtatus. ita poſt gl. concludit Bart. Bal & communiter doct. in l. cum quædam puella. ſupra de iuriſdi om iudi. & Bart. in l. fin §. idem reſcripſerunt iuſta ad munici. & Bar. in conſ. ſuo incip. in Caritti nomine amen. in quæſt. vertente. in 3. col. & Bald in c. b. ſupra. ſol. matr. & Bal. & Sali. in l. a. C. de iuriſ. om iud. & ibi in d. cap. propoſuiſti de foro cóp.
113 † pro quo facit dictum Bart in l. quoties. C. de priuile. ſcholarium lib. 12. vbi ſingul dixit, quod priuilegium conceſſum m hi, & omnibus meis deſcendentibus maſculis, & fœminis, non comprehendit fœminas nuptas: quod dictum refert, & ſequitur Lud. Ro. in d. l. cum quædam puella, & idem poſſet dici in vidua, ſecundum Bart. in d. §. idem reſcripſerunt. & Ange. & Paul. de Caſt. in d. l. cum quædam puella. Bart. in l. fina. C. de verb ſignifica. Bald. in l. cum te. C de nup & Bald in l. voluntas. C. de fideiuſſ. vidua enim dicitur manere in primò matrimonio l omnes. C. de bon. matr. quod tamen non aſſirmo in vidua propter dictum Bar in d l. quoties. vbi concludit, quod licet tale priuilegium non comprehendat fœminas nuptas, tamen comprahendet viduas: ſed poſſes reſpondere ex dictis Bald. quem vide in d l. voluntas: ideò in hoc me remitto ad dicta per d Alexand. in d. l. cum quædam puella. Et ex iſtis poſſ t inferri à ſimili, & paritate rationis, quod ſi quis fideiuſſit de iudicio ſiſti pro aliqua muliere ſoluta, ſi liberatus, ſi illa mutat ſtatum, ingrediendo religionem, vel contrahendo matrimonium, cuio non ſuppoſito iuriſdictioni illius iudicis, coram quo fideiuſſit. Mutatio enim ſtatus operatur quam plura: patet, nam paganus qui deliquit exiſtens paganus, & iam accuſatus de crimine, ſi efficiatur miles, non poterit de tali crimine agi ſub primo iudice, ſed debebit agi coram ſecundo iudice ipſius militis, vt habetur in qui cum vno. in §. reus ff. de re mil & in l.
114 hos accuſare in princ. & in §. j. de accuſ. idem † videmus in priuilegio ſuperueniente, quia tale priuilegium ſuperueniens, eximit quem à priori onere quod incumbebat, vt ſuprà de excu tu. l. ſpadonem § ſin autem quis & l iure peritos. in prin. idem videmus in dignitate ſup. rueniente nam talis dignitas ſuperueniens, ſoluit vinculum obligationis præcedentis etiam volontariè contractæ, vt ſuprà de operis lib. l. interdum. Facit etiam pro hac parte, quod habetur in toto. tit C. de his qui ad eccle confugiunt, & extra. de immunitate eccleſiarum, & in auth en. de manda. in principum § ſed neque & § neque autem. de homicidijs. in quibus iuribus habetur, quod laicus exiſtens extra eccleſiam in loco profano, confugiens ad eccleſiam, habet immunitatem, vt nó poſſit ex ipſa eccleſia abſtrahi, etiá pro cri-
115 mine vel delicto ab eo commiſſo. Item pro iſtis etiam facit nam ſacerdotium ſuperueniens, tollit munus publicum iam iniunctum, vt ff. de vaca. mu. l. prætor. circa prin. ibi, vel ſi qui ſacerdotium nacti ſunt, ſimiliter ſacerdotium ſoluit compromiſſum iam factum, vt ſuprà de arbi. l. non diſtinguemus §. ſacerdotio. ex quibus omnibus concludo, quòd fideiuſſor laici promittens eum ſiſtere in iudicio, liberatur à tali fideiuſſione, ſi ille reus pro quo fideiuſſit, effectus ſit clericus: & iſtud operatur mutatio fori, & ordo clericalis, &c. circa quem ordinem clericalem teneas menti aliqua notabilia, & multùm ſingularia, licèt aliquantulum extra propria materiam principaliter, ſed acceſſoriè. (De ordine clericatus vide gl. not. in c. admonere. 33.
116 q. 2. in verbo, monaſterió.) † Et primò, quod licèt filius in poteſtate, ſi commi. tat vitium de ſexdecim cauſis cótentis in §. aliud quoq; capitulum, in auth. vt cú de ap. cog. & per gl. in c quintadallis. de iureiur. poſſit exhæredari à patre, attamen ſi talis filius poſtq. a. n commiſit cauſam ingratitudinis, effectus ſit clericus, nó poterit exhæredari à patre. iſte eſt textus m ltum nor in c. non liceat 19 q vlt. & ibi doct idem dixit glo in l ſi in ver. quali ingratum C. de epi & cleri i ea probat tex. & glo ibi clarius in auth de monachis. in prin. de quo etiam vide Bal. in l. Deo nobis. in 4. col. in ſi. C. de epi. & cle. & i. ſi dicas in filio Iudæi veniente ad fidé Chriſti, quia non poterit poſteà exhæredari à patre, licèt ante commiſerit aliquam cauſam ingratitudinis, ſecun-
117 dum d Fel. in c Iudæi el. 2. poſt princ. de Iudæis. † Item ſi. fi. non poteſt eſſe in iudicio ſine conſenſu patris, l. cùm non ſolùm §. neceſſitatem. C. de bo. quæ lib. tamen iſtud fallit in filio clerico in cauſis beneficialibus, vel eccleſiaſticis, vt habetur in c. ſi. in fi. de iudi in 6. & voluit Bal. in d. §. neceſſitatem & Spe. in tit. de actore in §. 1. in 7. char. in 2. col. ver. ſed cum clericorú bona, &c. & Bar. in l. ſi infanti. in 3. colu. ver. & ideo aduerte. C. de iur. delib. Item ſcias quòd ſtante ſtatuto, quod quicunq; declinauerit iuſd. poteſtatis, poſſit impunè offendi, non habet locum in clerico decli. ante dictam iuriſdictionem ita dixit Bar. in l. ſi quis ſub conditione in fi. ff. de condi. inſti. quod dictum refert, & ſequitur d. Alex in conſ. ſuo 51. incip. quæritur, &c in antepen col. in 5.
118 volum † Item pro prædictis facit. nam ſtante ſtatuto, quòd homines villæ teneantur capere malefactores, non intelligitur de clericis malefactoribus. ita dixit Bald in c. cùm non ab homine in vlt. col. extra. de iud. quod refert, & ſequitur d Feli. in c. eccleſia ſanctæ Mariæ in 46. col verſ. adde etiam hic extra de conſtit. item adduci poteſt not. doctrina. Ioan. Calder. in diſputatione ſua incip. ſtatuto ciuitatis cauetur, quod ſi ab actore &c. in ſolutione vltimi dubij, vbi concludit, quòd ſi ſtatutum dicit, quòd ſolutio debiti non poſſit probari per teſtes, ſed ſolùm per inſtrumentum, quòd hoc ſtatutum non habebit locum in laico effecto clerico poſt editum d. ſtatutum. idem tenet Pet. de Anch. in re pet. c. ea. quæ in fi. de reg. iur. in 6 & Ioan. de Imo. in c. eccleſia S Mariæ. de conſti. idem ſirmat. d. Alexand. in conſ ſuo 210. incip. viſa facti narratione, &c. in 2. col. in fin. in 2. vol. de quo dixi in repe. mea rubricæ. C. de proba. in 10. col. in ver. quinto limitat, &c. & in ſingu. meo 19 incip ſtatuta, &c. & facit quod voluit Abb. in c. quòd clericis de fo. comp. c. eccleſiæ ſanctæ Mariæ. circa vl. char. de conſti. vbi dixit ſtatutum diſponi, quod ſi emptor non apprehenderit poſſeſſionem infra annum rei emptæ, quod contractus præſumitur ſimulatus, quod tale ſtatutum non habebit locum in clerico quod dictum refert, & ſequitur d. Alex. in ſuo conſ. 210
119 in 3. col. † Item ad prædictam etiam optimè facit nouerbum

Digitized by Google

verbum Bal.in c.cùm veniſſent.extra.de eo qui mitt.in
poſſeſ.rei ſer.cauſa circa 3.col.vbi dixit quòd ſtatutum
arctans litigantes ad compromittendũ, non ligat cleri-
cos etiam ſolummodo in minoribus conſtitutos: quòd
dictum refert, & ſequitur d.Alex. in d.conſ.210. in pe.
col.vbi ſubdit. pro hoc dicto facit c.2.cum ibi not.per
dec.de fo.cõpe. & dicit quod hoc etiam voluit Bald.in
conſ.ſuo incip.Venantius,&c. & dicit.quod ad hoc et
facit,tex.quem ibi ponderat do.Ang.in c.tua nuper.de
dicimis,ſed,ego vltra do.Alex. dico,quod hoc voluit
in terminis ipſe Bal.in cõſ.ſuo 181.inci.nunquid cleri-
cus,&c.in 2.vol. vbi. videas, & idem etiam apertius
tenuit Bal.in conſ.ſuo 7.incip.dicta ſtatutum,& idem
firmat do.Pet.de Peru.frater Bald.in ſua ſubſcription.
quam fecit ad dictum conſilium Bald.107. in 6. vo-
lum.

120 † Et facit ſing. verbum Oſti. quem alij ſequuntur
ibi in c.Iudæorum.de cra.& quali.vbi dixit, quòd licèt
pater poſſit vendere filium propter neceſſitatem fa-
mis, vt l.2.C.de patribus,qui fil.diſtra.& habetur in c.
presbyteros.in gloſſ.de conſe. diſt 5.& per gl. & doct.
id cap. 3. de fur. tamen iſtud non habet locum in filio
presbytero, quia pater non poterit eum vendere pro-
pter neceſſitatem famis: quod dictum refert, & ſequi-
tur Io.de Ana.in d c.3.de fur.in 2. col.in verſ. tu adde
&c.de quo dixi in ſingul.meo 101.incip. pater poteſt,
&c.Item prædictis adde, quod licèt filij ex crimine
læſæ maieſtatis commiſſo per patrem, puniantur, &
patiantur pœnam, quia priuantur omnibus bonis pa-
ternis,tam ex teſtamento,quàm ab inteſtato, & per-
petuò ſunt infames,& ab omnibus honoribus,& offi-
cijs ſint excluſi, & ſupplicantes pro eis principi, effi-
ciuntur infames,vt habetur in l.quiſquis. C. ad l.Iul.
maieſt.tamen iſta non habent locũ in filio clerico ita
dixit glo. valdè no.in c. ſatis peruerſum.56.diſt. quam
gl.refert,& ſequitur d.Ale. d.l. quiſquis. in apoſt. ad
Bar.pro qua gl facit quod voluit Ang. de Are.in tract.
malef.in ver.& eius bona publicamus.in ver.quid ſi fil.
fami.damnatus.in fi.vbi dixit, quòd ſi pater in crimi-
ne læſa maieſt. eſſet condemnatus non intelligitur pu-
blicatum beneficium eccleſiaſticũ filij, vel ſua præbẽ-
da: ſed imò ipſi filio reſeruandũ eſt, vt no.gl.ſecundum
eum in cle.paſtoralis.de re iud.& Io.de Imo in l.cum fi-
lia ff.de ver obl.& faciunt dicta per d.Aug.Ari. in ad-
dit.ad Aug.Are.in tract.malefic. in verbo. *che hai tra-*
121 *dita tua patria.* in 2.chart. in pe. addit. † facit optimè
pro iſtis ſing.verbũ Archi.in c.ſi quis 6.q.1.vbi dixit,
quòd d.l.quiſquis C.ad Iul. maieſt. non compræhen-
dit filios clericos.quod eſt valdè notandum,ad limita-
tionem d.l.quiſquis facit etiam:nam filius in poteſta-
te patris conſtitutus,non poteſt ſcribere teſtamentum
(licèt ſit notarius)in quo pater ſit inſtitutus hæres, vt
eſt tex.in l.de eo de fal.& in l.diuus.in prin. & in l.ſi
pater.eo.tit.Iſtud tamen fallit in filio presbytero, quia
ſi notarius poteſt conficere teſtamentum, in quo pa-
ter ſit inſtitutus hæres,ita ſing. dixit Bar. per optimas
122 rationes in conſ.ſuo 61.inci fil.fa. presbyt. † Et ſub-
dit ipſe ibi circa fi.d.conſilij,quod licèt quicquid ac-
quirit filius ex cauſa aduentitia, quo ad vſumfructum,
acquiratur patri,vt habetur per omnes in l.cum opor-
tet C.de bo.quælibe. & in l.placet.ff.de acqui hæredi.
tamen hoc non habet locum in filio presbytero: quia
quicquid acquirit talis filius presbyter,acquiritur ſibi
pleno iure, etiam ſi ſibi quæratur ex cauſa aduentitia
contemplatione ſui,& non contemplatione eccleſiæ
vel ſacerdotalis officij: ita tenet Bar.in d.conſ.61.& di-
cit.quòd hoc tenet Cyn.in auth. presbyteros C. de
epi.& cle.Inn. & Oſtien.in c. quia nos. extra. de teſta.
123 † Addo etiam prædictis ſing. verbũ Guil.de Cu. in l.
1.C.de ſa.ſan.eccl.quem ibi refert,& ſequitur Bal.vbi
ſingul.dixit quòd per regreſſum religionis filius ſpu-
rius efficitur legitimus,quod dictum etiam refert, &
ſequitur Lud.Ro.in repe.auth. ſimiliter. in 7. priuile-
gio.C.ad l.Fal.& d.Fel. in c.teſtimonium.in 11.col.in
fi.extrà.de teſti.& in c.ex tuæ.de Simon.in 1.col.circà
medi.(Et do.Anto Roſel.in tracta. ſuo legitimationis.
in vlt.col.in fi & Bertha.in repe.in verbo, baſtardus.
in penul.col.in 4.ver.& ver.legitimatio à quibus in 1.
col.ad fi idem dixit Barba.in c.in præſentia.in 79.col.
124 de prob.† Nec etiam omitto quod voluit Io de Imo.
in c.cùm R.de offi.de lega vbi dixit, quod licèt frater
nõ poſſit eſſe teſtis pro fratre, vt in l.parentes cum ſim
C.de teſti tamen iſtuc fallit in fratre religioſo: nam ta-
lis frater religioſus admittitur ad teſtificandum pro
fratre: quod dictum refert,& ſequitur Barb.in d.c. cũ
125 R.canonicus in 5.col.&c.† Addo etiã, quod ordinatus
ad clericatum, non eſt vlterius infamis, ſi antea erat in-
famis: quia talis ordinatio tollit infamiam, ſecundum
Inn.& alios in c.cùm te.de re.iud.quos refert,& ſequi-
tur ibi do Fel.in 5.col.referens etiam alios hoc tenen-
tes: de quo ibi per eum:& vide quæ dixi in c.conſen-
ſus.in vlt gl.in fin.extra.de reb.eccl.non alien. Et ad-
de etiam hic dicta per do. Iaſ.& l.filiæ licet. in 2. col.
C.de colla. vbi dixit, quòd ſi pater emit filio ſtudenti
libros, & ſibi tradidit, niſi ſit factus doctor ante mor-
tem patris, tenetur illos conferre fratribus poſt mor-
tem patris quod dicit ſecus eſſe in filio clerico ſtuden-
te, etiam ſi ſolùm habet primam tonſuram, quia non
tenebitur illos conferre cum fratribus poſt mortem
patris: allegat hoc voluiſſe Albe.in l.ſi donatione.in vl.
col.C.de col.& alia plura, & plura ad hoc allegat, de
quibus ibi per eum.

126 † Item in hac materia non omittendum puto,
quòd ſing. admodum dixit Abb.antiquus in c. gratis.
extra de depoſito. quem ibi ſequitur Paul. de Leaza.
vbi dixit, quòd iura dicentia, & volentia, quòd vbi
præcedunt legitima indicia contra aliquem,poteſt ta-
lis,ſeruatis ſeruandis, poni ad torturam, vt habetur in
toto tit. ff. & C. de quæſtio.non tamen habent locum
contra clericos: quia ſi ipſe clericus, qui habet indicia
contra ſe, non ſit aliàs infamis, non poterit prætextu
quorumcunque iudiciorum poni ad torturam: quòd
profectò eſt ſing.verbum: quod dictum refert,& ſequi-
tur Ioan. de Ana. in c.1. circa 5. col. de cler. percuſ.&
d.Abb.in c.cùm in contemplatione extra. de reg.iur.
& do. Felin.in c.veniens.in 2. colum.extra.de teſti. de
quo ego dixi in ſing. men.55.Incip. aduertas ad vnum
&c.(De ordine clericatus vide glo. not.in c.admone-
re.33.quæſt.2.in verbo, monaſterium.)

Adduci poteſt etiam ad prædicta: nam ordo cleri-
calis, ſacerdotalis, vel religionis, vltra prædicta ope-
ratur maximum effectum: nam tollit, mutat ſeu re-
mouet voluntatem teſtatoris defuncti, & alterat ſeu
127 impropriat verba teſtamenti, quod apparet: † nam
ſi teſtator dicit, lego mille Sempronio, ſi duxerit vxo-
rem, vel ſi contraxerit matrimonium cum aliqua: &
ducentum, ſi religionem intrauerit, vel habitum cleri-
calem aſſumpſerit, & ipſe Sempronius ingrediatur
monaſterium, vel aſſumat habitum clericalem, tunc
debet habere mille: ac ſi contraxiſſet matrimonium:
& idem eſt eadem ratione, ſi legetur mulieri eodem
modo.Ita ſing dixit Io. And.in addi. Spec. ſuper rub.
de ſtatu mona. & d.And. & alij in c.in præſentia. de
proba. in 10. col. Bart.in l.2.ff.de his quæ pœnæ no-
mine.Ro.in l.ſtipulatio hoc modo.in 7.col.ver.vlt.ad
idem.ff.de ver.obl.& d. Abb.in repe.c.eccleſia S Ma-
riæ.in 31. colum.de conſti. & Alb. de Roſa. in 1.parte
ſtatu.quæſtio.105.& quæſtione ſequenti.& Bal.in d.c.

in præſentia.in 6.col.ver.ſed quid ſi teſtator.& Matth.
in no.ſuo 52.incip.no.quòd ſi teſtator, &c. Idem te-
net d. Alexan. in conſil. ſuo 121. inci.viſo themate ſu-
praſcripto, &c.in 4.colum in 2.vol.& in conſi. ſuo.
257.incip.Super contentis in dicto themate.in 3.col.
idem firmat Felin.poſt do.Franc.de Are.in d.c.in præ-
ſentia nu.19.col.verſ.& ex iſtis remanet,&c.& iſta eſt
communis opin. licèt Bal.fuerit ſibi contrarius,& te-
nuerit contrarium in l.Deo nobis. C.de epi. & cler.&
in auth.niſi rogati. C.ad Trebel & Ioan.de Imol.in l.
Lucius Titius. ff.de hæredi inſtitu Pro qua communi
opin.facit optimè,quod voluit Petr.de Anch.in conſi.
ſuo 273. incip. pro, & contra. Et faciunt dicta per
Archi. in c. ſi qua mulier.24. quæſt.3. vbi dicit, quòd
ille qui eſt rogatus reſtituere, ſi ille cui debet fieri re-
ſtitutio, non intrauerit monaſterium, tamen admitti-
tur reſtitutio, licèt ille ingreſſus fuerit monaſterium:
128 & ita dixit tenere Goff. in d.c. in præſentia. † Et
facit quod voluit Bart. in authen.res quæ in 2.colum.
verſi quæro an pro filia, &c.C.communia de lega.vbi
dixit, quòd ſicut pater poteſt alienare bona, quæ ſub-
iacent reſtitutioni pro conſtituenda dote filiæ mari-
tandæ: ita poteſt alienare ea pro ingreſſu filiæ
in monaſterium, quod eſt notandum.

129 † Item vltra prædicta pro iſto ordine clericali, &
eius dignitate adduco c. ſolitæ. de maio. & obed vbi
habetur, quod dignior eſt omnis ſacerdos quolibet
principe. Et dixit text. in c. quis dubitet.96.diſtinc.
quod ſacerdotes ſunt reges,& principes, patres,& ma-
giſtri omnium fidelium. Et dixit tex. in c. cùm ex in-
iuncto.de hære.quòd ſunt dij Et dixit glo.in c.denique
4 diſtinc quòd quilibet clericus maximè in ſacris con-
ſtitutus,eſt in dignitate,& eſt dignior laico.vt in c cum
ad verbum.96 diſt. Et dixit Barto.in conſil.ſuo incip.
quæritur, ſi aliqua poſſeſſio. quòd clericalis dignitas
eſt maior quacunque dignitate laicali.

130 † Quinimò dico vnum, quod eſt fortius, videlicet
quòd ordo clericalis eſt tantæ dignitatis,& potentiæ,
quòd non ſolùm priuilegiat in pluribus ipſum cleri-
cum, vt vidimus,ſed etiam priuilegiat laicum concur-
rentem cum ipſo clerico. Ideò dixit ſingu. Inn. in c.
ad audientiam de præſcrip. licèt præſcriptio currat
contra priuatum ſpatio 10. vel 20. annorum, tamen
ſi priuatus habet commune ius cum clerico, vel ec-
cleſia, iuuabitur, vt contra eum non currat, niſi præ-
ſcriptio centum annorum: & idem videtur tenere
Abb.in cap.1.de præſcrip.& ita tenet do. Alex. eos re-
ferens in conſi.ſuo 469. ſecundùm ord.meum, quòd
incip. viſo puncto, &c.in 5.col.poſt med de quo dixi
131 in repe. mea l. fin. C. de proba. in 5. char. † Et adde
etiam hic Bart.in l.præcipimus.in §.eodem obſeruan-
do.de app.vbi dixit, quòd ſi clericus, & laicus ſunt ſi-
mul obligati alicui, quòd debebunt ambo conueniri
coram iudice eccleſiaſtico, pro quibus etiam facit,
quod voluit Bar.in l. fi.in 3.col.ver.ſed circa.hoc.ff.de
colle.illicitis vbi dixit,quod ſi in aliquo collegio ſunt
clerici, & laici,quòd rector talis collegij non poterit
eſſe laicus, ſed debebit eſſe clericus: & idem dicit Bar.
in rectore ſcholarium,in auth.habita in 8.colum.C.ne
fi. pro pa.in ver. ſecundò quæro.&c.& in §.hæc autem
tria in 2. col.verſ. ſecundò quæritur in procemio di-
geſtorum. Item dixit ſingu. do.Car. In c. Ioannes.de
teſta.quod ſi clericus, & laicus ſunt executores teſta-
menti.iudex eorum erit iudex eccleſiaſticus.

132 † Item adde hic Bart. in l.1. §. ſi quis in appella-
tione. in 3.colum.verſ.quarto,pone.ff.de appel.vbi di-
xit, quòd ſi iudex laicus, & iudex eccleſiaſticus ſimul
iudicarunt, quòd debet appellari ad ſuperiorem iudi-
cem eccleſiaſticum, & non ad ſecularem, & idem di-
xit Ludo.Roma.in conſ.265.incip. in caſu propoſito,
&c.Facit etiam,quòd dixit Bartol. in l. ſolent. in pen.
colum.ff.de aliment vel ciba.lega. vbi dixit, quòd ſi
duo ſunt facti hæredes, vnus clericus, & alter laicus,
qui in aliqua diuiſione fienda ſe diſcordent, quòd de-
bebunt adire iudicem eccleſiaſticum: pro quibus
etiam faciunt optimè dicta per Petrum de Anchar. in
regula,ea quæ.de reg.iur. in 6. in 1. parte primæ quæ-
ſtionis principalis: & vide omnino, & non omittas do.
Felin in c.placuit in 3. & 4.col de præſcript. & omni-
no.do.Felin.in cap. eccleſia ſanctæ Mariæ.in 42. col.
circa med. de conſti. & in ſuo tractat. quando literæ
apoſtolicæ noceant patronis eccleſiarum.in 6.col. vi-
de tamen Gandi.in tract.ſuo malefi ſub rubric. de ali-
quibus quæſtionibus varijs in maleficiis. in vlti. verſ.
vbi ponit vnum caſum, in quo eccleſia eſt deterioris
conditionis, quàm laicus: & in materia vide d.Feli in
rub.de appell.in pe.col.in prin Tene menti prædicta:
quia ſunt memoratu digna: & ſi extra materiam prin-
cipalem huius rubr. ſint, attamen incidenter mihi vi-
ſum fuit hæc adducere pro quodam ſcholaſtico do-
cumento. Alia ſunt priuilegia penè numero infinita,
competentia clericis, & religioſis: quæ omitto, cùm
hic non ſit locus accommodatus, ſed adduxi iſta tan-
quam digniora.

133 † Quarto decimotertiò vlterius, an fideiuſſio de
iudicio ſiſti,facta coram vno Iudice, tranſeat ad ſuc-
ceſſorem. In quo reſpondeo, diſtinguendo hoc mo-
do,videlicet,aut dicta ſatiſdatio præſtita fuit dicto iu-
dici, vt putà vicario poteſtatis,non tanquam vicario,
ſed tanquam delegato ſuperioris: tunc fideiuſſio ta-
lis non obligat fideiuſſorem coram ſucceſſore, caſus
eſt in l.3.in prin.ff.iudi.ſol. & in l.non à iudice. §. 1. ff.
de iudic.& facit l.ſi vnus.§.ante omnia. ff. de pac.Aut
talis fideiuſſio præſtita fuit ipſi vicario, non vt dele-
gato,ſed tanquam vicario:& tunc aut in ipſa ſatiſda-
tione fuit appoſitum nomen proprium iudicis, ſeu vi-
carij recipientis dictam ſatiſdationem: & tunc talis
ſatiſdatio non obligat apud aliud iudicem ſucceſſo-
rem, niſi adiectum ſit vel qui in locum dicti iudicis
ſucceſſerit:caſus eſt in l.cum apud. ff. iudica. ſol. Aut
non eſt adiectum proprium nomen ipſius vicarij, ſed
ſolùm nomen officij: & tunc talis ſatiſdatio obligat
apud ſucceſſorem, quoniam idem tribunal, idemque
iudicium eſſe cenſetur. l.proponebat. ff. de iudic. ita
dixit Lud. Rom. in conſ.ſuo 150. incip. circa primum
&c.allegat hoc voluiſſe Spec. in tit.de iudi.de leg. §.
excipitur.ver.ſed quid ſi plures & Bar.eum referendo
in d.l.cum apud. Aut in ipſa ſatiſdatione vtrumque no-
men,tam proprium quàm officij.eſt expreſſum:& tunc
debet inſpici,quod nomen præcedat,& quod prius ſit
expreſſum allegat.ff. de ſtipulat. ſeruorum l.commu-
nis ſeruus,& no.per Bart.in l.more Maiorum, & in l.
& quia ff.de iuriſ.om iu.ita reſidet Lud. Rom.in d.cõ-
ſi ſuo 210. de qua materia etiam vide Bal. in l. fin. in
pen.col. C.de hæred.inſt.& vide Ange.no. loquentem
in auth. vt nulli iudi. §.& hoc.Bal in c.1.pen.colum.in
tit.de inueſtit.in maritum facta, & Bal.in tract. §. 1. in
3.col.de his qui feu.da.poſ.Bar.in l qui liberis. §. hæc
verba ff.de vul.& pup.Bal.hæc in l.fi. §. 1. C. commu-
nia de leg cano.in c.quoniam Abb.de offi.c.lega.Iun.
in c.vno de leg.de offi de leg.

134 (Quid autem in mandato, facto ſub nomine di-
gnitatis,an finiatur morte,vel tranſeat in ſucceſſorem?
dicas quod tráſit ad ſucceſſorem. caſus eſt in c. ſi gra-
tioſè.de reſcript.in 6.& hoc firmat Bal Sal. & Raph.
in l.more.ff.de iur.om.iu.& doct.in d. c. ſi gratioſè. &
in d c.quoniam Abba & in c.licet vendique. co.tit.&
Ang.in d.auth.vt nulli iudici. §.& hoc.& vide gloſſ.in

clem.

clem.fin.de procu.Ioan.de Imol.in c.2. de teſta. in. 6. Bal. in auth. ſi tamen. C. de temp. appel. Old. in conſi. ſuo vlt.incip. factum ſuper quo &c.

135 † Quid autem in compromiſſo? an finiatur morte arbitri? dicas quod ſi fuit compromiſſum in aliquem ſub proprio nomine, quod finitur morte: ſecus, ſi fuit compromiſſum ſub nomine dignitatis, ſecundum, Bal. in l.fin. §. ſed & ſi quis.in 1. col. communia de leg. de quo etiam per doct. in locis præallega.

136 † Quæro modo decimoquartò vlterius an fideiuſſor de iudicio ſiſti, vel de aliquo præſentando, poſſit opponere, & dicere ſe non teneri ad præſentandũ illũ, eò quia ille erat malè captus, & debebat relaxari omnino à carceribus: in quo primo mihi videtur dicẽdũ, quod ſit per illam regulam, quod omnes exceptiones competentes principali, competunt etiam fideiuſſori: vt in l.omnes.cũ ſimi. ff.de excep. ſed iſta exceptio, quod reus ſit male captus, & ideo debeat relaxari à carceribus, competit ipſi reo: ergo debet competere fideiuſſori. Et pro hac parte optimè facit text. & ibi doct. in l ſi eum in prin. ff. ſi quis cautio. vbi habetur, quòd ille qui promittit aliquem ſiſtere in iudicio, ſi videt ſe non poſſe illũ ſiſtere, vt quia ille aufugit, tunc poteſt excuſari. ſi compareat ad defendendum eum in cauſa, in qua promiſerat eum ſiſtere, ad idem eſt text. & melior in l.ſancimus.in §. ſed ſi quidem poſt ſtatutum. C. eo. de fideiuſ. & hanc partem firmat do. Alex. in d.l.ſi eum, in princ & ſic per iſta videtur dicendum in caſu noſtro, quod poſſit opponere, & dicere illum, pro quo promiſit reſſe malè captum; & ideo non tenere eum præſentare, nec ſiſtere. Sed contra prædicta fortiter facit tex in l.nec eximendi.in §.item ſi quis. ff. ne quis eum qui in ius vocan. eſt, vt eximat: vbi eſt text. quòd eximens aliquem ritè captum; cadit in pœnam illius edicti, etiam ſi ille non eſſet debitor, per quem

137 text. dicit ibi ſing. Ang. quòd † eximens aliquem non auditur, ſi velit probare, quòd ille non erat creditor qui fecit eum capi. Quam doctrinam Angel. ſequitur ibi do. Alex & do. Barth. Cæp in conſil. ſuo 14. incip. pro declaratione. in 4. col Quid ergo dicendum? Ego in hoc paſſu tenerem primam opin. quòd ille qui promiſit aliquem ſiſtere in iudicio, poſſit eum defendere, dicendo eum non eſſe debitorem, & non cadere in pœnam, quando.ſ. ſine dolo vel culpa fideiuſſoris ille abeſſet, vel per abſentiam, vel per mortem, vel aliter: & ſic procedant iura primò allegata. Secus autem ſi culpa, vel dolo ipſius fideiuſſoris ipſe reus non poſſet ſiſti. Ita ſentit expreſſè glo. in d.l.ſancimus in verbo, non poſſit. C. de fideiuſſo. Et idem dicas, ſi ſi tempore fideiuſſionis ipſe fideiuſſor promiſiſſet aliqua exceptione non obſtante, præſentare ipſum reum: quia tunc nõ poteſt compatere volens oſtendere ipſum eſſe malè captum. Ita dicit text. in d.l.ſancimus. Nec debent obſtare iura allegata in contrarium: quia illa loquuntur non in fideiuſſore, ſed eximente, in quibus longa eſt differentia: nam ipſe eximens delinquit, & incidit in pœnam eximendo. Ideo meritò propter eius delictum priuatur hac exceptione, & commodo, vt non poſſit dicere exemptum fore malè captum, vel non eſſe debitorem. Secus autem eſt in ipſo fideiuſſore, qui nullum commiſit delictum: & ideo poteſt opponere dictam exceptionem: & iſta mihi videtur vera deciſio ad hanc quæſtionem, & vera ſolutio ad dicta contraria, attamen cogita. An autem fideiuſſor poſſit opponere de nullitate proceſſus. vide Iaſ. in l.2. in §. 1. in 2. col. ſuprà qui ſatiſd. cog.

138 † Vltra prædicta quæro decimoquintò, ſi fideiuſſor promiſit aliquem exhibere an ſemel exhibendo ſit liberatus: in quo dicas quòd aut talis fideiuſſor promiſit ſimpliciter illum exhibere: & tunc ille ſemel exhibendo, videtur liberatus, ſecundum gloſ. notab. quàm tibi ad hoc ponderat Benedictus de Plumb. in l. duobus. § ſi ei. in verſ. ſi exhibuerit. ſuprà de iureiur. quam gloſ. ad hoc refert do. Alex. in l.2 §. in fideiuſſorem in 2. col. ff. qui ſatiſd. cog. & in l. græcè. & poſt. infrà in hoc tit. pro qua gl. dicit benefacere, quod no. Bartol. in l. dotis. ff. de iure dot. & in l. eum qui Kalendis ff. de verb obli & in l boues § hoc ſermone. ff. de verb. ſign. & not. per Bald. in l. 1. ad leg. Iul. maieſt. pro quibus etiam faciunt dicta per me ſuprà in materia infinitatis euitandæ quod etiam fortius procedit in fideiuſſore promittente præſentare aliquem abſentem pro quo promittit: quia liberatus per vnicam præſentationem, ſecundũ do. Alex. in d.l. græcè vbi dicit, quod ita debet intelligi tex. ibi, & tit. ff. ſi quis ius voc. non ierit. & dicit, quod declarat Bart. dictum tit. ſi quis in ius voc. non ier. in l.1. prin. eo. tit. l. ſi quis in ius voc non ier. & quod hoc volunt docto. in l.2. §. fi. ff. qui ſatiſd. cog alleg. etiam dicta per Lud. Roma. in rub. C. de euictio. in 2. char ant fideiuſſor non promiſit præſentare reum ſimpliciter: ſed promiſit illum præſentare toties quoties fuerit requiſitus, & tunc videretur, quòd per binam præſentationem eſſet liberatus ipſe fideiuſſor, & hoc vt infinitas euitetur, iuxta l. fideicommiſſa. §. ſi quis decem ff de leg. ita dixit Angel in l. finita. in prin. ff. de dam. infect. Sed Ioan. de Imol. in d.l. ſi finita reprehendit opin. Ang quia talia verba toties quoties, ſunt apta ad infinitatem importandũ alleg. gl. ibi, & l ſi ita ſtipulatus à Seio infra in hoc tit. & alleg. alia de quib. ibi per eũ. pro quib optimè faciũt. quod dixi ſupra in materia infinitatis euitandæ. in 1. limit & ſubdit ibi Io. de Imo. Ro. & dom. Alex. quod dictum Angel. poſſet procedere, ſi fideiuſſor promiſiſſet ſemel tantum. & non rurſus vel iterum repræſentare: nam tunc eſſet liberatus ſecundum eos per binam præſentationem. Et ſubdit Roma. in d.l. ſi finita, quod Ange. in l.2. §. qui exhibendi ff de cuſt. re. & in l. oratione. ff. de fer. tenui. idem in hac quæſt quod te-

139 nuit in dict l. ſi finita. † pro qua opi. facit ſecundum Ro. quod no. Spec. in titul. de arbi. §. ſequitur. ver. quid ſi in compromiſſo pœnali. & Bald. poſt Cy. in l ſi duo. §. fi. ff. de arbi. vbi dicunt quod ſi dicatur in contractu, quod pœnam committatur, toties quoties contra factum fuerit quod non poterit committi, niſi bis, per dict l fideicommiſſa. §. ſi qui 10. item adducit pro Ange. dictum Bal. in l. 1. C. vt in poſ. lega tamen poſtea ipſe Roma. reprehendit opin. Angel. & ſequitur opinio Ioann. de Imol per rationes ipſius Ioan. de Imol. quam opin. & rationes ipſe Ro. comprobat ex pluribus. Et primò dicit, quia ipſe fideiuſſor de iudicio ſiſti, vel de aliquem præſentando, eſt, obligatus vſque ad ſententiam. l. § & poſt litem. infrà infra in hoc tit. ergò iniquum eſſet dicere, quod licèt præſentaſſet bis antè ſententiam, non teneretur etiam ad iterum præſentandum poſt ſententiam, ſi opus eſſet. ſecundò ipſe Lud Roma. pro hac parte adducit Barto. in l. ſi quis

140 reum. in 2. col. infrà de cuſto. re. vbi voluit quod † ſi fideiuſſor promiſit repræſentare aliquem ad omnem iudicis voluntatem, videtur etiam obligare ſe, & promittere eum præſentare poſt ſententiam, ſi opus fuerit, licet ſecundum Rom Bal. in l. ſi crimen. C. de accuſ. Sequutus Dyn in l continuus. §. 9. quis de ver. obliga. tenuerit in hoc contra Bart. & voluerit quod talis fideiuſſor teneatur ſolum vſque ad ſententiam Adducit etiam Ludo. Rom. alia contra opin. Angel. in dict. l. ſi finita. in princi. de quibus ibi per eum: & per dom. Alex. in. poſt eum, qui ſimiliter tenet contra Ange. in dict. l. ſi finita in princi. vbi latè loquitur circa

hanc materiam, non tamen videtur firmare pedes, nec concluſiuè loqui: ipſe tamen refert Paul de Caſt. Specu. & alios examinantes hanc quæſtionem: ideò videas eum ibi, & in d. l. græcè. §. & poſt litem. & in l. 2. §. fi. uprà qui ſatiſd. cog. & vide quæ dixit ſuprà in materia infinitatis euitandæ: vbi plura poſui incidenter circa hanc materiam. Et hic adde etiam Bald. in d. l. 2. in §. fin. ff. qui ſatid. cog. vbi dicit, quod licèt promittens præſentare aliquem, non teneatur poſt ſententiam: fallit, niſi fuerit adiectum verbum, quotieſcunque: quia tunc tenetur etiam vltra ſententiam: caſum dicit eſſe ſingularem in l. quod ſi noli. §. ſi autem aliàs, ſi vero ff. de ædil. edict. quod dictum refert, ſequitur dom. Fran. de Cre. in ſingu. ſuo. 11. incip. ſi quis promiſerit, &c. Et in materia iſta vide Ang. de Are. benè loquentem in tract. maleſi. in ver. quod quibus Ant. fideiuſſit in 2. verſi incip. & ſis bene cautus. & ibi in addi. & ibi in ver. ſequen. incip. debes. & per Lud. Rom. in conſil. 15 incip. plura ſunt, &c. in fin.

141 † Teneas tamen menti vnum, videlicet quod quoties quis permittit præſentare aliquem, nec apponit terminum præfixum infrà quantum tempus obligatio ralis duret vel eodem modo promittit aliquem ſiſtere in iudicio: ſi talis promiſſio ſit facta ſine ſcriptura, non tenetur elapſis quatuor menſibus ad præſentandum vel ſiſtendum: caſus eſt in l. ſi fideiuſſor. C. de fideiuſſo. & ibi Batt. facit no. & magiſtralem diſtinctionem, quam ibi vide: & vide Ioan. An. idem tenentem in addi. Spec. in tit. de accuſa. in 3. part. §. ſequitur. in addi. incipien. Odofre. & in materia iſta proximæ quæſtionis ſuprà, vide per do. Lanfranchum Brixienſem in tracta. ſuo de arbi. in rub. quibus modis compromiſſum finitur. in pe. char. in 3. col.

142 † Modò iuxtà prædicta quæro decimoſextò: fideiuſſor promiſit præſentare reum iudici ad ſuum libitũ vel ad ſuam voluntatem ſub certa pœna, quo ſtante, ille reus fuit captus per iudicem, deindè manus eius aufugit, an fideiuſſor teneatur vlterius ad eum præſentandum, an verò ſit liberatus. Ioan. And. in addi. ad Spec. an tit. de accu. in 3. part. §. ſequitur. ver. item quæritur: ecce Titius, &c. dicit, quod talis fideiuſſor hoc caſu eſt liberatus, ſi ille reus fuit captus ab ipſo iudice pro eadem cauſa: ſecùs, ſi fuit captus pro alia cauſa: quia tunc ipſe fideiuſſor non eſſet liberatus. alleg. rationem, dicens quod non refert à quo fiat, dummodò fiat. vt in l. cum tertius. ff. de ver. obl. & habetur etiam in l. 3. ff. de condi. inſti. & l. 5. ff. mandati: ſubdit etiam pro hoc facere: nam ſolutione eius quod debetur, omnis tollitur obligatio vt inſti. quib. mod. tol. obli. in princ. & l. ſoluendo ff. de neg. geſt. Subdit tamen Ioann. And. ibidem, quod licèt ipſe reus eſſet captus pro alia cauſa, tamen eſſet liberatus ipſe fideiuſſor, ſi quando pro alia cauſa erat in manibus poteſtatis ſeu iudicis, fideiuſſor compareret, & proteſtaretur ipſi iudici, quod ipſum haberet pro præſentando: quia tunc ſimiliter eſſet liberatus, quia proteſtatio eum iuuaret per l. Neſennius. ff. de neg. geſt. & authent. ſi captiui. C. de epiſ. & cle. & hanc doctrinam refert, & ſequitur do. Catal. in tracta. ſyndi. in ver. 378. incip. adde quod ſi quis promiſit iudici, &c. & Ange. in l. 2. §. fi. ff. de cuſto. reo. vbi dicit, quod hæc doctrina Spec. eſt menti tenenda: quia eſt quotidiana: quam tamen ipſe reſtringit. & limitat, niſi in tali promiſſione eſſet clauſula, quod teneatur fideiuſſor eum præſentare, quoties videbitur iudici: nam tunc non eſſet liberatus per talem præſentationem, ſed fortè liberaretur per ſecundam præſentationem. arg. l. fideicommiſſa. §. ſi quis 10. ff. de leg. 3. & ibi Ang. reſpondet ad contraria. & vide do. Nellum in tract. bannitorum in 2. parte ſecundi temp. in 15. q. vbi examinat hanc quæſtionem.

143 † Quæro decimoſeptimò, & conſequenter pone: Fideiuſſor promiſit ſoluere pro reo, vel ipſum reum præſentare ad carceres: pone quod ipſe fideiuſſor fecit reum carcerari: ſed ipſe reus aufugit culpa iudicis, an fideiuſſor ſit liberatus: in quo dicas, quod ipſe fideiuſſor hoc caſu eſt liberatus. Ita probat tex. in l. 2. §. ſimili; modo. ff. ſi quis cauſ. & ibi Doctores, & Paul. de Caſt. in rubric. de eo per quem factum erit: non enim debet ipſe fideiuſſor grauari ex delicto vel culpa alterius l. tancimus. C. de pe. ipſe enim præſentando eum ad carceres eſt liberatus: nam ſolutione eius quod debetur, omnis tollitur obligatio. in ſtitu. quib. mod. tol. obli. in princ. adimpleuit enim pro parte ſua promiſſa per eum: ergo eſt liberatus, iuxta ea quæ habentur in l. quæro §. inter locatorem ff. loc. & in l. ſi quis maior. C. de tranſa. Videas tamen Bartho. Cæp. in conſi. 25. incl. ciuis per ſer. lac. &c. & vide quæ dixi ſuprà in hac rub. in 6. col. in fin. vbi allegaui Petr. de Ancha. in conſil. 361. incip. viſo themate. in fi. & teneas menti, quod nedum ipſe fideiuſſor liberatur, quando culpa iudicis reus aufugit, ſed liberatur, ſi alter confideiuſſor dediſſet cauſam fugæ ipſius rei arg. text. in l. fi. §. 1. ff. de cuſt. reo. vbi eſt text. Quod ſi ſint duo cuſtodes carcerum, & vnus ipſorum aufugiat cum carcerato, quod alteri cuſtodi parcitur adeò quod non tenetur in aliquo: quem tex. pro ſing. allegauit Lud. Ro. in ſing. inci. ſi dicit ſtatutum, &c. & illum tex. etiam allegauit Ang. de Are. in tract. maleſi. in verſ. fama publica. in 14. cha. verſi. & aduertas:

144 † Quæro decimooctauò, ſi fideiuſſor promiſit iudici ſub pœna præſentare reum infrà menſem, ſi ipſum non præſentauit, quia non fuit requiſitus à iudice, vt ipſum repræſentaret, vtrum cadat in pœnam, in quo reperio Paulum de Caſtr. conſuluiſſe in facto, & tenuiſſe quod talis fideiuſſor non ceciderit in pœnam: ſi non fuerit requiſitus à iudice vt præſentaret. Ita tenet ipſe in conſil. ſuo 168. incip. videtur quod dictus Ioannes Petrus, &c. vbi dicit, quod talis fideiuſſor non videtur eſſe in mora præſentandi dictum reum per lapſum dicti menſis: quia illa promiſſio de præſentando videtur habere conditionem tacitam, ſi & quando iuſſus fuerit præſentare, & ex tunc incipiat currere dictum tempus menſis, & non ante: allegat. l. ſi deceſſerit. ſupra qui ſatiſd. cog. & ſubdit quod abſurdum eſſet dicere, quòd fideiuſſor deberet præſentare non requiſitus, cum præſentatio perſonæ ſoleat fieri propter aliquid explicandum circa cauſam per curiam: & ipſe fideiuſſor antequam præſentaret ignorat, an præſentatio ſit accepta curiæ, ſicut videmus in operibus debitis à liberto, quia dies earum non cedit antequam fuerint petitæ l. ſi quis ſtac. §. iudicium in fi. ſupra de ope. lib. Abſurdum enim eſt, quod aliquis faciat ſeruitium perſonæ meæ antequam velim (vt inquit Bart.) ſecundum eum in l. ſi non ſortem §. libertus. ff. de condict. indebi. & in l. cum patronus in princ. de ope lib. ita reſidet Pau. de Caſt. in d. conſi. ſuo. Ego autem pro hac concluſione Pauli de Caſtro adduco aliqua ſimilia: primò enim adduco textum in l. 1. §. magiſtratibus ſupra de magiſtr. conuen. vbi text. dicit, quod magiſtratibus imputatur, ſi non dederint tutorem, vel curatorem minoris: ſubdit tamen ibi tex. hoc intelligendum eſſe, ſi moniti, vel requiſiti, non dederint, &c. & per illum tex. dicit ibi Bald. quod ſi per ſtatutum punitur, poteſtas, non inquirens, quod excuſetur ſi nemo denunciauit maleficium; quod non erat notorie. quem text. dicit ibi Bald. eſſe ad hoc meliorem de iure, ad excuſationem officialium.

145 † Pro quibus optimè facit, quod voluit Abb. in c. pe. in pe. col. de iudici. vbi

vbi dixit, quòd ſi ex forma ſtatuti iudex tenetur expedite proceſſum infrà menſem ſub pœna, quòd ipſe iudex non cadit in pœnam ſi non expediuit proceſſum, eo quia pars hoc non petiit, nec apud eum inſtitit, vt deberet dictum proceſſum expedire: & idem dixit ipſe Abb. in c. fi. in vlt. colum. extra eo titu. de iudic. quam doctrinam refert, & ſequitur Barbat. in rub. de accuſa. in 1. col. & in c. de cauſis in 6. colum. de offic. deleg. Et idem dixit Bald. in cap. 1. §. iudices de pace iuramen. infir. in 3. col. quem refert, & ſequitur d. Cata. in tract. ſyndi. in verſ. 42. vbi allegat bonam gl. in l. ſi curatoris. C. de iur. delib. & alia de quibus ibi per eum. & idem dixit Bald. in conſil 61. ſuper contentis. in 6. vol. & Io. Cal. in conſ. ſuo 3. in tit. de pe. incip. ſtatuto imponitur: quo quã optimè facit tex. in l. 4. §. hoc autem iudicium: & ibi doct. ſupra de dam. infect. & gloſſ. not. quam allegat Abb. in d. c. pe. in fi. de reſcrip. in vlt. gl. pro quibus etiam ego ſolus allego gl. not. in l. vniuerſa. C. de precib. imper. offe. vbi dicit text. quòd induciæ factæ debitori ſoluendo, non valent, niſi ipſe debitor ſatiſdationem præſtet de ſoluendo, adueniente tempore: tamen dicit ibi gl. hoc eſſe verum, ſi creditor hoc petierit, aliàs ſecùs.

146 † Item pro prædictis optimè faciunt dicta per do. Alex. in conſ. ſuo 122. incip. viſo proceſſu in pe. col. in 2. volum. vbi inquit, quòd ſi ſtatuto cauetur, quòd ſententia ferri non poſſit, niſi cum conſilio ſapientis, aliàs non valeat, quòd iſtud debet intelligi, ſi hoc petatur, à parte, vel ab altera ipſarum: ſed ſi non petitur, valebit ſententia ſine conſilio ſapientis, non obſtante ſtatuto. alleg. d. l. 4. §. hoc autem iudicium. ff. de dam. infect. & glo. in d. c. fi. & ibi doct. de reſcrip. & d. An. in d. c. pen. de iudi.

Item pro iſtis optimè facit text. in l. pe. in §. fi. ff. de leg. 2. per quem text. dicit ibi Paul. de Caſtr. in lec. Paduana. quod ſæpè allegauit illum text. ad quæſtionem ſtatuti, dicentis quòd appellans, vel petens reſtitutionem in integrum, debeat cauere cum fideiuſſori de reſtituendis expenſis in caſu ſuccumbentiæ: aliàs proceſſus per eum factus non valeat, & petita eſt reſtitutio in integrum, vel interpoſita app. & non eo ſatiſdante ſecundùm formam ſtatuti, quia non fuit hoc petitum à parte, quòd tamen valebit proceſſus idem factus, quia dictum ſtatutum debet intelligi, ſi talis ſatiſdatio fuerit petita per partem. alleg. d. l. 4. §. hoc autem iudicium. ſupra de dam. infect. quam doctrinam refert, & ſequitur d. Alexan. in conſ. ſuo 443. incip. viſis narratis, &c. in princ.

147. † Item prædictis etiam addo Angel. in conſil. ſuo 140. incip. ſtatutum prædictum: vbi dicit, quòd ſtatutum diſponens, quòd priores teneantur cauſam committere ſub certa pœna, intelligi debet ſi hoc ab eis petatur. allegat dict. l. 1. §. magiſtratibus. & d. l. 4. § hoc autem iudicium. Ideò dicit ipſe Angel. quòd ſi cauſa appellationis non fuit commiſſa per priores, vt cauetur ex forma ſtatuti: tamen prima ſententia tranſit in rem iudicatam, ſi non fuit petita, & requiſita dicta commiſſio cauſæ per partem. Facit etiam: nam iudex qui omittit id, quod facere debet, punitur. l. non quicquid. ff. de iudic. hoc tamen intellige ſecundùm Bart. ibi, quòd iudex punitur, ſi omiſit, & fuerit requiſitus à parte, aliàs ſi non requiſitus omiſit, non punitur ſecundùm eum ibi.

148 † Facit etiam: nam iuramentum calumpniæ debet præſtari à litigantibus, aliàs non valet iudicium, vt habetur in l. 2. §. ſed quia veremur. C. de iura. cal. Illud eſt verum, ſi petitum fuit, aliàs ſecùs, ita volunt doct. in d. §. ſed quia veremur. & in c. 1. eo tit. in 6. & voluit Paul. de Caſt. in d. l. vniuerſa. C. de precib. impe. offer. in fin. Item addo prædictis text. & ibi doct. Ang. in § ſi quis pro redemptione in authen. de eccle. titu. vbi habetur, quòd hæres non adimplendo voluntatem defuncti, infrà annum ſoluendo legata ad pias cauſas, priuatur officio diſtribuendi, & ſoluendi dicta legata, & talis diſtributio vadit ad Epiſcopum. Illud eſt verum, ſi ipſe hæres fuit monitus, & interpellatus, vt ſolueret dicta legata, nedum per vnam interpellationem ſed per binam: quòd eſt not. ſecundùm Ang. ibi. Item facit glo. in l. de pupillo. § qui procuratorio. ff. de ope. noui nunc. vbi text. dicit, quòd ille, qui procuratorio nomine nunciat nouum opus, debet ſatiſdare. dominum rem ratam habiturum, aliàs non valet nunciatio. glo. ibi dicit hoc eſſe verum, ſi talis ſatiſdatio exigatur à parte aliàs valet ſine ſatiſdatione.

149 † Item adduco not. verbum Angel. in l. venditionum. in prin. C. de vſur. pro emp. vbi dicit, quòd ſtatutum dicens, quòd bannitus non debeat audiri, debet intelligi, ſi hoc à parte petatur allegat hoc voluiſſe Ioan. Andr. in cap. ſtatutum. de reſcript. in 6. & text. in l. 1. § quanquam. ff. ad Trebell. Et ſic ex iſtis cum Paul. de Caſtr. concludo, quòd talis fideiuſſor, qui promittit præſentare aliquem iudici infrà menſem ſub pœna, quòd non cadet in pœnam, ſi eum non præſentauit, eo quia non fuit requiſitus à iudice per prædicta. ſcias tamen, & menti teneas, quòd licèt prædictæ doctrinæ veræ ſint, tamen quando quis promittit, vel obligatus eſt ad faciendum aliquid ex aliqua particulari obligatione, & etiam ſtatutum eum arctat ad illud faciendum, tunc vt ſtatutum aliquid operetur, tenetur illud facere ſine monitione, aliàs cadit in pœnam: ita dixit Frede. de Sen. in conſil. ſuo 104. incip. quòd non fecerit reſidentiam, &c. quem refert, & ſequitur Abb. in c. quoniam frequenter. in §. porrò in 6. col. vt lit. non conte. quos refert & ſequitur Socin in conſ. ſuo 13. incip. profectò, &c. in fin. de quo etiam dixi in ſing. meo 341. incip. ille qui tenetur, &c.

150 † Quæro vlterius, & decimonono, aliquis promiſit præſentare Titium ſub pœna infrà menſem, pendente iſto tempore ipſe Titius eſt bannitus, vel eſt accuſatus de crimine capitali, ex qua accuſatione ipſe Titius dubitans carcerari, fugam arripuit, an fideiuſſor ſit liberatus: in quo mihi videtur dicendum, quòd ſic, ſi ipſe non procurauit tale bannum vel talem accuſationem: pro quibus optimè faciunt, quæ dixi ſupra in quæſtione illa, an promittens præſentare aliquem, ſit liberatus, ſi ille mutat conditionem, vel ſtatum: item faciunt dicta per Spec. in titu de accu. in 4 par. in §. ſequitur. in ver. item quæritur, ecce Titius, &c. vbi dicit, quòd in ſimilibus caſibus ſubuenitur per exceptionem fideiuſſori: dicit etiam, quòd hoc caſu non poteſt dici, quòd ſtet per fideiuſſorem, ſed per ipſum iudicem bannientem, alleg. l. ſed & ſi quis. in princ. ff. ſi quis cauſ. alleg. etiam alia quàm plura iura ad partes, ſed finaliter remanet in hac opin. idem firmare videntur ſcribentes in dict. l. ſed & ſi quis. in princ. vbi dicunt, quòd ideò excuſandus eſt fideiuſſor, quia facto iudicis impeditur: quo caſu non debet hoc patri imputari & faciunt dicta per Angel. & alios in l. ſancimus. C. de pœ. Ego autem vltra prædictos doct. tenens hanc partem. illam comprobo aliquibus aliis iuribus, & medijs: dico igitur quòd ipſe fideiuſſor in
151 quæſtione noſtra debet eſſe liberatus. † Nam in qualibet promiſſione ſemper ſubintelliguntur illa verba, videlicet rebus ſic ſtantibus, & aliquid de nouo non ſuperueniente, etiam ſi ſit promiſſio iurata: ita probat tex. in cap. cum inter P. Ganfredi. de renunc. & in ca. quem ad marctiam de iureiur. & in cap. clericus. eod. tit. & in l. fin. ff. qui ſatiſd. cogant. & in l. fin. C. de non

nu.pec.& in l.fi.ff.ad muni & not.Bar.in l.1.§. & poſt
operis ff.de ope.non nunciat.& Bald. in cap, cum M.
Ferrarienſis. in 5.colum de conſtit. & Fred. de Sen. in
conſil. 281. incip. caſus talis eſt, ſtatuto cauetur pro
quibus optimè facit.l.ſi vnquam.C.de reuoc.don.ille
ergo qui promiſit repræſentare Titium, intelligitur ſe
obligaſſe cum illa conditione. ſcilicet rebus ſic ſtan-
tibus. ergo ſuperueniente banno, vel accuſatione cri-
minali, fideiuſſor erit excuſatus: & ideò ſi debitor iu-
rauit nullam exceptionem opponere, ſed ſoluere tali
die: & poſt hæc ſuperior motu proprio conceſſit di-
lationem quinquennalem, poterit non obſtante iura-
mento, opponere exceptionem dictæ dilationis con-
ceſſæ: ita dixit Cyn.in l.fin.in 4.quæſt.C.ſi contra ius
vel vti.pub quem ſequitur ibi Sal.& Paul. de Caſtr.in
l.fina.ſupra qui ſatiſd. cogan. faciunt etiam ad prædi-
cta: nam noua cauſa ſuperueniens, liberat quam à pri-
152 ma obligatione. † Et ideò ille, qui promiſit aliquem
non offendere ſub pœna, non cadit in pœnam ſi eum
offendit ex cauſa ſuperuenienti de nouo, vt puta ſi ta-
lis cum quo eſt facta pax, & promiſſio de non offen-
dendo, fecerit nouam offenſam, vel nouiter poſt pa-
cem factam fuerit bannitus. ita dixit Bar. in l. aut fa-
cta.§.cauſa.ff de pœn.argu illius tex. & l.ſi de certa.
C.de tranſ.& l.cum quæritur.ff.de re iud.idem voluit
Bald in cap.1.in 2 colum. de pace tenen. vbi pro hoc
alleg.not.per O ſten.& Io.And.in cap.ſi de iniu.idem
tenet d. Anton. & Ioan de Imol. in cap. cum inter P.
Ganfredi & Paul de Caſtr in l.qui ſeruum. ff de verb.
oblig.Lud.Rom in l.ſemel mora ff.ſolut. matrim.Bar.
in l.quid ergo in §.ſi hæres ff.de leg 1.Bald in l.Gra-
chus.C.de adult.Bar.Bald.& alij in l.2. C quando li-
ceat ſe ſine iud.vind.& Io.Andr.in addit.Specul.in tit.
de treu & pace.Angel.& Imol. in l ſi ex legati cauſa
ff. de verbor.oblig Bald. in l. paciſci. C.de pact.Alex.
in conſ.462 incip.viſo themate, in 2.colum & in conſ.
19.incip.viſo proceſſu.in 1.col. in 1.volum. & Ludou.
Rom. conſil. 155. incip. præmiſſum laudum. circa fin.
& in conſil.183.incip.in caſu propoſito, &c. in princ,
Item pro prædictis facit regula illa vulgata, videlicet
quæ de nouo emergunt, nouo indigent auxilio.leg de
ætate § ex cauſa.ff.de interrog.act & ibi Bart.& DD.
in cap.paſtoralis.de excep.& in l.planè.ff.vt in poſſeſ.
lega.& in l.1 in prin. ff de ven.inſpic. & in cap.cæte-
rum de iuramento. cal. cum ſimil. Et per ſupradicta
mihi videtur concludendum in caſu quæſtionis noſtræ,
quòd fideiuſſor qui promiſit aliquem præſentare iudi-
ci ſub pœna, ſit excuſatus, ſi ille reus poſtea ſit banni-
tus, vel accuſatus de aliquo crimine capitali, ex quo
latet vel aufugit, quòd ipſe fideiuſſor ſit excuſatus, nec
cadat in pœnam aliquam: quòd etiam voluit Gandi.in
tract. ſuo maleſi. ſub rubr. de aliquibus quæſtionibus
variis in maleficiis.in 7.colum. verſi. item pone quæ-
ſtionem, &c. & in eo tract. ſub rub.de multis quæſtio.
dependen.à ſtat in 9 colum.verſic.pone quæſtionem,
& in eo. tract. ſub rub. quid ſit agendum reo præſente
in vltim.colu.ver.vel pone, &c. poſt princ. Quod eſt
intelligendum, & limitandum, niſi ipſe fideiuſſor de-
derit cauſam huic banno, & opera ſua ille reus fuerit
bannitus: quia tunc talis fideiuſſor tanquam dans cau-
ſam banno, & tanquam affectator eiuſdem, non erit
153 liberatus. † Affectatio enim non prodeſt affectanti.
l.ſpadonem.§.fi.ff.de excu.tut.& facit tex. in l. & quæ
data opera ſuprà ea quibus cau. maior. vbi dicitur,
quod ille qui ſponte procurauit ambaſiatam, non gau
det priuilegio abſentium pro republica, propter eius
affectationem. Pro quibus facit, quod voluit Ioann.
de Imol.in cap.de cætero de cler. non re ſi. vbi dicit,
quòd clericus qui ſponte quæſiuit ſe abſentare, non
gaudet beneficio reſidentis, licet ſecus ſit in illo, qui ſe
abſentauit ex neceſſitate, non ab eo quæſita nec pro-
curata. Et facit quod voluit Bartol. in l ſi ſeruus in §.
quod autem. ff. de furt. vbi dixit, quod ſi ambaſiator
procurauit ambaſiatam, & fuit derobatus, quod non
reficiuntur ſibi damna permittentem. Secus autem
dicit eſſe, ſi fuit miſſus requiſitus. Accedat no. dictum
dominorum de Rota in antiquis deciſio. deciſ. 4. in tit.
de teſtam vbi dixerunt, quòd ſi aliqui affines alicuius
minoris fuerunt ſolicitatores, vt ei daretur curator,
tanquam prodigo, poſtea ipſe cui datus fuit curator,
inſtituit hæredes ſuos tales eorum affines, qui ſolici-
tauerunt, vt ei daretur curator tanquam prodigo, ſed
venientes ab inteſtat. volunt hæreditatem, dicentes
illum non potuiſſe teſtari tanquam prodigum: modò
tales inſtituti volunt probare ipſum non eſſe prodi-
gum, vtrum admittantur: & deciderunt quod non; quia
ipſi fuerunt cauſa, vt ei tanquam prodigo daretur cu-
rator, ideò non debent audiri: quam doctrinam refert,
& ſequitur di. Franc. de Cre. in no. ſuo 97. in c. cura-
154 tor, &c. † Item prædictis adde, quod in caſibus in
quibus ignorantia excuſat à delicto vel à pœna, non
habet locum in ignorantia affectata: ita voluit gloſſ.
quam ibi ad hoc ponderat Dominicus in cap ſi ſuprà
vt autem ff.de offi.de leg. in 6. & glo. in cap ad falſa-
riorum.de crim.fal.& glo. in cle.1. de conſan & affin.
& glo in cap.eos de tempor.in 6. Ad quæ vide etiam
d.Felin.in cap.quæ in eccleſiarum in 24.col.ver & in
quantum extra.de conſtit.& quæ dixi in repe.l fin.C.
de probat.in 16.char.& d.Felin. in cap cum. M. in 24.
colum de conſtit. Et faciunt dicta per Petr. de Anch.
in conſ.409 incip. probata tanti viri ſeuitia. vbi con-
ſuluit, quòd ſi maritus verberauit hic vxorem, qui
propter timorem aufugit Ferrariam, poſtea eam ac-
cuſauit de adulterio, & condemnata fuit in amiſſione
dotis, conſuluit, quod ipſe maritus hoc caſu propter
affectationem ſuam illius condemnationis, non debe-
bit habere illam dotem, & idem dixit idem Petrus de
Anchar in cap.paſtoralis.de conceſſ. præben. faciunt
dicta latè in materia iſta per Ludou.Rom.in l.ſi vero.
§.de viro in 36.fallen.ff.ſolut.matr. & per Feli. in cap.
fin.de teſti.
155 † Quæro vigeſimo, ſi fideiuſſor promiſit ſe factu-
rum, & curaturum, quòd talis faciat talem contra-
ctum, vel quid aliud, an liberetur per mortem illius, an
verò obligatio tranſeat ad hæredes, in quo Abb. in
conſil. ſuo 90. incip. circa primum dubium, in 1. & 2.
colum. tenet quod ſit liberatus: quia difficultas, ſeu
impoſſibilitas ſuperueniens, impedit pœnæ commiſ-
ſionem.l.ſi vehenda.ff.ad Rho. de iac. & ibi Bart. & in
l.continuus ff. de verb. oblig. idem dicit ipſe Abb. ibi
tenuiſſe etiam in fortiori caſu Freder. de Sen. in conſ.
ſuo 117. vbi dixit, quòd ſi quis promiſit ſub certa pœna
ſe facturum, & curaturum, quòd Titius contrahet ma-
trimon. cum Sempronia, ſi fecit quicquid potuit, &
ipſe Titius noluerit contrahere, non tenetur ad pœ-
nam: quia ſatisfecit obligationi quantum in eo fuit.
Sed in caſu noſtro non ſolum ſuperuenit difficultas,
ſed etiam impoſſibilitas: quia impoſſibile eſt, poſt
mortem curare vt ille faciat contractum: ergo ex per-
ſona ſua ipſius decedentis, fideiuſſores non tenentur:
quia factum inhærens perſonæ defuncti, non tranſit ad
hæredem. l.ſi deceſſerit. ff qui ſatiſda. cog. & ibi cum
creditore poſſe capi perſonaliter pro debito, talis con-
uentio, & obligatio non tranſit in hæredem allegat.
l.vnicam § ſin autem. in fi. C. de cado. tol. ita reſidet
do. Abb. in d. ſuo conſ. 90. in 1.col. Ego autem pro
hac parte vltra do. Abb. allego aliqua: & primò, quod
156 impoſſibilitas aliquem non obligat † immò impoſ-
ſibiliam

ſibilium nulla eſt obligatio. l. impoſſibilium. ff. de
reg.iur.l.cum hæres. §.1.ff.de ſtat.liber. l ſi ſtipuletur.
in 1.& fina.reſponſo.ff.de verb.oblig. l.inter ſtipulan-
dem.§.ſacra.ff.de verbor.oblig.§. impoſſibilis. inſt. de
hære. inſt. d. Abbati.54 dicto capitulo ſine exceptio-
ne.12. q.2. cap. fin. de pact. cap. nemo. de reg. iur. in
6. cum ſi. Et ideò dixit text. in l.fin. ff. quæ ſententiæ
ſine app. reſcin. quod præceptum iudicis impoſſibi-
le, eſt nullius momenti ſi concordat text.in l.ſi cum
dies.in §.antepe.ff. de arbi. Et dicunt doct. poſt glo.
in cap.quæſtioni.de app..quod impoſſibilitas excuſat
ab excommunicatione. Item videmus etiam, quod im-
poſſibilitas vitiat, & annullat contractum. l.impoſſi-
bilis ff.de verb obl.& ibi doct.l.non ſolum.ff.de act.
& oblig §.impoſſibilis.inſt.de inutil.ſtipu.l certi con-
157 ditio.§.item quæri ff. ſi cert.peta. † Item impoſſibi-
litas excuſat appellantem à perſecutione appellatio-
nis adeò, quod elapſo tempore dato ad perſequen-
dum appellationem, non dicitur deſerta appellatio,
ſecundum Innoc.& alios in c. ex ratione. de appel. &
Bal.in l.ſi.C.de cond.indeb.Bart.in l.ſi procuratorem.
§. ignorantes. ff. man. Guil. de Cu. in l. eos. C.de app.
Bal.in l.ſi quis teſtium de teſti.& in l.2. § ſi quis in iu-
dicio ff.ſi quis cau.& in l.nummis.ff de in lit.iu. & In
c.1.de eo qui mitt.in poſ.rei ſeruan.cauſa.Bal.in l.ac-
ceptam C.de vſur. Ang.poſt.Bar.in l.illud.C.de anno.
& trib. lib. 10. Matha. in no. ſuo vlt. & do. Fran. de
Cre.in no ſuo 131. incip. ſtatuto cauetur. moder. in l.
quod te.ff.ſi cert.pet.Bal.in l.continuus in §. illud ff.
de verb. oblig. pro quibus facit gl. in l.minoribus. in
158 vlt. gl. C. de his quib. vt indig. † Et facit quod dixit
Bal.in c.querelam.de iureiur.vbi dixit,quod impoſſi-
bilitas excuſat emphyteutam qui non poteſt ſoluere
canonem propter inopiam,vt non cadat à iure ſuo.(&
idem dixit Anton in c. ſignificante. in 2.col. de pig.)
Ideò ex iſtis videtur mihi concludendum, vt ſuprà
per d. Abb. in d. conſil. quod in quæſtione iſta ipſe fi-
deiuſſor propter impoſſibilitatem erit liberatus, ſi mo-
riatur ille qui promiſit facere certum quid Quinimò
dico quod nedum impoſſibilitas, ſed etiam difficultas
excuſat quem ab obligatione: ideò dicunt docto.
159 quod † difficultas excuſat à pœna, vt dixit Bart. in
l.quod te.ff.ſi cert pet.& ibi alij poſt eum,& Bal.in l.
ſi pater.C.de colla.& Bar.in conſi.ſuo incip.Martinus.
& Dynus in l.ſi vehenda.ff.ad l. Rho. de iact. & in l.2.
ff.ſi quis cau. & in l.continuus. §.cum quis ff.de verb.
oblig. Excuſat etiam ipſa difficultas à periurio, vt c.
breui. de iureiur. & voluit Bar. in l. Labeo. in fin.ff.de
iureiur. & glo. 22. q 2. c. beatus. & volunt cann. in c.
Odoardus. de ſolut & Bal. in l. acceptam. C. de vſur.
in 24. q. & in l.ſi.C. de non nu.pec. & in c.1.§ porrò,
quæ fuit prima cauſa benefi.amit.in vſibu feu & ha-
betur per doct. in l.quod te.ff.ſi cert.pet. vbi per Alex.
& per eundem in d.l.ſi pater.in fi.& in conſi. ſuo 92.
in pe. col. in 1. vol. vbi idem dicit eſſe in mora pro
quibus optimè faciunt dicta per Barba. in c.pe. & gl.
in 3.col.de offic.deleg.vbi dixit quod difficultas excu-
ſat ad excommunicationem. Et idem firmat Oldr.in
conſ.177.incip.quod Abbas,&c.ita dicendum puto à
fortiori in caſu noſtro, in quo interuenit nedum diffi-
160 cultas, ſed etiam impoſſibilitas, ergo &c. † tamen
redeundo ad quæſtionem noſtram, dico quod hanc
partem etiam, quod fideiuſſor prædictus ſit liberatus
mortuo reo, tenuit etiam Bart.in d.leg.ſi deceſſerit. &
l.ſi verò.ſuprà.qui ſatiſd.cogan. & ibi vide Alex. alle-
gantem alios, tenentes hanc partem de quo etiam per
Ang.& alios in l.ſancimus.C.de fideiuſſ.& per Angel.
de Aret. in li. malefic. in verbo, pro quibus Antonius
fideiuſſit. in pe. verſi. Et in hac materia vnum tene

menti, quod ſicut fideiuſſor liberatur, vt ſuprà per
161 mortem rei, nec obligatio rei tranſit ad hæredes. † ita
etiam fideiuſſio facta pro maleficio, extinguitur mor-
te fideiuſſoris, ita quod talis fideiuſſio non tranſit ad
hæredes: quia ſicut morte extinguitur crimen, nec
regulariter tranſit contra hæredem delinquentis, vt in
l.1.cum ibi not.per glo.Bald.& doct.C.ex deli.defun.
& in l.1.& ibi Bart. ff. de priua. delic. & in l. lex iudi-
ciorum & ibi gl.Dy.& Bart.ff.de accuſat.ita extinguit
fideiuſſio ita dixit gloſſ ſingu apud omnes in §.fideiuſ-
ſor.inſtit.de fideiuſſ.quam ibi ſummæ not. Ang de Are.
Et quidem dixit ipſe Ang. in tract. malefi. in ver. pro
quibus Antonius fideiuſſit. in ver.pen. Et ibi ſubdit
ipſe Ang. in d §. fideiuſſor. quod hoc dictum eſt ve-
rum,& procedit quando fideiuſſio ſimpliciter eſt facta
pro furto vel alio delicto: ſecus autem, ſi eſt facta pro
pœna: vt quia fideiuſſor promiſit pœnam, centum, li-
cèt dicat pro furto vel alio delicto: quia tunc pœna-
lis ſtipulatio tranſit ad hæredem: & etiam contra hæ-
reditatem iacentem, quando ſit pura obligatio vel in
diem, vt l ad diem ff de verb oblig. & ibi Bart. Angel.
& Imo.ſecus ſi ſit ſub conditione,& nullam ſubſiſten-
tiam incipit habere contra defunctum.quia ſtipulatio
pœnalis non poteſt committi contra hæreditatem
iacentem: quia tractatur de magno præiudicio, quod
hæreditas iacens pati non poteſt, vt l. ſi ſeruus hære-
ditarius. ff. de ſtipul. ſeruo. & l. ſi ſeruus hæreditarius
ff.de diuer.tempo.præſcr & facit quod not. Bart. Cyn.
Ang & Imo. in l cum filius.§ in hac.ff. de verb. oblig.
& quod habetur in l. Æmilius.& ibi Bart.& in l etiam.
ff. de mino. & quod not. Bald. in c. 1. ſi vaſ. do. ſerui.
debeat. & per Bart. & duct. in leg. 2. C. ſi aduer. ven.
pig. ita reſidet Angel in d.§.fideiuſſor.
162 † Quæro 21. Sempronius requiſitus à Gaio de-
bitore Titij, vt velit eſſe fideiuſſor ſuus apud ipſum
Titium, ipſe Sempronius nolens effectualiter obliga-
ri, ſed volens tantum ſeruire de verbis ipſi Gaio, dicit
& proteſtatur extraiudicialiter Titio, quod non acci-
piat ipſum in fideiuſſorem: quia proteſtatur ſibi quod
eum receperit, non vult ſibi teneri, nec ei ſoluere mo-
do aliquo. An hoc caſu, ſi ipſe Titius recipiat ipſum
Sempronium in fideiuſſorem, ipſe Sempronius ſit ef-
fectualiter obligatus, an verò iuuetur illa proteſtatio-
ne quam fecit. In quo dicas, quod quia talis prote-
ſtatio reſpicit tempus futurum, ideò impedit fideiuſ-
ſorem ſequentem, ſecundum Cyn. & Paul. de Caſtro
in l.pacta nouiſſima C. de pact. & Spec.in tit.de fide-
iuſſor. §.1. verſi. quid ſi fideiuſſor prius. de quo etiam
per Ang in l.mora.in 2 coll.1.ff. de vſur. & per Bar. in
l.non ſolum §.morte. ff de ope. noui nun in 7.col. &
ibi per Rom. pro quibus faciunt dicta per Inno. in c.
cum M.Ferrarienſis de conſti. vbi dicit, quod quando
proteſtatio habet verba denotantia tempus futurum,
quod extenditur ad actus futuros. & idem ſentit ipſe
Inn.in c.Cuman.de ele.& Im.in d § morte. quia actus
non operatur vltra intentionem agentis.l non omnis.
ff ſi cert.per.l.obligationum ſubſtantia § ſi.ff.de act.
& oblig. & ita tenet d Feli in d.c.cum M.Ferrarienſis.
in pe. char. in 1.col. in fin. vbi. ſubdit: quod ita etiam
poteſt intelligi tex.& quod ibi not. Bart. in l. ſi tibi li-
berum.ff de act empt.quem latè declarat. Imò ſecun-
dum eum in l.quoties.§.ſed ſi cum primum.D.de hæ-
163 red.inſti.& in l.1.§ pe.D.de verb.obli. † Item pro hac
parte optimè facit, quod dixit Bald. in tract. ſchiſma.
in 22. col. vbi inquit, quod proteſtatio contraria actui,
remouet voluntatem ab actu, & idem dixit do. Alex.
in l.iuriſgentium.§ quod ferre.D de pact Et dixit etiã
Bald in l.ſi quis teſtibus.in vlt.col C.de teſtib. in ver.
hic dubitatur, quòd proteſtatio excludit conſenſum,

Et dixit idem Bal. in l. vt debitum, in 1.opp. C.de hæ-
red. act. & in d. tract.ſchiſma.in 14.coll. quod prote-
ſtatio in his quæ dependent ab animo præualet actui
contrario. Et dixit Bar. in l. qui in aliena. Celſus.in 1.
ant. D. de acquir. hæred. quòd proteſtatio in his quæ
dependent à mera voluntate proteſtantis, impedit
actum ſequentem contrarium.
164 † Item pro iſtis facit: Nam proteſtatio clandeſti-
na vnius, vitiat actum vtriuſque caſus: quapropter iu-
ſtum metum, non poterat proteſtari præſenti propter
iuſtum metum, ſecundum Dy. & Bald. in l.ſi repeten-
di.verſi. vltimo per iſtam l. C.de cond. ob cauſam, &
in l.clari.ver.ſed an valeat proteſtatio C.de fideicom-
miſſ. & do. Fel. in c. ſicut tuis in princ. de Simo. Sed
contra prædicta facit: nam faciens actum contrarium
proteſtationi, videtur ipſæ proteſtationi renunciare,
& notatur in c.gratum.de offic. dele. & in c.ſolicitu-
dinem. de appel. & in l.ad ſolutionem. C.de rei vend.
& in l. cum plures. in §. locator horrei. D.loc. & not.
per Bartol. in l. non ſolum, §. morte. D. de oper. noui
nun. & per Oſtien. in ſumma, de condit.oppo. §.quæ
conditio, verſi quid ſi antè carnis copula ergo talis
fideiuſſor proteſtans nulle obligari, ſi poſtea ſe obli-
165 gat, & † ſic facit actum contrarium proteſtationi, vi-
detur renunciare ipſi proteſtationi. Quapropter do-
ctores in locis ſuperius allegatis, & maximè in d.c.
cum M. Ferrarienſis, diſtinguunt in hac materia, &
plures faciunt diſtinctiones, & inter alias dicunt, quod
aut talis fideiuſſor ſtatim poſt proteſtationem fa-
ctam ſe obligat: & tunc iuuatur proteſtatione, quod
non obligatur, aut ſe obligat ex interuallo poſt pro-
teſtationem, & proteſtatio non iuuat eum, quia tunc
propter interuallum videtur omiſiſſe proteſtationem.
Aliàs etiam faciunt diſtinctiones circa hunc paſſum,
quas vide ibi per eos, quas ego non refero breuitatis
cauſa, & etiam quia non eſſet ſcribere, ſed tranſcribe-
re. De quibus diſtinctionibus, & de iſta materia vi-
deatis ad plenum per d. Alex. in d.l.non ſolum.§.mor-
te per eundem in d.l pacta nouiſſima. & per Bartol. &
alios in l.ſi quis in princ. ſuprà de lega.3. & per Spec.
in tit. de fideiuſſ. §.1. verſic. quid ſi fideiuſſor prius, &
per Ioan. Andr. in addi. Spec. in rub. de iureiur. & per
doct. in dict. cap. cum M. & per d. Fel. in c. ſicut tuis.in
princip. de ſimo. in quibus locis examinant hanc ma-
teriam per 6.colum. & vltra quæ omnia ibi poſita per
eos, ſi vellem hic recitare, ſtarem fortè per quatuor
lectiones. ideò videatis ibi per eos, vbi congruentius
ponitur hæc materia proteſtationis, quam hic, vbi eſt
mera materia fideiuſſoris, &c.
166 † Quæro vigeſimoſecundò: Aliquis obligatur ex
formula legis, vel ſtatuti in aliquo caſu, ad fideiuben-
dum, & dandum fidejuſſorem idoneum, vel pignus, qui
tamen propter eius inopiam, & paupertatem, vel quia
eſt forenſis, non poteſt dare pignus, nec etiam inuenit
fideiuſſorem: an iſto caſu, loco fideiuſſoris, vel pigno-
ris ſubrogetur cautio iuratoria: in quo dicas, quòd ſic.
Nam impoſſibilitatis enim excuſat, cùm ad impoſſibi-
le quis non teneatur, vt latè dixi ſuprà vigeſima quæſt.
ſed in ſpecie hoc probatur in authent. generaliter, &
in corpore vnde ſumitur. C. de epiſco. & cler. inſtitu.
de ſatiſda. in fi. ſuo hodie. & in l.vnica, poſt princ. C.
vt omnes iudi. tàm ciuiles quàm crimi. & in §.ſi quis
autem pro pecuniaria in authent. de ſanct. epiſco. &
in auth. cui relictum. C.de inde vidui. tol. & in corpo-
re vnde ſumitur: & not. gloſſ. & docto. in l.1. D. qui
ſatiſd. cogan. & hoc tenet gloſſ. in cap. ex parte el.1. in
ver. pro contumacia circa fin. de verb. ſignif. quam ibi
approbat domin. Abb. pro qua parte optimè facit
tex. in l.ſi conſtante. §. quoties. D.ſol. matr. & text. in l.
filiusfa. in §. diui. ver. iidem principes. D.de leg.1. Et
hanc partem tenet. Bar. in leg fi. io. D. vt l. nomine ca.
& in l. prætoriæ ſti. vlt. D. de præto. ſtip. & Bartol. in
l.vſufruct. C. de vſufr. & habita, & Lud. Rom. in l.2. in
9.colum. D.ſol. matr. & Ludo. Rom. in conſil. ſuo 439.
incip. circa primum, &c. in fin. ad quod alleg. bonum
tex. in l.fin. in §. ſuper. C. de aſſer. tol. & §. ſi verò cri-
men in auth. vt nulli iud. & c. alma. de ſent. excom. in
6. & idem tenet Angel. in conſil. ſuo 91. incip. ſancta
Carmelitarum religio in vlt. col. Et hanc partem ex-
preſſus firmat Ioan. de Imol. in l. cùm non facilè. D.ſi
cui pluſquam per l.Falc. & Angelum de Aret. in tract.
maleſi. in ver. pro quibus Anto. fideiuſſit. in ver. & ad-
uertas. & vide dom. Fel. in c. legebatur poſt prin. de
maio. & obe. Et idem tenet d. Alexand. in conſil ſuo
58. incip. ponderatis. in 3.col. & in l.1. in pe. col. D. qui
ſatiſd. cog. de quo latè dixi in conſil. meo 46. incip. in
curia mercatorum Bonon. &c.
167 † Hanc tamen communem opin. & concluſionem
limito ſing. non habere locum in illo, qui alias præſti-
tit iuratoriam cautionem, ſeu fideiuſſionem, & poſteà
fuit periurus. & non ſeruauit promiſſa per eum; quia
talis hoc caſu non admittetur ad præſtandam talem
fideiuſſoriam cautionem iurando, &c. quia ſemel ma-
lus ſemper præſumitur malus in eodem genere mali,
vt habetur in regula, ſemel malus, de reg. iur. in 6. vt
habetur in l. non omnis in §. à barbaris D. de re mili.
ita dixit Bal in auth. ei qui in princ. C. de bo. authen.
iudi. poſſ. quem refert, & ſequitur Fel. in c. ex part. in
3. col. in fin. de teſti. vbi alia adducit in materia iſta. &
vide eundem Fel. in cap. paſtoralis in 11. col. in verb.
limit. ſecundo de excep. & eundem Fel. in c.1. de offi.
ordi. & eundem in cap. per tuas. in vlt. col de ſimo. el 1.
Ita dixit Bald. in authen. ei qui in prin. C. de bo. authen.
ind. poſſ. quem refert, & ſequitur Fel. in c. ex parte. in
3. col. in fi. de teſti. vbi etiam alia adducit in materia
iſta & vide eundem Fel. in d c. paſtoralis in 11. colum.
verſ. limita ſecundò. de exce. & eundem Fel. in d.cap.1.
de offic. ordi. & in cap. per tuas. el.1. in vltim. colum.
de ſimo.
168 † Et pro hoc facit: Nam ille qui ſemel eſt periurus
non admittitur vlterius ad probandum per iuramen-
tum c. periuri. & ibi gl. & doct. 22. q 5. & faciunt no-
tabilia verba Bal. in authen. cui relictum. in 3. colum.
ver. attende. C. de iud. vidui. vbi dixit quod ſtatur iu-
ramento, ſeu iuratoriæ cautioni illius, quæ non poteſt
propter eius paupertatem dare fideiuſſorem: quod ta-
men dicit ſecus eſſe in eo, qui non inuenit fideiuſſo-
rem propter eius doloſitatem, & corruptos mores:
Nam ſecundùm eum, non debet credi iuramento il-
lius, cuius mores ſunt corrupti: allegat iura, ſub-
dens, quòd iuramentum vilium perſonarum nullum
habat pondus, & quaſi pro nihilo reputatur apud bo-
169 nos, & graues. † Subdit etiam Bal. ibi. quòd ſi vſura-
rius manifeſtus fecit cautionem, & poſtea interpel-
latus non ſeruauit eam, quod perinde eſt, ac ſi nun-
quam cauiſſet, quod dicit eſſe not. dignum. quam do-
ctrinam nota. diligenter ad limitationem cap. quan-
quam. de vſur. in 6. Item pro iſtis optimè faciunt. quæ
dixit Spec. in tit. de inſtru. edit. §. inſtrumentum in
7. volum. in verſiculo, quòd ſi aliquod inſtrumentum,
&c. in fina. & dicta per do. Alex. in conſilio ſuo 364.
170 incip. in cauſa in quarta colum. vbi dixit, † quod
non creditur teſti, qui aliàs dixit falſum, & fuit periu-
rus.: allegat c. teſtimonium de teſt. gloſſ. in capit. in
noſtra eod. tit. & Inn. in cap. fraternitatis. de hæretic.
Bald. & alios in l. ſi ex falſis. Cod. de tranſ. & Bald.
in rubric. de controu. inueſtit. & in l. fina. in 4. opp.
Cod. de edict. diui. & Spec. in dicto §. inſtrumentum:

& in

& in titulo de teſte. in §. primo verſiculo item quòd
aliquid de ſuo Angel. in l. 1. §. ſi quis ſimpliciter. ff. de
1 verbor. oblig. Archid. in cap. ſi ad ſacras. 9. di. & Oldr.
in conſ. 36. incip. ad primum, &c.
171 † Item etiam pro prædictis optimè facit: nam cla-
rum eſt, quòd ad inſtrumentum ſit de nouo repertum,
nec ne, ſtatur iuramento eius qui illud produeit, vt vo-
luit Bart. & Doct. in l. admonendi. ff. de iureiur. & ha-
betur in cap. paſtoralis. de excep. & facit ratio, quam
circa princ. huius rub. adduxi, videlicet quod in his,
quæ dependent ab animo, ſtatur dicto aſſerentis cum
iuramento ſecundum glo. in §. alien. inſtit. de actio. &
habetur in cap. vt circa de electio. in 6. & in cap. ſigni-
ficaſti. de homicidio. Attamen iſta limitat Ludouic.
Rom. in d. l. admonendi. fore vera, & locum habere,
dummodò ille qui taliter vellet iurare, non eſſet aliàs
periurus: quia in dictis caſibus non ſtaretur iuramen-
172 to ſuo, per d. cap. paruuli. † nam periurus non poteſt
ſubire iuramentum honoris, ſed ſolum oneris: vt no.
cap. cum in tua de iudic. & voluit glo. in d. cap. paruuli
2. q. 5. & cum hac opin. pertranſeunt moder. in
cap. ſi. de iureiur. & Felin. in cap. ex parte. in 1. colum.
173 in fin. de teſtib. † Sed tu adde glo. not. in clem. 1. de
teſti. quæ vult, quod in caſibus, in quibus ſolet ſtari
iuramento alicuius, non ſtatur ſi eſt perſona ſuſpecta:
quam glo. allegauit ad hoc dom. Ioan. Baptiſt. de Ca-
zalup. ſequens hanc partem in rep. d. l. admonendi. in
7. colum. in princ. vbi dicit, quod pro iſta parte etiam
faciunt dicta per Bal. in l. non hoc. C. vnde legi.
174 † Item vltra prædicta pro iſtis facit gloſſ. multum
ſingul. in lege Cornel. ff. ad ſim. quæ probat, quod licet
quis ſit relaxandus fideiuſſoribus ex aliquo delicto,
nec carcerandus: ſi tamen alias ſemel de carceribus
aufugit, carcerandus eſt, & diligenter cuſtodiendus,
& per hoc amittit beneficium, l. 1. ff. de cuſtod. reor.
quam glo. refert, & ſequitur Ang. Aret. in tract. male-
fic. in verſ. fama publica. in 15. char. in ver. quartò no-
tandum eſt, vbi pro hoc etiam allegat ea, quæ haben-
tur in §. l. quid ſit fugitiuus. ff. de ædil. edict. Et illam glo.
in d. l. lege Cornelia dicit ibi Ludou. Rom. non fuiſſe
conſideratam ab aliquo. tu tamen vide ibi Bald. qui
eam ponderauit, de quo per Bal. etiam in l. nemo de-
inceps. C. de epiſcopali audi. in fi. &c.
175 † Addo etiam prædictis ſingulare verbum Paul. de
Caſtr. in conſ. ſuo 103. incip. viſo dicto ſtatuto, vbi con
ſuluit, quod ſtatutum loquens de rapiente mulierem
ſolutam, quòd puniatur pœna capitis quòd tale ſta-
tutum non habebit locum in rapiente mulierem ſolu-
tam, quæ ſemel ab alio fuit tacta, vel quam alius oſcu-
latus eſt: quia tunc non præſumitur rapta per vim con-
tra eius voluntatem, cum ſemel voluntariè alteri con-
176 ſenſerit, † pro qua doctrina etiam faciunt dicta per
Alber. de Roſat. in 2. par. ſtatuto quæſt. 12. vbi dicit vna
cum Dyn. quod raptus mulieris, non committitur in
muliere nupta inhoneſtè viuente, & talis rapiens eam,
non punitur pœna raptus: aliàs ſcilicet alias eam co-
gnouiſſet, quod eſt ſing. no. Item pro iſtis etiam opti-
mè faciunt dicta per Paul. de Caſtr. poſt Bal. ibi in l. 1.
c. de probat. in fi. vbi dixit, quòd ille qui ſoluit vſuras
alicui, poteſt repetere ab eo illas vſuras, licet non pro-
bet illas ſibi ſoluiſſe, ſi tamen probat, quod ille alias
erit ſolitus mutuare ſub vſuris, & recipere, ſeu exigere
tales vſuras, quòd eſt no. ad quod allegat hoc voluiſſe
Ioan. Andr. in capit. quanquam de vſur. in nouell.
177 † Et faciunt etiam dicta per Hoſtien. in cap. cum
in eccleſiis. de maior. & obed. vbi dixit, quod monachi
non tenentur amplius recipere monachum, qui aliàs
bis fugit de monaſterio: quod dictum refert, & ſequi-
tur dom. Felin. in cap. ad abolendam in prima colum.
178 de hæret. † Et in hac materia non omitto ſingul.
verbum Angel. in l. qui iudicio. ff. de accuſ. vbi dixit,
quòd ſtante ſtatuto, quòd de damno dato ſtatur ſacra-
mento damnum paſſi quòd ſi eſt datum damnum ali-
cui periuro, vel aliter infami, qui alias deierauit, quòd
non ſtabitur ſacramento ſuo: & ita dicit vidiſſe de fa-
cto ſeruari: quod dictum pro valdè no. refert, & ſe-
quitur Barba. in cap. 1. in 3. colum. extra de excuſatio.
& idem voluit ipſe Barba. in cap. per tuas. per glo. ibi
de ſimon. & per d. cap. paruuli. & faciunt dicta per eum
in cap. euidentia. de accu. & pro prædictis etiam facit
optimè text. & gl. in l. Caſſius. ff. de ſenat. quæ omnia
tene menti ad hanc limitationem, quia iſta forte ta-
liter ſimul cumulata non reperies. Alias etiam limita-
tiones, & notabilia dicta in hac materia quando non
ſtatur iuratoriæ cautioni alicuius, vide per Fely. in c.
quæ in eccleſiarum in 24. colum. verſi. & inquantum.
extra de conſt. & per dom. Alex. ſing. loquentem in l.
1. ante ſi. ſupra, qui ſatiſd. cogan. quæ non refero bre-
uitatis cauſa. Sed accipias alium caſum. in quo licet
ſtatutum arctet, quem ad ſatiſdandum. attamen ille
talis non tenetur ſatiſdare, quod eſt contrarium præ-
cedenti; nam in caſu præcedenti quis releuatur ſatiſ-
datione propter paupertatem: ſed è contrariò accipe
caſum, in quo quis releuatur à fideiubendo, vel à ſatiſ-
dando propter diuitias ſuas: nam ſi extat ſtatutum,
quòd quis non poſſit adipiſci poſſeſſionem talis offi-
cij, niſi primo idoneè ſatiſdederit, tunc ſi acceptans
officium, valit acquirere poſſeſſionem, ſi ipſe eſt ido-
neus facultatibus, non tenetur ſatiſdare: ſed ſatis eſt,
quòd ipſe fideiubeat, & promittat, cum generali obli-
gatione bonorum ſuorum, ſecundum Bart. in l. qui-
cunque la 2. per illum tex. C. de fund. patri. lib. 11. &
ibi Alex. in apoſti. idem dixit Paul. de Caſtr. in l. diuor-
tio. §. interdum. ff. ſolut. mat. & in l. 1. ff. qui ſatiſdar.
cogant. pro quo allegat d. l. quicunque, & not. in l. de
creationibus. C. de epiſcop. audien. pro quo dicto fa-
cit optimè tex. in l. 1. in verſic. propter ampliſſimas fa-
cultates, ff. de cuſtod. reor. & text. in l. 1. §. ſi magiſtra-
tus ff. de magiſtra. conue. & tex. in l. teſtamento §. nec
ſatis, ff. de teſtam. Et hanc partem etiam firmat Dom.
Alex. in conſ. 37. incip. viſo, & opportunè, &c. in prin.
5. colum. in ſecundo volum. pro quibus faciunt, quæ
voluit Bald. in l. abſtinendum. C. quorum appell. non
recip.
179 † Et teneas menti in hac materia duo: primo, quod
vbicunque quis tenetur ex forma ſtatuti ſatiſdare pro
forma in aliquo caſu, tunc ſi ipſe eſt diues, & idoneus
poteſt præſtare quemlibet fideiuſſorem etiam inopem,
& egenum, quia bona principalis, & fideiuſſoris in
tali caſu aggregantur, & reputantur pro vno, & eodem
patrimonio, & idem eſt, ſi principalis debitor eſt
pauper, & fideiuſſor ſit ditiſſimus, quia tunc ſufficit,
& ſatisfactum eſt legi: ita not. dixit Bald. in l. mulier.
in fin. C. de iure dot. allega. gloſſ. quam dicit non eſſe
alibi, in l. ſi plures § 1. in verſic. aggregante. infra, in
hoc titu. & illum tex. & gloſſ. allega ad hoc etiam Lud.
Rom. in conſil. 320. in fin. princ. incip. hæc iſtorum, &
idem dixit ipſe Bald. in auth. ſed hodie in primo not.
C. de actio. & oblig.
180 † Secundò etiam teneas menti, quòd quoties quis
tenetur ſatiſdare, ex forma l. vel ſtatuti, tunc remitti-
tur ſibi talis ſatiſdatio, ſi ſit homo honeſtæ vitæ: ita di-
xit glo. apud omnes ſingularis in leg. 1. ff. de ripa mu-
nienda quam glo. dixit ſingularem Bald. in cap. 2. de
iud. & illam dixit fore ſtupendam Barb. in cap. coram
in vltim. collat. extra de offic. delegat. vbi ponit ali-
qua in materia iſta, &c. pro quibus facit glo. in l. Ti-
tio fundus, ſupra de condit. & demonſtrat. & quæ latè

dixi in l.1.in §.ad quæſtionem.in 2.& 3.quæſtio.infra,
de quæſt.& in dict l.1.§ fin in 4 colum & in l qui fal-
181 ſam in 13. colum.1. de fal. † Et teneas etiam menti,
quòd licet cautio iuratoria admittatur quandoque vt
dixi, tamen in cauſis criminalibus non admittitur.
ita dixit Bald.in addit Specul. in titu. de accuſa in 4.
parte, in verſic.in criminali cauſa pauper, &c de quo
tamen vide Bald.in addition. Specul. in tito. de ſent.
in vlt.char.in 1 colum in verſic. Titius fideiuſſit, &c.
& Bald in l.3 circa fin.Cod.de epiſco. aud. & in l.ſa-
tis §. 1. ſupra de in ius voc. vbi tenet in omnibus di-
ctis locis, quòd hoc ſolum habet locum in maſculo,
ſed ſecus ſit in fœmina, & idem tenet Ang.de Aret.in
tracta.malefic. in ver.pro quibus Antonius fideiuſſit.
in ver.& aduertas ad prædicta, &c.
182 † Quarto vigeſimotertiò : ſtatuto cauetur in ciuita-
te, quod quilibet maſſarius artium, vel quilibet offi-
cialis, vel quilibet ſaltuarius, vel miniſtralis teneatur
ſatiſdare ante quàm adminiſtret officium ſuum. Modò
officialis, vel maſſarius artis, vel ſaltuarius, vel mini-
ſtralis, dedit fideiuſſorem in princip officij : quæro, pro
quibus rebus tenebitur talis fideiuſſor in quo dicas,
quod ſolum tenebitur pro malè geſtis, vel miniſtratis
circa ipſum officium non autem tenetur, ſi principalis
deliquit modo aliquo circa non pertinentia ad offi-
cium ſuum, ſed circa extranea, & remota ab ipſo offi-
cio, & ita dixit Ludo. Rom. in conſ. ſuo 444. inci. in quo
quæritur, &c. in vlti. verbis, vbi dixit quod licèt offi
ciales teneantur pro eorum bariſellis, & nonciis, ac fa-
milia procedit, ſi in eo deliquerunt, ad quod ſunt de-
putati. Allegat. l. 1. § ſerui. ff. furti aduerſus naut & in l.
1. §. quod nouiſſimè. & §. familiæ. cum ibi plenè nota-
tis per Bal. ff de publi. & dicta per Bald in l. obſeruare.
§. proficiſci. ſupra, de offi. proconſul. & Bal. in rubr. de
pœna iudic. qui malè iudicauit & plenè notata in c.
cùm ad ſedem. de reſtit ſpol. Et ſubdit ipſe Lud. Ro. in
d. conſ quod ipſe officialis in caſibus in quibus tenetur
pro aliquo de prædictis, pro delicto per eum commiſ-
ſo, liberatur exhibendo ipſum delinquentem : quod
dixit voluiſſe Bartolum in dictis locis, & dixit etiam
hoc probari in l. quamuis ff. de pub. ità refidet, ipſe Lud.
Ro. in d. ſuo conſi. (vide Alex in conſ. 113 incipien. viſa
concluſione, & in 7 vol. (Ego autem vltra eum allego
Bal in l.1. prin ff. de magiſt. conue. vbi dixit, quòd ille
qui fideiubet pro aliquo caſtellano alicuius rochæ,
non tenetur, ſi ille facit robariam : quia ille fideiuſſor
fideiuſſit apud rempu. non autem apud priuatos Et pro
iſtis etiam adduco Bald. in auth. hoc ius porrectum. in
vlt. col verſi. 3. C. de ſacroſanct. eccle. vbi dixit, quod ſi
aliquis mutuat pecuniam illis factoribus, qui ſunt de-
putati à domino ad recolliendos fructus, vel ad cuſto-
diam caſtrorum, quòd illud non poteſt repeti à domi-
183 no. † Item pro hac parte adduco no. dictum Ioan.
And in addi. Spe in tit de inſtr. edi. §. nunc dicendum.
in addi magna. in princi vbi ſing. dixit poſt Nico. de
Mata quòd ſi ex conſuetudine, vel ex forma ſtatuti
debet credi libris artificis, vel mercatoris, intelligitur
de pertinentibus ad artem ſuam, non autem de aliis:
quàm doctrinam refert, & ſequitur Lud Ro. in conſil.
ſuo 305 incip. in puncto propoſito, &c. in 1. col. & do.
Felin. in c. poſt miſerabilem in 2. col in fi. de proba. &
eam refert, & ſequitur do. Fran de Aret. in conſ ſuo 33.
quod incipit, conſultatio præmiſſa, &c. in 1. col. &c.
pro quo ipſe alleg etiam Bal. in l. fi. C. ad Macedo vbi
Bald. ſing dixit. quòd ſi ſtatutum dicit, quòd non poſſit
contrah. cum filiofamiliàs, niſi ſit mercator: modo ali-
quis eſt filiusfa. & aliquis contrahit ſecum, non in cau-
ſa mercantiæ, ſed in alia cauſa diuerſa, an valeat con-
tractus, & filiusfam. obligetur : decidit ipſe Bald. ibi.
quod non allega. l. 3. cæterum. ff. nau can. ſtab. Et hoc
dictum Bal. etiam refert, & ſequitur. d. Fel. in c. poſt
ceſſionem. de probo. in 2. col. in fi. & in cap. Petrus. in
penul. colum. de homicidio.
184 † Et facit optimè not. verbū Bal. in l. ſi aduerſarios.
C. de fide inſtru. vbi dixit, quòd ſtatutum volens ban-
nitum haberi pro confeſſo, non extenditur ad malefi-
cia in lib. maleſi. non deſcripta : quòd dictum etiā re-
tulit dom. Feli. in d c. Petrus. vbi videas, quia etiam ad
materiam iſtam multa addit, & ſingulariter loquitur
item pro iſtis optimè facit dictum Bart. in l. 3. ff ad L.
Tul. repe. vbi dixit, quòd inſtrumentum notarij con-
demnati de falſo. non valet: iſtud eſt verbum ſi commi-
ſit falſum circa officium tabellionatus : ſecùs ſi com-
miſit falſum circa aliud idem tenet Abb. & Ioa. de Ma.
in c. fraternitatis de hæretic. & Bart. in conſi incip. ſer.
Io. de Ca. & Bal. in l. 2. C. de ſent & in l & in militibus.
C. de teſta. mili. & in l qui depoſitum. C. depoſi. & in l.
2. C. de fi inſtr. & in l. iubemus. §. ſanè. el 1. C. de ſacro-
ſanct eccle. & Feli. refert eos in c. fraternitatis. de hæ-
185 reticis. † Item pro iſtis etiam optimè facit, quod vo-
luit Guil. de Cug in l. nulli. C. quorū appel. non recip.
vbi dixit, quòd ſyndici qui habent ſyndicare officiales,
non poſſunt ſe intromittere de eo, quod geſſerunt extra
officium. Et ibi etiā dicit idem eſſe in prioribus artium,
quia licèt habeat poteſtatē ex forma ſtatuti, miniſtran-
di ius inter homines ſuæ ſocietatis illius artis, intelli-
gitur tantùm circa res pertinentes ad ipſam artē, & nō
circa alias, quas doctrinas Guil. refert, & aprobat Barb.
& in materia plura alia adducit in c. cum ordinē in vlt.
col de reſcrip. vbi videas: & vide etiā do. Catal. in tra-
ctat. ſuo ſyndicat. in ver. 226. incip adde, quòd ſi officia-
lis, & doct in locis præalleg. &c. & vide omninò Iaſ. in
l. age. in 1. & 2. col. C. de tranſact. & d Feli. in c. Petrus.
in 3. col. verſ. ſecundo declara, &c. extra de homicid.
186 † Vigeſimoquartò quæro, an fideiuſſor coactus in-
debitè ſoluere, habeat tamen actionem contra debi-
torem principalem, in quo Bald in l. venditor. in §. ſo-
ler. ff. de hæred. vel ac. ven. dicit per illum tex. quòd fi-
deiuſſor iniuſtè condemnatus, qui fecit quicquid po-
tuit nè condemnaretur, habet actionem contra prin-
cipalem debitorem, pro quo fideiuſſit: nam ſatis eſt ei,
quòd fuit condemnatus ſinè dolo ſuo : & totum iſtud
negotium principaliter pertinet ad debitorem, & peri-
culum contingens arg illius text & idem firmat Abb.
in conſi. ſuo 60. incip. quoniam ſatis abundè. in 1. col.
in 1. volum. vbi dicit, quòd ſi fideiuſſor fecit quicquid
potuit, nec pro eo defecit, quin exceptiones reo, vel
ſibi competentes admitterentur, ſed vi fuit compul-
ſus ad ſoluendum ſine culpa ſua, etiam ſi per iniuriam
ſuperiorum hoc acciderit : poteſt nihilominus agere
contra principalem mandatorem, & dicit quòd hoc
probatur ad literam in l. exceptiones. ſupra. de excep.
& dicit quòd hanc opin. tenet ibi Bart & Ioan. Andr.
in regula damnum. de regul. iur. in 6. item dicit ipſe
Abb. in d conſ. quòd ipſe pro hac parte adducit text.
apertum. iuncta gloſſ. in verbo, iudicium in l. nam &
Seruius. ff. de negot. geſt. & pro hac parte faciunt dicta
per Bal. in l. ſi nomen ſupra, de hæred. vel ac. ven. ibi
ponit not. verbum in materia iſta. & eam refert & ſe-
quitur do. Alex in l. ſciendum in 2. col. ante fin. ff. de
verb. oblig. & faciunt etiam dicta per Abb. conſil. ſuo
82. ibi, conditor omnium, &c. in fi. verbis. & per d. A-
lexan. in conſil. ſuo 105. incip viſis ſcripturis. &c. in 9.
col. ver. ſecundò, reſpondeo in 2. vol. de qua quæſtio-
ne vide etiam Sal. in l ſi pro eo in fi. C. mand.
187 † Vigeſimoquintò quæro, an fideiuſſor de iudicio
ſiſti, & de iudicato ſoluendo, poſſit adſtringi à credi-
tore ad ſoluendum non ſolùm debitum principale,
ſed

ſed etiam expenſas quas creditor fecit in litigando,
& in conueniendo ipſum debitorem:iſta quæſtio mul-
tum fraternizat cum quæſtione 8. ſuperius examina-
ta:& multa ibi dicta,poſſunt hic adduci:in qua quæ-
ſtione mihi videtur dicendum , quòd talis fidejuſſor
poſſit cogi, & compelli ad ſoluendum nedum princi-
palem debitum,ſed etiam dictas expenſas,& hoc per
tex.in arg.in l.Lucius,in §.Paulus reſpondit, ff.de ad-
min.tu.vbi habetur quòd quando fidejuſſor obliga-
tur pro certa adminiſtratione alicujus, ſimiliter cen-
ſetur obligatus pro omni actu connexo ad illam ad-
miniſtrationem : & illum tex. ibi not.ad hoc Iaco.de
Arc.& Bar.pro quo etiam facit tex.& quòd ibi voluit
Bar. in l.non quaſi. §.1. ff.rempu.ſal.ſo. vbi dicit Bart.
quòd ſi tutor quædam negocia pupilli geſſit, & quæ-
dam non,quod tamen pro non geſtis etiam tenetur:
& hoc propter connexitatem : quæ ratio multùm fa-
188 cit ad hanc quæſtionem. † Nam connexorum,& de-
pendentium idem eſt judicium : & idem judicamus
dè connexo,quòd de principali.l. proindè ſi ſeruum,
ſuprà,ad l.Aquil. vbi ſi tu occidiſti ſeruum, quem al-
teri tradere obligatus etiam ſub pœna , teneris non
ſolum ad æſtimationem ſerui,ſed,etiam ad illam pœ-
nam,tanquam dependentem,& connexam:ad quod
etiam facit l.cum actum.ſupr. de negot. geſt. & facit
gl.in l.diuus, ſupra de admin.tut vbi tex. dicit, quod
geſtis poſt pupillarem ætatem,vnus tutorum nó con-
uenitur,pro facto alterius, & in ſolidum , ſed pro eo,
quod geſſit,& gl.ibi hoc limitat,niſi geſta poſt puber-
tatem,eſſent connexa geſtis tempore pubertatis:nam
in illis quilibet conuenitur in ſolidum: quod etiam
probatur in d.l. quidergo, in §.ſufficit ſupra , de con-
trario jud.tut.& ibi Bald.colligit, quod connexorum
idem eſt, judicium : & pro iſtis facit optimè text. in
cap.quanto de Iudæ,& dicta per Abb.in cap.prætereà
de offi. deleg. & in cap.,tranſlato. de conſtit. & facit
text.in l.2.ſupra de juriſ. omn.judic. & in l. oratio,ſu-
pra de ſponſa.& in cap.literas,de juram.calu.& quod
voluit docto. in l.ſi certa.C. de tranſact.& Ioann.de
Ana. in cap. licet Heli. in fin. extra de Simon. & fa-
ciunt not. verba Bald. in l. peremptorias, ante fin.
C.ſen. reſ. non poſſ. vbi dixit , quòd ſi teſtes fuerunt
inducti ſuper mutuo, & ſuper articulo mutui,& facto
teſtimonio ſuper tali mutuo addiderunt poſtea,quod
etiam ipſi interfuerunt, quando ipſe fecit pactum de
non petendo:quod hoc caſu probant etiam pactum
de non petendo:quia comprehendit connexa,& de-
pendentia, & dicit quod hoc voluit Inno in cap.pa-
ſtoralis, de except. & facit dictum Bald. in l.ordina-
rij. C. de re vend. vbi dixit: quòd ſi quis dixit con-
tractum eſſe vſurarium vel ſimulatum, & ideò petiit
ab epiſcopo,ſe abſolui à juramento ſuper eo interpo-
ſito , quòd poſt talem abſolutionem non poterit co-
ram alio judice agere de vſuris vel de ipſa ſimulatio-
ne, ſed poterit agere coram ipſo tantum , propter
connexitatem quam habet cum ipſo juraměto:quod
dictum refert , & ſequitur do.Alex. in conſ.ſuo 196.
189 incip.circ.primum,in vltim.colum.in 2 vol. † & ad
prædicta etiam optimè facit not. verbum Petr. de
Anchar.in conſ.ſuo 30.vbi dicit,quod procurator po-
nens manum ad connexa mandati, non dicitur exce-
dere fines quod etiam dixit Paul.de Caſtr.in conſ.28.
incip viſo pacto:& hoc dictum refert,& approbat do.
Felin.in cap.tranſlato, in 3. colum. de conſt. vbi ſub-
dit,idem eſſe in delegato ad quod alleg gloſ.primam
in cap licet ergo 7 quæſt 1.& idem dixit eſſe arbitro
ſecundum Inno. in cap. cum dilectus , de arbit. quid
etiam dixit Abb. in conſ.ſuo 62. incip in controuer-
ſia, &c.in 2.colum in 3.volum. pro quibus facit text.

in l. ſed ades §. ſi quis mulierem.ſupr. loco, & dict.
per Bald. in cap. 1. de cap. qui cura ven. & in d. cap.
tranſlato de conſtit. vbi dixit, quod vendita vacca,
venit vitulus, qui eſt in corpore, & etiam vitulus na-
tus, qui nondum paſcitur herbis: & faciunt alia plu-
ra ſingularia dicta in materia iſta per Dn. Felin. in d.
cap. tranſlato, & in cap. cauſamque de re ju. 2. 3. co-
lum. & faciunt alia plura , quæ ego adduxi in l. 1. §.
diuus Hadrianus. infrà de quæſtio. & faciunt etiam
dicta per Alber.de Roſate in 2. parte ſtatu.quæſt.64.
incip. item retento, &c. vbi dixit, quod ille qui te-
netur ad emendationem damni, tenetur etiam ad
expenſas, quæ fiunt occaſione prædicta. alleg. l.ſi ſer-
uum. §. rupiſſe, in verbo verum ſumptus, ff. ad l. A-
quil. & faciunt etiam dicta per Paul. de Caſtr. &
Alexand. in l. 2. in princ. per illum textum, ff. ſi quis
cautio.vbi dixerunt,quod tranſacto facta ſuper ſorte,
operatur etiam ſuper pœna,tanquam ſuper connexo,
quod dictum refert, & ſequitur Do. Felin.in cap. ſu-
per literis, in 13.colu.de reſcrip.vbi etiam dicit,quod
juriſdictio ſuper principali extenditur ad connexa.
191 † Item facit:nam liberatio ſuper principali exten-
ditur ad connexa, & dependentia etiam non expreſ-
ſa,ſecundum do.Felin.in d.cap.ſuper literis, ad quod
alleg.Bart.in l.Aurelius, in §.Cajus. in 6. quæſt.ſuprà
de lib.legat. & faciunt etiam, quæ ego dixi in ſingul.
meo 251. incip. connexorum idem eſt judicium , &c.
Et faciunt dicta per Abb.in conſ.ſuo 18. incip.in cau-
ſa,& q.in 3.colum.in 2.vol.vbi dicit,quod arbiter po-
teſt cognoſcere de cohærentibus : & connexis, etiam
ſi in compromiſſo non ſit dictum:ad quod alleg. plu-
ra,de quibus ibi per eum:faciunt etiam ad prædicta,
quæ dixit do.Franc.de Aret.in conſil.ſuo 29 incip. di-
ligenter in 12.colum.in verſic. his breuiter præmiſſis,
&c. & facit quod voluit Ioann. de Ana. in cap. licet
Heli.in pen.colum.de Simo.vbi dixit,quod valet ſen-
tentia ſuper non petitis,quando non petita ſunt con-
nexa vel dependentia: & facit etiam,nam illud, quod
eſt de appendiciis,dicitur ad propoſitum, & pertinés
ad articulum,ita dixit Bal.in l.teſtium.in 3.colum.C.
de teſt.& An.in l.jam dubitari,ff.de hær.inſtitu. Item
facit,nam diſpenſatio extenditur ad contigua, ſecun-
dum glo.in cap.quia in tantum,de præben. Item ju-
ramentum,vt habetur in l.ſi duo patro.§. ſi quis jura-
uit. ff.de jurejur. Item etiam mandatum procurato-
ris, vt ſupra dixi, extenditur ad connexa, ſecundum
192 gloſ.in cap. licet 8.quæſt.1. † Item ſententia etiam
extenditur ad connexa,vt habetur in l.ſi cum tibi. C.
de judic. & ibi Bart. & ſimiliter poteſtas delegari ex-
tenditur ad connexa,ſecundum Inno. & Bald. in cap.
cauſam quæ extr.de re jud.quæ vltimo dicta ponit.d.
Felin. in cap. de teſt. vbi etiam ponit aliqua alia , ad
materiam iſtam facientia,& facit etiam,nam licet de
vnoquoque actu pars debeat citari, l. de vnoquoque
ſupra de re jud.cum vulgat. tamen contumax in vno
actu, non citatur ad alium actum fiendum , quando
non habet connexitatem neceſſaria cum actu proce-
dendi : ita dixit Gemi.in cap.ſi capit.5.1. in vltim. no.
in fin de conceſſ præben. in 6.quod dictum refert, &
ſequitur do Felin.in cap.cum olim.in 1. colum. in fi.
de teſtib.& faciunt not.verba Albe.de Roſa. in 1.par.
ſtatu. in qu.124.incip.item pone ſtatuto caueri, quod
nullus,&c. vbi formaliter dicit,pone,ſtatuto cauetur,
quod nullus in conſilio debeat cõſulere vltra vel pro-
poſitionem propoſitam:& ſi conſultum fuerit,nó fiat
inde partitum,& ſi contra fiat, non valeat:modo ali-
quis conſuluit aliquid dependens à propoſitione, &
facto partito obtentum eſt, quæritur an valeat: in quo
dicit,vidi obtineri quod ſic argu. ff.ad Trebel.l.apud

Iulianum,§.antiſtita,& pro hoc facit,quia dependen-
tia videotur pars eorum à quibus dependent, vt ex-
tra de elect.cap.cupientes.§.denique in fin. lib.6. vbi
dicitur poſtulationes agentium dependere, & idem
puta de connex. ar. ff. de adminiſtr. tuto. l. tutores,
qui tutelam,& de negot.geſt l.eum actum.ita forma-
liter dicit Alber.de Roſat. vbi ſupra, & faciunt dicta
per Felin.in cap.ſignificauerunt. in 4 colum. de ex-
cept.vbi dixit,quòd materia expenſarum dicitur con-
nexa principali articulo, ex quibus omnibus conclu-
dendum puto in præſenti quæſt. quod fidejuſſor de
judicio ſiſti, & de judicato ſoluendo, poterit adſtrin-
gi ad ſoluendum expenſas in lite factas per credito-
rem perjura præallegata, ad quod etiam faciunt dicta
per Spec. in tit. de accuſ. in §.1. in 6.col. verſ.quid quid
ſi vulneratus.
193 † Vigeſimoſextò quæro an fidejuſſor poſſit agere
ad damna,& intereſſe cõtra debitorem principalem,
in quo mihi videtur dicendum,quod ſic:nam de na-
tura fidejuſſionis eſt, quod fidejuſſor conſeruetur in-
demnis, etiam ſi non ſit dictum expreſsè,tamen ineſt
tacitè, ſed Bald.in l.conſtitutionib. C.de vſur. vbi di-
cit, quod de hoc eſt caſus ſingul. in cap.peruenit. in
peruenit. in verſic.alioquin.extr.de fidejuſſ. & refert.
etiam Iacob.de Aret.dicere, quod magna eſt iniqui-
tas,ſi fidejuſſor remanet in damno,Item hanc partem,
quod fidejuſſor poſſit agere ad damna,& intereſſe,fir-
mauit Abb.in conſil.ſoo 60 incip quoniam ſatis, &c.
in 1.colum vbi dicit,quòd fidejuſſor poteſt agere con-
tra mandatorem, ſeu fidejuſſorem, nedum pro ſorte
principali,quam pro eo ſoluit,ſed etiam ad damna, &
intereſſe,ad quod alle.d.c.peruenit, & c.conſtitutus.
eo.tit.& quæ habentur in l.inter cauſas, in §. impedia.
& in l.qui mutuum.in fi.ſupra,manda.& ſubdit, quod
principalis tenetur etiam ad damna. quæ paſſus eſt
fidejuſſor caſu fortuito ad quod alle. Inno. in c. ſicut:
el 2.de jurejur.& Ioan. An. in regula, acceſſorium, de
re. ju.in 6. in Merc. Prædictam tamen concluſionem
intelligit verã Abbas,quando fidejuſſor fuit diligens,
& fecit quod potuit,& oppoſuit debitas exceptiones:
alias ſecus, de quo ibi latius per eum: pro quibus fa-
ciunt optimè dicta ſuprà in q.24.& idem videtur for-
mare Abb. in conſ.ſuo 83.inci.conditor omnium, &c.
circa fi.& vide Bart.in l.exceptione. in fi.infrà, in hoc
tit.vbi ponit, an quando fidejuſſor ſuccumbit in cau-
ſa,an tunc repetat ſumptus quos fecit in lite à princi-
pali:& dicit quod ſic, argu.l. etiam ſuprà,manda & l.
ſi mandato meo. §.ſi fidejuſſor. & ſubdit Bart.in d.l.
exceptione, in fi.ſe putare, quod pendente tali judi-
cio,fidejuſſor poterit petere à reo, vt ſibi det pecu-
niam pro expenſis: quia ejus negocium gerit.arg.l.ſi
vero non remunerandi, §.fi.ſupra. manda.
194 † Vigeſimoſeptimò quæro de alia no.q.videlicet,
quidam non habens alia bona,niſi ea, quæ non veniũt
in generali obligatione, fuit fidejuſſor prò aliquo,
etiam obligauit omnia bona ſua:an talia bona, quæ
non veniunt in generali obligatione, intelligantur
obligata poſtquam non habet alia Bona. in quo puto
dicendum quod ſic,ex pluribus juribus,& rationibus:
& primo,quia ſi aliter diceremus, ſequeretur: quod
talis obligatio, & contractus nihil operaretur: quod
non eſt dicendum, arg. §. quibus.in 1.conſtitutione.
C.& in l.ampliorem,§.in refutatoriis.C.de appe.,&c.
ſolitè de majo. & obe. cum ſimil. habemus enim de
jure, quod oedũm non debemus vti ſuperfluit, ſed
195 immò vnom quodque † verborum poſitum in ali-
qua diſpoſitione, lege, ſtatuto, contractu, vel obliga-
tione, intelligitur eſſe appoſitum cum miniſterio ali-
quid operandi ita dixit Bald. in rub, C. de contrah.
emp.in 9.q,quem refert,& ſequitur d.Alex.in conſil.
ſuo 151.incip.in cauſa,& lite in 3.col.in 2.volum & in
conſ.157.incip.in cauſa,& lite in 3.col.io cod.vol.& in
conſil.113.incip.ſuper quæſitis in fin.in 5.vol. & Io.de
Ana in conſil.ſuo 98.incip.viſis,&c. Secundo pro hac
parte optimè facit tex.not. conjunct.gl.in l.pediculis.
in §.item cum quæritur,ff.de auro,& argen. lega. vbi
habetor,quod licet in legato generali non veniant res
venales,l.generali,§.vxori,& ibi Iacob Butri. ff de vſu
fructu legat. tamen fallit, quando ſub tali legato non
poſſent niſi tales res includi, quia tunc contineretur
in legato,Ita etiam firmat Lud Roma.in l.ſi conſtan-
te,ff.ſol.matrim.& Bal.in rub.C.de verbo. ſignif.in 4.
q.pro quibus facit text.in l.fundus qui locatus,ſuprà,
de fun.inſtru.& facit quod dixit Bald. per illum text.
in l.ſi ita ſcripſiſſet. ſuprà, de leg. vbi dixit, quod li-
cèt legato credito,intelligatur de puro, & non de in
diem, oiſi adiiciatur,vt ibi: tamen ſi teſtator nullum
habet creditum purum, intelligitur de illo quod ha-
196 bet in diem. † Item facit tex.in l. Titio cum teſta-
mento,in §.Lucius ſuprà.de lega.2.vbi dicitur, quod
diſpoſitio teſtatoris debet taliter interpretari, vt non
reddatur inutilis: pro quo faciunt dicta per Abba. in
c.in præſentia, de proba. in 5.col. in hac materia ad-
duci poteſt not. verbum Bald. in l. eam quam in 12.
col.C.de fideicom. vbi dixit, quod ſi non habeo niſi
filios ſpurios: & hoc ſciens Titius, mihi concedit
feudum vel emphyteuſim, pro me, & filiis meis.
quod tale feudum vel emphyteuſis tranſibit ad filios
meos ſpurios; quod dictum refert. & ſequitur Bar-
ba.in c. veniens, in 1. col. de accuſ. & in c.nonnulli.
in 5. char.de reſcrip. pro quo eſt optimus text. quem
alleg Bald. in l.hæredibus, in §. ſi ff. ad Trebeſ. Et fa-
ciunt etiam dicta per Bald. per illum tex.io l.quibus
diebus. ſuprà, de cond. & demon.vbi dixit, quod li-
cèt teſtator,mandando vt ſoluantur debita non in-
telligatur de præſcriptis cum bona fide: tamen ſi
nulla alia debita habeat, niſi præſcripta, intelligitur
197 de illis. † Et dixit Bald. in l. ſi quis poſthumos, in
princip.per gl.ibi ſuprà, de libe. & poſthu.quod licèt
alias in priuilegiis verbum filij non intelligatur de
adoptiuis. C. de adopt. ſi,de fun. fuc. controuer. &
Spec.in tit.de loca. in §.nunc aliqua, verſ. 68. tamen
hoc fallit, vbi verbum,filiis, non poſſet verificari, ni-
ſi in adoptiuis: vt puta ſi erat talis, qui non poterat
generare, vel clericus in ſacris conſtitutus: quod di-
ctum refert, & ſequitur do. Feli. in cap.1. in 5.colum.
verſic.2.dixit Bald.extra. de reſcript.& faciunt dicta
per Bald.in tit.de pa. Conſtan. in verbo, vaſalli, el 2.
vbi dixit, quod ſi quis conduxit fundum tempore
guerræ & impediatur propter guerram vti re locata
quod noo poterit petere remiſſionem: quia talis
conductio oon poterat intelligi de alio tempore: &
dicit, quod ita tenet Bal.in l.ſi ea lege. in vlti.col. C.de
vſur.quos refert, & ſequitur d.Alex.in conſ.ſuo 6.in-
cip.videratur.in vlt.col. in 2. volu. item facit ad præ-
dicta, quod dixit Abb.& ibid.Feli.in c.poſtulandi.de
reſcrip.vbi dixit, quod licèt literæ ad eccleſias cathe-
drales, quo ad beneficia earum, non includant cano-
nicatus,vt dicunt omnes in c.fi.de præben.tamen fal-
198 lit vbi nõ ſunt ibi alia beneficia,& iſtis ſeruit,† quod
dixit Albe de Roſa.in l.1. §.1.in.1. col. ſuprà, de offic.
præfec. vrb.vbi dixit, quod licèt legato blado, quod
quis habet io ciuitate, oon veniat illud quod habet
io diſtrictu, tamen ſi non habet niſi illud, veniet in
legato: & ibi ſubdit,idem eſſe in teſtatore qui legat
chartas:nam ſi noo habet alias chartas,tunc libri con-
tinentur in tali legato. per l. librorum, ff.de legat 3.
Item vitra prædicta faciunt no. verba Bald. in l. qui
Romæ

Romæ. in §. duo fratres in 6. qu. ſuprà. de verb. oblig.
& per Alexan. in conſ. ſuo. 207. incip. viſo ſummario.
in 2. col. in 2. vol. (Vide Alex. in conſil. 102. incip. viſo
themate. in 1. col. in 6. vol.) Et facit tex. in l. ſtipendia
C. de execu. rei jud. & qui ibi dicunt doct. & gl. in l.
ſpem. C. quæ res pig. oblig. poſ. & gl. in l. executores.
eo. tit. 2. gl. in l. commodis. ff. de re iud. & dicta per
Alex. in conſ. ſuo 68. incip. viſis, &c. in 2. col. poſt me.
in 5. volu. & facit optime in arg. tex. in l. ſi vt certò, in
§. planè ſuprà, commo. vbi dicitur, quod ſi tu com-
modaſti mihi equum, vt irem ad bellum, ſi equus ſit
mortuus in bello, non teneor tibi ad ſoluendum
equum: quia ſciebas aliud regulariter, & commu-
niter euenire non poſſe de equo tuo: quia commu-
niter equi interficiantur in bello: de quo per Sali. in
l. quoniam. in 8. col. C. ad l. Iul. de vi. & per Alex.
in conſil. 112. in 4. col. in 1 vol. facit tex. in l. arbori-
bus. in §. nauem, ſupra de vſufruct. vbi bonus text.
(Adde hic dicta per Iaſ. in l. ſi à me in pe. col. C. de ſuc-
ceſ. edict.) Pro quibus etiam faciunt dicta per Lud.
Ro. in conſ. ſuo 395. incip. vt res, &c. circa med. & Bal.
in l. licèt. verſ. ſecundo quæro. C. loca. & facit optimè
in argum. l. nominatim ſuprà, de libe. & poſthu. vbi
qui habet vnum filium tantù, poteſt dicere, exhæredo
filium meũ: & dicitur nominatim exhæredatus, poſt-
quam non habet niſi vnicum & faciunt optime dicta
per excellentiſſ. V. I. interpretem dom. Hieronymam
Zanetinum mihi auunculum Bon. in conſil. ſuo 10 cip.
punctus ſuper quo petitur conſilium, &c. in 2. char.
199 † Facit etiam not. & ſingul. verbum Pau. de Caſt. in
conſil. ſuo. 284. incip. in facto præſenti non intendo
adulari, vbi dixit, quod licèt in dubio princeps non
videatur vti plenitudine poteſtatis, tamen quando
actio eſſe inutilis, & aliter, non valeret, niſi princeps
vteretur plenitudine poteſtatis, tũc in dubio princeps
intelligitur vti plenitudine poteſtatis, alle. l. etiam, ff.
de bo. libe. quod dictum refert. & ſequitur Alexan. in
l. 2. in ver. iuxta prædicta. C. de teſtam. mili. & ibidem
in primo nor. illius legis. & idem dixit Pau. de Caſt. in
l. ex imperfecto. C. de teſta. & eum ſequitur d. Fel. in c.
1. in prin. in 9. col. de conſt. & in c. cũ inter priorem, in
2. col. de exce. & in c. in cauſ. in 2. co. de re judi. & Alex.
in l. idem Vlpianus. § ſunt & alij. in apoſtil. ſuprà de
excu. tut. de quo dicto latius valdè locutus ſum in ſin-
gu. meo 84. incip. princeps in dubio, &c. & idem in ſi-
mili dixit Gem. in conſi. 17. incip. pro declaratione.
in fin. 2. col. & d. Philip. Decius in conſ. 140. in 2. colu.
pro quo facit etiam quod in ſimili dixit idem d. Feli.
conſ. ſuo 77. incip. viſo puncto. in fi. pe. col. & in illo
conſ. in 4 colu. vbi refert & ſequitur Paul. de Caſtr. in
dictis locis. Pro quibus etiam faciunt dicta per d. Feli.
in cap. 1. in 5. & 6. col. de reſcrip. & quæ ego dixi in l. 1.
prin. in fi. pe. char. ſup. de pig. & in l. 1. C. quæ res pig.
oblig. non poſ. & in conſ. meo 53. incip. quæritur à me
&c. vbi latiſſimè locutus ſum in hac materia. Et fa-
ciunt etiam dicta per dom. Io. Bapt. de ſancto Seuer.
in repe. l. omnes populi. ff. de juſti. & ju. in 112. colum.
in princ. & per d. Feli. in c. ſedes apoſtolica. in 11. col.
200 poſt med. de reſcrip. † Et facit quod voluit Pe. de
Anc. in conſ. ſuo 186. inci. pro parte eccleſiæ, in vlt. col.
vbi dixit, quod priuilegium datum epiſcopo, vt poſſit
teſtari, intelligitur de bonis eccleſiaſticis, vel ab eccle-
ſia quæſitis, non autem de patrimonialibus, de quib.
poterat abſq; vllo priuilegio teſtari, quod dictum re-
fert. & ſequitur d. Feli. in c. 1. in 4. col. in fi. de reſcrip.
& dixit Bald. in l. 1. in 4 col. ver. quintò oppono. C. ſi
ſeruius extero. quod facultas teſtandi data ſimplici
monacho per Papam, intelligitur de bonis quæ de fa-
cto tenet, quia non poteſt alia bona habere, & dixit
Card. in c. fi. circa med. de præben. quod mandatum
de prouidendo de beneficio in certa eccleſia, includit
canonicatus, ſi in ea non ſunt alia beneficia, ſi ẽt aliàs
ſecus per c. quæuis, el 1. de præben. in 6. & adduci etiã
poteſt no. verbum Io. de Imo. in l. tam is. in § 1. ſupra,
de dona. cau. mor. factæ à filio in poteſtate oporteat
patrem conſentire nominatim, vt in l. filius, ff. de don.
tamen ſi filius donat cauſa mortis, parte præſente: &
dicat, ſi non valet jure teſtamenti, valèt jure codicil-
lorum, & cujuſcunque alterius vltimæ voluntatis: cer-
tè ex quod non poteſt habere locum alia vltima vo-
luntas, niſi donatio cauſa mortis, perindè erit ac ſi no-
minatim eſſet facta ſpecificatio donationis cauſa
mortis quod dictum refert. & ſequitur d. Feli. in c.
ſedes. in pe. col. de reſcrip.
201 † Et adduci poteſt etiam ad prædicta: nam ſtatu-
tum loquens de carceratis relaxandis, non extenditur
ad carceratos pro crimine falſi, ſecundum Bar. in l. Lu-
cius ſuprà ad Turpil. & Pet. de Anc. in repe. c. r. de con-
ſtit. in 39. char. in ver. vndè ſi ſtatuto, &c. & Ang. in diſ-
putatione ſua incipien. Exorta guerra: de quo latius
dixi in ſing. meo 163. incip. crimen falſi, &c. hoc tamen
fallit, niſi in carceribus non eſſent niſi carcerati pro
crimine falſi: quia tunc tale ſtatutum extenderetur ad
ipſos. Ita not. dixit dom. Ioan. Bapt. de Caſtelup in re-
pet. l. omnes populi, in 112. colum. in prin. ſupra de ju-
ſti. & jure. Item ad prædicta etiam adduci poteſt,
quod voluit Bal. in l. liberti C. de op. lib. vbi di-
xit, quod ſi filia cedat omnia jura, quæ habet in hære-
ditate patris: an tunc videatur ceſſiſſe jure quæ habet
ad dotem maternã in hæreditate patris: & dicit quod
ſic, ſi aliud jus non habet ipſa filia in hæreditate patris
pro quo ipſe alleg. d. l. fundus qui locatus. ſuprà,
defun. inſtruct. & facit quod voluit Angel. & Imol. in
l. 4. ſupra, de leg. 1. vbi dixerunt, quod ſi dixero, lego
tibi equum meum morellum. & nullum habeo mo-
rellum, ſed vnum album taurum habeo: quod ille ce-
det legato, & iſta duo dicta refert, & ſequitur Alex. in
d. l. 2. ſuprà, de libe. & poſth. & dixit not. Ang. de Are.
inſtit. ad l. Aquil. in princ. 1. colum. in verſ. nota quod.
æquè, &c. quod appellatione pecudum veniunt om-
nia animalia quadrupedia: & ſubdit. quod ſi quis le-
gat pecora ſua, & non habet niſi boues, quod illi con-
tinentur in legato: & faciunt dicta per Bart. in l. Aure-
lius, in 2. col. ſupra, de libe. lega & facit etiam notat.
verbum Salic. in l. vbi adhuc. in 3. colu. verſicul. quarto
quinto C. de jur. do. &c Et vide Caſtelupum in tract.
202 ſuo de debi. ſuſp. & fugi. in vlt. verſ. ante fin. † & ex
iſtis omnibus teneas mentẽ, quod licet habemus cau-
tum in jure, quod ea quæ pertinent ad culturam agri,
pro pignore auferri non poſſunt vt habetur in l. exe-
cutores, & in l. pignorum gratia. & in authentic. agri-
cultores, C. quæ res pigno. obliga non poſ. illud eſt ve-
rum, quando debitor habet alia bona, quia tunc ta-
lia non poterunt auferri pro pignore: ſecus, ſi non
habet alia bona ita dixit gl. not. in d. l. executores,
quam tenet Cy. & Sali. in l. ſpem. eo. tit. vbi reprobant
Specu. tenentem contrarium & per illam gloſ. mihi
videtur quod poſſit limitari, & reſtringit gloſ. quæ
ſolet allegari pro ſingulari in l. nepos Proculo. infrà,
de verbo. ſignif. quæ dicit, quod pro pignore non poſ-
ſunt auferri arma militibus, nec libri ſcholaribus; quod
illa gl. habet locum quando miles vel ſcholaris habet
alia bona, quæ poſſunt pignorati: ſed ſecus teneo, quã-
do non haberent alia bona, quia tali caſu arma, & li-
bri poſſent pignorari, & hoc nè ipſi cum aliena jactu-
ta locupletarentur, per regulam, locupletari, de regu.
jur. in 6. & l. nam hoc natura. ſupra de condict in-
debi. cum ſi. & pro hac limitatione facit. optimè

Digitized by Google

tex.& glo.fi.in l.ſtipendia. C. de execu.rei iudic. quæ omnia tene menti ad materiam huius quæſtionis.

203 † Vigeſimooctanò quæro de alia quæſtione:pone, quod Titius iurauit non fideiubere pro aliquo,poſtea requiſitus a quodam amico ſuo, aut fidejuberet pro eo, fideiuſſit: an talis fideiuſſor obligetur; In quo reperio Oldra.ſuper hac quæſtione conſuluiſſe in conſ. ſuo 90.incip quidam iurauit,&c. vbi ipſe diſtinguit, dicens, quod aut iſte qui jurauit non fideiubere, erat clericus,aut erat laicus:ſi erat clericus,& tunc non valet fideiuſſio: quia juramentum non videtur illicitum,quia ad hoc tenetur de jure,ſcilicet ad non fidejubendum, per c.1.extra de fidejuſ.&c.te quidem 11. qu.1.ſecus autem dicit eſſe in laico: quia ſi jurat non fidejubere, tale juramentum videtur illicitum contra bonum charitatis, quod juramentum non obligat, vt 22. qu.4. cap.qui ſacramento, &c. inter cætera, & de jurejuran. &c. cum quidam, & laicus tenetur de proximo fidejubere, vt in cap.ſicut 11.qu.1. & dici Archi. ibi, quod peccat ſi non fidejubet. ideò in laico tale juramentum videtur eſſe illicitum. Poſtea autem ipſe Oldr. dicit, quod videtur quod in laico tale juramentum non ſit illicitum.Nam ad hoc, vt tale juramentum ſit illicitum, requiritur, quod per ejus obſeruantiam vtraque ſalus ſpiritualis, & temporalis periclitetur,vel ſaltem altera: vt 22. qu. 4. §. quod non eſt hic,quia alio modo neceſſitatibus proximi poſſumus ſubuenire,quod ſufficit, vt habetur in fin. d. § Dicit poſtea ipſe Oldra. ſe tamen credere, quod ſi tanta eſſet neceſſitas, quod niſi iſte iurans fidejuberet quod altera ſalus periclitaretur,vel corporalis vel ſpiritualis, quod non obſtante iſto juramento, poſſet fidejubere etiam clericus.arg.86. di.c. non ſatis,quia non videtur juraſſe non fidejubere in tanta neceſſitate,vel ſi hoc ſit, juramentum eſſet illicitum, ar.de jurejur.in c.quanto,& de hoc etiam habetur per Archi.in c.non eſt. 22.q.1. ita formaliter dicit Old. in d.conſ.ſuo 90.ſupra alleg.& dictum conſilium in hac quæſt. referunt,& ſequuntur do.in c. ſi. de fo.compe. lib.6.Sed mihi videtur aliter dici poſſe:videlicet quod talis fidejuſſio non valet: & per conſequens, quod talis fidejuſſor non ſit obligatus.

204 † Ad quod dicendum me mouet glo.no. in c.licèt mulieres. in vlti.glo.de jureju.lib.6.quæ dicit, quod ſi aliquis primò jurat aliquid licitum non facere, poſtea illud facit cum juramento, quod tale factum ſecundo loco non valebit,ſed primum juramentum debebit ſeruari: & dicit illa gl. quod hoc voluit etiam Oſtien.in c.cum contingat,de jurejur. & alleg. iura de quibus ibi per eum: quam gl.refert,& apprubat.Bart. in l.ſi prædium.C.de jure dot.& do.Feli.in c.cum M. Ferrarienſis,in pe.col. de conſt.& eam approbat Archi. in d. c. licèt mulieres, & d.Alexan.in l. duobus, in §.idem Poponius. ſupra, de jurejur. de qua gl. etiam latæ loquitur d.Alex.in conſ.ſuo 239.ſecundum ordinem meum incip. ponderatis, &c. ,& pro dicta gl.facit optime quod voluit Spe.in ti. de emp.& vendi.in 6. tertio loco in ver. quid ergò, & in ver. ibi. ſequenti. incip.generale conſilium,&c. vbi dicit, quod conſilium mulierum,& parentum ſuorum eſt, vt quádo mulier traditur nuptiis, pater faciat eam jurare, quod nunquam conſentiet alienationi rei dotalis,niſi coram judice cauſa cognita,& probata,ſcilicet neceſſitatem inſtantis,non fictę,ſed veræ:tunc enim ſi aliter conſentiat, & juret, non valebit talis alienatio, cum tale juramentum ſit contrarium priori iuramento licito,& honeſto,vt extra.de jurejn.C.eam te.& hoc dictum Spe. approbat. Bald.in addit.ſuis,in addi.incip. quando alienatur dos,&c. vbi dicit, quod in tali caſu primum juramentum derogat ſecundo.& ſic concordat cum gl. d. c. licèt mulieres, quam gl. & dictum Spec.vbi ſup.approbat Gemi.in d.c.licet mulieres in fin.& pro dicta gl.eſt tex.expreſſus in ca.intellecto.de jurejur.& ſix ex iſtis mihi videtur dicendum, quod ſi quis jurauit nõ fidejubere,& poſtea fidejubeat etiam cum juramento, quod talis fidejuſſio non valeat, nec fidejuſſor ſit obligatus. Non obſtàt,ſi diceretur quòd imo talis fidejuſſor debet in tali caſu obligari,eo quia licet jurauerit ſe non obligare, vel fidejubere, tamen poſtea fidejubendo,facit actum contrarium proteſtationi,ſeu promiſſioni: quo caſu, non juuatur ex tali

205 † proteſtatione: † quia proteſtatio contraria facto, non releuat proteſtantem,vt habetur in l.pacta nouiſſima,C.de pact.& per Bar.in l.ſi duis extraneus,ſupra, de acquir.hæred.& per gl.in c. olim.ext. de cenſibus, & habetur in l.ſi cum plures.§.locator horrei,ſupr.loca & in c.cum M.Ferrarienſis. de conſti. Et facit dictum Bald.in l.Neſeno.ſup.de neg.ge. vbi dixi,quod proteſtatio nihil operatur, ſi ab ea receditur per factum contrarium,quia facta derogant verbis.Sed ipſe fidejuſſor poſt promiſſionem de non fidejubendo, ſi fidejubet, facit actum contrarium promiſſioni: ergò merito videtur dicendum quòd valeat talis fideiuſſio: & per conſequens,quod talis fidejuſſor obligetur.Sed iſtis non obſtantibus, teneo primam opi. ſ.quod non valeat talis fidejuſſio.Et non obſtat illud quod proteſtatio contraria facto,non releuat proteſtantem:quia dico quòd illud poteſt procedere in ſimplici proteſtatione,vel promiſſione:ſed ſecus in proteſtatione, ſeu permiſſione firmata juramento,quia proteſtans ab ea recedere,non poteſt tacite,nec expreſsè,quia tenetur ad obſeruantiam juramenti, juxta ea quæ habentur in c.cum conting.de jurejur.in c. quamvis,de pac. in 6 & in d.c.licet mulieres,& in auth.ſacramenta puberum,C.ſi aduer.vend. & in l.ſi quis major.C.de tranſac.cum ſimi.de qua materia poteſtationis latius locutus ſum.in cõſ.meo inci. ſalus omnium in te cõfidentiũ omnipotens Deus,&c.circa me,& vide de hac quæſtione,& materia per Iaſ.not.loquentem in l.non ſolum.in §.morte:in 14.col.ſupa. de ope.nou.nuncia.

206 † Vigeſimononò quæro,an fidejuſſor poſſit obligari ad pœnam corporalem: in quo videtur dicẽdum quòd non: quia licet homo ſit donans rerum,& bonorum ſuorum, tamen non eſt dominus membrorum ſuorum,vt in l.liber homo.ſupra,ad l.Aquil.Ideò non poteſt ſe obligare ad pœnam corporalem:& hoc tenet expreſsè gloſ.in c.cum homo.22.qu.5. & voluit Bald.in l.1. in verſ. ſecundo reuoco in dubium. C.ne fil.pro pat.vbi allegat.d.gloſ. & voluit etiam Salicet. in l.ſi fil. famil.circa princip. C. ne fil. pro pa. & Bald. in rub.C. res inter alios acta & Ioan. de Ana. in c. 2. in 6. colum. C. de delict.pucro & Iaſ.in l.1. in penult. colum.ſupra.de in lit. iurand. Bald. in conſ. 224. incipien. duo famuli. in 1. volum. & Spec. in titul.de accuſa. in 3. parte, in §. ſequitur. in 6. in fin. & hoc etiam per illam glo. firmauit. Ang. in tracta.maleficiorum, in verbo, pro quibus Anto. fideiuſſit. in 1. ver.de quo pulchrè per do.Felin.in C contingit, ei 1. quaſi per totum de ſenten. excommuni. (De hac quæſtione vide Alexandrum in l. ſæpe conſtitutum, in 4.colum.quaſi per totum,ff.de re judica. & d. cto. Rochum Curtium in c.fina. in 72. colum. de conſue-

207 tudi. († Et pro hac parte facit quod dicimus, quod non eſt licitum homicidium in volente occidi: imò talis occidens,punitur ac ſi occidiſſet inuitum:vt dixi in l. 1. in princip. in 1. colum. infra de ſicariis. vbi etiam dixi idem eſſe in percutiente volentem, quia punitur:quod eſt intelligendum de graui percuſſione,

non

non de leui. vt dixit Bartol. in l. 1. in §. vſque ad eo. in-
fra. de iniur. & voluit Angel. & Pau. de Caſtr. & dom.
Alexan. in l. quamuis. ſupra, de in ius voc. & dot. Felin.
in c. ſolite. in 2. col. de maio. & obed. pro quo eſt tex.
208 in c. contingit. el 1. extra de ſenten. excommuni. † Et
facit etiam, nam nemo poteſt ſe ſubmittere torturæ,
& dicere: Domine iudex, ego non habeo indicia nec
probationes aliquas contra illum quem accuſaui de
tali delicto: ſed volo ſtare ſecum in tortura, & aliter
hoc ſibi probare; certè iudex non poteſt hoc facere
ita dixit do. Franciſc. Brunus in tract. ſuo de indi. &
tortura. in 6. char. in 1. colum. & iſta retuli in d. l. 1. in
princ. in 1. colum. infra de ſica. & in l. penult. in 1. co-
lum. verb. datur. & tertia lectura infra, de quæſtioni-
bus. Contrariam tamen partem tenuit Alber. de Ro-
ſa. in 1. parte ſtatu. quæſtio 51. incipien. & ex prædictis
poteſt oriri alia quæſtio, & cæt. & inter cætera moue-
tur ad hoc dicendum, videlicet quia quis poteſt ſe
obligare ex facto alieno, vt in l. cùm filius. §. 1. ſupra,
de verb. obliga. in l. nemo. infra de duobus reis. Et
ideò dicit, quod ſi ſtatuto cauetur in ciuitate, quod
fractor pacis capite puniatur, prout eſt in ciuitate Par-
mæ: eſt etiam de iure, vt infra. de re iudica. l. fina. & in
tit. de pace tenenda. in vſi. feu. & ideò dicit, ſi duo fe-
cerunt pacem, & ego fideiuſſi pro vno quod pacem
ſeruare: poſteà ipſe fregit pacem occidendo, ipſe cer-
tè decapitabitur, non tam ex vi pacti, quam ex vi ſta-
tuti: ſed cum factum illius, repræſentet factum fide-
iuſſoris, qui promiſit quòd ſeruaret pacem, ipſe feciſſe
videtur, cùm lex repræſentet factum principalis, fa-
ctum fideiuſſoris. Ideò fideiuſſor punietur pœna cor-
porali: & dicit quòd ita tenuit Vber. de Bobio. in l. ſi
quis maior. C. de tranſactio. ad quod allega. ſupra, de
verbo. obligat. l. mora rei. & ſubdit, quòd ſicut poteſt
quis delinquendo ſe obligare ad pœnam capitalem
ſic & promittendo, quia contractus, & delicta pari-
cantur, vt ſupra, de iudic. l. omnem. & in authent. vt
omnes obed. iudic. § & hoc conſiderantes: & non di-
citur tam puniri ex facto alieno, quam ex facto pro-
prio repræſentando, & per eum promiſſo: pro quo
etiam bene facit, ſecundum eum, nam ſi quis ſuſci-
piat, & ſe obligat a cuſtodiam carceris, & fraudulen-
ter permittat fugere carceratos, punietur capite, vt in
l. fin. infra de cuſto. reo. & in l. milites, & in l. penult.
eod. titu. de cuſto. reo ex quo paret, quod ex conuen-
tione ſua obligatur ad pœnam capitalem. Subdit po-
ſteà Alberi. vbi ſupra, quod iſta opi. eſt dura, licet for-
tè de ſtricto iure ſit vera: attamen multi eam non ap-
probant propter dictam l. liber homo, & etiam quia
talis conuentio eſt contra bonos mores: & ideò di-
cit, quod ita ſeruatur, ſcilicet quod non valeat talis fi-
deiuſſio. Ego autem ſequens hanc partem, quod talis
fideiuſſio non valeat, vltra Alber. & alios ad corrobo-
rationem huius opinionis adducebam vnum, videli-
cet quod non ſolùm in criminalibus, vbi agitur de pœ-
209 na corporali, non poteſt quis fideiubere. † Sed in cri-
minalibus vbi agitur de pœna corporali, non poteſt
prorogari iuriſdictio ſecundum Bal. in l. ſi quis ex
conſenſu. in 2. col. verſ. reuoco igitur in dubium. C. de
epiſc. audient. & in l. 2. in princ. verſ. ex hoc infertur. C.
vbi de cri. agi opor. in l. 1. in vlt. col. & ibi Bartol. C. de
iuriſd. om. iud. & in l. 1. in §. not. C. qui pro ſua iuriſdi.
& per Bart. poſt gloſſ. in l. 2. in 2. colum. ff. de iud. & per
Bald. in addi. Specul. in tit. de compe. iudic. ad ver-
ſic. quod in criminali, &c. de quo etiam per Spec.
in tit. de iuriſd. omn. iud. in char. & per Innoc. in c.
de cauſis. in 1. col. de offi. delega. & per Alexand. in
leg. 1. ſupr. de iudi. ſecus tamen eſt in ciuilibus, quia
in illis poteſt prorogari iuriſdictio, vt in l. Cod. de

iuriſdictio. omn. iudic. & in d. l. ſi qui ex conſenſu,
Cod. de epiſc. audien. Item prædictam partem, &
opinionem, quod non valeat fideiuſſio vbi tractatur
de pœna corporali, firmauit Bald. in titul. de pace
Conſt. in §. damna in fin. vbi alleg. gl. in d. c. cùm
homo. 23. quæſt. 5. & Bartol. in l. 4. infra de cuſtod.
reo. & ibi Alexand. qui alios allegat tenentes hanc
partem. & Angel. de Aret. in tract. ſuo malefic. in
verb. pro quibus Anton. fideiuſſit in 1. verſ. & in eo-
dem tracta. in verſ. dictum Sempronium in libris
tercentum ſententialiter condemnatus, &c. in vlt.
210 verſicul. & ibi in additio. latius. † Et ex ſupradictis
deciditur quæſtio illa, videlicet an reus criminis ſit
fideiuſſoribus relaxandus, in quo fit diſtinctio à do-
ctor. hoc modo, videlicet, aut talis reus venit puniten-
dus pœna corporali, & non poteſt relaxari fideiuſſo-
ribus, aut venit puniendus pœna pecuniaria, tunc
ſecus, per iura & rationes ſuperius adductas, de
qua quæſtione habetur per dom. Felin. primo c. præ-
latorum, quod eſt c. fin. de accuſa. in pen. col. vbi
notan. loquitur, & habentium etiam per dominum
Bart. Cæpol. in conſ. ſuo 25. incipient. cum per Ser. Ia-
cobum, &c. per dom. Fel. in c. ex parte el 1. in 11.
col. in princip. de reſcript. & per Bald. in d. conſ. ſuo
204. incipient. duo famuli, &c. in 1. volum. an autem
quando pœna eſt arbitraria, reus ſit relaxandus fide-
iuſſoribus, vide Ang. de Aret. in tract. maleficiorum
in verſ. pro quibus Anto. fideiuſſit, in verſ. ſic etiam
quod fideiuſſoribus, & ibi melius in additio.
211 † Et circa hanc materiam teneas etiã menti vnum,
videlicet quod ille qui fideiuſſit pro accuſato de vul-
nere, ſi ex vulnere ſequatur mors, non tenebitur ad
pœnam homicidij, ſecundum Specu. in tit. de fideiuſ-
ſo. §. 1. verſ. ſed pone, ego &c. cu verb. ſeq. de quo etiam
per Bart. & alios in leg. fideiuſſores magiſtratuum in-
fra in hoc tit. & per Bald. & Ludo. Roman. in l. fine
ſupra, qui ſatiſda. cogan. & per Iaſon. poſt alios in l. 4.
212 in vlt. colum. ſupra, de in ius. † Scias etiam, & men-
ti teneas, quod fideiuſſor in criminalibus datus, & li-
beratus per ſententiam abſolutoriam lata pro reo
principali, non poteſt obligari per ſtatutum poſtea
conditum, quod proceſſus reuideantur iterum: nam
licèt poſteà principalis condemnetur per reuiſores,
tamen vlterius non tenetur fideiuſſor qui fuit antea
per ſententiam liberatus, ita notan. dixit Bart. per il-
lum tex. in l. fin. ſup. a de pact. quam doctrinam refert,
& ſequitur Angel. de Are. in tractatu malefi. in verb.
pro quibus Ant. fideiuſſit. in pen. col. in verſ. & menti
habeas, pro qua do. Angel. de Areti. in addit. adducit
dicta per Bald. in l. pacta nouiſſima. in antepe. col. C. de
pactis. & per eundẽ Bal. in l. fin. in princ. C. ad Maced.
213 † Trigeſimò quæro, an fideiuſſor poſſit renouari
inuito creditore: in quo videretur dicendũ, quod ſic,
dummodo debitor velit ſibi dare alium fideiuſſorem
æque idoneum. Nam tali caſu nihil hoc eſſet credito-
ri, cum ſibi pariter eſſet cautum cum iſto fideiuſſore
ſubrogato, ſicut cu primo: ex quo videtur, quod ipſe
debitor ad hoc poſſit, & maximè ſi debitor promiſit
ipſi fideiuſſori ſub pœna, eum liberare ab obligatione
& eximere à fideiuſſione: nam quod tibi non nocet, &
alteri prodeſt, de facili eſt concedendum: vt in l. 2. in
princ. & ibi Bart. & alij ſupra, ſolut. matrimo. ſed hoc
non noceret creditori, & prodeſſet debitori, quia vi-
taret pœnam quam promiſit fideiuſſori, ſi eum non li-
beraret à fideiuſſione: ergo videtur quòd cogi poſſit
accipere alium fideiuſſorem loco primi, & pro hac
parte videtur text. expreſſus in l. qui autem in §. ſed ſi
quis, ſupra, de conſtit. pecun. vbi dicit, quod ſi ego
promiſi tibi dare certam perſonam pro fideiuſſore, &

non darem illam, ſed aliam æquè idoneam,ſum libe-
ratus:& ad idem facit text. in l. Labeo. in §. fin.ſuprà
de arbitr.& in l.illud.§.pen.ſupra quod met.cau.& in
l.ſi quis domum in prin. ſupra loca. & in l.ſi cui ſupra
de ſetuit.& in l.1.alias 2 §.pen. ſupra de relig.&,ſumpt.
fune & in l.2.C.de propoſitis agen.in rebus. lib.12. in
quibus iuribus dicitur, quod obligatus dare certum
quid, liberatur non dando illud, ſed æquè idoneum.
(Ad quod etiam facit gloſ.not. in c.omnis qui. 7. q.1.
& quæ dixit Roma. in l.ſi verò in §.de viro. in 19. fal-
len.ff.ſol.mat.) Item ad prædicta etiam facit optune,
quod voluit Ang.in l.mutilegulis. C. de mutileg. lib.
12.vbi dixit, quod licet dominus non poſſit vendere
feudum inuito feudatario,vt voluit glo.not.in l.inui-
tus, ſupra de fideicom. libe. nec vaſallus poteſt alie-
nare feudum, inuito domino vt in cap.imperialis.de
prohi feu.alien.immò nec etiam poteſt facere, quod
alius capiat fructus inuito domino, vt dixit text. val-
de no.in l.ſi.C de reb. alie. non alie.licèt contrarium
dixerit Bald.in l.1. ſupra quib. mod.viuſfr.amit.quem
improbat d.Franc.de Cre.in not ſuo 86.incip.emphy-
214 teuta,&c.tamen dixit Angel.vbi ſuprà, quod † ſi va-
ſallus vel emphyteuta inuenit vnum qui velit facere
illamet pacta domino,& conducere rem propriè ſicut
ipſe faciebat,quod dominus compellitur illum acci-
pere (Quod dictum etiam refert,& ſequitur do.An.
Corſe. in not. ſuo in verſic. feudum.) Et facit etiam
not.verbum Io.de Imo.in c.1.in pe.col.extra de com-
mo.vbi dixit,quod ſi commodo tibi boues meos, &
moriantur culpa tua, quod ſi tu vis mihi dare boues
æquè bonos,quod cogor accipere,nec poſſum dicere,
volo pretium ad quod alleg. d. l. qui autem. §. ſed ſi
215 quis ſupra de conſtit.pec.† Et facit etiam no.& ſing.
verbum Bal.in l. funde ſupra de rei vend. vbi dixit,
quod etiam eo caſu quo emphyteuta facit expreſſum
pactum quod in fine locationis poſſit tollere, & ele-
uare omnia melioramenta,& ſint ſua certe,ſi emphy-
teuta in fine locationis vult ipſa melioramenta tolle-
re ſeu exportare quod dominus offerendo illud quod
ab alio habiturus eſſet,poteſt emphyteutam inhibere
ne eleuet talia melioramenta: quod dici eſſe not.
quod dictum pro not.refert, & ſequitur Iaſo. in l. 2.
in 9.col.poſt princip.C.de iure emphy. & ſic ex illis
omnibus videtur dicendum, quod fideiuſſor datus
poſſit renouari inuito creditore. Sed contrarium ta-
men eſt verius,quia creditor non cogitur mutare de-
bitorem,vt habetur in l.ſi mandato meo,§.fin. ſupra
mandati.licèt debitor cogatur nouum ſuſcipere cre-
ditorem,vt in l.ſecunda in prin.ſupra, ſol.mat.& in l.
idemque §.ſi cui. ſupra mandati, & ratio eſt, ſecun-
dum doctо.quia creditorum eſt agere,& non conue-
niri. Ita dixit Baldus in l.ſi pater.C.de collation. vbi
reſpondit ad iura contraria,& quærit poſtea,quomo-
do ſuccurretur debitori, qui debit fideiuſſorem cre-
ditori,& ei promiſit ſub pœna,eum releuare ſeu exi-
mere ab obligatione ſeu a fideiuſſione in quo reſpon-
det,quod illum quod non poteſt fieri per modum li-
berationis, fiet per modum cautionis, iuxta gloſſam
dict.l.ſi pater.& ea quæ habentur in dicta l. ſi manda-
to meo,& dicit quod hoc caſu cauendum erit fideiuſ-
ſori pignoribus ſibi datis,vt ſupra,de collatio. bono-
rum.l.1.§.iubet.ſed ſi fideiuſſor nolit in ſe onus cuſto-
diæ pignorum, tunc ſi inuenio fideiuſſores de eum
conſeruando indemnem, debeo eos ſibi dare: ſi au-
tem non inuenio fideiuſſores,tunc ſi non vult recipe-
re pignora videtur facere quo minus poſſit ſibi caue-
ri:& ideò ſatis eſt mihi qui debeo, vt l.debere. §.cau-
tionis. infrà de verbo. ſigni. & not. ſupra de feriis. l.
moræ.& de re iud. l. in eo. §. nemo. & de condit. &
demonſtr.l.Iulianus.el 1.& ſubdit Bald.vbi ſupra idem
eſſe in eo qui dedit fideiuſſorem, rem pupilli ſaluam
fore, & promiſit eum extrahere de obligatione: nam
intelligitur eo modo quo fieri poteſt, vt ſupra, de
condit.& demon.l.quibus diebus. §. dominus. ita fi-
naliter reſidet Bal.in d.l.ſi pater. C. de collat. & idem
in hac quæſtione firmant cæteri ſcribentes ibi.& idem
voluit Cyn.& Bald.in l.2.C.de ſen.quæ ſine cert.quá-
tit.& in l.qui autem §.ſed & quis. ſupra,de conſtit.pe.
& Bald.in conſ.ſuo 468.incipien.conſiderandum eſt,
quòd fideiuſſor,& cæ.in 7.vol.& Bald.in l.ſi pro ea in
9 quæſtio.& ibi Salic.in 6.qu.C.man.& Bald.in l. La-
beo.§.fi.per illum tex.ſupra,de arb.& Bal.ſuper ſtatu.
in verſ.fideiuſſor.in 2.verſ.& Alexan. in l.facere poſſe.
ſupra, ſolu.mat.& Alex.in d.l.ſi pater.C.de collat.vbi
dicit,quòd Lud.Ro. ibi dicit, quòd deciſio Bald. ibi
procedit etiam ſi interueniſſet iuramentum debito-
ris.qui promiſiſſet fideiuſſori ipſum eximere ab obli-
gatione ſeu à fideiuſſione,& allegat rationem dicens
quòd difficultas excuſat à periurio.c.breu.de iureiur.
ſicut excuſat à mora ſecundum quod plenè not.in l.
quod te.ff.ſi cer.pe. de qua difficultate aliqua dixi in
conſ. meo 46. incip.in curia mercatorum, &c. in 2.
char.in c.ſignific.el.2.de homicidio.
216 † Trigeſimoprimò quæro, an fideiuſſor poſſit age-
re contra principalem antequam ſoluat:in quo dicas,
quod non regulariter, vt eſt text. formalis in l. ſi pro
ea.& ibi per omnes ſcribentes. C.manda. & habetur
in ca.fi.extra.de fideiuſſo.Sed hoc limitatur in aliqui-
bus caſibus,in quibus ipſe fideiuſſor poteſt agere con-
tra principalem antequam ſoluat: vnus eſt caſus, ſi
principalis cœperit dilapidare bona ſua. Alius eſt, ſi
fuerit condemnatus ad ſoluendum. Alius caſus eſt,
ſi ita conuentum fuit inter eos:quos caſus ponit text.
in d.l.ſi pro ea.Et eſt etiam alius caſus ſecundum glo.
ibi, videlicet ſi fideiuſſor diu ſtetiſſet in obligatione,
tex.eſt not.ponens hos caſus in l.Lucius Titius,ſupra,
manda,quos caſus etiam ponit glo.in d.l. ſi pro ea. &
in d.cap.fina.extra.de fideiuſſore.& in d.l.Lucius,quæ
ponit alium caſum,videlicet ſi fideiuſſor obtulit,con-
ſignauit,& depoſuit,& hoc probat text.in l.qui mu-
tuam in §.fideiuſſor.ſupra, manda. Sed tu etiam vltra
dictas gloſſ adde etiam alios caſus,in quibus fideiuſ-
ſor poteſt agere contra principalem, antequam ſol-
uat. Nam vnus eſt fideiuſſor de iudicio ſiſti,quia po-
teſt agere antequàm ſoluat.text.eſt in l.ſi mandato.in
§.ſi iudicio.ſupra,manda.item alius eſt caſus in fide-
iuſſore, qui ſe obligauit per inſtrumentum guarenti-
giatum, ſecundum Barto.in l. fideiuſſor pro vendito-
re. infra in hoc tit.de fideiuſs.& idem dixit Bald.in d.
l.ſi pro ea. in 4.quæſt.& Cy.& Bal.in d.l.centum.C.fa.
erciſcum.& ſubdit.ibi Bald.in 2.col.quòd idem eſſet,
ſi foret obligatus per ſcripturam mercatorum: quæ
ſecundum formam ſtatuti haberet executionem pa-
ratam: quod dictum affirmat Alexand.in d.l.fideiuſ-
ſor pro venditore infra in hoc tit. vbi latius loquitur
in materia.Alius eſt etiam caſus, in quo fideiuſſor po-
teſt agere contra principalem antequam ſoluat: vi-
delicet quando ipſe fideiuſſor vult ſe abſentare à lo-
co, in quo fideiuſſit ex cauſa vtili vel neceſſaria: nam
tunc poteſt agere contra principalem, vt eum liberet:
ita not.dixit Specu.in tit.de iudi.in §.1.in pen.colum,
in ver.ſed quid ſi fideiuſſor.quem ſequuntur cano. in
c.fi.de fideiuſſ & illud dictum pro ſtupendo,& vnico
in mundo refert,& ſequitur Lu Ro.in ſingul.ſuo 100.
inci quæro à te,&c. Item alius eſt etiam caſus,in quo
fideiuſſor poteſt agere contra principalem antequam
ſoluat:videlicet,ſi interuenit inimicitia, vel ſuperue-
nit inter fideiuſſorem, & debitorem cauſa tamen
debitoris;

debitoris : nam tali caſu fideiuſſor poterit agere con-
tra principalem debitorem,licet pro eo non ſoluerit
ita dixit Io.An.in addi.Spec.in tit.de iudiciis in §.1.in
pe.col.in addi.inci.hic nos quod cum lex illa , &c.ad
quod alle.plura de quibus ibi per eum:& idem dixit
Lud.Ro.in d.l.facere poſſe ſupra,ſol. mat. & in l.3.§.
fi.ſupra,de alimen.lega.Item alios eſt caſus in quo
poteſt fideiuſſor agere contra debitorem antequam
ſoluat : videlicet quando ipſe fideiuſſor diu ſtetit in
carcere pro ille debito : nam tunc poteſt agere con-
tra debitorem quia poſſet mori in carcere : ita dixit
Bald.in cap.ex reſcripto de iureiur.circa fin. Item
alius eſt etiam caſus in quo fideiuſſor poteſt agere
contra debitorem antequam ſoluat : videlicet quan-
tum fuit fideiuſſor contractus,non iudicij,ſecundum
Angel.poſt Bartol.in l.1.ſupra,iudi.ſol.d. leg. Lucius
ſupra manda. Item alius eſt caſus,in quo fideiuſſor
poteſt agere contra debitorem antequam ſoluat, vi-
delicet quando fideiuſſit ſine mandato, per glo. in l.
ſed videamus ſupra,de neg.geſt. contrarium tamen
tenet Bald.in d.l.ſi pro ea in fi. niſi dominus ratum
habuerit,ſecundum eum ibi.Item alius eſt etiam ca-
ſus,in quo fideiuſſor poteſt agere contra principa-
lem debitorem antequam ſoluat : videlicet quando
euidenter apparet, quod fideiuſſor de proximo eſt
condemnatus:ita dixit Bal.in d.l.ſi pro ea in 6.q.C.
man.quem refert,& ſequitur Iaſ.in l. diuortio. in §.
interdum in 5.col.ſupra,ſol.mat. vbi etiam adducit
217 plura ſimilia,& primò adducit † quod fructus de
proximo recolligendi , habentur pro recollectis , ſe-
cundum glo.& Bartol.in d.§.interdum.Item adducit
etiam tex in l.pe de teſtam.mili . vbi probatur quod
potentia actus,habetur pro actu. Et ideò dicunt ibi
docto per illum text.quod illud quod de proximo eſt
fiendum,habetur pro facto : quod etiam dixit Bar.in
218 l.1.§.ſed in eo ſupra,ad ſimilia.† Adducit etiam:nam
baſilica de proximo conſecranda,habetur pro conſe-
crata,& gaudet priuilegiis eccl.Add.in c.eccleſia not.
per illum text.de immuni.eccleſia. Adducit etiam:
nam quidem proximo eſt condemnandus per ſen-
tentiam,habetur pro condemnato.tex.& not.ſecun-
dum eum in l.qui plenè in diuus Pius.ſupra , de ma-
numiſ. Adducit etiam Ang.in l.ex eo tempore ſupra,
de teſta.mil.vbi vbi habetur,quod pœna ſtatuti impo-
ſita offendenti ſcholarem matriculatum,habet locum
in illo ſcholari,quem Rector iuſſit matriculari , licèt
nondum ſit deſcriptus in matricula ita refert,& ſe-
quitur Alex.in l.ſi id quid in prin.in 1, col.in fi.ſup.de
iu.om.iu.Item adducit etiam.Sal.in l.cum te.in fi.C.
de do.ante nup.vbi dixit,quod pro coniuncta, & co-
pulata carnaliter à viro habetur illa que de proximo
copulanda eſt.Item dicit etiam quod ille qui proxi-
mo eſt banniendus,habetur pro bannito,vt poſſit im-
punè oſtendi,ſecundum Paul.de caſt.in vna electu in
l.3.§.ſi ſeruus ſupra,de acquir.poſſ.quamuis non benè
firmet.& d. Alex.ibi hoc reprobat.Ita formaliter dicit
Iaſ.in d.l.diuortiò in § interdum ſupra ſol.mat. in 5.
colu.quibus optimè addi poſſunt dicta per me in ſin.
meo 106.incipient qui de proximo eſt cingendus,&c.
219 & vltra ea quæ ibi dixi,adduci † poteſt pro dicto
Bald.in d.l.ſi pro ea in 6.colum. quod voluit multum
not. Bald.in l.ſed ſi is ſupra, de in ius voc.vbi dixit,
quòd licèt vbi tractatur de pœna corporali imponen-
da , non ſit reus fideiuſſoribus relaxandus : attamen
tali reus,ſi eſt carceratus , eſt relaxandus etiam ſine
fideiuſſoribus ante ſententiam , quando apparet ip-
ſum eſſe abſoluendum , vtputà quando eſt publica-
tus proceſſus alleg.ad hoc text.in l.nullus. C. de ex-
ſuben.reis in verſicu.donec repererit,& cæt. idem
dixit Bald.in l.ſi quia poſt accuſationem ff.de teſta.&
in d.l.nullus pro quo eſt etiam bonus tex.in l.qui pœ-
næ.§.1.ſupra , de manumiſſio. & hoc etiam firmat
Lud.Ro in ſingu. ſuo 492 inci. accuſatus de crimine
capitali,&c.& dixi ego etiam in practica mea cauſa-
rum criminalium in 201. char. ante medium : & in
ſingu.meo 381.incip.licet reus,& cæt.vbi latius locu-
tus ſum circa hoc ad quod etiam vide Iaſo.ponentem
not.verbum circa hanc materiam in l.quoniam circa
fi.C.de teſta.& eundem in l.non tantum C. de lega.
& in authent.ſi qua mulier in 6. col. C. de ſac. ſan.
eccle.& in l.ſi is qui pro emptore in 20.colum. ſupra,
de vſucap.Et aduertas diligenter , in quantum gloſſ.
ſuperius allegata in prin.huius quæſtionis , volunt,
quòd fideiuſſor poſſit agere contra debitorem ante-
quàm ſoluat,quando ipſe debitor incepit dilapidare
bona ſua,&c.quòd iſtud limitatur,& reſtringitur, niſi
poſt inceptam dilapidationem redeat ad bonos mo-
res: quia hoc caſu non poterit contra eum agere
fideiuſſor reſpectu dictæ dilapidationis Ita dixit Bal.
in d.l.ſi pro ea.in 8.q C. manda pro quo dicto facit
220 optime : † Nam licèt filia quæ peccauit in corpus
ſuum,non debeat alinec dotari à patre,vt nota.Spec.
in tit.qui fi.ſint leg.§.pe.ver.quid ſi filia peccauit,&c.
& Bald.in l.fi.C.de dot.promiſ.tamen ſi filia per pœ-
nitentiam emendatur,debet ali:& dotari à patre , ſe-
cundum Spec.in d.§.pe.ver.quid ſi pœnitentiam ege-
rit,&c.cum ſequuntur cano.in c,quin tauallis de iu-
reiur & ibi d.Ang in 3 col.& Abb.in 2.col.vbi allegat
bonum text.in c.ferrum.& ibi glo. 50. diſt. quod di-
ctum refert,& ſequitur Iaſ.in l. in arenam. in 2. colu.
in ver.ego ſequor,&c.C.de inofficio.teſta. vbi etiam
refert dom.Alexand.per hoc dicentem in l. 1. in 16.
colum.ſupra , ſol. mat. quòd filius ſi ingratitudinem
commiſit , per quam poterat à patre exhæredari , ſi
pœnitentiam viuo patre agat,vel ante conditum te-
ſtamentum,non poterit amplius exhæredari : & ad-
ducit etiam Bartol.in l.3 §.fina. per illum text. ſupra
de adimen.lega.vbi dicit,quòd ſi pater exhæredauit
filium de iuſta cauſa , & poſteà filius ſe reconciliauit
cum patre, quod tunc exhæredatio videtur adem-
pta,& idem dixit Iaſ.in l.ius autem ciuile in 5. col.ſu-
pra,de iuſt.& iure & ideò prædictorum omnium po-
221 teſt eſſe regula illa , videlicet quod † ceſſante cauſa,
ceſſat effectus,vt habetur in l. adigere in §. quamuis
ſupra,de iure patro.& in cap. cùm ceſſante , extr. de
appel.cum ſi & pro hac fallentia , & pro hac regula
facit : nam licèt princeps ex cauſa poſſit auferre rem
ſuam alicui,vt habetur in l.item ſi verberatum ſupra,
de rei vendi.cum ſi tamen ſi cauſa illa ceſſat, debet ta-
lis res ſibi reſtitui ſecundum Inn.in c.quia plerique de
immu.eccl.& d.An.& Io.de imo.in c.quæ in eccleſia-
rum de conſt.& facit c.præciſ.& ibi Arch.& Gemi.55.
diſt.vbi dicit,quod lex diſpẽſatiua ceſſante cauſa diſ-
222 penſationis.† Et facit no.cõſ.Lu.Ro.404 inc.in caſu
propoſitæ,&c. vbi ponit no.verbum in materia quem
refert,& ſequitur d.Fel in d.c.qui eccleſiarum. in 11.
col.in 11.col.in ver.ſecunda declaratio de conſt. vbi
illud adducit,& addicit etiam tex.cum gl.in ver. do-
nec in c.cum tu extr.de vſu vbi habetur,quod odioſa
conſtitutio edita contra vſurarios odio vſuræ, ceſſat
ceſſante vſura:& allegat etiam tex. in l. fin. C. qui ab
lib.perue.non poſſunt per quem dicit ibi Bal.quod ſi
mulier priuatur patria ex forma ſtatuti propter ma-
ritum bannitum,quòd eo mortuo reuerti poterit ad
patriam,& allegat etiam l.1.C.de naut.fœn.per quam
dicit ibi Bald. quod conſtitutio aliquid permittens
propter periculum ceſſat eo ceſſante item d. Fel.vbi
ſupra , adducit Lu. Rom. in conſ. ſuo 417.incip. in

propoſito,&c.vbi per plura iura conſulit, quod ſi ali-
quis populus cogitur ſoluere cenſum ſuperiori pro-
tegenti terram eius,& illa terra demoliatur, non co-
gitur amplius populus ſoluere illum cenſum. Item
adducit etiam Lu.Ro.in conſ.ſuo 459.incip.in propo-
ſito vbi conſuluit,quod beneficium ciuilitatis conceſ-
ſum forenſibus propter concordiam inter eos factam,
ceſſat ſi po. uenerunt ad guerram quæ omnia ad hoc re-
223 fert d. Fel.in d c. qui in eccleſiarum in 11.co.† Sed
vltra d.Fel.adde tu aliqua alia in hac materia: & pri-
mò adde, quod licèt quando locator domus vult
reaptare domum locatam, poſſit illam auferre con-
ductori,vt in l.eden.C.loca tamen refecta, vel reap-
tata domo poteſt ipſe conductor repetere, & conſe-
qui dictam domum I'a not. dixi Lu. Ro. in ſing. ſuo
235.incip.tu habes,&c.ad quod allegat gl.quam dicit
ſingularem,in l.ſi duo.in §.ſi inquilinus in verb.teſtari
ſupra,vti poſſid.quam ibi ſumme not. Bartol. ſecun-
dum eum idem dixit d Franc.de Cremen. in no.ſuo
72.incip.tu ſcis.&c. Adduco etiam Pau. de Caſt. in l.
nec patronus C.de ope.lib.vbi dixit quod ſi ſcriptor
ſit effectus rector ſtudij, licet ſit liberatus à ſcribendo,
propter dignitatem ſibi obuentam,tamen finito di-
cto officio,& dicta dignitate,poterit cogi ad ſcriben-
dum,& ad perficiendum obligationem ſcribendi al-
224 leg.in ar.l.planè ff co.de oper. lib.† Adduco etiam:
nam pater poteſt vendere filium propter neceſſitatem
famis vt l.2.& ibi do.C.de patri.qui fi. diſt.& voluit.
gl.in c.ſi quis extra.de furtis & in c.diſcipulos,de con-
ſecra.di.5.& Ion in c.nonne in prin.vi.col.de præſum.
attamen talis ſic venditus à patre,poteſt agere contra
patrem,vt eum redimat,ſi peruenerit ad pinguiorem
fortunam,& ſic ceſſante paupertate: ita dixit Bal. in
c.ex reſcripto,in fi.de iureiu.quod dictum refert, &
ſequitur d.Fel.in c.cum dilecta.in 27.col.in ver.fallit
octauò de reſcrip.de quo etiam dixi ſingul. meo 101.
incip.pater poteſt,&c.& in l.etiam ſi redhibitus in vlt.
225 col.infrà de quæſtioni.† Item adduco etiam Bal.in l.
pactum quod dotali.in 4.q.C.de colla.vbi dicit,quod
ſi filia renunciat hæreditati patris propter fratres,
quod illis mortuis renuntiatio illa ſibi non nocet?
quod etiam voluit Sal & Pau.de Caſt. ibi. & Gemin.
in c.quamuis de pactis in 6.& Lud.Ro.in l.qui ſuper-
ſtitis ſupra de acq.hære.& d.Phil.Dec.in conſ.ſuo 31.in
2.col.vbi etiam alia ad hoc alle.Adduco etiam Soc.in
conſ 54.incip.in præſenti conſultatione,&c. in 5. col.
verb.præterea dico.vbi dixit,quòd deficientibus per-
ſonis,ad quas debet deuenire res prohibita alienari,
deficit prohibitio alienationis ad quod allegat plura
iura de quibus ibi per eum:tene menti prædicta,quia
ſunt not.ex quibus fortificatur doctrina Bal.in d.l. ſi
pro ea 8. q.in quantum dixit: quòd licet fideiuſſor
poſſit agere antequam ſoluat contra debitorem prin-
cipalem,quando incepit dilapidare bona ſua, quod
hoc non habet locum quando ipſe debitor ſe retra-
xit à dilapidatione bonorum, & reductus eſt ad bo-
nos mores:quia tunc non poterit agi contra eum cum
ceſſet cauſa propter quâm contra eum agit poterat,
&c.tene menti,quia fortè alibi non reperies ſupradi-
cta ſimiliter cumulata ad illud propoſitum.Modo vl-
terius in quantum ſuprà in prin.huius quæſtionis di-
ctum eſt,quod fideiuſſor poteſt agere contra debito-
rem principalem antequam ſoluat,quando ipſe fide-
iuſſor diù ſtetit in obligatione, ſcias hoc non proce-
dere in fideiuſſore euictionis:nam licèt diù ſteterit in
fideiuſſione,tamen non dicitur ſtetiſſe in obligatione:
quia fuit obligatus ſub conditione,ſi res euinceretur,
& non pure: & ideò niſi ſequatur euictio,non poteſt
dici quod diu ſteterit in obligatione: & ideò agere
non poterit contra ipſum debitorem principalem:ita
no.dixit Bal.in l.facere poſſe ſupra,ſol.ma.& ibi Alex.
Iaſius & Bald.ſuper ſtatu in verbo fideiuſſ.in 2.col. in
226 1. verſ. † Et tene menti etiam vnum caſum circa
præſentem materiam, videlicet quòd procurator
emens pro domino, poteſt agere contra dominum
antequam ſoluat,& petere quam ipſe dominus ſoluat
rem ſeu precium rei,quam ipſe pro eo émit de man-
dato ſuo:ita dixit Lud.Ro. in d.l.facere poſſe ſupra ſo-
lut matrim.& de ſupradicta q.an & quando fideiuſſor
poſſit agere contra principalem antequam ſoluat, vi-
de doc.in d.l.ſi pro ea.C.mandat.Spec.in tit.de iudi.
in §.1.doc.in d.l.facere poſſe.Cyn.& Bal.in l.certum
C.famil.ercis doc.in l.fin.C.de vſuris rei iud. Bald. in
l.2.C.de ſen.quæ ſine cer. quanti. canoni.in c. fin. de
fidei.Bart.& An.& alios in l.1.infra,iudi. ſol. Bald. &
alios in l.ſi pater.C.de collat.
227 † Vlterius,& ſic trigeſimo ſecundò,quæro de alia
no.q.videlicet an fideiuſſor non poſſidens immobi-
lia,dicatur idoneus adeo quod iuſtè poſſit à credito-
re recuſari:in quo dicas,quod ſic quod poteſt recuſari
tanquam non idoneus,vt habetur in l.2.& in l.ſcien-
dum ſupra qui ſatiſ.co.& voluit gl in §. ſuſcepto. in
auth.de exhi.reis.& habetur in l.ſi ſtipulatus ſit Sti-
chum ſupra,de ver.ob. Et vol.Bal.in c.coram in vlt.
col.de offi.dele.& Spec.in tit.de ſatiſd. §. dicto. verſ.
ſed ſi ſcholari & habetur qui Ale. in conſ. ſuo 160.
incip.viſo proceſſu in 5.vol. Quinimò non ſolùm re-
quiritur,quòd poſſideat immobilia,ſed etiam requi-
ritur,quòd poſſideat illa in loco iudicij, vel contra-
ctus,vel res vbi agitur, aliter non dicitur: ita dixit
gl.in d.§.ſuſcepto,& volunt doc.in l.1. per illum tex.
ſupra ſi quis in jus vocatus non ierit,& in l.ſi fideiuſ.
ſupra,qui ſatiſd. cog. & Paul. de Ca. in l.qui filiusfa.
ſuprà,qui ſatiſ. cog. vbi ponit nota. cautelam circa
hanc materiam.& idem voluit Bar.in l.fin.C.de prin-
cipibus agentibus in rebus lib.12.& Barba.in c.coram
in vlt.col.de offi.dele.
228 † Prædicta tamen limita primò, niſi principalis
eſſet valdè diues,& idoneus:nam tunc ſufficeret fide-
iuſſor qui non eſſet idoneus facultatib.l.mulier cum
glo.in verbo, præſtitiſſe.C. de iure do.& hoc volunt
doc.communiter in d. l. 2. in princ. ſupra,qui ſatiſd.
cog.pro quo Iaſ.ibi adducit text.in l. tam dementis
C.de epi.audi.& in l.ſi quis ſtipulatus §.fin.ſupra, de
ver.obli.& in l.1.§.ſi magiſtratus & ibi Bal. ſupra, de
magiſt.conuenien.& pro iſta limitatione facit: nam
quando aliquis eſt manifeſte idoneus facultatib.non
tenetur ſatiſdare quando nulla eſt cauſa ſuſpicionis,
etiam ſi diſpoſitio l.vel ſtatuti ſit in contraria.Ita di-
cit Pau.de Caſt.in l.diuortio.in §.interdum.ſupra.ſol.
ma.& in l.1.ſupra,qui ſatiſ.cog.Et ideò dixit Bar.in l.
quicunque la 1.C.de fun.patr.lib.11. atq. illius text.
quod ſi ex forma ſtatuti aliquis tenetur ſatiſdare an-
tequam acceptet officium alicuius poteſtariæ, quod
ſi ipſe eſt idoneus,credetur ipſi ſoli cùm generali hy-
potheca bonorum ſuorũ & hanc partem tenuit etiam
Bar.in l.priuatæ.C.de murileg.lib.10 & Io.de Pla. in
d.l.quicunque & Lu. Ro. in conſ.ſuo 67. incip. viſo
themate prænarrato,&c. in 3.col. & do. Alc.in conſ.
ſuo 37.incip.viſo opportunè diſcuſſo, &c. in 7. col. in
2.vol.et illam doctrinam Barto.approbat.Iaſ.in d.l.1.
ſupra,qui ſatiſd.cog.vbi reprobat Alexan.et alios ibi
contrarium tenentes:et pro doctrina Bartol,adducit
plura iura,de quibus ibi per eum:et illam doctrinam
etiam approbat Alex.in d.l.quicunque in ſuis apoſtil-
lis ad Bar.vbi plura iura adducit pro ea, et d. Feli in
c.ad hæc de ſente. excommuni. et faciunt dicta per
Bald.in auth.hodiè.C.de act.& obli in prin.

a.

† Secundò

229 † Secundò limita prędictam regulam, videlicet
quòd qui non poſſidet immobilia, tenetur ſatiſdare,
iſtud fallit in fideiuſ. dato à coniuncta perſona, quia
videlicet licèt non poſſideat immobilia, vt eſt tex. &
ibi dn. in dicta l. 2. §. prætor ait. ſupra, qui ſatiſ. cog. &
in l. 1. & 2. ſupra, in ius voc. eant. & voluit Barto. in l.
ſciendum in fi. prin. ſupra; qui ſatiſ. cog. Et rationem
alleg. gl. ibi doc. in d. l. ſupra, in ius voc. eant. videli-
cet, quia ius habet pro conſtanti, quod principalis de-
bitor ſuum fideiuſſorem coniunctum non deſinet il-
230 laqueatum, quia † nemo carnem ſuam odio habet,
vt etiam inquit tex. in c. non æſtimemus 13. q. 2. et illa
gl. eſt not. ſecundum Bal. & moder. in d. l. 1. ad ſtatu-
ta laicorum diſponentia contra conſanguineos cleri-
corum, vt ſint nulla, ſicut ſi in clericos diſponerent,
prout etiam tenet Barto. in l. 1. in fi. ſupra, de his qui
pœnæ nomine, & in l. hi penes C. de agri. & cenſi. lib.
11. Idem etiam dicit, & affirmat d. Iaſ. in d. l. 1. ſupra,
in ius vocati eant: vbi etiam addit dictæ. & gloſſ. &
prædictis Bald. in l. 1. C. de indicta vidui. tol. vbi dicit
quod paria ſunt, committere in aliquem; vel in illo de
231 ſanguine ſuo: quia par eſt metus in ſe, & in ſuis. † Ad-
dit etiam, & dicit, quòd ſicut infirmitas propria ex-
cuſat citatum, ſi non comparuit, à contumacia l. quæ-
ſitum ſupra de re iu. &c. teneor. eo ti. Ita etiam excu-
ſat infirmitas ſuorum gl. dicit fore not. in c. communis
in verbo, ſuorum. vbi etiam tex. 23. diſt. quem glo. re-
fert & ſequitur Alex. in d. l. quæſitum. Idē addit etiam
Iaſ. vbi ſupra Bar. in l. de pupillo §. ſi quis ipſi prætori.
in 9. q. ſupra, de ope. no. nunci. quem ſequitur Bald. in
l. ſi quam in fin. C de ope. lib. vbi dixit, quod idem
operantur minæ factæ, vel illatæ per iudicem conſan-
guineis proteſtantis, vel appellantis, quòd operantur,
ſi fiant ipſi proteſtanti, vel appellanti, & allegat inter
alia text. in clemen. 1. de excel. prælatorum quod dictum
etiam ſequitur Bal. in d. l. interpoſitas in 4 col. Item
adducit etiam tex. in c. ſciant cuncti. de elect. in 6. vbi
metus illatus conſanguineis clerici, habetur pro illato
ipſi clerico: & refert Iaſ. vbi ſupra, quòd Lud. Ro. in
repeti. rubri. ſupra, de arbitris, in 24. col. in ver. quid
autem ſi compromiſſum & cæt. dixit per illum tex.
quòd vulnerans conſanguineum clericis, & eo quia
clericus aliquid moleſti ſibi fecit, eſt ita excommuni-
catus, ſicut ſi vulneraſſet ipſum clericum. Item addu-
cit etiam Iaſ. in p. l. 1. ſupra, in ius vocati vt eant, &c.
in c. quicunque in verbo, in bonis ſuis vel ſuorum de
ſenten. excommuni. in 9. per quem tex. dicit Pet. de
Anchara. in d. c. ſciant cuncti quòd ſi duo inimici fece-
runt pacem adinuicem, & promiſerunt ſe non offen-
dere ſub certa pœna, quod offendendo conſangui-
neum incidunt in pœnam, ſicut ſi offenderent eum
qui fecit pacem: quod dicit ipſe Iaſo eſſe tenendum
cordi quia frequenter occurrit. Adducit præterea
text. in l. lex Cornelia & in l. item apud Labeonem. §.
232 conuicium. ff de iniur. per † quæ iura dicit Bar. in l.
3. in §. ſi tutor inimicus ſupra, de ſuſpectis tutor. quod
iniuria facta conſanguineo meo, cenſetur facta mihi
ipſi. Item adducit etiam Bald. in l. 1. C. ſi quacunque
præditus po. vbi dicit, quòd offenſo vno de ſanguine,
intelliguntur offenſi omnes qui ſunt eiuſdem ſangui-
nis. Vltimò adducit, quod ſicut in ſponſalibus, vel ma-
trimoniis non poteſt imponi pœna per contrahentes:
& ſi apponeretur non valeret, eo quia matrimonia de-
bent liberè contrahi, & abſq; metu alicuius perſonæ,
vt in c. gemma de ſpon. Item eſſet, ſi pœna promitte-
retur à patribus, vel aſcendentibus, vel etiam collate-
ralibus ſecundum Cy. in l. fi. C. de ſponſali & Ange in
d. l. 1. in ius vocati, vt eant, &c. & Bar. in l. Titia in prin.
in 1. q. ſupra, de verbo obliga. & Io. de Imol. in l. hæ-
res meus §. fi. per illum tex. ſupra de condi. & demon.
ſtra. & Lud. Ro. in l. nolle ſupra de acquiren. hæredi-
quod dicit Iaſ. eſſe not. quia tota die fit contrarium.
Ita reſidet Iaſ. in d. le. 1. ſupra, in ius voc. vt eant, &c.
& ſic concludit per iſta, quod fideiuſſor datus con-
iuncto valet, licèt non poſſideat immobilia, per illam
rationem gl. ibi. & adducta per Iaſ. vbi ſupra Adde
Bald. in l. raptores in 2. not. C. de epiſcopis, & clericis,
& in l. vt vim ſupra, de iuſtit. & iur. vbi dixit, quod ſi
aliquis facit inſultum cum armis contra conſangui-
neum, vel affinem meum, licitum eſt mihi illum in-
ſultantem impune occidere: de quo ego dixi in l. 1.
233 in 14. collat. in verſi. 24 limit. infra de ſica. † & adde
etiam quòd ſicut non valet renuntiatio beneficij fa-
cta per metum inſtantis periculi illatum clerico, vt
in cap. ſuper hoc de renuntiatione: ita non valet per
metum periculi imminentis in perſonam conſan-
guineorum, vel affinium ipſius clerici. ita dicunt do-
mini de Rota in deci. 54 inci dubitatur an valet & in c.
in nouis & faciunt alia plura ad propoſitum adducta
per Iaſ. in l. 1. C. de indicta vidui. tol. in 1. & 2. col. Mo-
dò his ſtantibus dicebam quod tex. & quæ ibi haben-
tur in d. l. 1. ſupra, in ius vocati, vt eant, &c. debent
eant, &c. debent etiam habere locum in amico, quia
234 † magna amicitia idem operatur, quod coniunctio
ſanguinis, ſecundum gl. in c 2. in gl. pe. de teſt. in 6. &
voluit Abb. in c. requiſiti in vlt. col. de teſt. per gl ibi
& per d. gl. c. 2. de teſta. in 6 & voluit Alex. in exigen-
di. in 2. col. C. de procur. vbi etiam ad hoc alle. Cyn. &
Sali. ibi, & l. cum allegas C. de caſt. peculio militum.
lib. 12. vbi amicitia æquipollet affinitate & l. 2. in ver-
bo, amici. ſupra, qui pe. tut. & dicit, quod ratio con-
iunctionis facit, quod quis poſſit agere ſine mandato
l. 2. C. de conſorti. eiuſdem litis quanto ergo magis
ratio affectionis: ad quòd etiam allegat. Guil de Cun.
in l. ſed & hæ. ſupra, de procu & Bart. in l. non ſolum
in §. qui alieno, ſupra de proc. & alleg. not. per Spe. in
ti. de aduocato in §. obiicitur. ver. eſt etiam quartus
ordo. & Io. An. in c. fi. de poſtulando, & Cy. in l. inui-
tus C. de proc. Attamen ipſe Alex. poſtea in de exigen-
di tenet contrarium, ſcilicet quod amicitia non opere-
tur tantum quantum conſanguinitas: & ad hoc addu-
cit plura iura, & adducit etiam rationem, dicens
quod potentior eſt coniunctio ſanguinis, quam ami-
citiæ: nam faciliter tollitur, ſeu ſoluitur amicitia, l. 3.
in fi. ſupra, de adimen. leg. ſed ius ſanguinis non tol-
litur. l. ius agnationis ff. de reg. iur. & adducit d. Alex.
plures doc. tenentes hanc partem ſed d. Iaſ. in d. l. exi-
gendi in hac tenet primam partem. ſ. quod coniun-
ctio ſanguinis, & magna amicitia, à pari procedant
per iura primo loco alleg. & reſpondet iuribus addu-
ctis per Alex. & dicit, quod non obſtant iura allega.
per d. Alexan. quia loquuntur in ſimplici amico Nos
autem loquimur in amico magnæ, & ſtrictæ amicitiæ:
& ſic tenet ipſe Iaſo. quod coniunctio ſanguinis, &
magna amicitia idem operetur: & idem firmat ipſe in
l. non dubium C. de teſta. in vlt. colu. vbi dicit, quod
licèt ex teſtamento legata, nec fideicommiſſa, nec peti
poſſint efficaciter: tamen fallit in caſu ſingulari. l. in
teſtamento ſupra, de fideicom. liber. quando legatum
vnum, vel plura relinquuntur perſonæ valdè dilectæ
teſtatori: quia illa affectio facit, vt ex teſtamento
non ſolenni quæcunque legata debeantur, vt dicit
gl. in d. l ex teſtamento. in 2. ſolutione, quam appro-
bant omnes doct in l. eam quàm. C. de fideicom. vbi
gl. quæ idem dicit in verbo, traditur. &c. in 10. fallen-
tia: quæ dicit, quòd eſt ſpeciale in d. l. in teſtamento
235 propter pietatem, & affectionem. † Et ſubdit Iaſ. in
d. l. non dubium, quod ex gl. dict. l. in teſtamento

Digitized by Google

iuncta textui,& notan. aliud ſingulare videlicet quod
coniunctio ſanguinis,vel licita actio in perſona valdè
dilecta teſtatori,habet vim clauſulæ codicillaris: &
tantum operatur, ac ſi in teſtamento eſſet appoſita
clauſula codicillaris: quam glo. ad hoc not. & dicit
alibi non reperiri in iure. Bal. in l. ſi iure C. de teſtam.
manu & etiam reſtringit ad alia relicta pietatem con-
236 cernentia. † Dicit poſteà Iaſ. vbi ſupra, quod aliud
ſingulare notandum eſt ex illa gl. iuncta text. videli-
cet, quòd ſi teſtator feciſſet primum teſtamentum, in
quo appoſuiſſet clauſulam derogatoriam poteſtatis,
& voluntatis, quia dixiſſet, & ſi contingat eum facere
teſtamentum aliud non vult illud valere, niſi appo-
nantur in eo certa verba: pone, quòd faciat ſecundum
teſtamentum, in quo inſtituat perſonam valdè dile-
ctam, dicit, quod ſicut affectio habet vim clauſulæ
codicillaris, ita habet vim reuocationis clauſulæ dero-
gatoriæ in primo teſtamento contentæ: quam glo. ita
ſingulariter extendit Lud. Rom. 179. in conſ. ſuo 189.
incip. ampliſſimè doct &c. in pen. col. & alleg. Bal. in
d. l. ſi iure c. de teſt. manu. dicitque Iaſ. eſſe valdè ſin. ad
materiam. l. ſi quis in prin. teſtamenti ſupra, de l. 3. &
in l. ſancimus C. de teſtamentis ita reſidet Iaſ. in d. l.
non dubium C. de teſtament & hanc partem affirmat.
Iaſ. in d. l. exigendi. in pe. col. ſupra, de proc. vbi addu-
cit Barb. in repe. l. cùm acutiſſimi. in 14. col. C. de fi-
deicom. vbi dicit quod diſpoſitio illius l. & l. cùm
auus, ſupra, de condi. & demonſtr. l. generaliter. in §.
cum autem C. de conſti. & ſubſti. ſub condi. fac habet
locum etiam in perſona valde dilecta teſtatori: & ideò
dicit, quod ſi teſtator in teſtamento inſtituit hæredem
vnum ſuum amicum valde ſibi dilectum: & eum
grauauit, vt poſt mortem ſuam reſtitueret talem hæ-
reditatem Titio, quòd ſi iſte amicus procrearet filios,
tales filium excluderent ſubſtitutum, & mouetur plu-
ribus iuribus. Attamen Iaſ. in d. l. exigendi, non appro-
bat illam doctrinam item hanc partem, quod amicus
magna amicitia, & coniunctus ſanguine, æquiparen-
tur, firmauit Barb. in conſ. ſuo 74. incip. ſapienter in
4. col. in 4. volu. vbi inter alia alleg. Senecam. in epi-
ſtolis dicentem, quod amicus eſt alter ego & idem, &
alius tenuit ipſe Barb. ad hoc adducens plura iura in
conſ. ſuo 22 incip. clementiſſimum Deum, &c. in 2.
col. in eo 4. vol. Modo ſtante hac concluſione, quod
coniunctus, & amicus magna amicitia ęquiparentur,
& ad paria, procedant, dico quod ſicut fideiuſſor, qui
eſt coniunctus eſt idoneus, licet non poſſideat immo-
bilia, per d. l. 1. ſupra, in ius voc. vt eant. ita erit in fide-
iuſſore amico: quia ratio aſſignata per gl. in d. l. 1. in
coniuncto valens: quia non præſumitur, quod debitor
dimitteret illaqueatum illum fideiuſſorem coniun-
ctum: militat etiam in fideiuſſore amico magna ami-
citia: imo dico quod ſæpè, & ſæpius homines magis
exiſtimant verum amicum magna amicitia, quam
coniunctum, & maximè modernis temporibus: nam
peiora, & deteriora faciunt coniuncti quam extranei:
& quanto magis ſunt coniuncti, tanto peiora faciunt,
me teſte, & experientia rerum magiſtra.
237 † Et ex ſupradictis omnibus ego dico vnum, iu-
dicio meo non perpetuo, videlicet quod non eſt dare
caſum in quo fideiuſſor non poſſidens immobilia, non
ſit idoneus adeo, quod poſſit refutari: nam aut datur
talis non poſſidens immobilia à coniuncto pro fide-
iuſſore, & habetur pro idoneo, & ſufficienti fideiuſſo-
re: vt in d. l. 1. ſupra, in ius vocati vt eant & per ratio-
nem ibi aſſignatam per gloſ. Aut talis fideiuſſor non
eſt coniunctus, & ſimiliter non poterit refutari, &
maxime ſi tractatur de magna quantitate: quia talis
fideiuſſor eſt amicus maxima amicitia illius pro quo
fideiubet: quod clarè apparet, quia poſtquam eſt ex-
traneus, ſi non eſſet amicus intrinſecus, non ſe obliga-
ret pro tam magna quantitate: nam durum eſt inue-
nire fideiuſſorem præcipuè in magnis, & arduis, vt di-
cit Bal. in l. ſancimus in prin. C. de ver ſig. ad quod al-
legat l. 2. §. ſed ſi dubitetur ſupra de iud. & l. 1. §. quod
ſi per inopiam ſupra, de colla. bonorum & idem dixit
Bal. in l. fi. C. per quas perſo. nobis acqu. in fi. ver Ergò
ſe obligando, conſtat eum eſſe amicum magna ami-
citia iunctum: & hoc plenè probatur ex experentia,
& per argumentum à ſolitis, et à communiter acci-
dentibus, ſed rarò: imò nunquam inueniuntur ho-
mines qui velint fideiubere pro aliquo, niſi pro ami-
co maximæ amicitiæ, & etiam hoc ab amicis fit cum
difficultate: quia homines volunt potius ſeruire de
omni re, quam de fideiuſſione: maximè quando tra-
ctatur de magna quantitate: ergò ſequitur, quod ſem-
per fideiuſſor magnæ quantitatis erit idoneus, nec po-
terit recuſari, licèt non poſſideat immobilia. Tene
menti, quia iſta eſt conſideratio mea noua, non audi-
ta nec cogitata per aliquem vſque ad hanc diem.
238 † Modo redeundo ad principalem quæſtionem,
videlicet, quod qui non poſſidet immobilia, non eſt
idoneus fideiuſſor, limita tertio hanc regulam, quan-
do fideiuſſor eſſet pauper, quod ad facultates; ſed ta-
men eſſet multum fidelis, laudabilis, et probatæ vitæ,
& ſolitus ſatisfacere obligationibus, pro quibus in-
tercedit. Nam talis cenſetur idoneus fideiuſſor. l. ſi
quis ſtipulatus ſit Stichum. §. fi. ſupra, de ver. ob. et ibi
Pau. de Caſtr. ita dicit per illum text. et facit. in ſimili.
l. ſuſpectum ſupra, de ſuſpe. tuto. et quod not. Bal. in l.
legitimos in 2. et 3. no. per illum text. ſupra, de legit.
tut. ita dixit Iaſ. in d. l. 2. in prin. ſupra, qui ſatiſd. cog.
et do. Fel. in c. ad hæc extra. de ſenten. excomm. vbi ad
hoc allegat gl. in l. 1. §. his autem in gl. 2. ſupra, de ri-
239 pa munienda, quæ dicit, quod † virtus animi pro ſa-
tiſdatione habetur, et aliquid adducit pro illa gloſſ.
quam dicit ſing. et ſtupendam Barb. in c. coram in vlt.
col. extra. de offic. dele. vbi dicit Barb. quod eam ma-
gni facit Bal. in c. 2. de iudi. et illam gloſſ. etiam dixit
ſing. Barb. in c. cùm R. canonicus de offic. dele. pro quo
faciunt optimè, quæ ego latè dixi in l. 1. §. ad quæſtio-
nem, in 2. et 3. col. infra, de quæſtionibus et quæ dixi
vltra omnes in repe. mea. l. fi. in 3 char. C. de proba. et
in d. l. 1. §. fi. in 4. col. infra, de quæſtionibus. Sed iſtud,
dictum reprobat Alex. in d. l. 2. in prin. ſupra, qui ſatiſ.
cog. quem ſequitur Aret. et Iaſ. in l. ſi quis ſtipulatus
ſit Stichum. §. fin. ſupra, de verbo. oblig. Nam dicit
quod ſi moreretur talis fideiuſſor, qui erat inops,
ſed fidelis perſona, certè hæres ſuus non eſſet talis
quia ſæpè legali ſuccedit illegalis, & homo malus l.
generaliter, in prin. vbi Bal. in 2. nota. C. de reb. credi.
& ſic non eſſet conſultum ei cui datus eſt talis fide-
juſſor, prout eſſe debet, vt in §. fi. inſti. de republica. Et
licet Iaſ. in d. l. 2 in princ. ſupra, qui ſatiſd. cog. non te-
neat, cum Alex. ibi verè tamen ratio Alex. videtur
mihi optima, & benè concludens, contingente facti
credo, quod obſeruaretur, ne creditor remaneret de-
fraudatus, adueniente morte talis fideiuſſoris.
240 † Quartò limitant prædictam regulam doct. in d. l. 2.
in prin. ſupra, qui ſatiſd. cog. maximè Guido de Suza,
ſecundum Iaſ. ibi, videlicet, quòd fideiuſſor, qui non
poſſidet immobilia, non ſit idoneus, hoc eſt verbum
in fideiuſſore de iud. ſiſti, ſecus autem eſt in fideiuſſo-
re contractus, qui cenſetur idoneus, quamuis non ſit
facilis ad conueniendum per l. 3. in hoc titu. qui tex.
ſecundum Iaſ. debet ſuppleri per illum, & per text.
dictæ l. ſi quis ſtipulatus ſit Stichum ſecundum, Iaſ.
& Alex. in d. l. 2. ſupra, qui ſatiſd. cog. Iſtæ ſunt limita-
tiones,

tiones,quas dant docto.ad dictam regulam d.l.2.

241 †Tu autem adde aliam videlicet,quod qui non poſſidet immobilia,non eſt idoneus fideiuſſ. hoc tamen fallit in illo,qui non poſſidet immobilia,ſed poſſidet multa mobilia in loco vbi fideiubet,quæ de facili exportari non poſſent,vt ſi teneret magnam apothecam ſeu menſam ibi,vel ſi ibi haberet multa nomina debitorum.vt dicit Bartol.& Angel. & alij in d. l. ſciendum,& Bart. & Ioan. de Imo.in l.facere poſſe ſuprà ſol.matri.& volunt. Alex. in conſ. ſuo 260. incip. viſo proceſſu inchoato,&c.in 1.col. in 5.vol.

242 †Limita etiam prædictam regulam,& dicas,quod in cauſis ſummarijs,& in alijs quibus poteſt perueniri ad ſententiam diffinitiuam abſq; litis conteſtatione, non requiritur ſatiſdatio de iudicio ſiſti,dato quòd reus non poſſideat immobilia: ita dixit Ange.in l.Iulianus ſupra qui ſatiſd. cog. quod dictum tamen reprobat Raph.Fulgo.& Iaſ. ibi & do. Alex. & Iaſ.in l. ſciendum eod.tit.in prin.& Iaſ.in rubric.in ſatiſd.cog. vbi pro hoc alleg.aliqua,de quibus ibi per eum.

Item limita etiam prædictam regulam non habere locum in illo,qui non poſſidet immobilia , ſed habet iura debitorum:nam talis non dicitur ſuſpectus,quia

243 illud † quod eſt in iure ſeu in obligatione,intelligitur eſſe in patrimonio ita dixit Bald.in l.facere poſſe. ſupra ſolu.matri.Item limita etiam prædictam regulam ſecundum Iaſ.in d.l.ſciendum in eo qui fuit conuentus ad aliquam rem,& dum ab eo peteretur,quòd ſatiſdare de iudicio ſiſti, fuit contumax,ſi illa res poſteà peruenit ad manus aduerſarij, & iſte ab eo petit ſatiſdationem de iudicio ſiſti,non cogitur eam præſtare,quamuis immobilia non poſſideat:alleg.in arg. tex.in l.qui bona §. ſi quis , & hoc ibi not. Ange. & Lud.Ro.ſupra,de dam.infec.& Lud.Ro.in d. l. ſciendum.Limita etiam prædictam regulam ſecundum Iaſ. in d.l.ſciendum,videlicet quod non poſſidens immobilia,tenetur ſatiſdare:fallit in eo qui iuſtè carceratus,quia ſi conueniatur,non cogitur ſatiſdare de iudicio ſiſti cum in eo non eſſet timor fugæ alleg. hoc voluiſſe Ang.ibi in 1.col.de quo latius ibi per Iaſon. in 2. colum.

244 † Item limita etiam dictam regulam in fideiuſſore dato ſeu ordinato à teſtatore , qui licet non ſit ſufficiens facultatibus,non poteſt tamen recuſari ſecundum Bald. in l 1.in pen.colum.C.de vſufruct.& in l. ſancimus in vltima colum.C.de verbo ſig. & in l. indebitum ſupra,de condi.indebi.Bal.in l. ſi pro ea. in 1.col.C.mand.& Alex. in l. tribus ſupra , de vſufruc. earum rerum,quæ vſu conſumuntur & in l.ſi fideiuſſor.in princip.ſuprà de leg.1.Et ſic ex iſtis habes plures caſus.in quibus non poſſidens immobilia , tamen reputatur idoneus.& releuatur à ſatiſdando.

245 . † Modo 33.quæro,an ille qui poſſidet immobilia, ſemper dicatur idoneus fideiuſſor, ideo quòd non poſſit recuſari : in quo primò videretur , quod diceretur idoneus,& per conſequens non poſſet recuſari: & hoc per dicta l.2.in prin.& d.l.ſciendum ſupra,qui ſatiſd.cogan.& per d.l.ſi quis ſtipulatus ſit Stichum. ſupra de verbo oblig & per alia ſupra alleg.in princ. præcedentis quæſtionis. Attamen dicas,quòd licèt poſſidens immobilia,regulariter reputetur idoneus, & per conſequens non poſſit recuſari pro fideiuſſore, attamen hoc fallit in aliquibus caſibus.

246 † Primo enim fallit ſecundum Iaſ.in dicta l.ſciendum in 1. colum.in ſatisdatione de proſequenda lite , quam præſtat actor ſecundum formam authent. generaliter.C.de epiſ.& cle.quia eam tenetur præſtare,dato quod poſſideat immobilia ita ſecundum eum tenet Bartol.in l.de die §.quidam in fin. ſupra, qui ſatiſda.cogan.& idem tenet ibi Raph. Fulgo. & do.Alexand.de qua limitatione latius per Iaſ. in d.l. ſciendum.

247 † Secundò limitat,quando quis petit reuocari tenutam alteri conceſſam,propter ſuam contumaciam infra annum , iuxta l.ſi quis emptionis §,pen. C. de præſcript.30.an. Nam iſte tenetur ſatiſdare de iudicio ſiſti,licèt poſſideat immobilia : ad quod alleg. glo.not.in §.ſi vero etiam quidam iurent.in authent. de exhibendis reis in fin.in verbo fideiuſſorem quàm pro ſingu.alleg.Bald.in d.l.ſciendum in lectu antiqua & idem tenet ſecundum eum Albe.& moder.ibi , & alios quos ipſe Iaſ.refert.

248 † Tertiò limitat in eo qui , & abſens, & eſt citatus realiter , vel verbaliter, & debet ſatiſdare de ſe præſentando aliàs perſonaliter debet duci iuxta titulum ſupra , in ius vocan. eant.nam talis non releuatur à ſatiſdando ex eo,quia poſſideat immobilia : ita limitat Rapha.Fulgo.ſub dubio fortè in d.rub.ſupra, in jus vocan.eant.quem ſequitur do. Alexand. in d.l. ſciendum.

249 † Quartò limitat in ſatiſdatione de iudicato ſoluendo , à qua non releuatur poſſidens immobilia ſecundum Bar.in l.ſciendum in §.tutoris,& gloſ.ibi in princip.illius legis pro quo dicit,quod facit etiam l. minor.§.fin.ſupra,de procurato.

250 † Quintò limitat dictam regulam in eo , qui poſſidet immobilia in loco ruinoſo, vel periculoſo propter inundationem aquarum ita not. limitat Barto. in l.2.in prin.in verbo,nec cogitur in vlti colum. per gloſſ.ibi,ſol.matri.pro quo etiam dicit facere quòd not.Barto.in d.ſi quis ſtipulatus ſit Stichum §. fin.ſupra , de verbor.oblig. cum alijs concor. ibi , & hic datis per.Alex.

251 † Sexto limitat,quando quis poſſidet immobilia, ſed ſunt ſterilia, vel inutilia,allega. ad hoc Guido de Suza.in d.l.ſciendum,quem ibi refert,& ſequitur Alb. de Roſa.in 3.col.& facit ratio ſecundum eum , quia tunc non ceſſat ratio ſuſpicionis fugæ : ad quod dici tamen videndum eſſe text.in l.ſi fundus in prin. & ibi gloſ.ſupra de rebus eorum , & auth. item in prædium C.de ſacroſanct eccle.

252 † Septimò fallit ſecundum eum in eo , qui poſſidet immobilia viliſſima : vt volunt ibi gloſſa pen.pro qua gloſſa,& limitatione dict.Iaſ.ibi in dict. l. ſciendum in 3.& 4. colum. adducit plura iura , & plures doctor.docto.probantia quod parum , & mihi æquiparatur,de qua materia ego etiam late locutus ſum in ſing.meo 176.incip.par.uni.& ſimil.&c.

253 † Octauò fallit,quando quis poſſidet immobilia, ſed in alio territorio extra locum iudicij : allegat gl. not.in l.fi.ff.de prin.agentibus in rebus lib.12.de quo latius per ipſum Iaſon.in d.l.ſciendum. in §. 1. & ibi per alios.

254 † Nonò limitat in eo,qui poſſidet immobilia:ſed ſine titulo,& cum mala fide,ſecundùm Bar.ibi in 2.q. de quo etiam ibi per eum in pen.col.

255 † Decimò fallit ſecundum eum in cauſis criminalibus,in quibus etiam locuples non excuſat à dandis fideiuſſoribus,ſecundum Bald. Lud.Rom. & Moder. in d.l.ſciendum in prin.per l.1.& l.ſi quis reum.infra, de cuſtod.reor.

256 † Vndecimò fallit ſecundum eundem Iaſ. ibi ſupra,quando quis poſſidet rem immobilem,ſuper qua litigatur inter ipſas partes allegat.l.de die §.quidam. & l.Iulianus ſupra,qui ſatiſd.cog.

257 Duodecimò , ſecundum eum fallit in cauſa naufragij,alleg.l.ne quid §.ne Domino ſupra , de incendio qui naufra.ita finaliter reſidet do.Iaſ.in d.l.ſciendum-

Digitized by Google

dum circa limitationes dictæ regulæ, quod poſſidens
immobilia, dicitur idoneus fideiuſſor, &c. ſed tu vltra
adducta per Iaſ. in d. l. ſciendum ſcias etiam quod poſ-
ſidens immobilia, dicitur idoneus fideiuſſor, quando
talis poſſidens eſſet in loca fortiſſimo: vt puta in aliqua
arce, vel fortalicio ita dicit gl. Bar. Ang. & Lud. Ro. in
d. l. 2. in prin. ſupra, qui ſatiſd. cog. & idem dicas in ho-
mine cauilloſo, litigioſo, vel rixoſo, vt ſunt procura-
tores, & notarij ſecundum dictam gl. Bar. & alios in d.
l. 2. in prin. & idem dicunt prædicti in illo, qui eſt tutus
aliquo priuilegio, vt ſcholaris, vel clericus, de quo
etiam habetur per moder. in l. ſi fideiuſſor, in prin. ſu-
pra, qui ſatiſd. cog. & per Spec. in tit. de ſatiſd. in §. ve-
rum ſed pone quod ſcholaris, &c. per doct in l. 1 ſu-
prà, ſi quis in ius voc. non ierit. & per Spec. in ti. de
compet. iudi. adi §. 1. verſ. quid ſi pactum & in dictis
locis ponunt doct. quod ſi talis habens priuilegium
fori, vult illi renunciare, an tunc dicatur idoneus, vide
ibi per eos. Et idem dicas eſſe in muliere, milite &
minore, qui non ſunt idonei fideiuſſores, licèt poſſi-
deant immobilia, vt eſt tex. in l de die. in §. quæ mu-
258 lie tem ſupra, qui ſatiſd. cog. † Item ſcias etiam, quod
non eſt idoneus fideiuſſor ille qui eſt de alieno foro,
vel territorio: ita dicunt doc. maximè Alex. in l. 2. ſu-
pra, ſi quis in ius voc. non ierit. & in l. qui proprio §.
neque fœminæ ſupra, de procura. & voluit Bal. & alij
poſt eum in l. ſi fideiuſſor. in §. ſi neceſſaria ſupra, qui
ſatiſd. cog. & Bar. in l. 2. in vlt. col. infra, in hoc tit. &
& Bal. in l. ſi C per quas perſon. nobis acquir. & iſtud
intelligit eſſe verum, & locum habere do. Ale. in d. l. 1.
ſupra, ſi quis in ius voc. non ierit in fidejuſſore de iu-
dicio ſiſti, ſed ſecus in alio, de quo ibi latius per eum.
Item adde quòd idem erit in illo, qui poſſidet im-
mobilia: ſed tamen illa pignorauit, vel obligauit pro
tanta quantitate, quod creditor releuaretur: ita dixit
Ale. in l. ſciendum. in §. poſſeſſor. ſupra, qui ſatiſd. cog.
alleg. tex. in l qui habebat, in prin. de lega. 3. & Iacob.
de Arena, & Io. de Imol. in l. 1. §. per ſeruum corpo-
raliter, ſupra, de acquirend. poſſeſſ. & ita dicit ſentire
Bart. in dicto §. poſſeſſ. & allegat etiam legata. §. final.
259 ſupra, de ſupel. legat. † & idem dicas in illo, qui non
poteſt conueniri, niſi cum difficultate: nam talis non
eſt idoneus fideiuſſor, licet poſſideat immobilia ſe-
cundum Bald. in l. ſi. C. de fideiuſ. & Specu. in tit. de
260 ſatiſd. §. 2. in 2. col. † & ideo dicit Bart. in l. fin. in fine.
princ. ſupra, qui ſatiſd. cog. & in l. ſciendum. in §. poſ-
ſeſſor. eod. tit. quod potentiores non ſunt idonei
fideiuſſores, quem refert, & ſequitur Iaſ. in l. 2. in 8.
col. ſupra ſolut. mat. vbi per hoc ſubdit, quod ille qui
dat potentiorem fideiuſſorem, non dicitur idoneè
fideiubere: pro quibus etiam adducit Bald. poſt Guil.
de Cug. in l ſi. ſupra, de nego. geſt. vbi dixerunt, quòd
quando res mea eſt alienata in potentiorem, quoad
me eſt tanquam perempta, vel præſcripta: pro quibus
etiam facit text. in l. quia etiam ſupra, de aliena. iud.
mut. cauſa facta, vbi dicit text. circa prin. quòd poten-
tioribus pares eſſe non poſſumus: quod, etiam dixit
tex in l. nam magiſtratus ſupra, de arbit, & in l. 1 §.
penult ſupra, de aqua pluuia. arcen. Item perſonæ
quæ non poſſunt eſſe in iudicio, non poſſunt eſſe fide-
juſſores de iudicio ſiſti, licèt poſſideant immobilia. l.
2. §. ſi quis & ibi Bar. & doc. ſupra, qui ſatiſd. cog. & in-
quantum dixi ſupra de homine rixoſo, qui non eſt
idoneus fideiuſſor, licèt poſſideat immobilia, vide
plura not. dicta de iſto homine rixoſo per Iaſ. in l. 2. in
7 c ſupra, ſol. mat. & in §. item ſi quis in 18. col. inſt. de
26 actio † Et an poſſidens immobilia ſubiecta reſtitu-
tioni dicatur idoneus, dicas quod ſic ita dicunt doct.
in l. ſciendum §. ſi fundus & ibi Iaſo. in 2. nota ſi. qui
ſatiſdat. cog. vbi alios allegat tenentes hanc partem.
An autem ſi fideiuſſor eſt idoneus, ſi recuſatur,
poſſit agere actione iniuriarum, vide Iaſ. in l. ſi verò
in §. qui pro rei qualitate in 1. col. ſupra, qui ſatiſdat.
cogant.
262 † Trigeſimo quattò quæro: Feci tecum contractum
venditionis, permutationis, vel alterius generis, &
promiſi tibi dare fideiuſſorem de euictione, vel pro
cautione tua: quo ſtante, vigore talis obligationis vo-
lo tibi dare fideiuſſorem idoneum, ſed forenſem:
vtrum hoc poſſim & an tu tenearis illum accipere, in
quo videretur dicendum, quòd ſic: quia poſtquam eſt
diues & poſſidet immobilia, dicitur idoneus, & ſuffi-
ciens, vt habetur in d. l. ſciendum ſupra, qui ſatiſ. cog.
& dixi ſupra in proximis precedentib. quæſtionibus.
Attamen contrarium eſt verius. Nam promittens da-
re fideiuſſorem intelligitur de ciuitate, de qua eſt ille
cui promiſſus eſt fideiuſſor, vel de loco vbi eſt cele-
bratus contractus, & non forenſis, & de alia ciuitate:
ita dixit Bart. & alij poſt eum in l. ſi fideiuſſor. in §. ſi
neceſſaria per illum tex. ſupra, qui ſatiſ. cog. pro quo
facit ſecundum Alex. tex. in l. ſi cum dies §. ſi arbi. ſu-
pra, de arbi & ſubdit d. Alex. in d. §. ſi neceſſaria quod
per hoc ipſe alias dixit in contingentia facti: nam
Titius vendidit domum cuidam emptori in ciuitate
Bononiæ: & in tali contractu fuit actum: quod pre-
tium venditionis deberet conuertere in emptionem
prædiorum pro cautione emptoris: quo ſtante, vo-
lebat dictus Titius emere prædia in alieno territorio,
quam in Bononienſi. dicit ſe dixiſſe quòd non pote-
rat, attento quod conuentum fuerat, quòd dicta præ-
dia emerentur pro cautione dicti emptoris domus
in caſu euictionis per illum tex. & not. ibi per Bart. &
pro iſtis facit ſecundum Iaſ. in d. §. ſi neceſſaria quod
voluit Bal. in c. ex parte ade. in 3. col. per gl ibi extra.
de teſti. vbi dicit, quod ſtante ſtatuto, quod quilibet
poſſit accuſare, intelligitur quilibet, ſcilicet illo popu-
lo ſtatuentium, non autem de populo extraneo. Idem
adducit etiam Bal. in c. præterea de teſti. vbi dici, quod
ſi teſtis deponens ſuper fama, dicit, quod audiuit à
maiori parte populi, probat quamuis non dicat, cujus
populi: nam intelligitur de populo illius ciuitatis, de
263 quo dicto latius loquitur Iaſ. in d. §. neceſſaria. † Ego
autem argumentatiuè vltra Iaſ. circa prædicta, vide-
licet quod actus factus in loco, in dubio intelligat de
hominibus illius loci, adducebam Angel. in l. ſi cùm
exceptione §. in hac. §. quod metus cauſa vbi dicit,
quod ſi reperitur aliquis mortuus Bononiæ neſcitur
an ſit Bononienſis, vel forenſis, quod poſtquam repe-
ritur hic Bononiæ, præſumitur Bononienſis, & nòn
forenſis: quod dictum refert, & ſequitur do. Augu. de
Ari. in addi. ſuis ad Angel. in tract. malefi in verbo, hæc
eſt quædam inquiſitio. in vlt. addi. & in eo. tract. in
verbo, de Bononia in 2. add. & do. Felin. in c. quoniam
de officio ordina & idem dixit Angel. in dicto tract.
in dicto verbo, de bononia. in verb. quid autem ſi di-
cta verba, &c. & pro iſtis faciunt optimè dicta per do.
Alex. in conſ. ſuo 164. incip. quod ſtatutum loquens,
&c. in vlt. col. in 1. parte conſiliorum, vbi dixit, quod
quando ſtatuentes diſponunt ſuper moneta, in du-
bio talis diſpoſitio intelligitur de moneta vſuali in
loco vbi ſit ſtatutum alleg cap. maiores de baptiſm.
&c. ad audientiam de decimis l. 1. ſupra ſi menſ. falſ. mo.
dix. l. §. 1. ne autem C. de cad. tol. pro quibus etiam
facit quod dixit. Bald. in l. ſi. in fin. verſic. pone, in in-
ſtrumento C. ſi à non compe. iud & Ludou. Roma. in
conſ. ſuo 260. incip. in propoſito, caſu, &c. in verſi. 2.
quia inter, &c. & per Bald. in cap. 1. in 2. colum. verſi.
notab. quod bona, &c. de pace tenenda, & facit etiam
in arg.

264 in arg. † Nam eleemoſynæ diſtribuendæ pauperib.
debent diſtribui pauperib. illius ciuitatis, vbi eſt ordi-
nata diſtributio a lege ſtatuta vel à teſtatore, ita dixit
Bart. per illum text. in l. C. de anno. ciuili. lib. 11. quem
refert, & ſequitur Barb. in c. ſi proponente, in pen. col.
de reſcrip. vbi alia etiam adducit in propoſito, & idẽ
dixit. & Spec. in tit. de inſtr. edi. in §. nunc vero aliqua
in 14. char. in verſ. 65. in fin. Et licet prædicta multum
faciant pro doctrina. Alex. in dict. §. ſi neceſſaria, tamẽ
Bal. intelligit ibi nullum textum in ciue, vel forenſi, ſi
ſit idoneus: quoniam forẽſis non repellitur, ſi eſt ido-
neus: & facit ille tex. ibi verſ. fin. in aliam ejudem pro-
uinciæ ciuitatem: de quo vide Iaſ. ſatis latè ibi loquen-
tem, quem non refero breuitatis cauſa: & vide etiam
Alex & alios in d. l. ſciendum in §. poſſeſſor. ſupra qui
ſatiſdar. cog. quarto modo.
265 † Trigeſimoquintò, vtrum fidejuſſor repetens à
debitore ſolutum pro eo, an probet ſolutionem per
ſolam confeſſionem creditoris: in quaque reperio ju-
ra variare, & etiam reperio Doct. varios, primo enim
gloſſ. in l. duobus reis. in §. 1. ſupra de jurejur. tenet,
quod per talem confeſſionem non probetur ſolutio,
& per conſeqnens, quòd fidejuſſor non poſſit repete-
re à debitore illud, quod dicit ſe voluiſſe pro eo. quam
glo. ibi ſummè not. Bart. & eam ſequitur. Item hanc
partem etiam tenet per illam gl. Bar. in l. & per juſiur.
ſupra de acceptil. in §. antepen. & in l. cum filius, in
fin. princ. ſupra de verb. oblig. & in l. reos, in 5. quæſt.
ſupra de duob. reis, & cum d gloſſ. & æque cum opin.
Bar. tranſit Ludo. Rom. in l. prædia. ſuprà de acquir.
hæred. & Rapha. Fulg. in d. l. duobus, pra qua opi. fa-
cit, quod dixit Spec. in tit. de teſte in §. 1. in verſ. ſed
pone, egi, & facit etiam quod voluit Bart. in l. 2. § fin.
ad fin. ſupra, ſi cert. pet. vbi dixit, quod ſi dominus cõ-
ſtituit procuratorem ad recipiendum pecuniam mu-
tuo à Titio, ſi poſteà in inſtrumento dicatur qualiter
procurator fuit confeſſus habuiſſe, & recepiſſe illam
pecuniam mutuo, dominus virtute talis inſtrumenti
ſolum continentis confeſſionem non poterit conue-
niri: & ſubdit Bart. in d. l. duobus reis, ſuprà de jure-
jur. ſub dubio tamen fortè, quod fidejuſſ. qui habet
inſtrumentum confeſſionis à creditore, non tamen
per hoc poteſt agere contra principalem, niſi probet
de vera numeratione, quod dicit eſſe menti tenen-
nendum. Contraria tamen opinio verior eſt, & ma-
gis communis; ſcilicet quod ſufficiat talis confeſſio
creditoris, dicentis ſibi ſatisfactum eſſe à fidejuſſore,
vt ipſe fidejuſſor poſſit agere contra principalem: &
hanc partem tenuit Bart. ipſemet, ſibi contrarius in
conſ. ſuo 160. incip. Titius promiſit Sempronio, eum
indemnem conſeruare, &c. & hoc per quatuor fun-
damenta, de quibus ibi per eum: & idem tenet Sali.
Paul. de Caſtran. Ludo. Rom. Alex. Iaſon. in d. l.ᶠ duob.
reis, & dicit ibi Pau de Caſt. quod pro iſta parte con-
ſuluit in ciuitate Florentiæ, motus ex fundamentis
Bart in d. ſuo conſil. & motus etiam per illud quod
voluit Barto. in l. aſſiduis. C. qui pot. in pign. habean.
vbi dicit, quod mulier quæ ſolum habet inſtrumẽtum
confeſſionis dotis, poteſt agere contra tertios poſ-
ſeſſores bonorum, ſicut in inſtrumentum contineret
veram numerationem, quamuis glo. ibi teneat con-
trarium, & pro hac parte etiam conſulit alias Franc.
Triginti, vt refert Alex. & Iaſ. in d. l. duobus. & refert
etiam Alex. ibi ſe pro hac parte bis conſuluiſſe, & vnũ
eius conſilium pro hac parte eſt in 2. volum. in conſil.
21. incip. viſo inſtrumento contractus celebrati, &c.
vbi latiùs loquitur, (aliud conſilium eſt in 6. volum. in
conſil. 123. incip. quoniam abundè, &c.) Item hanc
partem etiam tenuit Ioan. de Imol. in l. Vranius; infrà
in hoc tit. & Paul. de Caſtr. in l. qui debitorem, per il-
lum tex. infrà de noua. & in conſ. ſuo 397. incip. quæ-
266 ritur, vtrum fideiuſſori, &c. Item pro hac parte fa-
cit ſecundum Alex. & Iaſon. l. pecuniæ, C. de ſolutio.
per quam Bald. ibi tenet, quod per confeſſionem pro-
betur vera numeratio: ex quo infert, quo mulier ha-
bens inſtrumentum confeſſionis dotis, conſequitur
omnia priuilegia dotis, ſicut ſi eſſet vera dos, eo quia
per confeſſionem probatur vna numeratio, & idem
not. Bald. in l. Deo nobis, in 2. colum. C. de epiſco. &
cleric. & in l. 1. ad fin. C. quando lice. ab empt. diſce-
dere. & reſpondent Doctor. in l. duobus, & Doctor. in
d. conſiliis adductis in contrarium. Item quod paria
ſint probare de numeratione vel de confeſſione, fir-
mauit etiam Bald. in l. non nudis. C. de probat. & in l.
generaliter. 10. quæſt. C. de non num. pecu. quam re-
fert. Alexan. in d. conſil. ſuo 25. in 2. volum. Remaneo
ergo cum prædictis Doct. quod ſatis eſt fideiuſſori re-
petenti ſolutum à debitore, probare ſolutionem per
ſolam confeſſionem creditoris: & in contrarium nul-
la efficax ratio adduci poteſt, ſi rectè ponderetur, at-
tento maxime quod per illam confeſſionem tollitur
omnis actio creditori agendi contra debitorem, vt
dicunt Doct. in locis ſuperius alle. in quibus etiam la-
tius loquuntur, ad quos me refero.
267 † Trigeſimoſexto quæro, an exceptio compe-
tens principali, cõpetat fideiuſſori, in quo dicas, quod
ſi regulariter, vt probatur in l. a. ſupra res pign. oblig.
non poſſ. & in l. de conſtitutionibus. & ibi Bald. C. de
vſu. & in l. tam mandatori, C. de non num. pecu. & in
l. omnes, ſuprà de except. quod intellige dummodo
cohæreat rei non perſonæ. vt in dictis juribus. & in l.
perſona, infrà in hoc tit. & in l. ſtipulatus eſſes, eo. tit.
268 & ſupra de pactis. l. fin. † Quinimmo fideiuſſor poteſt
excipere ex perſona rei, etiam ipſo reo inuito, ſecun-
dum Bald. in l. tam mandatori, in vltim. colum. C. de
non numer. pecu. per glo. ibi, & in l. ſi cui eo tit. & in
l. ſi ſtipulatus eſſes, infrà in hoc titu. Item fidejuſſor
excipit de non num. pecun. licet debitor principalis
cõpareat, & debitum agnoſcat, confitendo pecuniam
fuiſſe ſibi numeratam, & hoc ſi debitor eſt pauper: ſe-
cùs ſi eſt diues: ita dixit Bald. in d. l. tam mandatori, in
vltim. colum. & in l. ſi cui. eo. titu. Similiter fideiuſſor
poteſt excipere, quod contractus eſt vſurarius etiam ſi
principalis confiteatur contractum eſſe verum, & non
vſurarium: & hoc ſi debitor eſt pauper: ſecùs ſi eſt di-
ues, vt dixit Bald. in prædicta l. tam mandatori. Et
idem dicas de exceptione compenſationis ſecundum
Bald. & habetur in leg. verùm ſuprà de compenſatio.
269 † Et ſcias etiam quod non ſolùm exceptio compe-
tens reo principali, competit etiam fideiuſſori, vt di-
xi: ſed etiam fideiuſſor poteſt opponere exceptionem
reo competentem: quam non poteſt opponere ipſe
reus, ita notan. dixit Bald. in l. cum mulier, in 9. colu.
verſic. quæro de vna alia q. quam diſputauit Iaco. de
Are. &c. ſupra ſolut. matr. Item ſcias etiam, quod fi-
deiuſſor filiifamilias juuatur beneficio Macedoniani.
l. ſi mulier contra ſenatus. §. fin. ſupra ad Velleia. l. ſed
ſi pater, §. non ſolùm, ſupra ad Maced & ibi Bartol &
not. in l. ſi filius pro mulie. ſupr. quæ res pign. obl. poſ.
& habetur per Bal. in l. fin. C. ad Maced. vbi dicit hoc
eſſe verum, niſi pater ratum habeat mutuum, factum
filioſam. quia tunc reconciliatur mutuum, d. l. fin.
etiam ad præjudicium fideiuſſoris, cui erat quæſita
exceptio Macedoniani, vt ibi.
270 † Item adde etiam, quod fideiuſſor mulieris fideiu-
bentis pro alio, juuatur beneficio Vellejani dict. l. ſi
mulier contra ſenatus, §. fin. ſupra ad Vellejan. l. mu-
lierem, & ibi Bald. C. eodem tit. & voluit Bald. in l. 1.

C.eo,tit. vbi dicit hoc eſſe verum etiam ſi fideiuſſor intercesſit etiam non rogatus. Item hoc eſt verum, etiam in eo qui fideiuſſit mandato mulieris, l. ſi vxor C. ad Velleian. vbi dixit Bald. quod fideiuſſor mulieris poteſt opponere exceptionem Velleiani, etiam poſt ſen-

271 tentiam, ſicut poſſet ipſa mulier. † Scias etiam quod fideiuſſor excommunicati poteſt opponere exceptionem compenſationis de credito principalis ſui ſecundum Abb. & alios in c. cum inter. extra. de excep. An autem fideiuſſor gaudeat beneficio ſtatuti, concedentis moratoriam principali. vide Bald. poſt Cyn. in l. quoties, C. de preci. impe. offe. vbi facit quandam diſtinctionem quam vide: ad quod etiam vide Bartol. in l. cum filius, § ſtipulatio ſuprà, de verbor. oblig. Item teneas etiam menti, quod ſi fideiuſſor condemnatus in executione ſententiæ, opponat quod ſibi debent cedi actiones contra debitorem principalem, iuxta l. ſi fideiuſſores, §. 1. infrà, in hoc tit. & peti ſibi exhiberi inſtrumentum debiti principalis, quod hoc debet fieri, quia debet oſtendere ſe eſſe creditorem: ita dixit Bald. in l. ſi nomen ſuprà, de hæred. vel action. vend. quem refert, & ſequitur Alexand. in l. ſciendum, in a. col. ſupra, de verbo. oblig. Et idem voluit Alexand. in l. ſi dubitetur infrà, in hoc titul. Et Paul. de Caſtr. in l. ſi mandato meo. eod. tit. & Bald. in authen. præſente. C. eod. de fideiuſ. Item habet fideiuſſor pro beneficio defendarum nedum exceptionem quando conuenitur, vt dixi, ſed etiam habet officium iudicis, quod ipſe poteſt implorare, vt habetur per Bart. & Alexand. in l. ſi contendant, infra, in hoc tit. Quod eſt verum, etiam ſi ſtatutum prohibeat omnem defenſionem ſecundum Bald. in authent. præſente. C. de fideiuſ. quem refert, & ſequitur Ludo. Roman. in conſil. ſuo 472. incip. ſit eo quod quæritur &c. in 1. colum. vlterius ſcias, quod non ſolum in ſupradictis caſibus, & ſimilibus poteſt fideiuſſor opponere exceptiones, ſed etiam ipſe fideiuſſor poteſt excipere, etiam ſi promiſiſſet liberè ſoluere ſine aliqua

272 exceptione. † Et ideò ſi fideiuſſor intercedit pro aliquo, & promittit liberè ſoluere ſine aliqua exceptione, per hoc tamen non intelligitur renunciaſſe beneficio de fideiuſſoribus, quin prius debeat executi principalis debitor, quam fideiuſſor: cum illud veniat ex natura contractus, l. quæro § inter locatorem ſuprà, loca. & illa verba ſine aliqua exceptione, intelliguntur de friuola ſolum c. ex parte, el 2. de offic. delega. ita dixit Ludo. Rom. in conſil. ſuo 411. incip. allegationes doct. in 2. colum quod dictum refert, & ſequitur Iaſ. in l. 1. in 2. colum. C. de ſacro. ſanct. eccleſ. & idem dixit Bartol. in l. 1. Cod. de conuenien. fiſ. debit. lib. 10. per text. in leg. ſi ita ſtipulatus fuero §. poſſum. ſuprà, de verbor. obligat. & hoc idem voluit ibi Iaſon. & vide etiam Bal. in l. 1. in princip. Cod. de reno. his quæ infra, alie. ſunt, Bartol. in l. 1. Cod. de decurion. lib. 10. & in l. poteſt, infrà, in hoc tit. Bald. in l. eum qui. ſuprà, ſi cert. peta. & vide Bartol. in l. pater dotem, in princip. ſuprà, de dote præleg. Bald in l. ſi procurator 2. quæſtion. Cod. mand. Bald. in l. ſi mater, C. ad Velleia. Angel. in Authent. vt ſponſalitia largi in § & ſuper hoc, Bar. in conſ. incip. Spectabiles domini, &c. & in l. quæro. ſi loca. & in l. 3. in princip. ſuprà, de duo re. Angel. de Aret. in l. ſi quis ab alio. §. 1. ſuprà de re iudic. Bald. in l. 1. Cod. de ſenten. quæ ſine cer. quant. Bartol. in leg. ſi quis pro eo. §. fin. C. in hoc tit. Bald in rubr. C. de verb. ſigni & in l. cum tibi. C. de euic. & Bart. in l. vnde quæritur ſuprà, commod. Bald. in l. ſi hæres, ver. modo ego quæro C. de his quæ in fraud. cred. & vide Alexan. in apoſtil. ad Bartol. in d. l. 1. C. de conuenien. fiſc. debitoribus: & vide etiam Iaſ. in d. l. ſi ita ſtipulatus fuero §. poſſum. in fin. ſuprà, de verbor. obligat. vbi etiam ad hoc allegat Salice. in leg. 1. in vltim. colum. C. quod cum eo. & in l. 1. C. de fideiuſ. tuto. & in l. 1. Cod. ſi mat. indemnita. promiſ. & vide etiam Iaſo. in l. fin. in princip. ſuprà, ſi cert. peta. & vide etiam quæ dixi in ſingul. meo. 332. incipien. Credo te ſcire, &c. & pro prædictis etiam faciunt dicta per Bald. ſuper ſtatu in litera O. in verbo, omne. in 4. ver. circa med Et faciunt etiam dicta per Socin. in conſ. ſuo 125. incipien. circa præſentem in 4. vol. & dicta per Iaſ. in §. fuerat. in 19. col. inſtitut. de actio. & quæ dixi in ſingu. meo 193. incip. Baſtardus &c.

237 † Vlterius ſcias quod aliquæ ſunt exceptiones quæ competunt principali, quæ tamen non competunt fideiuſſori: vna eſt exceptio, quæ competit principali quandoque, vt non teneatur vltra, quam facere poſſit. Nam talis exceptio non competit fideiuſſori: ita voluit do. maximè moderni in l. tam mandatori. C. de non nume. pecun. & in leg. & ſi fideiuſſor. ſuprà, de re iud.

274 † Item, ſimiliter fideiuſſor non gaudet beneficio inhibitoriæ factæ iudici ſeculari, per iudicem eccleſiaſticum, ne cognoſcat de contractu vſuratio. Ita dixit Bald. in l. 1. in fi. C. de diuer. reſcrip. & habetur in l. creditor in princ. ſupra manda. quam doctrinam Bald. refert, & ſequitur do. Franci. de Aret. in conſil. ſuo 33. incip. conſultatio præmiſſa &c. in 1. col. vbi dixit, quod ſi reus principalis dixit inſtrumentum vſurarium coram iudice eccleſiaſtico ſuo nomine, & nomine fideiuſſoris, & poſtea facta fuit inhibitio per iudicem eccleſiaſticum, ne procederetur ad capturam dicti rei, quod iſta inhibitoria non prodeſt fideiuſſori aliquo modo. Et dicit etiam domi. Fran. in d. conſil. quod pendentia litis contra vnum ex correis debendi, tam in cauſa principali, quam appellationis, non impedit quin poſſit agi contra alium allegat tex. in d. l. creditor. in prin. ſuprà, manda. Et Bar. hoc tenentem in l. duobus, in §. vbi duo ſupra, de duo reis, in 2. col. Pro quo dicit benè facere tex. in l. fi. C. de fideiuſ. & quod not. Bartol. in l. ex duobus ſupra, de duobus reis, in 3. quæſt. principali, & ſubdit etiam ipſe d. Fran. in d. conſ. idem eſſe econtrario quando fideiuſſor ipſe dixiſſet inſtrumentum vſurarium, quod tunc non impeditur creditor agere pendente illo iudicio contra reum per dictam l. creditor. in princ. ad quod allegat Bald in d. l. tam mandatori. in vltim. col. C. de non nomer. pecu. quod tamen ipſe hoc intelligit cum limitatione. Bald. vbi videlicet niſi correus compareret coram iudice eccleſiaſtico, & vellet pro ſuo intereſſe adhærere liti quod facere poſſet iuxta not. in l. ſi per luſorio. §. quoties ſuprà, de appella. & in l. ſi ſuſpecta. in prin. vbi per gloſſ. & Ange. ſupra, de inofficioſ. teſta. & in c. cum ſuper, de re iudi-

275 ca. † Subdit poſtea d. Fran. vbi ſuprà, quod circa prædicta dubium facit quædam doctrina Cy. relata ibi à Bald. in l. quoties. Cod. de præcip. impe. offe. vbi dixit quod licèt dilatio conceſſa reo, non extendatur ad fideiuſſorem: quando conceditur perſonæ, & non cauſæ, tamen reus ex perſona ſua poterit defendere fideiuſſorem per l. idem quod §. generaliter, & †. pen. ſuprà, manda. ergo etiam videtur quod ex perſona ſui principalis poterit fideiuſſor defendi præcedente iudicio vſurario. Attamen approbat primam opi. nam dicit, quod Cyn. & Bald. loquuntur in exceptione dilatoria, reſpiciente ipſam obligationem, licèt perſonalem, vnde ſtat regula quam ponit Bart. in l. 1. C. vbi in rem actio. & in l. procurator ad exhibendum, §. 1. ſuprà, rem ratam habe. & in l. exceptionem infrà, in hoc tit. videlicet quod exceptionem reſpicientem ipſam obligationem, poteſt opponere reus principalis ex perſona ſua ad defenſionem fideiuſſoris: ſed exceptio litis pendentiæ, dicitur exceptio declinatoria, quæ non reſpicit merita cauſæ, ſeu modum procedendi. ſicut

ſicut exceptio fori : vt dicit Bart. in l. 1. in fin. ſuprà,
de condi.indeb.ergo poteſt ad defenſionem in fauorem
fideiuſſoris vel correi allegari, vt probatur in d. l. 1. C.
vbi in rem actio. & in l. venditor cum materia ſua. ſu-
prà, de iudic.ita reſidet d.Fran.de Aret.in d. ſuo conſil.
quæ omnia ſunt notanda ad comprobationem doctri-
næ Bald.in d.l 1.C.de diuerſis reſcriptis quæ verè nota-
bilis eſt in hac materia.

276 † Scias vlterius quòd pactum liberatorium factum
principali debitori, prodeſt fideiuſſori, ſecundum
Alexand. & alios in l.duobus, §.1. ſuprà,de iureiur. de
quo etiam per Bart. & alios diſtinguentes in leg.niſi,&
in l.fideiuſſores, ſuprà de pact. item etiam ſcias, quòd
ille qui mihi promittit pro alio, me mandante, habet
contra me exceptionem doli: ita dixit Bartol. in l. 2.
debitor la 2. infrà de ſolut. item ille qui ſine cauſa fi-
deiubet pro alio, habet exceptionem doli ſecundum
Spec.in tit. de feudis ie §. 2. in verſic. 4. & adde quòd
fideiuſſor comparens tanquam procurator principa-
lis gaudet priuilegiis, & exceptionibus quibus prin-
cipalis:ita dixit Bartol. in leg. & ſi fideiuſſor ſupra de re
iudic. & de principali qu. hic tractus, videlicet an ex-
ceptio competens principali, competat fideiuſſori;
vide etiam Angel. de Aret. in §. in omnibus in s. col.
Inſtitut. de fideiuſſor. vbi ſatis ampliè examinat hanc
quæſtionem circa quam nolo vnum omittere, videli-
277 cet † quòd exceptio dicitur inniti æquitati, ſecun-
dum Abb.in cap. inter. in 1.colum. in notabilibus, ex-
tra de exceptio, & alleg. rationem videlicet, quia ex-
ceptio.ff.de exceptio. & idem dixit Bar. in l. qui æqui-
tatem,ſupra de doli except. per illum tex.& in l.1.ſupr.
de vaca.mu. & idem dixit Frede. de Sen. in conſil. ſuo
90. incip. caſus talis eſt in 2. colum. verſic. dixi, & di-
co, &c.& Cardin.in rubr. extr. de except. & ibi Felin.
in fin.2.colum.vbi ex hoc dicit, quod vbi æquitas non
278 ſuadet, non datur exceptio. † Et ideò ex iſtis ego
dicebam vnum, quod non memini me vidiſſe dictum
ab alio in hac materia : videlicet, quòd ſi in aliquo
caſu concurrit æquitas, licet tunc in tali caſu aliqua
exceptio competat principali, quæ de iure non com-
petat fideiuſſor : tamen tali caſu poterit fideiuſſor im-
plorare officium iudicis ad illam obtinendam: & de-
bebit ſibi concedi, non obſtante prohibitione iuris:
quia qui non poteſt opponere exceptionem, poteſt ta-
men implorare officium iudicis l. planè, & ibi Bartol.
& alij. & in l.fin.& ibi Bartol.ſuprà,de peti: hæredit.l.
4.§.nouiſſimè, & ibi Bartol. ſuprà, nau.caupo. ſtabul.
ita dixit Iaſ. in l.1. in 7. colum. verſic. nunquid autem
ſuprà, de iuriſd.omn.iud. quam concluſionem ipſe fir-
mat ex multis. Et primò ex eo, quod vult Bartol. in
l.1.§.& parui ſuprà, quod vi aut clam. vbi dixit, quòd
ſi ſtatutum prohibet opponi contra inſtrumentum ex-
ceptionem pacti, vel aliam ſimilem competentem de
iure communi, poteſt tamen implorare officium iudi-
cis:& idem dixit Bartol.ſecundum eum in dictis locis,
& do.Anton.& Abb. in c.item cum quis de teſtit. ſpo.
& Pe. de Anc.in cle.1.de ſequeſtra.poſſeſ. & fruc. & di-
cit quod licèt Bald. in l.1. in vltim. colum.C. de con-
dition.indebi.& in leg. ſi non ſortem §. 1. co. de condi.
indebi.& Salicet.in l.ita nobis pudor. Cod. de adul.te-
neant contrarium : ſed eos concordat Ioan. de Imo.&
Angel.de Aret.in l. fin. infrà, à quibus appells. non li-
279 cet † adducit etiam ad prædicta, quod voluit Angel.
in d. l. planè, vbi dicit, quod ſi ex forma ſtatuti in cau-
ſa criminali nullus debet admitti ad aliquam exce-
ptionem, niſi perſonaliter compareat : ſicut eſt ſtatu-
tum Peruſij, & communiter vbique, poterit tali caſu
implorari officium iudicis, vt ipſe iudex ex officio ca-
piat informationes, quod inquiſitus eſt clericus, vel
quod ille occiſus erat bannitus, & ex forma ſtatuti
poterat impunè occidi. Et dicit ibi Angel quod ipſe
iſta practica vſus eſt infinitis viribus: & idem Angel.
in l.fil.fam. in §. veterani. poſt. Ricard. Maiumb. ibi
ſuprà, de procur.& in l.reos,C.de accuſat & dicit Iaſ.
vbi ſuprà, quod ad diem facit quod voluit Angel. in
l.quos prohibet, poſt Iaco.Bu.ſuprà, de poſthum. vbi
dicit, quod ille qui ex forma ſtatuti non admittitur
ad excipiendum, niſi ſatiſdet, poteſt tamen implorare
officium iudicis, cum officium iudicis, & exceptio
differant realiter, & eſſentialiter, ſecundum eum. Et
idem dicit Alb.de Roſa.poſt Iac. But. in dict l. fina. de
peti.hæred.vbi dicit,quod ſtante ſtatuto, quod in cau-
ſa capitali non admittatur aliquis procurator ad ali-
quam exceptionem vel declinatoriam opponendam,
ſed principalis debeat perſonaliter comparere tunc, ſi
procurator comparet, non debent opponere exceptio-
ne, nec declinatoriam : ſed debet implorare officium
iudicis, vt ibi plenè per eum adducit etiam Iaſon. ad
idem quod voluit Specul. & Ioann. Andr.in tit. de in-
ſtrument.edi. in § final.verſicul.ſed quid ſi debitor. vbi
dixerunt,quod ſi pars renunciauit productioni teſtium
vel inſtrumentorum cum iuramento, quo caſu valet
cap. ſi verò, de iureiurand. tamen debet procurare te-
ſtes recipi ex officio iudicis, & eos ſequitur Imol. in
cap. 2.de proba.& Lapus in cap. quamuis, de pactis in
6, & Alexand.in authentic.iubemus, & ibi Iaſon.C.de
iudic.

280 † Ad prædicta etiam adducit. Nam ſi alicui eſt præ-
cluſa via excipiendi, puta quia lapſus eſt terminus ſta-
tutus à iudice vel à lege, vel iam eſt lata ſententia, po-
teſt implorari officium iudicis, vt ſe informet de tali
exceptione. Et ideò aduocatis in hoc debet eſſe benè
cautus. Ita dicunt Angel.Fulgoſ.& reliqui moderni in
l.nam,& poſteà,in §.ſi damnetur, ad fin. ſuprà, de iure-
iur. d.Ange.in l.fina.in 2. colum. ſuprà, de petit. hæred.
vbi dicit, quod iſtud eſt tenendum fixum menti, &
quod nunquam exeat de memoria. Et idem dicit Bald.
in l.domum.in 2 colum.C.de rei vendic. & Abb in ca.
inter monaſterium, de re iudic. Et ſubdit Iaſon in d.l.
1.in 8.colum. ſuprà, de iuriſd.omn.id. quod Angel.in d.
§.ſi damnetur,videtur reſtringere illud mirabiliter, vt
procedat quando apparet ex actis. talem exceptionem
competere:& idem videtur tenere Ab.vbi ſuprà,tamen
dicit ipſe Iaſ. quod quando ex actis appatet, etiam ſi
non opponatur à parte, nec imploretur officium iu-
dicis, tamen iudex tenetur ſupplere ſecundum d. An in
c.ab ex communicato.in 3.col.de reſcrip.quod ſummè
exclamant Alex.in d.§.ſi damnetur in vlt. col.vbi dicit
ſe plenius dixiſſe.

281 † Adducit etiam ad prædicta Bald. in l ſi ex cautio-
ne in 9.quæſtion. C. de nu. pe. vbi dicit, quod ſi ex-
ceptio non nu. pecu. vel non numeratæ dotis non po-
teſt amplius opponi, putà propter lapſum temporis,
tamen officium iudicis in locum illius exceptionis
deficientis, poteſt implorari. Et idem tenet ſecundum
eum in l in contractibus, in princip.in 2.no. C.de non
nu.pe.et Bald. in l. illicitas, in princ. per illum text. ſu-
prà, de offic. præſi. et dicit prædicta eſſe ponderanda
ad id,de quo dubitauit Bald.in l ſo cauſæ, la 1.in princ.
ſuprà,de mino.poſt gloſ.ibi videlicet, quod ſi ex forma
ſtatuti contra inſtrumentum publicum nulla poteſt
opponi exceptio, an poſſit peti reſtitutio in integrum
à minore contra talem inſtrumentum, arguit ad partes:
demum inclinat, quod non tamen dicit, quod non eſt
ſine magna dubitatione. Sed ipſe Iaſon.dicit, quod ipſe
putat indubitanter contrarium per ea quæ ibi proxi-
mè dixit, cum in integrum reſtitutio veniat officio iu-
282 dicis, vnde † excluſa quacunque exceptione in for-

ma ſtatuti, non tamen intelligitur excluſum officium iudicis, & multo minus in minore, per id quod vult gloſſ. ſingularis in l. poſtquam liti in gloſſ. final. Cod. de pact. quæ dixit, quod in generali excluſione nunquam intelligitur excludi beneficium reſtitutionis in integrum competens minori. Pro quo facit gloſſ. no. in l. 1. gloſſ. pen. Cod. ſi de momen. poſ. fue. app. quæ voluit quod in caſibus in quibus non admittitur appellatio, poteſt tamen minor implorare reſtitutionem in integrum aduerſus talem ſententiam, & facit gloſſ. in l. & ſi ſine. §. fin. ſuprà, de mino. Dicit poſteà Iaſ. vbi ſuprà, aduertendum eſſe circa prædicta. quia differentia eſt, an competat exceptio, an verò officium iudicis. Nam vbi exceptio proponitur, non remouetur propter præſumptam calumniam, c. licèt cauſam, de
283 proba. † Sed quando officium iudicis miſericorditer imploratur, poteſt ex præſumpta calumnia per iudicem denegari leg. ſi quis libertatem, §. planè, ſupra, de pe. hære. ita dicit quod Bald. declarat in d. l. in contractibus, in princ. in 2. not. ita ad literam dicit Iaſ. in d. l. 1. in 8. colum. ſupra, de iur. om. iu. ex quibus motus ſum ad dicendum, quòd quando aliqua exceptio competit principali, quæ non competit fideiuſſori: tamen quia exceptio dicitur defenſio, vt dici poterit ipſe fideiuſſor, implorare officium iudicis, ad conſequendam dictam exceptionem, & vltra adducta per Iaſon. vbi ſuprà, optimè faciunt quæ ego aliàs dixi in l. 1. in §. fin. in 13. colum. infra, de quæſtion. vbi plura adduxi in materia æquitatis: & faciunt etiam quæ dixi in l. ſi quis, de quæſtion. in 25. colum. in ver. reperio etiam alium eſſe caſum, &c. eo. titu. & quæ dixi in practica mea cauſarum criminalium, in 17. chart. circa me. & in 29. poſt me. & in cap. poſt med. & vide do. Felin. in rub. extra. de excep. & ibi Barba. & Bart. in c. ex parte. el. 2. in vlt. colum. extra de offic. de lega. & eundem in rub. de excep. in cle. Et Iaſon. in l. vbi pactum, in 5. col. in princ. C. de tranſact. Tene menti prædicta, quia ſunt multum not. & multum quotidiana. Et antequam veniam ad ſequentem quæſtionem, ſcias vnum, quòd quando petitur executio inſtrumenti contra fideiuſſorem, non oportet oſtendere inſtrumentum debiti principalis, dummodo fiat de eo mentio in inſtrumento fideiuſſoris. Nec additur ipſe fideiuſſor opponens talem exceptionem: ita dixit Bald. & Ang per gl. ibi in l. ſciendum ſupra, de verb. oblig. quos refert, & ſequitur Alex. ibi in 1. colum. & dicit quòd non obſtat quod habetur in auth. eo ſi quis in aliquo. Cod. de eden. vbi videtur probari, quòd etiam ſi fiat mentio de inſtrumento debiti principalis, debeat illud produci: quia illud eſt verum inter alias perſonas: ſed inter eas, de quarum voluntate fuit factum inſtrumentum fideiuſſionis, ſufficit illud producere: quia facit fidem inter eos de omnibus ibi enumeratis: de quo ibi latius per eum.

284 † Trigeſimo ſeptimò quæro, vtrum ſecuritas data principali, proſit fideiuſſori: in quo dicas, quod non. Nam pactum perſonale ad alium non extenditur, quàm ad perſonam cui factum eſt, & non ad eius fideiuſſorem, quemadmodum nec ad hæredem: vt ſupra de pact. leg. idem in duobus, §. perſonale ergo eodem modo ſecuritas data reo principali, & eius perſonæ, non debet extendi ad fideiuſſorem. Item etiam pro hac parte facit: Nam fideiuſſor, & hæres parificantur, quantum ad vires perſonalis beneficij extendendas: ſed beneficium perſonale, & maximè de non petendo ad tempus, non tranſmittitur ad hæredem, vt in l. non ſolum, in §. tale ſuprà, de lib. leg. ergo nec ad fideiuſſorem pertinere debebit. Præterea illud beneficium, quod non datur hæredibus, nec etiam datur fideiuſſoribus, vt habetur in l. & ſi fideiuſſo. in princip. & in §. ſi maritus ſupra, de re iudic. & in l. ſciendum, eod. titul. Sed beneficium perſonale non extenditur ad hæredes, vt habetur in d. l. idem in duobus: ergo tale beneficium non extendetur ad fideiuſſorem: & facit l. ætatem, & l. forma. in §. quanquam infrà de cenſi. & infrà, de regul. iur. l. in omnibus, & l. priuilegia, in quibus dicitur, quòd ſicut beneficia perſonalia non pertinent ad hæredem, vt dixi, ita non debent ad fideiuſſorem extendi. Præterea facit: nam exceptio perſonalis pertinens ad perſonam principalis, non competit fideiuſſori, vt ſuprà de excepr. l. exceptiones quæ perſonæ, & C. de fideiuſ. in l. 1. & arg. l. in cauſæ, in princip. ſupra, de mino. & hanc partem per has, & rationes iura tenuit Dy. in conſ. ſuo 11. incip. Quæſtio talis eſt, quòd Beoogius, &c. Et idem tenent Angel. de Aret. in §. in omnibus in 2. colum. in princ. inſtitu. de fideiuſſoribus, vbi allegat, quæ habentur per doct. in l. cùm fil. fami. ſupra, de verb. oblig. & idem videtur tenere do. Fran. de Are. in conſ. ſuo 33. incip. conſultatio. in 1. col. & hanc partem etiam tenet Bart. in d. l. cum fil. fam. §. ſi ſtipulatus ſum. in fin. ſuprà, de verb. obligat. & facit pro hac parte leg. vbicunque infrà, in hoc titu. & eſt bonus text. in leg. verum, in princ. ſupra, pro ſocio. in contrarium tamen facit text. in l fin. Cod. de vſur rei iudi. in §. fin & text. in l. iam mandatori, C. de non nu. pec. & text. in l. ſi is qui fideiuſſorem ſupra, ſi quis cautio. in quibus iuribus dicitur, quòd priuilegium, ſeu exceptio competens principali, competit eius fideiuſſori: ad idem facit leg. a ſententia infrà, de app. vbi dicitur, quòd ita poteſt appellare fideiuſſor à ſententia lata contra principalem, ſicut ipſe principalis: & facit l. 2 ſupra, de libe. lega. & l. omnes ſupra, de excep. Quapropter doct. in locis primò alleg. & Cy. & alij in l. quoties, Cod. de precib. impera. offe. faciunt longam diſtinctionem circa hanc quæſtionem: & iudicio meo diſtinctio ſua magis continet obſcuritatem, quam declarationem. Bald. autem in d. l. tam mandatori. dicit, quòd aliquæ ſunt exceptiones ſeparabiles à perſona rei, & illæ non proſunt fideiuſſori. Aliquæ verò ſunt exceptiones ſeparabiles à perſona rei, & illæ competunt etiam fideiuſſori: & Bald. ibi ponit exemplum de inſeparabilibus, & etiam de ſeparabilibus à perſona rei, de quo ibi latius per eum. Mihi autem magis placet opin. tenentium, quòd exceptio, ſeu priuilegium competens reo, competat etiam fideiuſ. & hoc ex pluribus, & primo per illam generalem regulam, leg. omnes ſupra, de excep. & per iura pro hac parte ſupra, alleg. Item pro dicta opi. facit optimè. Nam fideiuſſor dicitur quid acceſſorium reo principali, vt de ſe patet: & eſt text. in iſt. de fideiuſ. in §. fide-
285 iuſſores, † & acceſſorium ſequitur naturam ſui principalis, vt in regula acceſſorium, de regu. iur. in 6. cum multis ſi ergo debet fideiuſſori competere illud quod competit principali. Præterea videmus, quòd acceſſorium venit in conceſſione antecedentis, leg. 3. §. qui habet ſupra, de ſeruit. ruſtic. prædio. & ibi Alexan. & voluit Bald. in l. quamvis, C. de fideicom. ergo conceſſum antecedenti, intelligitur eſſe conceſſum acceſſorio, & ſic fideiuſſori. Præterea clarum eſt, quòd fideiuſſor non poteſt in plus obligari, quam principalis, l. Græcè §. illud infrà, in hoc titu.. §. fideiuſſores inſtit. de fideiuſ. & l. ſi vltra. Cod. eod. Sed ſi diceremus, quòd exceptio ſeu priuilegium conceſſum reo, non extenderetur ad fideiuſſorem videretur, quòd fideiuſſor eſſet in plus obligatus, quam principalis: & ſic contra illa iura. Item vltra præmiſſa pro hac parte facit optimè. Nam negari non poteſt, quòd debitor principalis & fideiuſſor eius, non concurrant vterque ipſorum pro

eodem

eodem debito in obligatione: & hoc patet euidenter
ad ſenſum. Quo ſtante, dico quòd exceptio ſeu priui-
legium conceſſum principali, extenditur ad fideiuſſo-
rem, etiam ſi dictæ exceptionis, ſeu priuilegij eſſet in-
286 capax fideiuſſor aliqua ratione, vel cauſa. † Nam quan-
do ſimul in aliqua re concurrit inhabilis cum habili,
ipſe inhabilis ſuſtentatur per habilem, & gaudet bene-
ficio, ſeu priuilegio habili conceſſo. ita dixit tex. not. in
l. ſi communem ſuprà, quemadmodum ſeruitutes amit.
& in l. ſi is qui duos, & ibi Bar. ſupra de lib. lega. & pro-
batur etiam ex tex. not. in c. per tuas, extra. de arbi. vbi
qualitas duorum laicorum per ſe inhabilium, habili-
tatur propter adiunctionem vnius clerici. Et facit etiá
tex. not. in l. 1. §. ſi vet. in ver. commiſta familia. ſupra,
ad Syllæ & voluit Abb. in c. ad audientia extra. de præ-
ſcrip. vbi dicit, quòd contra priuatum habentem rem
communem, cum eccleſia Rom. currit ſolum præſcri-
287 prio centenaria: † & facit ſingulare dictum Bald. &
Ang. ibi poſt eum in l. ſi quis ex argentariis, §. 1. ſupra,
de eden. vbi dixit, quòd teſtis valdè dignus, & teſtis in-
famis infamia facti plenè probant. Quia integra fides
vnius, ſupplet defectus alterius: & idem dixit Bal. in l. 1.
in 3. col. C. de teſtam. & Sal. in l. bonæ fidei. in 15. col.
C. de reb. credit. & Lud. Rom. in conſ. ſuo 400. incip.
in caſu, &c. in fin. pro quo facit, quod dixit Angel. in
conſ. ſuo 1. vbi dixit, quod pater eſt idoneus teſtis pro
filio: quando dictum ſuum concordat cum dicto alio-
rum, quoniam integra fides vnius ſupplet defectus
alterius. Et idem etiam dixit Paul. de Caſtr. in conſil.
ſuo 93. inci. Non ſequendo, &c. in fin. & in conſil. 140.
incip. ad bene examinandum, in princ. & Lud. Rom.
in conſ. ſuo 486. incip. in caſu, &c. & dom. Alexand. in
conſ. ſuo 56. incip. viſo proceſſu, in vltim. colum. in 2.
volum. & in conſil. 24. incip. animaduerſis his, & in 7.
colum. in 2. volum. & idem videtur velle ipſe Alexand.
in conſil. ſuo 201. incip. viſa facti narratione, in 5. co-
lum. & hanc partem tenet etiam Barba. in cap. teſtimo-
nium in 5. char. in ſecunda colum. in ſua rep. extr. de
teſtib.

288 † Pro quibus etiam facit quod ſingulariter voluit
Bald. in l. Imperator, in 1. ſupra de ſtat. hom. in 4. colum.
verſic. non etiam, quod vilis perſona vbi dixit, quod
ſi duo notarij eſſent ſimul rogari de vno contractu, &
vnus ipſorum eſſet priuatus officio tabellionatus: al-
ter verò eſſet notarius authenticus, quod nihilominus
valeret tale inſtrumentum propter illum notarium
authenticum: quod dictum refert, & ſequitur Barba.
in reper. rob. extr. de fid. inſtrumen. in vltim. colum. vbi
dicit etiam hoc voluiſſe Bald. in dict. l. ſi quis ex argen-
tariis, §. cogentur quod etiam voluit Petr. de Ancha.
in conſil. ſuo 243. incip. prius de viribus. Pro quibus
etiam faciunt dicta per Salic. in l. 1. Cod. de his qui ſibi
aſcrib. in teſtam. vbi infert ex verbis ſuis, quod licet
in cauſa propria quis non poſſit eſſe notarius, & tale
inſtrumentum non faciat fidem, ſi tamen teſtes appo-
ſiti in inſtrumento illo, dicunt, & affirmant totum
illud quod dicit illud inſtrumentum, quod tale inſtru-
mentum ſuſtentabitur: quod eſt notandum, & fa-
ciunt notanda verba Bald. in cap. 1. an remo. de-
be. teſtes in vſi feudorum, vbi ſingulariter loquitur.
Item pro illo dicto Bald. in dict. l. Imperator, vltra ſu-
perius dicta facit ſecundum Barba. in dict. repet. rubr.
de fide inſtrum. quod not. Bald. in l. præſcriptione, Cod.
ſi contra ius, vel vtil. publ. & facit etiam ſecundum
quod voluit Bald. in cap. 1. quibus mod. feud. amit. in
4. colum. vbi dixit, quòd ſi duo fratres habent feudum
à domino, & vnus ipſorum viriliter defendit domi-
num in bello, alter verò frater aufugit, quòd contu-
macia, ſeu improbitas iſtius fugientis ſuſtentatur, ſeu
toleratur propter virilitatem alterius fratris, & ſic non
perdent feudum, pro quo ipſe allegat tex. ſecundum
Dynus & Bartol in leg ſi his, qui duos, ſuprà de liber.
legat.

289 † Et adduci etiam poteſt gloſſ. not. in l. fin. Cod. de
muner. & honor. non conti. lib. 10. quæ dixit quod ſo-
cius omnium bonorum habet excuſationem à mune-
ribus propter perſonam ſocij, & facit quod voluit
Abb. in cap. fin. de iure patro. vbi dixit quòd ſi laicus,
& clericus ſunt patroni vnius beneficij: quod tunc le-
gatus de latere non poterit illud beneficium conferre
dato quòd ſi eſſet clericus patronus, poſſet illud con-
ferre: quòd etiam dicit tenuiſſe Fred. de Senis in conſil.
ſuo 63. Et facit etiam quod voluit Bartol. in l. ſi eman-
cipa. C. de collat. & quod voluit Ludou. Roman. in leg.
arbitr. ſuprà qui ſatiſda. cogant. vbi dixit, quòd licet
ab arbitro iuris appelletur, vt voluit Bartol. in leg. cum
ſpeciali. Cod. de iud. & in l. conſtitut. Cod. & not. in l. ſi
quis maior. Cod. de tranſact. tamen ſi cum tali arbitro
iuris, iudicat alter, qui non ſit arbiter iuris, non ap-
pellabitur, pro quibus omnibus faciunt dicta per
Alexand. in conſ. ſuo 469. in 6. colum. quod incip. viſo
puncto, &c. vbi etiam alia plura circa hanc materiam
adducit.

290 † Et facit quod voluit Iac. Butr. in leg. etiam, ſuprà,
de probat. vbi dixit, quòd extraneus teſtis valde di-
gnus cum dicto matris, plenè probant ætatem filij:
quod etiam videtur ibi velle gloſ. & faciunt etiam d.
per Bald. in conſil. ſuo 272. incip. quædam mulier, &c.
in fin. 1. colum. in 3. volum. Pro quibus etiam faciunt
dicta per Barbar. in conſil. ſuo 82. incip. viſo puncto
formato in 1. char. 213. volum. faciunt optimè quæ
aliàs ego dixi in repet. mea l. fin. Cod. de probat. in 5. &
6. char. & quæ dixi in ſing. meo. 180. incip. plura, & plu-
ra vbi omnino videas. Et faciunt etiam optimè dicta
per do. Feli. vltra omnes in c. placuit. in 4. & 5. colum. de
præſcript. & in c. tua nos circa fi. de ſimon. & in c. mul-
torum, & in c. Iudæi el. 2. de Iudæis, & in c. 3. loco. in
fi. extra, de probat. & ſic ex ſupradictis ſatis patet, quod
ſi aliquid conceditur vni, extenditur ad ſocium, licèt
inhabilis ſit, & incapax de iure propter perſonam ſo-
cij. Ita ergo mihi videtur dicendum, quod ſecuritas,
exceptio, vel ſaluus conductus conceſſus reo princi-
pali, proſit etiam fideiuſſori ius ſocio in illa obligatio-
ne. Nec habent obſtare iura primo loco allegata, di-
centia quod priuilegia perſonalia non egrediantur per-
ſonam. Quia reſpondeo hoc ſemper non eſſe verum,
quia immo priuilegia etiam merè perſonalia ſæpe ex-
tenduntur ad ſocium, vt clarè patet in dictis iuribus,
& doctrinis allegatis, & etiam in illis ad quæ me retu-
li: & ideò remaneo in hac opinio. quod ſecuritas data
principali debitori, prodeſt etiam fideiuſſori.

291 † Trigeſimo octauò quæro, an fideiuſſor poſſit in
plus obligari, quam obligatus ſit principalis: & ſi ſe
obligat plus, an valeat obligatio: in quo dicas: quod
non regulariter, vt eſt tex. in l. Græcè, in §. illud, infrà
in hoc tit. & in §. fideiuſſores, inſtit. eod. & in l. ſi vltra,
C. eod. & vbique per doct. & habetur in l. ſicut, infrà in
hoc tit. & habetur per Alex. in l. 1. in §. ſi ſtipulanti, in
1. col. ſuprà de verb. oblig. hanc tamen regulam limita,
& intellige eam eſſe veram quo ad factum principale.
Secus autem, quo ad acceſſoria vt ad vſuras: & quo
ad pœnam, non poteſt fideiuſſor ad hoc obligari, vltra
quam ſit obligatus principalis. Ita dixit gloſ. ſing. in
d. l. ſicut. infrà, in hoc tit. & ibi Angel. & Imol. quam
gl. ad hoc refert, & ſequitur Alex. in d. l. Græcè, §. illud,
& in l. hi qui, infrà, eod. in duabus apoſtil. & illam gloſ.
etiam refert, & ſequitur Bald. in l. ſi pro ea. in 5. q. Cod.
mand. & Ang. de Are. in §. fideiuſſores, in 3 col. inſtit.

de fideiuſſ.& Ang.in l. ei qui infrà in hoc tit. & Iaſ.in l.2.§.fi.in 2.col.ſupr qui ſatiſd.cog. & idem etiam Bar. in l.centum Capuæ, in 2. col. ſupra, de eo quod certo loco, & Paul.de Caſtr.in d.l.2.§.fi. ſuprà qui ſatiſd. cogan.& Bald.in l.ſi teſtamento.§.fin.infra in hoc tit. Limita etiam hanc regulam, vt non valeat obligatio fideiuſſoris in plus, quam principalis, hoc eſt verum, niſi fideiuſſor apponat iuramentum in tali fideiuſſione: quia tunc valet obligatio: ſi non tanquam fideiuſſoria, ſaltem vt ipſe fideiuſſor habeatur pro principali ita dixit Bart.in l.ſi quis pro eo.in prin. in pe. col.infrà, eo quod dictum refert, & ſequitur Ang. de Aret. In §. fideiuſſores, in fin. inſtit. de fideiuſ. & Corſe. in repet. rub.extra de iureiur.in 39.priuilegio iuramento,& idem dixit Ang.& Ioan.de Imola tacito Bart.in l. hi qui. infrà eo. tit. Et voluit Ludouicus Romanus in l. 1. §. ſi quis ita, ſuprà de verborum obligat. & canon. in cap. cum contingat.de iureiuran. & Alex. in conſ. ſuo 376. incip.in cauſa executionis,&c. in vltima columna, in fin.

292 † Item ſcias quod licet fideiuſſor non poſſit in plus obligari, quàm principalis: tamen poteſt obligari pro illo: qui eſt prohibitus obligari per ſtatutum. Ita dixit Alexand. in l.Marcellus, infrà, hoc tit. Et dicit quod hoc voluit Bald.in l.1.infrà.in hoc tit.Et Cy. in l. decretam,C.quod cum eo.ſed errat, quia nulla eſt lex.Cod. quod cum eo nec.ff.eo. tit. quæ incipiat decretum, & idem dixit Bald.in repertor.ſuo,in verſ. fideiuſſor. in 3. col.in verſic.an fideiuſſor intercedens, &c. Item Fideiuſſor poteſt obligari ſuo maiori pœna, quam principalis, ſecundum Bald. in leg. qui crimen. in 9. quæſtio. Cod.qui accuſ.non poſſ.quem refert, & ſequitur Alex. in l.ſi quis reum infrà,de cuſto.reo. vbi dicit, quòd pro hoc videtur ibi caſus, pro quo facit gl. in d.l. ſicut infra, eodem & quæ ſuperius dixi.

293 † Item fideiuſſor poteſt ſe obligare ſub guarentigia, licèt principalis non ſit obligatus eodem modo ſuo guarentigia. Ita dixit Bartol. in l.hi qui.in 3.colum. in ver.quæro,pone, &c.infra. in hoc titul.de qua materia vide etiam Alexand.in d l hi qui. & in l.fideiuſſor. infra, eo. vbi dicit, quod fideiuſſor taliter obligatus poteſt petere à principali, quòd eum liberet ab obligatione antequam conueniatur, quod eſt not. in practica. Item ſcias etiam, quòd fideiuſſor pupilli, qui compromittit ſine tutoris authoritate tenetur ad pœnam, ad quam pupillus non tenetur. Ita no. dixit Specul. in titul. de compen.iudic. ad in §. 1. in 17. colum. verſicul. ſed pone, clericus allegat. in arg. leg. ſi pupillus ſupra. de arbi.

294 † Scias poſtremò circa hanc materiam, quòd licet fideiuſſor regulariter non poſſit in plus obligari, quam ſit principalis obligatus, vt in dictis iuribus ſuperius allegatis, tamen poteſt efficacius obligari. Ita probatur in l.ſi pupillus ſupra, de verb.oblig.& habetur in l.ſi vltra.& ibi Bald. C. eod.de fideiuſſ. & in d.l. Græce. §. illud infra, eod.& ſcias etiam quòd licèt regulariter, vt dixi, fideiuſſor non poſſit obligari in plus quam principalis, poteſt tamen obligari ad æſtimationem damni, vel intereſſe textus eſt in l. ſtipulatus in §.opus infra in hoc tit. & in l. iam tamen, §. in hac, ſtipulatione infra, iudi.ſolui. ita dixit Bald. in reperto. ſuo.in verbo.fideiuſſor.in 2.colum.in pen. ver. de quo etiam per Bar.in l.ſi ita fideiuſſorem, infra in hoc tit. & per docto.in l.2.ſupra,ſi cer.pet. & in d.l. his qui infra, in hoc tit.

295 † Trigeſimonono quæro, an fideiuſſor poſſit petere à principali, vt eum eximat ab obligatione fideiuſſoria: in quo dicendum videtur, quòd non, per regulam illam quæ habet, quòd quæ ab initio ſunt voluntatis,ex poſt facto ſunt neceſſitatis,l.ſicut. C.de act. & oblig.& in l.2.Cod.quando lice.ab empt. diſce. cum ſi. hoc tamen fallit in pluribus caſibus, in quibus fideiuſſor poteſt petere ſe eximi ab obligatione. Quos caſus ſub diuerſis terminis poſui ſatis latè, ſupra, in qu. 31. vbi quæſiui an fideiuſſor poſſit agere contra principalem antequam ſoluat, &c. Nam in illis caſibus in quibus poteſt agere contra principalem antequam ſoluat, in illis poteſt petere ſe eximi ab obligatione: & ideò, vt non conteram tempus in vanum, & ne replicem idem per idem, refero me ad ea, quæ dixi ibi. Et vide Ludo.Roman.in ſingul. ſuo 200.incip. quæro à te, &c,& Ioan.An.in addi.Spec.in tit.de iud.in §.1.in pen.col. in addit. incip. hic nota, quod cùm lex illa, &c. vbi dicunt, quod fideiuſſor ſi vult ire ad ſtudium, poteſt cogere creditorem ad ſubrogandum alium fideiuſſorem in locum ſuum,quod multum not.Lud.Rom. in d.ſuo ſing.

296 † Quadrageſimò quæro, an ille qui tenetur dare fideiuſſorem, dando pignora liberetur: in quo videtur dicendum, quòd ſic, etiam inuito creditore: ita tenet gloſ.in l.1.& ibi Doct.ſupra, qui ſatiſdare cogantur, & gloſ.in l.prætoriæ la 3.infrà, de præto.ſtipu.& gl.in authen.de exhiben.reis.in §.ſuſcepto. & ita tenet Bartol. & communiter alij in d.l.1.& idem tenet Ioan. And. in addi.Specu.in tit.de pignor. ſuper rub. & Cyn.Bald. & alij in l.1.C.de procu.& Io.And.in addi. Spec. in titul. de ſatiſda.§. dicto. circa prin. & pro hac parte facit ra-

297 tio, videlicet quia † melius eſt pignori incumbere, quàm in perſonam agere.l.plus cautionis, infra, de re. iur.& furti. inſtitut. de obliga. quæ ex delicto naſcuntur,& voluit Bartol. in l.in eod §.1. infra, de regul.iur. & facit text.in c.vt pridem.23. quæſtion.vlti m. in contrarium tamen allegatur text. in authentica offeratur: & ibi gloſſ.Codic. de lit. conteſtat. quod etiam tenuit Iac.But.Salic.& Flo.in d.l.1. Cod.de procura. & Ful. & Ludo.Roman.& Alexand.in d l.1.ſupra, qui ſatiſda.cogan & mouentur, quia ſi aliquis promiſiſſet dare fideiuſſorem expreſsè, non poſſet tunc inuito creditore dare pignora, quia aliud pro alio, inuito creditore, dari non poteſt, etiam ſi melior conditio offeratur: vt in §. præterea, inſtitu. de actio. & in l. fi. ſupra, de vſu, & habita. & pro hoc facit etiam ratio. Nam labor & periculum imminet in cuſtodiendis pignoribus: & ſi pi-

298 gnora deteriorantur, vel deuaſtentur, † creditor qui ea habuit penès,ſe tenetur illa emendare l.quemadmodum §. penul. ſupra ad l. Aquil. per quem text. dicunt

299 Doct.quòd † Iudæus tenetur ad emendationem damni dati in pignoribus à tineis, vel alio mod.quòd etiam voluit Flo.de ſancto Petr.in d. l. quemadmodum, in d. §.pen.& do.Abb.in conſil.ſuo 82. incip. illud de iure. quæritur, &c. in 2.vol.& Iaſ.in l.1. in 4. colum.ſupra, qui ſatiſdar.cogan.& Bald.in l.quæ fortuitis, in 8.col. C.de pignor. actio. vbi dicit, quòd fœnerator qui res pignoratas minus diligenter excuſſit à tineis, eſt in leui culpa: & per conſequens tenetur per regulam l. ſi vt certo §. nunc videndum ſupra, commodati. & addit Iaſon.in d.l.1.in 4.colum. ſupra, qui ſatiſd.cogan. circa hanc materiam tex.in l.quæſitum & ibi Bart. ſuprà: de diſtra.pignor.vbi dicit,quòd illa lex eſt multum not.ad hoc,videlicet quando creditor vendidit pignus ex conuentione partium, vel ex conceſſione legis, vel ſtatuti, quòd tunc non poteſt conſequi precium ab emptore, quia aufugit, nihilominus debitor remanet ſibi obligatus. Item circa prædictam quæſtionem dicit Iaſ.vbi ſupra, quòd quando quis promiſiſſet, ſeu teneretur ſimpliciter ſatiſdare, poſſet tunc dare fideiuſſores, vel pignora per gloſſ.ibi.in d.l.1.& de ſupradicta quæſtio. videlicet. An ille qui tenetur ſatiſdare, per dationem

pignorum

pignorum liberetur, vide Alexand. in d.l. prætore la 3. infra, de præto. ſtipu. vbi concordat iura, quæ ſunt contraria in d. quæſtio. vt ſupra vidimus, & ibi etiam ponit poſt Bartol. quòd quis promiſit cauere ſimpliciter, ad quid teneatur: & ſimiliter quando promiſit idoneè cauere ad quid teneatur, tunc vide ibi.

300 † Sed dubitari poteſt, quid in illo qui in inſtrumento promittit alicui puta Titio, facere eum ſecurum: An tunc teneatur ſibi dare fideiuſſorem, vel pignora, & non ſufficiat, ſi velit cauere, & ſe obligare per inſtrumentum? in quo dicas, quòd non ſufficit, velle ſe obligare per inſtrumentum, ſecundum Docto. in l. 1. ſupra, qui ſatiſd. cog. vbi dixit Alber. de Rolat. quod ſi in inſtrumento pars promittit facere aliquem ſecurum ad conſilium ſapientis, quod ſapiens non poteſt ordinare de nulla promiſſione, ſed debet facere, quod dentur fideiuſſores, vel pignora. Pro quo eſt tex. in l. prætor ait. in §. deinde. in ver. hoc interdictum, ſupra, de ope. non. nun. & facit l. ſi Titius, in fin. ſuprà, ad Trebel. Contrarium tamen tenent Doct. in d. l. 1. ſupra, qui ſatiſd. cogant. vbi dicunt, quod ille qui promittit aliquem facere ſecurum, tenetur ſolum per ſtipulationem promittere, non autem dare fideiuſſores, nec pignora. Ad quòd Iaſ. ibi in 3. col alleg. text. in l. 1. §. communes: & ibi Bart. in fin. ſupra, de præto. ſtipul. & gloſ. in leg. ſi mandato Titij, §. fin. ſupra, mandati. & Spec. in tit. de empt. & vend. §. 1. in verſ. ſed ſi inſtrumento. & Bald. in l. ſancimus, C. de execu. rei iudi. hanc tamen concluſionem limitat, ipſe Iaſ. vbi ſuprà, tribus modis: Primò, niſi quis anteteà ſe obligaſſet per inſtrumentum, & poſteà promitteret facere ſecurum, quia tunc iſta ſecunda promiſſio ſi intelligeretur de nuda cautione verbali, eſſet ſuperflua. l. qui bis idem, ſupra, de verbor. oblig. & nihil operaretur contra l. ſi quando ſupra, de leg. 1. & ideò tunc intelligeretur mediantibus fideiuſſoribus, vel pignoribus ſecundum Ang. Paul. de Caſt. & Alex. ibidem & Lud. Rom. in d. §. deinde, & dicit, quod ita ſunt intelligenda iura allegata in oppoſitum. Secundo limitat, niſi promiſiſſet plenè vel idoneè facere ſecurum: quia tunc non ſufficeret velle cauere, & ſe obligare inſtrumentum, ſecundùm gloſ. in d. l. ſi mandato Titij, in §. fi. & Albe. & alios in d. l. 1. ſupra, qui ſatiſd. cog. & Bar. in l. prætoriæ, la vlt. circa, fi. infra, de præto. ſtipu. de quo per ipſum Iaſ. in d. l. ſancimus. Tertiò limitat, quando promittens eſſet forenſis, ita quòd veriſimiliter poſſet ſuſpicari de eius fuga, ſecundum Paul. de Caſt. & Alex. ibi qui allegant gl. in §. ſuſcepto. in auth. de exhib. reis. Ita dicit Iaſ. in d. l. 1. ſupra, qui ſatiſd. cog. & ibi etiam refert Albe. de Roſan. ibi dicentem, quòd in d. q. conſiderandum eſt in qua materia profe-

301 rantur illa verba, ſecurum facere. † Nam verba in dubio, debent intelligi ſecundum naturam actus ſuper quo interponuntur: & debent impropriari, & largè & impropriè accipi, vt intelligantur ſecundum naturam actus l. ſi vno, in prin. ſupra, loca. l. inſulam, & ibi Doct. ſupra, de præſcri. verbis, l. ſi olei. C. loca. vbi gl. Bart. & alij c. intelligentia. de verb. ſig. vnde ſecundum eum ſi hæc verba proferantur in prætoriis ſtipulationibus, quia illa regulariter ſolam nudam cautionem requirunt, verba, ſecurum facere, intelligerentur de nuda cautione. Si autem eſſemus in ſtipulationibus iudicialibus, quæ requirunt fideiuſſores, vel pignora, vt habetur in l. 1. infra de præto. ſtipu. & inſti. de diuiſione ſtipu. in prin. ſecus eſſet. Si autem ſumus in contractibus, tunc aut ſumus in tali contractu, de cuius natura eſt, quòd veniat præſtatio fideiuſſorum, vel pignorum, vt in contractu emptionis, quando euictio imminet in limitatione contractus, vt in l. poſt contractum, C. de euict. & tunc illa verba eo modo intelligentur: aliàs autem regulariter in contractibus illa verba intelligerentur de nuda cautione, ſeu obligatione per inſtrumentum, cum illa limitatione, quam dixi ſupra, videlicet niſi omnino ante debitor eſſet per inſtrumentum obligatus. Ita dixit Albe. de Roſa. in d. l. 1. ſupra, qui ſatiſd. cog. relatus a Iaſon. ibidem in 3. colum. Ego autem circa illam primam limitationem datam à Doct. ibi, videlicet, quòd promittens facere ſecurum, tenetur ſolum per ſtipulationem promittere, non autem dare fideiuſſores, vel pignora: quod eſt verum, niſi anteà ſe obligaſſet per inſtrumentum, & poſteà promitteret facere ſecurum, quia tunc non intelligitur de nuda cautione: aliàs iſta ſecunda promiſſio nihil operaretur per l. qui bis idem ſupra, de ver. obl. & ſic eſſet contra l. ſi quando, cùm ſi ſuprà, de leg. 1.

302 † Addo quòd pro hac limitatione facit optimè t Nam ſtatutum continens id quod ius commune, debet operari aliquid vltra ius commune, ne fruſtrà emanauerit tale ſtatutum, gl. eſt no. in authent. de exhiben. reis in §. quia verò, quam ibi ſummè not. Angel. ad hoc, quòd licèt victus non debeat condemnari in expenſis, quando habuit iuſtam cauſam litigandi, vt habetur in l. qui ſolidum, §. etiam ſupra, de leg. 1. & in l. eum quem temerè ſupra, de iudi. & in l. properandum, §. ſin autem, C. de iudi. & in c. finem litibus, de dolo, & contu. cum ſi tamen hoc fallit, niſi extet ſtatutum in loco vbi litigatur, quòd victus victori condemnetur in expenſis: quia iſto caſu etiam ſi habuerit iuſtam cauſam litigandi, tamen condemnabitur in expenſis, vt ſtatutum aliquid operetur vltra ius commune & illam gloſ. etiam refert, & ſequitur Alex. in conſil. ſuo 457 incip. viſo proceſſu. in fi. & in conſil. 183 incipien. viſo puncto. in fi verbis, in 5. vol. & do. Franc. de Cre. in nu. ſuo 110 habens iuſtam cauſam, & Angel. in l. non ſolum ſupra, de rei vend. Pro qua gloſ. faciunt optimè dicta per Alex. in l. 1. C. de theſau. lib. 10. in ſuis apoſtil. ad Bar.

303 Item pro dicta limitatione facit etiam, quòd voluit d. Anch. in c. 1. in 3. colum. extra. de reſcript. vbi dicit, quod ille cui conceſſum eſt per reſcriptum ſeu priuilegium, quod poſſit appellare, quo ad ho., vt tale reſcriptum, ſeu priuilegium aliquid operetur vltra ius commune, quòd poterit tertiò appellare: quod eſt ſingulariter notandum, quia aliàs ſi nihil operaretur vltra ius commune, diceretur ius commune, non ſtatutum, vt dicit Bald. in l. 3. in 2. ſupra, de lega. 1. de quo etiam per Angel. & Imol. in l. ſtipulatio. ver. niſi ſuprà, de verbor. oblig & per Bartol. in l. 1. ſupra, ad l. fal. & per do. Alexand. in d. l. 1. C. de theſau. lib. 10. in ſuis apoſtil. ad Bartol. & per gloſ. in c. 1. de conſtit. in 6. & per Bartol. in l. 4. §. præter ait. in 3. colum. ſupra, de dam. infect.

304 † Et facit etiam ad prædicta, quod voluit Bald. in l. 2. in vlt. colum. C. quomodo, & quando iud. vbi dixit, quòd ſi ſtatutum dicit quem debere ter citari, quòd operatur, vt non ſufficiat vnica citatio pro omnibus, vt aliquid addat iuri communi. Et idem dicit Bald in c. pen. de milite vaſ. qui contu. eſt, & in l. non ſunt liberi. ſupra, de ſta. homi. quem refert, & ſequitur do. Fel. in rubric. extra, de præſcrip. in 2. colum. vbi videas, & faciunt etiam, quæ ego dixi in l. patre, vel marito, in 6. & 7. colum. infra, de quæſtio. Item vltra prædicta pro dicta limitatione facit. Nam licèt ad hoc, vt quis cadat in pœnam, non faciendo, requiratur monitio, vt dixi latè in l. vnus in §. cognitorum in 1. colum. infra, de quæſtionibus, tamen quando quis promittit vel obligatus eſt ad aliquid faciendum, ex particulari obligatione, & etiam ſtatutum artat cum ad illud faciendum, tunc vt ſtatutum aliquid operetur, tenetur

illud facere ſine monitione: aliàs cadit in pœnam. Ita dicit Fred. de Senis in conſ. ſuo 104. incip. quod non fecit reſidentiam, quem ſequitur do. Aug. & Abb. in cap. quoniam frequenter, in §. porrò extra. vt lit. non conteſt. in 6. col. & Socin. in conſ. ſuo 133. incip. profectò, &c. tene menti prædicta ad corroborationem dictæ limitationis.

305 † Vlterius circa materiam huius principalis quæſtionis poteſt etiam quæri, an ille qui dat pignora, vel fideiuſſorem, dicatur ſatisfacere obligationi: de quo vide Iaſon. in l. 1. in 1. nota. ſupra, qui ſatiſda. cogan. & dom. Felin. in cap. ad hæc, de ſenten. excommuni. Item vide etiam Bald. in l. ſancimus, in 1. colum. C. de verbor. ſignific. vbi ponit appellationem cautionis, de qua intelligatur, dic vt ibi.

306 † Quæri etiam poteſt in hac materia, ſi debitor dedit pignora creditori, nunc autem vult dare fideiuſſorem, & repetere pignora, an poſſit hoc facere inuito creditore, in quo dicas, quod non. Ita dixit glo. nota in §. ſuſpecto. in gloſſ. magna circa medium, in auth. de exhibendis reis.

307 † Quæro modo vlterius, & ſic quadrageſimo primò, an filiusfa. poſſit eſſe fideiuſſor, in quo dicas, quod ſic, ſi eſt legitimæ ætatis, vt in l. nulla, & in l. ſi ex alio. C. quòd cum eo. & maximè pro patre, vt in fin. famil. & ibi Bald. C. de fideiuſſo. & in l. 2. §. & filius ſupra, qui ſatiſ. cogan. Et idem dicas eſſe pro extraneo, cum in omnibus tanquam pater familias obligetur, vt in l. fi. ſupra, de actio. oblig. & in leg. tam ex contractibus ſupra, de iudi. & in l. ſi dubitetur, §. fi. fam. infrà, in hoc titu. & idem eſt etiam econtra: quia pater poteſt fideiubere pro filio, & dominus pro ſeruo, vt in l. ſi mandator. C. quòd cum eod. Sed contra prædicta videtur facere tex. in l. 2. §. 1. ſupra, qui ſatiſd. cog. vbi dicitur, quod ille qui non poteſt agere, non poteſt fideiubere: & ſi fideiubet, fideiuſſio eſt nulla. Sed fil. fa. non poteſt agere in iudicio ſine conſenſu patris, vt in l. cum non ſolum, §. neceſſitate, C. de bo. quæ lib. ergo filiusfa. non poterit eſſe fideiuſſor. Dicas quòd d. l. 2. ſupr. qui ſatiſ. cog. non loquitur in fi. fa. ſed loquitur ſolum in ſeruo, vt ibi dicit gl. penitus eſt excluſus à limine iudicij: non autem in fi. fa. qui in aliquibus poteſt eſſe in iudicio: vt ponunt doct. in d. §. neceſſitate, & in l. fi. filiusfa. ſupra, de verb. obli. Item contra iura dicentia, quòd filiusfa. poteſt eſſe fideiuſſor pro parte, vt in d. l. fi. fam. C. eo. & in d. l. ſi dubitetur, §. fil. fam. infra, eo. & in d. l. 2. §. & filius. ſupra, qui ſatiſ. cog. facit. nam obligatio principalis acceſſoria, non poteſt concurrere in eadem perſona, vt in l. generaliter, infrà, eod.

308 † Sed pater, & filius cenſentur vna, & eadem perſona vt in l. fi. C. de impu. & aliis ſubſtitut. &c. contradicemus. §. hac authoritate, 35. q. 3. ergo filius non poterit eſſe fideiuſſor pro patre. Sed dicas quod illa regula, quod pater & filius cenſeatur vna, & eadem perſona, eſt vera quo ad quid, non autem quo ad omnia: ita dixit Bar. in d. l. ſi dubitetur, §. fi. fa. de qua regula, quod pater & filius cenſeantur vna, & eadem perſona plura not. ponit do. Felin. in c. afferre, extra, de præſumpt. in ver. no. 2. &c. ibi, date. &c. & Bald. in ca. 1. in fin. in prin. quibus modis feu. conſtit. poteſt, & dixi ego in l. inauditum, in 5. col. infra. ad l. Cor. de ſic. & de hac quæſtione, an fil. fa. poſſit eſſe fideiuſſor, vide Dy. in conſil. ſuo 33. incip. quæſt. talis eſt quædam nomine, C. &c. vbi etiam ipſe dicit, quod quando filiusfamilias, publicè agit, & contrahit tanquam paterfamilias, quod tunc tanquam paterfamilias debet obligari, alleg. leg. 3. ſuprà ad Macedon. & allegat rationem, dicens quod communis opinio veritati æquipollet, vt in leg. Barbarius Philippus, ſuprà, de officio. prætor. & de ſuppel. leg. l. terſa. & l. prima, Cod. de teſtam. & in l. ſi arbiter. C. de ſenten. quod eſt nota. in materia iſta: & etiam ad materiam dictæ, l. cum non ſolum, §. neceſſitate, C. de bon. quæ libe.

309 † Quadrageſimo ſecundò quæro, an clericus poſſit eſſe fideiuſſor: in quo reſpondeo, quod clericus non debet eſſe fideiuſſor, vt dicit text. & in cap. te. quidem 11. quæſt. 1. & in c. 1. extra. de fideiuſſ. & habetur in c. non ſatis 86. diſt. & in l. curiales, Cod. loca. attamen ſi clericus pro aliquo fideiubet: valet fideiuſſio text. ex in c. peruenit, & in c. conſtitutus, extra. de fideiuſſ. & ibi doct.

310 † Pro quo facit regula illa quæ dicit, quod multa de iure fieri non debent, quæ tamen facta tenent, vt habetur in l. 1. ſupra, de feriis, & in l. 1. §. biduum infra, quando appell. ſit & in leg. legatorum, in §. ad tempus, ſupra, de interdic. & releg. & in l. ſi pupillorum, in §. ſi prætor, ſuprà, de rebus eorum. Pro qua regula facit text. in l. fi. C. de anon exceptio. vbi patet, quod licèt libellus generalis poſſit reſpui ſeu reiici, tamen ſi ad illum reſpondeatur, tenet reſponſio, & iudicium ſuper illo fundatum: quod etiam voluit Innoc. in c. fin. de libel. & obla. & facit tex. in c. 1. de accuſ. in 6. vbi dicitur, quod licet parti competat exceptio contra inquiſitionem contra ipſum formatam, tamen ſi illa prætermiſſa, reſpondet tali inquiſitioni, facit ſibi præiudicium: pro quo faciunt dicta per Innoc. in c. qualiter, & quando. el. 2. de accuſat. & faciunt dicta per Abba. in conſil. ſuo 518. incip. in cauſa ſeu controuerſia teneatur in 2. col. in 2. vol. vbi dixit, quod licèt quis non teneatur reſpondere poſitionibus ex aliqua cauſa, tamen ſi talib. poſitionibus reſpondet, ſibi præiudicat: & ibi adducit plura iura, & doctrinas, de quibus ibi per eum. Ita in propoſito dico quòd licèt clericus non debeat fideiubere, tamen ſi fideiubet, valet, & tenet eius fideiuſſio.

Sed modò operæ precium eſt quærere circa hanc materiam clerici de alia quæſtione: videlicet.

311 † Pone, aliquis laicus fideiuſſit pro clerico, an talis fideiuſſor poſſit conueniri coram iudice laico: in quo Specula. in titul. de competen. iudi. ad. dicit, videri dicendum quod ſic. Nam dantur fideiuſſores, vt melius cautum ſit creditoribus: vt ſupra, qui ſatiſdare cogant. l. 1. & 2. hinc eſt quod ſi pupillus ſine tutoris authoritate compromittit. & fideiuſſorem præſtiterit, peti poteſt pœnam à fideiuſſore, ad quam aliàs pupillus non teneretur, niſi fideiuſſorem præſtitiſſet. argument. ſupra, de arbitr. leg. ſi pupillus. Præterea dicit, quod iſte creditor ſecutus fuit perſonam fideiuſſoris, & non clerici, cum quo non erat aliàs contracturus: vt capitu. ſi tutor, vel curator inter. l. ſi creditor. Item dicit, quod hoc eſt perſonale priuilegium: vnde perſonam non egreditur, C. de excuſatio. mu. l. ſordidorum. Sed argu. contra, quia exceptio quæ competit principali, competit fideiuſſori. Item non intelligitur obligatus, penitus eſſe excluſus à limine iudicij in duriorem cauſam, quam principalis, l. Græcè, in § ſi quis infra, in hoc tit. & contra l. datus eſt vndè videtur quod non valeat. 10. diſt. videt. C. de leg. 1. non dubium. Sed prius dictum, verius eſt, quoniam perſonales exceptiones ad alios non transferuntur: vt ſupra, de exceptio. l. exceptiones primo reſponſo reales verò, ſic: vt ibi. Ita formaliter dixit Spec. in d. tit. de compe. iudi. ad. in §. 1. in 17. col. in verſ. ſed pone, clericus, &c. Et idem tenet ibi Bald. in addi. vbi etiam ſubdit, quod ſi clericus fideiubet pro laico, tunc ſententia iudicis ſecularis non mittetur executioni contra clericum fideiuſſorem. Et dicit quòd lex fina. C. de vſu rei iudi. intelligitur, quando reus, & fideiuſſor ſint eiuſdem fori, vel

quando

quando fideiuſſor poteſt protogare iuriſdictionem: ſed
hoc non poteſt facere clericus, vt ibi per Spe. ergo ta-
lis ſententia non poterit mitti executioni contra cleri-
cum fideiuſſorem: & de ſupradicta quæſtione vide Bal.
in rubr. C. de priuileg. dotis, in fine. & Lud. Ro. in ſing.
ſuo 944. incip. nunquid fideiuſſor clerici, & docto. in l.
ſi. reus infra, iudi. ſol. & in l. ſed & ſi reſtituatur ſupra,
de iudi. & refert Lud. Roman. in d. ſuo ſingu. ſe conſul-
uiſſe in d. q. Et vide quæ dixi ſupra, in illa quæſtio. An
exceptio quæ competit principali, competat fideiuſſo-
ri: vbi plura ſunt quæ faciunt ad hanc materiam, quæ
non refero breuitatis cauſa.

312 † Quadrageſimo tertiò quæro, an fideiuſſor gratis
liberatus à creditore, repetat à principali: in quo di-
co diſtinguendum eſſe hoc modo, videlicet, aut fide-
iuſſor fuit liberatus ſimpliciter à creditore, aut fuit
liberatus, quia extraneus ſoluit pro fideiuſſore, & hoc
ei donauit. Primo caſu eſt diſtinguendum. Nam ſi cre-
ditor liberauit gratis fideiuſſorem, tunc aut eum li-
berauit remunerationis gratia, & tunc fideiuſſor po-
teſt repetere à principali: aut eum liberauit per ſim-
plicem donationem, & tunc non repetit. Secundo ca-
ſu, quando aliquis extraneus ſoluit pro fideiuſſore: &
hoc ei donauit, tunc ſimiliter fideiuſſor non poteſt
repetere, iſta omnia probantur in l. ſi verò non remu-
nerandi, in princip. & in §. Marcellus ſupra, manda. &
ibi docto. aſſignant rationem harum deciſionum mul-
tum ponderantes factum remunerationis gratia: quod
factum non eſt, nec dicit propriè donatio, cum iam
præcedat tacita obligatio ſaltem ad antidora: iuxta
ea quæ habentur in leg. ſed ſi lego. in §. conſuluit. ſu-
pra, de pet. hæredi. & talis actus remuneratorius, eſt
quandoque magnæ importantiæ, & effectus, vt di-
cunt docto. in §. conſuluit, de quo remuneratorio
multa ponit Iaſon. in l. ex hoc iure in 12. colum. et in
4. colum. ibi ſequenti ſupra, de iuſti. & iur. vbi ponit
multa ſingularia dicta in tali materia: quem omninò
vide. De qua materia vide etiam eundem Iaſon. in l.
ſi pater puellæ. Cod. de inoffi. teſtam. poſt Cyn. ibi &
vide Cæpol. in caute. ſua 113. incip. donatio. & Iaſon.
in l. ſtipulatus fuerim, in §. cum ſtipulamur in 2. colum.
ſupra, de verb. obli. & dom. Philip. Decium in conſi-
lio ſuo 164. incipien. diligenter. in 2. colum. & Ludou.
Roman. in conſilio ſuo 310. incipien. in cauſa, &c. &
Alexan in conſ. 55. incip. conſideratis verbis in 1. volum.
& in eodem volum. in conſil 101. incip. viſis inſtrumen-
tis, &c. in 7. col. & Oldra. in conſil. 126. incip. quidam
epiſcopus & Pet. de Anch. in conſil. ſuo 248. incip du-
bium facit, &c. & Socin. in conſ. ſuo 95. incipien. circa
primam, &c. in 1. col. & in conſ. 66. incip. fruſtrà, &c.
in 2. col. & Iaſ. in l. petens, in 7. col. verſi. 3 nota. Cod. de
pactis, & quæ ego dixi in ſingu. meo. 50. incip. donatio
&c. circa prædictam quæſtionem, an fideiuſſor gratis
liberatus à creditore repetat à principali. Adde in ſi-
mili, & in argum. quod voluit gloſ. in l. eleganter, in §.
qui reprobos, in 1. gl. poſt me. ſuprà. de piguora. actio.
& dicta per Iaſ. in §. actionum, in 16 colum. in ver. iux-
ta ſupradictam materiam, &c. inſti. de action. & vide
gloſſ. not. in l. cum quidam, Cod. de fruct. & lit. expen.
de qua dixi in l. pater vel marito. in 12. colum. infra, de
313 quæſtion. † & vide etiam, Paul de Caſtr. in l. ſtipula-
tus infrà, in hoc tit. vbi dixit, quòd ſi aliquis aduocatus
agitauit cauſam propriam, & pro ipſo allegauit, & ob-
tinuit, quòd non poteſt in condemnatione expenſarum
petere ſalarium aduocati poſtquam aduocatum non
habuit niſi ſeipſum, pro quo facit ſecundum eum l. ha-
bitatores ſuprà, loca. ſubdit tamen quod ſi propter hoc
ipſe perdidit lucrum alterius aduocationis, quod po-
terit illud petere tanquam intereſſe. Ad quod allegat
Spe. in tit. de expenſis, in §. poſtremò, ver. quid ſi actor. &
verſi. ſeq. de quo etiam dixi in d. l. pater vel marito. in
12. col. de quæſtio. & cum iſta quæſt. 43. fraternizat alia
quæſtio, videlicet, an liberato principali, ſit liberatus
fideiuſſor. & econtra: de qua vide Io. de Imo. in conſil.
ſuo 12. incip. viſo quodam, &c. ante fin. & Bart. in leg.
adulter. §. 1. ſuprà, de adul. & in l. aduerſus ſuprà, de arbit.
& in l. qui iuraſſe. §. à fideiuſſore ſuprà, de iureio. & in
l ſi. §. fi. eo. tit. & Paul. de Caſt. in l. ſi cum teſtamento. §.
ſi ſuprà, de excep. rei iudic.

314 † Quadrageſimo quartò quæro, quid importet fi-
deiuſſio indemnitatis, & ad quid obligetur talis fide-
iuſſor: in quo primò ſcias, quod ille qui promittit ali-
quem conſeruare indemnem, qui dicit fideiuſſor in-
demnitatis, talis non poteſt conueniri antequam prin-
cipalis, etiam ſi renunciat beneficio de fideiuſſoribus
ſecundum Bartol. in l. 1. C. de conuenien. fiſci debito.
lib. 10. & in l. quæro. ſuprà, loca. & ibi Rapha. Fulg. &
Bald. in l. 1. Cod. de reuo. his quæ in fraud. alie. ſunt, &
Sal. in l. 1. in vlti. colum. C. quòd cum eo & in l. 1. de fi-
deiuſſori. tuto. & in l. 1. Cod. ſi mater indem. promiſſa.
& ſic habes differentiam inter ſimplicem fideiuſſorem,
& fideiuſſorem indemnitatis. Nam primus poteſt re-
nunciare beneficio fideiuſſorum: & tunc poterit con-
ueniri ante principalem. Secundus autem, dato quod
renunciauerit, tamen non poterit conueniri antequam
principalis. Item alia eſt etiam differentia inter eos;
nam ſimplex fideiuſſor debet opponere de beneficio
excuſſionis ante litem conteſt. aliàs lite conteſt non
poterit amplius opponere dictam exceptionem excuſ-
ſionis: qua illa exceptio eſt dilatoria. ita dicit Cy. Bald.
& Salicet. in l. exceptionem, Cod. de probatio. & Sali-
cet. in l. 2. C. communi diuidun. & in authent. hoc ſi
debitor. in penulti. q Cod. de pigno. et Paul de Caſtr. in
l. 10. ſuprà, de verbo. obligat. et eſt de mente Bart. in
l. 3. ſuprà, de excep. non autem, ſic eſt in fideiuſſore in-
demnitatis, quia talis fideiuſſor poterit opponere ta-
lem exceptionem poſt lit. conteſt. quia illud eſt ex na-
tura promiſſionis ſeu conuentionis: ita dixit Bald. in
c. ex reſcripto. de iureiur. illud tamen, quod fideiuſſor
indemnitatis non poſſit conueniri antequam princi-
palis, limita, niſi talis fideiuſſor in tali fideiuſſione ap-
poſuiſſet iuramentum: quia tunc poſſet conueniri non
excuſſo principali, ita dixit Bald in d. c. ex reſcripto:
quem refert, et ſequitur Alexand. in conſil. ſuo 259. in-
cip. in cauſa excuſſionis motæ contra Bartholomeum
&c. in vltim. col. licèt ipſe Alexand. reprehendat illud
dictum Bald. in l. ſi ego. in 7. col. ſuprà, ſi cer. pet de quo
latius per Iaſ. ibi, in 2. colum. vbi prædicta in hac mate-
ria fideiuſſoris indemnitatis adducit aliqua ſingula-
ria addendo, vt ibi per eum: de quo etiam vide eun-
dem Iaſ. in l. ſtipulatus, §. poſſum. ante fin. ſupra, de ver-
bor. obligat & Bald. in l. ſi pro ea. in 12. quæſt. Cod. man-
da. & in l. 2. circa me. de ſentent. quæ ſine cer. quanti.
& in rub. Cod. de verbo. ſignifi. in 7. quæſtion. & dom.
Fran de Aretin. in l. ſi qui ab alio. § fin. ſuprà, de re iu-
di. & Alexand. in leg. Modeſtinus infrà, de ſolutio. ſcias
etiam in hac materia. quod promiſſio indemnitatis
315 operatur, alium effectum. † Nam facit valere illud
quod aliàs non valeret: nam mulier non poteſt fideiu-
bere pro alio, vt in toto tit. ſuprà, et C. ad Velleian. et
etiam habetur in tit. mandati. ſi tamen mulieri pro-
mittitur indemnitas; non cùm ſimplici promiſſione,
ſed cum traditione pecuniæ, valet talis eius fideiuſſio.
ita dixit tex. ſing. in l. ſi mulieri dederim. ſuprà, ad. Vel-
lei. quem text. ad hoc dixit autem Ang. in leg. 2. § fi. ſu-
prà, de pig. et idem per illum text. dixit Bald. in l. 1. in
prin. C. ad Velleian. et d. Alex, in l. 1. C. de conuen. fiſci.
debitor lib. 10. in apoſtil. ad Bart. Item etiam ſcias, quod

fideiuſſionis natura eſt, quod ſeruetur indemnis fide-
iuſſor, etiam ſi hoc non ſit ibi promiſſum expreſsè: quia
hoc ineſt tacitè, ſecundum Bald. in l. conſtitutionibus,
C. de vſuris. ad quod allegat tex. quem dicit ſingula.
in c. peruenit extra. de fideiuſſo. ſcias etiam quod ille
qui promittit indemnitatem, mota lite contra eum cui
promiſit, cogitur ſuſcipere iudicium in ſe, ita dicit
Bart. in l. pater, in prin. ſuprà, de dote prælega. quod
dicit non eſſe aliqui. & idem dixit Alexand. in l. quæro
316 in princip. ſuprà, locati. † & adde etiam in hac mate-
ria de indemnitatis, Bart. in l. ſi quis vxori. in § ſi fugi-
tiuum infrà, de furtis, vbi dixit quod ille qui dederit
aliquid vel promiſerit iudici, vt ferat ſententiam pro
eo, quod talis incidit in pœnam falſi, vt infrà ad l. Cor-
ne. de fal. l. 1. §. 2. attamen dicit Bart. quod iſtud debet
intelligi quando promittitur iudici aliquid, per quod
ſibi aliquid acquiritur: ſed ſi promittatur ſibi tantum
defenſio de conſeruando eum indemnem, tunc non
incidit in crimine falſi: ad quod allegat text. & dicit,
quod ita debet intelligi l. 1. & 2. ſuprà, de calumniato-
317 ribus. † Item ſcias, quod ſi aliquis mandat delictum
committi, & promittit mandatario de conſeruando
eum indemnem, quod talis promiſſio non valet, & ipſe
promittens non obligatur: ita dixit Bar. in l. ſi à reo. in
§. illud quod vulgo. infrà, in hoc tit. & ideò dicit hoc
eſſe not. pro ſyndicis communitatum, qui ad petitio-
nem aliquorum petentium non denunciant maleficia,
& recipiunt promiſſiones de indemnitate, quod tales
promiſſiones non valent: & ſic in aliis delictis com-
mittendis dicendum eſt, vt habetur per Nico. de Nea-
pol. in l. 1. §. nunc tractandum ſuprà, de tute. & rationi.
diſtra. & per gl. nota. in l. quoniam mulcta C. ad l. Iul.
de vi. pub. in ver. ſupplicium, & per Inno. in c. ſicut. el
2. de iureiuran. & per Cardi. in cle. 2. in 3. qu. de re iudi.
& per Bald. in marga. in verbo, opem. vbi admonet
præſtantes opem bello iniuſto, quia non poſſunt pete-
re expenſas, nec damna, licèt eis fuerit facta promiſ-
ſio indemnitatis, de quo etiam per Baldum in l. obſer-
uare, in §. proficiſci, in 9. qu. ſuprà de offic. pro conſul.
& ſi permittatur indemnitas iudici, ſi ferat talem ſen-
tentiam tali modo, an valeat talis promiſſio, & alia in
hac materia vide per dom. Paridem de puteo in ſuo
tract. ſyndica. in 34. char. in ſecunda col. verſ. an ſi tem-
pore, &c. & vide quæ dixi. ſuprà, proximè.
318 † Quadrageſimo quintò quæro: ponè, aliquis fide-
iubet pro aliquo ſine expreſſione alicuius cauſæ, an
talis fideiuſſio valeat. In quo videtur dicendum, quod
non, quia promiſſio ſine cauſa, eſt inualida: & ſimili-
ter obligatio ſine cauſa, eſt inualida: & eſt text. in c.
ſi cautio. de fide inſtr. & in l. cum de indebito. in §. fin.
ſuprà de probat. & voluit gloſ. in l. inſtrumenta. C. de
prob. & in l. generaliter, C. de non nu. pec. & Bart. in l.
nuda. C. de donat. & Sal. in l. 1. Cod. de edendo. & Spec.
in tit. de confeſ. in 2. parte §. nunc videndum verſic. ſed
quæ eſt ratio, &c. & ibi Io. And. & voluit Cyn. & Bal. in
l. generaliter, C. de non nu. pecu. & Bar. in l. ſcripturas,
ad fin. C. qui potio. in pig. hab. & Bal. in rub. C. de fi. in-
ſtru. in 17 col. in ver. ſed quæro, ſi in lib. &c. & in l. fin.
C. ſi certi. pet. & Bal. in rub. C. de confeſſ. & Alex. in conſ.
ſuo 3. incip. in cauſa, & lite, &c. in 2. colum. in 2. volum.
& ibi in conſil. 13. incip. ex his quæ in themate. in 2.
colum. & ibi in conſil. 4. incip. circa primum, in 2. col.
& in eod. vol in conſ. 83. incip. in cauſa, & lite, in vlt.
col. & idem Alex. in l. à Titio. vbi no. loquitur, ſupra,
de verb. oblig. & in conſ. 158. incip. circa primum, in 1.
col. in 2. vol. de quo etiam per Bal. in addi. Spec. in tit.
de inſtr. edi. in 4. col. in ver. inſtrumentum habet, &c.
vbi not. loquitur: & per Lud. Ro. in conſ. ſuo 292. in-
cip. pro habenda, &c. in fi. & in conſil. 373. incip. in ca-
ſu propoſito, & Bald. in add. Spe. in tit. de app. in 6. col.
de quo etiam per Alex. in conſil. ſuo 181 incip. lectis,
ponderatis, &c. vbi ſubdit. quod nedum requiritur ſed
debet eſſe cauſa in, obligatione: ſed etiam requiritur
quod ſit apta, certa, & intelligibilis, quia paria ſunt,
quod cauſa non ſit expreſſa vel expreſſa, & non aptè, &
incertinidinariè ac intelligibiliter, ita ſecundum eum
pater, & notatur per Bart in leg. quicquid aſtringendæ,
ſuprà de verb. obl. in 3. colum. per illum tex. ſecundum
vnam lectu. & voluit Spec. in tit. de inſtr. edi. §. oſtenſo.
ver. quid ſi abbreuiatura &c. & per not. in l. 2. in §. circa.
ſuprà, de doli except. & notab Bald. in l. generaliter, in
4. q. C. de non num. pec. vbi dixit, quod cauſa debet eſſe
319 potens, & cohærens, † & facit ad ſupradicta, quod vo-
luit Bald. in l. 1 § illud autem, circa finem, C. de Latin.
lib. toll. vbi dixit, quod pactum de non petendo non
valet ſine cauſa: & faciunt quæ vltra omnea dixi in l. 1.
in §. præterea in 11. col. cum 4 col. ibi ſequenti. de quæ-
ſtionibus. Ex quibus videtur dicendum quod fideiuſſio
facta ſine expreſſione alicuius cauſæ non valeat. Atta-
men in hac quæſt. puto diſtinguendum eſſe hoc modo,
videlicet quod aut talis fideiuſſio eſt facta extra iudi-
cium, aut eſt facta in iudicio. Primo caſu non valet,
quando eſt facta extra iudicium per iura ſuprà allegata.
Secundo verò caſu quando eſt facta iudicio, licèt nulla
ſit expreſſa, tamen valet, & tenet ita dixit Spec. in tit. de
dolo, & cont. in § fi. in antepe. col. & Bald. ibi in add.
penul. vbi dicit quod in fideiuſſore contractus vel iudi-
cij, non requiritur expreſſio cauſæ: & idem dixit ipſe
Bald. in l. qui crimen. in 3. col. poſt prin. in verſ. ad idem,
quia in iudiciis, C. qui acc. non poſ. & licèt ipſi non di-
cant, dicas tu, quod ratio eſt calor iudicij, qui calor
plura operatur, vt dixi ſatis latè in rep. rub. C. de prob.
320 in 19. col. in verſ. intellige etiam, &c. vbi † dixi quod
confeſſio ſine cauſa facta in iudicio plene probat ſe-
cundum gl. fi. in 1. § fin. ſupra, de interroga. actió. quam
ad hoc refert, & ſequitur Alexan in conſ. ſuo 13. incip.
ex his quæ in themate, in 4. col. & in l. pacta poſt prin.
ſuprà, de pact. & do Feli. in ca. quoniam contra falſam,
in 7. col. extra, de proba. & in c. 1. colum. fi. de pact. &
Ang. in l. ſi vnus, in § pactus, in 2. col. ſuprà de pact. &
illam gl. etiam refert, & ſequitur Barb. in repet. rubr.
de fid. inſtr. in 3. char, & in 3 colum. pro quo dicit eſſe
caſum, vbi hoc voluit Bald. in l. ſi. u., C. de repu. hære-
dit. & illam glo. etiam refert, & ſequitur Ludo. Rom. in
conſ. ſuo 190. incip. in caſu, &c. circa fi. de qua gl. latius
dixi pro ea etiam plura addendo, quæ hic non refero
breuitatis cauſa, in d. repe. mea rubri. C. de probat. in
321 19. col. vbi videas: † & ſcias etiam quod ſi fideiuſſio
ſine cauſa ſit facta extra iudicium, licèt, vt dixi, non
valeat, tamen ſi in ea ſit appoſitum iuramentum, va-
let, & tenet, probatur ex dictis per Lud. Rom. in conſ.
ſuo 373. incip. in caſu propoſito, &c. circa med. verſic.
cæterum aduertendum, &c. vbi dicit, quod licèt con-
feſſio ſeu obligatio ſine cauſa non valeat, tamen hoc
fallit, niſi ſuper ea ſit appoſitum iuramentum, quia
tunc plenè valet: & idem dixit do. Ioa. Baptiſta de ſan-
cto Seuerino in repe. l. admonendi, in 7. char. in pr. 3. col.
ſuprà de iureiur. vbi ad hoc allegat Bal. in duobus locis:
quem vide de quo dixi etiam in l. 1. §. præterea, in 12. col.
infra, de qu.
322 † Quadrageſimo ſextò quæro, an fideiuſſor ne-
gans ſe fideiuſſiſſe, ſi conuincitur de mendacio, ſibi
præiudicet in quo mihi videtur dicendum, quod ſic,
ex pluribus, primo per text. in l. ſed hoc ita. §. 1. ſuprà,
de re iud. vbi dicitur, quod negans ſe ſocium, petit
beneficium ne conueniatur, niſi in quantum facere po-
teſt, quod competit ſocio, vt in l. ſunt, qui ſupra, eo. de
re iud. ad quod etiam ex tex. in l. ſi vnus, in §. fin. ſuprà,
pro

Digitized by Google

pro ſocio. Et facit ſecundò pro hac parte tex. in l.fi.
ſed ſi ex parte §. interdum ſuprà quod cum eo. vbi pu-
nitur filiusfa. qui negauit ſe filiumfam. & mentiendo
323 dixit ſe patremfamilias. † Tertiò facit text. in leg. hæ-
reditatem, in §. fin. ſuprà, ad l. Falc. vbi dicitur, quod
hæres negans rem hæreditariam, ſi conuincatur, per-
dit Falcidiam, & illum text. pro ſingulari allegat Bald.
in reper. ſuo in verbo, negatiua, vbi dicit, quod ne-
gans, ſimilis eſt ſubtrahenti. per illum tex. & idem di-
xit Bald. in c. dudum, el 2. in 4. colum. de electio. de qui-
bus etiam per Iaſ. inſtit. de actio. in §. item ſi quis in
324 fraud. cred. in 19. col. † Et ex iſtis puto dicendum, quod
fideiuſſor negans ſe fideiuſſiſſe, ſi conuincitur de men-
dacio; ſibi præiudicet: in quo autem ſibi præiudicat,
dicas quod perdit beneficium excuſſionis, & benefi-
cium cedendarum, ita dixit Bald. in authent. contra,
qui propriam, in 3. colum. Cod. de non num. pec. vbi
allegat bonum textum in l. ſi dubiter, in §. ita demum,
infrà in hoc tit. vbi hoc etiam tenet Ang. & Alex. & vo-
luit Iaſ. in l. 1. in pe colum. Cod. de tranſac. & Bartol. in
l. etiam, §. 1. ſupr. ſolut. matrim. & pro hac opio. quod
conuictus de mendacio, puniatur.
325 † Poſſunt aliqua adduci, & primo text. valde not.
in l. fin. ſuprà de rei vend. vbi dicitur. quod ſi quis in
veritate poſſidet aliquam rem, & contra eum agatur
rei vendicatione ad illam rem, ſi ipſe negat illam poſ-
ſidere, & conuincatur de mendacio, quia actor pro-
bat ipſum illam poſſidere, tunc debet talis poſſeſſio
incontinenti ab eo auferri, & in actorem transferri
etiam nihil de ſuo iure probante: de quo textu latè lo-
quitur Abb. in c. pen. in 6. colum. de iura cal. & Ang.
de Are. in §. omnium, inſt. de act. vbi dicit idem eſſe,
ſi actum eſſet contra aliquem qui diceret ſe tenere rem
pro Titio, nominando Titium in iudicio, vt haberet
beneficium, l. 3. Cod. vbi in rem actio cum ille Titius
non eſſet dominus. nec pro eo poſſideret, ſed poſſide-
bat pro ſe: tunc ſi conuincatur de mendacio, debet
priuari poſſeſſione, & illa eſt in aduerſarium trans-
ferenda: & ita dicit tenere Spec. in titu. de 1. & 2. de-
creto in §. teſtat. in verſ. quid ſit nominans &c. & Bald.
in dict. l. fin. de rei vend. ad quod etiam vide Bart. &
Bald. idem tenentes in d. l. 3. Cod. vbi in rem actio. &
Bald. in l. vnica. Cod. de his qui pœnæ not. & in rub.
extra de eo qui mittitur in poſ. rei ſeruan. cauſa circa
fin. & Inno. in c. quoniam frequenter, in §. quod ſi ſu-
per extra, vtilit. non conteſt. ibi dom. An. in 2. colum.
de quo text. d. l. fin ſuper de rei vend. vide etiam Lud.
Rom. latè loquentem in conſil. ſuo 70. quod incipit,
viſo themate. in 2. & 3. col. & Abb. in conſil. 17. incip.
in q. Ottonelli. & per illum text. d. l. fin. dixit ibi Ang.
in 1. colum. quod ſi emphyteuta negat rem eſſe em-
phyteuticam, & conuincatur de mendacio, quod pri-
uatur iure ſuo emphyteutico: & alleg. Inno. ita tene-
326 re in c. cæterum in fi. de iu ii. & idem videtur eſſe † in
vaſallo negante feudum quia ſi conuincatur de men-
dacio, priuabitur iure feudi. text. eſt notab. in cap. va-
ſallus, el 1. ſi de feudo fuerit controuer. inter domi-
num, & agnat. & idem etiam dicas in creditore ne-
gante rem ſibi eſſe pignoratam: quia per talem nega-
tionem videtur renunciare ius pignoris, ſecundum
Ang. in l. Titius, in §. Titius Seio. ſuprà, quibus modis
pig. vel hyp. ſol. de quo etiam dixi in authent. item poſ-
327 ſeſſor. C. qui potio. in pign. hab. facit etiam: † nam ma-
ritus negans ſe maritum, perdit beneficia competentia
maritis. ſecundum Bar. in l. etiam, in §. 1. ſuprà, ſoluto
matri. quem refert, & ſequitur Iaſ. in l. 1. in pe. col. C. de
tranſact. & dicit Bart. in d. l. etiam. idem eſſe in liberto,
qui negat ſe libertum, facit etiam ad prædicta. Nam
quando dominus negat ſeruum dantem damnum eſſe
ſuum perdit beneficium dandi ſeruum pro noxa, ſi
conuincatur de mendacio. l. ſi ſeruus depoſitus, §. ſi ne-
gauerit, ſupra, de nox. & voluit Iaſ. in l. 1. §. 1. ſupra, ſi ex
noxali cauſa agatur, circa princip. & Bald. in l. 1. in 9.
328 colum. C. de furt. † Item pro prædictis faciunt etiam,
quæ dixit Bald. in reper. ſuo. in verbo, negatoria. in 3.
verſ. vbi dicit, quod imponitur ſilentium neganti ſen-
tentiam eſſe latam pro ſe ad inſtantiam fortè appellato-
tis, qui petit ipſam exhiberi: quia non habet copioſam:
nam tali neganti dictam ſententiam pro ſe eſſe latam.
imponitur ſilentium, vt amodò illa non vtatur: ita ſin-
gulariter ſecundum eum dixit Innocen. in ca. G. per-
petuus, extra de fi. inſtrum in princ. at l. penul ſuprà, de
interroga. act. quod dictum non eſt alibi, ſecundum
Bald. in dicto ſuo repertorio, vbi ſubdit idem eſſe in
quolibet inſtrumento, quod facit pro aliquo, & illud
debeat exhibere, ſiue negat ſe exhibere velle: quia negat
illud habere, interdicitur ſibi omne commodum, quòd
ex eo percipere poſſit, allegat textum quem dicit ſore
notan. ad hoc in l. 1. ſupra, de his quæ in teſta. delentur
& allegat etiam quæ habentur in cap. conſtitutus, de
appell & illud dictum Innocen. in d. ca G. perpetuus,
refert etiam & ſequitur Bald in addi. Specul in titul. de
exceptio. in 3. col. in princip. vbi idem dicit in ſententia,
& in ſcriptura priuata.
329 † Item faciunt etiam ad prædicta. quæ dixit Bald.
in l. 1. in pen. colum. in verſic. ſecundus caſus C. de fur-
tis, vbi dixit, quod ſi aliquis dixit in iudicio, ſe perdi-
diſſe inſtrumentum. & poſteà vult illud producere ad
probandum, non poterit. alleg. text. in l fin. C. de fi. in-
330 ſtru. Item facit etiam: nam † qui negat contractum,
perdit beneficium contractus, ſecundum Bald. in l. 1. in
9. col. in fin. C. de furt.
331 † Ad prædicta facit etiam: nam negans poſitionem
aduerſarij, non poteſt poſtea ex illa iuuari. ita dixit Ar-
chi. in c. 1. de conſecra. eccle. vel altar. lib 6. quem refert
& ſequitur quidam moder. do. Vitalis de Cabanis in ſuo
tractatu clauſularum, in clauſula incipien. clauſula,
quòd non ſit melior conditio &c in vlt. col. & voluit
Bart. in l. naturaliter, in §. nihil commune in 5. col. ſu-
pra de acqui. poſſeſſio. & Ioan And. in c. 1. de confeſ.
in 6 in Nouella. & canoni in c. cùm venerabilis, de ex-
ceptione, & Spec. in tit. de depoſito. in 8 in verſic. t.
& Bartol. in l. non vtique, ad fin. ſuprà, de except. & in
l. poſt legatum in princ. in 5. col. ſupra, de his qui. vt in
dig. & Pet. de Ancha. in conſ. 19 incipien. viſo proceſ-
332 ſu: &c. † & facit etiam: nam contradicens libello ad-
uerſarij. non poteſt poſtea ſe fundare ſuper ipſo libello,
ſecundum Bald. in l cum precum. C. libera. cauſa. & ibi
Sali. & Bald. in l ſi magnam, C. qui accuſare non poſ-
ſunt. do. An. in c. cum olim de cenſi. & voluit Socin. in
conſil. 41 incipi. antequam, &c. §. vlt. colum. & Iaſ. in
repet. l. admonendi in 52. colum. ſupra, de iureiuran.
333 † & dixit Oldrad. in conſ. ſuo 1. circa med. quod quis
non poteſt ſe iuuare ex articulo quem negauit: ad quod
alle. Inn. in d. c. cum olim de cenſi & dixit Bald. in l.
vnica in fi. C. de confeſ. quod negans accidentia cauſæ,
non poteſt poſteà ex illis ſe fundare. & eum refert, &
ſequitur Iaſ. in d. repet. l. admonendi. in 3. colum. vbi
etiam ſubdit, quod qui non acceptat expreſsè verba
aduerſarij, non poteſt ſe ex eis iuuare, allegat ad hoc
Bald. l. 3. in 2. not. per illum textum, Cod. de repe. hære-
dit. quod dicit eſſe not. & pro prædictis etiam facit:
334 † Nam non dicitur ſcriptum pro eo, qui venit contra
ſcriptum, ita dixit Innoc. in c. mandatum de reſcript.
quem refert, & ſequitur Bal. & Sali. in l. cum proponat.
C. de pact. quos refert, & ſequitur Barb. in conſil. ſuo
incip. ſapienter ſcribitur. 1. Regum. & facit etiam: nam
ille qui venit contra ſtatutum, non poteſt amplius ſe

ſe fundare ex ſtatuto tex.eſt cum gl.in cap. conſtitutus de reſcrip.in verſicu. intentionem & idem dixit gloſſ.in c.pro illorum in ver. recepiſſe de præben. & ibi do.An.in fi pen.col.& probatur in c.cum acceſſiſſent.in fi. de conſtit.& ibi dixit Bal.in 3. col. quod illi qui veniunt contra ſtatutum, non poſſunt illud pro ſe allegare,ſubdens quòd ſtatutum intelligitur reuocatum per actum contrarium ſtatuentium:& dixit d. Abb.in d.c.pro illorum de præb.in 3.col.quod ſi collegialiter illi qui fecerunt ſtatutum,& illud rumpere poſſunt, contraueniunt directe, immediatè tollitur conſtitutio ſaltem, vt illam allegare non poſſint in præjudicium alterius,at.illius tex.& d.c.cum acceſſiſ-
335 ſent. † Et dixit d An.c.paſtoralis. in 9. col. de cauſa poſ.& proprie & per actum contrarium perditur priuilegium : & propter prædictis faciunt optimè dicta per Abb.in conſ.ſuo 61.incipien.videtur primò quòd dictus Peruſinus,& cæt.in 2.col.3. vol. & per do. Nico. Millum in ſuo reperto.in litera S.in 14.col.in pe.verſ. & quę habentur in c.recolentes iuncta gl.de ſtatu.mo. & voluit Bald.in l.qui publicis,C.de his qui ſpon.mu. ſuſcepe. & Ange.in l.cos,C.de aquæduc.lib.10. & Io. Imol.in c.officij.in 12.colum.de teſta.in ver.vlterius quæritur, & facit quod dixit Oldra. in conſ.ſuo 101. incipien. quia in cuiuslibet iudicij,&c. in 2 colum.& Salice.poſt.Cyn.in l.voluntatiè,C de excu. tut. & in l.2 C de iure aureorum anulorum & domi. Felin in d.c.cum acceſſiſſent in 14 colum.de conſtitu & facit etiam:nam quando pars quę conuenitur ex contractu, negauit contractum eſſe factum, ſi poſtea conuincatur de veritate contractus,in odium ipſius negantis, præſumitur ſolennitas extrinſeca interueniſſe in ipſo contractu,quæ alias non præſumeretur,ita dixit Bal.in c.2.circa fi.quot teſtes ſint neceſ.quod dictum refert, & ſequitur, aliqua addendo Iaſ. in l.ſciendum. in 9. colu.verſic ſextò limita.ff.de ver.oblig. & ſic ex omnibus ſupradictis ſatis patet,quod fideiuſſor negans ſe fidejuſſiſſe,ſi conuincitur de mendacio, punietur pœna de qua ſupra dixi.

336 † Quæ concluſio poteſt tamen limitari aliquibus modis. Et primò poteſt limitari niſi talis fideiuſſor conteſtando litem generaliter negaſſet,narrata prout narrantur, &c. nam licet poſtea probetur, quòd ſit fideiuſſor,tamen non punitetur aliqua pœna:ſecus autem ſi ſpecialiter negaſſet fideiuſſionem per eum factam. ita not.dixit Bart.in l.ſi dubitetur in §. ita demum infra,in hoc titu.quod dictum refert,& approbat d.Iaſ.in § omnium.in 19.colum.inſti. de actio.dicens hoc dictum eſſe perpetuo notan.quia vtiliſſimum eſt in practica,vt conuentus nunquam neget ſpecialiter neget narrata, prout narrantur in libello eſſe vera : & refert Io.de Imol.in §.itam demum.dicere ſe de hoc dicto alias fuiſſe bene luctatum quod dictum etiam refert,& ſequitur ipſe Io. de Imol in l. ſed hoc ita ſupra,de re.iu.de quo dixit in ſing. meo 242.incipien.text.habet valde not.&cæ.

337 † Limita ſecundò , niſi ipſum fideiuſſorem pœniteat negaſſe ante litem conteſt.& antequam probatum ſit contrarium ita dixit text.ibi docto. in l. electio.§.pe.ſupra,de noxalibus,& voluit Ange.& Imo. in l.ſed hoc ita ſupra de re iudi.& Ang.in d.§. ita demum & habetur etiam in l.de ætate.§.fi.& ibi Bald. ſupra , de interrog. act. & voluit Alexand. in d.§ ita demum vbi latius loquitur in hac materia de quo etiam per Alex.in d l.in §.ſi quis ſimpliciter in fi.ſupra,de verbo oblig.

338 † Limita tertiò,quando libellus porrectus contra fideiuſſorem eſſet ineptus:quia tunc licèt neget ſe fideiuſſiſſe, tamen non punitur aliqua pœna. ita multum ſing.dixit Bald.in repeti.l.edita action.in pe.col C.de edendo,quod dictum pro valdè not. refert , & ſequitur do.Alex.in d.l.ſi ſupra,de rei vendi, & in l. etiam §.licet in totalibus in vlti.col.ſupra, ſolu. mat. vbi ponit ſupradictas limitationes : & illud dictum Bald.etiam refert,& ſequitur Iaſ.in §.omnium.in 19. colu.inſtit.de action.

Quartò limitatur vltra omnes,& dicas quòd fidejuſſor negans ſe fideiuſſiſſe,ſi conuincatur de mandacio,punitur pœna quam ſupra dixi,fallit, niſi ab ipſo fideiuſſore petatur plus debito per creditorē: vt puta, ſi fideiuſſor fidejuſſerat pro centum, & jam ſoluerat quinquaginta:& tamen creditor petebat ab eo dicta cētum,nam iſto caſu ſi fideiuſſor negat ſe fideiuſſiſſe, licet conuincantur de mendacio,tamen non punitur
339 aliqua partem prius petitam , ita dixit gl.in c. 2. de confeſ.in 6.& gl.in c.præſentium , in verbo , ſingulatim,de teſt.in 6.& voluit Spe.in ti. depoſitio. in §. 7. in ver.11.&c.& Bal.in addi.Spec.in d. tit. de poſitionibus,in 3.col.verſ.pono quod percuſſiſti,&c.& Bal.in l.ea,quæ in 9.q.C de cond.in deb.& voluit Salic.in l. 1.in vlt.q C.de plus peti.et idem Salic. in 52. §. quod obſeruari.in vlt.col.C.de iur.calu.et in l.properandæ §.ſin autem alterutra. C. de indiciis,et iſta videtur communis opin.licet Bar.vt refert Salic. in dictis locis,de quo etiam per Ang.de Aret.in §. hæc autē omnia inſtit.de pœna temere ſit in 2.col.& allegat ad hoc doct.etiam quæ habentur in l.ſi is,qui ducenta,verſ.
340 ſupr.de rebus dubiis,tene menti prædicta : † & circa illud quod dixi;quòd negans poſitionem,non poteſt poſtea ſe ex illa fundare. Adde pro licet illud ſit verum,quod non poſſit ſe ex illa fundare,tamen bene poterit ſe fundare ex dictis teſtium receptorum ſuper poſitione negata,ita ſingulariter dixi Ang.in conſ.ſuo 152.incipie.in quæſt.vertente inter dominum Micheletum:quod dictum pro not.refert, et ſequitur Alex. in conſ.183.incip.viſo puncto in 1.col.in fin.in 5.vol.& dixit Petr.de Anch.in conſ.ſuo 209.incip iudex , &c. in vlt.col.quod licet negans poſitionem non poſſit ſe fundare ex ea,quod ſi probetur,probatio prodeſt neganti : allegat ea,de quibus ibi per eum : item adde etiam circa illud quod dixi,quòd ſi negans cum pœniteat,& confiteatur,non cadit in pœnam, dicas hoc eſſe verum ad euitandum pœnam : ſecus autem puto
341 eſſe ad lucrum acquirendum : † et ideo ſi ſtatuto caueturˌquod confitenti crimen media pars remittatur:hoc caſu non remittetur dicta medietas pœnæ reo qui primo negauit delictum,et poſtea illud confeſſus eſt,ita ſingulariter dixit Bal.in c.dudum el.2.de elec.in 4.col.et dicit quod ratio eſt,quia quis facilius conſequitur veniam , quam premium : quia veniam pœnitenti,præmium ſoli metenti datur,et dicit,quod mentiri,quandoque eſt ſpecies furti,ad quod alleg l. hæreditatum §.fi. ſupra , ad l.Fal.et idem voluit ipſe Bal.ſuper ſtatutis : in verbo,beneficium, in 3. verſ. et idem voluit Bal.in l.1.in pe.col.C.de furtis,quem refert,et ſequitur Iaſ.in l.diuortio §.quod anno in 3.col. ſuprà,ſolut.matr.de quo etiam per Pau.de Caſt.in l. contra negantem C.ad l.Aquil.& Bart. in l. cum qui in prin.in 2.col.ſupr.de iureiur.& Bal.in c.1 §. porrò, in pen. col. quæ fuit prima cauſ.benefi amitt.in vſi, feu.de quo etiam per Iaſ.in §.ex maleficiis, in 8.col. inſtit,de act.et in §.item,ſi quis,in frandem,in 19.col. eo.tit.et facit optimè pro iſtis text.in l.traiectitiæ.in l.traiectitiæ in §.de illo,ſupra,de actio et obligat.

342 † Teneas etiam menti circa hanc materiam,quod vbicunq; ſtatutā imponeret pœnam ipſo iure pro maleficio,tunc nō remitteretur medietas pœnæ cōfitenti maleficium,etiam ſi extaret ſtatutū, quòd cōfitenti delictum

delictũ comitatur medictas pœnæ, ita dicit Bart. in l. id quod §.1.ſup.de pecu.legat. quem refert, & approbat Bal.in l.ca, quæ in verſ.ſecundò quæro.C.de cond. indeb. & idẽ voluit Bar.in l.qui ob rem.ſupra, de cõd. indeb.quod eſt ſummè notandum: pro quo faciunt dicta per d.Alex.in conſ.ſuo 57.incip. proſpectis,in vlt. col. in fi. in 2.vol.& faciunt optime dicta per Bal.in c. 1.in §.in ſuper. in vlt. col.de probibit. alien.feud. per Fred. vbi dixit.quod hæres domini nõ poteſt obijcere vaſallo feloniã cõmiſſam contra dominum,ſi dominus in vita eam non oppoſuit, quod tamen limitat ipſe non procedere in felonia, propter quam vaſallus ipſo iure eſſet priuatus feudo: quia tunc vaſallus nõ iuuaretur ex taciturnitate domini in vita ſua,nã poterit tunc talis felonia obijci per hæredem domini,non obſtan-
343 te eius taciturnitate, † & allegat rationem, dicens quòd ratio eſt, quia iniuria trahens ſecum executionem, trãſit in hæredem, vt not.ff.quod quiſque iur. l.3. §.quod ait prætor.quod dictum refert, & ſequitur Paul.de Caſt.in l. omnimodò. in vltim. colum. C.de
344 inoffic. teſtam. & abb.in cap. fi. in vlt. colum. extra de donat. † & facit quod dicitur, vbi executio fit à lege, ipſo iure non poteſt mora purgari. l. ſi ia cui & ibi Bart. ſupra. de leg 2. d. l. traiectitiæ. §. de illo, ſupra de actio. & obligat. voluit Bartol. & alij in l. inſulam. ſupra de verbor. obligat. Bal. in l. ſi poſt tria ſupra ſi quis cautio & Philip. Dec. in conſ. ſuo 140. in 3. col. & iſta ſufficiant quo ad præſentem quæſtionem.

345 † Quadrageſimòſeptimò quæro: clarum eſt in iure, quòd iudex recipiens fideiuſſores minus idoneos, tenetur parti ad intereſſe.l.fi.ct ibi per Doct. Cod. de magiſtra.conuenien.Sed an ſit dare aliquod remedium propter quod iudex non teneatur parti ad intereſſe,etiam ſi reperit fideiuſſorẽ minus idoneum;in quo dicas quòd ſic: Nam debet facere quod approbator fideiuſſorum,qui eſt in ciuitate,vt communiter deputantur per ciuitates, primò approbet illum fideiuſſorem pro idoneo,et ſufficienti,antequam eum acceptet ipſe iudex, et tali caſu non tenebitur in aliquo ipſe iudex,ſed tenebitur tantum dictus approbator text. eſt ad hoc not.in l.cum oſtendimus.in fin. ſupra,de fideiuſſ.tuto. & facit tex. in l.1. §.ſciendum.ſupra de magiſtra.conuenien: et hanc partem firmat dom. Alex.in l.ſi verò,in §.qui pro rei qualitate, in ſecunda colum. ſupra,qui ſatiſda. cogant. et Angel. de Aret. in tracta. ſuo malefic.in verb.quibus Antonius fideiuſſit, in penult.colum in primo verſi. et ad intellectum d l.cum oſtendimus §.fin.vide ioan.Andr.in regula, qui tacet de regul.iur.in 6.Cyn.in l.inuitus.C. de procurator d. An.et Abb.in cap.nonne.de præſump.Ludouic.Rom. in l.doctia.in 25. colum.ſupra, ſolut. matr. et Bald. in l.2.in §.voluntatẽ,cod.tit & Doct.in l.ſciendum, ſupra.de verbo. obligat. & Bart. in l. fi. infra de præto. ſtipul.in pen.colum.et in l.1.infra à quibus appe non licet.et in l.cum qui decedens,in prin.ſupra, de lega. 3. et Bald. in tale pactum. in §. qui prouocauit: in 7. colum.ſupra,de pactis.et in cap. 1. §. fin. ſi de inueſtit. inter dominum,et vaſall.lis oriatur,et in l ſtatueis, in fin.C.de ſenten.experl.reci.et in l.ſiue apud acta C.de tranſaction.in 1.colum.et Bald.in l.filius. in §. inuitus ſupra,de procura.et Card. in cle. 1. de procur. et doc. in l.1.C.de decurion. lib. 11, et ſcrib. in l. 1. ſupra, de verbor obligat et vide etiam aſt intellectum d. l cum oſtendimus § fin.vltra Docto.ſupra allegatos, Dom. Lanfrancum Brixienſem in tract de arbitris. in 2.char. in 4.colum in fin.Bald.in l.vnica.in pen.colum.in fi. C.de confeſſis.do.Anto.in cap. ſi cautio. in 6. colum. in verſic. et idcò non exigitur.de fid.inſtrumen.Card.

in clemen.1.in 4.colum.de procur.Bald.in l. fin. circa medium. C.de fide inſtrum. Sali. in l. contractus. in 1. colu.C.de fid.inſtru.io.de imo.in clem. 1. de procur. et Fel in c.fraternitatis in 3. col.de teſtib. et vide quæ ego dixi in l. contrahitur. ſupra de pignoribus, quaſi per totum.

346 † Quadrageſimooctauò quæro: Titius. fuit fideiuſſor Sempronij apud fiſcum in aliqua cauſa pro aliqua ſumma vel quantitate: quo ſtante, bona ipſius Sempronij fuerunt per ſententiam publicata. vtrum per talem publicationem bonorum, ipſe Titius fideiuſſor ſit liberatus, in quo reperio Rapha.C. hanc q. habuiſſe in facto, et ſuper eam conſuluiſſe in conſil. ſuo 32. incipien. inculpatus, etc. vbi dicit primò, videri dicendum quòd non ſit liberatus: quia licèt principalis liberetur, tamen fideiuſſor remanet obligatus, vt habetur in l.1.C.de fideiuſſo. et in l.vbicunque. infra eo. ſecundum vnum intellectum: ſed dicit poſteà quòd contrarium eſt verius: videlicet quòd ſi publicantur bona principalis in fiſcũ, quod fideiuſſor eſt liberatus: ad quod allegat Dy. & Bart. in l. 1. infrà de iur.fiſci.& notata per gloſſ.in l 1.& in l.ſi vacantia.D. de bo. vacan. lib. 10. Item allegat plures rationes ad hoc,& inter alia allegat rationem: quia actio non poſſet cedi,vt habetur in l hæres. in § quod ſi ſtipulator. & l.Vranius infrà eo.titu vbi hoc videtur expreſſum. item allegat etiam l.in fraudem.§. ſi principalia. infrà de iur. fiſc. de quo etiam latius per ipſum Rapha. Cu. in d. conſil. ſuo 32. vbi etiam ſubdit. quod hanc partem,ſcilicet quod tali caſu ſit liberatus fideiuſſor, tenuit Nico. de Matha. in l. 1. C. de fideiuſſo. & dicit ibi,quod eſt bona gloſſo.ad hoc: & dixit, quod hanc partem etiam firmauit Nico.de Matha. & Bart. in l. ſi verò. in princip.ſuprà.qui ſatiſda. cog. ſed ego vltra Rapha.in d.conſi. in ſimili adducebam not. & ſingu-
347 lare verbum: † Nam ſi ego procurator tuus ſatiſdedi de iudicio ſiſti,& de iudicato ſoluendo pro te, quem defendebam.iuxta l.1.C de ſatiſdando, & ea quæ habentur in l.non ſolum.in §.qui alieno.ſuprà, de procura.& in l.1.C.eo.& poſtea inefficiam non ſoluendo, vt quia bona tua iam incepta ſunt poſſideri per creditores tuos, quod iſta eſt iuſta cauſa recuſandi defenſionem tuam, & vlterius non litigandi pro te: quia ſi ego condemnarer pro te,& ſoluerem,non poſſem poſteà à te recuperare: ideò non teneor vlterius pro te litigare,nec contra me committitur ſtipulatio ob rem non defenſam. ita ſingulariter, & egregiè dixit Pau.de Caſtr.in l.murus in § qui non cogitur. per illum text. ſuprà, de procura. quod eſt nuit. ſed multa. de quo ego dixi in ſing meo 231.incipien. quæ de nouo emergunt,&c.& pro iſtis facit etiam in ſimili.nam ſi quis fuerit ſpoliatus bonis ſuis propter guerram, tunc non debet poſteà in ſolidum condemnari creditoribus ſuis.ita dixit Io. Fab. Inſtitu.de actiou. in §. cum quoquè. quod licitum ſecundum eum ibi eſt, æquum,& pium eum ſequitur Ioan de Platea ibi, de quo latum dixi in ſingular.meo 241.incipien non debet addi.&c.pro quo facit dictum Bald. in c.4. in fin. verbis.in tit.an agna vel fil. & facit optimè quod voluit Bald.in l.a.C de vectigal.vbi dixit, quod ſi quis portabat frumentum contrauentum: & ſic. debebat illud perdere, & in itinere obuiauit piratis, & derobauerunt eum,quod tunc non tenebitur fiſco ad æſtimationem frumenti: quod dic eſſe not tu dignum.

348 † Quadrageſimononò quæro, an ſententia lata contra principalem,noceat fideiuſſori non citato: in quo iura, & docto. videntur varij.& quod talis ſententia non noceat fideiuſſori non citato, eſt text. in l.A ſententia.infrà de appell.& pro hac parte eſt glo.

in l.cum miles ſuprà,ea quibus cauſis maio. quam gl.
ad hoc not.Bartol.in l. decem ſuprà, de verbo. obli-
gat.vbi ipſedicit, quod hanc partem tenuit Ioco. de
Arer. at l 2.C.ſi propter publi.pen.& l. magis puto §.
nè paſſim.ſuprà, de reb. eorum. poſteà dicit quod Ia-
co. But.tenet, quod talis ſententia valeat non citato
fideiuſſore: & mouetur, dicens quod valeat ſententia
qua pronunciatur teſtamentum eſſe inofficioſum le-
gatarijs non citatis. in l. Papinianus. in §.ſi ea cauſa.
ſuprà,de inoffic.teſta.Concludit poſteà Bartol.in d. l.
decem.ſe putare quod ſufficiat generalis citatio per
tubam,ſ.quicunque vult defendere talem,compareat
coram tali,tali die,& hora.ar. Authent ſi omnes Cod.
ſi ſe hæredi. abſti. & l.ſi eo tempore. Cod. de diſtra.
pign.vbi bonus text.& quod talis ſententia valeat, &
poſſit exequi contra fideiuſſorem,ipſo fideiuſſore non
citato, tenuit glo. in l.ſi Cod.de vſu. rei iudi. & idem
tenuit Iacob.de Are.in l.ſi quis pro eo. §.ſi nummos.
infrà, in hoc titu.Hanc partem videtur tenere Bald.
in l.is apud quem.in vlt.col. Cod.de eden. vbi dicit,
quod ea proceſſu inquiſitionis probatur damnum vel
intereſſe partis,quæ non interfuit proceſſu: quia hoc
venit incidenter vt ff de fur.l. interdum §. qui furem,
& ideò dicit quod latro qui confitetur ſuper inquiſi-
tione, ea eadem confeſſione poteſt damnari ad inter-
eſſe partis ſine alio proceſſu, ſecundum Inn. in c. cum
oportet.de accuſa.item dicit, quod ea quo inquiſitio
eſt permiſſa,debet prodeſſe ei cuius intereſt.ar.l poſt-
humus.§.ſi quis ea his. ſuprà, de inoffic. teſta. de quo
349 latis per eum vbi ſuprà. † Idem hanc partem etiam
tenuit Ange.in l.in cognitione.in fin.ſuprà, ad Syllæ.
vbi dicit,quod ſententia lata contra vnum quem ne-
gotium principaliter tangit, præiudicat in quandam
conſequentiam neceſſariam ei, quem negocium tan-
git acceſſoriè etiam non citato nec requiſito ad pro-
ceſſum:& ideò dicit quod ſententia lata contra prin-
cipalem, nocet fideiuſſoribus,& mandatoribus, etiam
non citatis nec requiſitis:& mouetur ad hoc pec. glo.
ibi Bald.autem in l.1.in 4 colum. Cod.de conue. fiſc.
debi.lib. 10. tenet eodem modo, quod non requira-
tur citatio fideiuſſoris, per iura, & rationes per eum
alleg Bart. autem in l. infrà. iudi. ſol. latius loquens
circa hanc q.poſt multa adducta ad partem, venit ad
hanc conclusionem, videlicet quod aut loquimur in
fideiuſſore iudicij,aut loquimur in fideiuſſore contra-
ctus. Primo caſu ſententia lata contra principalem,
nocet fideiuſſori eo non citato. Secundo autem caſu,
ſ.in fideiuſſore contractus,ſecus: ad quæ adducit plu-
ra iura,& rationes:& idem tenet Ang in d l. 1. de qua
q vide etiam Bartol.in d.l à ſententia. infrà. de app &
Spe. in tit de execu. ſenten. in §. ſequitur in ver. ſed
nunquid ſententia.& Ioan. An in c. 1. de iniurijs, &
dam.dato.in 6.& Cyn.in l. vlti.Cod. de vſur.rei iudi.
Guil de Cu. in l. 2.in fin. ſuprà, qui ſatiſ. cog. & per
Ioan de Imo.in d l.decem ſuprà, de verb. obliga. &
per Alex.in l.cum filius.in 2.colum.ſuprà, eo.de ver.
oblig.
350 † Quinquageſimò quarto: Titius conuentus in iu-
dicio, dedit fideiuſſorem de iudicio ſiſti, vel de iudica-
to ſoluendo,vel aliter:& pro alia re,& cauſa dedit fi-
deiuſſorem ſolenniter: quo facto, reperitur iudicium
eſſe nullum: vtrum tali caſo fideiuſſor ſit obligatus:
in quo mihi videtur dicendum,quod non ſit obligatus:
& hoc per tex. not. in l.2.§.1.ſuprà, qui ſatiſ.cog vbi
videtur text. expreſſius de hoc. & ibi doct.not. quod
vbi non tenet iudicium, ibi non tenet ſatiſdatio iudi-
cialis,& dicit ibi Pau.de Caſt.quem refert.& ſequitur
ibi Iaſ. in prin. quod fideiuſſor de iudicio ſiſti, poteſt
dicere de nullitate proceſſus, ex quo non obligatur,
quãdo proceſſus eſt nullus. quod dicit Iaſ. fore notan-
dum propter l.ſancimus.C. de fideiuſ & l. obſcuritatẽ.
in prin infrà,de appel item pro hac parte, quod fideiuſ-
ſio ſit nulla quando iudiciũ in quo data eſt,eſt nullum:
351 facit optimè illa regula vulgata, videlicet † quod ac-
ceſſoriũ ſequitur naturã ſui principalis, vt in regula.ac-
ceſſorium:de reg.iu.in 6.& in l.ſi. C de nõ nu.pec.& in
l.ſi ſuprà.de conſti.pec.& corruente principali,corruit
acceſſoriũ l cum principalis.infrà, de reg.iur:§.liber-
tis.inſtitu.de pupilla ſubſti & habetur in l.non dubiũ.
352 C. de legi. & pro iſtis facit optimè:† nam data inua-
liditate contractus,corruit etiam conſtitutum ſeu pre-
carium in eo appoſitum: ita dixit Bald' in l. ea teſta-
mento C.de fidei co.& Bal.in c.1 §.ſi quis.in vlti. col.
de feudo dato in vicem l. commiſſo, & eſt de mente
Bart.in l quod nemo. in princip.ſuprà,de acquir. poſ-
ſeſ. & voluit Bald. in rubric. extra. de præſcrip. in 3.
colum & Bald.in l. non dubium. in 11. colum. ver.ſi-
militer dico,&c.Cod de legi. & Ludoui. Roman. in
repet.l.ſi verò in §.de viro ſuprà, ſolut. matrimonio.
in 3. fallen. & Alex. in conſi. ſuo 83. incipien. perſpe-
ctis his in 5.colum.in 2.volu.& in conſ. 305. incipien.
lecto & diſcuſſo.in 7.colum in fi & Ludou. Roma in
conſi.41. incipien. viſis quæ egregiè circa princip. &
in conſ.246.incipien. clariſſime aſſeſſor,&c.poſt prin-
cip & voluit dom. Barth. Cæpol.in coſi. ſuo 4. inci-
pien.viſa querela in 2.colum.& Barba. in conſil. ſuo
12.incipien. viſo puncto. in 5. colum.in 4. volum pro
quibus facit optimè quod Baldus in l. abſentis in 5.
colum.C.ſi cert.peta.vbi dixit,quòd ſi non valet con-
tractus principalis, non valet etiam præceptum gua-
rentigiæ, vel confeſſio in eo appoſita: quod dicit pro-
bari in d.l ſi.ſupra,de conſtit.pecu.& idem dicit idem
Baldus in l.in contractibus.in fin.principij.C. de non
numer.pecun. quod etiam voluit domi. Alexander. in
d.ſuo conſilio 305.& facit quod voluit Bald. in addi.
Specu. in titu.de confeſ. in addi. incipien. * quando-
que * proceſſus, &c. vbi dicit, quòd quando proceſ-
ſus non tenet ratione incompetentiæ,non valet etiam
confeſſio in eo facta: & pro iſtis etiam facit: Nam
ſi principale eſt nullum, ſimiliter clauſulæ renuncia-
tionis in eo appoſitæ ſunt nullæ: ita dixit Cyn.in au-
thent ſi qua mulier.C.ad Velleian.quem refert, & ſe-
quitur Bald.in l.ſi quis in conſcribendo. C. de pactis.
in penult.colum.in fin.item reprobato aliquo,repro-
batur quicquid venit in eius concomitantiam vel vi-
gorem, ſiue ſit lucroſum, ſiue pœnale. ita dixit Bald.
in l.pactum:circa princip.C.de collat.quem refert, &
353 ſequitur dom.Bartol. Cæpol.in d. conſil. ſuo 4.† &
facit quod voluit Ludo.Roman.in conſi. ſuo 293. in-
cipien.præſuppoſito.&c,vbi dixit,quod corruente in-
ſtrumento, corruit iuramentum in eo appoſitum: &
facit glo no.in l. ſi patronus. in verbo Fauiana, ſupra,
ſi quid in frau.patro. & faciunt pro prædictis dicta per
Pet.de Ancha.in conſi. ſuo 74. incipien. viſo diligen-
ter.ante fi.& dicta per Bald.in l. ſiue à me. in fi. C. ad
Velleia.& per Lud.Ro.in conſi ſuo 115.inci. viſo com-
promiſſo.in ver.his ergò præmiſſis,&c. & per Bartol.
in l.nemo poteſt in 3.col.ſupra,de leg.1. & per Ludo.
Roma.in conſi.ſuo 449.incip.inquirimur contra Iaco-
bum,&c in fi.& in conſ.330.incip.circa primum in fi.
primæ col.& per Bald.in l.eos.in 1.not.C.de vſuris,&
per Lud.Rom.in conſ.ſuo.330.in 4.col.vbi dicit, quòd
354 acceſſorium ſequitur naturam ſui principalis, etiam
ſi acceſſorium ſit dignius principali:& facit gl in c.1.
in glo magna de lite conte.in 6.quæ dicit,quod ſi præ-
ceptum eſt nullum, non obſtat exceptio rei iudicatæ.
ad impediendum litis ingreſſum, quod etiam firmat
ibi Io.An in Nouella,& voluit d.Alex.in d.conſ.386.
inci

ſinci.viſo proceſſu.in 2.col. & faciunt ad prædicta quæ
ego dixi in conſil. meo 21. incipien. Imoone domine
ſermonem ori meo, &c. in vltim. chart. & in conſil.
meo 25.incipien. confundentur omnes, &c. in penult.
char.
355 Item ad prædictorum confirmationem facit: † Nam
quando citatio eſt inualida, vel nulla omnia poſteà in-
de ſequuta, ſunt nulla, & inualida. ita dixit gloſ. in l.ſi
accuſatoribus,in gloſ. fina. C. de accuſa. quam gl. re-
fert,& ſequitur Bald.in c.ſi clericus, in 1.colum. de pa-
ce tenenda. & in l.cùm fratrem, in vltim.colum. C.de
his quibus vt indig.& in conſil.ſuo 173. incipien. præ-
ſuppoſito, in 5. volum. & faciunt dicta per eundem
Bald.in Authent.ſi omnes, Cod. ſi ſe ab hæredi.abſti.in
vltim. colum. vbi dicit, quòd quando vitium eſt in ci-
tatione, nunquam tenet proceſſus in præiudicio ab-
ſentium: & idem dixit ipſe in l.teſtamenta.in 3. colom.
de teſta. & faciunt dicta per eundem Bald. in marga-
rita ſua.in verb.citatio. in 1. verſic. & facit etiam ſing.
dictum Bald.in additio. Specul. in tit. de inquiſitione.
in 1. ver. vbi dixit, quòd ſi non valet denunciatio ma-
leficij, non valet etiam inquiſitio propter eam forma-
ta:quod dicit eſſe ſummè not.& facit etiam, nam ſicut
non valet confeſſio torti, legitimis indiciis non præ-
cedentibus, etiam ſi ipſe tortus in ea perſeueret, vt la-
tè habetur, & ibi dixi in l. pen. infrà de quæſtionibus:
ita nec etiam valet ipſo iure, quicquid ſequitur, ita di-
xit dom.Paris de Puteo in ſuo tract. ſynd. in 302. char.
in 3.col. in ver. an confeſſio tort. allegat ad hoc plura
iura,de quibus ibi per eum,de quo dixi in d. l. pen. in-
frà,de quæſtionibus. in 5.colum.in ver.vlterius amplia,
&c. & facit etiam notabile verbum eiuſdem Bald. in
l.ſi filius ſupra, de interrogat. action. vbi dixit, quòd
accuſatus à bannito, qui ex forma ſtatuti non debet
audiri, licet patiatur labi terminum banni, tamen non
habebitur pro confeſſo ex forma ſtatuti, volentis quod
contumax habeatur pro confeſſo:quod dictum refert,
& ſequitur Catal. in tract. ſynd.in ver. 390. incip. adde
quod accuſatus ab aliquo: & faciunt quæ dixi in pra-
ctica mea cauſarum criminalium, in 78.char.& in re-
pe.mea, l.de vno quoque, in 10. char. ver. modo vltra
ſupradictas limitationes,&c.ſupra, de re iud.
356 † Quinquageſimo primò quæro, vtrum fideiuſſio
nudo pacto facta, veſtiatur cohærentia contractus: in
quo reperio Bal.tenuiſſe, quod noo in l. ex placito. in
vlt.col.in ver.17.quæro.C.de rerum permu. vbi ad hoc
alle.tex.in l.5.in §.ſatis acceptio ſupra, de verbo. oblig.
& pro hac parte facit etiam: nam fideiuſſor non obli-
gatur ex pacto nudo,etiam de iure canonico,ſecundùm
Bald.in c.1.in pen.col.ver.pactum nudum.extra.de pac.
& facit ratio:quia fideiuſſor non poteſt obligari, niſi
interueniat ſtipulatio.d.l.5.& §.ſatis acceptio. ſupra,de
ver. oblig. & l. blanditus, C. de fideiuſſ. niſi fideiuſſur.
interueniat apud acta per l.cùm oſtendimus, §. fin. ſu-
pra, de fideiuſſ.tu. ſed contra prædicta facit, nam ſi in
tali nuda fideiuſſione interpoſitum eſſet iuramentum,
certè talis fideiuſſio valeret, cum iuramentum regu-
lariter valideт actum inualidum, vt poſſent poni plu-
ra, & plura exempla, quæ omitto breuitatis cauſa: &
357 hoc patet etiam in pacto nudo. † Nam licèt ea pa-
cto nudo non oriatur actio, vt habetur in l.iuriſgen-
tium, in §. ſed cùm nulla & in §. generaliter ſuprà, de
pact.in l.elegantet, in §. ſeruus pactionis ſupra, de do-
lo.& in l.legem & in l.petens,C.de pact.tamen ſi in pa-
cto nudo interuenit iuramentum,ex eo oritur actio,ſe-
cuodum Matthæ,in not.ſuo 35. incip. no. nouam regu-
lam:vbi ad hoc alleg.l.ſi quis maior.C.de tranſact. &
eum refert, & ſequitur do.Felin. in c.1. in 2. col. extra.
de pact. Ergò idem dicendum eſt in nuda fideiuſſione,
Hippol. de Marſiliis.

358 etiam ſi in ea non ſit appoſitum iuramentum: † Quia
inter ſimplicem loquelam, & iuramentum Deus non
facit differentiam,vt eſt expreſſum in c. iuramenti, 22.
q 5.& in c.& habetur in c.quicunque ſuffragio 12. q.2.
& voluit gl.in c.1.de pact.& pro hac parte, & opi facit
quòd voluit Bald. in c.ſi pro debilitate in 4. colum. de
offi.deleg. vbi dixit, quòd bona fides requiritur in his,
qui plurimum negociantur:& in illis non differt pactũ
nudum à ſtipulatione, allegat l.1. ſupra, de conſti. pe-
cun. vnde campſores, qui tenent menſam authoritate
publica,non habent beneficium excuſſionis,ſecundum
eum, quod reputat no.Alex.in l.iuriſgentium, in §. igi-
359 tur nuda. ſupra, de pact. † & facit gl. in l quintus ſu-
pra. manda. quæ dicit, quòd verecundia eſt alicui, re-
cuſare,quod promiſit pacto nudo: & idem dixit Sal.in
l.placuit,C.de iud.vnde dixit Barr.in d.l.quintus, quod
in curia mercatorum.vbi poteſt decidi negocium bona
æquitate, non poteſt opponi iſta exceptio: non enim
interuenit ſtipulatio, ſed fuit factum nudum & faciunt
dicta per Bar. in l.fideiuſſor.§. quædam ſupra, man. &
in l.ſi fideiuſſor. in fin.infra, in hoc titul. & per Alex.in
apoſtillis in d.l.quintus.
360 † Item etiam ad prædicta facit: nam contrahens
ſponſalia per verba de futuro, etiam ſine iuramen-
to, tenetur illa ſeruare, & non poteſt venire contra
fidem præſtitam: ita dixit Abba. in cap. ex literis el.2.
in 3. nota. extra de ſponſa. & eſt textus, in cap. 1. ex-
tra.de ſponſa. duorum: & ibi Abba. in 2. nota. & eſt
text. in cap. ſicut ex literis, & ibi Abb. poſt Innocen.
in 3.nota. de quo latius per dom. Felin. in cap. 1. in
pen. colum. de pact. Item pro iſtis etiam facit text.
nota. in cap. qualiter. in verbo, promittuntur, eod.
titu.de pact.& facit etiam text.in l. fi. C. ad Velle. vbi
dicitur, quòd fideiuſſor nudo pacto obligatur: quem
text.dixit ſing.Lud.Roman in repeti. Authent. ſimili-
ter in 6 colum. ver.quartum. C.ad l.Falcid. quem re-
fert.& ſequitur dom Felin.in d.c. 1.de pact in vltim.
colum.& facit optimè text nuc.in c. iudicante. extra.
de teſta.vbi habetur,quod aliquis obligatur nudis ver-
bis licèt non interueniat ſtipulatio:quem text ad hoc
361 alleg glo. in c. quicunque ſuffragio 12. q.2. † & facit
etiam gl.in d.c.iudicante quæ dixit,quod legatum fa-
ctum nudis verbis valet,ad quod alleg tex in l fi. C.de
fideic.attamen ſupradictis non obſtantibus,credo pri-
mam opi.fore veriorem, ſ. quòd nuda fideiuſſio non
valeat.& non veſtiatur cohærentia contractus:& hoc
per illam rationem,quòd in fideiuſſione requiritur ſti-
pulatio,vt in d.l.5.ind §.ſatis accepto & in d l blan-
ditus.& in l.ſciendum cum gl.ſupra,de verb.oblig &
nõ obſtat text.in d.l.fi.C.ad Velle.& in d c.iudicante.
& in d l. fina. C. de fideicom. quia dico quòd illi ſunt
caſus ſpeciales fauore piæ cauſæ:nec obſt.illud, quod
inter ſimplicem loquelam.& iuramentum Deus non
facit differentiam: de quo latius per do.de ſancto Ge-
mi.in cap fin.in pen.colu.de iureiuran.in 6. quia dico
quod illud habet locum quoad Deum,& in foro poli.
ſecus in foro fori,vt volunt doct in d.cap.1.de pact.&
de hac præſenti quæſtione, an valeat fideiuſſio facta
nudo pacto, & an illa veſtiatur cohærentia contra-
ctus.vide Iaſon.in d.l.5.d.§. ſatis acceptio. ſupra, de
verb.obli.
362 † Quinquageſimoſecundò quæro,an fideiuſſor con-
uentus pro executione ſententiæ latæ contra principa-
lem,poſſit petere executionem cõtra ipſum principa-
lem ſine alia ſententia, vel proceſſu facto inter ipſum
fideiuſſorem, & principalem, in quo reperio Bal.
ponentem hanc quæſtionem in l.fi.C.de vſu.rei iudi.
in 2.col.vbi primò dicit,videri dicendũ,quod ſic:quia
propter coniunctionem cauſæ eſt idem iudex,qui tulit

ſententiam principalis, & fideiuſſoris. alleg l.minor. ſupra, de euictio.in princip.& C.de ſenten.l. cum eorum, & C. vbi cauſæ. fiſca.l.cùm vendenti. ſed poſteà ipſe Bal.vbi ſupra, diſtinguit hoc modo, videlicet qui aut loquimur in fideiuſſore iudicij, aut in fideiuſſore contractus. Si in fideiuſſore iudicij, & tunc fideiuſſor poteſt petere executionem contra principalem ſine alia ſententia: ſecus autem dicit eſſe in fideiuſſore contractus, quia tunc non eſt iudicium commune inter eos: vnde tunc nec hinc, nec inde proceditur executiuè: & quærit poſteà etiam ibi ipſe Bald.quid autem in quaſi fideiuſſore,id eſt,in patre: vtrum filio ciuiliter condemnato, fiat executio contra patrem; & dicit, quod gloſ.dicit, quòd ſic: quia ex ipſo iudicio obligatur, dum tamen filius fuerit in iudicio patre conſentiente: & hoc,quo ad executionem fiendam contra patrem in peculio profectitio, & in vſufructu aduentio: nam talis vſusfructus redigitur ad inſtar peculij profectitij: iſta eſt gloſſ.ſingularis, quæ non eſt alibi ſecundum eum in l ſi condemnatus. ſupra, de noxal. quam dicit eſſe perpetuò not.& menti tenendam.ita reſidet Bald.circa prædicta in d.l.cum antiquitas.in 2.colum. ver. quæro vtrum.C.de vſu. rei iu.

363 † Quinquageſimotertio quæro, an fideiuſſor ſoluens pro principali, habeat executionem paratam contra eum.in quo reperio Bar.formantem hanc quæſtionem in l.fi.in fi. C.de vſur.rei iudi.& ibi dicit, quod fideiuſſor iudicatum ſolui, qui exactus eſt pro domino, habet executionem paratam contra dominum, nec habet neceſsè contra eum date libellum in actione mandata, nec contra eum procedere ordinariè,& hoc per text. ibi in ver. ſtatim &c. & idem tenet ipſe Bar. in l. 2.§.fin.ſupra, qui ſatiſ. cog & latius in l.1.in 1.col. infra, iud.ſol & dicit,quod hoc etiam tenet Spe.in tit. de execu.ſenten in §.ſequitur.ver.ſed nunquid ſententia & Ioan An.in c.1. de iniu.in 6.& Cy.in d.l.fin.C.de vſur.rei iudic.& Guil.de Cu.in l.2.in fi.ſupra,qui ſatiſ. cog.ſed ſecus dicit Bar.in d l.1.eſſe in fideiuſſore contractus: & hoc,l græcè.in §.ſi à debitore ſupra,de pig. & in l à ſententia.in princ.infra,de appel.&per l.præſenti.§ aduertentes.C.de his qui ad eccl. confugiunt, & hanc partem etiam tenuit Ang in l ſi cum pecuniam. C.de priuileg fiſci.& adde hic Bald. in l.cum eorum. circa princ.C.de ſenten. vbi dixit, quòd ſi fideiuſſor capitur pro debito, quòd poteſt per eundem iudicem facere capi reum principalem incidenter, licèt talis non eſſet ſuus iudex. quod tamen dicit eſſe verum in fideiuſſore iudicij, ſed ſecus dicit eſſe in fideiuſſore contractus, quia nulla l. hoc dicit. de quo latius per eum ibi: quid eſt not.in hac materia (Vide d.Fl.in l.ſi plures eiuſdem ff.de noxali.

364 † Quinquageſimoquartò quæro,an fideiuſſor conuentus a creditore,poſſit ſoluere de bonis principalis: in quo dicas,quod ſic, quando ipſe fideiuſſor eſt pauper, & non poteſt ſoluere de ſuo,& ne fortè marcidetur in carcere:ita dixit Bart. per illum tex.in l. ſi procuratorem in §. ignorantes.in prin.ſupra,mandati.vbi ad hoc alle.optimum tex.in auth.qua in prouincia. C. vbi de cri.agi oportet.& alleg etiam gloſ.in l.venditor. ſupra,de iudic.& Auth.ſi captiui. C.de epiſ. & cle. & idem tenet Ang in Auth. vt omnes obe.in iudi. in princ.in 4 col & Bar.in dicta Auth.qua in prouincia. & ibi Bal in fi & in d. Auth.ſi captiui. & idem etiam tenet Bal in C ſi qui teſtium.l.fi.extra.de teſti.& idem etiam dixit Ang. loquens in fideiuſſore. in l. Plautius. ſupra, de procur. quem refert & ſequitur Alex. idem firmans. in d l ſi procuratorem. §.ignorantes. & idem etiam voluit Bal.in ſuo reperto.in verbo, fideiuſſor in 2.col.in 2.ver.ſic eſt communis omnium doct.concluſio in hac quæſtione, quod ſi fideiuſſor eſt pauper, quod attenta eius impotentia ſoluendi,poterit ſoluere de bonis principalis: quod maximè credo procedere in fideiuſſore de iudicio ſiſti, & de iudicato ſoluendo: & hoc per ea quæ dixi ſupra, in q. proxima præcedenti, & in quæſtione ibi antecedente. quæ videas, & adde etiam dicta per Iac de Are.& per Bar.in l.eandem. ſupra,de verb.oblig. quæ refert etiam ipſe Barto.in d. §.ignorantes, quod quando ſunt plures hæredes, qui tenentur ad eandem ſpeciem: quia neuter ſolutione partis liberatur, poteſt vnus ſoluere partem alterius: & ſic etiam fideiuſſor poſſet mittere te in poſſeſſionem rei principalis, quam ſoluere tenebatur: & hoc per illum tex.quod dicit eſſe menti tenendum.Quando autem fideiuſſor pro principali eſt carceratus,an poſſit petere, vt ipſe principalis faciat eum relaxari à carceribus, vel poſſit petere damna, & intereſſe, vel aliud ab ipſo poſſit petere: vide Bal.in l.fi.in fi. C.de vſu.rei iudi.& in l.quanquam. C.de ſen.quæ ſine cer. quanti in quibus locis hoc examinat.

365 † Quinquageſimoquintò quæro:pone,ſtatutum imponit pœnam pecuniariã pro vulnere,& etiam pro homicidio: vt putà,ponit pœnã centũ pro vulnere, & pro homicidio ponit pœnam mille: modo Titius fuit vulneratus à Seio, & fuit inquiſitus de dicto vulnere,qui tunc dedit fideiuſſorẽ pro pęna dicti vulneris quo ſtante, ſequitur mors dicti Titij vulnerati: vtrum dictus fideiuſsor teneatur nedum pro pœna vulneris,ſed etiam pro pœna mortis, ſic in mille: in quo Spec. in tit. de fideiuſ.in §.2.in ver.ſed pone, R.vulneratus, &c. dicit videri dicendum, quòd non teneatur niſi ad pœnam vulneris: nam ipſe fideiuſsor fideiuſſit pro vulnere, & ſic pro re certa. vnde pro alia non tenetur.l.centũ Capuæ ſupra,de eo quod certo loco.& ſupra,qui ſatiſda. cog l.2.§ fi.dicit poſteà,quod in contrariũ facit, quod teneatur ſi ex illo vulnere mortuus ſit,eo quia occiſus

366 videtur,qui eſt letaliter vulneratus:quia † quæ incontinenti fiunt, videtur ineſse. l.lecta ſupra,ſi cer.pet. & arg.extra.de electione. c.officij. et ſupra de teſtam.mili.l.pen et facit ad hoc,ſecundum eum.l.ſi quis pro eo. §.2.infra, in hoc titu.et C. quorum lega.l.fin.et extra. de cle.percuſs c.2 tamen ſecus dicit,eſse,ſi vulnus non fuit mortale, quia tunc fideiuſsor non teneretur, niſi ad pœnam vulneris, licèt eſser ſequuta mors. alleg. l. qui occidit. §.fin.ſupra, ad l. Aquil.et hanc partem tenuit per dicta iura Dyn.in l.fideiuſsores magiſtratum. infra de hoc tit.ſed dom.Flo. de ſancto Petro in l.ait lex in 1.colum.ſupra,ad l.Aquil.dicit, quòd talis fideiuſsor non tenetur, niſi ad pœnam vulneris, eo quia morte ſequuta, pendente proceſsu vulneris, proceſſus ille extinguitur, et de occiſo poſteà quæri debet. allegat l.illud in eodem titu.et ideò dicit,quòd extinguitur etiam obligatio de iudicio ſiſti, et de iudicato ſoluendo,et in l græce in §.et poſt litem.infra, in hoc titu.iuncta leg.cum quærebatur, et l.cum apud ſuprà, iudicat. ſol. et dicit quòd hæc videtur ſibi vera concluſio, licet Doct.circa hanc quæſtionem variauerint et idem etiam tenuit ipſe Flo. in l.ſi vulnerato. in 1. colum.eod.tit.ſupra, ad l.Aqui.idem etiam tenet Bar. in d.l. fideiuſsores magiſtratum, infra, in hoc tit. et idem tenet Bald. in l.2.in §.ſiue in duplum. ſupra,qui ſatiſ.cogant.et idem tenet Iaſ.in l.2.in §. fin.in fin. ſupra,quod ſatiſdat.cogant.ſed Bald.in addit. Specu. in tit.de fideiuſso. tenet indiſtinctè, quòd talis fideiuſſor non teneatur, niſi ad pœnam vulneris, et hoc per illam rationem, quod primus proceſsus annullatur mutato titul. criminis, et non eſt eadem forma agendi:et idem tenet ipſe Bald.in ſuo repertorio in fideiuſs. in ſecunda colum.in 2.verſicul. et.iſta opinio.

Bald.

Bald,& Flo.& ſequacium verior videtur,& æquior, eo
367 quia fideiuſſor ſolùm fideiuſſit pro vulnere,† & actus agentium non operantur vltra intentionem eorum, vt in l.non omnis ſupra ſi cert.peta.cum ſimil, & hanc quæſtionem etiam tetigi remiſſiuè.ſupra, in quæſtio. 29.ante fin.de quo etiam per Iaſon in l.1 in vltim. colu.ſupra, de in lit.iur. An autem pax facta de vulnere, extendatur ad mortem morte ſequuta, vide quæ dixi in practica mea cauſarum criminalium, in 101.chart. in fi & in char.195.circa medium:in quibus locis etiam poſui alia plura in materia vulnerati,quando ſequitur mors.videas ibi ſatis latè.

368 † Quinquageſimoſextò quæro plures fuerunt inquiſiti de aliquo delicto,in quo venit imponenda pœna pecuniaria,an talis caſu vnus poſſit fideiubere pro alio.in quo dicas,quod ſic dummodo aliter ſint idonei facultatibus :ita dixit Barto. in l Romanus. ſupra de tuto.& curato.dat.ab his,vt dicit,quod plures accuſati, vel inquiſiti,vel ſimul, cum armis inuenti poſſunt inuicem fideiubere, & idem voluit ibi Bald.& idem tenuit idem Bald. in l. omnes la ſecunda. C. de epiſcop.& cleric. & idem voluit Angel. & Ioann. de Imo.in l.reos in princip. infra de duobus reis. & Ang. de Aret.in tract.malefic.in verbo, pro quibus Anton. fideiuſſit in verſic.quæro an vnus, &c.& ibi in additione vbi do. Auguſt. de Ari limitat.prædicta, ſecundum quod ſupra dixi. videlicet prædicta eſſe vera, & locum habere, dummodo dicti fideiubentes ſint idonei facultatibus, aliàs non allegat gloſſ.ad hoc in §. ſuſcepto,in authen.de exhiben.reis, quod etiam dixit Bald.in d.l.Romanus.

369 † An autem quando plures ſunt inquiſiti pro aliquo delicto, vnus poſſit teſtificari pro alio:dicas,quod aut contra eos proceditur ciuiliter de crimine,aut criminaliter:ſi proceditur ciuiliter,& tunc vnus poteſt teſtificari pro alio,ſed ſecus eſt,quando proceditur criminaliter, quia tunc vnus non poteſt eſſe teſtis pro alio:ita dixit Franc.de Are in conſ.ſuo 16.inci. in cauſa illorum,&c.in fin.pen.colum.vbi ad hoc allegat.Spe. in tit.de teſti.in§.1.in verſic quid ſi quatuor homines &c,& tex.in cap.quoniam de teſti.& ibi Abb de quo etiam habetur per Angel in l. fin. infra de ſicar. & in quantum do.Franc.de Aret.in dict.conſil.dicit, quod in criminalibus tales inquiſiti non poſſunt teſtificari vnus pro alio: dico iſtud poſſe limitari, & reſtringi, niſi aliter crimen per alios probari non poſſet,quia tunc poſſent deponere vnus pro alio : nam quando crimen aliter probari non poteſt,tunc indiſtinctè ſocius criminis admittitur in teſtam:ita multū ſingul.dixit domi. Franc de Aret. in d.conſ ſuo 61. in cauſa illorum. in vltimis verbis : ad quod alleg text. in cap.fin.de teſt cog.& dom Anto.& alios in c.quoniam.de teſti.& Bald.in l. quoniam per illum text. C. de teſtibus.

370 † Quinquageſimò ſeptimò quæro: Titius mutuauit Seio: cui Titio ipſe dedit pro dictis mille plures fideiuſſores:attamē dicta mille, & tuta. & integra peruenerunt ſolum ad manus vnius ex dictis fideiuſſoribus:modo dictus Seius tempore præmiſſo non reſtituit mille Titio creditori,adeo quod eſt ſibi neceſſe exigere fideiuſſores: quæro, an poſſit pariter contra omnes fideiuſſores agere pro dictis mille: an contra vnum vel duos tantum, in quo mihi videtur dicendū, quod ſolum debeat primo agere contra illum,ad cuius manum peruenerunt tota illa mille,& non contra alios : & ad hoc dicendum moueor à ſimili per textus not.in l.actione in §.ſi communis pecunia, ſuprà pro ſocio.vbi text.dicit,quod ſi communis pecunia ſit penes aliquem ſociorum, vt quia fecerunt eum camerarium,vel burſarium, aut depoſitarium, quod prius agendum eſt cum illo,quam cum alijs ſocijs:& ſic licet actio pro ſocio ſit perſonalis, tamen ſequitur ſocium camerarium,vel depoſitarium inſolidum,quod ſecundum Rapha. Fulg. ibi procedit, ſecundum quandam æquitatem,quæ verſari debet in iudicijs bonæ fidei:& hoc refert,et ſequitur Soc.in conſ ſuo 24.incip. viſis, &c.in 6.colum.ita videtur mihi argum prædictorum dici poſſe in quæſtione,quod licet omnes fideiuſſores pariter ſint obligati in caſu noſtro, tamen poſt quam conſtat quod tota pecunia peruenit ad manus illius, primo ipſe erit conueniendus & diſcutiendus:& facit optimè quod voluit Guil de Cug.in l.ſed Iulianus.in § idem ait ſi duos.ſuprà ad Macedon.vbi dixit per illum tex.quod ſi plures rei debendi conſtituantur, attamen ſi in rei veritate ad vnum peruenit pecunia,quod tunc alij loco fideiuſſorum habentur : et ille habetur pro principali obligato: illi gaudebunt beneficio fideiuſſorum per gloſſ.in authen de fideiuſſ. in §.1. in gloſſ.in verb.fideiuſſorem.& idem voluit Bar.in quodam conſil.ſuo, incip. Titius promiſit mihi, &c. vbi dicit,quod ille prius eſt conueniendus,ad quem peruenerunt pecuniæ,& illo non reperto ſoluendo, poſtea deuenitur ad alios correos, qui non habuerunt pecuniam : & idem dicit Bart. in l.duobus §.1.in verſ. ſeptimò quæro, &c. ſuprà de duob.reis.& allega.in ſimili bonum tex.in l vnde quæritur in princ. ſupra cōmod.& idem dixit. Lodo. Roma. in conſ. ſuo 114. incip viſis ſupra conſultis,&c.in princ. vbi alleg. Guil. de Cug.vbi ſupra.& Bart. in dicto ſuo conſil. de quo
371 latius ibi per eum : † facit ad prædicta ſimile, quod dicimus de tutore qui geſſit,qui prius eſt conueniendus,quam ille qui non geſſit,vt habetur in l.2 in § ſi. ſupra de curato.bonis dando, & faciunt etiam dicta per Iacob.Butr.in d.l.vnde quæritur.vbi dixit, quòd ille eſt prius conueniendus, ad quem peruenit pecunia;& idem tenet Ang.ibi, & faciunt dicta per Bald. in l.cum in plures.in §.veſtimenta.ſuprà locati: vbi dixit, quod ſi ad vnum de duobus correis tota pecunia peruenit,quod tunc poteſt actor cogi, vt contra eum agat,ad quem peruenit pecunia periculo, & expenſis correi: vt ibi,& in d.l. vnde quæritur : quòd dicit eſſe menti tenendum, quia licet in inſtrumentis communiter renuntietur beneficio de duobus reis, tamen illis legibus communiter non renunciatur:& facit tex. in l.diuus Seuerus.in verſic.prout quiſque geſſit tutelam,&c.eſt in l.tutores.§.1.in verbo,nihil geſſit,eſt in §. curatores.in verbo negotia geſſerunt, &c. ſuprà de adminiſtratio. tutor. & facit text. leg. actione. in ver. nemo tenetur,niſi qui in tutelam &c. eſt in l.prima.§.de rationibus,in ver.geſſerunt;ſupra de tuto.eſt rationibus diſtrahendis: & faciunt optimè dicta per Bald vbi ſupradicta approbat in conſ.ſuo 12 incip. illud, &c.in 7. eſt 8. col.in 4. vol. eſt dicta per Soc. in conſi.ſuo 27. incip. viſis, &c in pen.col.in 4. vol. eſt Pau.de Caſ in l.1 §.1. ſupra,de duo. re. tene menti prædicta, quia illa ſæpè contingunt in facto. (Et vide ſupra eo. in 12. col.in ver. vlterius antequam,&c.)

372 † Quinquageſimooctauò quæro : pone quod eram tibi debitor in centum, pro quo debito dedi tibi fideiuſſorem quo ſtante, adueniente tempore ſolutionis, obtuli tibi debitum,& depoſui, & cōſignaui,& ſic videtur ſublata obligatio, vtrum fideiuſſor poterit poſteà conueniri, ſi te accipio pecuniam : in quo videtur dicendum quod non : quia res ſemel extincta, amplius non poteſt reuiuiſcere l.qui res in §. aream. infra, de ſolut. cum multis ſimi. ibi in glo. alleg & quod non poſſit vlterius conueniri fideiuſſor,tenuit Spe. in tit.

de fideiuſ.in §.in verbo, quid ſi obtuli & allegat.rationẽ, dicens hoc procedere, quia vlterius principalis non eſt debitor ex prima actione, vel ex prima obligatione: ergo ad quod allega.l accepram. C.de vſur.ſed dubito de hæc deciſione ex pluribus:& primò per illud, quod dixit ipſe Specul.in dicto.tit.de fideiuſ.in dicto §. 1. in pen.col.in ver pone, cùm deberea mihi 10. & cæt.vbi dicit, quod ſi debebas mihi 10.& dediſti mihi fideiuſſorem,& obligaſti buna tua, poſt hoc fuit mihi datus fundus.in ſolutum à iudice: qui fundus eſt à me euictus & tu non es ſoluẽdo, nunquid habebo regreſſum ad fideiuſſorem & dicit videri dicendum quòd non: quia extincta eſt obligatio principalis per dationem in ſolutum, vt ſupra, de pigno.actio.l.eleganter .& in d.l. cum res in d.l § aream. & C.de euict. in l. ſi prædium. Dicit tamen poſteà, quod attamen videtur quod reſtituatur vtilis contra fideiuſſorem, vt infrà de iure fiſ. l. Titius.& ſupra.ad Trebe.l.debitor & infra, de ſolutio. l.ſi creditor,& d.l.qui res in princ.Secundò dubito de prædicta deciſione Spec.propter aliud, videlicet quia

373 non dicitur veniſſe, qui non ſtetit:& † non dicitur factum, quod nõ iurat t.ctũ l.itẽ.§. quod ſi actor. ſupra, quod cuiuſq; vniuer.nor.l. ſi pro parte §.verſum ſupra, de in rem verſo. cũ multis ſim.ibi in alleg. & eſt etiam tex. quem ibi ponderat Io.de Imo.in l.3.in §.ſi quis ita ſupra de hær inſtit.& voluit Soc.in conſ.ſuo 91.incip. viſa diligẽter in 2.col.vbi aliqua ad hoc alleg. & ideò ſi carceratus qui aufugit, reuertatur ad carceres. non dicitur aufugiſſe ſecundum Bal. in l. 1. in 3.col. C. de ædil. act.& in l.1.in 5.colu.C.de ſer fugiti. Pro quibus faciunt dicta per Sociu.in conſ. 100. 17.incipien viſa, &c.in 2.colum & per Paul.de Caſt. in l. Ariſto. in §. Labeo. ſupra, de dona & per Socin. in conſilio ſuo 133. incipien. profectò. &cæt in 3. colum.in verſic. 3. eſt vltim &c.

374 † Et facit etiam pro iſtis: † Nam ſi ex forma ſtatuti, bannitus non poteſt habitare in ciuitate, aliàs poſſit ibi capi, & decapitari, non habet locum in bannito tranſeunte,& comedente in hoſpitio,& poſteà recedẽre.nam tunc non dicitur veniſſe, quia non ſtetit:ita dixit domin. Nellus in tractat. bannito in prima parte ſecundi temporis.quæſtio.58.& Petr de Anch. in conſilio ſuio 73.incipien. viſo diligenter aore fin. & facit:

375 † Nam ſtatutũ, diceos quòd aliquis non poſſit conducere ſal vel bladum ad ciuitatem ſub certa pœna, non habet locum in conducente bladum. vel ſal ad ciuitatem, vt illud alibi transferat: ita colligitur ex his, quæ dicunt Iacob de Aret.& Cyn.in l.ſi quis poſt hoc.per illum text.cum gloſ.C.de ædifi. priua. & Io. An.in addition. Specul. in titul. de conſtituo. §. 1. in addition.incipien Guido de Suza. &cæt eſt Bartol. & Ang in l.cætera.in §.ſed & ſi quis. ſupra, delega. 1. & Pet.de Ancha & Ioan de Imo.in c.1.de cleric.non reſiden.de quo latius per Alexan. in conſil. ſuo 433. incipien. viſa inquiſitione. in 1. colum. de quo etiam per Pau de Caſt.in d. l.cætera. in d. §. ſed ſi quis. & ad prædicta facit optimè, quod dixit Ludo. Roma. in conſil.ſuo 510. incipien. quo ad primum in 9. col. in verſic. 1 quia licèt, &cæt. & Bald. in repertorio in verbo, bannitus. in verb. quid ſi bannitus capiatur & per Socin.in conſ.ſuo 76.incip.viſa in 4 con.in princip.

376 † Et faciunt dicta per Bartol.in l. ſicut. in ſuperuacuum in 3.columm.in ver redeo ad ordinem,&cæt. ſupra, quibus modis pigno.vel hypth. ſolua. vbi dicit, quòd ſi iudex facit præceptum alicui, quod diſgombret,& exeat poſſeſſione alicuius domus: quo facto, ille exit.& diſgrombat illam domum, poſtea reingreditur dictam domum, an dicitur veniſſe contra dictum præceptum.& dicit, quod ſic: quia non videtur exiniſſe, ex quo reingreſſus eſt: quia illud præceptum intelligitur de exitu perpetuo: allegat iura de quibus ibi per eum.Item facit etiam quod voluit Bal in l.ſi quis ita.C.de pactis inter emptor & vendi.vbi dixit, quod ſi.teſtator reliquit centum eccleſiæ, vt ex illis, ſibi emat fundum, eccleſia emit dictum fundum: poſtea vult illum vendere, an poſſit:& determinat, quod non, quia videntur data illa centum ad emendum fundum, vt fundus ſit perpetuò in ſeruitium ſeu beneficium eccleſiæ.allega.l.Titio centum.ſupra, de conditio.& demonſtra.& faciunt etiam dicta per Ang.in l.ſi quis ita. ſupra, de conditio.inſtitu.

377 † Et faciunt dicta pro dom Feli. in capitu. ex parte decani.in 4.colum.de reſcript.vbi dixit, quòd ſi ſchedula citationis affigatur oſtio,& ſtatim leuetur, tunc non dicitur citatio competenter facta:& per Abb in conſi.53.incip.inſtrumentum.in vlti colu.in 4.volum. & per d.Philip.Decium in conſilio ſuo 177.incipien. quod ſupra ex quibus omnibus redditur dubia deciſio Spec.in dicta quæſtio.quare cogita.

378 † Quinquagèſimonono quæro: pone, creditor elapſo termino ſolutionis fiendæ, fecit capi, & carcerari fideiuſſorem; quo ſtante, petit etiam tenutam bonorum ſuorum: An ſit audiendus, in quo dicas, quod ſic ſecundum Bar.in l.conſentaneum.in vlti. col.C.quomodo.& quando iudex.& Bal.in l.ignorare. C. de reſtit.milit.& voluit Pet.de Acha.in c.1.de eo quod mitt. in poſſ.rei ſeruand.cauſa:eſt allegant rationem prædicti doct. eſt dicunt quòd ratio eſt, quia iſta duo tendunt ad eundem effectum, eſt vnum non eſt contrarium alteri.

379 † Pro quo facit dictum Bald.in cap. dilectus in 2. col.de appel.vbi dixit, quod carcer non ſoluit debitum, ſed burſa: quòd etiam dixit ibi Car, Alex.in 2. col. eſt illam doctrinam Bar.in d l.conſentaneum eſt aliorum ſupra allegatorum. refert, eſt ſequitur Alexa. in conſ.ſuo 477.incip.in cauſa Strazaroloiũ.in pen.col. Sed tu vltra eum dicas, quòd idem tenuit Archid. in rub.de eo qui mitt.in poſ.rei ſeruan.cauſa in 6.eſt Bal. in.l.1 §.fi.in fi.pen.col ſupra, ſi quis ius dicen non.obtempe.vbi pro hoc dicit eſſe tex in c. quoniã frequenter.§.ſi.vt lit non conteſt.& idem tene. Pau de Caſt. in l.qui legati per illum tex. C. vt in poſſeſſio. legatorum.& ibi allegat plura iura ad hoc,& reprobat tenentes contrarium:& idem tenet ipſe Pau.de Caſt. in l. 4. in §.ait prætor. circa fi & ibi in §.ſequen.ſupra, de re iudi.vbi allegat Barr.in d.l.conſentaneum.Idem etiam tenet ipſe Pau. de Caſt. in l. ſi Stichum in §. idem Celſus.ſupra, de nouation.& idem voluit Abb.in c. prout.in vlt.col.de dolo et contum.et Angel. in l. qui reſtituere.in vlt.col.ſupra, de rei ven. at in l. aduerſus. C.de actio.et oblig.et do.Alex.in l 4. in § ſi ex conuentione.ſupra, de re iudi.et Cardi.Alex.in c.dilectus. in 2. col. de appela. in ver. nota. ex text. ibi propter quod, etc.

380 † Item ad prædicta facit, quod not.dixit.Bal.in c.cõtingit.in 6.col.de dolo.et contũ.vbi dicit, quod captura rei non liberat fideiuſſorẽ.Sed dicit quòd imò vterque poteſt capi pro eodẽ debito ad quod alle. l. hæres à debitore.§ quod ſi ſeruus.et ibi Bart.infra, in hoc titu.et allegat etiam rationem, dicens quòd licèt deuentum ſit ad capturam, non tamen eſt ſatisfactum. Idem dicit contra, videlicet ſi primò eſt captus fideiuſſor quod poteſt etiam capi reus principalis: nec iuuatur reus, ſi fideiuſſor appellat à captura, vt in l. creditor, ſupra mand.ai.in princ.vbi gloſ.not. de quo latius per eum vbi ſupra. & vide Ang. in l.nemo carcerẽ.in 2.col.C.de exact tribu, lib.13.vbi dicit circa hanc materiam,

Digitized by Google

materiam, quod vno contextu non pnteſt peri reuuta, & carcerario, ſed poreſt peti vnum poſt aliud. De qua materia latius loquutus ſum in practica mea cauſarum criminalium, in charta.209., in char.210. & etiam de hac eadem materia loquutus ſum in ſingula. meo 398. incipiente, dixi tibi alias, &c. & in l. vuius ſacinoris. in §. cuſtodiæ. in pen. col. infra de quæſtionibus, vbi videas.

381 † Sexageſimò, & vltimò quæro, & quando fideiuſſor poſſit eſſe teſtis pro reo principali? in quo Spec. in tit. de teſte. in §. 1. in verſ. quod de fideiuſſore, &c. dicit, quod aut debitor principalis eſt ſoluendo, & tunc admittitur, cum tunc non poſſit ipſe fideiuſſor pati damnum: aut non eſt ſoluendo, & tunc ſecus, & ſubdit ibi. Ioan. And. hoc eſſe verum, etiam quando fideiuſſor renuntiaſſet beneficio de fideiuſſoribus. De quo ibi latius per eum. & idem videtur tenere Bartol. in l. ſi cui legetur. § fi. ſupra. de legat. 1. vbi ſe remittit ad Spec. vbi ſupra. & iſta videtur communis opin. de qua quæſt. vide etiam per Aug. in l. ab executore. in §. 1. infra, de appellatio. per Ang. & Imol. in l. fideiuſſore. §. ſi ſupra, de lega. 1. per Ioan. de imol. in l. à ſententia infra, de appella. in prin. per Bar. in l. ſi quis ita ſupra. de rebus dub. per do. Felin. in c. inſuper. in vltim. col. de teſtibus per omnes in l. dictantibus. C. de teſtamen. per Alexan. in conſi ſuo 78. incip. in cauſa, & lite &c. in 2. colum. in 1. vol. in quibus locis doct. ponunt plura exempla, vt eſt in legatario, & fideicommiſſario, qui poſſunt teſtificari pro teſtamento, quia eorum principaliter non intereſt, & in proxeneta, & ſimili-
382 bus. † An autem fideiuſſor poſſit teſtificari pro confideiuſſore, & dicit Iaſ. in l. dictantibus. in finalibus verbis, pro ſic, quòd poſſunt teſtificari vnus pro alio: ad quod allegat Cyn. & Bald. & Angel. ibi, & Bart. in l. ſi quis. ita per illum textum ſupra, de rebus dubiis. & Bald. in l. fin. §. primo in ſecunda colum. C. de execut. rei iudicat. cum limitatione. de qua ibi per eum, & in materia iſta vide Iaſon. latius loquentem in l. ſi cui legetur. in §. ſi Titio. in fi. ſupra, de leg. primo. vbi inter alia adducit Iacob. Butr. & Ang. in l. non ſolùm. in §.
383 quæritur. per illum textum. ſupra, de procur. † vbi dicunt, quòd licèt creditoris interſit, debitorem ſuum habere locupletem, tamen in cauſa debitoris poteſt creditor ferre teſtimonium, quod dictum ſecundum eum refert & ſequitur Alex. in dicto conſil. ſuo 78. incipien. in cauſa, & lite vertente inter Bartholomæum in 1. vol. in 2. col. ad quod alia plura allegat ipſe Iaſ. in d. §. ſi à Titio in vltim. colum. quem vide. Et per iſta eſt expedita præſens quæſtio. & præſens repetitio mea, in qua pollicitus ſum examinſre ſexagints quæſtiones in materia fideiuſſorum, & ſatisfeci pollicitis. Fateor tamen ingenuè, quòd aliæ plures, & plures quæſtiones ponuntur in hac materis fideiuſſorum à doctoribus in diuerſis locis: ſed ſupradictæ quæſtiones per me examinatæ, mihi viſæ fuerunt principaliores, & vtiliores aliis, & magis practicabiles. Ideò illas examinare curaui pro paruitate ingenij mei, ad laudem, & gloriam omnipotentis Dei, & beatæ, ac glorioſæ Virginis Mariæ, nec non Beatæ Catharinæ aduocatæ meæ, totiuſque cœleſtis curiæ.

Habea itaque, lector chariſſimè finem præſentis meæ repetitionis, & opuſculi mei nouiter fabricati: in cuius compoſitione, fabricatione, & ordinatione pluries (vt credere dignum eſt) inſudaui, laboraui. & inuigilaui. Quorum omnium laborum præſentis operis, & aliorum operum meorum, iam partim impreſſorum, non me pœnitet, ſed imò immenſo gaudio plurimum delector. Sed heu vehementi dolore premor, cruciorque quòd prædicta opera mea, & aliqua etiam aliquorum proborum virorum pertinerint in lucem hac labe temporum in quo omnis eſt ſublata, & nulla regnat nec viget iuſtitia: non vndique tamen, ſed in aliquibus partibus, ciuitatibus, & locis Italiæ, ſed imò ipſa iuſtitia penitus eradicata, extirpata, lacerata, mortua, & ſepulta iacet: nec vlterius ſemen eius reperitur: & ideò modernis temporibus non opus eſt legibus, iuribus, nec eruditis viris: quoniam ſolum viget pro oratione voluntas, libitum profectò, ac cæca voluntas ſubrogata eſt in locum iuris, & rationis: & verè, non fallor, multi ſunt ius dicentes, ſeu tenentes locum iuridicentium quibus nimirum licet quod libitum eſt, & apud eos quod placet, licet. & cùm iura eis allegantur, & oſtenduntur, obaudiunt: & de directo ſolùm ex ceruice ſuas ſententias contra ius, iuſtitiam, æquitatem, & bonos mores audacter proferunt: quibus meritò dici poſſet.

Ius, & iura negant homines, & numina fallunt:

Nec Ionia imperium, nec Phlegethonta timent:

ſed quod deterius, grauius, & crudelius eſt, nedum prædicta in ciuilibus cauſis committuntur, ſed etiam in criminalibus, & in illis, in quibus tractatur de vita hominis, & de præiudicio irreparabili: nam homines morti tradunt indebitè, & iniuſtè, nulla lege ciuili, vel municipali nulloque iuris ordine ſeruato. Sed velo leuato, prout eorum cerebro, & cæcæ voluntati videtur, & placet, noctis tempore eos morti tradunt: quorum ſanguis profectò inceſſanter petit iuſtitiam, & vindictam à ſuperis contra tales iniquos, iniuſtos, & ſceleſtiſſimos iudices, & contra eorum ſuperiores eos tolerantes: & ſi aliqui euadunt vitam, eorum burſa non euadit: quia ab eis euiſceratur, & excoriatur, ac etiam phlebotomatur vſque ad ſyncopim incluſiuè: & hoc verò verius eſt: quare cum vlterius non ſit locus legibus, iuribus, ſtatutis, nec iuſtitiæ, quieſcite iuris latores, patres, fratres, & filij, quieſcite iterum à continuo ſtudio: Parcite laboribus, ſudoribus, & vigiliis: nulla apud vos ſit reuolutio chartarum: & poſtquàm ſic placet ſuperioribus, pereat doctrina: banniatur in totũ ſcientia canonica, & ciuilis: odio proſequãtur mores, & benè viuendi normæ. Impreſſores librorum iurium, & bonarum artium, à ſolita impreſſione deſiſtant: laborioſi parentes vlterius minimè mittant, ſed magis reuocent eorũ filios à ſtudiis, nec patiantur eos aliquam capeſſere canonicam, vel ciuilem ſcientiam, quoniam fruſtra expectatur illud, cuius euentus
384 nihil operatur † Homini profectò nil deterius, quam tempus in vanum conſumere. Multi herclè iudices hac ætate reperiuntur, qui non ſolum iniuſtitiam aſſiduè adminiſtrant, ſed tali perpetrato ſcelere gaudẽt, lætanturq; & coram populo gloriantur, & magis ſitiunt humanum ſanguinem, quam vinum maluaticum: qui meritò carnifices appellandi ſunt: & profectò vbi talia
385 vigent, minimè ibi habitandum eſt: † quoniam remota iuſtitia, nihil aliud ſunt regna, quam magna latrocinia, ſecundum beatum Auguſt. in 3. de ciui. Dei. & not. Io. Andr. in proœ. Decretal. de quo etiã per Bal. in cap. 1. quæ fuit prima cauſa benefic. amit. & voluit Lau. Cal. in conſ. ſuo 51. incip. licèt his, &c. in 2. col. & Dioge. dicere ſolitus traditur, qua in ciuitate leges non valent, in ea pernoctandum ſapienti non eſt. & dixit Ariſto. in 3. Politi. ſine iuſtitia impoſſibile eſſe habitare ciuitatem & ſicut ſol mundo lucem, ac cunctis rebus vitam præſtare ſolet, ſic populorum iuſtitia gaudium eſſe fertur. Quare cùm in totum remota. & extincta ſit modernis temporibus iuſtitia, non putent vlterius iuris latores ex doctrina, & labore ſuo vitam ducere, nec ex ea ditari, & opes acquirere: imò inſequendo ſcientiam, nihil ſuperlucrabuntur, ſed eorum

patrimonia,& acquiſita perdent:& peruenient nedum ad paupertatem, ſed etiam ad inopiam; & fame peribunt: & erunt deterioris conditionis omnibus aliis artificibus: nam cerdones, barbitonſores, aromatarii, & ſimiles viliſſimi,& abiecti, communiter ex eorum labore,& artificio vitam ducunt:& ex ſudore ſuo veſcuntur pane ſuo, vt experientia rerum magiſtra docet. Doctores autem, & iurium profeſſores fame pereunt, & ad nullum precium fam iam reducti ſunt: & ideò meritò in totum abradi, & deleri poteſt text. in authent. de hæred. & fal. in §. fin. qui dicit, quòd legalis ſapientia non permittit hominem in paupertate viuere: nec in anxietate mori: quia iſtis temporibus text. ille mentitur,& oculata fide dignoſcitur:& prædicta cognoſcens expertus veriſſima, cogor mutare propoſitum,& contra morem meum quoſcunque prudentes retrahere à ſtudio, à vigiliis, & laboribus, tanquam in vanum laborantes, & cribro aquam haurientes: ſed vita ſeu tempus, quòd ſupereſt, expendamus:& conteramus circa viliora: ne ſenectus,& inopia ſimul finaliter nos reperiat infeliciſſimos:& hæc omnia patienter toleremus, poſtquàm ſic placet ſuperis, vt omnia degenerent, & in præceps vadant,& retrocedant: quod verè patienter hæc, & maiora tolerabimus, ſi ante oculos ſententiam illam diui Hieronymi habebimus, quæ dicit, quòd facilè contemnit omnia, qui cogitat ſe moriturum, &c. Laus Deo, ac Beatiſſimæ Virgini Mariæ, necnon Beato Franciſco, & Beatæ Catharinæ, totique cœleſti curiæ.

FINIS.

Explicit repetitio mea Hippolyti de Marſiliis, I. V. D. rub. ff. de fideiuſſoribus in hoc almo patriæ meæ Bononiæ ſtudio, Die 7. Februarij, Anno 1520.

Hoc eme lector opus, tibi quod Marſilia proles
Edidit, vt trepidis formula ſit vadibus.
Hoc bonus accepit grato pro munere Rango:
Rango, militia Pieridumq; furor.
Rango, cui magnus Leo ſe conceſſit habendum.
Ille Leo inquam hominum ſplendor, & ille deum.
Sed licèt hoc habeat tibi, tu tamen vſque caueto.
Nulla etenim toto iam viget orbe fides.
Crimen ad hoc noſtrum eſt: nobis vbi tantus habendi
Creuit opum,& lucri tam ſceleratus amor.
Hippolyto duce tutus eris: ne parce crumena.
Et tibi (quod parui eſt) hoc eme lector opus.

TRACTATVS

Google

TRACTATVS
DE MATERIA
SECVRITATIS,
Quæ tractatur in l.denunciamus, C.de his, qui ad Eccleſ. confug. per Doct. & maximè
PER
D. GVLIELMVM DE CVNEO.

SVMMARIA.

1 *Ignorari non debet quid per nomen dicatur.*
2 *Securitas quid ſit, propriè dicta.*
3 *Securitas an inducatur à lege.*
4 *Securitas, quando, & quibus ſit præſtanda.*
5 *Securitate ſuperuacua non eſt vtendum.*
6 *Lex timenti ſufficit, & fauor Imperij.*
7 *Securitas locum habet de re ad rem, & de perſona ad perſonam.*
8 *Obligatus mihi ad ſeruitutem, contrafaciens, conueniri poteſt, vt in futurum dеſiſtat.*
9 *Leges non denegant legitimum præſidium.*
10 *Seruus petere poteſt, vt vendatur ob duritiem domini.*
11 *Iudex ſubditorum tranquillitati debet incumbere.*
12 *Securitas præſtatur periculum iuſtè timenti.*
13 *Timor iuſtus quis dicatur.*
14 *Timere iuſtè dicitur is, cui tyrannus comminatur.*
15 *Timere iuſtè an dicatur is, cui aliquis ad aurem minatur.*
16 *Cognitio cauſa an verſetur in ſecuritate.*
17 *Securitas dum præſtatur, quatuor conuenienter attenduntur.*
18 *Conditio debet attendi, dum petitur ſecuritas præſtari.*
19 *Damnum in quo differat à periculo.*
20 *Securitas tribus præſtatur modis.*
21 *Securitatem præſtans, an teneatur fideiubere.*
22 *Fideiuſſor factum alienum præſtare non poteſt.*
23 *Securitas an poſſit peti à conſortibus eius à quo petitur.*
24 *Securitatem præſtans, quid promittere debeat.*
25 *Securitas alicui præſtita, an extendatur ad eius familiam.*
26 *Securitatem præſtans, an promittat ſingula ſub iuramento.*
27 *Iuramentum de futuro reprobatur.*
28 *Securitas præſtatur per adhibitionem perſonæ publicæ.*
29 *Iudex an poſſit alicui dare aliquem ad cuſtodiendum eum.*
30 *Securitas per ſigni, vel tituli appoſitionem præſtatur.*
31 *Signum ratione ſecuritatis alicui conceſſum, an debeat ipſe ſecum deferre.*
32 *Securitatem frangens, qua ſit plectendus pœna.*
33 *Pœna duplicatur terram ſibi à iudice interdictam ingredienti.*
34 *Frangens ſecuritatem extra territorium iudicis, coram quo ipſam promiſerat, an, per eundem puniri poſſit.*
35 *Præſtatio ſecuritatis quanto tempore cenſeatur durare.*
36 *Securitatem iniuſtè petens contra aliquem, an teneatur actione iniuriarum.*
37 *Securitatem quis petiit, & mortuus, vel vulneratus repertus fuerit, an ſit præſumptio contra eum, qui ſecuritatem præſtitit.*
38 *Iniuriam irrogans ei cui ſecuritatem præſtitit, an cenſeatur dictam fregiſſe ſecuritatem.*
39 *Securitas non frangitur ſolo verbo, ſed factum requiritur.*
40 *Vaſallus inijciens in dominum violentas manus, feudo eſt ſpoliandus.*
41 *Opem præſtans ad ſecuritatem frangendam ei qui ipſum præſtiterat, an teneatur pacis fracta, ſicut, & principalis.*

HIC poteſt tangi materia Securitatis.
1 † Et quæro primò, quid eſt ſecuritas:
ne iguoretur, quod dicitur per nomen,
quod eſſe non debet.ff.de iuſti. & iure.
2 l::. † Reſpondeo, ſecuritas eſt legitimum præſidium,
quod iuſtè timenti periculum, vel damnum ſibi inferri, præſtatur officio præſidentis. Primò dico, quod eſt legitimum præſidium, ideſt auxilium à lege intro

Digitized by Google

ductum, ſicut dicitur legitima conuentio, quæ lege
confirmatur. Cod. de pact. l. legitima. Iuxta, quod
quæro, an lex inducat iſtam ſecuritatem, de qua tra-
ctabimus.

3 † Et circa hoc eſt ſciendum, quòd aliquando tra-
ctamus de ſecuritate præſtanda à reo, vt habes in ma-
teria damni infect quod habet locum, vbi eſt pericu-
lum damni. vt ff. de dam. infect. l. 1. & per totum titu-
lum. quandoque præſtatur ſecuritas à re perſonæ, &
iſta non eſt l. introducta. verbi gratia. iuxta domum
meam ruinoſam facis tranſitum: times quòd perſonæ
tuæ damnum inferatur, petis ſecuritatem tibi præſta-
ri, certè non potes, quid ergo fiet? certè iudex com-
pellet me ad reficiendum: & ſic indirectè præſtabitur,
vt C de his qui ad eccle. confu. l. curatores. & ff. de
offic. præſi. l. præſes. & inſpectis propter quod agitur
contra aliquem, quando habet aliquis ſuſpectum in
publico, quod poteſt nocere tranſeuntibus. ff de his
qui deie. vel effu. l. pen. §. ait prætor. & § ſeq. & de iſtis
duobus nil ad propoſitum quandoque præſtatur ſecu-
ritas à perſona rei. verbi gratia. timeo quod tranſeas
per fundum meum cum hominibus armatis, vel præ-
ſtatur à perſona perſonæ. verbi gratia, timeo quod
mihi damnum inferas, & de iſta tractabimus.

4 † Et ideò ſtatim quæro, an talis ſecuritas ſit præ-
ſtanda, de minori dicunt quidam, quod non. nam vbi
habet locum ordinarium auxilium, &c. ff commo. l. in
cauſæ. de ope. no. nun. l. prouinciali. ſed ibi habet lo-
cum ordinarium probatur, quia ſi ſis inſidiatus, mihi
pro talibus inſidiis poteſt agi. ff de extraord. cri. l. ſecu-
laris. ſunt quidem gratis. Item pro hoc nulli dubium
eſt, quando ſecuritas officio iudicis præſtetur. & cum
officium iudicis ſuper futuris non habeat locum. ff. de
vſur. l. 1. in prin. ergo, &c.

5 † Item pro hoc ſupernacuis ſecuritatibus non eſt
vtendum ff. de procu. l. non cogendum. & ff. vt l. eo.
cau. l. ſtipulatio. § diuus. & ff de vſufruct l. ſi cuius. in
princ. ſed ſecuritas præſtatur iure naturali. ergo non
eſt vtendum iſtud probatur ff de no. oper. nun. l. de
pupillo. §. ſi quis riuos. & in feudum, de pa. tenen. &
eius vio. de pa. tenen. & iura. firman. per ambos titu-
los. Item pro hoc, quia aut quis comminatur alicui
doloſè, & tunc pro iſto dolo poteſt agi, vt d. §. ſunt
quædam. aut comminatur ſine dolo, & tunc eſt vanus
timor, qui eſt ſpernendus, vt ff de regul. iuris. l. nam &
ff. de re iudic. l. ſi quis ab alio. & pro hoc videtur l. nam
ſi perdidiſti rem commodatam, non habes cauere:
quid ſi perditam reperias, mihi reſtituas, quia aut do-
loſè perdidiſti, & tunc teneris: aut ſine dolo, & tunc
non teneris. vt ff. de dolo. l ſi ex dolo.

6 † Item quia timenti ſufficit lex, & imperij fauor,
in authent. de manda. princ. §. patrocinia. nec eſt ve-
riſimile &c. ff quod met. cauſ. l. non eſt veriſimile.
Item quia pro futuro pro immobilibus habet locum
cautio ff de dam. infect. l. inquilino. ſed homo eſt mo-
bilis, vt C in quib. cauſ. ceſſ. long. temp. præſcr ergò
pro homine non debet præſtari talis cautio. Item
cautio interpoſita pro damno futuro, committitur
ad intereſſe, ff de damn infect l. qui bona. §. ſi quis
nomum opus. ſed in homine libro. non cadit æſtima-
tio, vt ff ſi quad. paup fe. di. l. ex hoc. & ad l Aquil. l. li-
ber homo. ergo. &c.

7 Contrarium credo: nam ſi ſecuritas habet lo-
cum de re ad rem, multo fortius de perſona ad perſo-
nam. nam ſi ratione rei inanimatæ præſtatur, multo
fortius ratione rei animatæ. argum. ff. de dam. infect. l.
prætor. § hoc edictum cum gratia homine, &c. ff. de
ædili edict. l. iuſtiſſimè. & de vſuris. l. in pecudum. &
omnibus rebus præfertur. C. de ſacr. ſanct. eccle. l. ſan-

8 cimus in fin. Item pro hoc. nam ſi habes in ſimill. † nam
ſi aliquis mihi teneatur ad ſeruitutem, ſi facit contra,
poſſum agere contra ipſum, vt deſiſtat, & nè in futu-
rum faciat. ar. ff ſi ſer. ven. l. harum. & l. egi. ſed ita eſt
hic tamen quia quilibet eſt alij obligatus, cum homo
homini, &c ff. de ſer. expor. l. ſeruus ea lege. & ff. de in-
ter. act l. 2. §. fiſci. in tantum, quòd ſi vnus inſidietur al-
teri, facit nefas, vt ff. de iuſti. & iur. l. vt vim. & ſi con-
tra iſtud officium fiat, poteſt peti, nè in futurum fiat. &
quod quis poſſit poſtulare legitimum præſidium, ha-
9 bes in hac l. † Item dicit tex. quòd leges non debent
denegare legitimum præſidium. C. de præpo. ſact. cri.
l. iubemus. §. pen. & ideò dicit lex, nè potentiores op-
primant humiliores &c. ff. de offi. præſi l. illicitas. §. 1.
ſic habes in ſeruo qui extrahitur de eccleſia, vel de
religione per dominum qui petit ſecuritatem. C. de
his qui ad eccl. confug. l. præſenti. §. ſanè ſi ſeruus. & in
auth. de monachis. §. ſi. verò intra terminum propter
10 quod dicit lex, † ob duritiem dominorum ſerui poſ-
ſunt petere, quod vendantur. inſtit. de his qui ſunt ſui
vel alien. iuris §. fin. & C. de his qui ad eccleſi. confug.
l. 1. nam quicunque debet eſſe ſecurus in domo ſua. C.
de præto. & ho præfect l. vna. ff. de in ius vocan. l. ple-
rique. & ideò à creditore petere ſecuritatem. in authen.
11 de manda. princ. §. ſed neque. † Item quia iudex debet
vigilare circa tranquilitatem ſubditorum, vt in ea eſt
autem. §. deinde. & arg ff de vſufruct. l. æquiſſimum. in
princ. item hoc apparet, quis pro parte habenda qui-
dam per prouinciam mittuntur, vt C. de Irenar. l. 3. ff.
de mu. & ho. l. muneris §. Irenarche. item pro hoc l.
nam aliqui colonos iubent eſſe in pace. C. in q. cau.
colo. l. 2. ad quod l. notabilis. C. de colo. & man. l. co-
gnouimus & eſt text. cum glo. in auth. de man prin. §.
ſed neque & iſtud eſt verum, quando petitur è perſona
perſonæ. ſi autem petis à perſona rei, præſtanda eſt, nè
res diſtrahatur: & ideò præſtanda eſt cautio de re non
baratanda. ff. qui ſatiſd. cogan. l. ſi fideiuſſor. ff. de ap-
pel. l Imperatores: propter, quod dicit tex. quòd ſi ille
qui poſſidet, timet vim ſibi inferri, iudex prohibebit
eam ſibi fieri. C. de tranſact. l. ſi ſuper poſſ. ergo ita
præſtabis.

12 † Deinde dicitur in diffinitione quòd iuſtè timenti
periculum, vel damnum præſtatur. benè dico, iuſtè. &
ſic repello l quæ dicit, vani timoris, &c. iuxta quòd
13 quæro qualiter dicatur iuſtus timor. reſpondeo, † ſi
vnus valens homo: qui talia conſueuit attendere, ſit
comminatus vim ſimplici homini. non autem hoc di-
cerem, ſi vnus inferior, vel par eſſet comminatus, quia
lubricum linguæ. &c. infra, ſi quis impera. ma. dixerit.
14 l. vna ff quid met. cau. metum. §. ſi cum l † Sed ſic di-
citur de tyranno, qui fuit alij minatus, quia iuſtè ti-
muit. ff. ex quibus cau. in poſſe ea l Fulcinius. §. quid
ſit. & idem dicerem, licèt non eſſet minatus, ſi tamen
de facto ipſum inſidiabatur, dum tamen ſit iuſtus ti-
mor. ff. quod met. cauſ. l metum autem. C. de tranſact. l.
refutatorios. Et licèt ita non eſſet in veritate, tamen
iuſtus timor ſufficeret. ita habes in ſimili expreſſum.
15 ff. loca. l. habitatores. † Sed pone, iuxta hoc quidam
comminatus fuit te ad aurem, non quòd aliquis audi-
uerit. tu petis ſecuritatem, quæro, an videaris iuſtè pe-
tere. & certè circa hoc attenderem coniecturas. pri-
mò, an iſte haberet litem cum eo. & ſic eſſet ſibi odio-
ſus, vt in auth de teſti § ſi verò odioſus. maximè ſi eſſet
de maiori parte bonorum, quia tunc inimicus capita-
lis reputatur. inſtitu. de excuſ tuto. §. propter litem. ff.
de excuſat tuto. l. propter litem. C. de reuo. dona l. fin.
nam tunc ſi aliter eſſet, qui talia conſueuit attendere,
& poſſet dicere illum audiendum, qui petit ſecurita-
tem. ff. de re milit. l. non omnes. § à barbaris. de dam-
no

Digitized by Google

no infec.l.ait prætor in prin.ff.ad exhiben.l.theſaurus,
vnde eum ſacramento deberet ei credi. ff. de excuſa.
tuto.l.ſcire oportet.§.ſufficit.alias autem iſtis ſupradi-
ctis deficientibus,dicerem iſtum non eſſe audiendum,
cum in ſecuritate præſtanda cauſæ cognitio requira-
tur, vt in authen.de manda.prin.§.ſed neque nam præ-
ſumptio eſt cauſa diffamandi eum dicerem, ſicut in
ſeruo dicitur, qui confugit ad ſtatuam vt C.de his qui
ad ſtatu. confugi. l.1.

16 Sed quæro, nunquid † in ſecuritate verſetur cauſæ
cognitio.& videtur dicendum,quod ſic per authen.de
his qui obli.ſe perhibe.hab.&c.§.3. qui incipit, vt au-
then non videmus. vt ſic malitiis, hominum obuietur,
vt ff.de rei vendi.l.in fundo.C.de agri.& cenſi.qui co-
loni.vnde ſummariè debet cognoſci.vt in gl.§.ſed ne-
que.& pro hoc in illo ſeruo,qui dicit dominum crude-
lem.inſtit.de his qui ſunt ſui vel alien.in.§.fina.ff.eod.
titu.l.1.ad quod facit.ff.de tranſact.l.ſi ſuper poſſeſſio-
ne.& C.in quib.cau.l.1. in fin.

17 † Sed quæro,de quibus inſpicitur in ſecuritate præ-
ſtanda. reſpon. & dico, quòd de quatuor. & primo,
quid inſpicitur vitæ præſentis actus, hoc eſt, illius à
quo petitur ſecuritas.ff.de re mili.l.3.§. his qui ad ho-
ſten.nam attendendum eſt,an ſit homo talis,qui talia
18 conſueuit attendere. ff. de accuſa.l.ſi cui §.final. † Se-
cundò inſpicitur perſonæ conditio, ac ſtatus, putà
quia extraneum eſt, ſacerdotem in alium manus ſuas
imponere,arg.in auth.de ſanct. epiſc. §. ſed neque. &
C. de epiſc. & cle. l.ſi quis in hoc genus. §. circa me-
dium. Tertiò inſpicitur præſentis temporis potenta-
tus,putà ſi pauper erat.ff.quod metus cau.l.non Quar-
tò inſpicitur minor ætas,vel ſenectus,vt habes ad hoc
in feudis, de pace tenen. §.1. & ſic iſta quatuor inſpi-
cerem ad hoc, vt ſecuritas præſtaretur.

19 † Dicitur deinde periculum, vel damnum inferri:
quæro.nunquid illa ſunt idem.& dico quòd non,quia
periculum refertur ad perſonas, damnum verò refer-
tur ad res,vt ff.de verb.ſignif.l aliud eſt capere. §.1. &
ſic diuerſum effectum obtinent verba iſta,quæ in diffi-
nitione ſunt poſita. Deinde dicitur,quòd officio præ-
ſidentis præſtetur, ſed non dicit, per quem. ſed certè
20 ideò hoc non dicit,† quia tribus modis præſtatur. Pri-
mò per promiſſionem, ſecundò per perſonæ publicæ
aditionem, tertiò per ſigni, ſeu tituli appoſitionem.
Primò dico,quod præſtatur per promiſſionem, verbi
gratia,iuſtè timeo,quod damnum mihi inferas, certè
tu præſtas ſecuritatem,ſcilicet promittendo quod non
facies.vt in § ſed neque & in authen.de monachis.§ ſi
21 verò inter. † Sed quæro, an ille qui præſtat ſecurita-
tem,habeat fideiubere; & videtur,quòd ſic.nam poſt-
quam tenetur præſtare ſecuritatem,vt ſupra dixi,tene-
bitur etiam præſtare,& dare fideiuſſorem,vt magis ſit
ſecurus ille cui præſtatur.arg inſti.de replica.§.ſi ff.de
ſatiſda.cog.l.1.& ſic habes in viro qui tenetur reddere
dotem vxori.ff ſolut.matrim.l.ſi conſtante §.quoties.
Contrarium credo,quia non ſolummodo lege expri-
mitur, quòd teneatur, ergo intelligitur ſimpliciter.C.
de verbor.ſignif l.ſancimus. propter quod ſolo verbo
præſtatur, vt in d.§: ſed neque & pro hoc: quia ſicut
iſte tenetur cauere,ſic in damno infecto, & tamen ibi
non fideiubetur.ff.de damn.infect.l.prætor in princ.&
22 l.qui bona fide,in princ.ergo, &c. † Item qualiter illi
fideiuſſores præſtarent factum alienum, certè nullo
modo.arg.ff de verbor.oblig l.ſtipulatio iſta. in prin.
Quid dicendum? iuxta hoc dicere attendendum qua-
litatem perſonæ:nam ſi talis ſit à quo petitur,quod ſit
potens, & habet pingue patrimonium, quòd non de-
beret dare fideiuſſorem, quaſi nunc ſit ſatis promiſ-
ſum ſuperiori, coram quo præſtatur talis ſecuritas. ſi
autem non eſſet ita homo potens,nec haberet ita ma-
gnas facultates,tunc haberet fideiubere,niſi alio poſ-
ſet adſtringi. arg ff.de re mili.l.1.§.hæres autem.& qui
ſatiſd cog.l.ſi qui fideiuſſor.ff.de appel.l.Imperatores.
alij dicunt indiſtinctè,quòd habeant præſtare fideiuſ-
ſores:hoc ideò,quia de proprio facto agitur,& ſic po-
terit fideiuſſor interuenire optimè, vt ff. de fideiuſſ.
leg.tr.

23 † Sed pone,quod ille à quo petitur ſecuritas,habet
aliquos qui iuuant eum,nunquid pro illis poterit pe-
tere ſecuritatem? dico breuiter, quod ſic, & licet non
peteretur, credo quod ſatis intelligeretur. argum.ff de
preca.l.cum precario.& de vſu, & habi.l.cæterum,&
eſt tex.qui dicit,ne opprimant illos qui eos ſuſtinent.
ff.de offic.præſid.l illicitas.§.ne potiores. & pro hoc
eſt caſus C.ſi quacunque prædi pote.l.vna.

24 Sed quæro, quid promitteret, † qui præſtat ſecuri-
tatem; dicunt quidam, quòd ſolum promitteret de ſe,
& non de aliis.quia alias alienum factum promitteret
& ſic non valeret. inſtit.de inutil.ſtipul. § ſi quis alie-
num. ff. de verb.oblig. l. ſtipula. iſta in principio.quid
dicendum. dico quod nedum promittet de ſe, imò
quid per alium non faciet fieri, arg. l. ſtipula. iſta.§.2.
&3.& ff.locati.l in lege,& de actio.emp. l emptores ſi
quis habere ſic & iudex iurat,quòd ratione iudicaturæ
nihil dedit per ſe. nec per alium, in authen. iuſiuran.
quid præſtatur ab his. §. penult. & de man. princ. §.
feſtinabit. & in authen. vt iudi. ſine quo. ſuffra. §.eos.
Plus etiam dico quod promitteret de illis qui ſunt de
familia ſua. argum. ff de verbor. oblig l. ſi ſtipulatus
fuero pro te. & argum. ff.loca.l inſulam.& argum.l.in
lege.C.ſi rector prouin.l.vna.& ff. de verbor. oblig. l.
in lege.

25 † Sed quæro, nunquid ſecuritas ſe extendat ad fa-
miliam illius cui eſt præſtita? & videtur quod non,
quia iſtud eſt contra ius commune, & ideò debet re-
ſtringi, vt vltra perſonam illius cui promittitur, non
extendatur.arg ff.de iur.immun.l.1.cum ſuis concor &
aqua quotid.& æſti.l.1.§.permittitur.quid dicendum?
certè dicerem, extendi ad vxorem illius, cui eſt præ-
ſtita, & ſimiliter ad filios, & ad liberos homines, qui
bona fide ſecum morantur arg. ff de vſu, & habi. l.2.
§.1.& l.3.& argu.ff. de preca.l.penul. & C.de offi. pro-
con. l. officium. & C. ſi quacunque prædi. po. l.vna.
Item de liberis hominibus pater, quia per tales pati-
mur iniurias. vt ff. de iniur. l. item apud. §. ſi liberum
hominem. Et quod ad omnes prædictos ſe extendat,
facit. C.de conſum.l.2.lib.12.& de proconſul.cubiculi.
l.in ſac.li.12.& de ſilen.l.ne ad diuerſat.eod.lib.& arg.
C.de dign.l.3. & 4. & de epiſc.& cle.l.2. & proceſſ. &
medi.l.fin.

26 Sed quæro, † nunquid omnia promittet ſingulari-
ter ſub ſacramento? gloſſ. tenet quod ſic, ita tamen
quod non tangat euangelia, vt not gl.in alleg.§.ſed ne-
que quod ipſum fateor.C.de iudic.l.rem non nouam.
§.1.in princ.ſic habes in epiſc.C. de epiſc. & cler. au-
then. ſed ſi iudex. & ibi glo. ſed videretur, quod non
debeat iurare: quia ſi iurauerit, poſteà non poſſit ali-
ter interuenire, nec aliquid probare, ſicut dicitur in
illa muliere. ff. ſi mulier ventris nomine calum.
cau. l.2. in princ. & de iureiur. leg.3. §.primo. in prin-
cip.

27 † Item quia iuramentum de futuro reprobatur ff de
condit.inſtit.l.ſub conditione in princ. Contrarium
poteſt dici, vt hic dicitur, nec obſt. quod de futuro
non iuratur,quia verum eſt, vbi iuramentum eſt ſuper
licito.ſed vbi totaliter eſt ſuper illicito, benè præſtatur
ſuper futuro, vt in adminiſtratoribus habes,qui iurant
illicitum aliquod non committere. vt in auth.iuſiuran.

quod præſta.ab his §.2. & de hoc eſt caſus in ratione,
in domino qui iurat, quod ſeruum quem recipit. non
tractabit malè vt in autent. de mona. § ſi verò inter
triennium & ſic habes in tranſa.iurata C.de tranſa l ſi
quis maior.
28 † Sed ſecundò præſtatur ſecuritas, per publicæ per
ſonæ adhibitionem, ſcil. vt detur ſeruiens, qui rem in
qua timetur periculum imminere, cuſtodiat, & talis
vulgariter appellatur gardiator, licet ſoli principi vi-
deatur attribui,quod detur,vt C.de ero.an mili.l.cum
ſæpe. Item dicerem talem gardiatorem perſonam, ſcil.
vt quotidiè iret ſecum,& adeo dicitur ibi propter in-
2 numerabiles , & multos caſus. † Iuxta quod quæro
nunquid talem gardiatorem poſſit dare iudex? videtur
quod non quia tex.dicit, neque iudex executorem ad
poſtulationem alicuius trader. C. de recto. prouinc.l.
vt quis quid dicendum credo , quod iudex cauſa co-
gnita poſſit dare,vocatis tamen partibus,ſed princeps
poſſit dare abſentibus partibus, arg ff.vt in poſſ.leg.l.
ſi is cui.§.ſi quis miſſus, & C.de offic. magiſtri iudi l.
fin. & ſic quòd traditur cuſtodiendus carceri. ff. de
cuſto.reo.l.niſi, & ſic loquitur l.cùm ſæpè.
30 †Sed tertiò dicitur,quòd per ſigni,vel tituli appo-
ſitionem præſtatur ſecuritas. verbi gratia , tu times
quod tibi damnum,vel periculum inferatur.tu petis à
iudice,quòd ibi apponatur velum,vel ſignum regium.
nunquid non benè petis? certè l. alleg. cùm ſæpè lo-
quitur quando milites ibi mittebantur.ita tamen cre-
do in hoc caſu.dicitur tamen hoc fieri cauſa cognita,
& partibus vocatis,arg.D.de adop l nam ita ſic poteſt
loqui quod nemo vela regia,vel ſigna imponat ſine iu-
dicis authoritate.C.vt nemo vela regia in rubro.& ni-
gro.& in auth de man.prin §.titulo.& in auth. vt de-
functorum ſeu fu. §.1. & de iſto titulo loquitur lex
quæ dicit, prædium velo regio ſignatum, vt C.de bo.
31 vac.l.3.& de æquæduct.l.vniuerſi. lib.11. † Sed quæro,
nunquid tale ſignum debeat dari perſonæ, quod deſe-
rat ratione ſecuritatis? credo quòd non, niſi à ſolo
principe, cùm de nouo concedendo tractatur.argum.
C.de legi.l.cum de nouo.quòd autem princeps poſſit,
apparet:quia ſic fuit data herba in ſignum ſecuritatis
illius legatis.D.de re diui.l.ſumus.§.1. ſic & vſum cer-
tæ veſtis concedit.D.de iure fiſci.l diuus.

Item poſteà dicitur officium præſidentis,largè ſum-
pto vocabulo,vt ſic præſes,& princeps intelligatur,vt
D.de offic.præſid.l.& etiam quilibet iudex,vt dixi,arg.
huius l.denunciamus §.1.
32 Sed quæro , † qualiter frangentes ſecuritatem, pu-
niantur. dicunt quidam, quod ſecundum qualitatem
delicti puniantur.D.de offi præſi.l.congruit. Alij di-
cunt quod puniantur crimine læſæ maieſtatis , tan-
quam frangens pacem D.ad l.Iul.ma.l.1.de re mili.l.fi.
Alij dicunt,quod pars cui fregit ſecuritatem,cum pu-
niat ſuo arbitrio:& ſic quod ibi tradantur ſic in lega-
tis.C.de leg.l.fin quid dicendum? certè nulla iſtarum
opinionum placet. dico enim , quod iſte non tenetur
crimine læſæ maieſtatis , quia directò non frangit pa-
cem imperatori ſecundum iſtos duos. nec dico ipſum
tra. i parti ſicut in legatis, quia ibi ideò, quia loquitur
in hoſtibus populi Romani & ibi de iure gentium.er-
gò ſecuritas erat introducta, & econtra legati eis tra-
debantur:ſecus tamen eſt in noſtro caſu, quia ideò vi-
gor iudiciarius eſt in medio, &c.C.de Iudæis l.nemo.
& l. nullus propter quod dicerem iſtum magis puniri,
quàm aliàs.ſed cùm hæc pœna non ſit lege ſtatuta, di-
mitterem eam iudicis arbitrio : vel ſi aliàs frangens
deportaretur.quod modo puniatur corporaliter,ſi au-
tem tantum deberet puniri pecunialiter, quòd modo
augmentaretur.arg. in feu.de pace tenen. & eius viol.
§ ſi quis hominem. & §. ſi quis aliquem. & §. ſi quis
33 alieni. † Item fortè quod pœna ſibi duplicaretur , vt
dicitur in illo. qui intrat terram ſibi interdictam à iu-
dice, vt D de pœn. l autem damnum. §.5 in fin. ſic ve-
rius teneatur arg.D.de his, qui ſunt ſui , vel alien iur.
l.2.verſ quid ſi conſtitutioni meæ , & etiam iſti eo.§.ſi
ſic, & relinquitur pœna arbitrio iudicis D. de effra. l.1.
§.1.& C.de colleg.illicitis.l vna.lib.10.
34 Sed pone, iuxta hoc præſtiti ſecuritatem coram Se-
neſcalco Carcaſſone : fregiſti ſecuritatem extra Se-
neſcaliam. quæro.nunquid ipſe poſſit te ad hoc puni-
re? videtur quòd non : quia non potuit præſtare ſecu-
ritatem vltra Seneſcaliam. D. de iur omn.iud.l.fin.de
bon.auth.iud.poſſ.l.cum vnus. § is qui. igitur te non
poſſit punire , quaſi non fregeris ſecuritatem. de hoc
videtur lex in prohibito poſtulare in vna prouincia.
nam in alia poterit obtinere. D.de poſtul.l.ex eo.ſic &
procur. in ea prouincia in qua agit, tenetur dominum
defendere : in alia ſibi denegatur actio. non tamen te-
netur in alia.C.de procur.l.eum qui D.de procu.l.ſed
hæc §. non ſolum.& iſtud credo.dico tamen, quòd iu-
dex illius Seneſcaliæ , in qua delinquit , grauius puni-
re poterit ipſum, quam alias faceret. arg D. de iud. l.
omnem,& ſi quis ius voc.non ierit.l.1. & habes caſum
in clerico,qui erat ſubditus iudici temporali.in auth.
de ſan epiſc.§.1.col 9.
35 Sed nunc quæro , † vſque ad quod tempus duret ſe-
curitatis præſtatio? glo. tenet in §. ſed neque ſupra al-
leg quod ad 30. dies ; alij dicunt , quod vſque ad quin-
que annos, arg.in feudis de pace tenen. & iura. fit. §.
& videtur glo.D.de reg iur.l.non videtur, §.qui iuſſu.
neutra iſtarum placet. prima non quia ſic ſequeretur,
quod poſt illud tempus non teneretur, niſi ſecundum
quid alias teneretur. nec de opinionibus illorum , qui
dicunt quod poſt 30. dies renouetur, arg. D. de dam.
infec.l.4.§.nec tamen,quia graue eſſet,quod cor vlte-
rius præſtaretur. arg.C.de præſcr 30.ann. l.ſi quis em-
ptionis. credo igitur, quod præſtetur perpetuò vel ad
tempus , prout iudici videbitur. ſic habes in rebus
tuendis.D.de dam.infect.l.ſi finita in prin.& l.ait præ-
tor ſic habes quod perpetuò poſſit præſtari in ſeruo,
qui alienatur vt nunquam in poteſtatem domini re-
uertatur.D de his,qui ſunt ſui vel alien.iur.l.2.de adul.
l ſi poſtulauerit. §. iubet Nec obſt. §. ſed neque quia
ibi ideo petebatur ſecuritas ob debitum , & poſt 30.
dies poterit ſubueniri ſententiando , non autem hic
poſſet igitur cum non ſit tempus limitatum,demittam
iudicis arbitrio, arg. D. de re iud. l.2.& infra de iur.
delib.l.1. §.1. & de bon.auth.iud.poſſ.l.in venditione.
§.2.de execu.& expila l.1.in prin.
36 † Sed pone, quod ille qui petebat ſecuritatem, fuit
repulſus à iudice , qui minus iuſtè petebat: quæro, an
teneatur actione iniuriarũ ille qui petebat: certè iſtud
dimitterem iudicis arbitrio & ſi apparet quod calum-
nioſè peteret , teneatur. alias autem ſi non apparet,
ſed haberet aliquem colorem,tunc non teneretur.ar-
gum.C de execu.tut. l. fœneretur, & de calum.l.1.& C.
de ſumptuum rece.l.vna.lib.11.
37 † Sed quæro,ſi ille cui eſt præſtita ſecuritas,repertia-
tur mortuus,vel vulneratus,nunquid præſumitur,quod
ille fecerit qui præſtitit ſecuritatem? & videtur quod
ſic arg.in auth. vt lice.ma.& auiæ.§.pen. quæ eſt. C.de
adul.auth ſi quis.vt ad minus poſſit conari. licet non
ſint alia indicia.arg D.ad Syl.l.1. cum ibi no. & iſtum
credo vnum effectum ſecuritatis.Item eſt & alius effe-
ctus,quia propter talem ſecuritatem præſtitam fortius
abſtinebit ab iniuria.in auth.quo.oportet epiſ.§.illud.
38 † Sed quæro,† quid ſi tu dicas iniuriam iſti,cui præ-
ſtitiſti ſecuritatem, an videaris fregiſſe ſecuritatem?
videtur,

videtur, quod ſic: quia ſic punitur qui dicit iniurias, ſicut qui facit, ff. de iniur. l. item apud. §. generaliter. Item quia non refert, an verbis, vel factis, &c. ff de leg. l. de quib. in fi. item quia conuicium dicitur iniuria. ff. de iniur. l. item apud Labeonem. §. 2. & §. ex his, nec refert quemadmodum fiat, dum tamen fiat. ff. de leg. 3. l. fieri quemadm. teſtam. aperian. l. ſi in duo-
39 bus. §. 1. contrarium credo, † quia in frangenda ſecuritate factum requiritur, nec videtur ſolo verbo frangi ſecuritas, ſicut nec furtum fit. ff. de furt. l. ſi quis vxori. §. neque verbo, ſic nec terror quæſtionis eſt quæſt. ff. de iniur. l. item apud. §. quæſtionem, & §. quæſtionis, item quia à verbis ſecuritatis in dubio non eſt recedendum de l. 3. l. non aliter. item quia ſecuritas eſt contra ius commune, ergo quod frangatur de iniuria verbali, non debet intelligi arg. ff. de cuni. l. conſtitutionibus & l. certæ formæ. Cod. de iniur.

40 † Item hoc probo ſic. vaſallus qui ingerit manus impias in dominum, perdit feudum, vt in feudis, quibus modis feudum amitta. §. porrò, ſed quid ſi non intulit ſed fortè laborauit vt inferatur, vel dixit iniurias nunquid perdit feudum? dico quod non, vt in feud. de capita qui cur. vend. §. ſi verò vnde talia verba iniurioſa non crederem ſufficere ad hoc, vt ſecucuritas fracta videretur, niſi ſuum poſſe fecerit quo facto, adimpleret, vt ibi dicitur, vt arg. ff. de fur. l. qui ea
41 mente. † Sed pone, quod promiſi tibi ſecuritatem poſtea cum quodam alio fregi quæro, nunquid ille qui mecum fregit, teneatur pœna fractæ ſecuritatis, ſicut ego, videtur caſus legis, ff. de parricidiis l. vtrum & l. 1. in fi. cum gl. & ad l. Iul. de priua, l. nec intereſt & ſic in iudice ff. ad l. Iul. repetund. l. comites, & pro hoc, quòd ſcientes, & conſentientes, &c. extr. de offi. poteſt iudic. de Ie. c. 1. & hoc verum, ſi ille fuerit præſens in facto criminis, vt videtur caſus C. de Nihil agge. l. vna ſed ſine aliqua diſtinctione hæc pars videdetur vera, per l. 1. C. de inceſt. nupt. & l. cum ancillis, & videtur lex. ff. de ſtat. l. ſtatu libera §. 1. Et hæc ſufficiant.

Explicit materia ſecuritatis, tractata per Dom. Guilielmum à Cuneo.

TRACTATVS
Perutilis, & Quotidianus,

DE

ASSECVRATIONIBVS,
& Sponſionibus Mercatorum,

Editus à

D. PETRO SANTERNA
Luſitano I. V. D.

De Sponſionibus Mercatorum.

SVMMARIA.

1 *Mercatores maris pericula penſitantes, an res ſuas in caſu aduerſa fortuna per ſtipulationem tueri poſſint.*
2 *Conuentio, qua vnus alterius infortunium in ſe ſuſcipit, precio periculi conuento, an licita ſit habenda.*
3 *Aſſecurationis materia, an in terris maritimis ſit practicabilis.*
4 *Qui res ſuas per mare deferri patitur, an depauperari dicatur.*
5 *Conuentio qua quis precium periculi in ſe ſumit, an de iure valida ſit cenſenda.*
6 *Aſſumere periculum ſimpliciter in ſe, non facit illicitam ſtipulationem.*
7 *Aſſecurationis ſtipulatio, an ſit contractus nominatus, vel innominatus.*
8 *In contractibus innominatis, an ſusceptio periculi facit illicitam conuentionem.*
9 *In mutuo ſemper vſura eſt prohibita ſecundum canoniſtas & Theologos.*
10 *Diſtinctio certa circa materiam. c. fin. de vſur.*
11 *Cap fin. de vſur. quomodo à Doct. intelligatur.*
12 *Si mutuans pecuniam recipit precium periculi, & ipſam aſſecurauit, nec conſtat de animo, an is vt vſurarius ſit iudicandus.*
13 *Animus ſemper in dubiis bonus præſumitur.*
14 *Verbum, Cenſemus, an ſignificat iudicare.*
15 *Dictio, quoque, an ſit implicatiua ſequentium.*
16 *Papa, an iudicet de occultis.*
17 *Intellectus nouus cap fin. mente tenendus.*
18 *Verus ſenſus c. fin. & communis ſecundum Doct.*
19 *An Papa loquatur in caſibus dubiis.*
20 *Papa, an iudicet aliquem in dubio vſurarium.*
21 *In dubiis, an præſumatur delictum.*
22 *In dubiis ſemper debemus præſumere factum eo modo quo licet.*
23 *Facta ſemper debent intelligi eſſe concepta bono animo.*
24 *Vna præſumitur aliam tollit.*
25 *Dictiones, quoque, & aliæ, aliquando ſtant impropriè.*
26 *Recipiens pecuniam cauſa portandi vltra mare, ſi precium in ſe accipit, an vſurarius ſit iudicandus.*
27 *Omnis vſura etiam nautica, eſt prohibita.*
28 *Suſceptio periculi in ſe, non facit illicitam conuentionem.*

PARS PRIMA.

VARIIS atque aſſiduis mercatorum ille-
cebris adductus ego Petrus Santerna
Luſitanus vtriuſque I. D. vt opuſculum
de aſſecurationibus, & ſponſionibus
mercatorum, quæ vulgari ſermone Apoſtæ nuncupan-
tur, conficerem: & ſi mihi rem fore arduam magniq;
laboris & cunctis hominibus quoquo modo prodeſſe
non dubitarem, cum tamen pro comperto haberem,
materiam ipſam, & illis cæteriſque amicis noſtris fo-
re admodum fructuoſam, pro viribus noſtris, eorum
votis, ac poſtulationibus minime deeſſe volui, & quia
1 ſæpiſſimè † prouidi mercatores maris pericula penſi-
tantes, aſſecurationis clypeo res ſuas contra ſæuam
fortunam tuentur, ac defendunt ab aliis ſtipulando in
caſu aduerſæ fortunæ, cuius inopinabili impetu ſæpè
omnem rem familiarem amittunt, vt leg. planè, ff. vt
in poſſeſſ. leg. vel fide, & vt ait Sene. lib. quinto. ſuæ
Rhetoric. Ludit. de ſuis fortuna muneribus: & quæ
dedit, aufert: quæ abſtulit, reddit: nec vnquam tutius
eſt illam experiri, quàm cùm locum injuriæ non ha-
bet. Circa quam conuentionalem aſſecurationem, nō
mediocres ſolent inter ipſos mercatores naſci, & ori-
ri diſſenſiones. Et propter in primis videndum erit,
2 † an talis conuentio, qua vnus infortunium alterius in
ſe ſuſcipit precio periculi cōuento, ſit licita eo modo,
quo fieri conſueuit: deinde circa ipſos contrahentes
exponemus, mercatorias quaſdam alias cōuentiones,
& ſponſiones, vulgò à Luſitanis apoſtas nominatas,
quibus

quib. inter ſe homines, maximè negociantes certant,
promittentes, vel ſtipulantes certum quid ſi tale ali-
quid contingat, vel non cōtingat. Vltimò circa res in
tali aſſecuratione deductas, plures quęſtiones ponem⁹
3 quotidianas juxta materiam † quum ſit materia pe-
regrina, & vtilis, ab aliis non declarata & multū pra-
cticabilis, & frequentata, maximè in ciuitatibus ma-
ritimis, vt eſt Vlysbona, Venetię, Ancona, Neapolis, &
Genua, & alibi in diuerſis mundi partibus, & prouin-
ciis: vnus tamen bonus effectus iſtius aſſecurationis
non eſt omittendus, ad ea quæ ſingula not. & Doct. in
4 l. ſecunda, ff. ſolut. matrim. † quòd licèt vere credatur
pauperiorem fieri, cuius res nauigio deferuntur, ne-
gotiando per mare quo ad effectum, de quo ibi, vel
res ſuas ſub vſuris dari ſi tamen talis ſuarum rerum
aſſecurationem ſtipulari conſueuerit, & de hoc con-
ſtat: ceſſat præſumptio illa, & hoc argumento ratione
ceſſante cap. cum ceſſante, de appell. l. prima. ff. de
condit. ob turp. cauſ. leg. eum. qui ff. de jurejur. l ſi re-
5 munerandi. §. ſi cui. ff. mandat. † Quo ad primum
quibuſdam videbatur, iſtam conuentionem, qua quis
in ſe periculum ſumit precio periculi, non valere per
tex. in c. fin. de vſur. cum generaliter loquatur. l. 1. §. &
generaliter, ff de leg. præſtand. ſed tex. in d. c. fi. nil fa-
cit, vt infra patebit, & breuiter eſt dicendum, quod
iſta conuentio valeat, ex quo non reperitur aliquo ju-
re prohibita. l. ſtatuas. C. de reli. & ſump. fune. in l. nec-
non. ff. quib. ex cau. ma. cum concor. & quod ſit licita,
eſt de mente Pau. de Caſt. in l. nauc. Saupheli, ff. locat.
& Rodulph. in tract. c. conſuli. de vſur. Ioan de Ana.
in d. c. fi. in 13. q & Alc. in l. à Titio, de verb. obl. num. 3.
& Paris de Neapo. in tract Ludo. in 3. char. in verb. An
quando mercatores, pro quò facit text. in l. opus
quod in aduerſione, & l. hæc diſtinct. ff. loca. & quod
not. in l cùm proponas, C: de naut fœno. & in l. ſi pe-
riculi. ff. eo. tit. Poteſt enim quis in ſe per pactum peri-
culum ſumere, vt in dictis juribus, & quòd quis ſtipu-
lari ab alio aſſecutationem poſſit, tex. eſt not. ad hoc
6 in l. decem, ff. de verb. oblig. † ſuſceptio quidem peri-
culi ſimpliciter non facit conuentionem illicitam, ni-
ſi aliàs ſit illicita, ſicut in d. cap. fin. patet hoc exempli
cauſa in multis contractibus, vt in d. l. in naue, & in d.
l. opus, & in l. juriſgentium. §. item ſi quis pactum, ff.
de pactis, & in l. 1. ca. eo. tit & in l. & Ariſton. ff. mand.
& in l. 1. & l. Si in venditione, ff. peri. & comm. rei ven.
& alibi in diuerſis locis. Sicut ergo in contractibus
innominatis, de quibus in dictis juribus ſuſceptio pe-
7 riculi non facit conuentionem illicitam, † ſic etiam
in illo contractu aſſecurationis, qui eſt innominatus:
ſed ſi ſuſcipio periculum, vt de pecuniam, quod eſt ex
mente Bal. in l. cunctos populos, nu. 10. C. de ſum Trin.
& fide cath. & cum aſſimiletur emptioni vend. loca.
propt. precium, quod datur ratione periculi, d. l. peri-
culi. juxta not in l. fin. C. de præd. curia. lib. 11. debet
regulari ſecundùm naturam contractus innominati,
de quo magis particip l. ſi gratuitam. §. 1. & in l. natu-
ralis. § ſed ſi facio ff de præſcri. verb. cum ibi not. per
Bart. in l. 1. § fin. ff. de æſtim act l. 1. §. ſi quis fundum.
ff depo. & in l. eum, qui, ff commoda, cum ſimilibus.
Quod autem iſte contractus aſſecurationis ſit inno-
minatus, eſt de mente Bald. vt dixit. in d. l. cunctos
populos, in q. An vſuræ ſint prohibitæ. in fin. & D. Pe-
trus Cor. in l. ſi paſcenda. C. de pact. in 1. q. princi-
pali. ibi dum dicunt, alius eſt contractus innomina-
tus Facio, vt de pecunia, quia ſuſcipio periculum, vt
des pecuniam, & Bald in d. l. periculi. in recollectis
antiquis. Salice. in l. tenetur. §. 1. nu. 1. ff. de actio. em-
ptio. Cùm enim contractus ex lege conuentionem
accipiant, l. 1 §. ſi conueniatur, ff. de poſiti. l. in conuen-
tionalibus, ff. de verb. oblig. ex quo contrahenti ita
8 placet ſuſcipere periculum: † non debet propter hoc
ſolum contractus illicitus judicari, quando de ſe non
eſt illicitus alio ex capite, vt in d. cap. fin. & ibi Io.
Cald. & ad d. c. fin. ibi, pro eo, quod ſuſcepit pericu-
lum, &c. Eſt namque dicendum, quod loquitur in ca-
ſu mutui, in quo reperitur formaliter, vſuram eſſe
prohibitam, Luc. 6. cap. Matth. cap 5. & cap. conſu-
luit, & in c. In ciuitate, cum ſimilibus, cod. tit. & vbi-
que doct. & in c. conqueſtus, & Oſt. in ſumm. eo. tit.
9 & Fred. in conſ. 33. † & eſt communis concluſio Iuri-
ſtarum, & Cano. & Theolog. quod in mutuo ſit prohi-
bita vſura tantum, vt in eius diffinitione patet: ſed
nunc quando juxta prædicta mutuaui mille alicui
mercatori ſine aliquo pacto pro emendis mercibus
deferendis per mare, qui ante ſtipulatur aſſecuratio-
nem illius pecuniæ mutuatæ ſub precio periculi, an
liceat? Videtur quòd non, per d. c. fin. ſed contrarium
credo verius, vt ſtatim declarabo: & tango in recol-
10 lectis illius c. fi. quia † aut mutuo pecuniam eo pacto
ſuſceptionis periculi, hoc eſt, aliter non mutuaturus
niſi illud periculum in me ſummam, vt loquitur d. c.
fi. nec tunc videtur procedere ex mera charitate: aut
mutuo ſimpliciter, & ſine vllo pacto, hoc eſt, quia à
principio non hoc geſſi in mente, & ſine illo eram mu-
tuaturus, licèt ex poſt facto ex conuentione aſſecura-
tionem ſibi faciam, & precium periculi habeam, non
eſt dicenda vſura ea ratione: ratio eſt, quia hic ſunt
duo contractus ſeparati, vnus nominatus aſſecuratio-
nis, nec vnus ab alio præciſe dependet, ita quòd vnus
ſecundum mutuum ſit immediatè cauſa alterius, ſci-
licet aſſecurationis, ſed tantum ſuſceptio periculi, ex
quo poteſt ſummi indubitata concluſio, quod aut
ſuſceptio periculi eſt immediatè cauſa eius quod vltra
receperit, vt in aſſecuratione prædicta, quia ideò ha-
beo certum quid, quia in me ſuſcipio hoc periculum,
& non eſt vſura. Nec excuſatur quis hoc caſu ratione
11 periculi, vt in d. cap. fin. † quem ſic intelligo: Voco
mutuum cauſam immediatam, quando aliter non
eram mutuaturus, niſi recepturus aliquid vltra ſortē.
Secus eſt in primo caſu, aliter eſſet abſurdum contra
l. nam abſurdū. ff. de ope. libe. & l. exiſtimo, ff. de verb.
oblig. quod ſi mutuo alicui pecuniam, non recepturus
aliquid vltra ſortem, & ipſe velit ſtipulari aſſecuratio-
nem illius pecuniæ ab aliquo, quod licet (vt in primo
dictum fuit) quod non poſſit ſtipulari à me, quia mu-
tuaui illam pecuniam quam aſſecurat. In iſtis quidem
inſpiciēdum eſt, quod principaliter agitur, juxta not.
in l. ſi quis nec cauſam, & ibi Soc. ff. ſi cer. pet. cap. ad
quæſt. de rer. permu. & in l. qui exceptionem, ff. de
condi. indeb. & ibi Salic. & quod principaliter, vel ſe-
12 cundariò venit tanquam augmentum, † quia lucrum
ſecundariò proueniens in contractu mutui, non facit
vſuram vt in d. l. uot. & per S. Bernardum in tract. de
contract. ſermone 36. art. in c. 3. quem refert. D Petrus
Cor. in d. l. ſi paſcenda; quod tale lucrum non eſt pec-
catum mortale, nec veniale, vt 61. diſt. quæ prohibet,
& 69. cap. ſi officium. Subſequenter quæro de vtili
13 quæſt. quid in dubio, † quando mutuans recipit pre-
cium periculi, & aſſecurauit dictam pecuniam, non
tamen conſtat quo animo fecit, & an eſſet aliter mu-
tuaturus, vel ne, pro qua quæſtione facit, quod dixit
ſolemnis, & ſubtilis Doct. D Petr. Cor. in d. l. ſi paſcen-
da, vbi dixit vnum menti tenendum pro intellectu d.
c. fin. quod ſibi viſum fuit quando d c. legebat, licèt (vt
dicit ipſe) a Docto. non ponatur, quòd Eccleſia judicet
iſtum vſurarium in caſu dubio in d. c. fin. vbi Papa
videtur potius judicare, quam ſtatuere de nouo.
Mouetur ſubtiliter mote ſuo, propter verbum, cen-

Digitized by Google

ſemus, poſitum in d.c. fin. §. quod ſignificat, ſecun-
14 dum † propriam ſignificationem judicate præmiſſa
deliberatione, gl. not. in cle. 1. de proba in verb. Cen-
ſemus, quæ dicit, quòd iſtud verbum, Cenſemus, ſi-
gnificat, judicate ſtatuimus, & deliberamus, & alia
glo. eſt in cle. 1. de conceſſ. præben. in Ver. Cenſemus,
15 Confirmat etiam hoc propter dictionem, † quoque,
quæ eſt implicatiua in ſequentibus caſibus, in quibus
ille contrahens in d.c.fi. non reputatur vſurarius, & ta-
men poſſet eſſe quòd habeat prauam intenrionem,
juxta not. in 1.c. ciuitate. eo. tit. de vſu. & ſic eſſet vſu-
rarius, licet & e contra ſi haberet bonam, & non cor-
16 ruptam intentionem. Non enim eſſet vſurarius † pro-
pterea, quia Papa non noſcit ſecreta cordis, nec poteſt
diuinare, judicat enim veriſimiliora, & à communi-
ter accidentibus, & ideò quandoque fallitur, cap. à
nobis, de ſenten. excomm. Vnde non ſequitur, Ec-
cleſia judicat iſtum vſurarium, ergo eſt vſurarius, &
econtra, judicat non vſurarium, ergo non eſt. Sen-
ſus itaque præfati Cornei, & ſecundum me eſt, quod
in 2. reſponſo illius c.fi. licet ille contrahens in dubio
non reputetur vſurarius, tamen in primo reſponſo in
caſu dubio reputatur, & judicatur vſurarius, quam-
uis poſſet eſſe, quod non habeat prauam intentio-
17 nem, & ſic in veritate non erat vſurarius. † Iſte intel-
lectus debet eſſe menti tenendus propter ejus autho-
ritatem, & eſt nouus, & ex eo poſſet ſequi vnum no-
tandum, quòd quum Papa ibi judicet in dubio ex
veriſimilioribus, & ſuper tali præſumptione ſtatua-
tur de nouo, vt patet ex verbo, Cenſemus, ſecun-
dum D Cor. quòd licèt ille mutuans, vel aliquis a-
lius, vellet probare in contrarium, illum non eſſe vſu-
rarium, quòd non admitteretur jux. not. in c. is, qui
de ſponſ. & in l. ſi qui adulterij. C. ad l. Iul. de adul. &
antiqua. cap. ad Vell. & l. fin. C. de pign. & l. fin. §. fin.
C. ad Maced. l. fin. ff. vbi pupillus edu. debe. cum simi-
lib. Sed ille intellectus Cor. mihi videtur dubius.
Primo quia tex. in d.c.fi. in 1. reſp. non loquitur in ca-
ſu dubio. Secundo, quia eſt contra illud cap. in 2.
reſp vbi Papa non vult aliquem in dubio præſumi,
nec judicari vſurarium, nec per conſequens eſt dicen-
dum velle in primo reſponſo à paritate rationis, l. à
Titio, ff. de verb. oblig. l. illud ff. ad l. Aquil. cum vulg.
18 † circa quod pro veriori intellectu illius capituli eſt
aduertendum, quia literæ illius c. fi. poſſunt duplici-
ter intelligi. Primò, vt illud verbum, eo quod ſuſce-
pit in ſe periculum, recepturus aliquid vltra ſortem,
&c. referatur ad proxima præcedentia: & eſt ſenſus,
quòd ideò mutuabat illam pecuniæ quantitatem,
quia volebat periculum illius pecuniæ in ſe ſuſcipere,
vt aliquid hac de cauſa ſuſciperet vltra ſortem. Iſte
eſt verus, & communis intellectus, & probat ibi ver-
bum recepturus aliquid: quaſi dicat, aliter non mu-
tuaturus, vt ibi declarat gl. quia ſuſcipiebat tunc pe-
riculum loco cujuſdam compenſationis eius, quod
vltra ſortem recipiebat, & ſecundum iſtum intelle-
19 ctum non eſt dicendum, † quòd Papa ibi loquatur in
caſu dubio, alio modo poteſt illa litera intelligi, quod
verbum eo, quòd ſuſcepit in ſe periculum, referatur
ad ſequentia. & eſt ſenſus, quod ideò vſurarius eſt
cenſendus, eo quod ideò vſurarius eſt cenſendus, eo
quòd ſuſcepit in ſe periculum, & iſtum intellectum
videtur ſequi D Cor. dum dicit, quòd Papa judicat in
dubio illum vſurarium, qui in ſe ſumit periculum pe-
cuniæ mutuatæ, iſte intellectus, vt dixi non placet,
20 propter ſecundum reſponſum illius c. fi † vbi in du-
bio Papa non vult præſumere aliquem vſurarum. Ra-
tio eſt ſecundùm gl. ibi, quia hæc eſt pars minor, vt c.
2. de reg. jur. in l. interpretatione, ff. de pe. argen. l.
Arian. ff. de act. & obli. & c. ex literis de probation. ita
etiam non eſt veriſimile, eum velle judicare vſura-
21 rium in primo reſponſo in dubio eadem ratione, † ne
præſumatur delictum l. merito, ff. pro ſocio, & in du-
biis debemus præſumere factum eo modo quo licèt,
22 & non aliter, † vt hic, vt a delicto excuſetur per d. l. ex
merito, quod not. Bar. in l. non ſolum. §. ſed vt probari,
ff. de no. ope. nu. 3. Nec eſt aſſerendum, quod ille qui
mutuat, præſumatur eſſe malo animo, & corrupta in-
tentione, quia cùm quærimus quo animo facta fiant,
23 † debemus præſumere, quod bono animo, vt in c. 2.
de re iur. & Bart. in l. libellorum, col. 5. ff. de accuſ. &
per conſequens non eſt veriſimile, quòd Papa contra
tales juris præſumptiones velit in dubio præſumere
aliud, vt ibi in primo reſponſo voluit præfatus Doct.
Tenendus eſt igitur primus intellectus tanquam ve-
rior, & ad prædictam quæſtionem eſt dicendum quòd
in dubio non eſt præſumendus vſurarius, niſi eſſet ſo-
litus aliquid fœnerari, quia tunc fortè eſt præſumen-
dum, quod ſuſcipit in ſe periculum fœnerandi animo
24 † quia in hoc caſu vna præſumptio tollit aliam c. 1. de
præſump. l. qui adulterij, ſuperius allegata. Bal. in l. fin.
in fi. C. de proba. Alex. conſ. 103. vl. col. 1. vol. Bald. in l.
Pacuuius in fi. ff. de hære. inſti. & in talibus inſpicitur
conſuetudo contrahentis. l. qui ſemiſſes, ff. de vſu. d. fi.
c. illo vos de pign. cum ſimilibus. Nec obſtat prædi-
ctis, quod ponit gl. in l. rogaſti. ſi cer. pe. in verb. ſi ſibi
condici dum dicit, quòd in mutuo non debet fieri di-
ſtinctio. Eſſet ſolitus fœnerari, vel non, ſed quando ali-
quid recipitur vltra ſortem, eſt vſura, quia illud habet
locum in volente fœnerari, & de quo conſtat: ſecus
autem in caſu noſtro, in dubio, quia potuit aliquid
recipere non principaliter propter mutuum, ſed pro-
pter aſſecurationem, quæ potuit de pecunia mutua-
ta, ſicut alij Mercatores, & hoc quando erat aliter
mutuaturus, vt ſuperius declaraui. Nec obſtat verbũ,
Cenſemus poſitum in d.c.fi. quia illud verbum etiam
ſtat in alia ſignificatione, vt in d. gl. & eſt veriſimilius,
quòd ſtatuat de nouò, quam vt judicem in caſu du-
bio, vt dixi ſupra, quia non eſt præſupponendum in
caſu dubio, vt in d.c. fi. in 2. reſpon. Nec obſtat, quod
25 dicitur de dictione, quoque: quia † licèt ſui natura ſit
implicatiua, in l. plane, §. ſi conjuncti, de leg. 1. & repe-
titiua, vt in §. actiones quoque, inſt. de actio. & in §. pœ-
nales: tamen iſtæ, & ſimiles dictiones, ſecundum ſub-
jectam quandoque materiam ſtant impropriè, & al-
terantur, l. eas cauſas, juncta gl. ff. de cond. & demõſt.
Soc. in l. ereditor, n. 6. ff. ſi certum pet. & illam gl. not.
Alex. Imol. cauſa euitandæ abſurditatis, & repugnan-
tiæ, l. ſi ab hoſtibus ff ſol. ma. quemad. dos pet. Poſſet
aliquis dicere quòd iſta conuentio aſſecurationis non
26 licita, † quæ ſit de pecunia, ſeu rebus, quæ per mare
deferuntur, cum videatur fœnus nauticum, & ſic pro-
hibitum, ſicut alia vſura, de jure canon. & ciuili per
not. in auth. de eccl. vtc. §. 1. & ibi gl. & in auth. ad hæc.
C. de vſur. & per Azo. in ſumma. eod tit. & Bar. in l. in-
ſula, ff. ſolut. matr. & in l. cunctos popul. C. de ſumma
Trin. in 3. col. & alij doct. ibi, & alibi in variis locis. Sed
ad hoc poteſt reſponderi vna cum gloſ. in d. authen. ad
hæc, & in dicto §. 1. vel verius juxta nota. per ea quæ
ibi dicit Bar. in d. § 1. & alibi eſt dicendum, quod licet
27 hodie † omnis vſura ſit prohibita, etiam nautica, attẽ-
ta diſpoſitione c. fin. ſuperius allegati, quòd illud pro-
cedit in vera vſura, ſicut in l. periculi precium. ff. de
nau. fœ Bald. conſ. 395. n. 8. 5. vol. & conſ. 115 n. 12. 2. vol.
& conſ. 379 n. 2. 4. volu. vtputa quando mutuo alicui
pecuniam, & prout ibi exemplificat gloſ. quam volo
mihi reddi, ſi nauis ex Aſia venerit: & ſi non venerit,
volo mihi reddi cum vſuris centeſimis, quia in tali
conuen-

conuentione eſt vſura,ſecundum d.c.fin.|& c conſu-
luit.eod. tit. ratio|principaliter,quia augmentū illud
apponitur ſuper ſorte io caſu deficientis conditioois,
ſed in aſſecuratione(vt ſupra dixi)mutui,non eſt cau-
ſa immediata lucri, ſed eiicitur de per ſe periculum
quandoque per mutuantem, qui erat etiam ſine hoc
mutuaturus, vt ſupra fuit declaratum, quandoq; per
alium. De pecunia autem nautica, ſeu traiectitia, de
qua in l.1 ff.de nau.fœno. not. vide D.Innoc. & Cald.
in d.c.fi.vbi volunt,quò ſi nauigans precium in ſe ac-
cipiet,vt talem pecuniam ſecum reportet vltra mare,
ſiue periculum eius pecuniæ, per precium ſumat ſiue
non, oon eſt vſura ſecundùm Salic.in rub. ff. de vſur.
princ. quod not. ad ea quæ ſupra in principio dixi-
28 mus, † quia ſuſceptio periculi non facit contractum
illicitum ſimpliciter: & io hac materia, vide pulch.
coоſ.Bald.31t.oum.1.& 2.5. vol.

SVMMARIA.

1 *Nuda conuentio, & ſine cauſa, non valet.*
2 *Conditionalis conuentio, quæ à facto alterius dependet, an de iure valida ſit cenſenda.*
3 *Solus conditionis euentus, an pro cauſa ſit habendus.*
4 *Conuentio de matrimonio contrahendo inter talem, & talem an valida ſit inſpicienda.*
5 *Sponſio facta in ludo prohibito, an valeat.*
6 *Senatus prohibet pecuniam ludere, & ſponſionem facere de pignore ponendo.*
7 *Vbi cauſa ſponſionis inhoneſta eſt, ſponſio non valet.*
8 *Aduerſam fortunam liberi hominis expectare, inciuile, & turpe eſt.*
9 *Turpis ludus, & inhoneſta conuentio non valet.*
10 *Ad delinquendum non debet quis inuitari ſpe lucri.*
11 *Sponſio quæ contra bonos mores concipitur, non valet.*
12 *Stipulatio qua quis inuitatur ad delinquendum, non tenet.*
13 *Malitiis hominum ſemper eſt obuiandum.*
14 *Delinquendi occaſio non eſt danda.*
15 *Expectare mortem inimici fidei Chriſtianæ, inciuile non eſt.*
16 *Conuentio, qua quis ſibi triſtem euentum expectat, an de iure valida ſit habenda.*
17 *Stipulatio, ſi hoc anno Imperator coronabitur, vel ſi in Italiam venerit, an de iure teneat.*
18 *Sponſio, ſi tibi naſcetur maſculus, aut fœmina, an de iure valida ſit.*
19 *Omnis cauſa non inhoneſta, & extranea, iuſtificat ſtipulationem.*
20 *Conuentio, ſi pluet hodie vel cras, an valeat.*
21 *Vbi non licet ludus minus licet facere ſponſionem.*
22 *In ſponſionibus inter Mercatores non curatur de apicibus iuris.*
23 *Sponſiones magis cauſa ſalarij, quàm lucri cōcipiuntur.*
24 *Ludus vbi de conſuetudine toleratur, non tenetur quis ad pecuniæ reſtitutionem.*
25 *Ludus introductus cauſa virtutis exercendæ, regulariter non eſt prohibitus.*
26 *Conditiones, an ſuſpendant actus.*
27 *Exceptio competit contra nudam conuentionem.*
28 *Conceptio ſtipulationis ſub conditione inhoneſta, an toleratur.*
29 *Conditione appoſita in alterum ex contrahentibus non improbata, an ſimilis conuentio de iure valida ſit habenda.*
30 *Ludus in ſe regulariter eſt prohibitus.*
31 *Repetitio inter ludentes, datur in ludo prohibito.*
32 *Sponſiones mercatorum ſine cauſa, an ſint prohibitæ.*
33 *Ludentibus licitum eſt facere quicquid poſſunt, vt vincant.*

Petrus Santerna.

SECVNDA PARS.

AB antiquis, & modernis Iuriſperitis ea eſt fre-
quentiſſimè quæſtio pertractata circa conuen-
tiones, ſeu ſponſiones Mercatorum, quæ, ſub variis,
ac diuerſis componuntur formulis, videlicet ſi Impe-
rator hoc anno morietur, dabis centum: ſin autem,
dabo tibi: & vt dicit Pau de Caſt. quem etiam Alex.
de Imo'.& Do.Fran.de Are.referunt in l. à Titio, de
ver.obl. fuit io practica Florentina quæſtio circa iſtam
conuentionem an valeat, & videbatur non valere,
1 † quaſi eſſet nuda conuentio, & ſine cauſa, per l.2. §.
circa,ff.de dol. exce. & per d.l. à Titio, & fuiſſe con-
ſultum,& judicatum,quod valeat etiamſi fuiſſet con-
cepta ſub conditione, quæ dependeret ex facto al-
2 terius,& incertæ perſonæ: † vt, promittis decem, ſi
quis, vel ſi Titius Capitolium aſcenderit, vel ſi quia
à me decem petierit,vel ſi qua nupſerit,& ad §.circa,
reſpondet Paul. quod loquitur in obligatione pura,
3 ſecus in iſtis formis conditionalibus, † quia ſolus cō-
ditionis euentus habetur pro cauſa, d. l. à Titio, &
quòd benè fuerit judicatum,probat Alex.in l.cùm ad
præſens, nu.1.ff.ſi cer.pet.& per dictum Oſt.in c.gem-
mæ.de ſpon.vbi voluit,quod ſi vnus promittat alteri
4 decem, ſi fiat matrimonium inter Titium † & Bertā,
& econtra alius, ſi non fiat, promittat ibidem, valet
conuentio, ſicut fuiſſet concepta ſub quauis alia con-
ditione,& hoc quando ſunt extranei a Titio,& Berta:
ſecus quando ſub nomine Titij,& Bertæ fierent ſpon-
ſalia ſub pœna,vt in d.c.gemma & io l.Titia de verb.
oblig.& Alex.in d.l.cùm ad præſens.
Circa quas tamen ſponſiones oportet inſpici cau-
ſas,ſuper quibus interponūt etiam formam in admit-
tendo ſimpliciter ſimiles conuentiones, argumento
eorum quæ habentur in l.3.ff.de alea luſ.& in l.ſi rem
5 §.ſi quis ff.de præſ.verb.† quia ſicut in ludo prohibi-
to ſponſiones non valent, ita eſt dicendum ſimiliter
de aliis conuentionibus, quando ſuſcipiunt aliquid
noo honeſtum, vt ſtatim declarabitur, facit ad hoc
quod ponit Odofred.in tit.de libellis,in vltima parte
relatus a Paride de Put.in ſuo tract.de ludo, vt ſi ali-
qui dicunt, cùm aliquid negatur, ponamus pignus,
quòd ita eſt, vt ego dico: & ſic ponunt, dicit ipſe,
6 quod ſæpius damnatur, quia † Senatus prohibet pe-
cuniam ludere,& ſponſionem facere in hujuſmodi pi-
gnore,niſi quando fit cauſa virtutis oſtendendæ,l.2.ff.
de aleæ luſ.& alea tor.& l.2.quarum re.act.noo datur,
& per conſequens, quando cauſa veſcendi ponuntur
iſta pignora, & quòd vnus comedet pluſquam alius,
non valet,c.à crapula. de vit. & honeſt. idem & in ſi-
milibus ſponſionibus, quæ ſunt contra debitum ho-
neſtatis, quod dic. vt in d. §. ſi quis. vbi tex not. &
7 ibi Sali.† quod cauſa ſponſionis fuerit inhoneſta,ſpō-
ſio non valet, & per conſequens competit repetitio,
quod datur in illo tamen exemplo, ſi princeps mori-
tur etiam in tali tempore, vt in alio ſimili, vel ſi per-
det terram, vt refert, præfatus ſolennis Doct. Paulus
voluit conſulere, quia videtur iſta ſapere iohoneſta-
8 ſicut ludus Taxillorum: † pro quo facit, quia expe-
ctare caſum aduerſum liberi hominis, eſt in ciuile &
turpe.l.inter ſtipulantem,ff.de verb.oblig.& per con-
ſequens ſponſio, & ſtipulatio in aduentu tali conce-
pta,non valet.l.generaliter, ff.eod.tit.cum l.ſequenti,
& quod not.in c.ſecundo de conceſ. præben. & vt in
ſimili dicit tex in l fin. C. de pact. iſtæ conuentiooes
poſſunt dici plenæ ſtrictiſſimi euentus, & periculo ſit
propter inſidias,quæ reperiri poſſunt, vitæ eius, in cu-
jus morte talis conditio verificatur,quid enim ſi quis

ita conciperet ſponſionem, ſi iſto anno Titium non
occideris, promittis decem: & e contra ſi contingat,
9 ipſe eadem decem promittat: † quis non dicet, tales
ſponſiones, & ludos turpes, & conuentiones non va-
lere? per d.l. Generaliter, & d.§. ſi quis ſuperius alle-
gat. & l. ex eo. C. de inutilib. ſtip. in fi. Idem ſi dicit, ſi
10 non adulteraueris talis die cum vxore Titij. † poſſet
enim quis inuitari ſpe lucri ad delinquendum, l. con-
uenire, ff. de pact. do. & ſic non valent per not. in d.l.
generaliter, & ibi Bar. & in l. ſi plagij. eo. tit. & in l. pen.
ff. de cond. ob tur. cauſam, & in l. juriſgentium, §. ob
maleficium, & in l. ſi vous, §. illud, ff. de pact. & d.l. ex
eo. & hoc ſiue concipiatur tale quid in perſona alte-
rius ex ſpondentibus, ſiue ex perſona alterius, ſ. tertij,
vel etiam incerti, vt infra dicetur, quia in vtroque eſt
par ratio, l. à Titio de verb. oblig. l. illud ff. ad l. Aquil.
11 & ſemper quis poteſt inuitari ad malum, † & ſemper
ſpectatur, triſtis euentus hominis, vt, ſi non occideris,
vel occiderit talis talem, vel talis occidatur, quicquid
ſentiat gl. in d.l. ſi plagij, in exemplo, ſi Titius fecit
plagium, circa hoc eſt aduertendum, quia Bar. ibi di-
cit, quòd hujuſmodi conceptio poteſt eſſe bona, quia
Titius eſt meus conjunctus, vel amicus, & non faciet,
vt ego incidam in pœnam, nec iſto caſus eſt cōtra bo-
nos mores, ſecus autem ſi eſt conſanguineus ſtipula-
toris, quia poſſet inuitari ad malum, l. conuenire, & l.
hæres meus, §. fin. de cond. & demon. Facit quod no.
12 in l. ſi reo. §. ſi ff. de fidejuſ. † vbi dicit quòd ſi cōſortes
inuicem faciunt pactum, vt eſt in Tuſcia, quòd vno
condemnato pro maleficio, omnes cōtribuunt, quod
nō valet prædicta ratione, ne quis incitetur ad delin-
quendum, idem tenet Iac. de Are. Salic. & Cyn. in d.l.
ex eo. de inutili. ſtip. & cum opin. Bart. tranſit Imol. &
Cuman. & Pau. de Caſt. qui vltra dixit, quòd quando
ille Titius eſt penitus extraneus promiſſori. & ſtipula-
tori, quod bene valet ſtipulatio, ſicut ſub quauis alia
conditione, quod non placet per rationem Iac. de A-
rena, quia licèt ſit penitus extraneus, poteſt induci, &
ſolicitari per ſtipulatorem ad illud committendum,
prout dixit Imo. in d.l. ſi plagij, poſſet paciſci ſtipula-
tor de quota lucri cum Titio, vel aliquid aliud ei per-
13 mittere, vt illud delictum committat. † Item quia eſt
occurrendū malitiis hominum, c. quanto, de diuo. l.
in fundo. de rei vend. & ſic poſitis iis, videtur conclu-
dendum, quòd non ſit facienda differentia, ſit amicus
vel non ſtipulatoris, vel promiſſoris, vel penitus extra-
14 neus, cùm ſit ob turpem, vel inciuilem cauſam, † ex
qua poſſet ex altera parte dari occaſio delicti. Quid
autem ſi ita concipiatur ſponſio, ſi Turcus iſto anno
morietur, vel occidatur? dic quod ſic, & benè valet,
15 † quia non eſt inciuile, expectare mortem inimici fi-
dei, & procedit dictum Salic. in d.l. ex eo, quod refert
D. Alex. in d.l. ſi plagij, quòd ſi delictum committen-
dum, continet in ſe bonum publicum, vt ſi apponatur
mors illius, qui nocumentum facit patriæ, valet ſti-
pulatio, ſeu ſponſio, ſicut ſub aliqua non inhoneſta
16 conditione. † Quid autem ſi concipiatur, ſi aliter no-
ſtrum non conualuerit? dic quod valeat, quia ex quo
contrahentes ſibi ipſis hoc deſiderant, non eſt judi-
canda inciuilis, quo ad eos argumento ad ea l. fi. C. de
pact. de qua conceptione vide tex. in l. periculi pre-
cium, ff. de nau. fœn. Quid autem ſi fiet hoc modo, ſi
talis non venerit hoc anno? tex. eſt in l. ſi quis ita ſti-
pulatus decem, & in l. ita ſtipulatus §. ſed & ſi. ff. de
ver. obli. idem in illa, ſi Imperator hoc anno venerit,
17 vel non venerit in Italiam, l. hoc jure. eo. tit. † Idem ſi
hoc anno coronabitur, l. ſi quis Titius. eo. tit. & lata
ſtipulatus. eo. tit. de verb. obli. Idem ſi ceperit, vel nō,
talem terram ar. l. ſtipulationes non diuiduntur, §. ſi
quis ita. eo. tit. & l. à Titio. Idem ſi vxorem ducat vel
non d.l. à Titio. de verb. oblig. cum aliis ſimilibus exē-
plis, quæ non reperiuntur prohibita, nec ſunt in ſe
turpia, vt ſi regina peperit filium maſculum vel fœ-
minam, aduerte tamen quia in hoc vltimo exemplo,
Odofredus in loco ſupra allegato, & Azo in ſumma,
18 quos refert Paris in d. tract. de ludo. † tenet. quod quā-
do fit ſponſio vel pignoratio ſub aliquo euentu incer-
to, licet honeſto, non valet: vt ſi tibi naſcetur filius
maſculus, dabis decem mihi: & ſi fœmina, dabo tibi:
19 tamen videtur quod valeat, † quia omnis cauſa non
inhoneſta etiam extranea, juſtificat ſtipulationem, in
d.l. à Titio, ſicut valeat promiſſio, ſi nauis veniet, ar-
gumento eius quod dicimus de emptione jactus piſ-
catoris, l. ſi jactum retis, de act. emp. & vend. vt ipſe
refert. D. Marianus Soc. in c. inter dilectus, de exceſſi.
præla. tenet, quod valeat ſponſio, ſi Imperator veniet
20 in Italiam † & ſi tali die pluet, vel tali die nauis redi-
bit, per tit. de verb. oblig. & facit ſecundū enim. l. ſcru-
puloſam, l. ſi de contrah. ſtip. & eo. §. poſt mortem.
Idem in quæſt. ſi pluet, allegat Paul. in l. ſi quis cum
debitore, de jurejur. in exemplo, quod pluet die ſe-
quenti, licèt in lectura mea Paduana, hoc Paulus non
dicat, & licèt Paulus in hac quæſt. non conſultauerit,
quia videbatur ſibi quidam aleæ luſus propter dictū
Roſr. tamen dicit prælatus Doct. quod l. quibus, ff. de
aleæ luſu. per quam mouetur Roſr. hoc nō probat, ſed
21 voluit ibi juris conſultus, † quod in caſibus in quibus
non licèt ludere, non liceat facere ſponſionem, nō au-
tem quod voluerit ibi prohibere pacta ſub conditio-
ne caſuali, vel mixta, licet dictæ conuentiones videan-
tur ſapere pluſquam oportet, & ſit quid ſuperſtitio-
ſum. Aduerte, quia cū hodie mercatores ſint in cōſue-
tudine, quaſi per totum mundum faciendi iſtas ſpon-
ſiones, cum inter eos fieri poſſe non ſi dubitandū, ſub
quauis conditione, non intelligo de turpi vel inhone-
22 ſta. † nec iſtis ſponſionibus eſt multū curandum de a-
picibus juris, argumento eorū quæ notantur in l. ſi fi-
dejuſſor. § quida. ff man. & quæ ibi dicit Bart. & in l.
Quintus Mutius, eo. tit. ſed ſolū admittentur illæ ſpon-
23 ſiones, quæ non ſapiunt inhoneſtatem maximè † quæ
magis ſolatij cauſa, quā lucri, concipiuntur: Præterea
cum ſimiles ſponſiones non reperiantur prohibitæ, &
conſuetudo inter ipſos mercatores eas approbet, nō
videtur locus repetitioni, ſi ſoluantur in foro judicia-
li, vel in foro animæ, attenta not. doct. S. Thomæ, de
qua meminit Bal. in rubrica de cond. ob turp. cauſam:
& Io. And. in c. clericorum, de vita, & honeſta. cle. in
24 Nouella † quod vbi de conſuetudine ludus eſt juſtus,
licet aliàs de ſe ſit illicitus, non tenetur quis ad reſti-
tutionem, hoc tamen limitat Io. Petr. in l. 1. C. de alea.
non procedere in perſonis prohibitis, vt in autem. in-
terdicimus. C. de epiſ. & cle. ſed idem credo in illis, ſi
conſuetudo valeat. Ceſſante autem cōſuetudine, cre-
do, quod bene fecerit Pau. de Caſt. in eo quod noluit
conſulere vt dicunt Doct. quia ex quo iſtæ ſponſiones
25 fiunt per modū cujuſdam ludi, regulariter † omnis lu-
dus qui non fit cauſa virtutis exercendæ, eſt prohibi-
tus, probatur in l. 2. & 3. ff. de alea. Tales enim ſpon-
ſiones non debent valere, vt in d.l. 3. expreſsè habe-
tur, & licèt multis ex prædictis formis in ſtipulatio-
nibus reperiantur de jure approbatæ, vt ex ſuperio-
ribus patet, & quaſi per totum titulum ff. de verb.
oblig. tamen quando ſunt loco ludi. non credo quod
facere liceat per d.l. 3. vbi expreſsè. tex. dicit, quod vbi
pro virtute certamen non ſit, non liceat facere ſpon-
ſiones: hoc etiam ſentit gl. in l. ſi rem, §. ſi quis ſpon-
ſiones, ff. de præſcr. v. r. in verbo, victori quæ, vult,
quod ita demum ſponſio debet habere effectum, ſi
ludus

ludus ſit licitus. Extra caſum ludi, ſi quis ſtipuletur
ab alio decem, ſub aliqua ex prædictis formis non in-
honeſtis, valebit: & ſufficiet conditio pro cauſa, vt
dicunt doct. in locis ſuperius allegat

POSITO quod conſuetudo approbet inter ip-
ſos mercatores iſtas ſponſiones, eſt dubitatio, an in
eis apponatur cauſa de præterito quantumcunque
turpis, nihilominus valeat. verbi gratia, ſi ponatur
quod talis interfecit regem, vel Ducem talem, &c.
not. Salic. in d. l. ex eo. C. de inutil. ſtipu. tenet quod
valeat, etiam in delicto de præterito, ſaluat gloſ. in d.
l. ſi plagij, pro quo dicit Alex. facere quæſitum Paul. in
l. à Titio ſuperius allegata, per l. cum ad præſens ff ſi
cert. pet. & quod ibi not. Bar. quia ſtipulatio facta ſub
conditione etiam impropria, de præſenti vel præte-
26 rito, valet non adjecta alia cauſa: facit, † quia licèt
tales conditiones non ſuſpendunt actus l. conditio in
in præteritum de verbo oblig. tamen beneficiunt, vt
ſtatim valeat diſpoſitio, vel perimat inſt. de verb.
oblig. §. conditiones: ſecus tamen tenet Alc. in exem-
plo, ſi talis mortuus fuit, quia non poteſt negari quin
contineat turpem cauſam, quæ ratio ſola ſufficit ad
inualidandam ſtipulationem d. l. ex eo in fi. & l. gene-
raliter ſæpius allegata aduerte circa hoc, quia poteſt
dici, quando ſic ſpondentes ſunt tales perſonæ, & in
tali loco, quod non ſit veriſimile poſſe illud fieri face-
re, ſub cuius conditione ſpondent, quod tunc valeat,
quia ceſſat ratio doct. & non poteſt dici dare occaſio-
nem delinquendi, etiam ſi videtur tunc appoſita illa
conditio, tamen quicquid eſt contingibile, &c. non
poteſt dici, quod ſpectatur triſtis aduentus, qui
jam fuit de præterito, niſi dicas, quod cenſetur inter-
poſita contra bonos mores: ſed tunc dibitari poteſt
an ſit talis ſtipulatio ipſo iure nulla, vel opè exceptio-
nis, cum hic non poſſit dari turpitudo magis ex vna
parte, quam ex alia, ex quo eſt concepta, & appoſita in
27 tertium, nec poteſt dari opera, vt illud ſequatur † cre-
do exceptionem competere tanquam contra nudam
conuentionem l. a. §. circa ff. de duli excep. quia talis
cauſa eſt reputanda non cauſa, per not. in l. iuriſgen-
tium §. ob maleficium ff. de pact. ſi tamen fiat ſolutio,
habebit locum l. pen. ff. de condit. ob turpem cauſam
nec obſtat d. l. ſi plagij, quia debet intelligi, quando
aliqua turpitudo eſt adimplenda per aliquem ex
contrahentibus, vt in d. l. generaliter. Vel per tertium
mandato, vel ſolicitudine, ſeu contemplatione alte-
rius contra tertium hic verò ſolum cenſetur turpitu-
tudo ratione expectationis euentus triſtis, & cauſæ, vt
habeatur pro non cauſa, & obſtat exceptio per d. l. a.
ſed non competit repetitio per d. l. pen. in fi. ver. poteſt
aliter dici, quod ex quo ſpondentes ſciant iſtam cau-
ſam haberi pro non cauſæ, & ſic cauſam ſolutionis
non ſubeſſe, quod valeat inter ipſos ex cauſa donatio-
nis, & ſic ceſſat repetitio, facit. l. qui fundum §. ſeruus
verſ. quod ſi ſcierit ff pro empt. in ratione, ibi, quod ſi
ſciuerit, & repetit quaſi ſciens ſoluat, & l. cuius per
errorem ff. de reg. iur. allegat. per d. Soci. in rub. de
cond. ind. n. 2. Bal. in l, 1. C. ne filius pro pat. & Car. Flo.
in c. fi. de ſol. & firmatur tunc talis ſolutio ex cauſa li-
beralitatis per ea quæ adducit Bar. in d. §. circa quod
tenementi pro iſtis ſponſionib. mercatorum in ſimili-
bus caſib conceptis, quia vterque eſt in cauſa talem
conditionem apponendo, & ſic ſpondendo, & ſic non
erit locus repetitioni per d. l. pen. nec eſt contra ea
quæ ibi, & in d. l. generaliter, & in d. l. ſi plagij, & in §.
ob maleficium, not. Bar. & doct. ſi rectè aduertis. Im-
mò in iſto caſu eſt dicendum ſicut communiter dici-
tur in illo, quando ambæ partes ſciunt cauſam non
ſubeſſe, de illa autem conceptione, ſi Dux Carolus
vicerit, quæ multum fuit practicata in morte Ducis
Burgundiæ, vide d. l. cum ad præſens, & d. l. conditio
in præteritum, & adde, quod ex quo illa expectatio
non poteſt eſſe damnoſa alicui, quia eſt de præſenti
vel preterito, fortè tolerabitur conceptio ſub prædi-
cta conditione, quia non ſuſpendit, Tutius tamen eſt,
28 ita facere ſponſiones, vt non ſint contra bonos mores,
maximè vbi magna pecuniæ quantitas interponitur,
vel quando ſumus in caſu, in quo ſpe futuræ ſponſio-
nis in mortem alicuius aliter ex contrahentibus, &
paciſcentibus potuit illum prius facere occidi, & ſic
alio ignorante poſſet formare ſponſionem in eius
mortem, videlicet ſi tali die mortuus fuit, vel ſi talis
mortuus eſt, quod ſemel, vt audio, euenit de facto,
adde tamen prædictis de illa conceptione, ſi talis mo-
rietur bon. tex. in l. quibus diebus, § quidam Titio, ff.
de condit, & demonſtr. ſed poteſt reſponderi, quòd
ibi ſpectatio triſtis aduentus non eſt cauſa legati, ſed
ſolum differtur eius præſtatio. Vel proprius, quòd ibi
non cenſetur turpis, quia ita voluit teſtator, cujus vo-
luntas per l. ſeruatur l. in conditionibus, ff. de condi.
& demon. l. pater Seuerinam §. conditionum ff. eod.
tit. Bald. in l. pen. & fi. C. de neceſſa. ſeruis hæred. inſti.
& in in auth. de nup. col 4. & in l. prædia. & in l. volun-
tatis C. de fidei, cùm ſit quod magis ibi dolebat mors
matris, quàm legatarius: & argumento eius, quod not.
in l. fin. C. de pact. poſſumus dicere in iſtis ſponſioni-
bus, & idem in quibuſcunque aliis contractibus, vt
conditio non cenſeatur turpis, nec habere triſtem
euentum, ſi conſentiat ille in cujus mortem talis con-
ditio apponitur, quod nota, & tene menti pro iſtis
ſponſionibus, & ex prædictis poteſt ſumi concluſio
29 † quod ſi conditio apponatur in incertam perſonam,
ſiue certam, ſiue in alterum ex contrahentibus valet
conuentio, dummodo non ſit conditio improbata,
vel ludus per not. in d. l à Titio, & inſti. de ver. obl. §.
ſub conditione. & in l. ſi rem. § ſi quis ſponſionis, ff de
præſer. ver & in l. 2. & 3. de alea ff. & tenementi illum
§. ſi quis pro luctantibus, & currentibus, &c. & adde
prædictis, quod non ſolum habent locum inter lu-
dentes inter ſe, vt ſi dicam te, vel plus te, vel velo eius
curram: ſed etiam inter inſpicientes ipſos ludentes,
& apponentes conditiones in eorum fortunam, ſicut
30 fit in ludo pallæ, & pilæ. † & quando ludus in ſe eſt
prohibitus, non ſolum ſponſio inter ipſos principali-
ter ludentes non valet, vt in iuribus ſæpè allegatis,
ſed etiam, quæ fit inter inſpicientes ludos, facit tex.
in l. 3. de alea, qui generaliter loquitur. l. de precio. ff.
de publica. l. 1. & generaliter. ff de legat. præſt. & eſt
eadem ratio l à Titio de verb. oblig. facit etiam
quod not. in l. interdicimus, C. de epi. & cler. de inſpi-
cientibus ludum, qui æque puniuntur, vt ludentes:
31 & adde, & tene menti, † quòd ſicut inter lubentes
in ludo prohibito, competit repetitio eius, quod da-
tur, & promittitur in ludo, vt in dicto §. ſi quis & in
l. fi. ff. de alea, & in l. 1 C. eo tit. ita etiam competit
inter ipſos inſpicientes ludum & ſpondentes in cauſa
illius ludi. hoc probatur in d. l. 1. vbi tex. pariter lo-
quitur in ludentibus, & ſpondentibus, & ludum in-
ſpicientibus, & cum poſteà dicat, & ſi contra factum
fuerit, nulla ſequitur condemnatio, ſed ſolutum red-
datur, & competentibus actionibus repetatur ab iis,
quæ dederunt, & dari debet pauperibus ſecundum
Iaſ. in l. ſingularia. num. 15 ff. ſi cer. pe. &c. non ſolum
debet intelligi de ipſis ludentibus inter ſe ſed etiam
de inſpicientibus, qui etiam ludentes poſſunt dici
ſuo modo, eo quod ſponſiones faciunt ſuper fortu-
nam ipſorum, principaliter ludentium, aliàs fruſtra, ſi
in d. l. fieret mētio de inſpicientibus, arg. l. ſi quādo d.

l.1.quia per l. interdicimus C.de epi & cler. prohibetur intereſſe ludis prohibitis,nec ob hoc,his quæ ſupra diximus,circa ludos mercatorũ,quia procedunt
32 in ludis non prohibitis,& valent illæ ſponſiones, † licèt cauſa non ſit aliqua inter ſcientes: ſecus,quandoomninò prohibitis eſt ludus,quia tunc licèt turpitudo ſit ex vtraque parte,tamen in hoc caſu valet licèt allegant turpitudinem,vt not.in d.§.ſi quis ſponſionis,& in d.l 1.C.de alea.ſed de his hactenus vſq; modo. Veniamus ad materiam aſſecurationis,in qua per ordinem plures quotidianas quæſtiones ponemus, circa tamen prædictos ludos,quando eſt facta ſponſio, & alter non vult adimplere,& de iudice aſſumpto in tali ludo,quales eius partes ſint,vide gl.& ibi not. in d.§.ſi quis,& tene menti,quod ibi in vltimo loco ponit Bar.quod poſt quam ludentes ſunt in ludo,licitum
33 eſt eis facere † quicquid poſſunt,vt vincant. Ego vidi de facto ſemel in feſto S.Io.Florentiæ,cùm equi currerent ad brauium,aurigæ Florentini Laurentij percuſſerunt cum loris Mantuæ aurigam,qui præibat, & ſuperauit,& vicit tamen in iſto caſu.quia factum fuit per dolum,non crederem licitum, ſed de conſuetudine aliter ſeruatur,& de aliis ad materiam facientibus,vide Bal.in rub.de cond.ob turp.cau.C.& Bat. in l.ſi filio §.in alea ff quarum re. act. non datur adde prędictis,quod quis poteſt ſtipulari pœnam ab amico. ne ludat,& valebit,l. iuriſgentium §. prætor ait ff. de pact l.ex ea parte § mulier.ff.de ver obl.& ibid.Fran. de Are poſt Imol Iaſ.& alios quo caſu,ſi ipſe non ludat,ſed faciat per alium ludi,committitur fraus,ſtante pacto prędicto,ſecundum Par.de Neap.in ſuo trac. in pe.col.per gl.in d.§ ait prætor. in verſ. ſenatuſconſ. & per ea quæ Bal.& Guiel.ponit in auth. Interdicimus C.de epiſc.& cler.Quod nota,& tene menti.

SVMMARIA.

1 *In aſſecurationibus maris conſuetudo ſemper eſt inſpicienda.*
2 *Inter mercatores non iuris rigor,ſed æquitas ſpectatur.*
3 *Conſuetudo introducitur ab eo,quod habet poteſtatem legis condendæ.*
4 *Villæ,& oppida ciuitatum ſubiecta,non habent iuriſdictionem.*
5 *Qui poſſunt ſtatuere, poſſunt conſuetudinem introducere.*
6 *Allegans conſuetudinem introductam, illam probare debet.*
7 *Conſuetudo non ſe extendit de vno loco ad alium locum.*
8 *Generalis conſuetudo vbique eſt obſeruanda.*
9 *Mercatores ſuſcipientes in ſe periculum rerum per mare ferendarum ſi res ipſæ vi maris periclitantur, tenentur actione oneris aduerſi.*
10 *Conductores mercium per mare,an teneatur de caſu fortuito.*
11 *Falſa cauſa non vitiat ſtipulationem.*
12 *Promiſſio mercedis videtur eſſe ſemper conditionalis.*
13 *Contractus aſſecurationis regulatur ſecundum naturam co tractuum nominatorum.*
14 *Falſa adiectio vitiat contractum nominatum.*
15 *Legatum factum de aliquib.bonis exiſtentib.in aliquo loco,ſi ibi res reperiantur,legatum non valet.*
16 *Falſa demonſtratio,an vitiat cõtractum aſſecurationis.*
17 *Mercatores regulariter ſolent eſſe prouidi.*
18 *Dictio quis,vel qui,eſt ſui natura relatiua.*
19 *Promiſſor periculi non tenetur,niſi merces in naui delatæ ſint.*
29 *Falſa demonſtratio per naturam, an in ſponſionibus teneat,& promiſſorem obliget.*
21 *Vendens vſumfructum quem habet in tali re, licèt venditor vſumfruct.non habeat , an venditor teneatur de euictione.*
22 *Mercator habens merces in naui , & emit euentum periculi,ſi merces non poſſunt ex aliqua cauſa nauigari,an ad precium periculi agere poſſit.*
23 *Dominus mercium an æquiparentur emptori.*
24 *Contractus aſſecurationis eſt contractus conditionalis.*
25 *Aſſecurationis contractus quibus verbis concipiatur.*
26 *Nauis propter publicam vtilitatem poteſt conuerti ad publicum vſum.*
27 *Intentio contrahentium ſemper eſt inſpicienda.*
28 *Aequitas eſt obſeruanda ſemper inter mercatores.*
29 *Limitatio ad l.in execution. §.ſi.ff.de verb.oblig.*
30 *Aſſecuratio ſimpliciter facta,de prima ſemper nauigatione eſt intelligenda.*
31 *Promiſſio de aliquid aptando,vel faciendo, intelligitur ſemper de prima vice tantum.*
32 *Vendens fructus,vel roſas viridarÿ,intelligitur de primis.*
33 *Verba debent intelligi per prius,& non per poſterius.*
34 *Quantitas precÿ multum eſt attendenda in contractu aſſecurationis.*
35 *Si merces de vna naui in aliam transferantur,& depereant,an promiſſor teneatur de tali periculo.*
36 *Aſſecurator non tenetur de rebus deperditis in ſcapha nauis cauſa exonerandæ mercis.*
37 *Nauis appellatione ſcapha non venit.*
38 *In aſſecurationibus multum ſunt ponderanda verba aſſecurationis.*
39 *Quæ in portu ſunt,perinde habentur,ac ſi in ciuitate facta eſſent.*
40 *Qualiter fiat æſtimatio rerum ſeu mercium deperditarum in caſu aduentus periculi an tempore infortunÿ, vel emptionis,vel ad tẽpus quo vendi poterãt*
41 *Quando merces certo loco ſunt danda,an ibi æſtimatio inſpici debeat.*
42 *Contractus aſſecurationis eſt contractus,conditionalis.*
43 *Æſtimatio quandoque fit tempore contracta obligationis.*
44 *Contractus ex conuentione contrahentium legem accipit.*
45 *L.2 C.de reſcinden. venditio locum habet in contractibus hinc inde obligatoriis.*
46 *Æſtimatio ſemper refertur ad iuſtum precium.*
44 *Aſſecurator mercium aſſumit periculum in certo tempore,ſi dominus mercium nauigationem diſtulit alio tempore non loco,& res pereant,an de iure teneatur pro rebus deperditis.*
48 *Nauta & Magiſter nauis excuſatur à caſu ſubmerſionis,quando non eſt in culpa.*
50 *Aſſecurator ſemper tenetur ad magnam æſtimationem in aduentu periculi.*
51 *Publicatio bonorum non trahitur ad futura.*
52 *Aſſecuratio ſimpliciter concepta,ſemper ad primam nauigationem refertur.*
53 *Nauis donec ſalua portum non appulit, ſemper periculum eſt aſſecuratoris.*
54 *Caſus infortunÿ nauium portum non applicantium, notabilis diſtinctio.*
55 *Maris conſuetudo ſemper eſt obſeruanda.*
56 *Debito futuro poteſt accedi fideiuſſor.*
57 *Qui promittit pro alio videtur promittere,vt fideiuſſor.*
58 *Promiſſio de ſoluendo facti alieni,quatenus à debitore non exegerit,non dicitur fideiuſſio, ſed conditionalis obligatio*
59 *Si princeps eximit caſtra alicuius,nobilis intelligitur eximere ea,quæ ſunt ſua propria, & non communia cum alio.*

60 *Stante*

Digitized by Google

60 *Stante ſtatuto quod blada extrahantur de proprio feudo, an potorit de communi*
Locutio in ſuis, an verificatur in communib. 60.
61 *Aſſecuratione facta in caſu tempeſtatis, an veniat caſu latronum.*
62 *Futurum an numeretur inter caſus fortuitos.*
63 *Latrones dicuntur, qui in mari vi prædantur.*
Impetus latronum, & rapina, an dicantur caſus fortuiti. 63.
64 *Definitio propria caſus fortuiti, eſt inopinata rei euentus.*
65 *Caſus improuiſus dicitur, qui ſolet imprudentibus contingere.*
66 *Caſus fortuitus diſtinguitur à caſu improuiſo.*
67 *Furtum, vel latrocinium an numeretur inter caſus fortuitos.*
68 *Ribaldaria patroni nauis, an includatur inter caſus fortuna.*
69 *Piſtis in carceratis eſt habenda.*
70 *Vir nobilis bona conditionis, & fama detentus in carceribus ſi aufugit non eſt veriſimile ex fuga delictum commiſiſſe.*
71 *Qualitas perſonarum facit æſtimari caſum ab aliis commiſſum, quod aliter non æſtimaretur.*
72 *Caſus inſolitus dicitur quando raro contingit.*
73 *Vſus loquendi plurimum eſt attendendus.*
74 *Suſcipiens in ſe periculum caſus fortuiti, an intelligatur de caſibus fortuitis.*
75 *Renunciatio de caſibus fortuitis, an intelligatur de inſolito, vel communiter contingenti.*
76 *In ſuſceptione caſus fortuiti, an intelligatur de inconſuetis, & inſolitis.*
77 *Inter caſus fortuitos, an niues inſolita numerentur.*
78 *Natura producit omnes res ſuo debito tempore.*
79 *Caſus fortuitus contingit duobus modis.*
80 *Niues immoderata, ſolent communiter corrumpere frumenta.*
81 *Appellatio caſuum fortuitorum intelligitur ſolitis, & non de inconſultis.*
82 *In ſuſceptione generali caſus fortuiti, an includantur ribaldaria patroni.*
83 *Caſus qui raro contingunt, non includuntur inter caſus fortuitos.*

TERTIA PARS.

VTile admodum erit intelligere materiam aſſecurationum, quòd cùm regulariter fiant circa
1 res, quæ deferuntur per mare † an ſemper erit inſpicienda conſuetudo, ſicut de conſuetudine maris dicitur obſeruanda, vt conſuetudo ciuitatis in auth. de vſu naut. §. ſi col 9. & in l. de precario ff. ad l. Rhod. de iac. Bald. in conſ. 58. n. 2. in ſecundo vol. & in c. 1. §. quia qui feud. dare poſ. vbi dicit quod conſuetudo habet vim decreti, niſi ſit reprobata, & contra iura, vt Odof. in l. 1. C. de eroga. mil. anno. num. 2. & l. neminem de decur. lib. 1. & cum fiunt iſtę aſſecurationes inter mer-
2 catores, † non eſt tantum in eis curandum de ſubtilitate iuris, quantum de bona æquitate inter eos ſeruanda, iuxta nn. per Bal. conſ. 400 n. 10 & 381. n. 17. in 5 vol. & in l. ſi fideiuſſor. §. quendam, & in l. Quintus Mutius §. cum mandauero ff. mand. & per Bar. ibi. Vnum tamen non omitto, quod vt dicatur conſuetu-
3 do inter ipſos mercatores, oportet † quod ſit introducta ab habentibus poteſtatem ſtatuendi circa illud de quo eſt conſuetudo, aliter non dicitur conſuetudo. Oportet quidem, quòd ſit introducta ab eo, qui habet poteſtatem condendi legem, iuxta no. per Bald. in conſ. 33. num. 3. in 4. volu. vbi localia ſtatuta, & conſuetudines ſunt in poteſtate principum, & in l. de quibus, ff. de leg. & ibi per Bar. & alios, & Fran. de Aretio
4 in l. teſtamenti ff. de teſta. † vbi dicit, quod ex quo villæ & oppida ciuitatum ſubiecta, non habent iuriſdictionem ſecundum Bar. in l. 1. in primo, de dam. infect. ff. non poſſunt ſtatuere, vel inducere conſuetudinem, ſecundum Bal. in conſ. 292. n. 1. 2. vol. Iſta enim æquiparantur in iure. Id quod poteſt fieri per ſtatutum poſſe etiam per conſuetudinem, vt in d. l. de qui-
5 bus nota. † & qui poſſunt ſtatuere, poſſunt conſuetudinem introducere. Ita Iaſ. ibi. n. 75. & 84. Item oportet quod fiat animo inducendi conſuetudinem ſecundum Doc. alias licet per mille annos aliquid fiat, & obſeruetur, non propterea dicetur conſuetudo introducta pro quo Alexand. in l. 1. ff. ad l. Fal. allegata not. in l. 2. 3. ſi. de ſupel. lega ex quo infertur, quod ſi mercatores, qui aſſecurationem factam, dicant aliquid
6 eſſe de conſuetudine † eorum, oportet quòd probent eſſe introductam à curia mercatorum, quando habent poteſtatem ſtatuendi circa ea, quæ ad ipſos mercatores ſpectant, ſicut eſt in aliquibus ciuitatibus, de quo vide not. in l. 2. ff. de conſtit. princip. & per Bald. in ſuo tract. conſtituti. & quid ſi talis conſuetudo eſt in loco vbi aſſecurationes faciunt? † & ſi alibi ſit, non ideò extendendo eſt de loco ad locum, ſecundum glo. in d. l. 2. neque extenditur regulariter de caſu ad caſum, l. 3. §. ſi quis hoc ff. de in actuque priu. & per Inno. in c. delicto de ord. Arch. Bald. in d. l. de quibus Barto. in d. §. ſi quis Bald. in cap. 1. de feud. cogni. Aret. in l. continuus, de verb. oblig. §. ſi ab eo, niſi eſſet aliqua conſuetudo, quæ in pluribus locis ſeruatur,
8 quia tanquam generalis conſuetudo eſt obſeruanda, ad hoc ſecundum Bald. in c. primo de int. for. fidelit. per quem tex. ibi dicit, quod illud, quod fit in pluribus curiis idem Bald in conſ. 229. nu. 1. 2. vol. vbi inſpicitur generalis conſuetudo fœneratoris ciuitatis, quod no. quia cum conſuetudo ſit ſtricti iuris, non facile extenditur. Seruabitur igitur conſuetudo, vt dixi circa iſtas aſſecurationes, de quibus infra dicetur, ſicut ſeruatur in multis aliis caſibus nota, in l. 2. de aqua pluu. arc. & in titu. de pac. conſtan. & ibi Bal. in verb. ſicut, & in l. certa. C. loca. & in l. domini. C. de Agri & cenſ. & in l. ſi prius de aqua plu. l. ſemper in ſtipulationibus de reg. iur. & in l. quod ſi nolit §. aſſidua, de ædili edict. & in l. ſi iactum iuncta glo. de act. de empt. cum ſimilibus, & ideo non incautè Barto. in l. impenſa, de impenſ. in re. Do. conſuluit fieri poſitionem de conſuetudine, quando aliquid obſeruatur de conſuetudine. Item præmitte ea quæ dicit Paul. de
9 Caſtr. in l. in nauis Saupheli. ff. de loca. † quod iſti mercatores, qui ſuſcipiunt in ſe periculum rerum, quę portantur per mare, & recipiunt certam mercedem pro centenario, & promittunt emendare in caſu, in quo perdantur tempeſtate maris, vel certis aliis caſibus, ſi dictæ res perdantur, tenentur actione oneris aduerſi, eo quod ſuſcipiunt in ſe periculum hujus oneris, & concurrunt ea quæ neceſſaria ſunt ad talem actionem, vt ibi latius per eum, & hoc quando non interuenit ſtipulatio, alias tenetur ex ſtipulatione, & quis contractus ſit iſte, vide Bald. conſil. 453. numero 2. 3. volum. Idem an iſtis tales teneantur de caſu for-
10 tuito interueniente ſine culpa ſua, ratio eſt, † quia ex quod conducunt merces ad vehendum per mare, non poſſunt in illis culpam committere; & ideò non poteſt dici quod obligentur ad periculum obueniens non ſua culpa quæ nota benè pro aliis infra dicendis. Sed pone quod ſtipulator dixit, ſe habere in naui merces mille aureorum, cum in rei veritate, nihil haberet, vel minus, & promiſſor, qui

ſimpliciter ſumpſit in ſe hoc onus, dicat mille, certa
mercede pro centenario conſtituta de prædicta illa
naui, an teneatur ad dictos mille: & videbatur quod
11 ſic: † quia in contractibus ſtricti iuris, falſa cauſa non
vitiat obligationem l. ſi diuortio ff. de verb. obligat.
& ibi Iaſ. & quod nota. in l. ſi ſeruus §. qui quinque
ff. de leg primo facit etiam l. hæredes eius §. fin. ff. fa-
mil. ercis. vbi eadem eſt diſpoſitio rei inuentæ vel non
inuentæ in hæreditate. Item patet hoc ratione, quia
clarum eſt, vt infra patebit, quod promiſſor poteſt pe-
tere mercedem conuentam pro periculo, licèt in naui
propria non potuerit dici eſſe periculum ſuſceptum,
in qua nullæ res ſtipulatoribus fuerint, arg. l. decem,
de verb. oblig. ff. de hæred. & act. vendit. l. cum hæredi-
12 tatem, & l. ſequenti cum ſimilibus. † promiſſio merce-
dis videtur eſſe ſemper conditionalis, ſcilicet ſi exti-
terit in re vera quo caſu, verificari poteſt euentus pe-
riculi: item facit quod habetur in l. ſi quis cum fundũ.
ff. de act. empt. vbi tenet venditio, licet in fundo nul-
lũ dolium ex venditis reperitetur, tamen his non ob-
ſtantibus, & aliis quæ breuitatis cauſa omitto, credo
iſtum non teneri, ſi in tali naui deperdita non erant
merces ſtipulatoris: ratio, quia iſte contractus aſſecu-
rationis, vt ſupra in principio dixi, eſt contractus in-
nominatus, & ita eum nominãt docto. in locis ibi per
me allegatis. Bal. in l. ſi periculi precium ff. de naut.
fœno & in l. cunctos populos. C. de ſumma Trinitat.
& fid in q. an vſuræ ſint prohibitæ in fine. & Pet. Cor.
in l. ſi paſcenda pecora. C. de pact & hoc fine cum di-
cimus, facio vt des, attentata perſona promiſſoris, qui
ſuſcepit periculum: ſine, do vt facias, attentata perſona
ſtipulatoris, iuxta nota. per Bar. in d. l. naturalis §, ſed
ſi facio. Iſtum tamen contractum exiſtimo potius, do
vt facias: propterea quia dominus merciũ conſueuit
aſſecurationem procurare, & promittere precium
periculi volenti aſſecurari, & principaliter fit ſui gra-
tia, licèt doct. exemplificent ſic, facio vt des: ſcilicet,
ſuſcipio periculum, vt des pecuniam: tamen vtrunq;
13 directè, diuerſo reſpectu, vt in d. §. not. Igitur † ſi di-
camus, quid ſi contractus innominatus: dic, quod de-
bet regulari ſecundum naturam contractuum inno-
minaturum, quibus aſſimilantur per not. in iuribus
ſuperius allegat. Aſſimulatur autem emptioni, vt ibi
dixi, ratione pretij quod datur: quia, qui aſſecurationẽ
facit propter precium, dicitur emere euentum pericu-
li. Facit quod dicit gl. in l periculi ff de nau. fœno. &
ratione exiſtimationis mercium, quę fit regulariter in
aſſecuratione, iuxta notat. per Bart. in l. ſi grauitatam
ff. de præſ. ti. verb. alibi in l. 1. ff de æſtima. act. & in l. ſi
vt certo §. nunc videndum ff commoda & per con-
14 ſequens † ſicut falſa adiecta vitiat contractum nomi-
natum vt eſt tex. nota. frequenter nominatus, in l. ſi
quis fundum ff de con. & demon. & in l. ſi ſeruus lega-
tus § qui quinque ſupra allegata. Ita etiam videtur,
quod vitiat iſtum contractum aſſecurationis ſiue di-
camus nominatum emptionis, & venditionis, l. 1. & l.
ſequenti, cum ſimilibus ff. de hæredi. act. vendit. cum
quo dominus non habuerit merces in naui. quas ibi
dixit habere, meritò in præiudicium promiſſoris aſſe-
curantis non debet valere, argumento d. l. ſi quis fun-
dum & l. cum hæreditatem cum ſequenti ſuperius
legata, præſertim etiam, quia videtur peccare in re
ſubſtantiali contractus facit, quod unta in l. domum,
& in l. ſequenti ff. de act. empt. & in l. 1. & 2. & in d. l. 1.
cum hæreditatem & l. quod ſi nulla ff de act. & hære.
ven. & videtur deficere conſenſus, quia ſuſcipiens
periculum, ignorabat ibi non eſſe merces, vt in d. do-
mum §. ſi autem & videtur tacitè inter ipſos con-
trahẽtes fieri derogatoriam ſponſionem, ſi ibi mer-
ces non eſſent facit quod dicit Bar. in l. 1. §. ſi ſtipulan-
ti. in 2. col. ff de ver. oblig. Imperator ff. de poſtulan.
in ſi. anas diceretur aſſecurare corpus, quod non erat,
contra d. l. 1. & d. l. 1. & l. ſi ſeruus l. §. quinque ff. de
15 leg. 1. & l. 1. §. pe. ff. de dot. præle. † vbi ſi lego aliquid,
quod eſt in aliquo loco, & ibi non reperiatur, non
valet legatum, quaſi legaret corpus, quod non eſt in
rerum natura & daretur priuatio ſine habitu, con-
tra l. decem de verb. oblig. &c. ad diſſoluendum, de
ſponſi impub. cum ſimilibus. Confirmentur etiam
prædicta manifeſta ratione, quia ſicut non valet ſti-
pulatio rerum quæ non ſunt, ſi homo mortuus de
ver. obliga. ita etiam de æſtimatione illarum rerum
debet valere, quæ refertur ad tales rès, prout ſunt, vel
in tali naui fuerunt, cum æſtimatio in aſſecuratione
ſuccedat illarum rerum loco l. ſi iactum ff. de act.
empt. & ſic eſt concludendum, quod falſa demonſtra-
tio, & aſſertio illius, qui dicit ſe habere merces valore
Ducatorum mille, quas in veritate non habebat, vi-
tiat iſtum contractum aſſecurationis in odium ſui, &
fauorem aſſecuratoris. Ratio eſt, quia alias non erat
contracturus iſte qui aſſecurationem promiſit, ac pe-
riculi euentum in ſe precio ſumpſit ad hoc eſt text.
notab. ſecundum Bal. ibi in reportaris antiquis, l. ſi
16 ita ſtipulatus hanc ſummam ff. de verb. obli. † per
quam l. dicit, falſam demonſtrationem vitiare quan-
do aliàs contrahentes non erãt contracturi, ſicut eſt
in caſu quæſtionis noſtræ, quod tene menti, quia nul-
lus ſanæ mentis ſuſciperet periculum rei quæ non
17 erat. † quanto magis mercatores, qui ſolent eſſe pro-
uidi; & illa partem credo de iure veriorem, tam ex
his quæ dicta ſunt in legatis, de quibus valet arg. ad
contractum d. l. ſi diuortio. de verb. obl. l. ſeruum filij
§. cum qui d. i. 1. l. pactum inter hæredem ff. de pact.
Bar. in l. ſi C. communia prædio & in l. illud. C. de leg.
Salicet in l. 1. C. de l. ſuſ. can. Soc. conſ. 48. circa finem
primi vol. & conſ. 73. in 2. vol. cum ſimilibus, quam
etiam alia pro ipſis contractibus adducta, fatendum
tamen eſt, quod ille qui ſuſcipit in ſe periculi euentũ,
ac promiſit, pro ea parte tenebitur, pro qua merces in
dicta naui reperiuntur fuiſſe tempore periculi, per d.
§. cuicunq; aliàs non E enim, quod quis dicit Aſſecu-
ro merces quas habet in tali naui præſupponere vide-
18 tur ſubſtantiam mercium per relatiuum, quis † vel
qui, cujus natura hæc eſt, ſignificare ſecundum gl. in
d. 1. C. de ſenten. quæ pro eo quod intereſt. Docto. in
l. omnes populi. ff. de iuſti & iur. Dec in l. actus legiti-
mi n. 4. ff. de reg. iur. Non obſt. d. l. ſi diuortio, pro alia
parte adducta, quia vt ibi, & alibi Doctores dicunt
illa l. procedere dicitur quando ſcienter à partibus fit
talis contractus, quia tunc illa falſa demonſtratio non
vitiat. Soc. in l. demonſtratio. nu. 2. & nu. 8. ff. de con. &
demonſtr ita ibi Bar. poſt gl. Rubr. in primo oppoſito
in reſponſione ad l. penult. §. ſi mulier. ſol. mat. & Bal.
in l. fin. C. ſi ex fal cauſa, & in l. Sed, & ſi quis §. item
quæritur ff. ſi quis caut ad d. l. ſi cum ſeruus §. qui
quinque reſpon. quòd potius non obſtat benè tamen
probat, quod ſuſceptio periculi tenet pro ea parte pro
qua merces tempore periculi fuerunt in naui, non ta-
men in plus, vel quòd nullis mercibus exiſtentibus in
naui deperdita, teneatur qui aſſecurationes promi-
ſit, ad l. hæredes §. fi. ff. fam. erc. Reſponde, quod ibi
eſt eadem ratio, vt quis teneatur de pecunia inuenta,
vel non in hæreditate quia fuit relicta, vt quantitas,
de quo Bart. in d. §. qui quinque. Secus in caſu aſſecu-
rationis, quia non eſt par ratio, vt quis ſoluat æſtima-
tionẽ rei non reperditæ in veritate, ſicut quando fuit
verè deperdita, iuxta ſuperius dicta ad l. ſi cum fundus.
ff de act. emp. reſpon. quòd ibi tenet obligatio, in
odium

odium temere aſſecurantis, illum tamen text. nota. ad
ſequentem quæſtionem præſuppoſito iuxta prædicta;
19 † quòd promiſſor periculi nō teneatur niſi quatenus
merces in naui fuerint deperditæ poſſent dubitari, an
teneatur reſtituere precium, quod habuit à tanto pro
cētenario, eo quod ibi in veritate non fuerunt mer-
ces, vt præmittitur, vel ſaltem teneatur rebus ibi exi-
ſtentibus, ſed non tot, ad aliud plus quod recepit: &
videbitur per ſupradicta, quod ſic, quia eadem ratio-
ne, quia ipſe non tenetur de periculo rebus in naui, eo
quod non potuit propriè dici periculum, eadem ra-
tione teneatur reſtituere precium, quod recepit ob
cauſam illius periculi ff. de condi ob cauſam, per to-
tum: tamen contrarium eſt verius, imo poteſt dici,
quòd non ſolum non teneatur reſtituere, quādo prius
fuit ad actum, imò quod poſſit illum denuo petere,
& hac manifeſta ratione, quia licet emptio periculi
non teneat in totum in præiudicium promiſſoris, per
ea quæ dicta ſunt in præcedenti quæſt. tamen in
eius fauorem, & in præjudicium falſa aſſerentis, bene
tenet per dictam l. ſi quis cùm fundum iuncta gl. & per
ea, quæ dicit gl. in l. rem ff. de contrahend emption. &
Bal. in d. l. falſa demonſtratiò, vbi not. concludit in illa
20 quæſt. †. an falſa demonſtratio vitiet, per d. l. ſi quis
cùm fundum quòd licèt res cui adiicitur illa falſa de-
monſtratio, non reperiatur in rerum natura, nihilo-
minus ille qui falſam demonſtrauit, tenetur & quan-
do falſa demonſtratio inducat defectum rei ſubſtan-
tialis, vide D. Iaſo. in l. poſthumus §. fi. n. 18 ff. de lib.
& poſth. Confirmatur hoc alia ratione, quia illa pe-
cunia quæ datur ratione periculi, videlicet data ob
cauſam, vt dixi, & ideò vocatur periculi precium: quia
tamen iſta cauſa ceſſat facto domini mercium, eo
quòd nullas res miſit in dicta naui, nihilominus de-
bet teneri, atque ſi in veritate periculum enim po-
tuerat ibi eſſe rebus exiſtentibus, per nota in l. in exe-
cutione, §. fin. ff. de verbo oblig. Facit etiam quod in
ſimili not. gloſ. quod in l. ſi quis ſponſionis ff. de præ-
ſcrip. verb. de illo per quem ſtetit quo minus ludus
fieret videtur hoc enim tacitè agi, vt de illo periculi
precio teneatur, licèt merces non poſuerit in naui. l.
ſi oleum ff. de dolo, Facit l. Iulianus §. ſi venditor, &
§. idem Iulianus ff. de act. emp. & quòd not d. l. D.
Paul. de Caſt. prout refert Aret. in l. in l. ſi quis in §. dif-
21 ferentia ff. de acq. poſſ. † quòd ſi vendo tibi vſumfru-
ctum quem haben in tali re, quod ſi ego venditor non
habebā vſumfructum nihilominus teneor de euictio-
ne propterea quod decepi contrahentem, aſſerendo
me habere, quod non habebam. Adde etiam ad præ-
dicta textum in l. officij §. 1 ff. de contrahen. emp. qui
multum facit. Item, quod non teneatur reſtituere,
facit l. Campanus in fine de oper. liber. & in l. ſi quis
delegauit de nouat & quod not. in l. ſi quis §. fin. ff. de
calum. videtur enim donare ille, qui precium periculi
ſoluit, ſciens ſe nullas merces in tali naui habuiſſe,
ſuper quibus aſſecurationem procurauit, vt Bald. in
conſ. 378. n. 7 5. vol. & conſ. 183. n. 1. 4. vol. nec obſtat ſi
dicatur, iſtud precium eſt receptum ſine cauſa, eo
quòd periculum non poteſt dici vbi merces non ſunt,
per d. l. decem ff. de verbor obliga. & per conſequens,
non debet tenere talis promiſſio precij, neque ſolu-
tio, vt notatur in l. 2. §. circa ff. de doli. excepti quia
hic licèt ceſſet periculum, nondum ceſſat cauſa pro-
miſſionis, & ſtipulationis ipſius precij videlicet aſſe-
curationis, maximè inter ſcientem, & imputetur ei
mentitur, & decipit contrahentem, & quādo licitum
ſit contrahentes ſe inuicem decipere, vide Bal. conſ.
133. n. 1. in 3 vol. Iaſ. in l. ſi quis in conſcribendo n. 4. C.
pact. Nec obſtat l. cum hæreditate. C. de hære. & act.
vendi. vbi precium condicitur, quādo non tenet ven-
ditio, quia illud habet locum in fauorem eius, qui non
22 decipit. † Sed ponamus, quod mercator habuit mer-
ces in naui, quando aſſecurationem procurauit emen-
do euentum periculi, quæ quidem merces aliqua de
cauſa non potuerunt enauigari, tum quia publicatæ
erant, vel aliter detentæ: tunc etiā quia fortè propter
fortunam, nauis non potuit exire portum: an nihilo-
minus, qui periculum illarum meritū in ſe aſſumpſit,
poſſit agere ad precium periculi in ſe ſuſcepti, ſi tale
precium non ſuſcepit in primis, vt fieri ſolet: vel ſi ha-
buit, an poſſit illud repetere dominus mercium, & in
hac q. videbatur diſtinguendum, quod autem impe-
dimentum peruenit propter caſum fortuitū, vt quia
nauis rumpitur, vel aliter non poteſt exire portum, &
non poſſit agere ad precium, & teneatur reſtituere, ſi
recepit, argumento l. maritus ff. loca. Secus autem, ſi
hoc prouenit ex vitio rei vtputa, quia illæ merces ſunt
publicatæ ob crimen domini, vel aliter detentæ per
23 not. in l. Lucius Titius ff. de euict. † æquiparatur enim
dominus mercium emptori, vt dixi. Facit etiam lege
ſi fundus ff. loca. vbi quādo impedimentum prouenit
vitio materiei, remanet nihilominus obligatus qui
precium per inſulam fabricandam ſumpſit, vel pro-
miſit: ſic etiam videtur in iſto, qui precium promiſit,
per euentum periculi, & tenetur, licèt euentus pericu-
li non poſſit exiſtere vitio rei, quia non poteſt naui-
gari ad idē facit l. Neceſſario, & ibi Salice & l. id quod
ff. de peri. & commo. rei vend. vbi damnum rei vendi-
tæ pertinet ad emptorem. Ita demum ſi eſt perfecta
venditio, poteſt hic intelligi damnum, quòd non ſe-
quatur ille euentus periculi, vt poſſit habere æſtima-
tionem: ſed contra primum membrum facit l. penult.
C. de cond. ob cauſam, vbi ſi cauſa pro qua pecunia da-
tur, non ſequatur ſine culpa recipientis, ſed fortuito
caſu, non datur repetitio & ad l. maritus poteſt dici,
quod ibi, res pro qua pecunia dabatur, non fuit perfe-
cta: hic vero dabatur ſolum, vt aſſumeretur euentus
periculi, vt ſi quis promitteret aſſecurationem, quod
factum eſt eo ipſo, quod ille ſuſcepti in ſe euentum
periculi promittēdo, ſi eueniſſet caſus contrarius, va-
lorem mercium: & ſic in ſpe euentus tenet venditio l.
nomine & l. ſi nomen ff. de hæred. & act. vendi. & l. ſi
iactum, de cont. emp. vel aliter vt per gl. in d. l. penult.
quia hic erat cauſa, quæ ab accipiente non pendet, ſci-
licet euentus periculi. Breuiter his omiſſis, in hac qua-
24 liter eſt dicendū, & præmitto, vt alibi dixi, † quod iſte
contractus aſſecurationis. & contractus conditiona-
lis, vt patet in l. periculi precium, ſæpius allegata. Cō-
cipitur enim contractus aſſecurationis hoc modo, ſi
contingat in hac nauigatione res tuas ſiue merces
deperdi ob tempeſtatem, vel latronum ac piratarum,
ergo promitto valorem tuarum mercium: & hoc
dummodo mihi des † octo pro centenario, vel quic-
quid aliud, vt inter ipſos paciſcentes conuentum eſt,
ſiue conſuetudo fert, vnde ſi ante euentum conditio-
nis factum eſt, quod res nauigent, & conſtat de euentu
periculi proſpero, vel contrario, non poteſt dici con-
tractus perfectus vt in d. l. neceſſario de per. & com. rei
vendi & per conſequens impedimentum ante condi-
tionem exiſtentem proueniens, non poteſt dici em-
ptoris euentus periculi: imò potius ipſius venditoris,
qui precium periculi recipit, niſi impedimentum pro-
ueniat ex facto ipſius emptoris, per not. in l. in execu-
tione §. fi. ff. verb. obl. vtputa quando nauis non naui-
gat cum illis mercibus, eo quod dominus mer-
cium, qui emptor dicitur, hoc procurauit, vel cauſa
fuit, perinde eſt iudicatum atq; ſi extitiſſet conditio
in fauorem aſſecurantis In omnibus igitur aliis caſi-
bus, in quibus impeditur nauigatio, vt ſi ſit combu-
ſta in portu vel deſtructa, vel rex, vel imperator cau-

Digitized by Google

26 † aſſumat pro ſuis neceſſitatibus,& publici, iuxta no-
ta.in l.iubemus. C.de ſac.ſan ecc. & impediatur con-
conditio aſſecurationis,quia tunc non poſſet imputa-
tari conditionis defectus magis vni parti,quam alte-
ri,nullus alteri tenebitur,tex.eſt not.in l.ſi venditor.
ff.de hære.& act.vendi. & ſic præcium periculi non
poteſt peti, & ſolutum repeteretur, quaſi cauſa non
ſecuta.Nec obſtat l.penul.ſuperius allegata, quia non
loquitur in contractu conditionali , cuius defe-
ctus facit contractum imperfectum per d. l. neceſſa-
rio nec quando non ſtetit per contrahentem, d.l. ſi
venditor idem quod ſupra dixi , quando impeditur
nauigatio culpa emptoris euentus periculi , intelli-
gendum eſt,quando culpa ſine facto venditoris illius
euentus,qui aſſecurator dicitur,euenit,vt puta,ſi erat
dominus nauis,& voluit vt nauigare, vel aliter fuit
in impedimento,tenebitur quidem ad precium aſſe-
curationis,& ad reſtitutionem facit l. ſi mulier. ff. de
cond.cau.data & probatur in d.l. ſi venditor. à con-
trario ſenſu ſed an teneatur hoc caſu , perinde atque
ſi illa conditio deperditarum mercium extitiſſet , &
videbatur quod ſic,per d.§.ſi.contrarium tamen cre-
do verius.ratio eſt, quia illa conditio deperditarum
mercium non fuit appoſita, niſi cauſa euitandi dam-
num aduerſæ fortunæ,& non cauſa lucri,eo quod non
plus erat conſecuturus in eius aduentu , quam ipſe
habuit in mercibus,nec eſt ratio ex l.fin.C.de codicil.
aliàs operetur vltra intentionem contrahentium,
27 † quæ intentio inſpicienda eſt l. in conuentionalibus
de verb obli.l.ſi.C.quæ res pig.oblig.poſſ.Alex.in d.l.
etiam illius §.licet in dotalibus num.5 ff ſolu.mat.Bal.
conſi.417.num.2.5.vol. & maxime , quia hoc dictat
28 æquitas,† inter mercatores obſeruanda,vt not in l.ſi
fideiuſſor.§.quædam tamen ff.mandat.& in l.Lucius
eod.tit Bal.conſi.34.nu 2.in 4.vol. Alex.in l.ſi ſeruum
Stichum.num.4 ff.de verb. oblig. & Dec. in l. ſi tibi
pecuniam ff ſi cer.pet.num.6.& ob hoc poteſt ſumi
notabilis limitatio ad l.in executione §.fin.ff de verb.
oblig.quod tunc demum conditio in contractu ha-
beatur pro impleta,quando per factum alterius im-
peditur,niſi quod eius implementum reſultaret ad
fauorem impedientis,vel quando ſi reſultaret in eius
odium, fieret contra intentionem contrahentium
quod nota , quia ſi in contractu aſſecurationis iſta
euenirent conditio haberetur pro impleta , & res
fuiſſent ſaluæ,& ille impediens reportaret lucrum : ſi
autem habeantur pro impleta quoad perditionem
mercium , quæ non ſunt deperditæ , dominus mer-
cium conſequeretur illud lucrum,de quo non cogi-
tauit,ſatis eſt & habere merces,quo ad valorem quæ
fuit eius intentio , & non res , & æſtimationem nè
locupleretur cum alterius factura,& in regula locu-
pletetur cum alterius factura,& in regula locupletari,
de reg.iur.i.è actus agentium operetur vltra eorum
intentum,contra l.obligationum ſubſtantia ff.de act.
& obli.& l.non omnis,ſi cert.petat. Bal. in conſ. 102.
num.3.in 3.vol.Cor.conſi.251.4.volu.& Decius in d.l.
non omnis,num 1.eod,ti. Licet alibi quandoque ex-
tra quod agitur,naſcatur obligatio l.ſi his,qui in fin.
ff.commodat quia dictum fuit , quod firmæ aſſecu-
rationis ſolem eſſe,ſi merces depredantur in hoc via-
gio,ſiue in hac nauigatione. Quæro,quid ſi ſimplici-
ter fiat aſſecuratio,non facta aliter expreſſione de na-
uigatione , ſed ſolum aſſecuro merces, quas dauchi
30 fecerit,in tali naui : † an intelligatur de quocunque
viagio,an tantum de prima nauigatione, maxime ſi
eſſet nauis quæ ſolet bis in anno petere certum por-
tum,vt noſtræ Piſarum petunt,vel Flandriæ,dic quod
intelligitur tantum de primo viagio ſeu nauigatione
per text.in l.fideicommiſſa §.ſi quis ita de leg.3. per
quem tex.dicit not.Bal.in l.licet c.loca in 4.q. quod
31 ille qui promittit aliquid reaptare,intelligitur † pro
prima vice tantum,ſed de iſta q.eſt expreſſa deciſi.in
in l.dotem ff.de iure Dot.vbi dicit Ange.ibi eſſe tex.
quod qui promiſit,vel fecit ſecuritatem bannito, in-
telligitur de prima vice tantum. Iaſon in l. diuortio
§.quod in anno.num. 15.ff.ſolut.mat.Alexand.in d.l.§.
ob.donationes num.7.& idem Iaſ.in d. l. duobus §.
ſi ei qui.ff.de iur.num.10.Alex. in conſi. 16. 4. vol. ita
in propoſito,qui aſſecurat merces alterius, intelligi-
tur de prima nauigatione , niſi aliud exprimatur,
facit l.boues §.hoc ſermone de verb ſignifi. & l. qui
bis de ver.oblig & arg.1.l.eum qui Calen. eod. titu.
32 cum materia faciat ad prædict,† quæ ponit Bal.in d.l.
diuortio §.quod in anno ff.ſol.mat.poſt Cy.& Iac. de
Aren.in q.illius qui vendit vuas vel roſas viridarij,
quæ ſolent fructuare bis in anno , quod non debet
habere niſi primum fructum, adde notab. in l. qui
33 liberis,§.hæc verba ff.de vulg.& pup. † Qualiter au-
tem in dubio verba debent intelligi,dic per prius, &
non per poſterius:hoc eſt,de primo actu , & non de
ſecundo ad idem Bart.in l.1.ff ad l.Iul. maic. & dicit
quod ſicut petit pecunias eundi,& redeundi , & eſt in-
determinate conceſſa intelligitur de prima vice tan-
tum per d §.hoc ſermone,& tenementi illam diſtin-
ctionem Bar.de qua ibi,quia multum prodeſt in iſtis
ſecuritatibus,quando fiunt determinare appoſita ad
ſtipulationem determinatam,& quando eſt permiſſa
indeterminata , & poſtulata hac determinata , &
econtra.Item quando ſtipulatio indeterminata , &
permiſſa eodem modo,vt in q.noſtra. Item adde ea
quæ recitat Abb.in c.fin.de treu & pace. D.Alex. &
Ro.ad dictum Bal.& Cyn.& Iac.de Aren.in q.de vuis
& roſis, niſi quantitas precij eſſet æquiualens , pro
omnibus vicibus,quia multum facit ad iſtam q.quia
ſi ſolitum eſt aſſecurare à octo pro cento,& quis inde-
terminatè promittat,ad ſedecim pro cento , videtur
conſentire pro alia ſecunda nauigatione, habita con-
ſideratione pro tali ſecuritate præſtanda ad quantita-
tem precij hoc multum iuuat in iſtis ſimilibus,
34 † attendere qualitatem precij aſſecurationis,& per-
ſonæ aſſecurantis , & domini mercium per not. per
Bar.in l.cum quidam.ff. de ann. leg. in q. de pitantia
relicta indeterminatè fratribus Minoribus , in feſto
ſancti Franciſci. Adde ad prædicta not. per Alex. in l.
grege.ff.de fideiuſ.in repon. & in d §. hoc ſermone.
Adde ad prædicta quæ per Bar. in l. triticum ff. de
verbo.oblig.& Alex.in l.qui bis,eo tu.de ſtipulatio-
ne,quando interponitur dis,& non conſtat an ſuper
35 eadem,an diuerſa ſpecie † quid autem ſi in vna , &
eadem nauigatione merces transferantur de vna naui
in aliam, ſi nouiſſime deperdantur cum mercibus,
an teneatur promiſſor de aduentu priculi,& in tali q.
eſt inſpicienda forma aſſecurationis l.1.§.ſi conuenia-
tur ff.depoſi & in reg. contractus de reg.iur.Si autem
fiat de mercibus,quæ ſunt in tali naui,& tunc eſt di-
ſtingendum per l. fina §. ſi ea conditione ff. ad l.
Rhodiam de iact. ſi autem vtraque nauis fuit deper-
dita,& tunc tenetur venditor periculi ad æſtimatio-
nem,quando ſine dolo malo,& culpa factum fuit, vt
vtraque nauis non perierit,ſed ſolum illa in qua no-
uiſſime res poſitæ ſunt : & tunc venditor periculi non
tenetur,eo quod mentionem non fecit de dicta naui,
& in d.§.ſi ea conditione.Ratio eſt,quia non eſt par
ratio aſſecurationis , quando merces deuehuntur in
vna naui,& quando in altera,immò ſolet id principa-
liter conſiderari inter ipſos aſſecurantes facit l. Item
36 quæritur ff.locat.§.1.etiam 2.† Sed nunc quæro,quid
ſi fiat

ſi fiat exoneratio in ſcapha, in introitu alicuius por-
tus, vel fortè in mari, an ſi pereãt dictæ merces in ſca-
pha prædicta, teneatur ſuſcipiens periculum, & vide-
batur dicendum quod non, ex quo de ſcapha in con-
tractu aſſecurationis non fuit habita mentio aliqua,
arg. l. quicquid de verbo. oblig maximè quia appel-
latione nauis non venit ſcapha. l. fina. ff. de fund. in-
ſtru. immò videtur dicendum ſicut in q. prædicta,
quando nouiſſima nauis fuit deperdita, prima rema-
nente, ex quo ſcapha reputatur alia nauicula de per
ſe, nil coniunctum habens cum naui. l. ſcapham. ff.
37 de euict. & ideò caſus contingens in naui, † non ex-
tenditur ad ſcapham ſecundum Bald. in l. proponas.
C de nau. fœno vbi dicit, quod confiſcata naui, non
venit ſcapha. inde Socin. in l. 1. C. de ſenten. quæ pro
eo, quod intereſt, num. 121. Bar. in l. fin. ff. de fund. inſtr.
& l. imperium. in §. gradu meri Imperij. ff. de iur.
omn. iud. Breuiter in hac quæſt. poteſt dici, quod quan-
do merces fuerunt tranſlatæ in ſcapham cauſa nauis
exonerandæ. & tunc iactura, & caſus contingens in
ſcapha, debet perinde iudicari, atque ſi contigiſſet in
ipſa naui l. nauis. primo reſpõſo. ff ad l. Rhod. ſecus
autẽ, quando alia de cauſa ob nauis neceſſitatem hoc
fiat, per iura ſuperius allegata, quia alia eſt nauis. & a-
lia eſt ſcapha. d. l. ſcapham, & vide quæ habentur l. item
quæritur. §. 1. & 2. ff locat. ſed tunc inter prædicta rema-
net pulchra dubitatio Ponamus, quòd nauis applicat
ad portum ſecura, adeò quod non poteſt iam eſſe peri-
culum nauis, tamen dum merces exonerantur, deper-
ditur nauicula, ſeu ſcapha cum dictis mercibus, an ſit
locus aſſecurationi prædictæ: & in hoc multum ſunt
38 ponderanda † verba aſſecurationis, per l. in conuen-
tionalibus de verbor. oblig quia tunc, vſque quo peri-
culum quis acceperit, eo ipſo, quod applicuerit nauis
ſalua dicitur ceſſare periculum, per not. in l. 1 Cod de
naut fœno Si autem euſque in terra merces ponen-
tur, & tunc eſt aliud, quia eo ipſo videtur ſentire de
ſcapha, quia non ſolent aliter in terram merces à na-
ui deferri, niſi per medium ſcaphæ, vel nauiculæ. Si
autem dicatur, Aſſecuro, quouſque nauis, ſeu merces
veniant ad talem ciuitatem, & intelligitur de portu
39 ipſius ciuitatis: † quia quod eſt in portu ciuitatis, &
quod ibi fit, videtur factum in ciuitate: ut not. in l. in-
ſulæ ff. de iud. alleg. per Bald. in conſi. 157. num. 15.
volum. ſed aduertendum eſt, quod tunc demum caſus
contingens in ſcapha, reputatur fieri in naui ſiue con-
tingere, quando aliter nauis non poſſit intrare portum
ciuitatis ſeu oſtium, quia hac de cauſa facta exonera-
tione in ſcapha, perindè iudicatur, vt in naui per l. na-
uis ſuperius allegatam, aliàs diceretur eſſe in culpa de
tali exoneratione. facit quod not. in l. item quæritur,
§ 1. reſpon. 2 ff. loca. & ex hac poteſt inferri ad quæſt:
quam ſæpius vidi de facto in ciuitate Piſarum, quia
poſtquam nauis appulit in portum Liburnæ, mercato-
res exonerant nauem in ſcapha: ſi autem contingat,
quod ille merces capiantur in ſcapha per aliquos, vt
nunc ſæpius ibi fit per Genuenſes de portu Venetia-
rum, vel per alios latrones, quòd non ſit locus contri-
butioni inter alios mercatores, quia illa exoneratio
non fit immediatè cauſa nauis, cum ſit in portu ſecu-
ro, quo caſu debet ceſſare contributio, cum non fiat
hoc propter omnes, vt exigitur. l. 1. ff. ad l. Rhod. de
iact. & videtur de hoc caſus in 2. §. ſi nauis ff. eo. titu.
imputetur quidem mercatoribus, qui ſuas merces de-
uehi faciunt per ſcapham, ſiue barcam, quandoquidem
ſibi aliter prouidere poſſunt per terram deferendo,
vel agatur contra magiſtrum, ſi ipſe ſine eorum volun-
tate hoc fecit per d. 1. & 2. & d. l. Item quæritur, & ita
fieri iuſſi in quibuſdam precioſiſſimis rebus, & magni

Petrus Santerna,

valoris, quæ mihi commendatæ erant, ſiquidem Chri-
ſtianiſſimo, & ditiſſimo Regi inuictiſſimo Portugaliæ
ad cultum diuinum deſtinatæ, quas ut pupillam oculi
cuſtodire tenebar, ob domini mei excellentiam re-
rumque precioſitatem.

40 † Qualiter autem fiat exiſtimatio prædictarum mer-
cium in caſu aduenientis periculi, an debeat haberi re-
ſpectus ad tempus infortunij, & naufragij vel ad tem-
pus emptionis, quando dominus eas emit, vel ad tem-
pus, quo poterant vendi, ſi naues ſaluæ ad portum fue-
raſſe: & videbatur quod ad tempus infortunij, per l. 2. §.
ſed in his ff. ad l. Rho. Item, vt ſupra alias dixit iſte con-
tractus aſſecurationis eſt conditionalis, & per conſe-
quẽs debet inſpici tempus cõditionis & periculi. not.
in l. quoties. in die. de verb oblig. & l ſi Calendis. de re
iu breuiter puto dicendum, quod aut quis promittit
41 ſalutem mercium in certo loco, † vt puta Vliſbonæ,
& tunc eius loci exiſtimatio inſpicienda eſt l. fi. ff de
triti. coud aut non promiſit dare merces ſaluas in cer-
to loco, ſed tantum æſtimationem, vel valorem merci-
um in caſu periculi, ſcilicet ſi nauis periret, vt fieri ſo-
let, etiam inſpici debet tempus obligationis: & ſic,
prout tunc valebant, debet fieri æſtimatio. l. fundum
Cornelianum ff. de noua. cum concor. Ratio eſt, quia
tunc æſtimatio debetur iure obligationis, & ſic vide-
tur promitti id quod tunc valebant, vt ibi declarat.
glo. Item ille qui procurat in aduentu periculi æſtima-
tionem rerum ſuarum, videtur magis prouidere dam-
num, ne patiatur in amiſſione rerum, non autem con-
ſiderat lucrum: & per conſequens venit illud, in quo
tunc damnum ſentire poteſt quando ſtipulatur, & non
venit lucrum. Ad hoc facit bonus text. in l. 2. § portio
autem ff ad. l. Rhod. de iact. non ob. l. 2. § ſed in his.
ſupra allegata, quia ibi æſtimatio debetur loco rei, vt
probatur, eadem l. 1 § ſed in ijs, quia fit exoneratio
collationis, ſi res iactæ apparuerint: & ideò non im-
meritò conſideratur tempus iacti & non quando em-
ptæ, ſed quando vendi poſſunt, nec obſtat d l. quoties.
42 quia licèt iſte contractus, † vt pluries dixi, ſit condi-
tionalis, habito reſpectu ad aduentum periculi, tamen
non poteſt dici debitor rei ſub conditione, vel modo,
vt in d. l quoties. ſed ſemper dicitur debitor illius
æſtimationis, quam promittit quando ſe obligat,
quæ æſtimatio erat certa quando promittitur quanti
res eſt, vt in d. l. fundum Cornelianum. iuncta gl. vel
aliter poteſt diſtingui, prout Bar. in d. l. fundum, & in
d. l. quoties, & prout not. in l. vinum. ff ſi certum
petat. quod hic debetur æſtimatio iure obligationis,
43 eo quod principaliter ad eam ſe obligat. † & ſic in-
ſpicitur tempus contractæ obligationis ſuper tali
æſtimatione.

Quid autem ſi dominus mercium æſtimauit merces
ſuas in mille, & in rei veritate erant minoris valoris: an
adueniente caſu periculi, promiſſor aſſecurationis te-
neatur ad prædictam æſtimationem; & in hac q. puto
diſtinguendum, quia aut dixit, ſi res meæ peribunt, da-
44 bis mille: & hoc caſu, nulla eſt dubitatio, † ex quo
ſic placuit contrahentibus: regula, contractus. de re-
gu. iur. & in l. contractus. eo. tit. ff & in l. in conuenti-
onalibus. ff de verb. oblig Aut dixit æſtimationem ſna-
rum mercium, & ſubiunxit, quæ valent mille. & in hoc
caſu, ſi reperitur deceptus ipſe aſſecurans, reſcinditur
45 prædicta æſtimatio per not. in l. 2. C. quæ res vendi. †
quia vt ibi dicit Bar. & Bal. & alij, æquitas illius l. ſe ex-
tendit ad contractus, de quibus tunc hinc indè par de-
bet naſci obligatio: & hoc ſecundum naturalem æqui-
tatem, & eſt de mente glo. in l ſi quis cùm aliter. §. ſi. de
verb. obli. ibi, dum dicit, quod ſi pro parte ſum ſtipula-
tus rem, quam minoris emi quàm dimidia iuſti precij

parte : & ſic ſi dominus mercium plus æſtimationis
petat, quàm valeant ſuæ merces, promiſſor ſe tuebitur
exceptione doli, & d.l. ſi quis cùm aliter § ſi. ibi Bar. &
communiter Doct. quod nota quia quotidiè euenit de
facto, quòd quis dicit, Aſſecura mihi, ſi non erant tantæ
æſtimationis, non teneatur promiſſor ad tantum. Idem
ſortellige de alijs æſtimationibus aliarum rerum. ad
prædicta benè facit, quod not in l. ſi. §. 1. de leg. 2. & l.
46 cũ pater. § pater qui filio. eo tit. † vbi verbum, æſtima-
tio, ſemper refertur ad iuſtum precium, licet ſimplici-
ter proferatur, & in l. ſi fundum §. ſi liberatus. ff. de lega.
primo. Præterea quæro, quid ſi dominus mercium di-
xit ſe paratum ad nauigandum in certo tempore, quo
non erat tanti periculi nauigatio: & hac de cauſa aſſe-
curator facilius aſſecurationẽ promiſit, an ſi dominus
mercium diſtulit nauigationem, & non in bono tem-
47 pore, † ſed fortè in menſe Decembri, quo tempore
ſolent tempeſtates naſci in mari, & nauigatur, ſi nauis
cùm mercibus pereat, an teneatur promiſſor periculi;
ad hoc eſt dicendũ, quod non teneatur. tex. in l. qui Ro-
me §. Callimachus ff. de verb oblig. per quem tex. di-
xit ibi Bald. notabiliter in reportatis antiquis, quòd il-
le qui nõ nauigat tempore debito, ſi poſteà nauigat erit
ſuo periculo, quod tene menti, quia quotidie accidit,
& maximè Magiſtris nauium, & alijs nautis, qui quan-
do detinentur in portu à mulierculis, vel dulcedine vi-
ni Capaticli de Vlisbona. quod ſi ſine cauſa expectant
in portu, & poſtea nauigant tempore vt plurimum pe-
riculoſo, eorum erunt pericula nauis, & tenebuntur
mercatoribus ad intereſſe actione locati, per l. item
quæritur, §. 1. ff. locat. Adde, quod not. in l. fin. ad l.
48 Rhod. de iactis. & hoc manifeſta ratione, † quia ſicut
nauta & magiſter nauis excuſatur à caſu ſubmerſionis
& periculi, quando non fuit in culpa, vt not. in d. iuri-
bus, item quando eſt in culpa nauigando tempore in-
debito teneatur per d. §. Callimachus. & per dicto §.
s. facit quod not. gloſſ. in regula. imputari, de regul.
iur. in 6. de illo quod culpa indit in caſum dicitur enim
nauigatio certo tempore periculoſa l. ciuitas. Cod. de
offic. prætor. prouin & in d. l. item quæritur §. 1. ſupra
alibi not. Quid autem ſi dominus mercium procura-
uit aſſecurationem omnium mercium ſuarum. & tem-
pore aſſecurationis habebat in naui merces ducato-
rum duorum millium, poſteà autem, alias merces va-
loris habuit, & immiſit in dictam nauim, an ſi contin-
gat, quòd merces pereat, aſſecurator, qui ita indeter-
minatè aſſecurauit, ad valorem trium millium te-
neatur? videbatur, quòd ſic, l. fin. cap. quæ res pign.
obligat. poſſ vbi tex eſt not. quòd iſta verba, ſub pe-
riculo rerum mearum, in contractu appoſita, referun-
49 tur † tam ad res præſentes, quam ad futuras, ſed con-
trarium in præmiſſa quæſt. credo per rationem illius l.
fin. cum ſit iuſtum, voluntates contrahentium, magis
quàm verba inſpici. vt Bald. in conſi. 417. num. 3. in
5. volum. Concordantias vide ibi per gloſſ. cum quo
aſſecurator videatur habere reſpectum ad illas mer-
ces, quas de præſenti habebat in naui, non debet te-
neri, ad periculum allatum mercium, poſthabitarum.
facit quod nota. in l. ſi ita. & in l. ſi Plautus. ff. de aur.
& argen. leg. & quod per dicta iura dicit glo. in d. l. ſi.
§. 1. de lege a. nec obſtat d. l. fin. in contrarium, quia
loquitur ſpecialiter propter modicum præiudicium.
quod eſt in pignore. ſecus eſt. vbi agitur de magno
50 præiudicio, vt hic, † quia aſſecurator tenetur ad ma-
gnam æſtimationem, in aduentu periculi, & idem Bar.
ind. l. ſi ita per l. ſtipulatus: §. cum ſtipulamur, & l. ſi à
colono §. fin. 5. obligat. & in d. l. fin. C. quæ res pign.
oblig poſſ. Iſta eſt communis concluſio Docto. quòd
licet ſimpliciter diſpoſitio concepta, trahatur ad fu-
tura parum præiudicialia, vt in d. l fin. ſecus tamen ad
maximè præiudicialia, patet in l ſi mandauero. § Is cu-
51 ius ff. mandat. in fin. † vbi publicatio bonorum non
trahitur ad futura, vide Bald. in conſil. 337. numer. 3.
volum primo. vbi ſingul. adde tamen ad prædicta,
text. not in l. cum ita ff de legat. 2. per quem textum
iſta quæſt ſecuritatis de mercibus quæ erant in naui,
decidatur: quia non videtur ſecurare merces, quæ po-
ſteà in naui fuerunt, per ignorantiam. qui aſſecuratio-
nem promiſit, illatæ Prædicta tamen intellige, niſi
forma aſſecurationis referatur alter ad merces in hoc
viagio ſine nauigatione deuehi ſolitas, & ſubſequen-
ter quæro, ſi forma aſſecurationis fuerit concepta in
caſu naufragij, & ſubmerſionis. cum autem nauis vel-
let intrare portum timore piratarum, qui ibi erant,
aufugit, & iterum redijt ad locum à quo aufugit, vel
diſceſſit, denuò cum ita nauigaret, ſubmerſa eſt in via,
an teneatur aſſecurator de tali aduentu periculi, & vi-
detur, quòd non, per ea quæ dicta ſunt in verſiculo,
52 quia dictum fuit, vbi habetur † quòd aſſecuratio ſim-
pliciter concepta, refertur ad primam nauigationem,
ſed in contrarium facit, quia nauigatio prima fuit in-
utilis, & per conſequens non debet impedire effectum
aſſecurationis ſecundæ nauigationis. arg. eorum, quæ
de actu primo inutili dicuntur. in l. ſi ita ſtipulatus. §.
Chryſogonus ff de verbor. obligat. maximè, quia non
potuit imputari in prima nauigatione, portum ſi non
petijt, regula imputari. ff. de regul. iur. Item condi-
tio ſolita nauigatione, ſcilicet ſi nauis acceſſerit ſal-
ua, non verificari potuit in prima nauigatione, cuius
non extit. debet eſſe aſſecurantis potius quam domi-
ni mercium argum. l. maritus. ff. locat. Item donec
53 nauis ſalua non appulit ad portum, † ſemper pericu-
lum ſubmerſionis ſolet eſſe aſſecurationis. l. opus,
quod in aduerſione. ff loca In princ. circa iſtam quæſt.
puto dicendum, quòd aut aſſecuratio fuit concepta
donec nauis appulerit, ſeu applicauerit, vt in l 1. C de
naut. fœno, & tunc naue non intrante, & ſedente,
non poteſt illud verificari de appulſu ad aquam, vt di-
citur in l. 1. ff. de ſerui. ruſt. præd. ſemper periculum
ſubmerſionis erit aſſecurantis; donec accedat ſalua,
ſi autem hoc non fuit dictum, & tunc puto diſtinguẽ-
54 dum, † quòd aut nauis non appulit ad portum deſti-
natum vi tempeſtatis. & licet redeat ad priſtinum lo-
cum, & de nouo ſubmergatur, erit nihilominus pe-
riculum aſſecurantis. Facit l. Cæſar. de publ. ex quo
verificata fuit conditio ſubmerſionis, aut hæc pro-
ceſſit impedimento latronum, quia ſi latrones non
fuiſſent in portu, nauis appulerat ſalua, & videtur,
quòd non teneatur aſſecurator. argum. l. ſi fundus. §.
fin. ff. loca. iuncta. l. perinde. eod. titu. In hoc tamen
puto aduertendum, quia in contractu aſſecurationis
videtur eſſe duplex conditio: Vna, qua exiſtente,
promiſſor lucratur precium periculi: altera, quæ defi-
ciens facit aſſecurantem teneri ad æſtimationem re-
rum prædictarum. Verb. gratia, Si nauis fuerit ſalua
cum mercibus, & ſi ſubmergatur prima ſine defectu
domini mercium, & naturam culpa, & ſic non de-
bet ei imputari, vt in d. regul. imputari. & in l. Ti-
tia. §. Seia: ff. de leg. 1. alis haberentur pro impleta in
ſui odium, vt in d. l. & in l. executione. §. fina. de verb.
obligat. qui tamen hic. iſta conditio deficit facto ter-
tij, eo quod impeditur facto piratarum in porto exi-
ſtentium, oportet quòd denuò impleatur. l. quibus
diebus. ff. de condit, & demonſtr. in principio, quia
tamen non potuit denuò impleri, immò defecit per
contrariam cõditionem ſubmerſionis exiſtentis iſtius
contrariæ conditionis, facit vt ille promiſſor omninò
teneatur ad dicta leg. ſi fundus. §. fina. eſt dicendum,
quòd

quòd non loquitur in contractu, qui procedit ab euē-
tu conditionis, vt hic: cogita, & prædicta confirma
55 cum maris conſuetudine, † quæ ſemper obſeruanda
eſt in ſimilibus, in authen de vſu naut. §. ſiua. colum.
9. & l. precatio. ad l. Rhod. de iac. Bald. conſil. 57.
num. 22. volum. Socin. repet. l. 2. de vulgar. & pup.
in primo. Alexand. in l. 1. num. 51. & 52. ff. ſolut. ma-
trimon. & l. imperium num. 1. ff. de iur. omnium iud.
An autem poſſit dominus mercium cui promiſit pro-
miſſor, euentus periculi aliam aſſecurationem ſuæ
aſſecurationis facere: verbi gratia: Timeo, ne ille,
qui aſſecurationem promiſit, poſſit ſoluere æſtima-
tionem mercium mearum, & procuro ab alio ſuper
hoc aſſecurari: dic quod ſic, tex. eſt not in l. decem. ff.
de verbor. obligat. & in l. ſi decem. ff. de ſolut. poteſt
enim quis ſtipulari, quanto minus ab alio fuerit con-
ſequens, vt ibi dubium facit. eo quòd nondum ille pri-
mus tenebatur, ſed non obſtat. per not. in l. quidam cū
26 filium § fin. ff. de verbor. obligat. † vbi futuro debi-
to accidit fideiuſſor idem in l. eo tempore. §. 1. ff. de
pecun. & vbique Bartol. & Moderni. An autem iſte
talis qui promittit, quatenus alius non ſoluendo ſit,
dicatur fideiuſſor, & videtur quòd ſic per gloſſ. not.
in leg. Titia. §. idem text. ff. de verbor. obligation.
quem Bald. ibi in reportat. antiquis commendat, &
57 Alexan in l. vbi coriti. §. illud, quod in dubio, † qui pro-
mittit pro alio, videtur promittere vt fideiuſſor, hoc
tamen procedere, quando ad eius inſtantiam. vide
tamen Bart. in l. ſi ita ſtipulatus fuero. eo. tit. vbi facit
differentiam, an quis promittat nomine alterius, an
ſimpliciter. quod Titius debet In quæſtionem tamen
præmiſſa dic, quòd non eſt fideiuſſor, ſed potius obli-
gatus de per ſe, & conditionaliter factum, id eſt, ſi
alius non ſoluerit, vel quanto minus, vt in d. l. decem,
eo quòd nō illius nomine, ſed ſuo promittit indemni-
tatē pro alio, de quo vide Fran. de Are. in l. in huiuſmo-
di, de verb. oblig. & quæ dixit Bar. in l. 1. C. de conuent.
fiſci debito, & in l. 1. C. de decu. lib. 10. vide tex. not.
quem alleg. Are. in l. penul. in fin. de fideiuſ. tuto. per
quem tex. dicit, no. quod ego promitto tibi, quatenus
à debitore principali exigi non poterit, † quod non
58 eſt fideiuſſio, ſed obligatio conditionalis conſtituens
aliam ſpeciē actionis, & obligationis. quod not. Quæ-
ritur inſuper iuxta materiam aſſecurationis de vtili q.
qui aſſecurauit mercea alicuius, quæ ſunt in tali naui,
quæ merces in veritate erant communes, & ſic diuer-
ſorum mercatorum, qui faciebant ſocietatem, an aſſe-
curatio prędicta intelligatur eſſe communis, licèt pre-
dictę merces ſint communes, & ſic adueniente pericu-
lo pro omnibus teneatur, an verò propter res quæ ad
illum attinent tantum: & videbatur, quod pro parte
etiam aliorum, arg. eius, quod dicimus de re ſimplici-
ter, iux. not. in l. ſi rem. & ibi bona gl. in verbo, totam.
ff de rei vend. & per Bal. in l. Titia. §. Lucius. de leg. 2.
& Bar. in l. prædijs, eo. tit. & in l. Pomponius. §. ſed ſi.
ff. de procura. In contrarium tamen credo in q. iſta.
imò. quòd tantum videatur pro parte aſſecurator. per
l. ſi ita §. Chryſogonus. ff. de verb. obli. ſed tunc quæ-
ritur an in ſua parte teneatur videtur quòd non, per
59 ea quę not. Bal in d. l. legatis, vbi eleganter dicit, † quod
ſi princeps eximit caſtra alicuius nobilis, intelligitur
eximere tantum ea quæ ſunt eius propria, & non quæ
ſunt ei communia cùm alio. & idem Bald in l. cætera.
§. ſi duobus de leg. 1. vbi dicit, quod non obſtante ſta-
tuto, poteſt quis ad proprium, & non ad commune
territorium extrahere: ſed in caſu propoſito contra-
rium credo, & hoc clara ratione, quia ex quo volebat
maius periculum aſſumere credens, illas merces eſſe
totas illius in ſolidum, à minori debet videri pro parte,

atq de re integra, & ad non integram quo vtitur Bal.
in l prætor. §, hoc idem ff. de dam. infect. in fin. facit l.
in toto ff. de reg. iur. & l. ſi quis cum totum. de excep.
rei iud. procedit enim argumentum de maiori ad mi-
nus. l. in ſuis de libel. & poſtu. & l. in eo. quòd plus. &
l. non debet cui plus. ff de regu. iur. & in regula, cuili-
bet. extra. lib. 6. Soci. in l. prima, quis & quo. nume. 17.
ff. de leg. 1. Quæ delegato. num. 4. & ibi Iaſon. Nec
60 obſtat quia in aſſecuratione dixit res ſuas: † quia iſta
locutio verificatur etiam in communibus, & ſic in
ſuis, ſecundum quod d. l. illud ff. de ritu. nupt. l. ſerui
electione. § de leg. 1. imò in hoc caſu locutio aſſecu-
rationis prædictæ, licèt aſſecuratio ſimpliciter fiat, in-
telligitur ſemper pro parte tantum ei attinenti. l. nam
& ſi fur. §. fi. ſeruus communis ff. ſi certum petat. &
quod not. In d. l. ſerui. § fi. Item eſt bonus tex. per quem
videtur decidi iſta quæſtio. in l. ſi plures ff de damn. in
ſect. Alexan. in l ſi quis in ſuo. C. de inoffic. teſta. poſt
Barto quem tene menti. Non obſt. quod dicit Bald. de
immunitate, & exemptione, quia cùm ius publicum
lædatur, non mirum ſi reſtringatur. facit not in l 1. ff.
de iu. immuni. §. fin. nec dictum Bal. indiſtinct. proba-
tur per. dict. l. legatis, cùm alia verba ibi ponantur, ma-
gis mentem defuncti denotantia, ibi dum dicit, eius
cauſa parata in caſtro autem res non videtur poſſe ſe-
cerni, & ne ſit exempta alterius pars, contra mentem
eximentis, non extenditur ad commune, imò po-
tius nulla cenſetur exempta. Idem in q. ſtatuti, quia
Illud eſt facere Reipub ex natura ſtatuti, vt reſtringa-
tur l. quicquid aſtringendæ. ff de verbo. oblig. Quid
autem ſi in forma aſſecurationis fuit mentio de caſu
tempeſtatis? Verbi gratia, quia aſſumens euentum pe-
riculi, dicit: Aſſecuro tuas merces caſu tempeſtatis
61 † an veniat caſus latronum, piratarum, ſiue furum, l. vel
contra, & videbatur, quod non, eo quòd non fuit di-
ctum per not. in l quicquid adſtringendæ, ff. de verb.
62 obl. dece. iſtius qu. dependet ab illa, † an furtum com-
putetur inter caſus fortuitos, de qua latiſſimè dixi in-
ſtit. de actio. in §. ſed iſtæ quidem. in gloſſ. à caſu, &
quod caſus latronum dicatur fortuitus, videtur tex. in
l 1. C. de poſſ & in l. eum qui. §. idem ſcribit. ff. de fur.
63 † Quòd autem iſti qui prædantur in mari, dicantur la-
trones, vide tex. in authentic. ne nulli iud §. pen. col. 8.
in verſic. eos verò. Ratio, quia ex quo in mari per vim
res abſportantur, latrones dicuntur, ſicut ſi fuiſſet in
terra, vt ibi, Quòd autem furtum non ſit caſus fortui-
tus, ſentit glo. in d. §. ſed iſte quidem, quæ ſolent ibi
commendari in hoc, per Ang. & alios allegat Socin.
in l. cùm duobus. §. damna. ff pro ſoc. Quidam tamen
modernus Iaſon. In d. §. dicit, quod illa glo. ſibi hoc
non dicit. ſed vt ibi declaraui, benè hæc glo. dicit mo-
do, in eo quod propoſui quod res poteſt amitti caſu, &
non poteſt amitti quocunque alio modo ſub iſto, Quo-
cunque alio modo, gl. intelligit non caſum: ſi intelli-
gas, & addas fortuitum, gloſ. eſt clara: quia exēplifican-
do prædicta verba, quocunque alio modo, exprimit
furtum aut rapinam: ſi intelligis pro quocunque
alio modo, non caſum, id eſt, fortuitum. & idem eſt. &
ſic. glo. benè ſenſit illud ad quo allegatur per Ange.
ſed an illa gloſſ. dicat verum. eſt alia conſideratio. &
64 quod impetus latronum † & rapinæ dicantur caſus
fortuiti, facit l. 1. C. de po. & l. contractus. de reg. iur. &
l. quæ fortuitis. C. de pign. act. & quòd non ſit caſus for-
tuitus, ſentit gloſ. in d. §. ſic itaque. & in d. §. damna. &
in l. naturæ in gloſ. fin. ti. de nau. cau. ſta eſt materia
quæ traditur per canon. in c. 1. de com. & ibi Abb.
Pan. in pen. colu. & Alexand. de Imol. in l. quod Neriua.
ff. depo in reportatis antiquis. & veritas dependet
à deſcriptione caſus fortuiti, & dic quod in dictis

locis ſolent allegare tex. in c. Ioannes de homi. ad pro-
5 bandum, quid ſit propriè caſus fortuitus, † quod eſt in-
opinatæ rei euẽtus, cui prouideri non poteſt vbi autẽ
diligentiſſimus præcauiſſet, & prouidiſſet, non dicitur
propriè caſus fortuitus probatur ita etiam in hoc in l.
2. §. eo tempore. ff. de admin. rerum ad ciuitatem perti-
nen. vbi bonus tex de quo meminit Alex. in d. l. quod
Nerua, & in l. ſi quis §. quæſitum ff ſi quis cautio. & ex
hoc ſumitur illa differenti, quam Bal. in l. 1. C. ad l.
Corn. de ſica. dicit alibi non inueniri, & Alex. in dictis
locis, quã ponit gloſſ in d l. prima. inter caſum impro-
66 uiſum, & caſum fortuitum. † quia improuiſus dicitur,
qui ſolet imprudentibus contingere ſeu euenire, de
quo per Bal. in l. fin. C. de tempo. appella. in prima & 2.
colum Bal. conſi. 270. in 5. volum vbi ſing. ſecundum
meam Impreſſ. & in dicta. l. quæ fortuitis, & per l. ſi ea
res. ff de actio. emptio & l. ſed ſi damna ff. loca & l. ad
eos. ff commo de quo Abbas Panurmitan in dict cap.
1. de commod. dat euidens exemplum domus quæ mi-
nabatur ruinam, & corruens, occidit equum com-
modatarij, cuius ruinam diligentiſſimè reparaſſet,
vel ibi non poſuiſſet equum commodatum & his præ-
miſſis, ad quæſt. an furtum, vel latrocinium dicatur
67 caſus fortuitus, † vt ille, qui euentum periculi tem-
peſtatis in ſe ſumpſit cum de eo teneatur, vt ſi aliqua
culpa ei cui euenit, vt puta domino nauis, poſſit im-
putari nauigando fortè per mare, vbi ſciebat eſſe pi-
ratas ſeu Corſarios, non dicatur euentus talis proue-
nire ex caſu tempeſtatis, ſed potius ex imprudentia
nautarum nauigantium: aliàs ſecus. & iſta concluſio
eſt veriſſima ex not. per docto. in locis ſupra allega-
tis. ad l. contractus. ſupra allegatam, reſponderi po-
teſt, vt Alex in l. his rebus ff ſolu. matr. Tenendum eſt
igitur menti, quod caſus tempeſtatis ſiue fortuitus, di-
ſtinguitur improuiſo per hoc, quod culpa: vel non cul-
pa aſcribatur paſſo. & ad gloſſas ſupra allegatas, quæ
vocant furtũ aut rapinam non caſum fortuitum, poteſt
dici, quòd habent reſpectum à communiter acciden-
tibus: quia vt dicit not. glo in d §. damna. in verſic. ſu-
perſit & in l. 1. C. depo. furtum non ſolet fieri ſine ali-
qua culpa, & mala cuſtodia & ſic poteſt inferri, quòd
fundata eſt intentio de iure communi contra princi-
paliter patientem, cui res fuit furto ſubtracta, donec
probet contrarium, vt dicit gloſſ, & ex hoc poteſt in-
ferri ad cautelam, qua vtuntur mercatores in iſtis aſ-
68 ſecurationibus nauium, † dum dicunt, excepta fraū-
de nauarchi quia non ponitur, & an veniat talis caſus
in aſſecuratione, ſi non exprimatur, de quo in ſe-
quenti quæſt ſolent excipere mercatores, fraudem na-
uarchi nauis in ſuis contractibus, de qua poteſt du-
bitari an dicatur caſus tempeſtatis, vt veniret non ex-
cepta, vel attenta forma aſſecurationis, in ſequenti
quæſt. in primo poſita. primò per fraudem nauarchi
intelligi ſolet inter ipſos. cùm Dominus nauis, aut
magiſter, ſeu gubernator, fugit cum naue, & mercibus,
vt audiui de quodam quem ego cognoui, & videtur
adſcribendus iſte caſus inter fortuitos, ex quo iſte
magiſter nauis, ſeu gubernator tanquam fidelis pro-
poſitus fuit, argumento eius, quod dici ſolet de do-
meſtico fidato, & de illis perſonis, à quibus diligentiſ-
ſimus non cauiſſet, iuxta not. per Docto. in locis alle-
gatis ſupra per glo. in l. contractus. de reg. iur. dum
ponit exemplum. In fuga ſeruorum, qui cuſtoditi non
ſolent l. argentum ff. commo. & gloſſ. in l. cum duo-
bus. §. vt damna. ff. pro ſocio. & in furto facto per vxo-
rem. quæ potionem marito dedit mixtam olopio ad
benè dormiendum, & in furto per filium: de quo exem-
plificat Abbas in capit. primo. de commod. & vidi de
69 facto, quod filia cuiuſdam cuſtodis, † carceratorum
pietate ducta, claues ſubripuit patri clam. quas ſecum
in lecto tenebat, & cum illis ſoluit carceratos, & aufu-
git cum illis, quibus nulla vnquam dulcior fœmina,
nec amicior fuit, id quòd dicit Angel. in l. bonæ fidei.
ff de rei vend. vbi dici excuſari poteſtatem, cui nobilis
70 fuit datus in cuſtodiam, qui erat bonæ conditionis, &
famæ. † de quo illud non erat veriſimile, & tamen aufu-
git. & ita in propoſito videtur dicendum in patrono,
ſiue gubernatore nauis, ſi erat perſona fidata, de qua
diligentiſſimus non præcauiſſet: vt ſi tali fraudem com-
mittat, cenſeatur caſus fortuitus: & per conſequens ſu-
ſcipiens euentum periculi teneatur, niſi excipiat, vt
71 ſolet excipi in hoc tamen videtur cogitandum, † quia
licèt qualitas perſonarum, a quibus quis non præca-
uiſſet, facit caſum æſtimari, quod alias non æſtimatur
ab alijs commiſſum: hoc tamen non debet intelligi
reſpectu alicuius lucri, in damnum alterius conſe-
quendi, ne quis videatur commodum reportare ex do-
lo ſuorum, ſatis enim eſt, quòd poſſit excuſari conuen-
tus ab alijs vt de caſu fortuito. Item quamuis poſſit
æſtimari caſus fortuitus reſpectu domini, qui talem
nauarchum, & gubernatorem præpoſuit, non vide-
tur tamen reſpectu tertij, qui merces in dicta naui
poſuit, quia nec tantam notitiam, & fidem de prædi-
cto habebat: ex quo videtur dicendum, quòd aut do-
minus mercium aſſecuratarum erat dominus nauis, &
quo ad eum, reputetur caſus fortuitus à fraude nauar-
chi, quando ei non poterit aliquid imputari ſicut di-
cimus quando per filium, vel vxorem aliquid commit-
titur conſimile eadem ratione. l. à Titio de verb oblig.
aut non erat dominus nauis, & tunc ſecus à ratione
ceſſante. l. adigere. § quamuis. de iure patro l. ſi non re-
munerandi § ſi mandauero. ff. mand. cum ceſſante. de
appell. & alijs vul. ex alio tamen capite, ſi hoc volu-
mus haberi pro fortuito, non videtur habenda prędicta
diſtinctio, quia ex quo quis ſumit in ſe periculũ caſus
fortuiti in tali naui, vtroque modo dicitur fortuitus,
prout in tali naui contingit. Cogità itam ex alio capi-
72 te videtur inſolitus caſus, † eo quòd rarò contingit
per not. per Bartol. in l. Seio. §. medico. ff. de annu. lega.
vbi voluit quòd qui tenentur de caſu fortuito, non
teneantur de illo, qui contingit. de mille annis vna
vice. & in l. ſed ſi quis §. quæſitum ff ſi quis caut. per l.
fiſtulas § fin. de contrahen. empt. de quo tamen vide
ibi not per Bald. Angel. & alios muder. quos recitat
Alex. in d. §. quæſitum, & dicam infra proxima quæſt.
Tutius tamen eſt, vt iſte caſus excipiatur in ſecuritate,
vt fieri conſueuit. quod autem de ſecuritate qua
vtuntur ruſtici verbis Odofredi loquar in d. §.
quæſitum. in fin. promittis euentum periculi, vel
tempeſtatis, & licet ipſe teneat ibi. quòd talis con-
uentio ita regulari non valeat, ne ſub inuolucro ver-
borum quis teneatur vltra quàm exiſtimauit, tamen
Bartol. in l. ſi is, qui. ff. de acquiren. rerum domin.
aliter videtur dicere, imò quòd qui ſuſcipit in ſe ſuo
periculo, videatur ſuſcipere caſus fortuitos: cum quo
breuiter tranſit Alexand. in l. ſed ſi quis. § quæſitum. ff.
73 ſi quis. caut. num. 10. In fina colum. † hóc autem
relinquitur vſui loquendi, quid intelligatur pericu-
lum, ſed præſuppoſito, quòd ex communi vſu loquen-
di comprehenderat caſus fortuitos, quid attendi de-
bet. l. Labeo. §. 1. de ſuppelle. leg. l. librorum. de verbor.
ſignific cum ſimilib. Vulgò enim periculum debet in-
telligi ſecundum vſum loquendi. An autem valeat
conuentio ſic generalis. per quam quis ſe obligat ad
caſus fortuitos, non ſingulatim aliquem caſum expri-
mendo, de qua quæſtio. per docto. in dicto. §. quæſi-
tum. & in l. iuriſgeorium. §. ſi quis pactus. ff. de pact.
& alibi Barto in d. §. quæſitum. tenet, quòd valeat,
& de

& de omni caſu fortuito teneatur per l.quæ fortuitis.
C.de pigno.action.in fin. & gloſſ. in l.ſi quis fundum
in principio. ff.loca. licèt gloſſ.in d.l.fortuitis intelli-
gat illum text.quando ſpecialiter quaſi per dinumera-
tionem caſuum.Quod autem teneat dicta conuentio,
& de omni caſu fortuito tenet Alber. de Roſa. in d.§.
quæſitum,& dicit hoc eſſe non dubitandum, eo quòd
expreſſum fuit, & caſſant rationes, quæ dicuntur in
contrarium allegatur in arg.l ſi quando.de leg.primo.
Iſtud idem tenet glo.in d §. quæſitum, & Bar.in l. Ti-
tius.de lib.& poſthum.quem ſciunt communiter.Mo-
derni in d.§.quæſitum per iura Bart.& hoc in contra-
ctibus extraiudicialibus, ſicut eſt iſte aſſecurationis,
& veniunt etiam caſus fortuiti contingentes ex natu-
74 ra rei, per l. Item quæritur.§.ſi gemma.ff.loca. † Ca-
ſus autem fortuitus inſolitus non venit ſecundum
Bar.per l.fiſtulas.§.fin. de contrahen. empt. & dixit in
præcedenti quæſt.vbi fuit dictum ſupra de fraude na-
uarchi, qui videtur caſus fortuitus,& inſolitus.Bal ta
men & Angel & alij tenent contra Bart. Imò quod in
ſuſceptione caſus fortuiti venit caſus inſolitus, & ad
l. fiſtulas, dicit Bal. quod ibi caſus inſolitus non erat
fortuitus, quia licèt niues immoderatæ ſint in hyeme,
hoc dicitur potius contingentia ſecundum naturam,
& ideò nil mirum, quod non teneatur ille qui ſuſcepit
periculum caſus fortuiti Dominus Antoninus de But.
in ca. de comm. quem refert Alex.in d.§. quæſitum,
ſimpliciter tranſit cum Bart.& Ang cum Bart.in conſ.
575.ſed Imol.in d.c.1.& Salic.in l licèt.c.loca.& Alex.
vbi ſupra, tenet cum Bal. contra Bar. & Io. de Monte
Sperello præclarus Doct. Peruſinus in lectura mea,
videtur hoc aſſignare pro contrarietate Bart. propte-
rea quod dixit in l.ſcio.§.medico de ann.leg.vbi Bar.
dicit argu.illius. §.quod ſi quis renunciauerit caſibus
75 fortuitis,† tenetur de caſu fortuito contingente com-
muniter ſecus, ſi eſſet inuſitatus, qui veniret ſemel in
& ſpatio annorum mille. & in d.§. quæſitum in fio di-
cit, quod vbicunque dixit quem teneri de caſu fortui-
to, intelligit de ſolito, & non de caſibus inconſuetis,
& non veriſimilibus, d.§.fin. In veritate ergo non vi-
deo iſtam contrarietatem, quam præfatus. doct. vult
aſſignare, quia in vtroque loco Bart.idem dicit ſecun-
dum lecturam meam, vt ſuprà retuli.verum tamen eſt,
quod ille. §. fin. videtur dicere contra Bart. prout ſo-
lent doct.dicere, quia ibi tenetur ille, qui promiſit ſe
præſtiturum, ſi quid vi vel tempeſtate factum eſſet de
caſu contingente contra conſuetudinem temporis &
ſic ſecundum Salic.ibi probatur, quod in ſuſceptione
76 caſus fortuiti,† intelligatur venire inſolitus. In hoc
articulo D.Ioan.de Mon.Sperel facit quandam conſi-
derationem trium caſuum.Primus, quod ſuſcipiens ca-
ſum fortuitum, non tenetur de caſu qui communiter
accidit. Ratio eſt, quia iſte caſus non eſt inſolitus. l.
quod ſi nolit.§.aſſidua, de ædil. edict. Secundus caſus
eſt, quod perraro, & vix ſemel, qui de mille vicibus
venit vna, & de iſto non tenetur, eo quod de iſto non
videtur cogitandum. Tertius caſus eſt medius, ſcilicet
qui eſt inſolitus,& non communiter contingens,non
tamen inſolitiſſimus, id eſt, nunquam contingens: &
de iſto tenetur, per dict § fin.qui aſſumit in ſe pericu-
lum caſus fortuiti. vnde ſoluendo Bar. dicit, quod iſti
tres caſus probantur in dicto §. fin. Primus. ibi dum
dicit, contra conſuetudinem, ergo non contra con-
ſuetudinem,& ſic communiter.& tertius probatur ibi,
immoderata ergo, non immoderatiſſime. Iſta ponde-
ratio eſt multum exquiſita, & ſubtilis pro ſaluando
Bart.ſed non credo quod venerit in mentem Bar. nec
Iuriſconſulti, in d.§ fin.Ego autem pro ſaluando Bart.
cogitabam, ſi dictum Bart. poſſit probari, in d.§. fin.

Petrus Sauerna.

argumento ſumpto à contrario ſenſu, ſecundum Daci.
in l.pecuniam quam.num.1.ff.ſi cert.pet.& in l ex teſt.
num.4 C.de col.Bal in l.tale pactum.§.qui.ff.de pact.
Socin.in reg & fal.nu.46. ſiue dicamus illam immo-
derationem eſſe caſum fortuitum ſiue inſolitum, &
hoc iſto modo ibi fuit dubium,an ſuſcipiens in ſe pe-
riculum caſus fortuiti promittendo ſe præſtiturum,ſi
quid vi aut tempeſtate factum eſſet, an teneatur ſi ni-
ues frumenta corrumpant & Labeo iuriſconſultus reſ-
77 pondet, quod ſic,præſupponendo,† quod quando ni-
ues corrumpunt frumenta,eſt caſus fortuitus,vt ſtatim
declarabo.Ratio eſt,quia communiter niues, vt dicunt
Agricolæ.& comitatiui experti, ſolent prodeſſe agro,
eo quod putrefaciunt terram:& ideo ipſi dicunt,quod
quando ningit plurimum tempore debito,vocant an-
num fertilem,& dicunt eſſe indicium fertilitatis. Cor-
rumpunt autem niues frumenta, quando ſunt immo-
deratæ, & quando veniunt contra conſuetudinem
temporis,vt in d.§ fin. Ratio eſt,quia contrarium ea-
dem eſt diſciplina Inſtitut.de his.qui ſunt ſui, vel alie-
ni iur.Bar.in l.inter ſtipulantem.ff.de verb oblig.Soc.
in Rub de acquir.poſſ.n 3 Bald.in conſ.142. nu.3. in 2.
vol.& conſ.398.n.3 in 3.vol quia,eo modo quo proſunt
tempore debito, nocent, & corrumpunt tempore in-
debito.l.ſi merces §.conductor.ff loca.Cum igitur ni-
ues ſolent prodeſſe,ſi veniunt moderatæ, & congruo
tempore, argumento à conſuetudine ſecundum Soc.
in l.certi.§ nummos.nu.1.ff.ſi cert.per.Cæpoll.conſil.
30. colum fin. Aret. conſ.116.Imol.conſil 42 11.col §.
aſſidua.l.ſi quis nolit.ff de ædil.edict cum vulg maxi-
78 mè † quia naturam præſumitur producere res ſuo
tempore, & modo, & non peccare l.merito.ff pro ſo-
ci. & eorum quæ habentur Secunda Secundæ, in lib.
de fide:& quia igitur malum dicitur, & videtur. natu-
ram peccare cum facit monſtruoſa & maximè, quia
natura ſunt immutabilia.inſti.de in na.§ ſed naturalia.
ſi contingat alio tempore venire niues, & immodera-
tius. quam ſit debitum, videtur prouenire à caſu for-
tuito,vt patet in diffinitione caſus, qui eſt inopinatæ
rei euentus,cui reſiſti facto hominis non poteſt,ſecun-
dum gloſſ. inſtit. de re. diuiſ. §. Theſauros. de quo in
cap. Ioannes de homi.& in l.1.§.eodem tempore.ff.de
adminiſt.rerum ad ciuita.pertinen.dicitque Iuriſcon-
ſultus in § fi. l. fiſtulas. quod tunc agi poteſt contra
eum qui aſſumpſit periculum caſuum,cum niues cor-
rumpunt frumenta, quia, & hic caſus fortuitus eſt.
79 † quod contingit duobus modis,ſi ſunt immoderatæ.
Item ſi contra conſuetudinem temporis. & cum hoc
eueniat communiter,quod iſtis duobus,vel altero eo-
rum concurrentibus, corrumpantur frumenta, non
poſſunt dici caſus inſolitus, immò potius ſolitus cor-
rumpere frumenta.Item in eo tempore quod dictæ ni-
ues veniunt immoderatæ,& contra conſuetudinē tem-
poris,dicitur caſus fortuitus, vt dixi ſupra.& propterea
credo,quod Bart habuit bonum intellectum ad dict.§.
fin. quod declaratur ex duplici eius ſummario in di-
cto §.& in eo quod ſic ſumat, qui ſuſcipit in ſe caſum
fortuitum, teneatur de caſibus fortuito contingentibus,
referetur ad in quod communiter accidit,quia commu-
80 niter † niues ſolent corrumpere frumenta, ſi ſunt im-
moderatæ, & contra conſuetudinem temporis. in eo
autem quod ſummat,quod caſus fortuitus intelligitur
inopinatus,& non ex conſuetudine eueniens, refertur
ad mentem. & deciſionem Iuriſconſulti, qui dicit il-
lum teneri de corruptione frumentorum cauſata con-
tra conſuetudinem temporis,qui in ſe accepit pericu-
lum caſus fortuiti. Quia tamē Doct.Bald.& alij ſequa-
ces dicunt ibi eſſe literam, contra Bar. eſt aduerten-
dum,quod litera illius §. poteſt dupliciter conſiderari,

Primo, quod illa verba, dum text. dicit, agi tecum ex empto, poterunt referri immediate ad illa verba, ſi niues immoderatæ, & contra conſuetudinem temporis fuerint: & iſto modo intelligit Bald & ideo dixit ibi probari, quod qui ſumit in ſe caſum, intelligit de inſolitis: ſed non videtur ſic intelligenda, imò aliter, ſcilicet agi tecum ex empto poterit, ſi ea frumenta niues corrumpant, quod contingit. Intellige tu, ſi tales niues immoderatæ fuerint, & contra conſuetudinem temporis, vt iſto modo intelligendo, ſoluatur intellectus Bar. & dictum eius in d. § quæſitum & in d. §. medico. & videtur vera intelligentia illius. §. fin. pro ſoluendo Bartolus. & ex concluditur, quando ex quo,
81 † vbi appellatione caſus fortuiti Iuriſconſultus ibi intelligit, & declarat venire caſum fortuitum ſolitum, ſcilicet corruptionem frumentorum propter niues immoderatas, & conſuetudinem temporis, vt latiſſimè ſuprà declaratum fuit, quod à contrario ſenſu videatur tacitè velle, quod non veniatur caſus, inſolitus ſiue non viſitatus venire: & tenem uti prædicta; quia vt dixi, recentiores doct dicunt, quod ille. §. fina. facit potius contra Bart. In veritate non auderem dicere, quod Bartolus fuerit tam improuidus quod allegaret dict. in § final contra ſe, imò eum vidit, & ponderauit ſubtiliter, ſi bene cogitas, quia ille caſus erat fortuitus, & ſolitus, vt declaraui, & ideo venit: & ſi eſſet inſolitus, non veniſſet, vt à contrario illius literæ ſumi poteſt, & probatur clarius in dicto §. medico. & vt Bart. ibi applicat, iſti non videntur extrà materiam aſſecurationis, qui multum faciunt pro illa quæſtione,
82 † an in inceptione generali caſus fortuiti veniat ille caſus, vulgo qui dicitur Ribaldaria patroni, & ſunt vtilia ad ſaluandum opin. Bar. Aliter ſi intelligas, vt Bal & ſequaces, non poſſent ſaluari verba illius literæ, vt declaraui ſuprà, & ſi volueris concordare iſtas opiniones poteris, & ex prædictis dicere. quod quando Bal in dicto § quæſitum, & in dicto § frumenta dicit, quod qui ſuſcipit in ſe periculum caſus fortuiti, tenetur de inſolito habet reſpectum ad tempus niuium: quia non ſolent eſſe immoderatæ, nec contra conſuetudinem temporis. quando autem Bar. dicit, quod qui tenetur ad caſum fortuitum, tenetur de ſolito per dic. § habet reſpectum ad effectum ipſius caſus, quia communiter quando ſic euenit. ſolet corrumpere frumenta, & ſic dicetur damnum ſolitum prouenire, ex immoderatis niuibus, & contra conſuetudinem temporis niuium. & videntur prædicta d mente Bal. in c. 1. qui-
83 bus modis feudum amittatur: † vbi dicit, quod caſus qui de facili contingunt, non dicuntur fortuiti, niſi habeant in aduerſam fortunam, per c § ſi & de effectibus caſuum fortuitorum. vide ſingul. Bal. conſ. 271. nu. 2. 5. vol. & conſ. 493. nu 3. in 4. vol. vbi nota.

SVMMARIA.

1 *Verbum, periculum eſt verbum generaliſſimum.*
2 *Periculum generaliter prolatum, intelligitur de periculo adueniente per omnem culpam, non autem per caſum fortuitum.*
3 *Verbum, periculum, quandoque comprehendit fortuitum caſum.*
4 *Verba appoſita in contractibus, intelliguntur ſecundum naturam contractus.*
5 *Periculum, verbum, quandoque accipitur proprie, quandoque improprie, interdum impropriiſſime.*
6 *Suſceptio generalis periculi in ſe, an valeat, necne.*
7 *Caſus fortuiti an veniant ſub nomine periculi.*
8 *Suſcipiens in ſe periculum ſi rem non poſſidet, nec ante teneatur aliqua obligatione, an teneatur de caſu fortuito.*
9 *Periculum in ſe ſuſcipiens, an veniat leuiſſima culpa.*
10 *Semper eſt inſpicienda nautarum aſſecuratio, & qualitas eorum quæ fieri conſueuerunt.*
11 *Verba debent intelligi ſecundum ſubiectam materiam.*
12 *Aſſumens periculum caſtri, tenetur de caſu fortuito.*
13 *Periculum abſolute prolatum circa ea quæ deferuntur per mare, an comprehendit caſum aduerſæ tempeſtatis.*
14 *In contractibus magis mens, quam verba contrahentium ſunt inſpicienda.*
15 *Verba quandoque impropriantur ſecundum ſubiectam materiam.*
16 *Aſſecurator aſſumens periculum mercium, non intelligitur de periculo ex culpa proueniente.*
17 *Verbum periculum, an ſumitur pro caſu fortuito.*
18 *Promittens ſub pœna aliquem non inquietare, non incurrit pœnam, ſi ex parte offenſi inquietudo procedit.*
19 *Factum tertiæ perſonæ non impedit obligationem commiſſi.*
20 *Aſſecurator qui tenetur de quolibet periculo, tenetur etiam de periculo contingente facto tertij.*
21 *Intellectus ad l. fin. l. planè. la 2. ff. d. l. primo.*
22 *Pericula nautium vt plurimum procedunt culpa nautarum.*
23 *Nemo debet ex dolo tertij aliquid lucri conſequi.*
24 *Fraus, & dolus nemini patrocinari debet.*
25 *Dolus tertij non iuuat aſſecuratorem contra aſſecuratum.*
26 *Iniuſtitia, & caſus fortuitus æquiparantur.*
27 *Dictio, vel, eſt implicare diuerſa.*
28 *Suſcipiens periculum caſus fortuiti, tenetur de omni eo, quod latrones ſurripiunt quouis colore.*
29 *Periculo quis non debet ſe exponere.*
30 *Pecunia an ſuccedat loco rei.*
31 *An aſſecurator teneatur, ſi merces deteriorentur à muribus, vel tineis.*
32 *Iudei ſi non excutiunt puluerem à pignoribus, & rodantur, an teneantur.*
33 *In contractibus mercatorum magis æquitas, quam iuris rigor ſpectatur.*
34 *Repreſſaliæ ſi quis, ſoluerit nunquid poterit repetere ab eo, qui fuit cauſa quod datæ fuerint.*
35 *Damnum datum culpa tua, an mihi contra te competat regreſſus.*
36 *Legatarius non excluditur à beneficio legati, licèt factus ſit inimicus teſtatoris ſine culpa ſua.*
37 *Culpoſo ſi imputetur id, quod culpa ſua obuenit, oportet vt culpa ſit cauſa immediata illius quod ſequitur.*
38 *Qui occaſionem damni dat, damnum dare videtur.*
39 *Cauſa differt ab occaſione.*
40 *Iniuria facta vni, non debet nocere alteri, niſi hoc alteri facto contingat.*
41 *Culpa ceſſante, non tenetur qui de damno dato illius occaſione propter ignem.*
42 *Immunitas quædam generalis, alia ſpecialis.*
43 *Aſſecurator periculi ſubmerſionis nauis, an teneatur. ſi nauis tantum fuit deiecta.*
44 *Coacta aliquid faciens, an dici poteſt id voluntariè facere.*
45 *Quando aliquid fit ab aliquo, an præſumatur id eſſe factum cauſa potius defenſionis, quàm offenſionis.*
46 *Quando quis tenetur ad certam quantitatem, reſpectu certæ ſpeciei, an dando illam quantitatem liberetur.*
47 *Aſſecurator ſi ſoluit æſtimationem mercium, & res poſtea appareant, an poſſit cogere dominum illas accipere, & precium reſtituere.*
48 *Conuentus ex aliquo contractu, non poteſt opponere contra agentem quæſtionem dominij.*
49 *Aſſecurator ſi in aſſecuratione expreſſit caſum piratarum*

rum ſi noctum à latronibus terreſtribus merces ſint derobata vel ſubtracta, an de tali damno teneatur.

50 *Appellatione piratarum, an fur vel latro comprehendatur.*

51 *Furtum vt in pluribus ſit culpa, & negligentia non bene cuſtodientium.*

52 *Pirata tanquam hoſtes patria poſſunt impunè interfici.*

53 *Incurſus piratarum inſidiis, naufragium, & incendium æquiparantur.*

54 *Pirata ſunt fures potius quam latrones.*

55 *An latro fur dici poteſt, ſi ſine vi, & occultè furetur.*

56 *Aſſecuratio indeterminata ſine expreſſione numeri, & menſura, an valeat.*

57 *Habens æſtimationem rei, an rem ipſam habere videatur.*

58 *Qui in contractibus poteſt legem apertius dicere, ſemper contra eum interpretatio eſt facienda.*

59 *Aſſecuratio facta de mille, quæ habet in tali naue, an valeat, & de quibus eſt intelligendum.*

60 *Aſſecuratio incertorum de incertis, an de iure valida cenſeri debet.*

61 *Aſſecuratio facta de vna biſacha lanæ, & ſi nauigio reperiantur diuerſa balla lanæ de qua intelligendum.*

62 *An contrahentibus licitum ſit conuentionem extendere.*

63 *In conuentionibus inſpicitur vſus communis loquendi.*

64 *Appellatione mercium, an veniat margaritæ, & annuli, & pecunia.*

65 *Res omnes deſtinata ad vendendum, an loco mercium habeantur.*

66 *Confiſcatio fienda de mercibus, an extendatur ad pecuniam numeratam.*

67 *Stipulatio in caſu mortis, an extendatur ad mortem ciuilem.*

68 *Promiſſio de non alienando, an poteſt rem pignori dare.*

69 *Aſſecurans nauem, an intelligatur aſſecurare corpus nauis, an merces in ea exiſtentes.*

70 *Appellatione contenti, an intelligatur continens.*

71 *Verba in dubio ſemper ſumuntur propriè, & non impropriè.*

72 *Aſſecuratio facta de tali naue, an intelligatur de corpore nauis, an de mercibus, vel de vtroque.*

QVARTA PARS.

COntinuando ad præcedentia, hoc in dubium non
indocte ac imperite verti poteſt, ſi in aſſecurationibus
dicatur abſolute, Ego aſſumo periculum huius nauis,
vel tuarum mercium: de quo periculo intelligendum eſt,
& an veniant caſus fortuiti; & videbatur
1 dicendum quòd non, † cum iſtud verbum, periculum,
ſit verbum generaliſſimum, & non debet
ſic late intelligi. comprehendit equidem caſum improuiſum,
ſcilicet ex culpa prouenientem, vt l. ſi quis
nec cauſam, & ibi Iaſon. nu. 26. vt l. rogatti D ſi cert.
pet. intelligo, prout ibi gloſ. & l. ſi vt certo §. commodatum.
D. commo. l. litis §. ſi pecuniæ. D de n g geſt.
& alibi in diuerſis locis alleg per gl in l. ſed ſi quis:
§. quæſitum. D. ſi quis caut. & Iaſ. in l à Diuo Pio § poſt
nu. 9. D. re iud. Sumitur etiam pro caſu non fortuito in
l. opus, quod in aduerſione. D. loca. quem tex. ibi Bar.
not. ad hoc, in gl. in l. iuriſgentium § ſi quis pactus ſit.
2 D. de pact intelligit ibi, † verbum periculum, generaliter
prolatum, pro adueniente per omnem, culpam,
non autem per caſum fortuitum. Idem gloſſ in dicto
§. quæſitum. & communiter ſcribentes ibi per dict. l.
opus Bartolus & alij quos non expedit allegare, de qua
materia Cyn. Bal. in l. 1. C. commod. & Bal. falſus. in
fin. co C. de fur. & dictus Decius in regula, contractus.
de reg. iur. Salicet. in l. licèt. §. locati. Imola in l Titius.

Petrus Santerna.

de lib. & poſtum. Roma. Rapha. & alij. in d. l. quæſitum.
ibi, & in l. Titius. Alexand. de Imol dat. concord.
Idem tenet Odofred. in d. l. opus, & in dicto §. quæſi-
3 tum & Albe. de Roſa. † quandoque comprehendit caſum
fortuitum, vt in l. item quæritur §. ſi gemma. D.
locat. & in l. 1. §. ſæpe D. de poſi & in l ſi quis fundum.
§. ſi colonus. D. locati. in l. cum proponas. C. de nau.
fœno. vbi verbum periculum, videtur referri ad maritimum
tempeſtatis diſcrimen, & ſic ad caſum fortuitum,
vt in l. Ariſto D donand. Socin. in l. ſi quis. num. 15.
4 ſi cert. pet. intelligendo, vt ibi dicit gl. † vt iuxta contractum
verba aliquid operentur, vt in l ſi quando. D.
de leg. 1. Idem Iaſon. in l hæc verba. num. 34. D. eod. tit.
Eſt enim iſtud verbum generale, aptum ad vtrunque
comprehendendum, fortuitum & improuiſum, vt in
titu de peri. & commo. rei vend. & in iuribus ſuprà allegat.
& alibi quæ non expedit allegare. & hoc ſiue
contingat, in terra, ſiue in mari, quia vtroque modo
verificatur verbum, periculum l. 3. de dote. cauſ. mort.
& in dicta l. cum proponas. & in l. ſi periculi. D. de
nau fœnor. & in l. ciuitas C. de offi præto prouin. &
alibi. etiam per Bald. in l. 2. C de nau. fœno. & in a epiſtola
Pauli ad Corin. ca. vndecimo: Periculis fluminum,
periculis latronum, &c. Cum autem poſſit comprehendere,
& fortuitum, & non fortuitum, videtur
quod vtrunque comprehendat. per ea quæ in dubio
de verbo, fortuna, dicit Bar in l ſi is qui. D. de acquiren.
rer. dom. Circa hoc puto aduertendum quia illud
verbum, periculum, ſecundum Albe in additon. propriè
ponitur pro periculo perſonæ, allegat l. interpoſitas.
C. de tranſact. & videtur tex. in l. 3. de dona. cau.
mort. & ſic ſecundum hoc pro periculo rerum ſumitur
impropriè. Inter rerum autem pericula, glo. in d. l.
item quæritur. § ſi gemma. dicit propriè periculum,
5 quod culpa non contingit, per d. l. opus. † & ſic eſſet
dare propriè, impropriè, & impropriiſſime ſecundum
prædicta: Propriè, pro periculo perſonarum: impropriè,
pro rerum culpa tunc proueniente, impropriiſſime
pro caſu fortuito. Quid autem comprehendat,
ex prædictis patet, & latius ex collectis per Alber. de
Roſa. in addition. in ver. periculum Quid autem ſpecialiter
veniat in eo, periculo abſolute ſuſcepto, &c.
An valeat talis conuentio, non eſt noua neque parua
quæſtio vt ex not. per gloſſ. & doct. antiquos, & modernos.
patet in d. §. quæſitum & d. l. iuriſgentium §. ſi
quis pactum. & alibi, quorum opinio non recito,
quum per glo. in d § & Bart & Bal. & Albe. & Odofre
Guliel. de Cun. & alios latiſſime recitentur. in d. §.
6 quæſitum. Quantum autem ad hoc, † an ſuſceptio
generalis valeat, Bar. in ſuſceptione caſus fortuiti tenet.
quod ſic, cum quo communiter alij tranſeunt, per
l. quæ fortuitis, in fi. C. de pign. action. In ſuſceptione
autem periculi generaliter quod valeat: videtur text.
expreſſus in d §. ſi quis pactus. & hoc videtur procedere
à paritate rationis, ſicut dicimus de ſuſceptione
generali caſus fortuiti ſed quòd tunc veniat ſub nomine
periculi, hic eſt labor, & in hoc pendent l. & doct.
7 † ſcilicet an comprehendant caſus fortuitos, vel improuiſos.
& gloſſ in d. §. quæſitum, expreſsè firmat,
quòd non veniat caſus fortuitus, qui tamen iſta quæſt.
eſt duplex, ſcilicet in iudiciis, & in contractibus, tantum
loquimur circa periculum abſolutè ſuſceptum in
conuentionibus extraiudicialibus in quibus Alex. in
dicto §. quæſitum, propter gloſſ magnam in ſin. Velleian.
quæ hanc videtur ponere concluſionem, quod
in contractibus qui fiunt extra iudicium, ſuſceptio
periculi abſolutè facta, non comprehendit caſum fortuitum,
niſi ſpecialiter exprimatur per text in l. 1. C.
depo. & l. 1. C. commod. & ita fuit opin. Ioan. & anti-

quorum per dicta iura, quæ reſpondebant: ad alia au-
tem iura, in quibus periculum ſumitur generaliter, ea
ſemper quæ ſe fundat Martinus, quæ loquuntur in ca-
ſu improuiſo qui per culpam contingit, non autem de
proprio caſu fortuito, quod corroborat per iura ſupra
in principio allegata, in quibus periculum pro culpa
ſumitur. & cum hac opin. communiter doct. tranſeunt.
nunc videtur attenta diſtinctione notabili Bar. quam
in hoc materia ponit in dicto §. quæſitum, quæ diſtin-
ctio nobis poteſt ſeruire in contractu aſſecurationis,
in quo quis aſſumit periculum abſolutè, qui non te-
nebatur ante aliqua obligatione, nec habet merces in
8 ſua poteſtate. In iſto membro † quando quis non te-
nebatur, nec poſſidet rem, quo caſu Bart. expreſsè te-
net, quod comprehendatur etiam caſus fortuitus, &
quòd de alio non poteſt intelligi, cum non poſſit cul-
pa aſſignari in eo, ſi rem cuius periculum aſſumit, an
non poſſideat ſecundum quod dicit Paulus. de Caſt. in
l. naui Sauph § loca. in le. Pad. ex qua diſtinctione in-
fertur, quod ſi forte dominus nauis ſit gubernator ſuæ
nauis, & mercium quas adducit vehendas in certo
portu, recepit aſſecurationem, ſumendo in ſe pericu-
lum abſolutè earum quod non videatur aſſecurate de
caſu fortuito, quod ſibi poteſt dari quod attribui cul-
pa, & per conſequens tenebatur ante de tali periculo
ex contractu præcedentis locationi, & conductionis,
vel verius quia habet res ſua naui, & ſic in ſua poſſeſ-
ſione ſiue poteſtate, non tenetur de caſu fortuito: quia
ratione contractus præcedentis locationis, & condu-
ctionis gubernator tenetur. vt in l in naui Saupheli, &
in l. item quæritur. ff. loca & in l. ſi ad l. Rhod. de iact.
alibi, in quo contractu venit culpa leuis vt not. in l. ſi
merces §. qui colum ff loca. & in l. ſi vt certo. §. nunc
videndum. ff. commod & ſatis poteſt dici, quod dicta
verba, Suſcipio in me periculum, poſſunt operari ali-
9 quid intelligendo, † quod eueniſ leuiſſima culpa, &
non caſus fortuitus per dict l opus. ff loca, vt expreſ-
sè dicit Bar. in dicto. §. quæſitum in tertio membro. per
quæ verbo dominus Ioan. de Mont. Sperulenn doct.
Peruſinus, in dicto §. quæſitum pulchrè dixit, quod ſa-
tis eſt quod per illa verba teneatur in vlteriori gradu,
quam antea tenebatur: Ex quo poteſt dici, quod quo-
ties illa verba poſſunt aliquid operari circa caſum for-
tuitum, illud tamen operatur: & ſic per prædicta vide
tur melior conditio gubernatoris, ſiue pattonis nauis
quando aſſecurationem facit ſuſcipiendo euentum pe-
riculi mercium in ſe, ſiue nauis, quam alterius merca-
toris aſſecurantis qui ante non tenebatur aliquo con-
tractu, occaſione mercium, quas aſſecurauit. Ego au-
10 tem in hoc credere in vno † & in altero inſpici nan-
tarum aſſecuratione, & qualitatem eorum, quæ fieri
conſueuerunt §. aſſi ſua. l quod ſi nolit. ff. de ædi. edict.
& per ea, quæ not. Bart in l ſemper in ſtipulationibus.
ff. de reg. iur. & in l. eum quid. ſi certum petatur. & in l.
ſi prius. §. . de aqua plu ar & alibi conſuenit quidem
aſſecuratio magis fieri habendo reſpectum ad fortui-
tos caſus. quam ad alia, & ſic hoc tanquam veriſimile
debet intelligi in aſſecuratione, ſiue fiat per pattonum
nauis qui ex condicto tenebatur, ſiue per alium, ar-
gumento à veriſimili l. cum pater. §. diuortio. de l. 2. &
l. non veriſimile, quod metus cauſa. l Quintus. de con.
inter virum & vxo. C. quia veriſimile de præſcription.
cum ſimilibus, & per d Ioann. de Neulzanis in ſua
ſylua in quarta. parte, & hoc, ſiue fiat per verbum,
Suſcipio fortunam ſiue riſcum, ſiue periculum. Ratio,
quia licet ſit magna altercatio in dicto §. quæſitum.
11 † de iſto verbo, periculum: tamen ſecundum ſubie-
ctam materiam debet intelligi eius ſignificatio, vt l. ſi
vno. ff. loca. l. damni infecti. ff. de damn. infect. cum
ſimili. Facit not. dictum D. Ioan. Andr. in ſpeculo. in
tit. de loca. quem refert Alexand. in dicto §. quæſitum,
vbi dicit, attenta qualitate temporis quòd ſi tempore
guerræ quis aſſumat cuſtodiam caſtri, & eius pericu-
12 lum, † quod tenetur de caſu fortuito, ſi per caſum
eum amittat: ita in præſenti attenta qualitate maris,
& eorum quæ ſolent in eo euenire: quia, vt dicit Se-
neca, de quo meminit Bald. in l. 2 C. naut. fœn. nauigia
quæ de manè luſerunt, de veſperi ſorbentur, & æqui-
paratur homini potenti, & crudeli. Aduerſæ enim
procellæ nemini proſunt, & inexorabiles ſunt. l. 2. de
donat. cauſ. mor & ſic quis aſſecurando merces, ſuſci-
piendo in ſe periculum, videtur velle etiam teneri de
caſu fortuito idem dico. ſi deferantur per terram, vt
per muliones, &c. aliter dicta aſſecuratio parum pro-
deſſet. Verbum, Periculum, abſolutè prolatum, circa
ea, quæ deferuntur per mare, non eſt dubium, quòd
13 comprehendat † caſum aduerſæ tempeſtatis, vt l. cum
proponas. C naut fœno ſupra allegata, cum ibi not. &
ex identitate rationis poteſt comprehendere alius ca-
ſus piratarum &c qui ſolent contingere in mari, po-
teſt etiam comprehendere quodlibet damnum, vt in
capit. vbi periculum de elect. in 6. quia vt dicit gloſſ.
in l. damni infecti ff de damn. infect. periculum multis
modis ad aliquem poteſt pertinere, & ideò conſulo,
quod fiat expreſſa mentio in aſſecuratione caſuum
fortuitorum ad euitandum iſtas dubitationes. in caſu
autem quod non fieret, credo venire caſum fortuitum,
tum in iſtu contractu aſſecurationis per ea, quæ ſupra
dixi, quia hoc eſt veriſimile intellexiſſe contrahentes
14 in contractu prædicto, † quorum mens magis quam
verba ſunt inſpicienda l. obligationum ſubſtantia. ff.
de actio. & oblig. accidit quidem not. regula Bald. in
d. § quæſitum in pen. col dicit, quòd vbicunque per
aptam naturam verborum non infertur de neceſſitate,
quod verba exurbitent à natura contractus, ſemper
illa verba debent intelligi, vel inferri, & exinde ada-
ptari. d l. damni. in verſ. & quod in ſtipulatione. ff. de
dam. & l. ſi ſtipulatus § verum ff. de vſur. & quod not.
in l locationis ff loca & in l. & pmo § 1 famil. erciſc.
& l. 5 § toties. ff. de dam infect. l quod iuſtitutum. ff de
teſtam. mil. l. ita tamen. ff de adimi. tut. cum ſimil. & in
caſu, quòd verbum Periculum, propriè intelligatur de
periculo perſonæ, vt voluit Alberic. loco ſupra alle-
gato, vel ſecundum glo. in d. §. ſi Gemma, ſumitur pro-
priè pro caſu improuiſu, ſcilicet culpa contiogente,
& non fortuito non eſt inconueniens quod iuxt. ma-
teriam quandoque improprietur per not. in d. l. ſi ve-
rò. ff. loca. & in l. ſtipulatio iſta. § hic quoque de verb.
oblig & in l. 2 de offic proconſ. & leg & per gloſſ. in
l. Plaucius. de procura. & in l. inſulam de præſcrip. ver-
bor. & in l. ſi olei c. loca. & in l. Titia §. Lucius de lega.
2. & in l. eas cauſas. ff de cond. & demon. & gloſ. in l.
ſæpe §. cui. verſ expectanti de re iud. & in l ſed ſi poſ-
ſeſſori. §. Item ſi iurauero. ff de iureiurand. & gloſſ. in
l. 1. C. quando ciui act. crimin præiud & 13. quæſt 3. &
in c. rogo. cleme. exiui de paradiſo de verb. ſignif. vltra
medium & in l propter Seuerinam. ff. de cond. & de-
monſtr. §. conditionum, & in l. vxori §. fin ff. de leg. 3.
& ibi Bart. & in l. 1. C. de negot. geſt. & facit text. in
ſeruum filij §. 1. de lega. 1 iuncta l. proinde. ff. ſi certum
petatur, & c. damnamus circa finem de ſumm. Trinit.
verſic. cum. & quod dicit Bartol. in l. qui fundum, de
verb. oblig per dictam l ſi ſtipulatus. de vſuris, & tex.
in l. 1. §. debebit. in verſic. verè filius. ff. de liber. agnoſ.
in quibus iuribus. & alibi habetur, qualiter, quando-
15 que verba altertantur, & improprientur ſecundum
ſubiectam materiam, & non eſt intelligendum, quòd
aſſecurator aſſumat periculum intelligendo proue-
niens

16 niens ex culpa, † quia de ſua culpa non videtur ſen-
tire, eo quòd non vadit cum mercibus in naui, ſecun-
dum Paulum in dicta l in naui, ſuprà allegata. maxi-
mè ſi dicamus, quid eſt patronus nauis, niſi quod in-
telligit de culpa nautarum, vel patroni, quid poteſt
eſſe: ſed non videtur veriſimile, vt dixi, attenta qua-
litate contractus aſſecurationis, & cui fieri conſue-
uit, caſus tamen alterius benè poteſt in ſe ſuſcipere
quis periculum. l. decem de verbor. obligation. ſtipu-
lando quanto minus ille fecerit. Circa tamen intel-
ligentiam caſus fortuiti eſt videndum, an quocunque
modo contingat fieri eius impetus aſſecurationem
promittens, & breuiter eſt dicendum, quòd ſi veri-
ficatur aliquis caſus, quòd aliàs poſſet reputari for-
tuitus culpa aſſecurati, de tali caſu non tenetur pro-
miſſor. Caſus eſt per text. nota. in l. qui officij. §. fin.
ff. de contract. emption. & not. Aret. in conſil. 111. in
17 fin. colum. conſil. & ille text. probat etiam, † quali-
ter verbum Periculum, ſumi poteſt pro caſu fortuito.
dicit tamen Baldus ibi, quod nimirum eo quòd venie-
bat ex natura contractus adde etiam tex. in l. cum pro-
ponas. C. naut. fœno. vbi caſus de quæſtione prædicta,
ex quo ſequitur, quod ſi dominus mercium aſſecura-
tarum deuehi fecerit res prohibitas ignorante aſſecu-
ratore, cuius cauſa peruenitur ad perditionem mer-
cium, vel nauis, vel alterius damni iuxta nota in l. co-
tem. ff. de public. & in titu. quæ res exporta. non po-
teſt. & in c. ita quorundam de Iudæis. Idem ſi nauigari
fecit, vel deferri per loca prohibita, vel non ſoluerit
iura magis, quod vulgo Luſitanorum more dicitur
portagem, &c. quod non teneatur aſſecurator. Item ſi
merces nauis capiatur pro repreſſaliis domini aſſecu-
rati, vel ſuæ gentis, per no. in d l. cum proponas, vbi
etiam not. Bal. Infert contra victores, quod periculo
domini res portant, quod teneatur ſi propter culpam
ipſorum hoc contingat. quando enim caſus contingit
culpa illius. in cuius perſona debet impleri, vel cui de-
bet ſatisfieri, non tenetur ſuſcipiens caſum, vt ibi per
Bartol. & Bal. qui adducit ſimile de illo qui promiſit
aliquem non inquietare, per l. venditoris. ff de verb.
18 oblig. quod intelligitur, † niſi de illius parte procedat.
l. quæro. §. item locatorem. ff. loca. de modo autem de-
præhendendi culpam in ſimilibus, vide Bal. in princi.
dicta l. cum proponas. Quid autem ſi per culpam ca-
ſus contigat, non ex perſona aſſecurati, hoc eſt domi-
ni mercium, ſed ex perſona tertij? verbi gratia: ſunt
duo mercatores, vnus cuius merces deferuntur in naui,
& alter qui aſſecurauit. culpa autem fuit commiſſa
per gubernatorem nauis, an excuſet aſſecuratorem.
19 Credo quod non, † quia factum tertij non impedit
obligationem committi. d. l. quibus diebus. ff. de con-
di & demonſtr. Nec obſtat d. l. cum proponas, quia
loquitur non in culpa tertij, ſed debitoris, cuius gra-
tia ſuſceptio periculi facta fuit, ex quo enim pericu-
lum contingit, quantumcunque facto alicuius, nihi-
lominus tenetur aſſecurator de tali periculo, & hoc
præſuppoſito, quod teneatur ex forma aſſecurationis
de quolibet periculo, quia licet non veniat illud, cu-
ius dominus mercium fuit cauſa per ſupradicta, ta-
men venit cuius tertius cauſa fuit. fatendum tamen
eſt, quod agi poterit contra illum tertium, maximè
ratione damni ſua culpa illati. l. inde Neratius. §. 1. ff.
ad l. Aquil. Sed quis agit contra iſtum tertium, cuius
occaſione periculum contingit? credo, quod aſſecu-
rator, qui damnum periculi patitur, per no. in d. §. 1.
& per no. Bar. in d. l. quibus & per no. l. fina. de eo per
quem facta erit: item alio ex capite videtur, quod
poſſit dominus mercium per l. item quæritur. §. 1 & 2.
ff. loca. quea nauicularius vt ibi, & magiſter tenetur
ad hoc locati. An autem eo caſu, quo ille non ſit ſol-
20 uendo, excuſetur aſſecurato, † perinde ac ſi culpa do-
mini contigiſſet; & videtur quod ſic, per not. in d. l.
fin. & in l. plane. la a. de leg 1. & in l. 2. de inſt. act. quia
ex quo facto tertij, conſequitur exiſtimationem ſua-
rum rerum, debet in ſubſidium ipſe teneri: tamen quia
hic non eſt cauſa lucratiua, eo quod dedit precium
periculi aſſecuratori, non videtur teneri in ſubſidium,
21 ſecundum opinionem illorum, qui tenent † quod diſ-
poſitio §. 1. dict. l. plane. & dict. l. fina. non habeat lo-
cum, niſi in habentibus cauſam lucratiuam quæ opi-
nio gloſ. eſt Bartol. in l. his ſolis. ff. de condi. indebit.
vel niſi ille, qui ex facto tertij aliquid conſequitur. de
fraude participauerit, quod videtur eſſe de mente Bald.
in dict. l. plane. dum dicit ibi eſſe ſpeciale ne pereat
fideicommiſſum facto grauati, vel tertij, quia agitur
ibi in ſubſidium etiam illius qui non participauit de
fraude. Alberic. tamen in dict. l. fin indiſtinctè tenet
quod ex facto tertij in ſubſidium agatur contra illum,
qui eius occaſione aliquid conſequitur, ſiue ſit lucra-
tiua, ſiue non lucratiua cauſa, per d. §. 1. & l. planè. &
Angel in dict l. fin. ſolum ponderat, an quis ſit factus
locupletior, propter dolum tertij. & videtur require-
re, quod participauerit de fraude. Aduertendum ta-
men puto circa hoc, quia eſt magnæ importantiæ in
22 iſtis ſecuritatibus, quia vt plurimum pericula nauium
proueniunt ex culpa nautarum, vt patet in d l. Item
quæritur §. 1. & 2. & gubernatorum, qui nauem re-
gunt, & dirigunt, qui vt plurimum non ſunt ſoluendo,
quia ſi verum eſſet per d. l fin & per d. l. fuerit. §. 1. quod
in defectum, & ſubſidium poſſit aſſecurator agere
contra dominum mercium, vel ſaltem ſe defendere,
ne æſtimationem petat ratione periculi, de dolo tertij
prouenientis, deſtruerent iſtos contractus aſſecura-
tionis, nec haberet locum niſi in mero caſu fortuito.
Quapropter ſunt ponderanda verba d. l. fin. in verſic.
planè, in ratione ſui, quia in illa lege videntur hæc lo-
cum habere, ne vnus lucrum. & alter damnum conſe-
quatur: quæ ratio hic ceſſat, quia vterque agit de dam-
no euitando, dominus mercium ne ea perdat, ſed con-
ſequatur æſtimationem ab aſſecuratore, & aſſecura-
23 tor † ne ea dolo tertij ſoluat, & ſic illud damnum pa-
tiatur, niſi dicamus, quod habito reſpectu ad perſo-
nam aſſecuratoris, qui multa ſoluet, ſoluendo æſti-
mationem mercium perditarum, & pauca recepit, di-
catur dominus mercium agere de lucro captando, &
ipſe de euitando, & per conſequens ſit melior eius
conditio: quia tamen communiter tenetur quod diſ-
poſitio d. l fin. & l. planè. habeat locum, non conſide-
rata cauſa illius, qui ex dolo tertij aliquid conſequi-
tur ſiue lucratiua, ſiue non lucratiua, niſi maximè
quando participaſſet de dolo, vt magis communiter
moder. in d. l. fin. & Bal. Petr. & Cyn videtur in l. 1. C.
de re permut. quæ fuit in iudic. & Alexand. in d. l. fin.
& Paulus de Caſtro, quos omnes Alexand. ibi refert,
pro qua opinione Alberic glo. in l. 2. ver. Tu reſpon-
deas iuncto textu. C. de hæred. & action. vendi. quam
dicit, quod communiter approbatur Iſta tamen inue-
ſtigatio videtur obſcura in materia noſtra, eo quòd
dominus mercium nihil conſequitur ex dolo tertij,
ſed tantum factum tertij nocet aſſecuratori, & quando
ipſe dominus mercium de dolo, & fraude tertij par-
ticipaſſet, hoc non eſſet tantum dubium, argumento
eorum, quæ dicta fuerunt in ſequenti quæſtione per l.
qui. §. fin. de contrahen. empt. & l. cum proponas. C.
naut. fœnor. maximè quia poſſet militare omnium
opinio, quòd ex facto tertij ille qui de fraude partici-
pat, tenetur, vt ſcribentes fatentur in d. l. fin. pro qua
24 facit, quia fraus † & dolus alicuius patrocinati non

debet.capit.ſecundo,&c.ex tenore, de reſcript.Bart.in
l.quæ fortuitis. 5 colum.C.pignor actio.Iaſ.in l.iuriſ-
gent.§.ſed ſi fraudandi.num.1.ff.de pact.cum ſimilibus
tenuit gl.n in l.ſed eximendi. In verſi.amitteretur ff.ne
quis eum qui in ius.de qua meminit Alex.in d.l.fin.ſed
quando dominus mercium non participauit de frau-
de, eſt maius dubium,quia ex vna parte videtur certa-
re de cauſa oneroſa, vt dixit, licèt æſtimationem ha-
buit ſuarum mercium propter precium quod dedit aſ-
ſecuratori, ex alia parte hoc non videtur conſiderabile
in præſenti dubio, habito reſpectu ad opinionem mo-
dernorum,quæ videtur commûnior,de qua ſuprà men-
tionem fecit,licèt glo.& Bar.in l. his ſolis. aliter ſen-
tiant in cauſa oneroſa, & Bal. in d l planè, vt ſuprà re-
tuli, cum dominus mercium nec oneroſam,nec lucra-
tiuam cauſam habeat cum tertio, ſolum eius factum,
vt dixi, facit non deficere conditionem euentus peri-
culi, in quo damnificat aſſecuratorem , qui de tali pe-
riculo tenetur : item ex alio capite non videtur conſi-
derabile, quia dominus mercium nondum aliquid
conſecutus eſt,ſed huic ſententiæ multum facile po-
teſt reſponderi,quod iuuabitur,quod ad excipiendum
ab ipſo aſſecuratore contra dominum agentem per
æſtimationem, per regulam, cui damus.de regul. iur.
Puto in hac quæſtione dicendum, ſi volumus tenere
opinionem gloſſ. & Bart in d.l.his ſolis, quod aſſecu-
rator, neque ſi ſoluit, poſſit repetere æſtimationem à
domino mercium, neque poſſit de hoc excipi contra
eum. Ratio eſt,quia illud quod conſequitur ab aſſecu-
ratore,non poteſt dici lucratiuum,quia emit euentum
25 periculi, † quo caſu dolus tertij non videtur iuuare aſ-
ſecuratorem contra aſſecuratum,qui de dolo partici-
pauit, ſi autem volumus tenere opin. aliorum , qui te-
nent quod d.l.fin.& l.planè §.1.loquantur in quacun-
que cauſa, ad hoc non videtur iuuare propter ratio-
nem ſuperius dictam, eo quod iſte dominus mercium
non poteſt dici ex hoc fieri locupletior. nec in dolo.
& ceſſat ratio d.l.fin.per quam ibi Angel.dicit hoc eſ-
ſe neceſſe, nec obſt.d.l.planè.§.1. quia ibi emptor ſer-
ui ex hæreditate acquiſita per ſeruum , erat factus lo-
cupletior.Nec obſtat ſi diceret, quod conſiderata per-
ſona aſſecuratoris, per magnam æſtimationem ſoluit
pro paruo precio pericu. dicatur lucrari, ſiue certare
de lucro, per ea quæ dicit Alexand. in dict. l. fin. ibi
dum reſpondet, in 2. col ad l.1. C. ſi de vend.pig.aga.
quod tractatur ibi de lucro illius, qui emit minus iu-
ſto precio, quia poteſt dici,quod hic non emit minus
iuſto precio, attenta quantitate, quæ conſueuit dari
in tali ſecuratione videlicet tanto pro centenario de
quo latius dicetur in fine tractatus in quæſt.an aſſecu-
ratio habeat locum l.2.C.de re vendit.Item poteſt di-
ci eſſe , quod dominus mercium propter aſſecuratio-
nem,nec dicatur lucro, neque damnum pati:eſt enim
date medium inter iſta.l.qui authent.§.ſimilique mo-
do ff.de his quæ infrà cred. Quid autem ſi merces vel
nauis amiſſæ fuerint iniuſtè, & captæ à piratis aut à la-
tronibus, ſeu aliter per iniuſtitiam? an teneatur aſſecu-
rator, vt de caſu fortuito? & videtur quod ſic per ea
quæ nota.Bald.in illo textu, in c.1. de noua forma fi-
26 deli,vbi notat,† iniuſtitiam,& caſum fortuitum æqui-
parari facit l.cum duobus.§.ſi ff.pro ſoci.Contrarium
tamen videtur in aſſecuratione , niſi exprimatur. nec
obſtat d.ca.1.quia ibi fuit expreſſum à vaſallo, quod ſi
contingeret , dominum rem amittere iniuſtè vel for-
tuito caſu, quod iuuaret illam recuperare, in d. l. cum
duobus §. ſi. conſideratur damnum ſociorum quoli-
bet modo ſine culpa proueniens , vt de communi re-
ſarciatur, quia hoc eſt de natura ſocietatis. d. l. cum
duobus.§ quidam in ſi. & l. ſi merces. §. Vis maior in
fin.ff.loca. Aliter diceretur leonina, & iniquiſſima ſo-
cietas l.ſi non fuerint.§.Ariſto eo.tit.ff.pro ſocio ſecus
autem in contractu aſſecurationis in quo ſolet princi-
paliter attendi amiſſio ſiue perditio rerum,& mercium
propter caſum fortuitum,& caſus propter iniuſtitiam
preueniens,non dicitur propriè fortuitus, vt patet in
27 d. c.1. vbi ponunt inter diuerſa per dictionem † vel,
quæ eſt aduerſariua ſiue diſiunctiua,iuxta not in l.cum
quidam.C.de verbor.ſignif.& in l.generali. C de ſacr.
ſanct.eccleſ.& in c.inter cætera de reſcrip & Bar in l ſi
quis ita de aur. & arg. in fi. & Lud.l.ſi quis ducenta.§.
verum de rebus dubiis & alij doct.ibi alibi variis in lo-
cis,licèt quandóque impropriè tamen pro idem pona-
tur c.vno.§.verum.de ſtat.regul.lib.6. & c quia pleri-
que de offic.ordi.& l.ſi à prioribus C.de fundis parti.
lib. 11. ſecundum Alber. Ideò cogita circa prædicta,
quia Bar.in l.exceptione.ff de fideiuſſ. in penul.col.in
fin. dicit quod illud quod iudex facit iniuſtè quo ad
partes, dicitur caſus fortuitus, & pertinet ad emptorē
rei, & ſic videtur in præſenti, quod pertineat ad illum
qui in ſe ſuſcipit caſum fortuitum Quid aut ſi merces
vel nauis captæ iniuſtè ſint,poſteà pecunia redemptæ,
vt ſæpè fit quia multi amici nomine fures,intercipiunt
naues in mari.quandoq; in portu,quandoque alibi per
mare:& poſteà dicunt,Ludens fecit,ſicut in c.1.de præ-
ſump.volunt tamen *il beueragio*, ſub quo colore multa
ſurripiunt,& ea habent,an iſtud poſſit peti ab aſſecura-
tore periculi,atque ſi in veritate totam nauem vel mer-
ces ipſi piratæ caperent? & videbatur dicendum, quod
non eo quod merces non fuerunt deperditæ. tamen in
contrariū facit, quia æquum videtur,ex quo dominus
mercium fecit vt merces non furentur, quo caſu tene-
batur aſſecurator,quod ipſe tenebatur de illo, quo dex-
pendit per in l.metum §.ſed licèt ff,quod met.cauſa,&
in l.2.§.equiſſimum.& huam,& ſi ſeruus.ff.de neg geſt.
cum ſimilibus.in quibus caſibus quando agit quis per
alium,damnū euitat. Itē quia iſta æquiparantur,mer-
cibus vi tempeſtatis in mari proiectis vel à piratis re-
demptis.l.2.§.ſi nauis à piratis.ff.ad l Rhod.de iact.vbi
Seruius Hoſtilius, & Labeonius , omnes mercatores
qui merces in dicta naui habebant conferre debeant in
dicto caſu redemptionis,credo in hac quæſtione quod
qui ſumpſit periculū caſus fortuiti, quod ille tenetur,
28 † quod latrones quouis colore ſurripiunt de dictis
mercibus,quia in veritate iſtud perdit.vt dicunt Doct.
vt in d.§.nauis de redemptione, aut eſt facta in pecu-
nia, vel in alia re extra dictas merces,licèt cauſa fuit il-
larū merciū,dico quod aſſecurator nō tenetur,eo quod
merces nō ſunt deperditæ.nec obſtat d §.ſi nauis,quia
ibi fit collatio per omnes, eo quod ſit pro ſalute om-
nium,vt in d.l.2.§.1.& l.1.eo.ti.vt eorū merces ſint ſal-
uæ,quod nō videtur conſiderandū in contractu aſſecu-
rationis duplici ratione:prima, quia dominus merciū
In quantum poteſt,tenetur procurare,arg.l.quod dici-
tur.ff.de impen in reb.dot. fact. Alias dicerentur de-
perditæ ſua culpa,& negligentia,& per conſequens aſ-
ſecurator nō teneretur per no.in l.cū proponas.C.naū.
fœno Secundò,quia ex quo merces tali.redemptione
ſunt ſaluæ eſt verū dicere,quod nō fuerunt deperditæ
caſu fortuito. Nec obſtat , ſi dicant quod fuerunt in
proximo periculo,& expoſitę caſui fortuito,quia iſtud
nō iuuat quando quis merces ſuas habet argumēto eo-
rum.quæ no.in l.quod ſi domus.ff.loc.aliàs eſt l.habi-
tores,eod.tit.per quē textū Bal.ibi.nota.quod nil ope-
ratur exponere ſe periculo,ex quo arguit,& quod ſi ci-
tatus habebat excuſationē, propter metum inimicorū
ſe expoſuit tali periculo,& paſſus eſt eum non venire
29 ad iudicium , † nihilominus tenetur reſpondere ad-
uerſario, & imputetur ſibi , qui ſe expoſuit periculo,
prædicta

prædicta tamen poſſunt procedere, quando talis re
demptio fieret ante capturam mercium: ſecus autem,
ſi merces fuerint captæ à latronibus maris, & piratis,
& dominus mercium redimat eas pecunia, quia vide-
tur eas emere, & tamen paſſus fuit caſum fortuitum in
dictis mercibus: cogitabis, & notabis, quia quotidiè
contingit de facto, & facit dubium pecunia data,
30 † quæ ſuccedit in loco rei, nõn tamen poteſt dici ca-
ſus fortuitus, facit quod not. glo.1. in c.1. de eo qui
mittitur in poſſeſſionem cauſa rei ſeruandæ, eo quod
qui habet voluntatem faciendi malum, & non fecit,
&c. cum concor. ibi allegat. ſed multum vrget dict. l.
nam, & ſeruus quia licèt quis ex vna parte procuret
ſuam ſalutem, nihilominus quatenus tertio participiat,
tenetur, ſed contrarium facit glo. nota ibi ex quo aſſe-
curator non mandauit hoc fieri, nec illud prouenit ex
facto aſſecuratoris, nec propter eius factum, prout ibi
Bar. ac Bald. notant, & communiter alij, vbi de mate-
ria traditur ſatis copiosè. Quod autem de caſu contin-
31 gente in naui in dictis mercibus, † vt ſi propter humi-
ditatem conſumantur, & deteriorentur, vel à tinea vel
à muribus rodantur, an de iſto teneatur aſſecurator, qui
in ſe ſumit periculum caſus fortuiti; credo quod non
amplius, quam quod notatur, & habetur in l. 2. §. ſer-
uorum ff. ad leg Rhod de iact quia in hoc caſu etiam
ceſſat contributio, item quia talis caſus magis eſt im-
prouiſus, proueniens ex alterius culpa. quam fortui-
tus. l. Item quæritur. § ſi fullo. ff. loca. qui tex. eſt not. ad
32 multos, & maximè contra iudæos, † qui tenent pi-
gnora vſurarum, & contra cuſtodes Montis, ſi non ex-
cutiunt puluerem, quanquam à rebus ſibi datis in pi-
gnua, & hac de cauſa rodantur à tinea, ſecundum Ia-
cob. de Bal. in d. §. ſi. fullo, & ſecundum Bal. ibi. & con-
tra bidellos ſcholarium, & tutores & curatores, non
ſolum ſi permutant vnum pro alio, vt ibi. dicit Bald.
quod ſi contigit habere libros ſcholarium, vel alias
res in pignus doctoratus, & eos non excutiunt à pulue-
re, & aliis nocumentis, & deteriorentur, quod tenetur.
Aduertendum tamen puto circa hunc caſum, quia li-
cèt non poſſit propriè venire ſub nomine caſus for-
tuiti, vt alibi ſupra latius declaraui tamen poteſt veni-
re ſub nomine periculi generaliter, & abſolutè ſuſce-
pti, niſi aliter de conſuetudine intelligatur per hoc ver-
bum inter ipſos mercatores, vt ibi latius dixi, maximè
attento, quod non habet merces in poteſtate, vt dicit
Paulus in l. naui Saupheł. ff. locat. nec alterius, ſed ca-
ſus fortunæ, & iſto contractu aſſecurationis commu-
niter vtantur iſtis verbis inter ſe ipſi mercatores riſco,
fortuna, ſiue periculum mercium, & quaſi quod idem
reputant, licèt, ſint differentia tamẽ in cauſis ipſorum,
vt alibi ſæpius dictum fuit, † non ſunt curandi apicea
33 iuris, ſed magis vſus eorum, & æquitas. & Bald. conſil.
400. nu. 10. & conſ 466. nu. 5. in 5. vol. & l. ſi fideiuſſor.
§ quidam. ff man. & ibi Bart & alibi. Quia verò vide-
mus quotidiè perquiri per piratas, & alios maritimos
fures, & latrones nauis, an in eis ſint res ſeu merces
ſuorum inimicorum, eſt vtile videre, an ſi dominus
mercium ſit de gente eis inimica, & hac de cauſa mer-
ces miſceantur, dicatur caſus fortuitus, proueniens
culpa domini mercium, vt per hoc excuſetur aſſecu-
rator, ſic quando dominus eſt cauſa, vt in l Cum pro-
ponas. de nau. fœno. & Bart. in l. nam, & ſeruus. ff. de
neg. geſt. & per illum text. infert ad vnum, per quod
34 prædicta quæſtio videtur decidi ipſe † quod ſi aliquis
eſt captus in aliqua ciuitate pro repreſſaliis conceſſis
propter factum ſui communis, vel ſpecialis perſonæ:
& ſoluit, quod poteſt repetere à communi vel ſpeciali
illa perſona: & ſi opponatur, quod eſt ſibi facta iniu-
ria, reſpondet Bar. quod iſta iniuria eſt facta propter
factum alterius. Cum ergo ille qui damnum patitur
propter occaſionem, & factum alterius, poteſt repete-
re: ergo ſequitur, quod pericula latronum contingen-
tia propter inimicitias gentis aſſecurati, vel principis
ſui, non debet eſſe damno aſſecurati imò potius aſſe-
curator qui poterit poſteà repetere ab illo ſuæ gentis,
cuius principali occaſione ſuæ merces fuerunt ſubtra-
ctæ, & captæ. videtur enim fieri propter factum aſſe-
curati, quando fit propter factum ſuæ gentis, ciuitatis,
35 vel alterius ſpecialis perſonæ. Idem tenet Albert. † in
illo qui paſſus eſt damnum propter repreſſalias vel de-
lictum alterius. in l. ſi verò. §. cum autem. ff. de his, qui
deij. vel eff. & in d l namque, & ſi ſeruus. Idem te-
nuit Guil. de Suza. publicè diſputans, prout ipſe refert
prima parte ſtatu. quæſtio 54 num. in pen. col per l.
quæ vtiliter. ff. de negot. geſt. quia ille dedit cauſam,
quare fuit compulſus & ideò tenetur. l. qui occidit. §.
in hac. ff. ad l. Aquil. Hoc tenet Iac. de Areti. in l 2. §.
item ſi in facto. de verb. oblig. quod doct. dicunt pro-
cedere in repreſſaliis iuſtè factis, propter damnum,
dolum, vel culpam alterius: ſecus, ſi iniuſtè cum hoc
tranſit Bal. in l. nam, & ſeruus. in d §. facit. l. ſi per im-
prudentiam. ff. de euict in principio. licèt Bald in d l.
cum merces §. culpa, ſimpliciter firmat illam legem,
tamen gl. dicit illam tenere Iac de Aret. in l. exceptio-
ne. ff. de fideiuſſ Bart. autem, vt dixi in l. nam. & ſi ſer-
uus. ſimpliciter conſiderat damnum datum, latius in
ſuis repreſſaliis. quæſt. 10. princ. per text. in l. cum mer-
ces. §. culpa. ff. loca. & l penult ff. ſolut. matr. in quibus
36 iuribus videtur hoc probari, † quod ſi damnum eſt
mihi datum in odium tui, ſiue tua culpa, ſiue non,
competit mihi contra te regreſſus Lud. Rom. in dict §.
Item ſi in facto. cum quo tranſit dominus Franciſc. de
Aret. conſiderat an iuſte fuerint factæ repreſſaliæ, ſiue
damnum datum paſſo, & tunc datur regreſſus, aliàs
non. quæ opin. ſatis habet æquitatis, pro qua facit re-
gula, Non debet aliquis alterius odio prægrauari. quæ
regula licèt videatur contra, tamen facit. pro iſta opi-
nione, conſiderando grauamen factum per deroban-
tes. adducunt præfati moderni. gloſ in dicto §. culpa.
& dicunt, quod iſta gl. non vult quod odium ſine ali-
qua culpa, ſit cauſa regreſſus contra eum, cuius odium
tale quid ſit, imò requirit, quod vel culpa fuerit cauſa
inimicitiæ, vel quod ille, qui erat inimicus ſine cul-
pa, fuerit negligens, & minus cautus quàm debuit.
quod dicit Aretinus probari in l. penul benè proſpi-
cienti, vbi fuit deciſum. quod regreſſus eſt conceſſus
contra eum qui fuit cauſa damni, quia fuit in culpa,
ex quo datur intelligi, ſecus, ſi fuit in culpa pro quo
dicit Aretinus, do tibi caſum in terminis, quem ibi
nota. Bart. in l cum tabulis § quoniam ff de his quibus
36 vt indig † vbi non excluditur à lucro legatarius, ſi fa-
ctus eſt inimicus teſtatoris ſine culpa ſua: ergo multo
minus inducitur inimicitia, vt quis incurrat damnum,
quia non eſt par ratio, &c. l fin. C de cond. Item quod
not. Bar. in l non diſtinguemus §. cum quidam. ff. de
arbitr. confirmat Rom. prædicta per dict l. qui occi-
dit. §. in hac. & l. ſi putator ff. dict. l. Aquil. quæ fuerunt
iura Guliel. de Suza, vt ſupra retuli, licèt ipſe non fa-
ciat mentionem. Aduerte circa prædicta, quia non
37 ſemper imputatur culpoſo, † ea quæ ſequuntur ex ſua
culpa, vel propter ſuam culpam. c. adueniens ad nos.
de ſponſ. l verum. ff de furt. & l. qui iniuriæ in princip.
& l. ſed hi qui. §. ſiue autem ff. de publ. & vect quæ ſunt
iura gl. in c. quia diuerſitatem de conceſſ. præben. vbi
bonus text. oportet enim hoc vel culpoſo imputetur
id quod ex culpa ſequitur, vel quod culpa eius ſit im-
mediata cauſa illius quod ſequitur, vt declarat Abb.
Panor. in d. c. quia diuerſitatem in fine. col. quod pro-

batur euidenter. in dict. c. vbi inſpicitur cauſa imme-
diata, & non culpa procedens, quæ cauſa, vt dicit Ab-
bas, regulariter debet inſpici potius quam immedia-
ta. allegat c. de occidendis. 23. quæſt. 5 & text. cum glo.
in c. de cætera. de homicid. ex quibus ſequitur, quod
ſit conſideranda ipſa culpa ſi ergò non eſt culpoſus
ille, cuius occaſione damnum datur, non videtur ei
imputandum Præterea in caſu, in quo ille ſit culpo-
ſus, non poſſumus dicere, quod eius culpa ſit cauſa
immediata illius damni, ſed ipſa ſpoliatio, & detoba-
tio eſt cauſa immediata, licet culpa ſit mediata: & ſic
non deberet ei imputari per not in dict. cap. quia di-
uerſitatem: ſed ſi iſta, ſic quocunque caſu præcedenti
tamen poſſet dici, quod ſiue iuſta ſiue iniuſta repreſ-
ſalia fiant, nunquam datur regreſſus contra illum cu-
ius occaſione fit: quia non eius culpa, ſed ipſa repreſ-
ſalia, ſeu detentio eſt cauſa immediata damni illati,
qui regreſſum vult habere, & ad c. qui diuerſitatem,
poteſt reſponderi, quod ideò ibi inſpicitur cauſa me-
diata, propterea, quia culpa, & ſuſpenſio non habebat
eundem effectum Opinio Bal. in dict. l. nam, & ſeruius.
videtur eſſe magis communis, quam ipſe tenet. & in
dicto §. Item ſi facto. & Ioann. & Aretinus, vt dixi,
& Paulus & Imol. in l. & in leg. penultim. ſolut matri-
mon. Alexand in facto. & in dict. penultim ſolut. ma-
trimon. dat plures concordantias per doctores circa
prædicta tertia quæſtio. in variis locis. quæ opinio, vt
dixi videtur magis æqua, vt inſpiciatur cauſa inimici-
tiæ, ratione cuius damnum fuit illatum, quia text. ex-
preſsè hoc vult in dicta l. penultim. licèt in dict. l. ſi
merces. § culpæ indeterminate loquatur, ſcilicet pro-
pter inimicitias eius. tamen gl. ibi per dict. l. penultim.
idem tenet de qua doctores communiter faciunt men-
tionem, ſed contra prædictam opinionem facit regula
38 iuris, † qui occaſionem damni dat, damnum dediſſe
videtur: pondero verbum, occaſionem, quod denotat
non veram cauſam c. ſolita de maior & obedi. Bald. in
conſil. 237. num 5. in primo vol. Iaſon in rubrica C. qui
admitt. nu 9. vbi dicit, quod occaſio denotat cauſam
remotam patet etiam in c. 1. de ſtat regul. in 6. vbi cau-
ſa denotat veram, & rationabilem, & hoc differt
39 cauſa † ab occaſione, vt not in dict. c. ſolitæ, & alibi
in locis, quæ non expedit allegare facit illud quod
dicit gl. de lupo, qui quærit deturbare aquam. in au-
thent. de defenſ. ciuit. licèt quandoque bona occaſio
reputatur, vt in l. nam & vt ait Pædius. ff. de legib. Siue
ergò inimicitia ſit vera, quo caſu dicitur propriè cau-
ſa, quando ipſe erat cauſa inimicitiæ quia culpoſus:
ſiue ſit ſine culpa, quo caſu dicitur dare occaſionem:
vtroque modo videtur dicta regula militare, per quam
ſe videntur fundare tenentes illam partem, quod om-
nes allegant dict. l. qui occidit. §. in hac. ad l. Aquil &
ibi Floren vbi ponitur dicta regula, nec obſtat dicere,
quod inſpicitur culpa per d l. penultim. quia in caſu,
quod culpa ceſſet in eo cuius occaſione damnum da-
tum eſt, non tamen ceſſat cauſa, quod detur regreſſus,
& ſuccedit regula ſine culpa, niſi ſubſit cauſa de reg.
iur [illegible] enim rationabilis, quod ex quo pro pa-
tre damnum patior, vt reſarcias, per not. in l nam &
ſeruius. Nec obſta. in l ſi per imprudentiam. allegata
per modern quia poteſt reſponderi, vt reſpondebat
Guil d S [illegible], relatus ab Alberico de Roſa. 51. quæſt in
40 prima par. col. fin. quod verum eſt, † quod iniuria
facta vni. non debet nocere alteri, niſi hoc contingat
facto illius, vt quia contra ſe iudicem prouocaſſet, &
opinionem iſtam ſecutus fuit Richard per l. ſi ſerua. §.
cùm autem de his qui deiect. vel effud. quam l. ſi dicit
Alberic ben. facere pro iſta opinione. Allegat etiam
plura iura, de quibus ibi per eum, ſed ad dict. §. cum
autem. poteſt reſponderi, quod ibi non ceſſat culpa
41 locatoris, † quod talibus locauit qui damnum dede-
runt, deiiciendo aliquid vel eludendo. argum. de eo,
quod dicitur de mala electione l. fin §. ſeruorum. ff. de
nau. caup. ſtab. l. cum mandato. §. 1. ff. de mino. licèt
contra tales electos poſſit agere per d. §. cum autem.
& l. qui proprio. §. procurator. ff. de procu. Credo,
quod opin Bald. & Cy. & modernorum per iura eo-
rum ſit ſubſtantialior, in quibus ſit mentio de culpa
maxima, in dicto § in fine. vbi ceſſante culpa excuſa-
tur quis de damno dato eius occaſione propter ignem.
pro qua opinione allegato bon. text. in l item quæri-
tur §. ſi quis ſeruum ff loca vbi quis tenetur de damno
ab aliis dato quando eſt in culpa, aliàs non aliter, vt
dicebat Cyn. relatus à Bal in dict l. pen. ff. ſolut matr.
Eſſet enim contra naturalem culpam, & æquitatem,
vt caſus enumeretur culpæ, quando culpa non præce-
dit caſum. tene menti illam diſtinctionem Bal. in eo
quod facit differentiam: Aut inimicitia, cuius occa-
42 ſione damnum datum fuit, † erat inimicitia generalis,
aut inimicitia ſpecialis: vt in primo caſu non annu-
meretur culpæ, per l. Item quæritur §. exercitu. & l. ſi
merces. §. vis maior & l. hæc diſtinctio ff. locat. ſecun-
do autem caſu ſecundum diſtinctionem Cyn. inſpicia-
tur, an inimicitia fuit contracta cum ea, vel ſine,
quia iſta ſunt multa vtilia in materia aſſecurationis,
quando tempore guerræ capiuntur merces inimico-
rum inimicitia generali, vt faciunt Genuenſes Floren-
tinus. pro primo autem membro, vide textum in l.
nam & Seruius ſupra ſæpius allegata. quia noſtri Luſi-
tani erant illa tempeſtate ſecundum gloſſ inimici po-
puli Romani: & hac occaſione cœperunt illos trea, de
quibus ibi, qui potuerunt habere recurſum contra ci-
uitatem Romanam, propter damnum illatum eius
cauſa, & in tali inimicitia poteſt procedere bene, quod
ibi dicit Bartolus & in l. contra. § qui maximos, de
pub. in verſic. nunc ad quæſt. Erat quippè præſumptio
contra Romanos illos, qui ea tempeſtate cuncta de-
uorare tentabant, nec in dubio præſumitur bellum iu-
ſtum ſecundum Oſtien. in c. ſicut de iur. iurand. quem
ibi Abba. & Aret. in conſ. 14. in ſecul. referunt. Ratio
poteſt eſſe, quia eſt contra ius naturale primæuum,
quo omnes æquales, & liberi erant. vt inſtitut de iure
perſo. in prin. ex quo omnia erant communia, vt inſti.
de rerum diui. § & quidem. alio tamen reſpectu poſſu-
mus præſumere pro Romanis, per ea quæ dicit de eis
Innoc. in c quod ſuper his de voto. propè. fin. Adde in
prædictis, quod à fortiori procedunt, quando merces
fuerunt captæ propter inimicitias domini mercium
per d. l. pen. ſolut. matr. & d l. ſi merces. §. culpa ſæpius
allegat. Idem à fortiori, ſi fuerit propter inimicitias aſ-
ſecuratoris. quo caſu videtur ſua culpa factum, quo
non, & declara, vt per doct. vt dictis locis. & tene men-
ti, quia quotidie de facto euenit Sed iuxta materiam
quæro, an aſſecurator periculi ſubmerſionis nauis cum
43 mercibus teneatur, † ſi nauis tantum fuit deiecta. text.
eſt no. ad hoc in l. cum depreſſa. ff ad l. Rhod. de iact.
vbi iſta duo æquiparantur, ſubmerſam, vel deiectam.
Hoc tamen intelligo procedere in aſſecuratione nauis,
ſi deperdatur propter deiectionem ad terram. nam
multoties veniunt naues *ala coſta*, vt noſtris vtar ver-
bis, & tamen ſuccurritur illis, & non perduntur, nec
nauis, nec merces, vt contingit in illa omnium hono-
rificentiſſima, & validiſſ. noſtri Feliciſſ. Regis, quando
ad terram deiecta, ob ſui nimiam magnitudinẽ Vliſbo-
nam peruenit. Si autẽ nauis non fuit ſubmerſa aut de-
iecta, ſed tantum merces deiectæ in mari ob timorem
tempeſtatis, vt crebro fit cauſa leuandæ & ſaluandæ
nauis, & hoc ſiue merces aſſecuratæ mittuntur
in vndas

Digitized by Google

in vndas ab aliis, (vt fit) ſiue à domino inuolnntariè
ſecundum quid, an teneatur de iſtis mercibus, atque
ſi aliter de ſe cum naui eſſent ſubmerſæ. Quotidie con-
tingit iſte caſus, & videbatur quod non, maximè ſi per
dominum proiiciatur, quod ſecundum quid voluntariè
facit, ſecundum philoſophum, quando principium
monendi iſtas noſtras partes, in nobis eſt, & dicitur
voluntariè facere, qui coactè facit, iuxta illud.

44 † *S.q. volens factus, quod nollem, velle coactus:*

vt in l.ſi mulier.§. fi.& ibi gloſ.ff. quod met. cauſa. In
contrarium autem credo, imò quod aſſecurator mer-
cium teneatur de iſtis mercibus iactis ob maris fortu-
nam, æquiparantur autem iſti iactus aſſecurationis, &
deperditionis propter fortunam, l.nauis, ff.ad l.Rod.de
iact. in princip. & in l. fi. Idem ſi ſent determinata ad
hoc, per ibi nota. cum autem locus ſit contributioni
propter iſtum iactum vt in d. l. & quaſi per totum tit.
ſubleuabitur aſſecurator, in tanto minus ſoluendo,
quam dominus fuerit conſecutus. Nec poteſt aſſecura-
tor imputare iactum, quando non fit ſine cauſa, ſed ne-
ceſſario; tunc enim licet quidem fieri, vt patet in d.tit.
ad l.Rho.& in l.ſeruandarum, ff. de præſcrip.verb.vbi
text.expreſſus facit, quod not.in l.ſi alius, §.eſt & alia.ff.
quod vi aut clam. vt enim quis euitet damnum ſibi,
poteſt alij quandoque damnum imputare. vt patet in
illo qui deſtruit domum vicini propter ignem, ne ad
domum ſuam perueniat, vt ibi etiam not. Bar.& in l.
1.ad l.Rhod.de iact.& ibi Baldus idem dicit & hoc li-
cèt de iure, per nota. vbi ſuprà, & in l. ſi quis ſummo. §.
1. ad l.Aquil. quia quando aliquid fit, videtur potius
45 factum cauſa † defenſionis, quam offenſionis, vt ibi
Bald. non tamen dicetur hoc factum ſine periculo,
quando propter maius euitandum fit: quia tamen iſtæ
merces iactæ ſunt in damno aſſecuratori, collatio eſt
facienda, per l.1.ad l.Rhod.ſuprà cum ſequentibus, pro-
deritque ei qui damnum patitur. Quid autem erit di-
cendum, ſi merces iactæ in mari cauſa leuandæ nauis, &
maius periculum euitandi, fuerint poſteà in littore re-
pertæ, vel alibi? cuius erunt? vtrum domini, an aſſe-
curatoris? facit dubium, ex quo aſſecurator tenetur ad
eorum æſtimationem. Ex forma aſſecurationis videtur,
quod ſint ſuæ, eo quod dominus ex illa æſtimatione,
quam habet, facta, ſaltem dicitur habere iam ſuam rem.
Facit quod dicit Bart. de illo, qui habet æſtimationem
in l.Mæuius, §. cum duobus, ff de leg. 2. & ibi larius,
vbi eſt materia propria. l. 1. ff. de æſtimation. & in l. ſi
vt certo. §. nunc videndum, ff. commod. Item domi-
nus mercium propter precium periculi quod dat, vi-
detur emere æſtimationem ſuarum mercium, & breui
manu illas merces in caſu periculi date aſſecuratori,
pro quibus æſtimationem conſequitur. In contrarium
autem credo, immò in caſu quo res deperditæ repe-
riantur, ſunt domini qui eas perdidit, & tantò minus
ſoluet aſſecuratori, facit l.2.§.penul. & l. qui leuandæ
ad l.Rhod.de iact. aſſecurator enim ea quo tenetur ad
æſtimationem reſpectu mercium, dando dictas mer-
ces vel ipſarum aliquas poſt repertas, pro illa parte
liberabitur, in l.ſi verò §.fi. & ibi Bart. ff. ſolut. matri-
46 monio. † Qui enim tenetur ad certam quantitatem,
reſpectu certæ ſpeciei, dando illam liberatur, vt ibi.
Item certum eſt (vt alibi ſuprà dixi) quod iſte contra-
ctus aſſecurationis, eſt conditionalis, ſi merces deper-
dantur non autem dicuntur deperditæ, ſi poſteà repe-
riantur vt illic non cenſetur damnum illarum per d. l.
qui leuandæ, & d §.penult. & d.l.2. & authentic. Na-
uigia.C.de fur.& tanto minus ſoluet aſſecurator, quan-
tum fuerunt æſtimatæ per d.§ penu. quem tex.ſingula-
riter intellige, dum dicit, quod exoneratur, collatio
enim fit rebus apparentibus ſcilicet ſi appareant in illa
bonitate priſtina, aliter fit exoneratio, non in totum,
ſed prout tunc valent: Præterea non eſt verum quod
iſte videatur emere æſtimationem ſuarum rerum, quia
emit ſpem tantum, vt in quæſt.in fi.o.tractatus: imò di-
cam, licèt ille aſſecurator in aduentu teneatur de illa
47 æſtimatione. † Quid autem ſi aſſecurator iam ſoluit
æſtimationem, & poſtea res appareant? an poſſit cogere
dominum accipere illas res, & reddere ſibi quod de-
dit? vnde no. in l.in commodato.§.fi.& in l.ſi rem mi-
hi, ff.commod. An autem aſſecurator poſſit opponere
aſſecurato quæſtion. quod res non erant ſuæ.& per con-
ſequens licet ſint deperditæ, non debet habere earum
æſtimationem. text. habes not. in l.commodare, iuncta
l.ſequenti ff.commod.& ibi Bart.not & Bald.in repor-
48 tat.antiquis; † quod quando aliquis conuenitur ea con-
tractu, non poteſt opponere contra agentem quæſtio-
nem dominij, quod not quia iſti aſſecuratores quando
venit tempus ſoluendæ æſtimationis, multa perquirunt
vt excuſentur, vt non ſoluent. Item adde, quod multo
minus hoc opportet, vt aſſecuratus rebus ſaluis, quan-
do conuenitur ad precium aſſecurationis, imò licèt non
ſint ſuæ, tenebitur argumento l. quod ſi nulla ff. de hæ-
redit.& acti.vendi.ex quo in naui aſſecuratæ erant tales
merces.

49 † An autem aſſecurator qui expreſſit in aſſecuratione
caſum piratarum, teneatur ſi in aliquo portu de nocte
furtim merces à naui ſint ſubtractæ à latronibus ter-
reſtribus & videtur quod non, quia piratæ differunt à
latronibus, l.in rebus ff commod. & in l.2. §. ſi nauis à
piratis, ff.ad l.Rho.de iact. ex quo enim de iſtis non fuit
expreſſum non debet teneri.l.quicquid aſtringendæ, de
verbor.obli. cum ſimilib. Deciſio iſtius quæſtionis de-
50 pendet ab illa, † vtrum pirata dicatur fur, an latro, & è
contrario: & credo quod inter piratam, & latronem
non ſit alia differentia, niſi quia pirata deprædator eſt
in mari, & poteſt dici fur, & latro maris, quia latroci-
nium, & furtum ſicut ſit in terra, ita ſit in mari, vt in
auth.vt nulli iud.col.9.§.penul.& in authen.ica de nouo
iure C de ſer.fugit.& ideo credo, quod ſi dicat, aſſumo
caſum latronum, veniat caſus piratarum, & e contrario
in mari: ſecus autem videtur de latrocinio ad furtum.
Ratio eſt, quia inter iſtos eſt magna differentia, vt in d.
51 authentic. † patet enim quod furtum vt plurimum fit
negligentia non bene cuſtodientium, at qui patitur
furtum, l.cum duobus § damna. ff.pro ſoc. Secus au-
tem in latrocinio, vt ibi no. & ſupra alibi, vt credo,
dixi, niſi quando fiat per fidatiſſimos domeſticos, à
quibus quis non præcauiſſet, latrocinium propriè
quando ſit, vt per eum ſi fiat in loco publico, dicitur
caſus fortuitus, vt patet in dict. §. damna. & in res pu-
pillorum, ff.de adminiſt. tuto. iuncta gloſſ. & ad l. ad
eos.ff.commod.in rebus, ff.lo. a.leg ſed, & damno. ff.
locati, & l.contractus, ff.de regul. iur. quæ iura a hoc
declarat Bart. in l. his rebus ſolu. matr. Tu tene menti
illam glo.in § damna. quæ ſecundum Bald. melius de-
clarat, quando furtum dicatur fieri culpa paſſi, quam
alibi, in inſtitu.quib.mod.cont.oblig. § penult. Adde,
& tene menti circa iſtos piratas ea quæ dixit Bald. in
d.l.prima in fi C.qui bon.ced.poſ.qui non poſſunt eſſe
52 milites, † & poſſunt impunè à quocunque occidi, tan-
quam hoſtes patriæ, vt ipſe not. in d. authentic naui-
gia.C.de fur. & vt faciunt nonnulli. per in anno Papa
eos excommunicat ſecundum Oſtien. in tit de cenſ.
eacom. Adde prædictis bonum tex. in leg in rebus. ff.
53 commod. vbi caſus latronum, hoſtium, † & incurſus
piratarum inſidiæ. & naufragium, & incendium æqui-
parantur, & dicuntur caſus fortuiti. & per conſequens
veniunt in aſſecurationes caſus fortuiti, ſimpliciter

Digitized by Google

idem in ſuſceptione periculi, quod declara, & intel-
lige. vt ſuprà alibi dixi. Item quia ille tex. dum dicit,
54 piratarum inſidiis, videtur probare, † quòd piratæ
ſint fures potius, quam latrones, eo quod per inſidias
faciunt aducere pro declaratione, quia inſidiæ pirata-
rum non ſunt ſimiles inſidiis furum, qui furantur de
nocte, & clàm, vt in d. authen. ſed nouo iure, imò de-
prædantur per vim. ſed ideò vocantur inſidiæ quia vt
plurimum piratæ veniunt, vt noſtri dicunt, *de aſſaltu*,
de quo *aſſaltu*, vid. Bald. in c. 1 §. ſimiliter, quib. mod.
feud amit. & ſunt, quando in maritimis oris latent oc-
culti, vt non videantur, ſed poſt quàm te viderunt, non
occultè, ſed per vim inſurgunt, dando vela, & rapiunt
naues: maior quidem eſt eorum audacia, quàm furum,
& ſic non intelligas, quod ſint fures. Fatendum enim
55 eſt, † quod latro poteſt dici fur, ſi occultè primum, po-
ſteà & ſine vi furetur aliquid: non autem fur latro. oc-
cultè furando, & ſine vi, dici poteſt. Adde prædictis,
quod non obſtat dicere, alius eſt latro, alius eſt pirata:
quia licèt aſſecuratio fiat per ſtipulationum in qua ver-
ba communiter reſtringuntur d. l. quicquid adſtringen-
dæ, tamen vt communiter ibi doct. dicunt, & bene, in
ſtipulationibus ſit extenſio ad caſum furum, quando
poteſt compræhendi ſub vocabulo, de quo alibi indi-
cat, ſi quis igitur aſſecurat de caſu latronum, an veniat
pirata, quia latro dici poteſt pirata, & econtrà, vt in d.
authentic. ſed nouo iure, ſuperius allegata, quis vt plu-
rimum noſtræ naues deferunt coria Vliſbonenſia, &
coria Porti ad portum Piſarum, & coria Hyberniæ, in-
ter quæ eſt differentia magna. Ponemus, quòd habens
omnia illa coria, volebat aſſecurare coria Porti, tamen
indeterminatè locutus eſt aſſecurator, dicendo: Aſſe-
curo tua coria: an talis aſſecuratio valeat, & de hoc vi-
56 detur caſus in l. ita ſtipulatus ff. de verb. obligat. † vbi
ſi id quod pondere, numero, & menſura continetur, ſine
expreſſione numeri. vel menſuræ ſtipulatus ſit, non va-
let ſtipulatio, quia ex quo contrahentes intendebant
ſentire de certis, & non conſtat de quibus. Verbi gratia,
erant 15. millia coriorum, 5. millia Vliſbonenſium, 5.
millia Porti, 5. millia Hybernicorum, & mercatores ad
inuicem fecerunt verba de volendo aſſecurare 5. millia
coria Porti, & ſequenti die ille ſtipulatus eſt ſtipulatio-
nem coriorum ſimpliciter, & alius dicit, Aſſecuro: quid
autem, ſi habes tria millia coria, ſtipulatus aſſecuratio-
nem mille in caſu aduerſæ fortunæ, quorum coriorum
mille erant *magagnata*, mille depilata, aut fracida, (ſunt
nomina quorum ſignificationem quære à coriariis, eſt
quidem magna differentia in valore, an aſſecurator, qui
ſuſcepit in ſe periculum, teneatur ſoluere æſtimatio-
nem mille coriorum maioris æſtimationis, an habebi-
tur reſpectui ad *magagnata, & fracida*, tex. eſt no. in l. qui
ex pluribus, ff. de verbor. oblig. nam in poteſtate eſt pro-
miſſoris, qui promiſit incertum de incerto dare, quod
elegerit, vt ibi. Nec obſtat ſi dicas, quod promiſſor
aſſecurationis non promittit coria mille, & incertum
de certis, ſed tantum promittat coria mille, & ſic in-
certum de certis, ſed tantum promittit æſtimationem
57 in caſu aduerſæ fortunæ, † quia cum iſta æſtimatio ſuc-
cedat loco coriorum, perinde debet æſtimari, & eli-
gere ex illis tribus millibus, pro quibus mille æſtima-
tionem velit ſoluere, dummodo in eligendo de qui-
bus ſenſit, ſequatur æquitatem per no. in l. generaliter
de lega. 1. adde prædictis, quod ſicut ille, qui habet æſti-
mationem rei dicitur fictè habere rem, vt dicit Bartol.
in l. Mæuius, §. duobus, de leg. 2. in 4. oppo. Ita poſſu-
mus dicere, quod promittens æſtimationem fictè, cen-
ſetur promittere rem, & in eo poſſit habere locum di-
ſpoſitio. d. l. qui ex pluribus, quia æſtimatio ſuccedit
loco rei, iuxta not. in l. 1. de æſtima. & in l. ſiue certo. §.
nunc videndum, ff. commo. l. ſi gratuitam, §. ſi mar-
garitas, ff. præſcript. verbor. Prædicta procedunt,
quando æſtimatio non eſſet certa, quia in hoc caſu ſi
conuenerunt de tali æſtimatione in aduentu periculi,
vtique ſeruanda eſt, l. 1. §. ſi conueniatur, ff. de poſ. l.
contractus de reg. iur. non enim poteſt dominus mer-
cium ſpecialiter petere æſtimationem coriorum mil-
le, quæ erant ſana magis, quam illorum quæ ſunt *ma-*
58 *gagnata* aut *fracida*, † imò contra eum, qui potuit l. ape-
rtius dicere, videtur interpretatio facienda. l. in con-
trahenda. ff. de reg. iur. & in c. contractum, eo. tit. lib. 6.
& per conſequens procedat, quod habetur in d. l. qui
ex pluribus. Cogitabis tamen circa prædicta. Quid au-
tem ſi quis trahens in naui coria diuerſorum anima-
lium, & ſimpliciter facit aſſecurationem pro mille il-
59 lis, quæ habet in naui, de quibus intelligitur, &c. † an
valeat aſſecuratio hoc modo facta? & in hoc videtur
dicendum, ſicut in rebus, quæ habent certos fines à na-
tura, quia licèt ſint diuerſorum animalium, attamen
benè cognoſcuntur, quando ſunt adhuc cum pilis, di-
ſcernitur, quòd eſt corium bouis, & corium equi, &
cerui, & per conſequens valebit contractus aſſecura-
tionis per nota. in l. ſi domus, ff. de lega. 1. Elegit equi-
dem aſſecurator pro quibus ſentit, vt de illis ſoluat
æſtimationem in caſu deperditorum, arg. d. l. ſi domus,
& l. legato generaliter eod. titul. ſi autem erant coria
eiuſdem ſpeciei, vtputa bouum, vel ceruorum de per ſe,
& ſunt diſtincta per ſigna, & marchas, & ſic facto ho-
minis, ſed in diuerſas prouincias, verbi gratia, quis ha-
bet bis mille coria boum Vliſbonenſium, & Hyber-
niæ, inter quæ eſt magna differentia in valore, qui aſſe-
curat mille coria boum, quæ habet in tali naui, videtur
60 & quod ſtipulatio non valeat aſſecurationis, † eo quòd
qui promittit aſſecurationem incertorum de incertis,
per ea quæ not. in l. ita ſtipulatus, ff. de verbor. obliga.
& in d. l. ſi domus quæ habent fines facto hominis, &
in d. l. cum poſt, §. gene. ff. de iure dot. Contrarium ta-
men crederem in iſto caſu, arg. à ratione ceſſante, nam
in illis iuribus ideò eſt, quia legatum poteſt eſſe deri-
ſorium ſeu promiſſio, hic autem ſecus: imò, quod de
domo dicitur in d. l. ſi domus maximè, quia, & iſta co-
ria Hyberniæ licet ſint eiuſdem ſpeciei, tamen cogno-
ſcuntur, item hic videtur promiſſio incertorum de cer-
tis, quo caſu habet locum id, quod dictum fuit in præ-
cedenti quæſt. per l. qui ex pluribus, quod exempli gra-
tia diximus in coriis, intellige etiam de aliis merci-
61 bus. † Quid autem ſi aſſignantur mille ballæ lanæ in
tali naui, & reperiatur ibi diuerſa lana, vtputa lana
Hiſpaniæ, & Angliæ, de qua intelligitur? dic, vt dixi,
de coriis, quia eadem eſt ratio, & adde circa iſtam la-
nam, l. ſi cui lana ff. de lega. 3. quæ lex poteſt multum
practicari in aſſecurationibus, idem de aſſecuratione
argenti quando erat argumentum in paſta, & opera, vt
Taxas, & adde l. quæſitum §. illud forraſſis, eo. tit. An
autem in aſſecuratione mercium veniat pecunia, vt ſi
dominus mercium habebat capſam plenam aureis Cru-
ciatis, vel iuſtis noſtræ monetæ, vide leg. merces l. pri-
ma. ff. de verbor. ſignif. facit dubium generalitas aſſe-
curationis ſub nomine mercium, eo quia in contractu
& ſi non exprimatur, venit id, quod ſub ſignificatione
vocabuli comprahendi poteſt, quantumcunque facta,
vt not. docto. in l. quicquid adſtringendæ, de verbor.
62 obligat. & alibi, licèt non ſit, † vtrum noſtrum ſit, con-
uentionem extendere regulariter, dic quòd non, vt in
l. fideiuſſores magiſtratuum, ff. de fideiuſſ. §. pro Aure-
lio, in pactis quidem ceſſat extenſio, vt dicit Bald. in
titul. de feud. cognitio. in primo. 2. colum. Mercium
enim appellatio licet ſit anguſta, vt in l. 1. §. 1. ff. de tri-
bus tamen quandoque generalis eſt, cod. titul. leg. pro-
curator.

curator.§.merces maximè quia in dict. l.merces,ſumi-
tur pro omni re mobili, & ſic videtur venire pecunia,
tamen in contrarium facit gl.in l.2.ad l. Rhod. de iact.
in verſ.ſi quidem, dum ibi dicit, quod gemmæ,& mar-
garitæ, & annuli non ſunt merces, breuiter circa hoc
poſſumus dicere, ſicut de pecunia dicimus, ſcilicet
63 † quod veniat inſpiciendus vſus communis loquen-
di, qui debet præualere, vt in pecunia dicit Bart. in l.
talis ſcriptura.ff.de leg.1. per leg.librotum §. quod no-
ſter Caſſius de lega.3. l. Labeo. de ſub.le. Quid enim ſi
mercator, qui aſſecurationem promittit, non habet in
naui niſi pecuniam, quam ſecum deferebat ad merces
emendas? quid tandem ſi ſeruos? quid ſi tantum an-
nullos, margaritas, vt faciunt Veneti quandoque,quid
eſt ſi aliud, quod non ſoleat dici merces propriè, non-
ne dicemus nos, quòd aſſecuratio mercium extenda-
tur ad iſta;certè ſic, alias talis aſſecuratio non eſſet vti-
lis, nec haberet effectum l.ſtipulatus, de ver. oblig. per
quam.l.Bar.in l.omnes populi, in materia ſtatutorum
ponit regulam quod etiam ex indiſpoſitione ſtricti iu-
ris fit extenſio, vbi ſi non fiat, eſſet ſine effectu,
64 † Quando autem habere alias merces, & pecuniam,
vel margaritas, & annulos, eſt maius dubium, an ve-
niat, & credo quod ſic, ſi erant deſtinatæ ad venden-
dum, nec illa gloſ.ſimpliciter procedit quia tex. in d. l.
2.in §.cum in eadem, vocat iſtas res merces, & ſic oc-
caſione earum habet locum contributio ſicut aliarum,
vt ibi patet. Item in caſu, quo prædictæ non ſint mer-
ces,propriè tamen loco mercium habentur,vt dicimus
in l. ſeruos §. cum qui de legat. 3. per quem text. clarè
65 patet,† quod quælibet res, quam quis habet ad ven-
dendum habetur loco mercium,& ſic eſt tenendum in
iſtis aſſecurationibus mercatorum, vt in eorum con-
uentionibus potius apices iuris, quam veritas obſer-
nari videatur contra nota. in l. ſi fideiuſſor.§. quædam
tamen ff. mand. licet enim ex interpretatione iſta di-
cantur merces, tamen large compræhenduntur, eo
quod ſunt ad negotiandum, vt in dict.§.cum qui, & ſic
extenſio, vt ſuprà dixi.& vide not.in l. cum proponas,
66 C.naui.fœno. & ibi Bald. in 3.not. † quod confiſcatio
mercium nauis extenditur ad pecuniam numeratam
quæ ibi erat, licet ſecus in ſtatutis, vt ibi per eum per
l.primam ff. de permuta. & l. ſi chatus, §. 1. de legat. 3.
quòd autem fiat extenſio quandoque ad caſum fictum
etiam in ſtipulationibus, eſt bonus tex. in l.Deo nobis
67 §. 1. de epiſc. & cler. † vbi ſtipulatio in cauſa mortis
extenditur ad ciuilem, licet ex proprietate verborum
non veniat mors ciuilis in naturali.l. ex eſt in leg. ex ea
parte.§.inſulam,de verb.oblig.Bald.in conſil.148.num.
11.in 4.vol.Socin.in l.Gallus,§.& quid ſi tantum, num.
4.ff.de lib.& poſthu.Iaſon.in §.inſulam,l ex ea par.nu.
2.ff.de verbor. oblig.& in leg.ſi quis poſthu. §.ſi filium,
numero 43 ff.de lib. & poſthum. Dominicus de ſancto
Gemi.in c.ſuſceptum, de reſcrip. in prin. col.3. vbi di-
cit, quod ſi mors ciuilis ex toto habet eundem effe-
ctum, quæ mors naturalis, tunc mors ciuilis habe-
tur loco naturalis. Item fit extenſio ad caſum ſimilem
ex mente contrahentium, in quo eſt eadem ratio. di-
ctum fuit nota. per domin Franciſc.de Ar.in l.quicquid
adſtringende, de verb.oblig.in fin.colum. quod tamen
ipſe declarat, quando talis caſus ſaltem ſub larga ſigni-
ficatione vocabuli poterat ſub expreſſis verbis com-
præhendi mouetur per d.l. Deo nobis ſuperius allega-
tam, & per l.fi.C.de re alien.not.alien. vbi ille qui pro-
68 mittit non alienare, non poteſt rem hypothecare, &
tamen iſtud ex proprietate ſermanum non venit, de
quo vide per eum, & in l. Gallus, §. & quod ſi tantum
ff.de liber.& poſthu.eſt quippè materia latiſſima, quæ
variis locis per doctor. ponitur, quos non expedit al-

Petrus Santerna.

legare ad propoſitum noſtrum. Quatenus tamen fa-
cienda ſit iſta extenſio, quæ fit, & fieri debet in caſu
non extendibili ad caſum, latè ſub ſignificatione voca-
buli compræhenſum, ſi vis videre hanc materiam, vide
vltra ea quæ Are.dicit in d. l. quicquid vide ex in mul.
ſtipulationum alia.§.ſi.& Alex.de Imo in l.2. de lega.1.
& in l.Marcellus ad Trebel.& in l.1.in fi.col. ff. ad leg.
Falcid.& in l.ſi quis priore, ad Trebell. & l. cætera, §.
ſed ſi quis poſt glo.d.l.& in l.cum filius,§.dicit,eod.tit.
& in l.in commune, §. quod vulgo.ff.ad leg.Falcid. in
quibus locis, & alibi dat plures concor. Tene menti
tamen pro limitatione d. gl. clemen. 1. quæ ſæpiſſimè
ſolet allegari per doct qui ad hoc, vt ſit extenſio ad
caſum, qui comprehenditur ex lata ſignificatione vo-
cabuli, oportet, quòd ſi omnimoda identitas rationis,
alias non, ita ſingulariter doc. Alex. in d.l. Marcellus,
in 2.charta.alleg.ad hoc glo.not. in clemen, 2. in ver.
69 eiuſdem de ætate, & qualitate, † quid autem quando
Patronus nauis fecit, & procurauit aſſecurationem
nauis ſuæ ſimpliciter, an cenſeatur aſſecurare tan-
tum corpus nauis, an vero merces? Idem contra aſſe-
curat merces, an videatur nauis: & iſta quæſt.eſt de con-
tento, & de continente, ad quam faciunt verba Bald.
in l.cum proponas, C. de naui fœno. ponitur quidem
quandoque vnum pro reliquo. l. penult. de pign. vbi
appellatione Tabernæ pignori datæ veniunt merces,
quæ ibi erant, & poſtea natæ ſunt, facit l. ſancimus.
C.de ſacroſan.vbi ponitur contentum pro continente.
& in l.ſolent. de offic. pro conſ. & legat. in hac quæſt.
credo cum ſint diuerſa corpora, & aſſecuratio poteſt
verificari in vno, ſicut in aliquo, quod non fiat exten-
ſio, niſi eo modo quo ſupra ſtrinximus in præcedenti
quæſtio. quando in altero aſſecuratio eſſet inutilis.
70 † Ponamus quod habens merces tantum in naui,dixit
velle aſſecurare illam nauem mercium, certe non in-
telligit de continente ſcilicet, quia non erat ſua, ſed de
mercibus. Idem econtra ſi dominus nauis, qui nullas
merces habebat, aſſecurat nauem, non enim videtur
ſentire de mercibus, facit quia propria appellatione
contenti non compræhenditur continens, quia opor-
tet eſſe differentiam inter vnum reliquum. ſed quando
vnum venit ſub nomine alterius, eſt impropria ſecun-
71 dum gl. no. in d. l. ſolent. vt ſupra. † Verba autem in
dubio ſumuntur propriè, & non impropriè, l non ali-
ter, de leg.3.Iaſ.in l.poſthu.num.33. Cod. de bono.poſ.
contra tab.& in l.2.§.1.num.4.ff.de in ius voc. deci. in
l.vt verborum, num.7.C. qui ad bon. niſi ſit aliqua ra-
tio euidens improprietatis, vt ſupra dixi in præcedenti
quæſtio. vel quando non poſſunt ſumi propriè, quia
tunc oportet, quod ſumantur impropriè ſecundum
Bartol.in l. ſi ubi.ff. ſi certum petatur, facit quod no.
Bart.in l.1.de donat. vbi dicit, quòd donatio intelligi-
tur de propria in dubio, & nota de illa, quæ eſt ſub
noſtro. Prætereà quando ſumus in dubio, licet ſit ali-
quod verbum, quod poteſt ſignificare contentum, &
continentem in dubio ſignificat continentem, C.ſi cui
de ſenten.excommu. lib. 6. & in c.ſi ſententia, & c. ſi
ciuitas,§.ſi.eo.ti.& quod ibi Muder.& Aret.in conſ.79.
72 † ſi ergo aſſecurat nauem in dubio, videtur ſentire de
ipſa naui, niſi ex coniecturis aliud præſumatur contra
ipſos contrahentes ſi autem vnus idem fuerit dominus
nauis, & mercium, & aſſecuraret nauem, an videatur
de vtroque, dependet ex coniecturis in dubio quidem
intellige tantum de naui per ſupradicta omnia viden-
tur eſſe de mente Bart. rectè inſpicienti, in d l.pen.ff.de
pign.inter quæ eſt de Taber.& mercibus.

SVMMARIA.

1 *Vbi eſt eadem ratio, ibi idem ius ſtatui debet.*
2 *L. 2. de reſciu. vennon habet locum in contractu aſſecurationis.*
3 *Sciens, renuncianti æquiparatur.*
4 *Res communiter valet quantum vendi poteſt.*
5 *In tranſact. an habet locum lege 2. Codic. de reſcind. vend.*
6 *In Aſſecurationibus practica æſtimandi eſt quantum communiter aſſecuratores percipiunt.*
7 *Caſus contingens ante euentum conditionis, facit contrac. imperfectum.*
8 *Factum iudicis iniuſtè, dicitur caſus fortuitus quo ad partes.*
9 *In ſpe an cadit emptio, & venditio.*
10 *Si aſſecuratio eſt conditionalis, ceſſante nauigatione, an aſſecurator habebit precium periculi.*
11 *Super re aliena an quis poſſit contrahere.*
12 *Bona fides inter mercatores eſt ſeruanda.*
13 *Dolus eſt delictum.*
14 *In dubiis fraus, & dolus non præſumitur.*
15 *Nullus tenetur allegare turpitudinem ſuam.*
16 *Iudæi tanquam hoſtes fidei Chriſtianæ, an ſint delendi.*
17 *Iudæi multa faciunt in contemptum Chriſtianorum, & fidei.*
18 *Melior eſt conditio Hebræorum, quam Maranorum.*
19 *Turcæ, & Africani ſunt inimici Imperij Chriſtianorum.*
20 *Papa prohibet pecunias, & bona Iudæorum auferri.*
21 *Iudæis de iure non eſt prohibita mercancia.*
22 *Iudæi poſſunt mercari, & negociari cum fidelibus.*
23 *Omnes Iudæi communiter ſunt maledicti, & ribaldi.*

QVINTA PARS.

PRoperantibus nobis iam ad calcem, & metam propè tenentibus circa iſtum contractum aſſecurationis nanium, probabiliter, & rationabiliter in dubium venire poterit, An aſſecuratio reſcindi poterit vigore diſpoſitionis l. 2. Cod. de reſcin. vendi. eo quòd ille qui vendit euentum periculi aſſecurator, multo plus ſoluit vltra dimidiam iuſti precij, ſoluendo æſtimationem mercium, recipiendo tantum octo, vel decem pro centenario æſtimationis. & videbatur quòd ſic, & hoc ſiue exiſtimes iſtum contractum nominatum, ſcilicet emptionis, eo quod qui emit euentum periculi per l. periculi precium ff. de nant. fœn. cum notatis in l. fin. C. de prædiis cur. lib. 11. ſiue eum dicas coutractum innominatum, ſcilicet facio vt des, ſiue ſuſpicio periculum vt des pecuniam: vt ſuprà dixi, quia vtroque modo d. l. 2. habet locum ſiue in contractib. nominatis, ſiue innominatis, ſecundum Bald. ibi, & Aret. in l. ſi quis an-
1 te. ff. de acqui. poſſ. in 4 col. & hoc maximè, † quia vbi eſt eadem ratio, idem ius conferri debet de vtroque. l. 1. §. ſi quis ſeruum, ff. de poſit. & in l. ſi Titius, ff. de præſcrip. ver. bon. & in l. naturalis §. ſed ſi facio. ff. eo. tit. æquiparatur enim ei de quo magis participat, vt ibi. & in l. gratuitam §. 1 eod. tit. & alibi, & ibi per Bart. & doct. vt ſupra dixi in alia q. Bald. ſin. in conſil. 494. num. 1. in 3. volum. dicit quod ex tribus cognoſcitur, in qua ſpecie ſit contractus, & in conſil. 396. num. 316. vol. aduerte in hoc, quod ſi boc eſſet verum in contractu aſſecurationis, nulla ſubinde aſſecuratio fieret: quia vt plurimum domini mercium mouentur ad procurandam aſſecurationem, quia pro vili precio domini non ſumerent periculum magnarum mercium. † Dic igitur, quod d. l. non habet locum inter ſcientes, vt ibi no. Bart. Bal. & alij doct. quia ſcienti non fit dolus, vt
3 in regula, ſcienti: de regul. iur. † & vt dicit ibi Bald. quod ſciens æquiparatur renunciauti alleg. leg. quæritur, §. ſi vendito, ff. de ædil. edict. Idem in con. 394. n. 5. & in 4 vol. & in conſ. 446. in nu. 5. in vol. 5. quod quis nedum proprium factum ſcire præſumitur, ſed etiam eius circumſtantias, quando enim aſſecurator aſſumit in ſe periculum centum pro decem, certus eſt, quod plus valet centum. Et ideò non videtur poſſe reſcindi per d. l. 1. in qua requiritur deceptio vltra dimidium iuſti precij: quæ non cadit verè in iſto. Item poteſt dici, quod aſſecurator iſte vendidit tantum ſpem futuri euentus, in qua bene poteſt extare venditio, vt l. ſi pactum, ff. de contrahen. emptio. l. nomina rerum, iuncta gl. ff. de hæred. & act. vend. quæ ſpes ex quo eſt incerta, non videtur eſſe tantæ æſtimationis, vt ipſius reſpectu
4 dicatur excedere dimidiam iuſti precij † eius quod valet, non enim hic æſtimari debet, quantum reuera eſt, ſeu merces futura in aduentum periculi, ſed quantum veriſimiliter æſtimaretur dubius euentus: quo caſu videtur conſtitui iſtud precium reſpectu illius ſpei, non reſpectu eius. quod poſteà verè euenit, & ſic æſtimationis mercium: facit ad hoc tex. in leg nomina. & in l. ſequenti. ff. de hæred vel actio. vend. & in d. l. nomina. & in l. ſi pactum. ff. de contrahen. emption. quo caſu fatendum eſt, facta prædicta æſtimatione eo modo, quo dixi: ſi reperiatur alter ex prædictis, videlicet aſſecuratus, vel aſſecurator deceptus vltra dimidium iuſti precij, quòd fiat reciſio per d. l. 2. & prædicta videntur eſſe de mente Are. licet ad aliud pro in l. ſi quis cum aliter. ff. de verbor. oblig. in 8. 9. & fi. col. vbi prædictam æſtimationem, prout eſt ſpei, conſiderat, & non prout poſtea
5 euenit in illa qu. † An in tranſactione habeat locum d. l. 1. de reſcind. vendit. & an l. 2. de reſcin. vend. habet locum in contractu diuiſionis, vide Bald. in conſ. 386. n. t. volum. & quidem in mercede. Bald. conſil. 108. num 2. 1. vol Adde ad prædicta, quod not. in d. l. 1. §. ſi hæres, ff. ad Trebellian. de æſtimatione ſecundum qualitatem rei, & dubij euentus: quæ tene fixa cordi, pro reſcin-
6 denda venditione, cuius practica erit hæc, † æſtimabitur enim, quantum communiter aſſecuratores conſueuerunt accipere in precio pro ſuſceptione periculi æſtimationis centum. Et ita cognoſcetur, vtrum minus iuſto precio receperit, an non: & item, an alius aſſecuratus plus dimidia dederit ei, uec ne: Verbi gratia, ſolent dari pro periculo mercium valoris ducat. 150. aurei 30. ſi ergo recepit tantum 20. poſſum dici deceptus in tali aſſecuratione vltra dimidiam iuſti precij: Idem in aſſecurato ſi ſoluit ſexaginta, poteſt agere ad illud plus, vt reſcindatur aſſecuratio, & hoc etiam, nam expectato alio periculi euentu, idem & poſt euentum, quo ad precium aſſecurationis, quia ille euentus in re non impedit, quod factum fuit in ſpe. quo ad effectum prædictum, quia ſupradictum, fuit in verſic. ſed ponamus, quod mercator: ſed ſi nauis non poteſt nauigare, & exire portum, vt quia merces fuerunt publicatæ, aut aliter detentæ, ita quod aſſecurator non poteſt agere
7 ad precium periculi ſibi promiſſum, † quoniam iſte contractus aſſecurationis conditionalis, & contingens ante euentum conditionis, facit eum imperfectum, Cor. conſ. 185. l. 1. volum. Adde quod de natura huius contractus, non eſt vt ſi conditionalis, poteſt quidem contrahi ſimpliciter, & purè. Verbi gratia: Aſſecurator vendit periculum purè, & ſimpliciter, quo caſu ſiue merces pereant, ſiue non ſemper recipit precium periculi in ſe ſuſcepti alias ſi ſemper eſſet conditionalis rebus ſaluis, non haberet precium quaſi contractu exiſtente imperfecto, propter conditionis defectum, l. neceſſario. ff. de pericul. & commod. rei vendit.

Poteſt tamen, vt dixi contrahi conditionaliter, vt ſiue
merces pereant, ſiue non dabis decem pro centum.
Ego autem in caſu aduerſæ fortunæ, dabo tibi tuarum
mercium æſtimationem. Vnde quando ſimpliciter
ſit, non adiecta aliqua conditione per dominum, ſi na-
uis aliquo caſu non nauigat, nihilominus dominus
mercium, qui dicitur emptor aduentus, & ſpei, tenetur
ad precium, neque repetit ſolutum: ratio eſt quia con-
tractus emptioni, & venditionis periculi, fuit celebra-
tus, & ideò caueant ſibi aſſecurantes aſſecurato cla-
re contractum concipere. Quid autem ſi in iſto ad-
uentu, & ſpe periculi cadat emptio? ſupra latius de-
claraui, dic quod ſic, ſicut ſub quauis alia re, vt pro-
batur in l.ſi periculi precium, ff.de naut.fœno. & quaſi
per totum ff.& C.& in l.ſi iactum, ff. de action.empt.
vbi bonus textus in d.l. ſi nomen, & leg.nomina ff de
hæred.vel act.vend.l.ſpe.C.de donat.& l. nec emptio.
ff. de contrah. empt. cum ſimilibus ſi verò impediatur
nauigatio per alterum ex contrahentibus in aſſecura-
tore, vel aſſecurato, quo caſu vnus poteſt agere contra
alium per d.l.nec emptio, & in d.l. ſi iactum, ſiue per
alium tertium: qui caſus poteſt reputari fortior quo
ad ipſos contrahentes, per ea quæ not. Bartol.in l. ex-
ceptione, num.4.ff.de fideiuſſ.Bald. in l.pignus, C. de
8 pignor. action. Angel. in conſil. 26. † vbi dicunt quod
factum iudicis iniuſtè dicitur caſus fortuitus, quo ad
partes. Vtroque modo eſt habenda prædicta conſide-
ratio, ſed perfecto contractu, ſoluto precio, vel habita
fide de eo, vt inſti. de emp.& ven.§.cum autem peri-
culum, ſine dolo malo contingens, pertinet ad empto-
rem: periculum hic non intelliges ſimpliciter mercium,
ſed caſus contingens pertinet ad emptorem: cuius ratio-
ne non poſſit nauigari: qui caſus cenſetur periculum
reſpectu ſpei euentus: quæ ſpes fuit empta, & vendita
9 eodem modo prout ſuperius dictum fuit empta, & ven-
ditio dari, vt in iuribus præallegatis, ita oportet in ipſa-
met ſpe dari periculum, quod facit eam ceſſare, &
non poſſe ſpectari nec amplius dici ſpes: alias diceré-
mus in venditione ſpei non habere locum titulum de
peric. & commn. rei vendit. quod non eſt dicendum,
nec vtrum, quia etiam videmus ſpem æſtimari, vt ſu-
perius latè dictum fuit in qu. præcedenti. verbi gratia,
ſi nemo ſpem, ſicut ad aduentum alicuius nauis, naui
non nauigante, ceſſat ſpes illa. Si facto venditoris, ipſe
tenetur emptori: ſi emptoris, ipſe venditori: ſi tertij,
pertinet ad emptorem per d. l. neceſſario, intelligen-
do, prout ſuperius dixi.& per l.1.C.eod tit. Nec videtur
mirum quod ex iſto aſſecurationis contractu vnus, &
idem dominus mercium teneatur ad precium peri-
culi & nihilominus ceſſat ſpes periculi: ſed illud fuit,
eo quia ille tantum emit ſpem.& non conſideratur, an
illud ſuper quo talis ſpes poſita fuit, ſequatur nec ne,
qua ad validitatem contractus, vt in d.l.ſi iactum: li-
cet bene quo ad alia, vt ibi notatur, & vt ſupra dixi,
quæ omnia tene menti pro his, quæ dicta ſunt in d.ver.
Sed ponamus in 18.& 19.col. quia ibi dicta procedunt
quando aſſecuratio fit ſub conditione: ſecùs, ſi ſim-
10 pliciter, & purè, & tene menti ea quæ ſupra dixi, † quia
aſſecuratio fuit conditionaliter concepta: aſſecuratio
non haberet precium periculi ceſſante nauigatione
ad quæ pauci ex ipſis aſſecuratis aduertunt, & minus
aſſecuratores. Item dum ſuprà dixi in ver. an autem
aſſecurator, in 1. & 6.col. quod non poteſt aſſecurator,
opponere aſſecurato, quod merces non erant ſuæ per
nota in l.commodare, ff.commod. & ibi Bart. & Bald.
& in l.ſi alienum, ff. ſol.mat. & ibi Alexand. latiſſimè,
& adde, quòd hoc non videtur ſimpliciter procedere
in iſto contractu aſſecurationis: quid enim ſi erant pi-
ratarum, vel aliorum inimicorum fidei Chriſtianæ, an
poſſint licitè capi per quoſcunque? iuxta notata in au
then.nauigia.C.de furtis, vel erant illorum qui res pro-
hibitas deferunt Saracenis, vt in c. ſignificauit de Iu-
dæis, & in c.quid olim.eod.tit.cum concordantiis, quæ
res exportari non debent.l.1 Cod. de Epiſc. aud. prout
multi faciunt, quorum nomina ego taceo propter ho-
neſtatem, quæ etiam potuerunt iuſtè capi, per ea quæ
habentur in c.quorundam, de Iud. & Saracenis, prout
iſti faciant cum aliquo mercatore, qui dicunt res iſtas
ſuas, & eas aſſecurant, vt ſuas: certè in hoc caſu credo,
quod liceat aſſecuratori, ſi prædictæ merces hac de
cauſa capiantur, dicere: Tuæ non erant res, & hoc non
11 tantum ex natura contractus † quia ſuper re aliena
quis poteſt contrahere, vt notatur in dictis iur. quan-
tum ex quadam bona fide iſtius contractus aſſecura-
tionis: quia iſte aſſecurator non erat aliter aſſecura-
turus, ſi ſciret merces eſſe prædictorum infidelium. Item
quia iſte aſſecurator videtur eſſe in dolo, & fraude hoc
tenendo, vt in l.iur.gen.§.dolo, & §. ſequen.ff.de do-
lo. Item credo ſi merces erant talis, qui habebat ini-
micitias, ſeu bellum cum gente illius portus, ad quem
dictæ merces vehebantur, vel cum capientibus dictas
merces vt ſunt Genuenſes, & Seneuſes cum Florenti-
nis, vel cum Catalanis, & ſæpè hoc fit, & videri fieri,
quia vnus rogat amicum ſuum, quia habet pacem cum
eis, vt dicant illas res ſuas, & faciant aſſecurationem
nomine ſuo.& hoc, vt dixi, non ea natura contractus,
12 ſed ex bona fide, † quæ maximè inter mercatores ob-
ſeruanda eſt, cum inter eos non conuenit de apicibus
iuris diſputare, vt Bald.conſil. 400.num.10. & conſil.
466.num.5.in 5.vol.vt l.ſi fideiuſſor.§ quidam tamen,
& in l.Quintus, D.man.Bar.Bal. & alij ibi eo maximè,
quia aſſecuratus videtur eſſe in aliquo dolo, vt dixi per
d.§.dolo.cum ſequen.& per conſequens deliquit, vt in
l.1.§.nunc tractemus, verſic.planè ff.de tuto. & rati.di-
ſtra. & in l.2. D. de crimine Stelio. Quæ iura allegat
13 Alex in l.ſi quis nec.D.ſi cert.pet.ad probandum † quid
dolus eſt delictum, facit quod dixi Bart.in leg.commo-
dare, D.commo.in fine licet ad aliud propoſitum Dum
dixit, quod bona fides non patiatur, vt in contracti-
bus opponatur exceptio dominij ſecus autem, quan-
do ex delicto probatur dolus, aut fraus ex interpoſi-
tione ipſius aſſecurati: qui eſt media perſona ſimula-
14 ta, argumento l.ſi his qui bona, D.de acquir.hæred.† in
dubio autem non præſumitur dolus neque fraus vul-
gata. l.meritò, D.pro ſocio. & per Abbatem Panorm.
conſ.68 in 1.volum.& Bald.in l.obſeruare. § 1.in penul.
col.D.de offi.proconſ.in q.de iudice.niſi dicas, vt ipſe
ibi: quia qualitas facti non poteſt fucari cognita au-
tem fraude, non credo quod aſſecuratus fraudulen-
ter poſſit rebus captis ad æſtimationem agere per ſu-
pradicta. quid autem econtra? an rebus ſaluis poſſit
ipſe aſſecuratus dicere aſſecuratori petendi precium
periculi? Res non erant meæ, ſed infidelium, vel ini-
micorum, & ita non ſum aſſecuratus: dico quod non,
15 † quia non debet quis allegare turpitudinem ſuam in
hoc caſu, ſecundum gl.not. in l. cum res, C. de probat.
& ibi Bartol. ſequitur, dum exemplificat in venditore
qui dixit, Res non erant meæ quæ omnia tene menti,
quia quotidiana, & vtilia: & quia ſupra mentio facta
fuit de mercibus inimicorum fidei, poteſt probabili-
ter in dubium venire, an merces Iudæorum, qui per
mare negociantur, poſſint occupari, vt merces inimi-
corum fidei. per auth.nauigia. C.de fur.præallegat. &
per ea quæ habentur 23. quæſt. 7.c. de rebus. Laborea
enim illorum pij eden. & conſueuerunt piratæ, & mul-
ti alij hoc colore quærere naues mercatorum, an ha-
beant merces Iudæorum, & licet in piratis non cadat
16 hoc verbum, pij: † quia potius ſunt delendi tanquam

hoſtes patriæ. vt nor.in d auth.nauigia.& quod prædi-
cta contra Iudæos fieri poſſint, facit d. auth. nauigia,
quæ generaliter loquitur ibi. niſi talia ſint nauigia, quæ
piraticam exerceant prauitatem, aut noſtro Chriſtia-
no nomini inimica, per hoc quod dicitur inimica, vi-
detur ipſos Iudæos comprehendere, cum quibus iuris
rigor potius, quam æquitas ſiue humanitas eſt ſequen-
17 da, vt in c.2. in fin. de iud. Faciunt quidem multa † in
Chriſtianorum opprobrium, & contemptum Salua-
toris noſtri,& eius beatiſſimi nominis, vt in c.in nun-
null.eod.titul.& in c.& ſi Iudæos & c.1. & c. cum ſit,
cod.tit.& in l. Iudæos, Cod.eod. tam in blaſphemando
ipſum, quam in aliis, vt in dictis locis patet, & alibi
not.quæ non expedit allegare, maximè in fine legis cæ-
licolarum.eo.ti.vbi tex dicit eſſe contrarium Chriſtia-
næ fides, quicquid ab ea diſcrepat, quod verbum in Iu-
dæis non eſt dubium verificari. Multa alia ad hoc pro-
poſitum poſſent adduci, quæ breuitatis cauſa omitto.
in contrarium facit, quia ſancta mater Eccleſia eus
tolerat.d.c.& ſi Iudæus,& in l.Chriſtianis Cod.de pag.
Bald. conſilio 315. num. 2.primo volum. vbi ponit, in
quibus caſibus tolerantur: & conſil. 428. num.6. in 5.
vol. maximè quia hodiè Iudæi quos ſub pœna ſubie-
cit,& peccatum, vt in d c. & ſi Iudæos: verſantur enim
per ciuitates Chriſtianorum. vt Romæ, Vene. Neap.
18 & apud nos, & alios, † qui meliores videntur, quam
Marani ſint, vt Bald.in conſ.428.num.2. in 5. vol. vt in
regno Caſtellæ, quorum commixtionibus ferè ſunt in
factionibus illius prouinciæ. Iſti Iudæi cùm ſint homi-
nes pacifici, & ſubditi Chriſtianis principibus, non
poſſunt dici hoſtes propriè imperij, nec inimici iuxta
notata in l. hoſtes, ff.de capt.& poſtlim. reuerſ.per Bar.
& ita credo, quod ſumitur verbum inimici, in dicta
authent. nauigia, ſicut ſunt Africani, & Turcæ, qui
19 † propriè ſunt inimici Imperij, & Chriſtiani nominis,
eo quòd Chriſtianos perſequuntur, & à propriis ſedi-
bus eos expellunt, & de hoc ſunt decreta, & leges, quæ
prohibent eorum commercium, & eis deferri aliquas
res, vt dicto cap. ad liberandam de Iudæis, & in cap.
ſignificauit, & in cap.quod olim, & in capit. ita quo-
rundam, & in l.1.Cod.quæ res expor. non debent cum
concordantiis, nec videtur par cauſa iſtorum,& Iudæo-
rum cap diſpar.23 quæſt.8.eo quòd illi expellunt Chri-
ſtianos, Iudæi autem parati ſunt ſeruire,& obſequium
præſtare, vt ibi ad idem bonus text. in d. l. Chriſtianis,
vbi Imperator prohibet, ne Iudæorum bona auferan-
tur. Idem facit Papa, vt in capit. ſicut Iudæi. de iu-
20 dic. † vbi etiam prohibet pecunias eorum auferri,
quod verbum eſt generale. Imò tenetur eos protege-
re, vt Bald.in d.conſil.428 num.6. ergo, & ipſos com-
prehendit, & omnes ſuas res, & merces l.pecuniæ. ff.
de verbor ſignific & hoc quia agitur de fauore eorum,
& quod not.Bartol.in l.talis ſcriptura.ff de lega. præſt.
21 † nec reperitur de Iudæis prohibita mercantia, & in
cap.fin.de iud.& in cap fraternitatem, 54. diſtinct. per
quæ iura idem notat. Ioann. de Ana. ſolennis doctor
Bon.in cap.1.de iud.in fin. colum. vbi dixit, quòd lici-
tum eſt Iudæis exercere mercaturam inter fideles,
22 † & licitum eſt Chriſtianis dare eis precium pro
mercibus emptis, vt fit Venetiis, Vliſbonæ, & alibi,
quia ſunt ditiſſimi mercatores, licet omnes Iudæi ſint
23 maledicti & ribaldi: Caueant igitur capientes † mer-
ces Iudæorum in mari, vel in terra prædicto colore, &
pœna eas detinere, vt dicta leg. Chriſtianis, Codic.de
paga. & quæ Iudæis permiſſa ſint vide Bald. in conſil.
315.num.1.volum. cum ſeq. conſil. & hæc volui dixiſſe
per breuiter ſuccinctè, deuictus inſtantia certorum
mercatorum mihi chariſſimorum, qui de his dubita-
bant, & ſæpè de facto interrogatus, eis de iure reſpon-
di per ea, quæ proponebantur. Ad laudem Domini
noſtri Iesv Christi, qui ſit benedictus in ſæcula
ſæculorum. Amen.

FINIS.

INDEX

Digitized by Google

INDEX
RERVM OMNIVM,
A C
SENTENTIARVM INSIGNIVM
QVÆ IN HIS QVATVOR TRACTATIBVS
continentur,

Copioſus, locuples, & abſolutus.

Eo quidem ordine collectus, vt in Tractatu Heringij primus numerus Caput indicet; in aliis verò, propter Authorum varietatem, M. de Marſiliis, C. de Cuneo, & S. Santernam, denotent.

A

ABBAS regulariter fideiubere non poteſt 7.215.& ſeq.

Abbatiſſa Romani Imperij, obiter enumerantur 7.518.

Ablatiuus abſolutus importat conditionem & formam 10.457 ſeq.

Abolitum ſemel nunquam reuiuiſcit 6.215.

Abſentes, ardua etiam negotia per epiſtolam ſiue nuntium rectè expediunt. 11.77.

Abſentes nullo modo rectè ſtipulantur.11.77.

inter Abſentes etiam promiſſio valet de iure Regio Hiſpano. 11.83.

Abſenti per epiſtolam facta donatio valet.ibid.num. 80.

Abſentia & præſentia corporalis in ſtipulatione propriè conſideratur.11.8.

Abſentia accesſaria à pœna conuentionali non excuſat.20.§.9. num.15.

Quid cum moderamine eſt accipiendum. vt ibid. num. 26. & 27.

Abſentia per epiſtolam ſuppletur.11 31.

Abſentia varia ſunt genera.11.7.

Abſoluere nocentem ſatius & ſanctius eſt, quàm innocentem condemnare. 10.436.

Abuſus rei ſubſtantiam non tollit. 1. 39.

Abuti re ſua nemo debet. 1.8.

Abutitur ſua ſubſtantia facilè fideiubens.ibid.num.10.

Acceptans contractum, acceptare cenſetur cum omnibus pactis & clauſulis appoſitis 24.235.

Acceptilatio quid. 20.§.5.num.2.

Acceptilatio & ſtipulatio inutilis an valeat vt pactum 21.155. ac ſeq.

Acceptilatio facta fideiuſſori, prodeſt non tantum fideiuſſori, ſed etiam reo. 20.§.5.num.5.

Acceptilatio facta fideiuſſori, qui in obligationem ob pendentem conditionem non incidit reo, nihil prodeſt.ibid.n.12.

Acceptilatione liberatus ſoluiſſe dicitur.20.§.5.n.3.

Acceptilatione tollitur obligatio fideiuſſoria ibid.n.1.

Acceſſio acceſſionis non datur. 4.52.

Acceſſio etiam dicitur fideiuſſio.3.29.

in Acceſſione non poteſt eſſe plus, quam in re principali.24.32

Æ biologia adducitur ibid.n 33 & 34.

Acceſſorium potentius principali non ſequitur naturam principalis. M 63.

Acceſſorium ſequitur naturam principalis. M. 285. 315. & 354.

Acceſſoria obligatio non irritatur, quæ non eſt æque fauorabilis, quando contractus irritatur aliquo fauore 5.351.

Acceſſorio non fit præiudicium, quod iure obligationis de per ſe peti poteſt. 24.245.

Acceſſorium tenet, quando principale tollitur aliquo iure ſpeciali. 5.352.

Accipiens per alium ipſemet accipit. 6.117.

Accuſans vel petens quem condemnari de vi publica, & probans vim priuatam, ſuccumbit. 20.§.26 n.36.

Accuſator idoneam ſatiſdationem præſtare non valens, poteſt vnà cum reo in carceribus detineri. 5.281.

Accuſator præſtat fideiuſſionem de accuſatione proſequenda. 5.243.

Et ibid.nu.246.247.248.249 & 250.vbi de conſuetudine Germaniæ & Saxoniæ nonnihil annectitur.

Accuſatoris procuratorem ſufficienter legitimatum eſſe, & certum domicilium deſignare, nec non ſatiſdationem idoneam & guarandam præſtare oportet. 5.254. & n.295. ibi.

Accuſatus quando fideiuſſorem præſtare teneatur. 5.264.

Acta primæ inſtantiæ petens, pro præmio deſcriptorum actorum cauere cogitur.10.155.

Actibus in correſpectiuis, poſito vno, ponitur & aliud.10.481.

Actio ad intereſſe ad damnum fideiuſſori contra confideiuſſorem, quando & vbi competat. 25.144.

Actio creditæ pecuniæ & ex ſtipulatu, contra confideiuſſorem quandoque datur. ibid.num.140.

Digitized by Google

Actio de fide mentita in fideiuſſorem competit 21.30
Actio arbitraria non eſt propria ſpecies actionis, ſed adiecta quædam qualitas 5.65
Actio de peculio nunquam bonæ fidei eſſe poteſt 5.62
Et num.63
Actio empti etiam ex duplo datur contra fideiuſſorem 21.29
Actio & paſſio in vno ſubiecto ſimul ſtare non poſſunt 6.75
Item cap.7.n.3
Item cap.10.§.16.n.3
Actio ex ſtipulatu competit contra fideiuſſores in omnibus prætoriis ſtipulationibus 21.7
Actio in rem, & actio in perſonam quomodo differant 20.§.26 num.26.& ſeq.
Actio inſtitoria fideiuſſori quoque conceditur 25.96
Actio mandati aliquando quoque in confideiuſſorem competit 25.141
Actio negotiorum geſtorum competit fideiuſſori aduerſus debitorem 25.84.
Sed declara vt ibi.n.85.& ſeq.
Actio nulla cur vltra quadruplum extendatur 5.141
Actio præſcriptis verbis datur in fideiuſſorem, pro quo fideiuſſum eſt, vt rurſum fideiubeat 21.23
Actio præſcriptis verbis quando fideiuſſori aduerſus creditorem detur 25.91.& ſeq.
Actio pro ſocio cur generalis dicatur 5.78.
Actio pro ſocio datur fideiuſſori contra fideiuſſorem 25.137. & ſeq.
Actio, quæ alias aduerſus defunctum competebat, ex perſona heredis non mutatur 7.445
Actio redhibitoria aduerſus fideiuſſorem competit 21.27
Actio reſtitutoria qualis ſit 7 444.
Actio vna, ſi inſtituatur, & in alia fiat probatio, non poteſt fieri condemnatio 20.§.26.n.34
Actio vtilis proxima eſt directa 6.62
Actio vulgaris eſt directa, & dicitur principalis 6.64
Actionis futuræ fideiuſſor accipi & dari recte poteſt 10.81
Actioni de reſiduo aliquando fideiuſſor ſit obnoxius 21.36
Quod declara vt ibi.n.37
Actionem eandem non magis, quam eandem hereditatem ſæpius & amplecti, & reſpuere licet 20.§ 26.n.48
Actionem in rem prius dictatam non licet omittere, & ad actionem in perſonam, quæ fortaſſis certam non competit, tranſilire 20.§.16.n.39
Et ibidem num 41.42.44.& 49
Actionem ſibi edi petens non conſentit in iuriſdictionem iudicis 5.160.
Actionem vtilem fideiuſſor nonnunquam ſuſtinere cogitur 21.32
in Actione de peculio recte fideiuſſor interuenit 10.27.274
Actione ex empto quando fideiuſſor aduerſus creditorem vti poſſit 25.91.& ſeq.
Actione quod iuſſu fideiuſſor conueniri poteſt 21.33
Quod tamen intellige vt ibi.n.34.& 35
Actiones agere, qua ratione dicatur 5.330
Actiones legatorum.& fideicommiſſorum ſunt ſtrictæ 5.70
Actiones noxales ſunt adiectitiæ qualitates aliarum actionum 5.64
Actiones, obligationes, vſusfructus, ſeruitutes, vt & multa alia confundi dicuntur 20.§.16 n.6.
Actionum popularium nomine fruſtra fideiuſſor exigitur 10.358
Actor, extra Imperium habitans, litigans vero cum ſubdito Imperij, fideiuſſores dare tenetur, qui in Imperio ſedem ſuam habent 14.10
Actor forum rei ſequitur, eaque regula eſt generalis 23.10.& ſeq.
Actoris dignitas non mutat forum rei 20 § 16.n.13
Actus agentium debent eſſe in agente bene, & aptè diſpoſito 8 96
Actus poſitiuus declarat voluntatem eius, qui præſens eſt, & non contradicit 7.45
Actus factus contra iuramentum de non faciendo, etiamſi cum iuramento fiat, eſt ipſo iure nullus 1.60
de Actus ſubſtantia eſt, quicquid pro forma actus gerendo conſtituitur 10.461
Actus agentium non operantur vltra eorum intentionem pag. 441.367
Actum agere ſuperuacuum eſt, 27.par.1.n.182
Actum nihil videtur, quoties aliquid agendum ſupereſt 7.361
Actuum correſpectiuorum natura, & efficacia qualis 10.480
Adiectio falſa vitiat contractum innominatum p.456.14
Ad præpoſitio auget ſignificationem 3.38
Ad præpoſitio accipitur aliquando pro Poſt.ibi.n.39
Ademptione bonorum tollitur obligatio fideiuſſoria, non ſolum reſpectu debitoris, ſed etiam fideiuſſoris 20 §.14.n.1
Aditione hereditatis actiones inanes, & inualida confirmatur 7.447
Adminiſtrator tenetur, officio ſuo durante 20.§.31.nu.6
Adminiſtratores exigunt, quandoque fideiuſſorum præſtationem 6.149
Adpromiſſores etiam dicuntur fideiuſſores 3.71
Aduenæ, ius Ciuitatis ambientes antequam admittantur, coguntur dare fideiuſſores, ſe legitime natos, nec alicuius proprios homines, aut libertinos eſſe 5. 333
Adulatoria verba non obligant 20.§.33.n.12
Aduocatus pro clientulo ſuo fideiubens nihil paciſci poteſt 26.117
Aduocatus quomodo in cauſa propria repetat ſumptus M.313
Aduocatum, vel Procuratorem cauſa, Iudicemve curia pro fideiuſſore non admittit curia Neapolitana, ac Burdegalenſis 8.142
Ædificans nouum opus poſt elapſum trium menſium ſpacium, in opere pergere poteſt, ſi præſtet ſatiſdationem de demoliendo, ſi ita cognitum fuerit 15.96
Ædificans nouum opus poſt elapſos tres menſes, oblata, ſed non acceptata forte idonea ſatiſdatione, impetrare poteſt mandatum ſine clauſula de non turbando, nec impediendo, vel moleſtando in opere cœpto, cum annexa citatione ad docendum de paritione 15.98
per Æquipollens expediri non poteſt, quod formaliter requiritur 11.22
Æquipollentium quid fiat, nihil intereſt 11.56
Æquitas cerebrina apud Petrum Heigium, quænam ſit.5.117
Æquitas iuris rigori in foro Poli præfertur 5.110
Æquitas legis non capitis ſequenda eſt 27.part.1.n.287
Æquitas non eſt ſequenda 5.111
Æquitas non ex cuiuſquam cerebro, ſed ex arte æqui, & boni naſci debet 27 part.4.nu.97
Æquitas ſomniata idiotarum, & Gynæceorum nihil eſt curanda 5.116
Æquitatis gradibus concurrentibus, vtra æquitas præferenda 27.part.1.n.60
Æquitatis ratio eſt cauſa vtilium actionum 6.61
Æs alienum non temere contrahendum 15.13
Æris alieni, litisque comes, eſt miſeria 1.24
in Ære, qui non habet, luat in corpore 10.175
Æſtimatio rerum deperditarum in periculi aduentu qualiter fiat, & quo tempore inſpecto an infortunij an emptionis an quo vendi poſſent S.part.3.n 40
Æſtimatio quando merces certo loco danda eius loci ſpectanda, ibi.n.41
Æſtimatio aliquando fit tempore contractæ obligationis ibid. n.43
Æſtimatio ſemper refertur ad iuſtum precium ibi.n.46
Communiter res valet quantum vendi poteſt S.part.5.n.4
Æſtimationem rei habens rem habere cenſetur S.part.4.n.57.

Æſtimatio

I N D E X.

Æſtimatio meliorationum an ſecundum tempus præſens, vel præteritum conſideranda 24.268
Æſtimatio mercium pro quibus eſt fideiuſſum, quomodo ineunda ibid. num. 266
Ætas in oculos non incurrit 27.par.2.num.66
Ætatis venia etiam vigeſimum annum impetrari poteſt. 7.110
Ætatis veniam qui impetrarunt illi anno vigeſimo impleto fideiubere poſſunt 7.108.
Ætate legitima impetrata, licent illa omnia, quæ perſonam concernunt 7.109
Affectatio non prodeſt affectanti M.153.
Affectio habet vim revocationis clauſula derogatoria in primo teſtamento M.236
Affinatus, vel domi ſua arreſtatus, etiam in carcere eſſe dici poteſt 10.170
Affinis quoque dari poteſt fideiuſſor 92.
Affinitas ſola operatur, vt poſſit aliud pro alio ſolui 27. part.4. num. 96.
Affirmatores, certificatores, & approbatores, quomodo conueniantur 8.49
Agere intendens, intelligat neceſſe eſt vbi, & apud quem actio inſtituatur 23.1.
Agere inuitus nemo cogitur 20.§.15.n.11
Agendi poteſtas à poteſtate contrahendi ſecernenda eſt.7.352
Agens ante diem, vel conditionem, male agit 5.48.
Et ibid.num. 182.
Agens in rem non fatetur, aduerſarium eſſe poſſeſſorem 5.161.
Agnatio, familia, nomina ſunt collectiua 1.137
Alexander Illyrius obſides dedit 10.292.
Alienare bona ſua à ſe, ſuaque obligare, paria ſunt 7.199
Alienare prohibitus, nec occaſionem dare poteſt, per quam fiat alienatio 1.106. Et ibi.n.107
Alienare prohibitus, poteſt tamen locare fructus toto tempore vitæ ſuæ 7.196.
Alienare rem prohibitus, non poteſt fideiubere in contractu illius rei alienare prohibita 15.115
Alienata re contra pactum res redit ad cæteros fratres 1.127
Alienatio aliud eſt, aliud promiſſio de alienando 3.24
Alienatio bonorum hæreditariorum extra familiam teſtamento prohiberi poteſt 1.88.& n.92
Ampliatur ibi.num.89.90.91.93.& 94
Alienatio bonorum ſuorum debitori ex probabili cauſa prohiberi poteſt 15.15
Alienatio dicitur obligatio bonorum, ſed impropriiſſime 1.118
Alienatio ingenuis hominibus prohiberi non debet 1.99
Alienatio neceſſaria etiam excipitur in prohibita alienatione per pactum 1.142
Alienatio, promiſſio de non alienando an impediat pignoris dationem S.part.4.n.68
Alienatio neceſſaria non cenſetur prohibita: ergo nec fideiuſſio neceſſaria 1.104
Limitatur ibi.nu.105
Alienationis actus vnus ſi permittitur, permittitur quoque omnis alius, illi ſimilis 7.294
Alienationis mandata inhibitoria in Camera Imperiali emanare ſolent 15. 16
Alienationis prohibitio eſt odioſa, & ſtrictè intelligenda 1.97. & num.98.
Alienationis prohibitio, quæ fit per pactum, non impedit dominij tranſlationem, ſed obligat contrauenientem ſaltem ad intereſſe: eaque eſt communis opinio 1.149.
Et nu. 141.ibi.
Alienationis prohibitio etiam contractu fieri poteſt 1.124
Et num.25.ac 126.ibid.
Alienationis verbum latiſſimum eſt 7.198.
Alienationem præcedere debet denunciatio 1.143.& ſeq.
Alienationem prædij debitoris non facile impetrat fideiuſſor. 25.109.& ſeq.
Alienationem prohibens ſtatutum, non cenſetur prohibere hypothecationem 1.117
Alienatione prohibita non cenſetur prohibita fideiuſſio 1.110.
Alienatio is tantummodo eſt actus, per quem dominium transfertur ibid.n.111 & 112
Alienatione prohibita, nihilominus concedi poteſt commoditas percipiendorum fructuum 7.195
Alienis pro debitis moleſtari iniquum eſt 20.§.10.n.31
Aliud pro alio ſolui poteſt in caſu neceſſitatis 18. 72. & ſeqq.
Altare vnum non eſt detegendum, vt alterum cooperiatur 7.278
Alteratio contractuum quomodo contingat 20.§.25. num.3. et ſeqq.
Alternatiua cadit inter æquipollentia, vel parum diſtantia M.32
Alteratio contractu finitur obligatio fideiuſſoria ibi.n.2
Alteratio contractu per locatorem licitum eſt fideiuſſoribus ab eo recedere 20.§.25.n 6
Limitatur tamen ibi.n.7.& 8
Amaſis Regis Ægyptij lege cautum fuit, vt ſinguli quotannis profiterentur, vnde viuerent 7.214
Ambaſſiatores in legatione etiam priuatam vtilitatem procuratore poſſunt 7.553
Ambiguitate verbi non eſt quærendus locus fraudi, vbi veritas quæritur 19.38
Amicitia magna idem operatur, quod ſanguinis coniunctio M. 234
Ambiguus intellectus veritatem obnubilat 24.91
Amiſſio pignoris fideiuſſorem in nullo releuat 20. §. 1.3. num.30
In his quæ ab animo dependent ſtatur aſſertioni iurata M.40
Anglia & Scotia Reges ſubtraxerunt ſe Romano Imperio 7.575
Anima de ſalute magis curandum eſt, quam de rebus 27. par. 1.num.61
Animi humani difficilis coniectura eſt 8.14
Annorum Domini, indictionis, menſis, & diei debet in inſtrumentis fieri mentio 12.22
Annuens in ſtipulationibus nõ obligatum ergo nec fideiuſſorem pro tali obligatione datum, obligari certum eſt 7.145
Annuens humeris, vel capite alicuius interrogationi, hodie in Hiſpania obligatur 7.152
Annullata principali obligatione annullatur quoque fideiuſſio 10.22
Ante diem agens male agit 22.9 & ſeq.
Antigonus Rex Aſiæ, & Macedoniæ ſe ipſum obſidem Seleuco Regi Syriæ pro liberando patre obtulit 10.294
Antiochus Rex viginti dedit obſides Romanum, non minores octodecim, nec maiores quadraginta quinque annis 10.285
Apices iuris quinam ſint 27.part.1.n.279
Apocham creditori fideiuſſori ſoluenti dare cogitur 20.§.1. num.58.
Apoſtolici Nuncij ſunt legati Pontificis 7.557.
Apoſtolorum canon 20. declaratur 7.259.& ſeq.
Appellare ab arbitrio, fideiuſſores pro idoneis approbante, vel eoſdem improbante licebat 8.18
Quod etiam extenditur ad reſtitutionem in integrum, & reductionem ibi.n.40
Appellari à primo decreto quando poſſit.25.112.
Appellans, quandoque certam pecuniam deponit, perditurus eam, ſi conſtat, eum temere appellaſſe 3 46
Appellans, ſi iuret, ſe tempore ſuſcepta appellationis, priuilegio Imperiali per pignora, vel fideiuſſores ſatisfacere non potuiſſe, ad iuratoriam cautionem admittendus venit 10.158
Appellans, ſi cautionem iuratoriam coram Iudice, à quo non præſtiterit, poterit præſtare, coram Iudice ad quem 10.159.

Digitized by Google

I N D E X.

Appellantes in cauſis criminalibus,ſi idoneo fideiuſſore deſtituantur,iuratoriæ cautioni non relinquuntur 18.103

Appellandi beneficium non habet,qui appellationi ante ſententiam renuntiauit 27.par.5.n.60

Appellatio ad Cameram Imperialem in cauſis criminalibus, ex conſuetudine Germaniæ non admittitur 20.§.20.n.23

Appellatio in pleriſque iudiciis Germaniæ non prius admittitur,quam præſtito iuramento de non malitiosè appellando,& dato fideiuſſore,aut pignore de refundendis,& reſarciendis damnis in caſum ſuccumbentiæ 10.156.& ſeq.

Appellatio vnius fideiuſſoris non prodeſt reliquis confideiuſſoribus, qui beneficio excuſſionis renunciarunt 27. part. 5. num.13

Appellationis inſtantia à prima inſtantia differt,non diuerſitate materiæ veteris,ſed iudicij,ac materiæ nouæ 20.§.20. num.9.10.& ſeq.

Appellationis ſpecies eſt reuiſio actorum 20.§.20.n.29

Appellationi eſſe deferendum, Iudex in dubio pronunciare debet 27.par.5.n.59

Appellationum in cauſis,quando fideiuſſor teneatur 20. §.20. num.22

Appellationibus ſingulis cauſas ſingulas diſtingui commodum eſt 2.12

Appellatus appellanti,ob renunciationem ſemel factam,& poſtea repetitam,in expenſas condemnatur 27.par.5.n.61

Appellatum conditionalis eſt credatur 10.176

Approbatio fideiuſſoris debet fieri prauia citatione partis aduerſæ 8. 47

Approbatio omnis habet vim confeſſionis 11.102

Approbator fideiuſſoris tenetur, vtcunque fideiuſſor non ſit idoneus 8.43.& ſeq.

Declara tamen,vt n.46.ibid.

Approbatores,certificatores, & affirmatores quomodo conueniantur 8.49

Arbiter ad probandam fideiuſſorum qualitatem olim datus fuit 8.29.

Quis fuit plerunq; Epiſcopus loci.& patres ciuitatis.ibi.n.48

Arbiter ex voluntate partium electus poteſtatem habet probandi approbandi,taxandi,& recipiendi fideiuſſores 8.31.

Arbiter ignominioſus admittitur 8.128

Arbiter in approbatione, vel improbatione fideiuſſorum perfunctoriè verſari non debet 8.42.

Arbiter in cauſa,pro qua fideiuſſit,num quis eſſe poſſit 29. 14. & ſeq.

Arbiter tutelæ vocatur iudex 8.32

Arbitraria certam,& generalem regulam non conſtituunt 5.15

Arbitraria iudicia origine ſua ſunt ſtricta 5.67.& ſeq.

Arbitrator,tàm de nocte,quàm de die ſententiam proferre valet 125

Arbitrator ſententiam ſuam in Eccleſia ferre poteſt 14.51

Arbitrio eius,qui habet prædia locare,committitur, quantum exigatur,vt fideiuſſor idoneus dicatur 8.99

Arbitrio Iudicis relinquitur,quæ ſit iuſta cauſa præſtandæ cautionis 5.2

Arbitri tutelæ approbatio, & improbatio quantæ auctoritatis. 8.34.& ſeq.

ab Arbitro fideiuſſores pro idoneis approbante,vel eoſdem improbante appellare licebit.8.38

Quod etiam extenditur ad reſtitutionem in integrum, & reductionem ibi.n.40

Archiepiſcopi,Epiſcopi,Præpoſiti, Decani, Commendatores, Milites cruciferi,&c.rectè fideiubent 7.265

Declara,vt.ibi.n.266.& 267.

Argumentum à fideiuſſione ad nouationem ſubſiſtit 7.187

Argumentum à fideiuſſione ad hypothecam rectè procedit 18.67

Argumentum à indicijs ad contractus valet 5.171

Argumentum à mutui datione ad fideiuſſionem valet 7.630

Argumentum à natura ſumptum validum eſt 5.357

Argumentum ab appignoratione ad fideiuſſionem rectè deducitur 7.188

Argumentum ab oppignoratione ad fideiuſſionem valet 1. 119.

Argumentum à ſolutione ad cautionem non ſemper valet 13. 62

Argumentum à ſtatuto ad teſtamentum, & vice verſa valet. 1.116

Argumentum à venditione ad fideiuſſionem validum eſt.7.186

Argumentum ſumptum ab eo,quod olim fuit in vſu,nullius eſt momenti 11.64

Argumenta nihil aliud ſunt,quam taciti, & ſubauditi legum intellectus 11.61.& ſeq.

Argumentis illud demum cognoſcimus,de quo alias certo conſtare non poteſt.ibi.n.59

Arreſtum & denunciatio ne ſoluant,fieri poteſt debitoribus debitoris noſtri 19.60

Arreſtum non relaxatur ad iuratoriam cautionem 18.105

Secus eſt in ſequeſtro ibi.n.166

Arreſto relaxato non tamen tollitur competens actio, ſiue cauſa principalis 15.32

Arreſto,ſi perſona ſit aſtricta, cogitur ex ſententia Scabinorum Lipſenſium cautionem præſtare 15.33.

Arreſtari quis domi ſua poteſt,ne ex ea procedat.15.67

Arreſtatio facta ad hoc, vt debitor ſoluat, reuocatur tantum per realem ſolutionem 15.28

Arreſtatio ,quando ad cautionem fideiuſſoriam,non relaxetur, remiſſiuè.ibid.nu.27

Arreſtatus domi ſua,etiam in carcere eſſe dici poteſt 10.170

Arreſtatus ſi aufugiat, ſed ſtatim reuertatur , num fideiuſſor eius teneatur 24.181.& ſeq.

Arreſtatus,ſi ſit perſona honeſta, & fide digna per cautionem iuratoriam arreſti relaxationem impetrare poteſt 18 107

Arreſtato forenſi in alterius Principis,ſiue ſtatus Imperij ditione, & quidem iure Magiſtratus: nihilominus in Camera Imper.proceſſus ſuper conſtitutione arreſtorum, ad oblatam cautionem de iudicio ſiſti,& iudicatum ſolui,decerni debent 15.25

Arrhabo proximè accedit ad fideiuſſorem 18.149

Arrhabo rectè etiam dicitur pignus ibid.n.50

Arrogari olim tantum veſticeps poterat 5.269

Arrogari hodie etiam impubes poteſt ibi.n.270

Arrogator cautionem fideiuſſoriam præſtare tenetur 5. 268. & num.271

Arrogatus eius iuri ſubiicitur,qui eum arrogauit cum omnibus bonis 20.§.24.n.3

Arrogato debitore,tàm debitor,quàm fideiuſſor liberatur ibi. num.4

Arrogato fideiuſſore,liberatur quidem fideiuſſor,ſed reus principalis obligatus manet ibi.num.5

Aſſecurationis contractus affinitatem quandam habet cum contractu fideiuſſionis 18.51

Aſſecuratio nautarum ſemper inſpicienda,& qualitas eorum, quæ fieri conſueuerunt S.part.4.n.10

Aſſecurator qui expreſſit caſum piratarum ſi merces à latronibus furentur,vel ſubtrahantur teneatur vè.ibi.49

Aſſecuratio indeterminata non expreſſo numero,neque menſura teneatur.ibid.56

Aſſecuratio facta de mille,quæ habet in tali naui valet,& de quibus intelligatur.ibid.59

Aſſecuratio incertorum de incertis de iure quomodo valeat.ib. 60

Aſſecuratio facta de ſacula lanæ ſi in naui plerique ſaculi reperiantur diuerſi de quo intelligatur.ibi.61

Aſſecurans nauim intelligitur de mercibus, an & de corpore ibid.69

Et ibid.n.72

in Aſſecurationis contractu quantitas pretij attenditur.S.part. 2.num.34.

Digitized by Google

in Aſſecurationibus practica æſtimandi eſt quantum communiter aſſecuratores percipiunt. S.part.5.n.6
Aſſecuratio ſi conditionalis ſit an ceſſante nauigatione aſſecurator habebit periculi precium, ibid.n.20
Aſſecurator qui aſſumit periculum mercium non intelligitur de periculo ex culpa proueniente. S.part.4.n.16
Aſſecurator teneatur ne ſi merces à muribus, vel tineis deterantur, ibid.31
Aſſecurator ſubmerſionis nauis, an teneatur ſi nauis tantum detecta. ibid.43
Aſſecurator ſi ſoluat mercium æſtimationem hiſque poſteà repentis cogere poſſit dominum ad merces recipiendas, & pecuniam reſtituendam. ibid. 47
Aſſecurationis materia frequens in terris maritimis. S.part. 1.num.3
Aſſecuratio dicitur contractus innominatus. ibid.7
in Aſſecurationibus maris conſuetudo ſemper eſt inſpicienda. S.part 3.n.1
Aſſecuratio regulatur ſecundum naturam contractuum nominatorum. ibid.13
Aſſecurationis contractus eſt conditionalis. ibid.24. & 42
Aſſecurationis contractus quibus verbis concipiatur, ibid. num. 25
Aſſecuratio ſimpliciter facta de prima nauigatione intelligitur. ibid.30.52
Aſſecurator non tenetur de rebus deperditis in ſcapha nauis cauſa exoneranda nauis, ibid n.36
Aſſecurationis verba ponderanda. ibid 38
Aſſecurator mercium qui aſſecurauit periculum in certo tempore ante mora nauigandi facta pro alio tempore tenetur.ibid.47
Aſſecurator tenetur ad ſummam æſtimationem. ibid 50
Aſſecuratio facta in caſu tempeſtatis an trahatur ad caſum latronum. ibid.n.61
Aſſertio ſola, iuramenti vicem apud Deum obtinet. 27.par. 1.n.48 & ſeq.
Aſſeſſores, vel conſiliarij quot in ſententia ferenda adeſſe debeant. 9 :8
Aſtute fœdera, inducias, & pacta contrahere, ſeruari, aut interpretari, eſt ſelectiſſimorum hominum, ac viliſſimorum procuratorum. 19.31
Aſyches Rex Ægypti inſtituit pignus in parentum cadauera, & ſepulchri poteſtatem in creditorem tranſtulit.10.46
Auaritia turpis, & damnata. 7.434
Auctoritas tutoris interueniſſe non præſumitur, niſi probetur. 7.74
Auctoritas tutoris honorarij an ſufficiat pupillæ fideiubenti. 7.75
Et num.80.ibid.
Auctores ſecundi etiam fideiuſſores appellantur. 3.40
Aufugiens non debet rumuſculo credere. 20.§.9.n.109
Augeri aliud eſt, aliud non minui.24.157
Auguſtus Cæſar culcitram Equitis Romani obærati, & defuncti ſibi emi iuſſit. 15.4
Auguſta, iudicare nequit. 7.524.
Sed declara, vt ibid.n.515
Auguſtana confeſſionis ſacerdotes à fideiuſſione non arcentur. 7.269
Aureos debens, ſoluere poteſt in nummis argenteis.20.§.37. nu.22.& ſeq.
Aures ſunt famæ ianua. 21.31
ſub Auroram quod fit, die fieri dicitur. p.12 31.
Auth.eai delictum.C.de indict.viduit.toll.explicatur. 5.29

B

BAlbus, & blæſus rectè fideiubent: vt & ſurdaſter.7.142
Balduinus Imperator filium ſuum Philippum, ob accepti æris mutuum Venetis obſidem dedit. 7.340
Baldus habuit cerebrum, quod voluebatur, ſicut auis in aere. 10.243
Banccorupti qui dicantur. 5.104
Bannitus fideiuſſorem dare volens, non auditur. 5.382
Bannitos à debitore fideiuſſorem accipiens, videtur renunciaſſe priuilegio banni. 15.51
Banniti ex conſtitutione Imperij bona, & vitam amittunt: ideoq; eorum fideiuſſores non liberantur.20.§.14.n.29
Sed limita, vt ibid.n.30
Barba raſuram olim Saraceni, Germani, & alij deuouerunt. 19.147.
Barbam alere per ſe non eſt prohibitum. ibid.nu.149
Bartolus cum quadam opinione non admittitur. 5.56
Baſilica de proximo conſecranda habetur pro conſecrata, & gaudet Eccleſiæ priuilegiis. M.218
Bellum non efficit, quo minus debitor creditori etiam hoſti facto ſoluat. 20.§.31.n.4
Bellum omnium immanitatum epitome quadam eſt, ac farrago. 20.§.32.n.5
Belli cauſa bonis ſuis ſpoliatus, in ſolidum à creditoribus ſuis conueniri non poteſt. 20.§.32.n.7
Beneficium eſt ius ſuum remittere. 6.38
Beneficium eſt, & illud, quod non omnino eſt gratuitum. 7.439
Beneficium nemo ſibi ipſi dat, nec aliquid vendit. 7.12
Beneficium aſpere datum, panis lapideſus vocatur 1.54
Beneficij inuentarij exceptio fideiuſſoris perſona non competit. 27.part.4.n.105
Beneficia legis alicui conceſſa, accipiunt hanc tacitam conditionem, ſi eis vti velit. 10 495
Bonus ex fidelis quilibet præſumitur. M.46
Bohemia in regno, ſi fideiuſſor diu in obligatione ſtetit, quid iuris. 25. 65
Bona fides in omnibus contractibus interuenire debet. 2.48
Et ibid.n.49
Bona opinio homini tutior pecunia. 8.74
Bonis deeſſe propter malos minus decet, quam malis prodeſſe propter bonos. 1.43
Bonorum poſſeſſionem agnoſcens ſatiſdare tenetur. 5.308
Bremenſis Archiepiſcopatus nobilium inſtitutum ratione coarctata fideiuſſionis commendatur. 7.234
Burgundia Ducatus cum ſuis prouinciis adhuc Romano Imperio ſubeſt. 7.574
Burgus eſt arx, ſiue fortalitium in iure, & apud ſcriptores alis. 16.10

C

CAlculi ratio non operatur, niſi in eo, quod calculatum eſt. 20.§.21.n.26
Cap.vlt.de vſuris diſtinguitur, & explicatur. p.450.n.10.& 11. varij eius loci ſenſus. n.17.18
Cap.qq.de vſuris limitatur. M. 169
Calumnioſa recuſatio oblati fideiuſſoris à iudice eſt compenſanda. 6.40.
Clauſula omni legum, & iuris auxilio quid operetur. M.35
Cambij literas accipiens, quando non eſt debitor ſcribentis, videtur eſſe fideiuſſor illius, qui ſcribit. 18.19
Camera Imperialis, ſi decreuit fideiuſſoriam cautionem, ea debet fieri fideiuſſoribus, in Imperio ſedem ſuam habentibus. 14 8
Cameræ Imperialis ſententiæ ſunt immunes ab vlteriori appellatione. 20 § 20.n.26
Cameralis iudicij alia eſt inſtantia, alia iudicij Reuiſorij. ibid. n.30
Campſor fideiubens non habet beneficium excuſſionis. M.8
Cancellans inſtrumentum, vel incidens inducit retraditionem in primum tradentem. 20.§.28.n.6
Cancellationes inualidæ non derogant ſcripturæ M.106
Captiui in relaxatione delicti qualitas conſideranda eſt. 10.375
Vt & vulneris. ibid.num.376
Captiui promiſſione non habent magnam vim. 7.536
Captiui perſoluto λύτρῳ dimittendi ſunt. ibid.nu.539

Captiuorum, ac ſeruientium à ſpecie non multum differunt., qui ita ſunt ad locum aliquem aſtricti, vt facultas non detur recedendi. 15.74
in Captiuorum relaxatione conſuetudo loci eſt conſideranda. 10.369
Captiuorum, & obſidum condicio hodie apud Christianos melior, & tollerabilior eſt. 7.538
Captura concedi poteſt pro debito incerto, conditionali, vel in diem, adhoc, vt quis ſatiſdat, de ſtando iuri. 10.73
Captura, & detentio perſonæ eſt iniurioſa, & ignominioſa. 6.45
eximens Captum pro debito è manibus famulus tenetur ad illius debiti ſolutionem, M. 16
Notificans debitori, quod creditor eum capi quærit, & carcerari, tenetur ſi debitor fugam arripuit. ibid. 17
Captura rei non liberat fideiuſſorem, qui principaliter, & cum renuntiatione beneficij excuſſionis obligatus eſt, quo minus, & ipſe capi poſſit. 20.§.27 n.16
Captura, licet iniqua conſentire cenſetur, qui vltro præſtat fideiuſſorem de nonrecedendo. 5.154
Et ibid num.157
Captus in bello illicito reuerti non cogitur, etiamſi redire iuraſſet. 20.§.9.n.89
Captus iniuſtè ſi non reclamat, valet contra illum ſententia, executio. 5.156
Captus ex delicto, & relaxatus fideiuſſoribus ſi aufugiat iterum relaxandus non eſt. M.nu.174
Captura rei non liberat fideiuſſorem. M.380
Carcer non ſoluit debitum, ſed nummi. ibid.379
Carbonianum edictum aptatur omnibus bonorum poſſeſſionibus, 5.66
Carcer non ſoluit debitum, ſed burſa. 20 §.26.n.18
Quod tamen limitatur, ibid.n.19.20.21.& 22
Carcer mitior peti poteſt. 18.137.& ſeqq.
Carcer obedientiaram, quæ ſit. 10.169
Carceris cuſtos fideiuſſoris loco eſt. 10. 420
Carceris cuſtos eadem pœna punitur, qua carceratus aſfugiens. 10. 421
Carceris ſupplicium mortalibus eſt grauiſſimum, 10.181
in Carcerem ducitum, qui in cauſa criminali pecuniariam cantum pœnam ingerente fideiuſſores idoneos dare paratus eſt, atrox eſt, & ſumma iniuria. 6 43
de Carcere non vindicando iuramentum non excludit vindictam iuridicam. 5.185
Et ibid.nu.186.& 187
in Carcere eſſe etiam dici poteſt ille, qui domi ſua eſt arreſtatus, 10.170
è Carcere qui fugit, habetur pro confeſſo, & conuicto. 15.61
Quod tamen refellitur, ibid.nu.72
ex Carcere aufugiſſe dicitur, qui præceptum habuit de non exeundo, & tamen domo vel ciuitate exiuit. 15.70
Carceres euitat reus de iure Saxonico, & ordinat. Prouinciali Landgrauiatus Haſſiæ, qui poſſidet immobilia, excedentia valorem vnius VVerigeldi in loco iudicij. 18.70
ad Carceres poteſt ſe quis pro debitore principali fideiubendo aſtringere. 20.§.9.n.57
Contrarium vide ibid nu 58
Carcerare aliquem eſt illicitum, ac libertati repugnat. 6.48
Carcerari ſi poteſt debitor de fuga ſuſpectus, ſtatuto mandante, poteſt etiam carcerari eius hæres, licet de eo nulla facta ſit mentio in ſtatuto 20. §.10.n.55
Carceratus non relaxatur, vbi pœna corporalis infligenda eſt, etiamſi mille dare velles fideiuſſores, 10.408
Ratio ponitur ibid. num.409
Et declaratur, nu.410.ac 411. ibid.
Carceratus ſub fideiuſſione relaxari debet, vbi tantum pœna pecuniaria infligenda venit, 10.382
Etiam de iure Saxonico. ibid.n.383.& 384
Limita tamen vt ibid.num.385 386.& 387.392.393.394.395.396.397.399.401.404.& 405
Carceratus longo tempore ob æs alienum non ſolutum aliqualem infamiam incurrit. 10.184
Carceratus de proximo relaxandus impetrare poteſt, vt fideiuſſoribus committatur. 10.417
Carceratus iniuſtè fores carceris effringere, & aufugere poteſt, nec punitur, ſi non ſperet, ſe inde euadere poſſe 20. §.9.nu.91
Carceratus iuſtè ea conditione dimiſſus, vt vocatus ad carcerem redeat, ſeruare debet fidem. ibid.n.86.& ſeq.
Carceratus poteſt iniuriarum agere, ſi ipſum, cautione fideiuſſoria beneficio relaxandum, iudex ad dationem pignorum dimittere nolit. 18 69
Carceratus pro executione ſententiæ, vel vt tædio carceris effectus de ſolutione cogitet, non liberatur, etiamſi aliquis vellet fideiubere pro illo de iudicio ſiſti, & iudicatum ſolui: ſed debet vel ipſe, vel fideiuſſor aut ſoluere, aut præſtare cautionem de ſoluendo. 15.57
Carceratus vt retineatur in cauſa ciuili, ille, qui fideiuſſores dare promptus eſt, nulla lex ſub cœlo eſt, quæ dicat. 6.44
Carceratus iniuſtus ſi contrahat, eius contractui non poteſt accedere fideiuſſor. 10.39
Carceratus relaxatus cogitur nonas dare fideiuſſores, ſi priores non ſunt idonei. 13.13
Carceratus iniuſtè ſi forte dimittatur, redire, non cogitur, etiamſi iuraſſet. 20.§.9.nu.88
Carcerati relaxatio ſub fideiuſſoribus cauſam quandoque ciuilem efficit. 15.56
Carcerates mortem promeritos cito occidere, miſericordiæ genus eſt. 1.59
Et ibid.num.52.
Carceratio libertati repugnat, & vſum motúmque membrorum impedit. 10.182
Carceratio habetur pro iniuria perſonali. 10.183
Cardinales, Archiepiſcopi, Epiſcopi. Præpoſiti, Decani, Commendatores, Milites cruciferi, &c. rectè fideiubent. 7.265
Declara vt ibid.nu.266.& 267
Cardinalibus in cõclaui loqui prohibito, interdictũ quoq; intelligitur, ad eos literas ſcribere, vel nuntium mittere. 11.31
Carnem ſuam nemo odio habet. 8.89
Carolus VIII. Rex Galliarum dedit fideiuſſores pro mutua pecunia. 5.23
Idem fecit Chriſtianus I. Rex Daniæ Lubecenſibus, ibid.
Caroli V. conſtitutio ebrios contrahentes ad obſeruantiam obligat. 7.134.& ſeq.
Carthaginenſes arbitratu Scipionis tantum dederunt obſides, non minores quatuordecim, nec maiores triginta annis. 10.286
Caſtellani nomine fideiubens non tenetur, ſi damnum inferat priuatis, 24.187
Ratio ponitur ibid.n.188
Caſtri pretium æſtimatur ex reditibus annuis, & vtilitate perceptibili. 22.67
Pro Caſtrenſibus bonis, vel quaſi rectè filio à patre præſtatur fideiuſſio. 6.82
in Caſtrenſibus bonis, vel quaſi filiusfamilias habetur pro patrefamilias, ibid.n.83
Caſus fortuiti periculum fideiuſſor ſuſtinere non cogitur. 20. §.27.nu 16
Caſus fortuiti periculum in ſe ſuſcipiens an intelligatur de caſibus inſolitis. S.part.3.n.74
Caſuum fortuitorum renunciatio an intelligatur de inſolitis. ibid.75
Inter Caſus fortuitos an reponantur niues inſolita. ibid.77
Caſus fortuiti appellatione veniunt ſoliti nẽ inconſulti. ibid 81
Caſus fortuiti ſuſceptio an comprahendat fraudem, & ribaldariam patroni. ibid.82
Caſus contingens ante euentum conditionis facit contractum imperfectum. S.part.5.n.7
Caſus fortuitus dicitur factum iudicis iniuſtè quoad partes, ibid.8

I N D E X.

Caſus improuiſi dicitur qui imprudentibus contingit.S.par. 3.num.65.
Caſus fortuitus diſtinguitur ab improuiſo.ibid.66.
Caſus fortuitus an furtum, vel latrocinium.ibid.67.
Caſus fortuitus an ribulduria, & inquiſitus patronis nauit ibid.68
Caſus ab alys conſetur commiſſus ob perſona qualitatem. ibid.72
Caſ.inſolitus dicitur quando rarò contingit.ibid.
Caſus fortuitus duobus modis contigit.ibid.79.
Caſus raro contingentes non connumerantur inter caſus fortuitos. ibid.83.
Caſus fortuitus in amittendo pignore, nec debitorem, nec fideiuſſorem liberat 20.§.14.n.34.
Caſus fortuitus aliquando excuſat.20.§.27.nu.15.
Caſus inopinatus an fideiuſſoribus obligationem augeat 24. 205.& ſeq.
Caſum fortuitum non præſtat fideiuſſor 24.210.& ſeq.
Caſum fortuitum nullum humanum conſilium prouidere poteſt 26.48
Caſuum fortuitorum præſtatio pacto ſuſcipi poteſt 26.52
Cauere vtiliter eſt ſatiſdato cauere 5. 198
Et num 199.ibid.
Cauendum eſt in materia tit.ff.ſi cui plus quam per l.falcid. 10.320
Cauſa quid ſignificet 4.17
Cauſa differt ab occaſione S.part.4.n.39
Cauſa falſa non vitiat ſtipulationem S.part.3.n.11.
Cauſa colorata quamuis fatuum excuſat à dolo M.53
Cauſa etiam inhoneſta excuſat ſtipulationem M.19
Cauſa ceſſante ceſſat effectus M.221.
Cauſa dicendi potius attendenda, quam dictum 24. 86.
Cauſa fideiuſſionis ceſſante, debet etiam ceſſare ipſa fideiuſſio 10 58
Cauſa in vno iudicio cœpta, in alio iudicio conſentientibus partibus rectè tractari poteſt 23.44
Cauſa in vno iudicio cœpta, poteſt tractari in alio iudicio, partibus conſentientibus 20.§.26.n.5.
Cauſa propinqua dicatur 29.12.
Cauſa vbi non eſt efficax, nec cauſatum efficax eſſe poteſt 10. 109
Cauſa ſummaria non deſiderant ſatiſdationem iudicio ſiſti. M.142
ex Cauſa vtendi, & modo appetendi probandum, vel improbandum eſt, quod facimus, non ex natura rerum, quibus vtimur 1.41
Cauſas ſingulas ſingulis appellationibus diſtingui commodum eſt 2 32.
Cauſis duabus concurrentibus, quarum vna prodeſt, altera nocet, & materia eſt indiuidua, ſemper attenditur cauſa, quæ nocet, niſi cauſa, quæ prodeſt, ſit potentior 24.74.& ſeq.
Cauſans non cauſatus actus eſt ſpectandus.20 §.9.n.105.
Cauſato non plus ineſt, quam in ipſa cauſa 10.108.
Cauſaria, & neceſſaria egreſſio è carcere, ſeu arreſto non eſt prohibita 15.75.
Cauſidici nequitias ſuas commentariorum pelago nutriunt 7. 596.
Cauſidici omnia mala nouerunt, & nihil curant, præter burſam hydropicam.7.595
Cauſidici verba important, ac pecunia vendunt.7.597
Caute eſt mercandum 10.260
Cautela pro Notariis circa Senatuſconſul.Velleianum 7.505
Cautio communis, quænam ſit 5.75.
Cautio, cuius meminit.l.in omnib ff.de iud.eſt iudicialis.5.17
Cautio de non offendendo præſtanda eſt, datis fideiuſſoribus aut certè pignoribus 6.243.& ſeq.
Cautio de non offendendo quando interponi poſſit ac debeat, & quamdiu duret 6.247
Cautio de non offendendo poteſt quocunque tempore interponi, & accipi 12.7
Cautio de parendo mandato alicuius iudicis quatenus æquiparetur, cum cautione de iudicio ſiſti, remiſſiuè ex Muſcatello 10.147
Cautio de præſtando eſt ſtipulatio prætoria 20.§.9.n.6
Cautio de ſtando iuri, & ſoluendo quicquid fuerit iudicatum, in cauſis ciuilibus ſemper coniunguntur, non autem in criminalibus 10.146.
Cautio fideiuſſoria ſuccedit in locum ſequeſtrationis, vel arreſti 15.19
Eaque eſt communis opinio.ibid.n.20.ac 21.
Cautio idonea, plena, competens, ſufficiens, vel quæ promittit aliquis alterum ſufficienter idonee ſecurum reddere quantum ſit 5.92
Cautio iuratoria quid ſit.18.88
Cautio iuratoria nunquam admittitur, vbi alio remedio vtrique parti conſultum eſſe poteſt 8.111
Cautio iuratoria non poteſt fieri, vel præſtari in ſcriptis per abſentem, per iuramentum, quo domino, & magiſtratui eſt obſtrictus 18.125
Ratione ponuntur, ibid.n 126 & ſeq.
Cautio iuratoria ſubrogatur in locum fideiuſſionis. M.166
Cautio iuratoria non admittitur in criminalibus M. 181
Cautio iuratoria admittitur, ſi quis fideiuſſorem præſtare nequeat, licet ſtatutum fideiuſſorem exigeret 18.92
Cautio iuratoria tutorum, vel curatorum non admittitur 5.226
Cautio iuratoria eius non admittitur, qui literas ſuas ſigillo, iureiurando munitas in dubium, & controuerſiam vocare audet 18.114
Cautio iuratoria excluditur, ſi quæſtio ſit de grandi, & magno ære alieno ibid n.113.
Cautio iuratoria in fauorem forenſis non admittitur 18.95
Sed auctori contrarium verius, & humanius videtur.ibid. num.96.
Quod præiudiciis Cameræ Imperialis confirmatur.n.97. ibid.
Cautio iuratoria aliquando admittitur, licet fideiuſſor præſtari poſſit.ibid.num.354.
Cautio iuratoria cum fideiuſſione affinitatem habet.18.87
Cautio iuratoria in cauſis criminalibus, pecuniariam ſaltem pœnam ingerentibus aut cauſis ciuilibus arduis, & grauibus non admittitur.ibid.num.91.
Cautio nuda cum fideiuſſione affinitatem quandam habet 18. 31 & ſeqq.
Cautio, ſi facienda eſt ad conſilium ſapientis, non includitur fideiuſſor.18.83.
Cautio ſi præſtatur ad obtinendam executionem, non eſt neceſſarium eam acceptari per partem, ſed ſatis eſt.quod à Iudice recipiatur 11.230
Cautio ſub hypotheca omnium bonorum vtrum ſufficiens ſit in cauſis arreſtorum, necne, ex receſſu Deputatorum, de anno 1600.iudicis arbitrio eſt relictum 18.86
Cautio vſufructuary.5.196
Cautio vſufructuaria ab hærede rectè remittitur 5.212
Cautionis nomine quid veniat.5.89
Et n.91.ibid.
Cautionis præſtanda, quæ ſit iuſta cauſa, iudicis arbitrio relinquitur 5.2
Cautionis magna eſt fragilitas 6 186.
Cautionis iuratoria præſtatione proceſſus reuiſionis eſt contentus 18.100.& ſeq.
Cautionis de iudicato ſoluendo præſtatio omni defenſori incumbit 10.145
Cautionis nomine ſimpliciter prolato, non fideiuſſio, ſed nuda tantum repromiſſio ſignificatur 18 27.
Sed limita, vt ibid.n.28.29.& 3.
Cautioni iuratoria quando in ſatiſdatione de proſequenda lite locus ſit.10.150

I N D E X.

Cautioni iuratoria non eſt locus in iis caſibus, in quibus cautio neceſſaria requiritur 28.112

Cautioni iuratoria non relinquantur appellantes in cauſis criminalibus, ſi fideiuſſore idoneo deſtituantur 18.103

Cautionem ad iuratoriam pauper rem citra ſuum dolum admittitur 18.89

Cautionem ad iuratoriam arreſtum non relaxatur 18.105
Secus eſt in ſequeſtro. ibi. n. 106.

Cautionem cauere, qua ratione dicatur. 5.330

Cautionem de non offendendo petere poteſt offenſam timens. 6.242.

Cautionem de vtendo arbitrio boni viri præſtare non tenetur ille, qui omnia bona donat, retento ſaltem vſufructu tempore vitæ ſuæ 5.208

Cautionem vſufructuariam non poteſt teſtator in præiudicium hæredis remittere. ibid. n. 210.211

Cautionem vſufructuariam Fiſcus non præſtat. 5.213

ad Cautionem iuratoriam fœmina admittitur, ſi fideiuſſore careat. 18.99

Cautionem recte petimus, non ſolum propter periculum iam inſtans ſed etiam propter metum periculi 10.241

Cautionem vitioſam, aut inſufficientem nemo accipere tenetur 6.4

Cautione iuratoria etiam aliquando tollitur ſequeſtrum 15.30. & ſeq.

de Cautione Mutiana remiſſiue 10.309

Cautionibus fruſtratoriis non eſt vtendum 5.16

Cautum eſſe ſemel, ſufficit in ciuilibus, & criminalibus 13.3

Cedere eſt quaſi diſcedere, & alterum ſuo loco ponere 27. part. 3. num. 5.

Cedere actionem idem eſt aliquando, quod repetitionem ſeruare 27. par. 3. n. 4

Cedens bonis hodie nihil vituperabile facere cogitur 19.102

Cedens bonis non abſque ratione ad ſatiſdationem compellitur 5.96.

Cedens bonis tamen aliquando ad iuratoriam cautionem admittitur. ibid. n. 97.

Cedens ſemel bonis, iterum bonis cedere poteſt 5.128

Cedentis bonis priuilegium, ſeu beneficium ceſſat, ceſſante paupertate 5.87

Cedentes bonis, qua iuramenti formula obſtringantur 5.81

Cedentibus bonis, qua iuratoriæ cautionis formula iniungatur. 5.98

Cedendarum actionum beneficium etiam exceptio appellatur 27. par. 3. n. 1

Cedendarum actionum beneficium in aliquot caſibus ceſſat. 27. part. 3. n. 19. & ſeq.

Cedunt actiones ad perſecutionum pignorum ſimul obligatorum 27. par. 3. n. 3

Ceſſio actionum criminalium ſi forte fiat, in Ducatu Pomeraniæ, vtraque pars, hoc eſt, tam cedens, quam ceſſionarius, fideiuſſores præſtare tenetur, ceſſionem fieri abſque dolo malo 5.267.

Ceſſio actionum æqua, & neceſſaria eſt 27. part. 3. n. 9

Ceſſio actionum quo tempore facienda 28.34. & ſeq.
Vide etiam ibid. n. 37. 40. 41. & 42

Ceſſio bonorum poteſt fieri per epiſtolam, vel per nuntium. 11.78

Ceſſionis beneficium fideiuſſori non prodeſt 5.99

Ceſſionis bonorum à principali facta exceptio fideiuſſori non proficit 27. par. 4. n. 99. & ſeq.

ad Ceſſionem bonorum non admittitur municeps, intendens cedere, vt euitet munus publicum 5.230

Ceſſioni bonorum non eſt amplius locus, finito quinquennali indulto 5.126.
Ratio ponitur ibid. n. 127

Ceſſionem actionum non admodum conſulitur fideiuſſ. 28.28

Celſus Iuriſconſultus triginta libros Digeſtorum ſcripſit 7.350

Cenſore vno mortuo, nō ſolum in defuncti locum nullus cooptabatur, verum collega quoque à cenſura cogebatur, ſe abdicare ſecus in conſule, & Alex ab Alex. 20. §. 10. n. 66

Cenſus cenſuum admittuntur 4.57

Certa conditione tenetur fideiuſſor, qui aliquem iudicio ſiſti promiſit, ſi certa pœna ſtipulationi ſit addita 21.8

Certi condictio, & actio ex ſtipulatu, dantur aduerſus fideiuſſorem 21.1

Certificatores, affirmatores, & approbatores quomodo conueniant 8.49

Certiorationem interueniſſe in renunciatione mulieris, an ſolo dicto Notarij, ita aſſerentis ſatis probetur 7.482.
Et num. 484. ibid.

Certitudinem ex contingentibus, & dubiis ſibi non licet polliceri 1.6.

Certo modo conſtitutum, certo quoque modo diſſoluitur 20. in proœm. nu. 1.

in Certo qui ſtare poteſt, non debet ſtare in incerto 25.44

Chirographum cauere, qua ratione dicatur. 5.330

Chirographum, manu fideiuſſoris non integraliter ſcriptum, ſed tantum ſubſcriptum, & ſubſignatum, ſemiplene tamen probat 17.9.
Sed contrarium verius eſſe annectitur ibi. n. 10

Chirographum ſuum, qui ſemel creditori exhibuit, num negatur ei adhuc ſemel per publicum inſtrumentum cauere. 17.89

Chirographum non ex tabulis, cera, membranave, ſed ex iure, & poteſtate æſtimatur, vt nummus 20. §. 28. n. 5.

Chirographi redditio, & redditio pignoris differunt 20. §. 8. num. 12. & 13

Circumſtantia qualibet non efficit nouam ſpeciem 4.14

Circuitus eſt vitandus: quod de vano, & inutili intelligendum 22.59.

Circuitus non euitatur, quando intereſt contrahentium, vt circuitus ſeruetur 22.68

Citatus aduerſarium tum approbat. vt legitimum. M.70

Citationis ſchedula hoſtio affixa, & ſtatim remota non dicitur citatio competens M.377

Citans aliquem in teſtem eius perſonam reprobare non poteſt M.69.

Citatus ad iudicium cum clauſula ſi tua putaueris intereſſe etiam ſi inhabilis videtur habilitatus M.67

Citatio aduerſus reum principalem recte manat ad comparendum, audiendum, & videndum contra ſe fieri executionem 25.100. & ſeq.

Citatio in aliquot caſibus contra fideiuſſorē decernitur 21.59
Aliquando etiam ſub pœna banni. ibid. n. 60

Citationis præcipuus effectus eſt comparatio 15.28

Citationem impetrare, licet ad videndum fideiuſſionem declarari nullam. 15.102. Et ibid. n. 106

Citationem pro caſſatione querelæ, & confeſſionis petere, eſt tutiſſimum 5.192.

Citatus ad iudicium ſponte comparens, liberat fideiuſſorem ſuum 20. § 23. num. 1

Ciuis idoneus eſt, qui nihil antiquius habet ſalute commu. 8.8

Ciuis pro Principe fideiubere poteſt 8.102

Ciuis tempore neceſſitatis Principi mutuo dare cogitur 8.101

Ciuium in numerum adſcribi cupiens probare tenetur proprium alterius hominem, vel dediditium ſe non eſſe 7.329

Ciuilis obligationis nomine comprehenditur etiam prætoria, ædilitia, & tribunitia. 105.

Ciuiles, & criminales cauſæ, quænam propriè ſint. 10.360. & ſeq.

in Ciuilibus, & criminalibus ſufficit, ſemel eſſe cautum 13.3

Ciuitas hæres non ſatiſdat, ſed nuda repromiſſioni relinquitur 5.301

Ciuitas, quæ à Principe priuilegia habet, in quibus ab eo inquietatur, poteſt contra illum agere interdicto vti poſſidetis, ad hoc, vt in futurum à turbatione deſiſtat, eoque nomine ſatiſdet 10.322.

Ciuitates,

INDEX.

Ciuitates, & municipes pecuniam credere poſſunt. 7.628

Ciuitates ſimpliciter obtinebant ſua vectigalia, quæ deinde alij conducebant 5.318

Clara, & expedita in re, omnis diſputatio inanis eſt, & odioſa 17.part.1.n.80.& ſeq.

Clauſula, Abſque fraude & dolo, cuius ſit efficacia 17.17 Et ibid.num.18.19.20.21.ad 24

Clauſula, vt vnus pro omnibus, & omnes pro vno ſine diuiſione, cuius ſit effectus 17.50

Clauſula ille vulgaris in ſubſcriptione, non eſt neceſſaria, ſed tantum abundans cautela 17.7

Clauſula, abſque fraus, & dolo 17.51

Clauſula, His omnibus, & ſingulis abſque contradictione ſatisfacturos nos ſpondemus, nulla obſtante exceptione, quem intellectum capiat 30.55

Clauſula, Non vi, dolo, aut metu, ſed ſponte, cuius ſit efficacia 19 20.ad ſeq.

Clauſula infra octo, vel quatuordecim compareant, qui vocati ſunt ad faciendam ſolutionem, cuius ſit importantia 19.134 Et ibi.n.136

Clauſula, Petens ius, & iuſtitiam adminiſtrari, pluris petitionis pœnam amouet 24.16.& ſeq.

Clauſula, Quod creditor eligendo vnum remedium, per hoc nolit altero remedio recedere, inſtrumentis adiici debet 20 § 53. num.3

Clauſula, quod creditori ſolummodo integrum eſſe debeat, obligationis fideiuſſoriæ literam interpretari, non admittitur 17.27

Clauſula, Sciens ſe non teneri: ſed teneri & efficaciter obligari volens omnem erroris ignorantiæque allegationem excludit 19.13

Clauſula ſi caſus accedet, quod vnus eſſet vocatus omnes ſine aliqua exceptione ſint vocati, cuius ſit operationis 17.57

Clauſula ſoluam pecunias de quibus teneat, at qui creditor eſt eas repetat, tanquam inſolita, & anceps reiicitur 17.16

Clauſula cum inſtrumento corruunt, ſi inſtrumentum ſit nullum 17.15

Clauſula finalis, Actum, &c. quis ſit effectus 7.481

Clauſula inſtrumentis fideiuſſionum quotidie adiici ſolent 17.12

Clauſula inſtrumentis adiici ſolita, plerunque contrahentibus ſunt ignotæ, ideoque Notarius partes de iis edocere debet 7.478.& ſeq.

Clauſulam inſolitam appoſitam eſſe, quomodo probetur 17.16.

Clauſularum inſolitarum multitudo reddit inſtrumentum ſuſpectum. ibid. n.13.& ſeq.

Cleomenes Rex Spartanorum Ptolomeo Ægypto obſides exhibuit 10.291

Clericus fideiubere non poteſt 7.239.& ſeq.

Clericus fideiubens, & non repulſus in initio, obligatur 7.249 Sed contrarium docetur ibi.n.251

Clericus fideiuſſor gaudet beneficio excuſſionis 27. par. 1. num. 158.

Clericus in rem ſuam rectè fideiubet: vt & compromittit 7.163.& ſeq.

Clericus qui factus eſt, poſt delictum commiſſum. An puniatur à Iudice ſeculari, an ab Eccleſiaſtico M. 111

Quando cum Clerico, vel Eccleſia rem communem habet priuatus vtitur præſcriptione centum annorum M.130

Sacerdos quilibet eſt dignior Principe M. 129

Pro Clerico laicus fideiubens an poſſit coram clerico Iudice conueniri M.318

Clericus filiusfam. poteſt in iudicio cauſarum Eccleſiaſticarum, abſque patris conſenſu comparere M.117

Clericus non torquetur quamuis aduerſ. cum adſint indicia, niſi ſit infamis M. 226

Clericus qui oſculatur mulierem præſumitur cauſa benedictionis M.60

Clericus an poſſit eſſe fideiuſſor a quo pacto obligetur p. 433. 309

Clericus, & laicus alicui ſimul obligati conueniendi ſunt coram Iudice Eccleſiaſtico M.131.

Clericus poteſt, compromittere, quoad modicum præiudicium Eccleſiæ 7.256

Clericus pro vtilitate Eccleſiæ ſuæ rectè fideiubet ibid. num. 257

Clerici fideiuſſio in caſu neceſſitatis admittitur 7.154

Clerici fideiuſſor non eſt conueniendus coram Eccleſiaſtico Iudice, ſed coram Iudice ſuo 23.25

Clerici fideiubere poſſunt, habita licentia fideiubendi 7.262

Clerici liberantur, ſi pro fideiuſſoribus dent propria Eccleſiæ defenſores, & hi pro idoneis habentur 8.98

Clerici pro ſe inuicem non rectè fideiubent 7.261

Clerici quinam ſint 7.241

A Clerico in iudicio ſeculari conuento fideiuſſor datus militaris obligatur 14.18.& ſeq.

Coactio electioni eſt contraria 20.§.13.n.21

Coactionis vim habet perſuaſio nimia 8.24

Coactus ſatiſdare non præſumitur conſenſiſſe 5.173

Codicillus ſequela teſtamenti 11.190

Cæcus à fideiuſſione non excluditur 7.156

Cæcus ſponſalia celebrare, & vxorem ducere poteſt 7.157

Cæcus validè ſocietatem contrahit 7.158

Cæci nonnulli excelluerunt in Philoſophia, & iuriſprudentia 7.159

Cognatio, & amicitia in ius vocantis, & vocati, non vocati, & fideiuſſoris conſideratur 8.91

Cognitis rebus non eſt immorandum 24.171

In Collatione bonorum cauendum eſt 10.311.

Collecta ſuſtinet locator non conductor 24.272

Collecta, cenſus, & tributa ab eis ſolui debent, qui rem poſſident iure proprio, & eius fructus faciunt ſuos ibi.n.272

Collectiua nomina ſunt agnatio, & familia, &c. 1.137

Collegia, capitula, confœderati, & ſocietates rectè fideiuſſiones in ſe ſuſcipiunt 7.634

Coloni, & proprij homines fideiubere poſſunt 7.317

Pro Colono fideiubens non habet actionem furti 25.151

Comites, & viri nobiles, qui pro aliis fideiuſſerunt, num excuſſionis beneficio ſe tueri poſſint 27.par.1.n.196 Et ibid.n.308

Comitiſſa, Abbatiſſa, Imperij, & reliquæ mulieres Europeæ regalia habentes, ex fideiuſſione ſua tenentur. 7.517 Et ibid.n.520.& 522

Compromiſſum morte arbitri finitur niſi ſub nomine dignitatis factum ſit M.135

Commendare aliquem non ſemper eſt extra periculum 18.11

Commendans in non exiguo eſt periculo, ſi probetur, cum notitiam habuiſſe, quo in cardine res commendati verſarentur, vel lucellum aliquod accepiſſe 18.12

Commendans peregrinum emptorem, iure Lubecenſe tenetur, ſi is non ſit ſoluendo ibi.num.13.

Commendans tanquam ſponſor conuenire nequit 18.9

Commendati iuramentum purgationis deferri poteſt 18.15

Commendatio nuda, aut iactabunda per ſe non eſt aliquod mandatum, aut fideiuſſio 18.8

Commendatores Milites cruciferi, & c. rectè fideiubent 7.265 Declara, vt ibi.n.266.& 267

Commerciis Reſpub. carere non poteſt 1.34

Commodati, & Depoſiti contractibus fideiuſſor rectè accedit 10.206.& ſeq.

Quod tamen declarationem recipit, vt num.208.209.201. ibid.

Commodum commodi non admittitur 4.53

Commodum temporis quodnam ſit 6.189

Comparatio eſt præcipuus effectus citationis 13.38.

Compenſare poteſt fideiuſſor, etiamſi principalis in bannum declaratus ſit 20.§.6.nu.5.

Compenſans numerat, & ſoluit, ſi non naturaliter, tamen ciuiliter ſaltem 20.§.6.n.2
Compenſatio eſt ſpecies ſolutionis 20 §.6.n.13
Compenſatio de iure Saxonico non habet locum.ibi.n.10
Compenſationis exceptionem fideiuſſor obiicere poteſt, licet ipſe debitor taceat.ibi.n.4
Compenſationis exceptio fideiuſſori non denegatur, 27.part.4.num.36.& multis ſeq.
Compenſatione tollitur obligatio fideiuſſoria 20.§.6.n.1.& 3.
Competentia beneficium locum habet tantum in ſocietate conuentionali 27.part.4.n.87
Competentia beneficium fideiuſſori non datur 27.par.4.n.80. Declara, vt ibid.n.81.82.& 83
Compromiſſum pati poteſt, non obſtante fideiuſſione de iudicio ſiſti, & ſtando iuri, in aliqua curia praeſtita 14 22
Compulſoriales contra literas fideiuſſor non poteſt opponere exceptionem excuſſionis 27.par.1.n.313
Conceſſum aliquo tempore, poſt illud tempus videtur eſſe prohibitum 28.2. & ſeq.
Concluſio niſi probetur, non ſufficit tractatus, & colloquia probare 20.§ 33 n.4
Concluſione in ſola tota vis contractus conſiſtit 20.§.33.n.6
Concordia coniugalis ſarta tecta ſeruanda 6.111
Condemnatus ad ſoluendum non liberatur, ſi fideiuſſorem dare velit 3 369.
Conditio indebiti datur fideiuſſori contra creditorem 23.125
Conditio liberationis fideiuſſori quoque competit ibi.n.129
Conditio ſuſpendit actum S.part.2.n.26
Conditio adiecta in alterum ex contrahentibus non infirmat conuentionem ibid.29
Conditio inhoneſta vitiat ſtipulationem ibi.28
Conditio quae à facto alterius dependet vitiat ſtipulationem ibid.2.
Conditionis euentus habetur pro cauſa.ibi.n.3
Conditio ſi hoc anno Imperator coronetur, vel in Italiam venerit valet.ibi.n.17
Conditio ſi pluuerat ibi.n.20
Conditio ab aliquo oblata, vt praeiudicet, in continenti acceptari, debet 6.17
Conditio illa, ducam te in vxorem, ſi donaueris nihil continet, valet 7.462.
Conditio perſonae adſcripta non poteſt in alia perſona impleri 20.§ 10.n.46
Conditio ſententiae, & promiſſionis non purificatur niſi ſecuta declaratione loci, aut temporis 22.20.
Conditio: Si potero, in promiſſionibus ſubeſſe videtur 20. §. 33. num.13
Conditionis appoſitae non exiſtentia liberat fideiuſſorem 20.§. 18.n.1.2.3.& 4
Conditionis defectus annullat actum 10.462
Conditionis vim habet dies incertus 3.47
Conditionem alienam meliorem, ſed non deteriorem facere poſſunt 7.28
Conditionem ſtatuti, legis, decreti, vel ritus, formaliter implere oportet, antequam iſtius beneficio quis innitatur vel fruatur 10.460
Conditionem ſuam ſtulti deteriorem faciunt 6.180
ſub Conditione fideiuſſionis praeſtita dies non dicitur veniſſe, ante purificationem conditionis 11.198
ſub Conditione illa fideiuſſor datus praeſumitur, ſub qua principalis tenetur ibi.199
Conditiones poteſtatiuae non retrahuntur 6.39
Conditionaliter accedens fideiuſſor, non aliter tenetur, quam ſi conditio adimpleatur 11.200
Conditionaliter datus fideiuſſor, ſi ante conditionem impletam moriatur remaneſſit obligatio 20.§.10.n.19
Conductor exceptionem competentem non opponens, ſibi praeiudicat, etiamſi conſtaret de ea per viam actoris 16.12.
Conductoris fideiuſſor in quantum teneatur 24.183
Sed limita vt ibid.num.186
Conductores praediorum, emphyteutae, coloni, & ſimiles perſonae praeſtant fideiuſſores 3.323
Et ibid.num.324, 325.326. ac 327
Confeſſio inualida non cauſat damnum M.105
Confeſſio inualida cui non creditur non cauſat damnum M. 103.
Confeſſioni iurata facta in mortis articulo creditur M. 42
Confeſſio debiti nulla, ſine cauſa non probat verum debitum 5. 164
Confeſſio debitoris an noceat fideiuſſori 27.part.3.n 38
Confeſſio facta ſolutionis vera ſolutioni aequiparatur 20.§.1.n.52 Et ibi.n.33.54.55.& 56
Confeſſio partis tantum operatur, quantum ſcriptura publica 17.91
Confeſſio proprij oris probatio probata 23.36
Confeſſio ſemel facta, ſed non acceptata, reuocatur per contrariam confeſſionem iuratam 20.§.1.n.82
Confeſſio ſine cauſa in iudicio facta plenè probat M.320
Contanctio ſanguinis, vel actio licita habet vim clauſulae codicillaris M.235.
Connexorum, & dependentium idem eſt iudicium M.188
in Confeſſum nulla ſunt aliae partes iudicis, quam vt condemnet 23.37
Confideiuſſores plures poſſunt accipere vnum fideiuſſorem, & ſic ſiunt principales, creditorumque ſecundorum locum quaſi ſubintrant 4.60
Confideiuſſores quinam propriè dicantur 4.64
Confideiuſſores quinam propriè ſint 27.part.2.n.2
Confideiuſſorum vno ſoluendo exiſtente, alter inops non cenſetur 27.part.2.num 19
Confirmatio non confirmat, quod nullum eſt 10.107
Confiſcatio mercium an extendatur ad pecuniam S.par.4.66
Confiteri videtur crimen, qui paciſcitur 5.168
Confuſio quid 20.§.16.n.7.& ſeq
Confuſio ex duabus obligationibus vnam; Nouatio ex veteri nouam facit 20.§.16.n.34
Confuſio obligationum multis modis contingit 20 §.16.n.55
Confuſio, extinctio, & conſolidatio differunt 20.§.16.n.5
Confuſio non eſt ante aditionem 20.§.16.nu.18
Confuſione extinguitur obligatio fideiuſſoria 20. §.16.n.1
Coniugalis concordia ſarta tecta ſeruanda 6.111
Coniuncta perſona pro coniuncta perſona ſine mandato licet 7. 608
Item, Curatorem bonis abſentis poſtulare, Procuratorem conſtituere, Reſcriptum impetrare, Tutorem petere, Appellationem interponere, ac debitorem coniunctae perſonae arreſtare poteſt ibi.n.609.610.611.612.613.& 614.
Connexa capitale non poſſunt pro parte probari pro parte improbari 24.240
Conſcientia alicuius quae relinquuntur, firmare debet conſcientia, quod ſit pura 15.106.
Conſenſus eſt anima contractus 7.26
Conſenſus fideiuſſoris expreſſus requiritur 7.32.& n.35
Conſenſus manu declarari poteſt 11.171
Conſenſus reuocatio quadrifariam impeditur 20.§.33.n.17
Conſenſui nihil tam contrarium, quam vis & metus 19.16
Conſenſu deficiente non obligat promiſſio tractatoria facta 20. §.33 num.10
Conſenſiſſe ſemel ſufficit 20.§.33.n.18
Conſentit in iudicem, qui ab aduerſario petit ſatiſdationem de iudicato ſoluendo: vel qui ipſemet ſponte ſatiſdat de iudicio ſiſti 5.170
Conſilium futuri ex preterito venit 1.31
Conſilium regulariter neminem obligat 18.21
Conſilij in modum, & effuſo ſermone fideiuſſoris idoneitatem extollens quatenus teneatur 8.22
Conſilij mali poenas nemo vnquam luit, ſi non ipſe malus 26.27
Conſilij malum exitum redargutio facilius ſequitur, quam bonum

INDEX.

num.laut. ibid.num.28.

Conſiliarij Principum, ſi Principi pupillo dentur tutores, dant fidejuſſores, quot poſſunt, non autem præciſe alios princept. 8.104.& ſeq.

Conſiliarij Principum non ſunt idonei fidejuſſores 7.274

Conſiliarij vel Aſſeſſores quot in ſententia ferenda adeſſe debeant 9.18

Conſolidatio, confuſio, & extinctio differunt 20.§.16.n.5

Conſortibus pluribus exiſtentibus, ſi quidam conſentiant, alij erren', id quod actum eſt, non valet 19.11

Secus eſt in pluribus confidejuſſoribus ibi.11

Conſponſi quinam dicantur 4.68

Conſponſores quinam ſint 4.65

Conſponſor aliquando eſt conjurator ſive compurgator ibi. num.66

Conſtitutio latius patet, quam fidejubere 18.5

Conſtituere quis poteſt ſe pro alio ſoluturum 24.78

Conſtituere pro ſeipſo quis poteſt, ſed non fidejubere 7.20

Conſtitutio particularis & localis ad alium locum extendi nequit 20.§.12.n.26

Conſtitutiones Electorales licet loco claudantur, non tamen earundem æquitas, & ratio ipſa clauditur, quæ ubique viget ibi.n.27

Conſtitutum certo modo, certo modo quoque diſſolvitur 20.in proœm.num.1

Conſtitutum cum fidejuſſione affinitatem quandam habet 18.4

in Conſtituto recte intervenit fidejuſſor 10.275

Conſueto familia vivens eſt probabilis, quia cavetur, ut certo modo in illa familia ſuſtentur 1.128

Ampliatur, ibi n.119

Conſuetudo inducitur adeo qui habet poteſtatem legis condendæ S.part.3.n.3

Conſuetudinem inducunt qui poſſunt ſtatuere ibi.n.5

Conſuetudo probanda ab allegante ibi. n.6

Conſuetudo non extenditur de uno loco ad alium ibi.n.7

Conſuetudo generalis ubique ſervanda eſt ibi.n.8

Conſuetudo, & uſus loquendi attenditur ibi.n.73

Conſuetudo excuſat à delicto etiamſi iniqua ſit M.54.

Conſuetudo, lex actum & ſtatutum in materia fidejuſſionis pares ſolent efficere 20.§.9.n.50

Conſuetudo loci conſideranda eſt in captivorum relaxatione 10.369

Conſuetudo non poteſt vincere legem aut rationem 6.218

Conſuetudo vel ſtatutum valet, quod uxor teneatur pro marito 7.407

Conſuetudine poteſt introduci, ut vaſallus feudum in præjudicium domini alienet 6.212

Conſuetudine à lege generaliter improbata, cenſetur improbata tam præterita, quam futura 6.216

Conſuetudinibus iniquis non fovendum 5.113

Contenti appellatione quando veniant continens S.part.5.n.70

Conſulteris de repente conſule iis conſilium nullum M.80

Contemptum pariunt familiaritates, & indulgentia nimia 1.44.

Continens à contento diverſum eſt 17 4.

ex Contingentibus, & dubiis certitudinem ſibi polliceri non licet. 1.6

Contractus ab affinatis celebrati non reſcindantur 15.73

Contractus commerciis utiliſſimus è medio tolli non debet 2.18

Contractus ebrij viribus non ſubſiſtit 7 127

Contractus eſt fidejuſſionis genus remotum 1.21

Contractus, & inſtrumentum plurimum inter ſe differunt 17.3

Contractus initium ſemper eſt ſpectandum 20.§.13.n.9

Contractus in ſervitute habiti pro nullis reputantur 4.46

Contractus jurato contravenire velle, eſt contra ſtimulum calcitrare 8.115

Contractus, lex, eſt voluntas contrahentium 29.§.12.n.31

Contractus mundi omnes etiam ſtricti juris de jure canonico ſunt bonæ fidei 17.22.& ſeq.

Contractus omnes ſunt liciti, modo fraus, & ſimulatio abſit, excepta donatione inter conjuges 9.98.& ſeq.

Et ibi.num.103

Contractus quando poſſunt conciliari, tum primus à ſecundo non tollitur, verum ſecundus intelligitur juxta primum 20 §.3.n.14

Contractus ſi ſit nullus, vel legibus improbatus, pro quo fides interpoſita eſt, judex recte ſolutionem inhibere poteſt 19.58

Contractus verba habentur pro textu, cui magis credendum eſt quam gloſſa 20.§.10.n.40

Contractus unico actu, & momento perficiuntur 7.555

Contractus nullus non eſt obnoxius gabellæ M.107

Contrahens cum aliquo eum idoneum approbare cenſetur M. 98

Contractibus innominatis, re adhuc integra, diſcedi poteſt 6.12

in Contractibus nominatis pœnitentia non habet locum 6. 126

Contractuum quorum nomine obligatio mandati conſiſtit, eorum etiam nomine fidejuſſor obligari poteſt 10.6

Contradicens libello non poteſt in eo ſe fundare M. num. 332

Contrahendi poteſtas à poteſtate agendi ſecernenda eſt 7. 332

Contrahentes decipi non debent.8 .21

Contrahentes recte omnes etiam fidejuſſorem dare poſſunt 5.365

Contrahentes utrum ebrij an ſobrij fuerint, fidejuſſor annotare debet 11.33

Contrarietas legum eſt evitanda 11.73

Contumax reus lata ſententia non auditur, ſi poſtea reverſus fidejuſſorem dare, & poſſeſſionem recuperare velit 5.383

Contumax beneficium juratoriæ cautionis perdit 18.108

Contumacia rei, fidejuſſoris obligationem non auget 24 194 E. num.197.ibid.

Contumacia, ut multis modis committitur, ita etiam variè coercetur.ibid.num 192.

Contumelia aliqua eſt in fidejuſſore dando, non in pignore 6. 138

Contumelioſa acclamatione neminem licet deridere 19 95

Conturbatores qui dicantur 5.104

in Conventionibus inſpicitur uſus communis S.part.5.n.63

Conventio qua unus alterius infortunium in ſe ſuſcipit an ſit licita S.part.1.n.2.& 5

Conventio non eſt illicita eo quod periculum quis in ſe aſſumat ibid.num.6

Conventio nuda non valet. S.part.2.n.1

Conventio nuda patitur exceptionem ibi.27

Conventio conditionalis quæ à facto alterius dependet valida eſt ibi.n.2

Conventio de Matrimonio contrahendo inter Titium, & Sejam valida ibid.n.4

Conventio qua quis ſibi triſtem eventum expectat valet ibi.16

Conventio ſi pluet hodie, vel erat valet ibi.n 20

in Contractibus contra eum interpretatio fit qui poterat legem clarius dicere S.part.4.n. 58.

Contractus innominati in quibus quis in ſe periculum aſſumit non illiciti S.part.1.n.8

Contractus nominatus citatur falſa adiectione S.part.n.14

Contrahentium intentio ſemper incipienda ibid.27

Contractus ſi conventione legem accipiunt ibi.n.44

Contrahere liceat ſuper re aliena S.part.5.n.11

in Contractibus magis mens, quā verba attenduntur S.par.4.n.14

ſi Contractus conveniens non poteſt opponere exceptionem Domini ibi.48

Conventio dat legem contractui 5.378

Conventio de alio judice, quam competente adeundo, ſubſiſtit 23.19

Conuentio,& pactio cum reo facta, quando fideiuſſori proſit 27.part.5.num.1.& ſeq.
Conuentio fideiuſſoris an reo proſit ibid.num.5.
Conuentiones partium per ſententiam ſuperioris confirmat 'tutius eſt 1.134
Et num.135.ibid.
Copulatiua requirit concurſum vtruſque copulati 10.165
Corpus liberi hominis æſtimationem non recipit 10.178
Correus principaliter quis eſſe poteſt,& tamen etiam fideiuſſor alterius correi 11.216.
Credentiales literæ quatenus ſcribentem obligent 18.22
Credendæ pecuniæ modus olim lege tribunitia præſinitus fuit. 7.217
Creditor acerbus aut contumelioſus eſſe non debet 5.14
Creditor à debitore incarcerato aliud pro alio accipere cogitur, 18.73
Creditor ad petitionem debiti cogi non poteſt 20. §. 15. num. 13.
Creditor, cui debitor pignus, & fideiuſſores obligauit, poteſt debitori gratiam facere,vt pignus vendat,fideiuſſore nihilominus obligato manente 20.§.13.n.29
Declara vt ibid.n.31
Creditor, cui per ſubhaſtationem liberantur bona debitoris, habetur loco emptoris, ideoque ad fideiuſſorem redire nequit 20 §.21.n.39
Creditor dans diem debitori, cautelam ad ſoluendam pecuniam ab eo exigere poteſt 5.129
Creditor de idoneitate fideiuſſoris dubitans, aſtringit debitorem aſſerentem,ad illam qualitatem probandam 8 18.
Creditor,& fideiuſſor non ſunt iudicandi ad imparia 27.part. 1.num 64.& ſeq.
Creditor ex duobus oblatis fideiuſſoribus vnum eligens, poſtea pœnitere non poteſt 6.28.
Creditor ex quocunque contractu fideiuſſorem petere poteſt, nec intereſt,cuius ſit qualitatis vel conditionis, modo in creditum abire poſſit 6.53.& ſeq.
Creditor falſus quis 20.§.27.n.39
Creditor fideiuſſori hæres ſi exiſtat,liberatur fideiuſſor, & non manet obligatus 20.§ 16.n.29
Declara vt num.30.ibid.
Creditor in dubio præſumitur ſciuiſſe fideiuſſoris qualitatem 8.17
Creditor in vno caſu ipſemet fideiuſſorem dare tenetur 6. 223
Creditor iudicis auctoritate interueniente res in ſolutum accipiens, fruſtra de reſiduo actionem inſtituit 20.§. 21. num.38
Creditor merces in ſolutum accipiens, & debitorem liberans, non poteſt ob læſionem dationem inſolutum reſcindere 20.§. 21.num.7
Creditor non tenetur cautionem præſtare de refundendo.ſi debitor,qui ſpontaneo pacto ſe carceri aſtrinxit, in aduerſam valetudinem incidat 6.259. & ſeq.
Creditor non eſt culpandus, qui cum poſſit ſolutionem exigere, non admittit ſatisfactionem 5.18
Creditor non cogitur nouos fideiuſſores accipere à debitore, qui carceratus eſt ob debitum liquidum ſoluendum 20.§. 27.num.26
Creditor non alios,quam à ſe,vel à iudice approbatos fideiuſſores accipere cogitur.6.3
Creditore oblatos fideiuſſores recuſante quid ſtatuendum 6.32 & ſeq.
Creditor onerosus, & debitor delicatus, non ſunt audiendi 5.33
Creditor præſcribit debitori legem, & venditor emptori 5.3
Creditor recipiens res quaſdam in ſolutum à debitore pro reo, quod ſupereſt,vel pro reſiduo, vel pro ſumma reſtante, poſtea non poterit aliquid petere,etiamſi ſibi plus debeatur 20 §.21.num.35
Creditor ſi agat contra plures fideiuſſores, qui promiſerunt de defendendo,poteſt illos compellere ad conſtituendum vnum procuratorem 6.48
Creditor, ſi non idoneum fideiuſſorem accipiat,ſibi imputet, 8.16
Creditor ſolutionem vrgens, nequaquam verbis iniurioſis eſt excipiendus 19.49
Creditor vim inferens vna cum iure crediti, etiam fideiuſſoriæ obligationis ius amittit 20.§.17.n.7
Creditor qui habet pignus debitoris non poteſt conuenire fideiuſſorem ſi pignus poſſit vendi commodè M.18
Creditor qui poteſt in conuentione ingredi debitoris poſſeſſionem ſi petat à Iudice licentiam eaque denegetur amplius non poteſt propria authoritate poſſeſſionem ingredi M.17.
Creditor tenetur emendare damna pignorum penes eum exiſtentium M.298.
Creditor qui lapſo ſolutionis termino fideiuſſorem in carceres coniecit poteſt bonorum tenutam petere M.378
Creditor poteſt teſtimonium ferre in cauſa ſui debitoris M. 383.
Creditoris expulſi debitor coactus ſoluere debitum ciuitati, liberat non ſolum ſe, ſed etiam fideiuſſorem 20. §. 1. num.16
Creditoris mandatum expectandum eſt, antequam huic vel illo pecunia perferenda tradatur 20. §. 27. numer. 25. & 27
Creditoris maximopere intereſt,ne obligationis conditio mutetur 25.50,
Creditoris veri, & apud quem ipſe reus principalis eſt obligatus, conſenſus requiritur in accipiendo fideiuſſore 6. 51. & ſeq.
Creditori in primis dari ſolet fideiuſſor 6.1
Creditori non obeſt acceptio dationis in ſolutum.ſi ab initio expreſſe proteſtatus fuerit,ſe nolle aliter rem in ſolutum datam accipere,quam ſi ſe ad debiti ſui quantitatem extendat 20. §.21.num.20
Creditori pacis pecunia,ad mandatum ipſius à debitore | vel fideiuſſore per tabellarium creditoris remiſſa 20.§.27.n. 21. & ſeq.
Creditori vtilis actio accommodatur, ſi pro ſoluto ei res data fuerit, ad hoc, vt in quantitatem debiti ei ſatisfiat, vel quanti eius intereſt 20.§.21.n.16
Creditore debitoris hærede exiſtente liberatur fideiuſſor 20. §. 16.num.9.10.11.12.14 & 17.
Creditore vno immiſſo,etiam reliqui immiſſi exiſtimatur 25. 114
Creditoribus decoctorum licet pignori incumbere, antequam dies obligationis venerit, ſi videant illos verſuram moliri, 25 63
Creditoribus pluribus concurrentibus, & ſeparationem bonorum petentibus,quatenus hæres electione liberetur 20.§.13. num.9
Creditur iuſtè quod communiter creditur 7.102
Criminale iudicium dicitur,ſi pœna fiſco appellatur 10. 362
Criminalis cauſa ea ſolum reputatur iure Saxonico, in qua corporalis pœna infligitur 10.364.
Criminali in cauſa qualis debeat eſſe forma fideiuſſionis 11.129
Criminali in cauſa interueniens fideiuſſor,vt ſupplicium capitis luat, non poteſt conſuetudine introduci 20.§.9.num.49
Et ibid.num.53.
Criminales,& ciuiles cauſæ quanam propriè ſint.10.360
Criminalibus in cauſis certis tantum caſibus reus ſub præſtatione fideiuſſorum dimitti debet 10 377
in Criminalibus datus fideiuſſor, ſi pro condemnato ſoluerit, quo remedio repetat 25.154.& ſeq.
Criminalibus in cauſis quando fideiuſſor interuenire poſſit, remiſſiue 10.380

Criminalibus

Criminalibus in cauſis etiam rectè fideiuſſor interuenit 10. 355.
Declaratur ibid.num.359.
Criminalibus in cauſis pro qualitate delicti, & perſonarum plures fideiuſſores exiguntur. 9.34.*ac ſeq.*
Criminaliter qui in iudicio pulſatur, ſi ibi nec hereditatem habeat, nec fideiuſſorem præſtare poſsit, tamdiu perſonaliter detineri poteſt, donec fideiuſſorem præſtat, idque de iure Saxonico 10.407.
*Cruciatus corporis morti æquiparatur.*10.439.
Culpoſo ſi imputetur id quod culpa ſua obuenit oportet culpam eſſe cauſam immediatam damni.S.part.4.n.37
Culpa ceſſante non tenetur quis de damno dato alteri occaſione ignis ibid.41.
*Culpa periurum non facit, modo dolus abſit.*19.117.
*Culpa ſocij nocet alijs ſuis ſocijs.*24.168.
Culpæ, & moræ eadem eſt ratio, quando de peculio agitur. 20.§.15.*num.*17.
*Cumani impetrarunt à Romanis, vt illis publicè latinè loqui liceret.*11.132.
*Curator, & tutor fideiuſſorem dare tenentur, rem adulti vel pupilli ſaluam fore.*5.214.
Et num 215.*ibid.*
*Curator bonis datur an cum fideiuſſoribus ſatiſdet, arbitrio iudicis relinquitur.*5.242.
Curator vnius ſocij furioſi licentiam habet diſſoluere ſocietatem furioſi. 20.§.30.*num.*2.
Curatoris ſubcurator admittitur. 4.57.
*Curatores non adhibentur ad ſolennia iuris, ſed tutores tantum.*7.96.
*Curatores Reipub.fideiuſſores exigere ſolent.*6.250.
*Curatorum iuratoria cautio non admittitur.*5.226.
*Curatorum ſatiſdatio præciſe fideiuſſores exigit.*5.217.
in Curatorum ad litem datorum, & eorundem fideiuſſorum bonis, hypotheca tacita locum habet. 27 *part.*5.*numero* 21.
*Curator ſi eo momento quo datus eſt interponet auctoritatem in contractu minori non valet contractus M.*78.
*Curatoribus ex duobus vel tribus ſi vnus moriatur, non datur alius, niſi ſuperſtites conſentiant.*20.§.10.*nu.*65.
*Et ibid.nu.*68.
*Curialis non poteſt eſſe fideiuſſor.*7.174.
*Et num.*175.*ibid.*
*Curialis in rem ſuam fideiubens obligatur.*7.177.
*Curialium periculo fideiuſſor dari poteſt.ibid.num.*176.
Curiæ, quales in iure deſcribuntur hodie, nullæ amplius ſunt. 7.178.
*Curioſi in alienis eſſe non debemus.*7.476.
*Cuſtodia militaris quanam proprie olim fuerit, ex Lipſio, & Prateo.*10.374.

D

*DAmnatio iniurioſa quomodo vindicetur.*26.33.
*Damnatus per iniuriam iudicis fideiuſſor, iure mandati nihil repetit. durum tamen eſt ibi.n.*23.*& ſeq.*
*Damnatus in opus publicum ſi refugiat, duplicato tempore damnatur.*22.32.
Damnatorum in effigies quomodo olim ſæuitum fuerit. 10. 100.
Damnum, à debitore datum, auget fideiuſſoris obligationem. 24.184.
Damni dati culpa tua an mihi aduerſus ſe competat regreſſus S.part.4.n.35.
*Damni infecti nomine fideiuſſor rectè accipitur.*10.84
*Etiam in feudalibus. ibid.n.*85.
*Damna, & intereſſe prius liquidari debent, quam exequantur.*26.64. *& ſeq.*
*Damna, ſumptus, & expenſæ litis, etiam dicto, vel iureiurando fideiuſſoris taxantur.*26.75. *& multis ſeq.*
*Damnorum appellatione non veniunt expenſa.*26.7.
*Sed limita vt ibid.num.*73.
*Damno ſuo nemini officium ſuum eſſe debet, ne quidem in publicis muneribus.*25 1.
Dania, Noruegia, & Suecia Reges ſubtraxerunt ſe Imperio Romano. 7. 577.
Datio acceptionem requirit. 6.9.
Fallit.ibi.n 10.
Datione in ſolutum tollitur obligatio fideiuſſoria. 20.§.21. *num.*1.*& ſeq.*
Datio in ſolutum tollit naturalem obligationem. 20.§.21. *num.* 14.
Datio in ſolutum pœnitentiam non admittit. 20. §. *&* 21. *num.*6.
*Datio in ſolutum, & emptio æquiparantur.*6.123.
*Datio in ſolutum dicitur nulla, ſi facta ſit pro maiori pretio, quam fuerit debitum.*6.127.
*Datio in ſolutum reuocari non poteſt.*6.124.
*Datio in ſolutum æque liberationem operatur, ac ſolutio.*20. § 21 *num.*9.
*Datio in ſolutum vicem venditionis obtinet.*20.§.13. *numero* 26.
Dationem in ſolutum accipiens ius plenum conſequitur, & fit vtilis dominus 20 § 21.*n.*8.
*Datio in ſolutum vicem venditionis obtinet.ibid.n.*4.
*Quod declaratur.n.*5 *ibi.*
*De, præpoſitio auget ſignificationem.*3.38.
Debere ſibi ipſi nemo poteſt. 6.74.
*Debere cui nolis, graue tormentum eſt.*20 § 4. *num.*6.
*Debere, peccatum fuit Perſis.*15.7.
Debita priuati iuris non rectè denegantur. 19 71.
*Debitor, ad iuramentum creditoris, illum eſſe ſuſpectum de fuga, detineri poteſt.*10.§.38.*n.*3.
*Debitor bonis cedens, bona ſua extantia mediante iuramento ſuo ſignificare cogitur.*5.81.
*Debitor cogitur exponere expenſas in conficiendo inſtrumento obligationis.*26.14.
*Debitor de fuga ſuſpectus ſatiſdare cogitur præciſe.*5.37.
Eaque eſt Doctorum communis opinio, ibi.n..9.
*Debitor de fuga ſuſpectus, quocunque loco, & tempore, etiam feriato, capi, detineri, & in carcerem conijci poteſt. ibid. num.*38.
Debitor de fuga ſuſpectus fideiuſſores præſtat de iudicio ſiſti, iudicatum ſolui.ibid nu 40.
Contrarium aliquibus placuit.ibi.n 42.
*Sed refellitur ibi.n.*43.
Debitor de iure Saxonico non aſſignatur creditori ad operas præſtandas, quamdiu fideiuſſionem præſtare poteſt 15. 47.
Debitor delicatus, & creditor onerosus, non ſunt audiendi. 5..3.
*Debitor delicatus non magis, quam onerosus creditor eſt dicendus.*22.63.
*Quod corroboratur.ibi.n.*64.*&* 65.
*Debitor de futura inopia futurove dolo ſuſpectus ſatiſdare cogitur.*5.45.
*Debitor eſt ſeruus, & cliens creditorum.*6.139.
*Debitor faciens ſcribi me abſentem in inſtrumento tanquam fideiuſſorem, crimen falſi incurrit.*7 31.
*Debitor fideiuſſorem idoneum eſſe temere adfirmans, tenetur creditori ad intereſſe, ſi damnum patiatur.*8.25.
Debitor habetur pro mortuo, bonis eius vniuerſis publicatis 20.§ 14.*n.*2.334.*&* 5.
Debitor bonis cedens bonis, nihil vituperabile facere cogitur 19.192.
*Debitor in diem vel ſub conditione, aliquando cautionem, aliquando ſatiſdationem præſtat.*5.49.

Debiter, non deſiderante creditore, non eſt coſtrictus, fideiuſſores offerre 6.29.
Limitaturam 30.ibid.
Debiter non tenetur, crediterem de qualitate, & idoneitate fideiuſſorum certiorem reddere 8. 10.
Et ibid.num.11.12.13.ac 15.
Debiter offerens pro debito illiquido fideiuſſoriam cautionem etiam verbalem ſaltem, auditur, quando agit de damno vitando, ſecus ſi de lucro captando 10.489.
Debiter primam dilationem tranſgreſſus, commodo ſequentium dilationum priuatur 19.131.
Debitor principalis ſi nulliter promittit, fideiuſſor non tenetur. 10.23.& ſeq.
Debiter, qui bonis ceſſit, cogitur ſatiſdare de ſoluendo reſiduo, ſi ad pinguiorem fortunam peruenerit.5.79.
Debiter ratione retardatæ ſolutionis ad intereſſe non tenetur, antequam in mora ſoluendi ſit conſtitutus 24. 137.
Debitor ſi clericus fiat, non tenetur eum ſiſtere fideiuſſor, ſed liberatur 20 §.26.num.12.
Contrarium eſt verius.ibid.
Debiter ſi vergeat ad inopiam, idque fideiuſſores crediteri ſignificauerint, is verò debitorem conuenire negligat, an adhuc teneantur fideiuſſores, ſi is fiat non ſoluendo 20. §. 15 num.8.& multis ſeqq.
Debitor vagabundus, & fugitiuus in quocunque loco rectè arreſtari poteſt 27.part.5.num.16.
Debiter vel fideiuſſor transferentes in crediterem liberam facultatem obligationis pro ſuo libitu concipiendi non poſſunt poſtea pœnitere 17.94.
Debiter vendens pignus, quod alieni datum eſt, vt fideiubat, furtum committit 20.§.13 num.32.
Debiteris addictio in manus creditoris, ſecundum ius Saxonicum, defendi poteſt ac tueri 6.254.
Debiteris addictio in manus creditoris, vbi hodie vſitata, vel non 6.256.& ſeq.
Debiteris appellatione venit etiam fideiuſſor 20. §. 1. num. 44.
Debiteris appellatione comprehenditur fideiuſſor 20.§.24. num.2.
Debitori bonis cedenti ſaltem veſtis eſt relinquenda 5.80
Debitoris conſenſus non ſemper requiritur in conſtituendo fideiuſſore 5.146.
Et num.147.148.149.150.151. & 152.
Debitoris defuncti proximi cognati, & fideiuſſores ante nonum diem poſt ſepulturam non conueniuntur.27 par.4. num.71.
Debitoris delictum fideiuſſoris obligationem augere nequit. 24.172.
Ratio ponitur ibid.n.173.174.& 175
Debitoris, & fideiuſſoris eſt periculum, ſi illi ſua ſponte, per ſuum tabellarium pecuniam crediteri tranſmittant, eaq; pereat.20.§.27.num.29.& ſeq.
Debitoris mei debiter quatenus etiam meus ſit debiter. 27. part.5.num.84.
Debitoris mortui cadauer vt ſepeliatur, non poteſt etiam iudicis licentia ſequeſtro impedire 10.45.
Debitoris rogatio non conſtituit fideiuſſorem, ſed creditoris interrogatio, & fideiuſſoris ſponſio.3.35.
Debitoris vxor ac liberi de iure Saxonico debituri ad ſeruiendum non addicuntur 6.255.
Debitori ex probabili ratione prohiberi poteſt, ne bona ſua alienet 15.15.
Debitori, eiuſque fideiuſſori regulariter incumbit, vt rem ſua morte, vel caſu fortuito, abſque ſuo facto periiſſe probent. 20.§ 27.num.7.
Debitori ſi abſque capitis diminutione bona tantum adimantur fideiuſſor liberatur, ſi modò debiter idoneus fuerit facultatibus 20.§.14.num.20,
Debitori, ſi vna cum capitis diminutione diſtractum omnia bona adimantur, fideiuſſor non liberatur. 20. §. 14. num. 22.
Quod plenius deducitur, n.23.24.25.& 26 ibid.
Debitorem de fuga ſuſpectum, iudex etiam incompetens ad ſatiſdationem compellere poteſt.5.41.
Debiterem lege xij.tab. ſi multi eſſent crediteres, in partes ſecare licebat 20.§.9.num.68.
Sed Romani illo rigore non ſunt vſi ibid.n.69.
Debitorem ſe eſſe fatetur, qui poſt fideiuſſoris dationem vltro partem ſoluit.5.177.
Verum diſtingue vt ibi.n.178.
Debitore bona ſua alienare prohibito, non tamen fideiuſſor alienare prohibetur, contra Franciſcum Lametium 15.14.
Et ibid.num.17.& 18
Debitore crediteri hærede exiſtente fideiuſſori liberatio contingit 20.§.16 num.26.
à Debitore damnum datum auget fideiuſſoris obligationem. 24.184.
Debitore fideiuſſori hærede exiſtente, fideiuſſoria obligatio tollitur.20.§.16.num.45.
Sed notabiliter declaratur.ibid.num 46.& 48.
Debitores duo vnum fideiuſſorem dare poſſunt.9.24.
Debiteres malæ fidei, & decoctores ſimiles chamelconti.15.8.
Debitores non ſoluentes quomodo Bœoti dehoneſtauerint. 19. 96.
Debitorum, & fideiuſſorum fruſtratio in ſoluendo fideiuſſioni aduerſatur 19.44.ac ſeqq.
Debitores debita verò liquida denegantes, creditoribus actione iniuriarum tenentur.19 72.
Debitoribus debitoris noſtri fieri poteſt arreſtum, & denuntiatio, ne ſoluant 19.60.
Debitum diù differens petere, præſumitur eſſe in mala fide. 20.§.1.num.86.
Debitum eſt reatus quædam ſpecies. 6.140.
Debitum naturaliter in foro animæ omnino præſtari oportet. 7.528.
Debitum nec exigi, nec ſolutio mandari ante tempus poteſt. 20.§.15.num.33.
Debitum quo loco exigatur, aut cum improbo fideiuſſore litigetur, non parum refert.14.7.
Debitum ſolui poteſt etiam ante diem inuito crediteri 20. §. 15.num.12.
Debitis pro alienis moleſtari iniquum eſt. 20.§.10.numero 31.
à Debitis vt homines liberi ſint, ſeruit vtilitati publicæ 7. 206.
Decani, Commendatores, Milites cruciferi. &c. rectè fideiubent.7.265.
Declaratur.ibid.num.266.& 267.
Decennio quod durat, diù durare non dicitur.5.140.
Declamare quid ſit.5.329.
Decipitur minus, cui celeriter negatur.20,§.33.num. 2.
Deciſum quod eſt nominatim, nullam admittit correctionem 20.§.13.num.22.
Decoctores & malæ fidei debitores ſimiles chamelconti. 15.8.
Decoctores publicè puniri Reipublicæ intereſt.5.111.
Decoctores quinam ſint, & quid ſit decoquere. Item, quinam dicantur Conturbatores, Falliti, Bancerupti. 5. 104.
Decoctorum creditoribus quando pignori incumbere liceat 25.63.
Decreti formam cum ſuis qualitatibus ſe obſeruaſſe probare debet, qui ſe in decreto fundat.10.466.
Decamani, Portieres, Pecuarij quinam fuerint 5.313.
Decuriones noſtris ſenatoribus æquiparantur.7.179.
Deditio, datio ac donatio acceptionem ſiue [illegible] requirunt.6.9.
Fallit.ibid.num.10.

Defenſiones

Defenſiones omnes ſunt integræ, nondum per ſententiam finita cauſa 10.391.
Defenſori omni cautionis de iudicato ſoluendo præſtatio incumbit. 10.145.
Delegans ſoluere dicitur. 20.§.4.num.2.
Delegatio cum fideiuſſione non eſt confundenda 6.179.
Delegatio vt ſubſiſtat, quæ requirantur 20.§ 4.num.5.
Delegatione tollitur fideiuſſoria obligatio. ibid. n.1.
Delictum non præſumitur in dubio. S. part. 1. n. 22.
a Delinquendum nullus Inuitandus. S. part. 2. n. 10.
Delinquendi occaſio non eſt danda. ibi. n. 14.
Capiendis intellectus qui excludit delicto M. 47.
Dolus eſt delictum. S. part. 5. n. 13.
Dolus, & fraus in dubio non præſumitur. ibi. n. 14.
Dolus & fraus nemini patrocinari debent. S. part. 4. n. 24.
Dolus tertij non iuuat aſſecuratorem. ibid. n. 25.
ex Dolo alterius nemo debet lucrum conſequi. ibid. 23.
à Dolo quis excuſatur quibuſuis excuſationibus M. 58.
Demonſtratio falſa vitiat contractum aſſecurationis S. par. 4. num. 1.
Demonſtratio falſa per naturam an noceat in ſponſionibus ibid. num 26.
Delictum capitale confeſſus fruſtra laborat, vt ſub cautione fideiuſſoria relaxetur. 10.416.
Delictum quando vocant Iuriſconſulti, etiam quaſi delictum, expreſſo orationis genere intelligunt. 10.337.
ex Delicto alterius nemo corporaliter punitur 20. §. 9. n. 43. & ſeq.
Delphinatus Franciæ Imperio Romano non amplius ſubeſt. 7.582.
nec Dux Sabaudiæ vt ibi. n. 581.
Denunciare volens tempus præſcriptum obſeruet 22.48.
Denunciatio à plus tempore petitione multum differt. ibid. num. 47.
Denunciationes iniuſtæ contemni poſſunt. 19.67.
Deportatio morti æquiparatur. 10.28.
Deportatus aut bannitus pro idoneo fideiuſſore non agnoſcitur 7.599.
Deportatus debitor, ſi per indulgentiam principis bona ſua recipiat, omnino creditoribus ſuis ſoluere tenetur. 20 §. 14. n. 17.
Declara vt n. 18. ibi.
Depoſita, oblata, ac obſignata pecunia non poteſt deponenti à depoſitario ſine licentia iudicis reddi. 20. §. 1. n. 36
Depoſita pecunia alicui permitti poteſt, ſi modo præſtet fideiuſſionem de non alienando. 5.123.
Depoſitario nemo extrinſecus depoſiti reſtitutionem interdicere poteſt. 19.61
Eius, Etimologia ponitur, ibi. n. 62.
Depoſitario pecuniam depoſitam decoquente, an periculum ſit creditoris vel debitoris. 20 § 27. num. 44.
Depoſitarum rerum nomine ſcriptura confici debet 5.261.
Depoſitarii valde ſunt priuilegiati. 17 part. 1 n. 269.
Depoſiti, & commodati contractibus fideiuſſor recte accedit. 10.206. & ſeq.
Quod tamen declara vt n. 208. 209. & 210. ibid.
Depoſito vel conſignato debito à reo principali ex quo, & ipſe, & fideiuſſor erat liberatus ſi poſtea reus illud recipiat an dicatur fideiuſſor item poſſe conueniri. M. 372.
Depoſitio pecuniæ in retractu nocturno tempore fieri poteſt. 12.4.
Deputati ad comitia Imperij an pro legatis reputandi 7.559.
Deſertio vadimonij quid. 3.45.
Deſiderare, & poſtulare quid ſit in iure. 27. part. 2. n. 80.
Deſinere non poteſt, quod numquam cœpit. 20. in proœm. num 9.
Determinare prius, quàm terminos intelligere, turpe eſt. 1.4.
Deus non facit dominum inter ſimplicem loquelam, & iuramentum M. 358
Dextra ſedes fidei. 11.167.
Dextra data apud Perſas in primis firmiſſimi fœderis ſignum ibi num. 170
Dictio, Ad triennium, quid importet. 20. §. 12. n. 23.
Dictio, vnde dicatur. 16.9.
Dictio aliquem ſoluere, aut fideiuſſores dare, aut fideiuſſorem fieri quam vim habeat. 7.22.
Dictio, Et cætera, extendi non poteſt, quando contractus, & actus de neceſſitate debet fieri in ſcriptis. 10.127
Dictio, Ipſe & Se Germanice, ad perſonam in indiuiduo ſe reſtringere videtur. 20. §. 10. n. 48 & 50.
Sed declara vt nu 51 52. ac 53. ibid.
Dictio, Niſi, eius natura eſt, vt quando præcedit oratio negatiua negans potentiam, illa ponat potentiam tantum non actum. 10 469.
Et facit exceptionem ibid. num 470.
Dictio, Non, appoſita ſigno vniuerſali, quid operetur. 24.55.
Dictio, Non antequam, cuius ſit effectus. 10 472.
Dictio, Omnino, quid importet. 24.87. & ſeq.
Dictio Poſt, refertur ad extremitatem ſeu finem. 22.75. Item, cap 28. n 47.
Dictio, Poſtquam, quid operetur 10 473.
Dictio, Prius quando à lege exprimitur, inducit ordinem, quo peruerſo, actus fieri nequit. 10 468.
Dictio. Pro ſe, non ſemper eſt perſonalis. 20. §. 10. num 56.
Dictio, Recte, quid denotet. 11.62.
Dictio, Rite, quid ſignificet. ibid. num. 161.
Dictio. Rurſus, vel Iterum, in duabus vicibus verificatur. 20. §. 9. num. 15.
Sed declara vt num. 16. ibid.
Dictio, Si Tamdiu Donec, Quoad, Quouſque, Quamdiù, &c. quid importet. 10.475. & ſeq
Dictio, Toties, Quoties, infinitatem, plurimumque actuum multiplicationem ſignificat. 20. §. 9. num. 21.
Declara vt ibid. num 28
Dictionis, vel eſt implicare diuerſa. S. part. 4. n. 27.
Dictio quoque eſt implicatiua ſequentium caſuum. S. part. 1. num. 15.
Dictiones quoque & aliæ aliquando ſunt impropriè. ibi. 25.
Dictio, Vſque cuius ſit effectus. 20. §. 12. n. 24.
Dictiones, Tantum Dumtaxat, Saltemmodò Ego, Solus, adductæ obligationibus, non excludunt perſonam hæredis. 20. § 10. n. 54.
Dictiones, Ita demum Tantum, Dummodo, Nullatenus, Non aliter, Nec alio modo, ſunt taxatiuæ, negantes omnes alios modos 10.474.
Dicti ratio non debet eſſe eadem cum dicto. 5.17.
Dicto aſſerentis cum iuramento ſtatur, in his, quæ dependent ab animo 18.16.
Dixiſſe aliud eſt, aliud feciſſe 10.484.
Dies Dominica inſtituta loco Sabbati. 12.16.
Dies, & locus ſunt de ſubſtantia inſtrumenti. 12.24.
Dies extenditur vſque ad mediam noctem, ibi. n. 30.
Dies incertus habet vim conditionis. 5.47.
Dies interpellat pro iudice. 20. §. 9. n. 11.
Dies lapſus habet vim pacti de non petendo. 28.4.
Dies ſolutionis ſicuti ſumma, pars ſtipulationis eſt. 22.3
Dies ſolutioni præfinitus, in fideiuſſione tacitè repetitus cenſetur. 22.15.
Dies commiſſi delicti in accuſatione apponatur, & non probetur reus abſoluitur. M. 72.
Die feriata, vt die Dominica nulla fideiuſſionis flagitarò poteſt exactio. 12.9
Et ibid. num. 15
Limitatur tamen in caſu neceſſitatis. ibi n. 10.
Die fieri dicitur, quod fit ſub auroram. 12.31.

Digitized by Google

INDEX.

Diffamari non debet fideiuſſor, fidem datam, qui rupit, & non obſeruauit. 19 93

Diffama us non conſtringitur præſtare ſatiſdationem in iudicio diffamatorio. 10.36

D ffertur, quod non auſertur. 10 390

Differentia quoties eſt obligationum, toties altera alteram perimit. 27 par.1.n.112

Difficultas excuſat à pœna à periuro ab excommunicatione. M. 159

Difficultas impedit ſtipulationem pœnalem. 19 166

Difficultas, quæ nulla diligentia euitari poteſt, à periurio excuſat. 19.113

Diffidentia hodie eſt totus mundus. 1.47

Dignitatis ſuæ inſignia nemo ad hoc exercere debet, vt alios iniuria afficiat. 20.§.16.n.11

Dilatio conceſſa debitori per maiorem partem creditorum, etiam fideiuſſori prodeſt. 22.82

Dilatio conceſſa debitori vni, motu proprio principis, operatur etiam quoad ipſius fideiuſſorem. 27.part.5. n.79

Dilatio conceſſa ſuper principali, videtur etiam conceſſa ſuper acceſſori. 22.80

Dilatio creditori conceſſa, etiam fideiuſſori prodeſt.27 part. 4.num.69.& ſeq.

Dilatio impetrata proficit fideiuſſori, ſi beneficio cedendarum actionum non renuntiauerit. 27.par.5.n.80

Dilatio non eſt damnum, vbi certior fit ex dilatione victoria. 15.49

Dilatio non ſemper eſt vtilis. 10.388

Dilationis cauſa ceſſante debet etiã ceſſare ipſa dilatio. 19.66

Dilationis moratoria exceptio quando fideiuſſori proficiat. 27.part.5.n.76.& ſeqq.

Dilationem ad ſoluendum iudex concedere poteſt. 19.64

Dilationem definit temporis adiectio, intra quam de ſolutione cogitandum eſt. 20.§.12.nu.10

Dilatoria exceptio ante litem conteſtatam opponenda, 28.7. & ſeqq.

Dilatoria exceptiones quæ 28.5

Dilapidator, ſi ad ſaneq; mores redeat, eius fideiuſſor non poteſt ad liberationem agere ſecundum quoſdam.25.64

Dilapidationis ſuſpicio quando non tollitur ſatiſdatione; res manet in ſequeſtro. 15.29

Dilectio proximi lex Regia vocatur. 12.11

Diligens ſe plus quam alium, non eſt culpandus. 22.72

Diligens, & induſtrius deterioris conditionis eſſe non debet, quam negligens. 25 47

Diſcrepantia re, & effectu non ſunt imperitè confundenda. 11.47

Diſpoſitio quælibet ſimpliciter concepta, vno primóque actu conſumitur, & finitur. 13.4

Etiam in vltima voluntate. ibid.n.5

Diſputatio grammatica caret vtilitate. 2.1

Diſſenſu tollitur obligatio fideiuſſoria.20.§.11.n.1.& 7

Ratio ponitur ibid.n.2

Diſtinctio cauſarum ſingularum, ſingulis ſuis appellationibus, per quam commoda eſt. 2.32

Diù durare non dicitur, quod decennio durat. 5.140

Diuiſionis beneficium tollitur renuntiatione. 27.par.2. nu.73. & ſeqq.

Diuiſionis beneficium num ceſſet, ſi plures perſonæ diuerſis temporibus fideiubeant. 27.par.2.n.3

Diuiſionis beneficium vt locum habeat, oportet ſingulos fideiuſſores eſſe ſoluendo tempore litis conteſtatæ. 27.part.2. num.17

Diuiſionis beneficium perſonas plurium confideiuſſorum concernit. 27.part.2.n.1

Diuiſionis beneficio non gaudent fideiuſſores plures, qui pro vno tutore, rem pupilli ſaluam fore promiſerunt. 27.par. 2.num.50

Diuiſionis beneficio quando non gaudeat fideiuſſor. 28.6

Diuiſionis bona bona eſt, negotium, de quo agitur, clarius efficere.4.12.

Diuiſionis exceptio eſt dilatoria.28.30.

Diuiſionis exceptio eſt anomala.ibid.n.31.& ſeq.

Diuiſionis exceptio ceſſat in pluribus fideiuſſoribus, qui ſe ad factum obligarunt.27.part.2.num.92.

Quod declara vt ibid.num 96.& 97.

Diuiſionis exceptio eſt exceptio iuris.27.part.2.num.90.

Diuiſionis priuilegium cur beneficium appelletur.27.part.2. num4.

Diuiſum quando debitum dicatur. 20 §.13.num.8.

Diuitijs conſeruantur familiæ.1.149.

Diuortio facto, maritus, & vxor ſibi capitales inimici fiunt. 6.148.

Doctorum dicta intelliguntur ſecundum iura quæ allegant. M.num.45.

Doctoratus aut ſacerdotium à patria poteſtate non eximunt. 7.624.

Doctores quot requirantur in examine doctorandi 9.20

Dolus debitoris aliquando etiam fideiuſſionis contractui repugnat.19.41.

Dolus eſt ſi quis nolit perſequi, quod perſequi poteſt 20.§.15. num.22.

Dolus, & fraus ſunt obſcura, ideoque inevitabilia 1.36.

Dolus rei non nocet fideiuſſori 20.§.6.num.7.

Dolus ſi non interueniat, nemo periurus cenſetur. 19.116.

Dolus, vis, & metus, contrariantur fideiuſſioni.19.15.

Doli actio quando, & quatenus aduerſus fideiuſſorem competat.21.12.

Doli mali exceptio detur fideiuſſori, qui indebitam pecuniam, quaſi obſtrictus in cautionem per errorem deduxerit. 25. 128.

Doli mali exceptio datur fideiuſſori 27.part.4.nu.36.

per Dolum debitoris ſi creditor pluris æſtimatum fundum in ſolutum accipiat, ſibi non præiudicat. 20.§.22. numero 21.

Dolo ceſſante, licet quis in culpa ſit, non tamen ſtatim fit periurus 19.117.

Dolo faciens fideiuſſor, quo minus reus exhibeatur, extra ordinem, arbitrio cognoſcentis puniri, & coerceri poteſt.20. § 9 num.142.

Dolo ſine malo periurium commiſſum nunquam punitur pœna periurij.19.11.& ſeq.

in Dolo verſari videtur, qui remedijs opportunis non vtitur. 26.11.

Doloſè iurat, qui aliter facturus eſt, quam promittit. 19.162. & ſeq.

Doloſè, & malitioſè plus debito exigens, à iure ſuo cadit. 24 10.

Domicilij loco mutato per fideiuſſorem, fit creditoris conditio durior.14.37.

Dominus non tenetur ad pecuniam ſeruo mutuatam, etiamſi illum epiſtolis commendauerit.18.18.

Dominus pro ſeruo ſuo fideiubere poteſt.7.298.

Domino ſuo res perit.21.20.

Dominium poſſidere, cautionem cauere, actiones agere, chirographum cauere, qua ratione dicatur 5.330.

Dominij quæſtio, ſi ante pretium ſolum in limine contractus moueatur, pretium emptor ſoluere non cogitur, niſi fideiuſſores idonei eius euictionis nomine offerantur. 10. 236

Quod egregiè declaratur ibid.n.237.& 238.

Donare difficilius eſt, & minus vtile, quam fideiubere 7. 463.

Donans omnia bona, retento ſaltem vſufructu tempore vitæ ſuæ, non tenetur præſtare cautionem de vtendo arbitrio boni viri.5.208.

Donandi animus non facilè præſumitur. 20.§.21.n.24

Donatio abſenti per epiſtolam facta valet.11.80.

I N D E X.

Donatio acceptionem ſine λαβοδωνίαν requirit.6.9.
Fallit.ibid.num.10.
Donatio æque debito liberat, ac ſolutio 20.§.28.n.3
Donatio aliud, aliud promiſſio de donando.3.14
Donatio, & remiſſio æquiparantur 20.§ 28.n.2
Donatio etiam in domo donatarij fieri poteſt.14.43.
Donatio inſinuationem requirit 7.211
Donatio mutuum, & ſtipulatio ſunt contractus νοτέων 6.101, & ſpeciales 2.3
Donatio non intelligitur fieri, licet hypotheca remittatur 6.130
Donatio propter nuptias eadem pacta reſpicit, quæ dos. 6.234
Donatio propter nuptias, & dos in multis differunt 6.231
Donationis propter nuptias, & rerum paraphernalium nomine, an recte detur accipiaturvè fideiuſſor? 6.230.
Et num.235.ibid.
Donatione etiam fideiuſſori liberatio contingit 20. §. 28. num 1
Donationes principum acceptatione demum quæruntur 6.11.
Donationibus lex Cincia modum ſtatuit 7.235
Donatarius non amittit rem donatam, etiamſi pro donatore fideiubere recuſet 7.365.
Donatio obligationis inſtrumento, res in eo contenta donata cenſentur.20.§.28. n.4.
Dos, & donatio propter nuptias in multis differunt 6.231
Dos regulariter non iteratur.13.6.
Dos tam chara marito eſſe debet, quam proprium patrimonium 6.177
Dotis ad exactionem etiam ex nuda pollicitatione rectè agitur 6.200
Dotis dationi rectè fideiuſſor adhibetur 20.269
Dotis dictio olim tripliciter fiebat 6.176
Dotis dominus eſt maritus 20.§.29 n.2
Dotis nomine eſt denuo fideiuſſor dandus, ſi primo non ſit ſatis cautum 13.20
Dotis nomine ſe frater pro fratre obligare non poteſt.6.152
Dotis reſpectu prohibitum, etiam in donatione propter nuptias cenſetur prohibitum: & vice verſa 6.232 & ſeq.
Dotis reſtituendæ fideiuſſor virò, & ſponſo dari poteſt 6.153.
Contrarium oſtenditur.ibid.num.156.& 157.
Dotis reſtituendæ fideiuſſor rectè datur, & accipitur: ſi l. 2. C.ne fideiuſſ. dot. dent: mediante iuramento renunciatur. 6.202
Contrarium eſt verius ibi.n.204.
Dotis reſtituendæ fideiuſſor rectè datur, ſi ſit talis conſuetudo 6.2.1
Sed declaravi num.212.213.214.& 217.ibid.
Dotis ſequeſtratio peti poteſt, conſtante matrimonio, ſi maritus ad inopiam vergens idoneum fideiuſſorem dare nequeat 6.292.& ſeq.
Dotem ampliorem, Regia Hiſpanorum lege, pater pro filia promittere non poteſt, quam ex parte legitima illi obuenturum eſt. 10.53
Dotem poteſt maritus, conſtante etiamnum matrimonio, uxori ex cauſa reſtituere 6.132
Dotem promittens extraneus rectè exigit fideiuſſorem à marito. 6.298
Sed in contrariam itur partem.ibi n.169
Dotem ſuſcipiens vnà cum marito poteſt fideiuſſorem de reſtituenda dote dare.ibi.n.195
Sed contrarium defenditur ibi.n.196
de Dote ſuis diebus reddenda cavere cogitur maritus nequitia ſuſpectus 5.83
pro Dote promiſſa fideiuſſor rectè intervenit 6.166.
pro Dote reſtituenda cur pignus, non autem fideiuſſor. detur 6.119.
Et num.121.122.133.136.141.ac 146.
Dotium favor piam cauſam ſapit.7.454.
Dotare eſt officium paternum 6.270.
Dotalitium in compenſationem dotis conſtituitur.6.227.
Dotalitij conſtituti nomine non rectè datur, vel accipitur fideiuſſor.ibi.num.226.
Dotalia pacta per Cameram Imperialem confirmata 2.136.
Duabus ex cautionibus oblatis cogitur quis vnam eligere ex decreto Cameræ Imperialis.9.49
Dubium non eſt aptum ad tollendam ambiguitatem 24.90
in Dubio debemus in benigniorem partem inclinare M.50
Dubia pro re fideiuſſor fidem ſuam interponere poteſt, modo adhuc certificanda veniat 24.23.& ſeq.
ex Dubiis, & contingentibus certitudinem ſibi polliceri non licet.1.6
Duces belli militem in Imperio conducentes coguntur præſtare fideiuſſionem de indemnitate 5.24
Duces belli in alterius Principis territorio militem conſcribentes, ac luſtrantes fideiuſſores dare tenentur, qui in Imperio ſedem ſuam habent.14.9
Duceſſæ, Comitiſſæ Abatiſſæ Imperij, & reliquæ mulieres Europæ Regalia habentes, ex fideiuſſione ſua tenentur 7.517.
Et ibid.num.520.& 522
Duo complicata quando habeantur pro vno.27.par.2.n.43
Duos quod exigit, non poteſt fieri intra vnum.7.4
Duplam ſibi ipſi nemo commode præſtat 7.7
Duplicem effectum res vna, vno tempore habere non debet 7.16
Duumviri conſulibus ſunt ſimiles. 7.180

E.

EBrius mane ſobrius factus, & iactans ſe elapſa veſpera aliquem promiſſione ſua eluſiſſe: vel alias promiſſionem ſuam ratificans, tenetur 7.129.& ſeq.
Ebrij an ex ſua fideiuſſione teneantur 7.119
Ebrij conſultabant, & deliberabant Germani, ac Perſæ, ſobrij recoquebant.12.34.
Ebrij contractus viribus non ſubſiſtit.7.127
Ebrij matrimonium contrahere non poſſunt 7.12
Ebrij mortuis furioſiſque æquiparantur 7.123.
Ebrij teſtes nihil probant 7.125
Ebrij vitam edormire prohibentur.ibid.n.122.
Ebrios contrahentes ad obſeruantiam obligat Caroli V. conſtitutio 7.134.& ſeq.
Ebrio nulla ineſt ratio, nullus conſenſus 7.121
Ebrietas imprimis amica eſt Diabolo 7.120
Ebrietas magna, non levis, in conſiderationem venit 7.132
Ebrietas nihil aliud eſt, quam voluntaria inſania 7.124
Ebrietatis ianua eſt hilaritas 7.133.
Ebrietatem allegans eam debito modo, vt probet, neceſſe eſt 7.128.
Eccleſiæ iuriſdictio, in his, quæ bona temporalia tangunt, nulla eſt 7.532
in Eccleſia fieri poteſt teſtium examinatio 14.50
in Eccleſia arbiter ſententiam ſuam ferre poteſt. ibi.in fine.
Effectus fideiuſſionis non extenditur extra naturam contractus, vel extra conuenta 24.36
Et num.38.ibid.
Effectus, & finis quando intentionem ſuam habent, modi qualitas non attenditur.11.46
Effectus obligationis fideiuſſoriæ etiam ad hæredem defuncti extenditur. 20.§.10.n.21
Quod ampliatur, num.22.23.24.& 25.ibid.
Effectus nominis ad rem ſe extendit 7.563.
Effectum quando habemus, modum non curamus. 27.par.1.num.104.
Effectus, & re quæ diſcrepant, non ſunt imperitè confundenda 21.47

Effectu prohibitio omnis eius cauſa prohibita cenſetur 1.109.
Electio mala culpam ſecum trahit.20.§.13.n.4.
Electio non poteſt eſſe, niſi plures ponantur, & adſit iudicium 20 §.12.n.2.
Electio vnius ex pluribus confideiuſſoribus quatenus reliquos liberet.20.§ 13.n.10.& *ſeq.*
Electio vnius remedij executiui non precludit viam alij. 20. §.13.n 2
Electione tollitur obligatio fideiuſſoria.20. §.13.n.1.
Electione vnius ex pluribus reis debendi quatenus liberatio contingat.20.§.13.n.6.
Electio debitore num fideiuſſor liberetur. 20.§.13.num.13. & *ſeqq.*
Electio reo non liberatur mandator.20.§.13.n.15.
Electo vno ex pluribus fideiuſſoribus non tamen debitor liberatur,20.§ 13.n. 16.
Electo vno ex pluribus mandatoribus num cæteri mandatores liberentur.10 § 13.num.17
Electorum filij ex aurea bulla Caroli IV. anno 18. ætatis ad plenariam adminiſtrationem Electoratus admittuntur. Poterunt igitur, & fideiubere 7.107.
Eleemoſina diſtribuenda pauperib. debet diſtribui pauperibus illius ciuitatis vbi ordinata eſt.M.264.
Eligens eligendo etiam idoneum peccat, ſi alium magis idoneum omittat.10.§.13.num 5.
Eligens inter contraria variare non poteſt.20.§.26. n.40.
Eligens vnum ex pluribus remedijs ſibi competentibus, non tamen cenſetur alijs renunciaſſe.20.§.20.n.46.
Quod declaratur ibid.n 47
Emancipatio eſt beneficium.6 89.
Emancipatio non præſumitur ſed probanda eſt 7.618.
Emancipationis loco eſt ſeparatio Saxonica.7.625.
Emanuel, filius Caloioannis Græcorum Imperatoris, ſe pro patre ex carcere liberando Venetis oppignorauit. 7. 360.
Emphyteuta ſi velit alterum loco ſui ſubrogare iiſdem conditionibus Dominus tenetur eum accipere M.214.
Emphyteuta ſi ob paupertatem non ſoluit canonem excuſatur ne cadat à iure ſub.411.168.
Emphyteutam paciſcentem, & liceat meliorationes ſoluere poteſt Dominus prohibere ne tollat ſoluto pretio. M. 215.
Emens rem aliquam non confitetur, eam eſſe venditoris. 5. 165.
Emptio, & datio in ſolutum æquiparantur.6.123
Emptionis, & venditionis contractus fideiuſſoris dationem admittit.10.218.
Emptio mala ſemper ingrata eſt, quia ſtultitiam domino exprobare videtur.20.§ 33.num.29
Emptio traditionem præcedere, & ſequi poteſt.11.192.
Emptio, & venditio non cadit in ſpe. M 9.
Emptio, venditio, mandatum, conſtitutum, ſocietas, rectè per nuntium vel epiſtolam fiunt.11.81.
Emptor fideiuſſorem accipit à venditore, & contra.10.224 & *ſeqq.*
Emptores bonorum aduentitiorum rectè à patre vendente fideiuſſorem exigunt.6.97.
Epiſcopus aut Prælatus compromiſſurus de conſenſu Capituli docere cogitur.7.168.
Epiſcopus cauere, vel ſaltem ſatiſdare obligatus, non tantum ſuo, ſed & Capituli ac ſucceſſorum nomine cauere, ac vna cum ſuo etiam Capituli ſigillum apponere tenetur. 17.8
Epiſcopi, & Prælati pro obſeruatione capitulationum, ex notoria Germania conſuetudine coguntur dare fideiuſſores.5.24.
Epiſcopi illi, qui ſcribunt ſe de locis in terris Turcarum titulatos tantum ſunt Epiſcopi.8. 64.
Epiſcopi lite pulſati non præſtant ſatiſdationem iudicialem. 10.135.
Epiſcopi, Præpoſiti, Decani, Commendatores, Milites cruciferi, &c. rectè fideiubent 7.265
Declara, vt ibid.n.266.& 267
Epiſtola eſt abſentibus id, quod eſt ſermo præſentibus 11.18.
Epiſtola eſt ſcriptum animi nuntium ad abſentes, aut quaſi abſentes.11.15.
Epiſtola nihilominus eſt, ſi ad quaſi abſentem ſermo dirigatur 11.17.
Epiſtola interdum vſurpata ad præſentes, exemplis oſtenditur. ibid num.71.
Epiſtola inuenta eſt, vt certiores faceremus abſentes 11.34.
Epiſtola, qua quis coheredem ſibi eſſe cauit, non dat vllam petitionem aduerſus poſſeſſorem rerum hæreditariarum 5. 163
Epiſtola præſentia eſt organum 11.39.& *ſeqq.*
Epiſtola vicarium os eſt 11.49
Epiſtolæ, & tabularum quis vſus apud veteres fuerit 11.32
Epiſtola D. Adriani beneficium cedendarum actionum, & nouæ conſtitutionis de duobus reis quid ſint 391.27.
*per Epiſtolam ſuppletur abſentia*11.47
Errare eſt aliud pro alio putare.19.8
Errans fideiuſſor de iudicio ſiſti, & iudicatæ ſoluendo, paratam habet exceptionem.19.9
Errantis nullus eſt conſenſus 5.172
Errantibus quibuſdam confideiuſſoribus, quibuſdam verò conſentientibus, id quod factum eſt, non valet 19.11
Secus eſt in pluribus confideiuſſoribus.ibid.num.12.
Error calculi perpetuo poteſt allegari.20 §.21.n.15
Error calculi varijs modis probari poteſt.10 § 21.n.28
Error contrarius eſt fideiuſſioni 19.1
Error eſt priuatio veritatis cauſata intellectu, propter falſam imaginationem 19.7
Error non præſumitur actu geminato præcedente 7.472
Error Notarij in transſcribendis verbis ſtipulationis non nocent.17.2.
per Errorem ſe obligans fideiuſſor, oppoſita doli mali exceptione, ſe à fideiuſſione liberare, vel etiam, vt obligatio ſibi accepto feratur, condicere poteſt.19.10
Errorem ſuum reſciſcens fideiuſſor, ſed nihilominus in obligatione perſeuerans, obligationem ratificaſſe dicitur. ibid. num.14
ex Errore ſi creditor minus in ſolutum accipiat, nihil vlterius ſibi deberi exiſtimans, ſibi non præiudicat.20. §. 21. num.22.
Errore vel iuris, vel facti contracta fideiuſſio, nulla eſt 19.4.
Et ibid.nu.6.
Etymologia proprietatem rei oſtendit 1.7.
in Etymologia quid iureconſulti noſtri ſpectent.2.28.
in Etymologiis inueſtigandis, Iureconſulti Romani diligentes 2.6
Euictio ſi immineat in ipſo limine contractus, an fideiuſſio præſtanda ſit ab eo, qui auctorem diuitem habet, qui iudicium ſuſcipiat 10.245.
Euictionis fideiuſſor habet electionem, vel reſtituendi rem euictam, vel intereſſe ſoluendi.27.par.4.n.74.
Euictionis nomine etiam præſtatur fideiuſſio 10.129.& *ſeq.*
Limitatur tamen vt n.232.*ibid.*
Euictionis nomine datus fideiuſſor non tenetur, ſi contractus rectus reſciſſus fuerit, remedio l.2. *C. de reſcind. vendit.* 10.247
pro Euictione ſpondentes fideiuſſores non liberantur per lapſum anni, ſed coguntur ſtare pro tali euictione per 31. *annos* 20.§ 10.num 79
Euictione imminente in limine contractus, ſi venditor fideiuſſores nullos inuenire queat, adigi poteſt, ſi modo alias eſt idoneus, vt vel ſub hypotheca reliquorum ſuorum bonorum ſe obliget pro creditis, quæ in futurum deteſt vel apparere poſſint.10.249
Examinatio teſtium poteſt fieri in Eccleſia. 14.50.

Digitized by Google

I N D E X.

Exceptio beneficij inuentarij fideiuſſorio perſona non competit, 27.part.4.n.305
Exceptio cedendarum actionum opponi poteſt, licet ſtatutum dicat, nullas exceptiones admittendas eſſe. 27.part. 3.num 2
Exceptio ceſſionis bonorum à principali facta, fideiuſſori nihil proficit. 27.part.4.n.99.& ſeqq.
Exceptio compenſationis in executione aliquando reiecta. 5.376
Exceptio compenſationis fideiuſſori non denegatur. 27.part. 4.n.36.& multis ſeqq.
Exceptio competens liberto, competit etiam eius fideiuſſori. 5.288
Exceptio contractus vſurarij fideiuſſori competit. 27. part. 4. num.53
Exceptio diei dilatoria etiam inuito reo, fideiuſſori competit. 22.81
Exceptio dilatoria ante litem conteſtatam opponenda. 28.7 & ſeqq.
Exceptio diuiſionis eſt exceptio iuris. 27.part.2.n.90
Exceptio doli mali fideiuſſori quoque competit. 27. part. 4. num.26
Exceptio fideiuſſionis non præſtita non poteſt opponi, niſi in initio iudicij. 10.494
Exceptio fori declinatoria reo principali clerico competens, non competit eius fideiuſſori laico. 27.part. 4.n.79
Exceptio immodicæ donationis quatenus fideiuſſori competat. 27 part.1 n.57
Exceptio iuriſiurandi fideiuſſori quoque proficit. 27. part.4. num.29
Exceptio libertatis onerandæ cauſa quatenus fideiuſſori competat. 27 part.4.n.57
Exceptio litis pendentiæ initio litis opponenda, & probanda eſt. 20.§.26.n.8
Exceptio litis pendentiæ num fideiuſſori proſit. 27.part. 4.n. 106.& ſeqq.
Exceptio melioramentorum poteſt opponi in executione ſententiæ. 5.371
Exceptio mere perſonalis ad fideiuſſorem nequaquam porrigitur. 27.part.4. n.76
Exceptio obligationis ſine cauſa quatenus fideiuſſori competat. 27.part.1.n.57
Exceptio pacti de non petendo fideiuſſori competit. 27.part. 4.num.32
Sed declara vt nu.35. ibid.
Exceptio peremptoria tam ante, quam poſt litem conteſtatam, & quandocunque ante ſententiam latam opponi poteſt. 28. 0.& ſeq.
Exceptio perſonalis non tranſit ad fideiuſſorem. 20. §. 6. numero 8
Exceptio plus loco petitionis fideiuſſoribus competit. 25.5. & ſeq.
Exceptio plus tempore petitionis ante litem conteſtatam opponenda. 22.24
Exceptio præſcriptionis fideiuſſori competit. 27.part. 4.numero 44
Exceptio quod metus cauſa fideiuſſori dari debet. 27. part. 4.num.30
Exceptio rei iudicatæ fideiuſſori neutiquam deneganda. 27. par.4.n.16.& ſeqq
Exceptio reſoluta per contrarium conſenſum venditionis fideiuſſoris in commodum cedit. 27.part.4.n.65
Exceptio reſtitutionis in integrum fideiuſſori nihil proficit. 27.part.4.n 113 & ſeq.
Exceptio ſequeſtri principali competens, fideiuſſori non conceditur. 27.part.4. n.119
Exceptio vſuraria intra quod tempus opponi debet. 28.51
Exceptioni non numeratæ pecuniæ fideiuſſor tuto innititur.27 par.4.n.48.& ſeq.
Exceptionem factæ tranſactionis fideiuſſor habere poteſt. 27. par.4.n.31
Exceptionem habere, ſed eam tolle vti, & non habere, paria reputantur.27. part.2.n.83
Exceptionem obijciens non videtur illico de intentione aduerſarij confiteri. 5.162
Exceptionem tollens ſtatutum, non tollit eam, quæ patet ex inſtrumento. 22.12
Exceptione reali ſe fideiuſſor defendere poteſt, quamuis ipſe debitor principalis ea vti nequeat. 27.par.4.n.13
Declara vt ibid.num.14
Exceptiones altiorem indaginem requirentes ſummario iudicio executionis repelluntur. 5.374
Et ibid.nu.375
Exceptiones dilatoriæ quæ. 28.50
Exceptiones mixtæ, vti ſunt Velleiani, & Macedoniani Senatuſconſulti, fideiuſſori dantur. 27.part.4.n.56
Exceptiones nullæ ſunt anomalæ. 28.19
Exceptio dicitur inniti æquitati. M. 77
Exceptio dilatoria ſuperueniens lite conteſtata prodeſt reo. M. 25
Exceptione quacunque excluſa non intelligitur excluſum iudicis officium. M. 282
Exceptionem opponere qui poteſt etiam officium iudicis. M. 278
Exceptio competens principali vt non teneatur vltra quam facere poteſt aliquando non competit fideiuſſori. M. 273
Exceptiones omnes ſui natura ſunt perpetuæ. ibid. numer.12. & ſeqq.
Exceptiones peremptoriæ quænam ſint. 28 49
Exceptiones quare dicantur reales. 27.part 4 n.2 & 4
Exceptiones reales reo competentes etiam fideiuſſori eius competunt. ibid n.1
Excommunicatus fideiuſſorem in ſe ſuſcipere poteſt. 7.600
Excommunicatus capax eſt iuris gentium. ibid.n.601
Excommunicatus poteſt contrahere. ibid n.602
Excommunicatus poteſt vſucapere, & præſcribere 7.603
Excuſſio contra fiſcum in bonis debitoris delinquentis, & condemnati facienda eſt, antequam fideiuſſor eius conueniatur. 20 § 14.n.12
Excuſſio debitoris adeò eſt rigoroſa, vt fiat vſque ad ſacculum, & peram. 27.part.1.n.7
Excuſſio indulgetur fideiuſſori, contra hæreditatem iacentem. 27.part.1.n.173
Excuſſio principalis debitoris, vt fideiuſſori noceat, omnino eius citatio requiritur. 27.part.1.n 8
Excuſſionis beneficium competit aliquando inter plures fideiuſſores.27 part.1.n.160.& ſeq.
Excuſſionis beneficium iuxta naturalem ordinem eſt primum, & principale. 27.part.1.n.1
Excuſſionis beneficium ceſſat, ſi pater pro filio fidem ſuam interpoſuerit. 27 part.1.n.244
Sed declara vt nu.245.246.248 & 249. ibid.
Excuſſionis beneficium vocatur beneficium nouæ conſtitutionis de fideiuſſoribus. 27.part.1.n.18
Excuſſionis beneficium, quale hodie eſt, de iure communi, & naturali competit. ibid.n.15.& ſeq.
Excuſſionis beneficio deſtituitur fideiuſſor, ſi debitor non facilè queat conueniri, vtpote ſi ſit potens, iniurioſus, rixoſus, &c. 27.part.1.n.273
Excuſſionis beneficio non gaudet fideiuſſor, ſi illud non opponat. 28.5
Excuſſionis beneficio non gaudet fideiuſſor, qui pro debitore naturaliter tantum obligato interuenit, 27. part.1. numero 259
Excuſſionis beneficio fruſtra innititur fideiuſſor ſuccedens debitori. 27.par.1.n.261
Excuſſionis beneficio non eſt locus, vbi conſuetudine, vel

ſtatuto receptum eſt, quod fideiuſſor anteexcuſſum principalem conueniri poſſit. 27.part.1.n.253.& ſeqq.
Excuſſio non fit quando notorium principalem non eſſe ſoluendo. M.10
Excuſſionis beneficium ceſſat quando creditor, eſt debitor fideiuſſoris, & vult compenſare. M. 11
Excuſſio ceſſat, vbi agitur de bono ex aquo. M. 12
Excuſſio ceſſat quando proceditur ſummarie. M. 13
Excuſſio ceſſat vbi ndeſt precarium. M. 25
ad Excuſſionem an ſuffi.iat ſi nuntius referat ſe relatio nuntio. M. 22
Excuſſio etiam eſt neceſſaria quando pendente iudicio ſuperuenitur bono principali. M. 24
Excuſſione facta iudex debet pronuntiare ritè factam aliàs adconuenientur tertia perſona. M. 26
Ratio ponitur ibid.n.257.& ſeq.
Excuſſionis beneficio non gaudet fideiuſſor ludi. 27.part.1. num.314
Excuſſionis beneficio vtitur is, qui iudicio ſiſti promittit. 27. part.1.n.159
Excuſſionis beneficio fideiuſſor vtitur etiam aduerſus debitoris haredem. 27.part.1.n.170.& ſeq.
Excuſſionis exceptio an de iure canonico locum habeat. 27. par.1.n.191.& ſeq.
Excuſſionis exceptio ceſſat, ſi non fuerit oppoſita 27. part.1. num. 252
Excuſſionis exceptio locum non habet, ſi cauſa ex aquo, & bono eſt determinanda, 27 part.1. n.276
Excuſſionis exceptio inuenta eſt, ad rigorem iuris conſeruandum. Eſt enim de apicibus iuris. ibid.num.277.& ſeq.
Excuſſionis exceptio an dilatoria. 28 15.& ſeq.
Et ibid.nu.18.10.21.ac 22
Excuſſionis exceptio opponitur, etiam ex instrumento guarentigionato agitur. 28 45
Excuſſionis exceptio quando poſt litem conteſtatam rectè opponatur. 28.23
Excuſſionis exceptionem arbitrator quoque admittere debet. 27.part.1.n.17
Excuſſionis exceptionem reus conſtituta pecunia poteſt opponere 27.part.1.n.126
Excuſſionis exceptionem non opponit fideiuſſor contra literas compulſoriales, 27.part.1.n.315
Excuſſionem debitoris fruſtra vrget fideiuſſor, qui bona debitoris apud ſe habet. 27.part.1.n.264
Excuſſione fruſtra ſe tuetur fideiuſſor, ſi debitor principalis in longinquis regionibus ſit abſens. ibid.num.162
Excutere aliquem, eſt facultates eius diſcutere, & inquirere, vt ſciatur, an ſit ſoluendum, nec ne. 27. part. 1. num. & ſeq.
Executio concedi poteſt pro intereſſe, ſi in executione poſſit liquidari. 22.62
Executio contra fideiuſſorem de iudicato ſoluendo quando fieri poſſit, vel non. 27.part.5. n.55
Et ibid.n.57.58 64.ac 65
Executio fit etiam contra principem debitorem, modo is non ſit Tyrannus. 7.283
Executio in bona feudalia rectè fieri poteſt. 7.193
Executio in certis euitatur, dando fideiuſſorem de ſoluendo, facta liquidatione. 15.63
Executio non poteſt impediri ab eo, qui ad rem ius aliquod contra alium (ius etiam ſuum prætendentem) obiicit, ſi ei cautio indemnitatis præſtetur. 15.84
Declara vt ibid.n 85
Executiua remedia dantur etiam aduerſus fideiuſſorem. 21.38
Executorialia mandata poſſunt in Camera Imperiali impetrari contra reum principalem pro debito liquido. 21. 47
Executio vbi fit à lege non poteſt mora purgari. M. 344
Executor ſuper exceptione diuiſionis cognoſcere poteſt 28.29
Eximens aliquem non auditur ſi velit probare eum non eſſe creditorem cuius opera captus. M. 157
Exhæredare ex quibus cauſis integrum eſt, ex iiſdem etiam alimenta denegare licet. 7.357
Expectatio omnibus in rebus ſemper eſt moleſta. 25 46
Expenſa litis, ſumptus, & damna, etiam dicto vel iureiurando fideiuſſoris taxantur. 26.75.& multis ſeqq.
Expenſa litis cui decreta fuerunt, is non præſtat ſatiſdationem de iis refundendis in caſu ſuccumbentiæ. 10.131.& ſeqq.
Sed declaratur, vt num.134. ibid.
Expenſa non veniunt appellatione damnorum. 26.71
Limita vt ibid.n.75
Expenſas merito ſuſtinet is, cuius negotium geritur. 25.53
Expenſas, quas creditor in conueniendo moroſo debitore facit, fideiuſſor ſoluere tenetur, 24.159
Quod intelligendum tamen, vt ibid.n.160
Expenſas ſibi ſubminiſtrari, pendente iudicio, fideiuſſor petere poteſt.26.67
ad Expenſas promiſſas non tenetur fideiuſſor, ſi reus abſoluatur compenſatis expenſis. 24. 276
Expreſſio eius, quod tacitè ineſt, quid operetur. 27. part.2. num. 42
Expreſſum maioris eſt efficacia, quam tacitum. 27. part. 1. num.111
Expromiſſio continetur verbo fideiuſſionis in S. C. Velleiano. 4.57
Expromiſſor aliquando vocatur quaſi fideiuſſor. 4.36.38
Et ibid.nu.39
Expromiſſor an is propriè ſit ſecundum opinionem Interpretum, qui promittit pro non efficaciter obligato. 4.41
Refellitur hac opinio. ibid.num.42.& ſeqq.
Expromiſſor quis ſit. M. 4
Expromiſſor differt à fideiuſſore. 4.22.& ſeq.
Idque deducitur vſque ad n.44
Expromiſſor ſolus obligatus, fideiuſſor verò cum alio. 4 28
Expromiſſorem qui dat, liberatur, non qui fideiuſſorem. ibid.n.29
per Expromiſſionem fit veteris obligationis nouatio. 4.38
Extenſio fieri non poteſt, vbi minor eſt ratio in vno caſu, quam in altero. 29.41
Extranea perſona quomodo intelligatur. 1.138
Extraneus dotem promittens rectè exigit fideiuſſorem à marito. 6.198
Sed in contrarium itur partem. ibid.n.199.
Extraneo quatenus conſulatur, ſi maritus conſtante matrimonio ad inopiam vergat, remiſſione, 6.201

F

FAciens aliud, quam quod facere iuſſus eſt, nihil facit. 7.253
Faciendum eſt omnino, quod tibi non nocet. & mihi prodeſt. 20.§.37.num.13
Factum alienum inutiliter promittitur. 11.177
Sed declara, vt num.178.& 179.ibid.
Factum aut ſcientiam hominis non requirit, quod ipſo iure fit, 25.103
Factum, lege permittente, excuſatur. 1.83
Factum quod nondum eſt, facilius impeditur, quam reuocatur, quod factum eſt. 10.192
Facti quæ ſunt, ad Iuriſconſultos non pertinent. 7.106
Facto ex alterius alterum damnum pati iniquum eſt.24.127
Facto ipſo fateri plus eſt, quam verbis. 11.55
Facto vbi opus eſt, verba non ſufficiunt. 7.38
Facta ſemper debent intelligi eſſe bono animo concepta. S. part.1.n.23

I N D E X.

Facta loquuntur. 11.54
Facta multa tenent, quæ tamen de iure fieri non deberent. 7.250
Factum tertiæ perſonæ non impedit obligationem commitei. S. part.4.n.19
Faciens aliquid coactè an dici poſſit voluntariè feciſſe. S. part.4.n.44
Facta multa tenent quæ fieri prohibentur. M.310
Factum quod non ducat non dicitur facto. M.377
Factores habent poteſtatem fideiubendi. 7.314.& ſeq.
Factores ſiue inſtitores, licet mille literis ſcribant, ſe eſſe debitores, non tamen ſuo nomine poſſunt conueniri. 27.part.1. num.136 & ſeq.
Facultas conceſſa pro certo tempore, non competit vltra illud tempus, 28.1
de Facultatibus ſuis homines amplius ſperant, quam par eſt, 7.215
Falſus tutor, falſum teſtamentum, falſus modius quis. 20.§. 27 num.37
Falſi crimen incurrit debitor, faciens me abſentem ſcribi in iſtrumento, tanquam fideiuſſorem. 7.31
Falſo procuratori tanquam vero, ſi pecunia ſoluatur, quid iuris, 20.§.27.n.35
Et ibid.nn 40.41.ac 42
Falſa teſtantis veritati præiudicare non debent. 7.432.
Falſarius literarum prætextu liberatus, actione de dolo tenetur, etiamſi iuramento confirmata eſſet liberatio. 20.§. 8.num 10.& 11
Falliti qui dicantur. 5.104
Fama, & vita æquiparantur. 19.154.& ſeqq.
Famæ, & honoris ſui non magis, quam membrorum ſuorum, quis eſt dominus, 19.138
Famoſæ actiones non dantur aduerſus parentes. 27.part.4. num 94
Familia, agnitio, nomina ſunt collectiua. 1.137
Familiæ conſuetudo, qua cauetur, vt certo modo in illa teſtantur, eſt probabilis. 1.128
Ampliatur, ibid.n.129
Familiæ diutius conſeruantur. 1.149
Familia herciſcunda in iudicio rectè interuenit fideiuſſor. 10 271
Familiæ herciſcundæ qui agit, non confitetur ſibi aduerſarium eſſe heredem. 5.159
Familiaritas, & indiligentia nimia pariunt contemptum. 1 44
Famoſis ſcripturis, & picturis diffamari, & traduci non debet fideiuſſor, fidem datam rumpens, & non obſeruans. 19 93
Fatuus an ex ſua fideiuſſione teneatur. 7.116.& ſeqq.
Fatuus eſt, qui contra ſe pronunciat. 26.79
Fauor dotium piam cauſam ſapit. 7.454
Fauori pro ſe introducto quilibet poteſt renunciare. 6.181
Sed declara, vt ibid.num 182
Fœlix qui nihil debet. 15.5.& ſeq.
Feriarum magna fuit religio apud antiquos, remiſſiuè. 12.17
Ferrariæ Dux Imperio Romano ſe ſubtraxit. 7.584
Feuda libere alienari poſſunt in Gallia, in Ducatu Mantuæ, in Marchionatu Luſatiæ, Ducatu Glogouienſi, Sileſia, & Marchia Brandeburgenſi. 7.201
Et num.202 ac 203.ibid.
Feudalia in bona executio rectè fieri poteſt. ibid. n.193
Feudi hypothecatio eſt permiſſa. 7.189
Sed contrarium defenditur. num.190.ibid.
Fictio fictionis non datur. 4.49
Fictio non habet locum, niſi in caſibus à lege expreſſis. 11.9
Fides habita obligat fidem, 5.5
Fides in hac materia eſt ſponſio, vinculum obligationis inducens. 2.22
Fides inter homines concordare debet, ſicut fides cithararum. 19.80
Fides nemini mortalium tuto haberi poteſt. 1.13
Fides non modo inuiolata tuenda eſt, ſed etiam ab omni ſuſpicione remota. 19.35
Fides publica quid. 2.18
Fides ſana vbi non eſt, ibi nec iuſtitia eſſe poteſt. 19.81
Fides ſi non ſeruetur in negotiis peragendis, homines ſegniores redduntur, & commercia frigeſcunt. ibid.n.85
Fides ſua cuique validiſſimum teſtimonium. ibid.nu.83
Fides ſua nemini damnoſa eſſe debet. 25 2
Fides vnde dicatur. 2.23
Et ibid.num.24.
Fidei, ac ſponſionis vinculum. 2.36
Fidei incommutabilis eſt omne, quod viuimus. 19.84
Fidei nomen eſt [illegible] 2.13
Quod deducitur vſque ad num. 22
Fidem datam dolo malo rumpens, fidei ruptæ gratia, de dolo actionem ſuſtinere cogitur. 19.92
Fidem iam fregiſſe cenſetur, qui vacillat, & deliberat, an ſeruet, ibid.num.86
Et num.87.ibid.
Fidem qui ſemel non obſeruauit, proculdubio. & in poſterum non eſt obſeruaturus. 18 115
Fidem violantes Indi non puniunt. 1.14
ſub Fide lex, & iuſtitia continentur. 19 82
Fide nulla res vehementius Rempubl. continere debet. 1.13
Fideicommiſſum ibi petendum eſt, vbi hæreditas eſt relicta. 14.32
Fideicommiſſi ſeruandi cauſa, vbi caueri oporteat. ibidem num.31.
in Fideicommiſſis, legatis, donationibus cauſa mortis eſt cauendum. 10 312
Fideicommiſſarius compellere poteſt heredem, vt non tantum deſcribat bona, ſed etiam det fideiuſſorem de non deteriorando. ibid.nu 315
Fideiubere aliud eſt, aliud iubere. 2.46
Fideiubere apud eundem pro eo ipſo nemo poteſt. 7.2
Fideiubere aliquem non ſufficit allegare, ſed illius obligatio legitima eſt exhibenda. 10.488
Fideiubere cogitur, qui ſimpliciter promiſit fideiubere. 20.§. 33.num.24
Fideiubere eſt ſoluere 15 59
Fideiubere idem eſt, quod fide ſua iubere. 2.12
Fideiubere in rem ſuam quid ſit. 7.21
Fideiubere non tam graue eſt, quam pecuniam paratam ſtatim erogare. 29.33
Fideiubere omnes poſſunt, qui ſtipulando obligari poſſunt. 7.68
Fideiubere pro aliis eſt dilapidare. 1.9
Fideiubere pro aliis ſtultitia eſt. 1.16
Fideiubere pro aliquo amicitiæ ſignum eſt. 26.125
Fideiubere pro aliquo eſt actus meræ facultatibus. 29.38
Limitatur ibid.n ſeq.
Fideiubere pro ſe nemo poteſt, ad hoc, vt ipſe obligetur. 7.1
Fideiubere quis tenetur pro proximo, ac peccat, ſi non faciat. 1.67
Fideiubere vtrum duo rei pro ſe inuicem tacite dicantur. 4.4
Deciditur, ibid.n.5.& 6.
Fideiubere vtrum liceat? negatur. 1.2
affirmatur. 1.17
Fideiubens creditori (cui debitor iam ante res fideiuſſoris oppignorauit) videtur mandare, res ſuas eſſe obligatas. 15.40
Secus ſi poſtea dentur. ibid.num.41

Fideiubens facilè, ſubſtantia ſua abutitur. 1.10
Fideiubens in caſu, quo vult reuocare ſententiam aduerſario conceſſam ex primo decreto, ob ſuam contumaciam, audiri debet. 15.52
Fideiubens in contractibus, qui poſſunt per pœnitentiam reſolui, videtur in omnem cauſam fideiubere. 21.28
Fideiubens nihil donat. 1.49
Fideiubens pro actore de ſoluendis expenſis, ſi ſuccubuerit in cauſa, non tenetur, ſi poſtea declaratum fuerit, peremptiam eſſe inſtantiam, & ſucceſſiue actor condemnetur in expenſas. 20 §.20.num.15
Fideiubens pro aliquo et conſentire, & auctoritatem præſtare dicitur. 15.42
Fideiubens pro cuſtodibus caſtri vſque ad ſex menſes, elapſis ſex menſibus, eſt liberatus, etiamſi à caſtellano prorogatus ſit terminus ſex menſium, ſine conſenſu fideiuſſoris. 20. §.12. num. 19
Fideiubens pro euictione alicuius rei, non cenſetur tamen remittere ius, quod habet in illa re. 5.167
Fideiubens ſimpliciter poſt condemnationem non videtur fideiubere de præſentando, ſed de ſoluendo. 20. § 26. num.23
Fideiubente citra delectum marito, vxor conſtante matrimonio dotem repetere poteſt, 1.12
Fideiubentes iterum, qui ſemel ſunt decepti, ſtulti, & imprudentes merito vocantur. 1.30
Fideiubendo poteſt ſe quis ad carceres pro debitore principali aſtringere. 20 §.9.n.57.
Contrarium vide ibid.n.58
Fideiuſſio alia voluntaria, alia neceſſaria. 4.8
Fideiuſſio alia iudicialis, alia extraiudicialis. ibid.n.11
Fideiuſſio alia expreſſa, alia tacita. ibid.n.3
Fideiuſſio ab illo præſtanda eſt, qui mediante iudicis ſententia ſibi quid ſolui expetit, quod alij debebatur, 10.492
Fideiuſſio an comprehendatur ſtatutis, quæ contractus mentionem faciunt. 3.20
Fideiuſſio annullatur, vbi principalis obligatio annullata eſt. 10 22
Fideiuſſio appellatur onus, contumelia, iniuria, grauamen, & detrimentum. 6.144
Fideiuſſio coram incompetente iudice facta de parendo mandatis eius, eſt ipſo iure nulla. 14.3
Fideiuſſio de iudicio ſiſti, vel iudicatum ſolui, quomodo præſtita intelligatur. 14.20.& ſeq.
Fideiuſſio de per ſe ſine alia probatione læſionis læſionem inducit. 15.125
Etiamſi fideiuſſio ſit approbata à iudice. ibid.n.126.
Fideiuſſio eſt propriè contractus. 3.22
Fideiuſſio eſt contractus nominatus ſecundum Accurſium, & Iaſonem, ibid.n.17
Contradicitur tamen ibid.n.18
Fideiuſſio eſt contractus ſtricti iuris. 2.50
Item, cap.24.nu.125
Fideiuſſio eſt ſolutionis ſecuritas. 16.7.& ſeq.
Fideiuſſio eſt vice cuiuſdam ſolutionis. 15.58
Fideiuſſio etiam alio nomine dicitur interceſſio. 3.27
Item, interuentio. ibid.n.28
Nonnunquam acceſſio. ibid n.29
Et ſequela. num.30
Fideiuſſio etiam in cauſa inæſtimabili debet præſtari, de certa quantitate expreſſa. 10.74
Fideiuſſio etiam in domo creditoris fieri poteſt. 14.42
Fideiuſſio, & mandatum ratione præſentiæ, & abſentiæ differunt. 11.18
Fideiuſſio, & præcedere, & ex interuallo contractum ſubſequi poteſt. 11.180
Et num.186.187.& 188. ibid.
Fideiuſſio fieri poteſt per Procuratorem ſpecialiter conſtitutum, aut Notarium ad id requiſitum, vt & Syndicum ciuitatis. 11.90
Fideiuſſio in iudicio præſtita inducit conſenſum. 15.50
Fideiuſſio in materia l.vniuerſa.Cod.de precib Imper.offer. non aliter præbetur, quam ſi fuerit à creditoribus petita. 5.133
Ratio ponitur ibid.num.134
Fideiuſſio inquietam vitam, & noctes inſomnes cauſat. 15. 2
Fideiuſſio ipſa, & promiſſio de fideiubendo differunt. 3.10
Fideiuſſio metu carceris facta nullas vires habet. 19.18
Fideiuſſio, niſi ſtipulatio interuenerit eſt nulla. 11.2
Fideiuſſio non debet eſſe cunctatoria, ſed vltronea, & matura. 1.50
Fideiuſſio non eſt de pertinentibus ad negotiationem mercatoris. 17.86 & ſeq.
Fideiuſſio non poteſt inter abſentes per epiſtolam contrahi. 11.15
Fideiuſſio non trahitur ad aliam perſonam. 20. §. 10. numero 45
Fideiuſſio omnis interponitur, vel in cauſa ciuili, vel in cauſa criminali. 4.16
Et num.18.ibid.
Fideiuſſio omnis olim palam fiebat ex Platone. 11.109
Sed hodie aliter obſeruatur. ibid.nu.110
Fideiuſſio omni tempore fieri poteſt, tam de nocte, quam de die. 12.1
Et ibid.num.8
Fideiuſſio pacto plurium fratrum ſiue agnatorum prohiberi poteſt. 1.146
Et ibid.nu.147.148 & 151
Fideiuſſio perſonalis, & vicaria quid. 4.19
Fideiuſſio petita, ſi forte non fuerit præſtita in principio, tunc magiſtratus diſpenſare poteſt, vt poſſit præſtare de nouo. 10. 497
Fideiuſſio poteſt fieri in templo, aut æde ſacra. 14.45
Intellige tamen vt nu.46. & 47.ibid.
Fideiuſſio præſtanda ſecundum terminos Auth.hoc niſi.C.de ſolut. præſtari debet tempore oblationis bonorum in ſolutum, nec ſufficit, ſi aliquis vellet eam poſtea præſtare. 10.490
Fideiuſſio præſtita de dando honorario, ad hoc, vt quis probet electionem Epiſcopi, ſimoniaca, & nulla eſt. 10.51
Fideiuſſio pro accuſatis præſtita per vniuerſitatem, proſequentem iniuriam particularium, ſi vniuerſitas cauſam proſequi nolit, prodeſt nihilominus ſingularibus, iniuriam ſibi particulariter illatam proſequi volentibus. 5.266
Fideiuſſio probationem deſiderat. 17.80 & ſeqq.
Fideiuſſio pro cauſis iudicaturis quatenus interueniat. 10.113
Fideiuſſio pro mortuo, & deportato eſt inutilis. 10.27
Fideiuſſio propriè ad id non eſt inuenta, vt fideiuſſor præciſe ad nutum rigoroſi creditoris ſoluat. 22.68
Fideiuſſio propter vnam cauſam facta, non trahitur in aliam. 10.§.26.n.30
Et ibid. num.33.
Fideiuſſio, quod formam inutilis, valet tanquam iuſſio, ſi non poſſit valere, vt vere fideiuſſio. 11.154 296
Et ibid.n.159.ac num.163
Fideiuſſio realiter præſtanda eſt, in terminis l.vniuerſa.C.de precib.Imper.offer. 10.491
Fideiuſſio rei incertæ planè nulla eſt. 10.70
Fideiuſſio renouanda eſt in caſibus, in quibus quis ex legis, vel ſtatuti diſpoſitione fideiubere tenetur. 13.22
Fideiuſſio requiſita à ſtatuto præſtanda eſt, etiam parte non petente. 6.31
Fideiuſſio reum acceſſorium verùmque debitorem conſtituit. 15. 2
Fideiuſſio, reſpectu creditorum, facit pecuniam, etiam conſumptum extare, & ſic loco proprietatis cedit. 15.127
Fideiuſſio ſequeſtri medicina. 15.22

Fideiuſſio

Fideiuſſio ſi appareat apud acta, præſumptio eſt, quod ſit effectui, vel parti facta. 17.83.
Fideiuſſio ſponſorem nolentem volentem, æri alieno obſtringit. 13.1.
Et ibid num 9.10.& 11.
Fideiuſſio tendit quidem principaliter ad commodum debitoris, ſed per conſequentiam nihilominus ſit in fauorem creditoris. 16.12.
Fideiuſſio variè definitur. 2.1.& *ſeq.*
Fideiuſſio, vel cautio debitè, & formaliter præſtita dici non poteſt, ſi ad eam non vocetur pars debitrix. 11.229.
Fideiuſſio verbalis ſufficit, ſi agatur de euitando pœnam, vel moram, vel aliud damnum. 5.380.
Fideiuſſionis cauſa efficiens eſt voluntas fideiubentis diſertis verbis explicata 7.36.
Fideiuſſionis cauſa ceſſante, debet etiam ceſſare ipſa fideiuſſio. 10.58.
Fideiuſſionis contractus Anno mundi. 2240. *cognitus fuit.* 1.48.
Fideiuſſionis contractus eſt oneroſus, & damnificatiuus 1. 11
Fideiuſſionis contractus eſt de illis, qui debent in ſcriptis celebrari. 11 126.
Fideiuſſionis contractui contrarium eſt, ſi fideiuſſor callide efficit, vt ſibi à iudice ſolutio inhibeatur 19.51.
*Quod ampliatur, ibi.n.*55.& 56.
Fideiuſſionis contractus tacitum damnum ſecum adfert. 7.69.
Fideiuſſionis contrahendæ forma in ſtipulatione conſiſtit. 11.1.
Fideiuſſionis definitio in tit. ff. & C. *de fideiuſſoribus non inuenitur, nec in aliis iuris noſtri locis.* 3.1.
Fideiuſſionis definitio Accurſij, & Angeli de Clauaſio. ibid. num. 3.
Hoſtienſis, & Hippolyti de Marſiliis. ibid. nu. 4.
Pardulphi Prateiei ibid. n. 5.
Sed refellitur. ibid. n. 6.
Cuiacij. ibid n. 7.
Auctoris definitio fideiuſſionis, ibi. n. 8.
quæ deinde fuſiſſime comprobatur, vſque ad nu. 27.
Fideiuſſionis effectus non extenditur extra naturam contractus, vel extra conuenta. 24.36.
Et num. 18. *ibid.*
Fideiuſſionis, & mandati differentia in quibus conſiſtat. 18.3.
Fideiuſſionis formula quænam perfectiſſima. 11.123.
Fideiuſſionis genus eſt ſtipulatio, & ſponſio. 3.9.
Fideiuſſionis in contractu trium perſonarum habetur ratio. 6. 2.
Fideiuſſionis in diuiſione concinnanda Doctores admodum ſane varij 4.1.
Fideiuſſionis negotium principaliter debitorem ipſum reſpicit. 16.54.
Fideiuſſionis officium gratuitum eſſe oportet. 26.123
Fideiuſſionis præſtatio arguit, cauſam eſſe ciuilem, non criminalem 15.55.
Sed non admittitur. ibid.
Fideiuſſionis præſtita ſub conditione dies non dicitur veniſſe, nec cèciſſe, ante purificationem conditionis 11.198.
Fideiuſſionis præſtatio efficit, vt quamuis res Eccleſiæ, vel fiſco, ratione cenſuum affecta, & emptori vendita, qui ſufficienter ſoluere poteſt, non retrotrahatur à proximiore conſanguineo, qui ad ſoluendos cenſus non ſatis diues eſt, retrotrahi tamen poſſit, ſi præſtet fideiuſſores 15.108.
Fideiuſſionis præſtatio fieri debet abſque exprobratione. 1.53.
Et ibid. num 55.
Fideiuſſionis præſtatio num contractu, vel pacto inhiberi poſſit. 1.123.
Et ibid. num. 131
Fideiuſſionis verbo continetur expromiſſor in SC. Velleiano. 4.37
Fideiuſſionis verbum eſt compoſitum. 2.11
Fideiuſſioni ſcriptæ ſi iuramentum promiſſorium accedat magis conſolidabitur. 11 85
Fideiuſſionem an parens liberis ſuis in teſtamento prohibere poſſit. 1 96
Et ibid. num. 101
Fideiuſſionem die feriata factam, ope exceptionis impugnare licet. 22. 14
Et ibid. num 19
Fideiuſſionem eſſe actum pium docetur exemplis. 1.20
Fideiuſſionem præſtat accuſator de accuſatione proſequenda. 5.243
Et ibid. n. 246.247.248.& 249
Fideiuſſione alterna obligari quid ſit? & quinam dicantur ἀλληλέγγυοι? 4.7
Fideiuſſione de iudicio ſiſti, & ſtando iuri in aliqua curia præſtita, non obſtante, nihilominus compromiſſum peti poteſt. 14.22
Fideiuſſione interpoſita nulla ſit alienatio. 1.213
Fideiuſſiones iure improbatæ ſolluntur ipſo iure. 20. *in proœm. num* 7
pro Fideiuſſione non ſoluitur gabella. 3.19
Fideiuſſiones cum aliqua cauſæ cognitione interponi vtile eſſet. 7.207. & *ſeqq.*
Fideiuſſiones etiam per epiſtolam contractæ, vt valeant, Germania practica, & ſtylo receptum eſt. 21.82
Fideiuſſiones male coctæ, & imprudentes reprehenduntur. 1. 102
Fideiuſſiones præſtitæ in ſingularem librum referuntur Hamburgi, Embdæ ac alibi. 17.84
Fideiuſſiones vaſallorum indiſcretæ generali aliqua conſtitutione ſunt inhibendæ. 7.204
Fideiuſſionum formulæ hodie ſunt longiſſimæ. 11.120
Exornatur, ibid. num 121. & 122
Fideiuſſionum inſtrumenta conficientes cautè ſcribere debent quantitatem, pro qua fideiuſſum eſt. 10.69
Fideiuſſor accipitur ad tempus, & ex tempore. 11.214
Fideiuſſor accipi poteſt ad tempus vitæ tàm propriæ, quam debitoris. ibid nu. 216
Fideiuſſor accipi poteſt tàm Græcè, quàm Latinè. 11.144
Fideiuſſor actionem mandati habet aduerſus debitorem. 7.183
Fideiuſſor ad certam diem recipi poteſt. 20. §. 9. *numer.* 7. & *ſeq.*
Fideiuſſor ad determinatam pœnam obligatus non tenetur, ſi reus ſaltem ſit accuſatus, & nondum condemnatus. 20. §.9. *num.* 35
Fideiuſſor adeundo hereditatem ſui principalis, ſit quaſi hæres eius. 20.§.36. *n.* 33
Fideiuſſor ad id, quod principalis debet, tenetur, etiamſi in duriorem cauſam ſe obligauerit. 24.65
Fideiuſſor ad pœnam corporalem ſe obligare nequit. 20.§.9. *num.* 37
Et ibid. num. 42
Fideiuſſor ad purgandam moram ſui principalis admittitur. 20.§.9.*n.*120.& *ſeq.*
Ampliatur ibid. n. 124.& 125
Fideiuſſor ad triennium, decem, vel viginti annos accipi poteſt. 11.215
Fideiuſſor ad vnum actum, non intelligitur obligatus ad alium. 24.39
Fideiuſſor à iudice requiſitus, vt reum præſentet, competentibus datis induciis ad præſentandum, non auditur, ſi ad euitandam pœnam de innocentia abſentis docere velit, ſed reum præſentare cogitur. 20.§.9.*n.*13
Fideiuſſor alieno laborat morbo, vnde etiam veniam meretur, mitiuſque eſt tractandus. 27. *in proœm. nu.* 2

Fideiuſſor alius iudicio ſiſti, alius indicatum ſolui, alius contractus, ſecundum Bald. 4.1
Fideiuſſor annotare debet, vtrum contrahentes de noctu fuerunt ebrij aut ſobrij. 12.33
Fideiuſſor an teneatur non expreſſa cauſa, pro qua interuenire debeat. 10.55
Et ibid. num. 56.56.59 60.61.62. & 63
Fideiuſſor antequam reus debeat, nequaquam conueniri poteſt. 22.14
Et num. 16. *ibid.*
Fideiuſſor à pupillo datus aliquando ex poſt facto obligatur. 5. 340
Fideiuſſor cenſetur mandatum habere à principali debitore ad ſoluendum. 27 *part.* 1. *n.* 267
Fideiuſſor clerici non eſt conueniendus coram iudice Eccleſiaſtico, ſed coram iudice ſuo. 23.14
Fideiuſſor compromiſſi non tenetur pro eo, quod augetur in cauſa reductionis: ſed tantum pro eo, quod continet laudum arbitri 20. §. 10. *n.* 32
Fideiuſſor condemnatus vt ſoluat, poteſt bona principalis debitoris vendere, & ſoluere, vt carcerem euitet. 27. *part.* 4. *nu.* 103. & *ſeq.*
Fideiuſſor conſtituens ſe commentarienſem, vel cuſtodem obligati, ſimili pœna puniri poteſt. 20. §. 9. *n.* 56
Fideiuſſor contra fiſcum ceſſis actionibus experiri poteſt. 20. §. 14 *nu* 33
Fideiuſſor contractus, fideiuſſor in cauſa criminali, fideiuſſor de defendendo, & fideiuſſor iudicio ſiſti, ſententia lata liberantur. 20 § 19. *n.* 6
Fideiuſſor conueniri poteſt ſub eo iudice, ſub quo principalis conueniri poteſt. 23 39
Fideiuſſor creditori in primis ſolet dari. 6.1
Fideiuſſor damna, intereſſe, ſumptus, & expenſas litis repetet. 26.60
Et ibid. num. 63. *ac* 66
Fideiuſſor damni infecti nomine recte accipitur. 10 84
Etiam in feudalibus. ibid. n. 85
Fideiuſſor datur aliquando iudici, vel officio. 6.248
Fideiuſſor datus ex tempore, ſi ante illud tempus moriatur, euaneſcit obligatio. 20. §. 20. *n.* 18
Fideiuſſor datus in cauſa noui operis nuntiationis, non tenetur in inſtantia reuiſionis. 20. §. 20. *n.* 27
Fideiuſſor datus in prima conductione, finito tempore, non cenſetur renouatus, & repetitus in tacita conductione. 20. §. 18. *num* 6
Fideiuſſor datus per clericum in iudicio ſeculari conuentum, nullatenus obligatur. 24.18
Fideiuſſor debet eſſe facilis conuentionis. 8 129
Fideiuſſor debet eſſe honeſtæ vitæ, & famæ. 8.125
Fideiuſſor de iudicio ſiſti, & iudicatum ſoluendo liberatur, quam primum conſtat de incompetentia, & nullitate capturæ. 20. §. 9 *n.* 85
Fideiuſſor de iudicio ſiſti, & iudicato ſoluendo, ſi erret, & paratam exceptionem habet. 19.9
Fideiuſſor dextram cedens, verbiſque non ſolum obligatiuis, verumetiam executiuis vtens, obligatur firmiter. 11 104
Quod ampliatur, ibid. 105. & 106
Fideiuſſor differt ab expromiſſore. 4 22
Idque deducitur vſque ad num. 44
Fideiuſſor dotis reſtituendæ vltro, & ſponte dari poteſt. 6.153
Contrarium oſtenditur. ibid. num. 156. & 157
Fideiuſſor dotis reſtituendæ recte datur, & accipitur, ſi l. 2. *C. ne fideiuſſ. dot. dent. mediante iuramento renuntietur.* 6. 202
Contrarium eſt verius. ibid. num. 204
Fideiuſſor duabus obligationibus eiuſdem rei nomine teneri poteſt. 24.119
Quod quomodo intelligendum, vide ib. n. 120. 121. 122. & 123
Fideiuſſor efficacius obligari poteſt, quam principalis. 24.113
Et ibid. num. 114. 115. 116. 117. & 118
Fideiuſſor vtriſque hæres pro vna perſona habemur. 20. §. 10. *num.* 32
Fideiuſſor, etiam rem viliſſimam creditori volenti ſoluens, liberationem conſequitur 20. §. 1. *n.* 19
Fideiuſſor etiam ſub certa aliqua pœna, præſertim in criminalibus accipitur. 11. 221. & *ſeq.*
Fideiuſſor etiam recte interuenit pro ſumma incerta, modo calculis factis certificari queat. 10.70
Fideiuſſor etiam interuenire poteſt pro ſumma incerta, de proximo tamen certificanda. 10.71. & *ſeq.*
Fideiuſſor laborat morbo alieno, ideo facilius quoque ei ſuccurritur. 27. *part.* 5. *n.* 26
Fideiuſſor, & mandator quomodo differant. 20. §. 1. *n.* 24
Fideiuſſor ex conuentione acceptus, etſi poſtea fiat non ſoluendo, non tamen creditor alium idoneum poſtulare poteſt. 13. 8
Sed declaratur, num. 9.10.11 & 12
Fideiuſſor ex cauſis de iure conceſſis, promiſſionem ſuam non adimplens, etiamſi iuramento contrauenerat, periurij tamen argui non poteſt 19.121
Fideiuſſor exercitationis litis, & iudicati quis ſit. 4.63
Fideiuſſor exercitationis litis in prima inſtantia non tenetur pro altera cauſa in inſtantia appellationis. 20. §. 20. *num.* 12
Limitatur notabiliter ibidem numer. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20 *ac* 21
Fideiuſſor fideiuſſoris, vtitur beneficio diuiſionis. 27. *part.* 2. *num* 25
Reſtringe vt ibid. n. 26
Fideiuſſor fideiuſſoris mei non dicitur meus fideiuſſor. 15.128
Fideiuſſor fideiuſſoris accipi poteſt. 4.56
Et quis propriè ſit. ibid. 58. & 59
Fideiuſſor fideiuſſoris, & fideiuſſor indemnitatis differunt, contra Gailium, & Schneidevvinum. 4 62
Fideiuſſor forum declinare, & domicilij priuilegio vti poteſt. 23.13
Fideiuſſor fruſtra adhibetur obligationi inutili. 10.20
Fideiuſſor habens ſaltem bona prohibita alienari, non dicitur idoneus. 8.55. & *ſeq.*
Fideiuſſor hæredem ſuum obligatum relinquit. 20. §. 10. *num.* 30
Fideiuſſor hodierno iure, non niſi prius excuſſo debitore principali tenetur. 24.128
Fideiuſſor idoneus, & locuples vnus ſufficit in ciuilibus. 9.26
Quod tamen fallit, vt ibid. n. 27
Fideiuſſor idoneus non eſt, qui non eſt ſuppoſitus iuriſdictioni iudicis eius, vbi captiuus detinetur. 14.11
Fideiuſſor in caſum ſuccumbentiæ datus non tenetur, ſi pars obtineat ex cauſa deſertionis. 27.70
Fideiuſſor in certam cauſam, vltra illam non adſtringitur 24.37
Fideiuſſor in contractu venditionis pro quolibet pacto, cuiuſcunque tandem id ſit modi, interuenire poteſt. 10.263
Vt, & in terminis iuris [illegible], & ibid. nu. 264
Fideiuſſor indemnitatis, quis ſit. 4.61
Fideiuſſor in dubio non idoneus præſumitur. 8 19
Fideiuſſor in dubio præſumitur mandatum habere ad ſoluendum. 20. § 1. *n.* 6
Fideiuſſor inefficaciter accedit obligationi nulli. 10.19
Fideiuſſor in eodem foro cum debitore, vel creditore habitans, debet ibi etiam poſſidere tot bona immobilia, vel ſaltem mobilia, quæ ad valorem cauſæ ſufficiant. 14.12
Fideiuſſor inhibitionem ſolutionis procurans, ad damna, intereſſe, & expenſas merito tenetur. 19.54
Fideiuſſor inopis debitoris, vt ipſe non ſoluendo exiſtens,

creditori

creditori ad ſeruiendum adiudicari poteſt. 6.265. & ſeq.
Fideiuſſor in ſuo proprio foro eſt conueniendus. 23.8
Fideiuſſor interponere debet teſtationem contrariæ volunta-tis, ſi fideiubere nolit. 20.§.33.n.26
Fideiuſſor in tantam ſummam, & quantitatem, quantam-vult, interuenire poteſt. 10.64
Fideiuſſor in teſtamento ſuo mandans ſatisfieri omnibus à ſe recipere debentibus, intelligitur mandaſſe ſatisfieri, etiam illis, quibus debet fideiuſſorio nomine. 20.§.8. num. 17. & ſeq.
Fideiuſſor iudicio ſiſti potius dicitur principalis, quam fide-iuſſor. 16.26
Fideiuſſor iudicio ſiſti non liberatur lata ſententia, ſi ſimul promiſerit præſentare, toties, quoties, aut quando curiæ placuerit. 20.§ 19.n.10. & ſeq.
Fideiuſſor iurans liberat reum, etiam à pupillo datus fuerit, 20.§.2.n.28
Fideiuſſor iure veteri quis pro tutore eſſe, & nihilominus tutor dari poterat. 11.227
Fideiuſſor liberam facultatem habens propria authoritate rem debitoris arripiendi, an ſibi præiudicet, ſi iudicem adeat, atque illud ab ipſo impetret. 25.119. & ſeq.
Fideiuſſor liberatur, ſi creditor debitorem, vel fideiuſſorem, vel eius hæredem arrogat. 20.§.24.n.1.
Fideiuſſor liberatur, ſi ipſe creditor obligationem ipſius laceret, cancellet, aut comburat. 20.§.8.n.14
Fideiuſſor liberatur rei principalis præſentatione. 20. §. 9. num.1. & ſeq.
Fideiuſſor liberatur, ſi quis tertius creditori acceptanti pro eo ſoluere promittat. 20.§.3.n.10
Fideiuſſor litis æſtimationem ſoluere poteſt, litiſque æſtimatione damnatus facit, vt res fiat depoſitarij. 20.§.1.n.18
Fideiuſſor maleficiorum accipi nequit. 10.40. & ſeq.
Et ibid. nu.340.
Fideiuſſor mediante corporali iuramento promittens, ſe velle obſeruare contractum, & poſtea fidem datam fallens, non improbe periurus dici poteſt. 19.109
Fideiuſſor minorem ſummam debere poteſt, quam principalis. 10 67
Fideiuſſor minus idoneus admittitur, ſi principalis ipſe ſit multum diues. 8.97
Fideiuſſor non debet eſſe forenſis. ibid.n.100
Fideiuſſor non eſt idoneus, qui inuitus iudicium pati non cogitur. 14 38
Fideiuſſor non eſt de ſubſtantia emptionis, & venditionis. 10. 219
Fideiuſſor non habet cauſam lucratiuam, ſed certat de damno vitando. 20.§.6.n.6
Fideiuſſor non obligatur pro pœna, eiuſq; ſolutione, quæ contra diſpoſitionem iuris contractus adiecta eſt. 11.224
Fideiuſſor non obligatur ad id, quod ex mora debitoris ad principalem obligationem accedere poteſt. 24.124
Quod ampliatur ibid. nu.129.130. & 131
Fideiuſſor non poſſidens alia bona, quam ſuper quibus litem futuram timet, non reputatur pro idoneo. 8.57
Declara tamen, vt num.58.ibid.
Fideiuſſor non poſſidens ſufficientia immobilia, vel etiam mobilia, quæ tamen facilè auferri nequeant, non habetur pro idoneo. 8.54
Fideiuſſor non poteſt accedere contractui, facto ab iniuſto carcerato. 10.39
Fideiuſſor non poteſt aliud debere, quam debet ipſe principalis, nec in plus, quam debitis, pro quo obligatur. 24 31
Fideiuſſor non rectè datur, vel accipitur dotaliſq; conſtituti nomine. 6.226
Fideiuſſor non tenetur ad id, quod venit actione diuerſa ab illa, quæ in iudicium deducta fuit. 20.§ 26.n.29
Fideiuſſor non tenetur ex nouo contractu, niſi denuo intercedat. 20.§.25.n.2
Fideiuſſor non tenetur, ſi reus præſentatus aufugiat. 20.§ 9. num.81
Quod ampliatur, ibid.num.82.83. & 84
Fideiuſſor non tenetur, quoties variatur res, cauſa, vel actio. 20.§.26.n.32
Fideiuſſor non tenetur, ſi principalis nulliter promittit. 20. 23. & ſeq.
Fideiuſſor nullitatem obligationis allegare, & ſe ac principalem hoc modo defendere poteſt. 10 25
Fideiuſſor nullus, an non idoneus detur, nihil intereſt. 8.2
Fideiuſſor nunquam ad aliud debitum, quam quod in fidem ſuam recepit, tenetur. 24.21
Fideiuſſor obligari poteſt eorum contractuum nomine, quorum obligatio mandati conſiſtit. 10.6
Fideiuſſor obligari nequit, niſi obligatio ſit ſubſiſtens, efficax, & iure aliquo munita. 10.15
Et ibid num. 18.19. & 20
Fideiuſſor obligationi præſcriptæ accedere nequit. 19.5
Fideiuſſor obligationem ad annidera quoque in ſe ſuſcipere poteſt, ſecundum Portium, & Bertachinum: ſed improbatur ex Antonio Pichardo. 10.4
Fideiuſſor obligatur cum alio, expromiſſor vero ſolus. 4.28
Fideiuſſor obligatur, quando de eius enixa voluntate conſtat, velle eum obligari, licet obligatio principalis non ſubſiſtat. 10.112
Fideiuſſor obtinere poteſt, vt vna cum ipſo, vel alij fideiuſſores, vel pignora in ſecuritatem dentur. 11.204
Fideiuſſor omnis eſt ſponſor. 3.
Fideiuſſor omnis generis obligationibus accedere poteſt. 10. 1. & ſeq.
Fideiuſſor operis futuri rectè accipitur. 10. 82
Fideiuſſor per confuſionem liberatus non tenetur ad æſtimationem rei debitæ, neque etiam ad ſimilem quantitatem. 20.§.16.n.15. & 16
Fideiuſſor plus conſequi non poteſt, quam ſoluit. 24. 4. & ſeq.
Fideiuſſor pœnam promittere poteſt, ad quam principalis non tenetur. 24.113
Fideiuſſor poſt vnum atque alterum diem ſe ab obligatione ſua eximere nequit. 20.§.33.n.31. & ſeq.
Fideiuſſor poteſt ſumi ex vicina ciuitate eiuſdem prouinciæ, licet diuerſum rectorem habeat. 14.34
Secus ſi ſit remota. ibid.
Fideiuſſor poteſt intercedere ad intereſſe, & pecuniam, etiamſi principalis factum debeat. 24.26
Fideiuſſor præſtari debet in eo ipſo loco, atque ex eiuſdem loci hominibus, vbi contractum eſt. 14.6
Fideiuſſore primo ſtatim fugam arripiente, alius de nouo eſt dandus. 13.21
Fideiuſſor probatæ quidem fidei, & honeſta vita exiſtens, nihil autem præterea in bonis, vel certè parum proprij, aut etiam bona reſtitutioni obnoxia, litigioſa, obærata, hypothecata, extra Romanum Imperium aut territorium debitoris ſita, mere feudalia, inobligalia, periculis euidentibus obnoxia ſterilia, vilia, tenuia, abſque titulo, & mala fide poſſeſſa, &c. habens, non agnoſcitur pro idoneo. 8.49
Et ibid.num.65. ac num 85
Fideiuſſor pro dote reſtituenda rectè datur ſoluto matrimonio. 6.147
Et ibid.num.184
Fideiuſſor pro dote reſtituenda non poteſt agere, vt liberetur, etiamſi diu ſteterit in obligatione. 6.224
Fideiuſſor pro dote non tenetur vlterius, ſi intra biennium dos non exigatur. 20 §.18.n.7
Fideiuſſor pro exercitio litis, ſi ſit acceptus, liberatus, ſi reum, prout promiſit, liti, & iudicio ſiſtat. 20.§.9.n.5
Fideiuſſor pro inutiliter obligato ex ignorantia iuris ſoluens, nequiquam liberatur. 20.§.1.n.29

Fideiuſſor promittendo pecuniam, & intereſſe, cenſetur iure promittere idem, non diuerſum ab obligatione principali. 24.27

Ratio ponitur, ibid. num. 28. & 20

Fideiuſſor promittens ſe teneri velle in omni inſtantia, & pro quacunque cauſa, tenetur etiam in cauſa appellationis. 20 § 20. *nu.* 24

Fideiuſſor pro officio fideiuſſionis mercedem accipere poteſt. 26.119. & *ſeq.*

Sed contrarium demonſtratur. ibid. num. 122

Declaratur, num. 134. & *ſeq.*

Fideiuſſor pro parte Cambij non tenetur pro mercantia, etiam ſcriptus in libris Cambij. 20. §.26. *n* 31

Fideiuſſor pro prodigo, & furioſo datus non obligetur. 5.353

Fideiuſſor propter paupertatem habet poteſtatem vendendi bona debitoris. 27. *part.* 1. *n.* 267

Fideiuſſor pupilli tenetur ratione ſua propriæ obligationis. 5.350

Fideiuſſor qualiſcunque intelligitur tantum ratione facultatum. 8.95

Fideiuſſor qualis qualis ab extraneo datus, & recuſatus ſi ſit, non naſcetur actio iniuriarum. 6.35

Fideiuſſor qualis ſit, qui ſe pro alio principalem debitorem conſtituit. 4.21

Fideiuſſor, quamuis ſit de foro creditoris, vel debitoris, ſi tamen mox in aliud territorium commigrare intendat, non habetur pro idoneo. 14.36

Fideiuſſor, quando offertur, debet eſſe præſens. 11.6

Fideiuſſor quatenus teneatur, ſi tempus nullum ſit expreſſum: remiſſiue. 11.217

Fideiuſſor quando in cauſis criminalibus adhiberi poſſit, à iudicis arbitrio fere totum dependet. 10. 381

Fideiuſſor quando etiam in cauſis appellationum tenentur. 20 §.20. *n.* 22

Fideiuſſor, qui adhibuit omnem diligentiam, vt reum præſentaret, ſi id non potuit efficere, excuſatur tam ab intereſſe, quam à pœna. 20. § 9. *n.* 126

Fideiuſſor, qui ante tempus non poteſt petere ſe eximi ab obligatione, curare poteſt ſibi dari pignora. 21. *n.* 205

Fideiuſſor quibus in bonis debitorem pignorare poſſit. 25.61. & *ſeq.*

Fideiuſſor, qui diu in obligatione ſtetit, poteſt ad liberationem, & exemptionem agere. 25.32

Et quomodo hoc procedat, ibid. n. 34.35.36 & 37

Fideiuſſor, qui nomine actionis bonæ fidei, vel legatorum, aut fideicommiſſorum interceſſit, ex ſtipulatu conueniri poteſt. 21. 10

Fideiuſſor, qui iurauit, tenetur, etiamſi obligatio nulla ſubſit. 10 92

Contra communem ſententiam. ibid. num. 94. & *ſeqq. numero* 100

Fideiuſſor, qui promiſit pro aliquo, quod in poſterum domino ſuo fidelis eſſe debeat, ſi is contrauenit, pecuniaria punitur. 20. §. 9. *n.* 117. & *ſeq*

Fideiuſſor, qui promiſit reum præſentare toties, quoties, &c. liberatus eſt cenſendus, quando per eundem iudicem, qui facta erat promiſſio, reus iterum capitur, & poſtea aufugiat. 20. §. 9. *n.* 29. & *ſeq.*

Fideiuſſor, qui promiſit, ſe velle ſoluere in quolibet loco, apponendo clauſulam, cum enumeratione locorum, non poteſt conueniri in loco tuto, ſuſpecto, vel remotiore, & maioris diſtantiæ ab expreſſis. 23 41. & *ſeq.*

Limita vt ibid n. 43

Fideiuſſor, qui promiſit reum ſiſtere, ad omnem requiſitionem iudicis, toties, & quoties, non liberatur bina præſentatione. 20 § 9. *n.* 18 & *ſeq.*

Fideiuſſor, qui promiſit, reum præſentare toties, quoties, reo non comparente, ſtatim in pœnam incidit. 20. §. 9. *n.* 23

Sed declara vt nu. 24. *ibid.*

Fideiuſſor, qui promiſit aliquem iudicio ſiſtere, vel repræſentare, ſolum tenetur repræſentare ex cauſa præcedente, ad quam refertur promiſſio: ibid. n. 31

Fideiuſſor, qui promiſit pro certo actu tunc faciendo, non tenetur, ſi is poſt temporis interuallum fiat. 12.35

Fideiuſſor, qui reum ſemel exhibuit, poſt præſentationem talem in ſtatuto termino factam, proteſtationem interponere debet, quod vlterius teneri nolit. 20. §. 9. *n.* 17

Fideiuſſor quoque dari poteſt affinis. 8.92

Fideiuſſor quoque in diem accipitur. 11.219

Fideiuſſor ſcriptus in libro, per negotiorum geſtorum, vtrum obligetur domino ſiue ratihabitione, vel ceſſione, remiſſiue. 18.88

Fideiuſſor ſemper in ſuſpenſo ſtare non cogitur. 25.43

Fideiuſſor ſi maneret in damno, iniuria magna eſſet. 26.55

Fideiuſſor ſimpliciter acceptus in prima inſtantia, non eſt obligatus in cauſa appellationis 20. §. 20. *n.* 4. & *ſeq.*

Fideiuſſor ſi inopinato fortunæ impetu rem familiarem amittat, ex integro eſt ſatiſdandum. 13.14

Fideiuſſor, ſi per obitum principalis res ad impoſſibila peruenit, num liberetur, non attenta ſua promiſſione ſe facturum, vt reus ſiſteretur. 20. § 10. *n.* 7. & 10

Fideiuſſor ſi ſimpliciter ſit promiſſus, ſed nondum acceptus, creditor cogi poteſt, alio æque idoneo dato, hunc dimittere. 20 § 57. *n.* 2. & *ſeq.*

Fideiuſſor ſoluens ſeruum, poteſt petere pretium, quamuis ſeruus mortuus ſit. 20. §. 1. *n.* 21

Fideiuſſor ſoluens creditori, vel creditoris creditori, reum liberat. 20. §. 1. *n.* 7

Quod declara, vt ibid. n 8 9. & 10

Fideiuſſor ſoluere poteſt, etiam principali non præſente, ſed abſente. 20. §. 1. *num.* 17

Fideiuſſor ſoluere non valens, etiamſi maximè ſoluere vellet, periurium non incurrit. 19.112

Fideiuſſor ſuccedit in ius defuncti creditoris. 10. §. 16. *n.* 28

Fideiuſſor tam in partem pecuniæ, quam rei dari, & accipi poteſt. 10.65

Fideiuſſor tenetur ad idem, & omne id, quod tempore fideiuſſionis in obligatione fuit, ſiue ſors fuerit, ſiue vſura: ſiue ſtipulatio fuerit diuidua, ſiue indiuidua. 24.48. & *ſeq.*

Fideiuſſor tenetur, etiamſi ex delicto oriatur actio. 10.336

Fideiuſſor tenetur in ſolidum. 24.51

Fideiuſſor tenetur, ſi ſententiam Cameræ condemnatoriam, Remiſſorum ſententia confirmatoria ſequntur. 20. §. *numero* 35

Fideiuſſor venditioni fundi dotalis adhibitus, an teneatur de euictione, nec ne. 10.255

Et negatiue concluditur. ibid. n. 256. & 257. *eadem.*

Fideiuſſor vicarius, & ſubalternus, quis ſit. 4.48

Fideiuſſor vim inferens, ad hoc, vt per acceptilationem liberetur, nec ſe, nec reum liberat. 20. §. 5. *n.* 7

Fideiuſſor vltra caſum expreſſum non obligatur. 24.41

Fideiuſſor vnus tanquam idoneus à magiſtratu admiſſus, fideiuſſionem in ſe ſuſcipere poteſt. 9.51

Fideiuſſor vt accedat obligationi, ea debet eſſe honeſta, licita, & auctoritate legum, ſiue corpore iuris inſertarum, ſiue particularium alicuius regni roborata. 10.35. & *ſeq.*

Et ibid. num. 52

Fideiuſſore vtrum debeat promittere tantum euictionem contra illum, qui in præſenti mouet litem, vel an contra quoſcunque. 10.239

Et pro poſteriori opinione concluditur, ibid. num. 240.242. & 244

Fideiuſſor re adhuc integra pœnitere poteſt. 10. § 33. *num.* 14. 15. & *ſeq.*

Fideiuſſor recipiens, quod ſibi denegari debeat audientia omnium, etiam iuſtiſſimarum exceptionum, tum beneficiis fideiuſſorum renuntiaſſe videatur. 17.64. & *ſeq.*

Fideiuſſor recte accipitur ſub conditione. 11.197

Et num.

Et num. 201. & 203. ibid.
Fideiuſſor rectè interuenit pro pecunia, quæ in tranſactione ſuper criminali promittitur. 10.346
Fideiuſſor rectè interuenit pro dote promiſſa. 6.166
Fideiuſſor reiectus etiam ipſe aliquando iniuriarum agere poteſt. 6.49
Limitatur, ibid.nu.50
Fideiuſſor rei ſiſtendi liberatur, ſi eo non procurante reus propter aliud crimen in bannum declaretur. 20.§.9.n.94.
Ratio ponitur ac declaratur, ibid. n.95. ac 96
Contrarium aſſertur. ibid. num.97
Fideiuſſor repetit omne id, quod ſoluit. 26.1.& n.3
Fideiuſſor reum ſiſtere promittens, non incidit in determinatam pœnam, quando reus ob aliam cauſam eſt condemnatus. 20.§ 9.n.34
Fideiuſſoris approbator tenetur, vtcunque fideiuſſor non ſit idoneus 8.43.& ſeq.
Declara tamen vt num.46.ibid.
Fideiuſſoris approbatio fieri debet præuia citatione partis aduerſæ. ibid.n.47
Fideiuſſoris bona ſunt æquo excutienda, ac debitoris principalis, ad hoc, vt carceris publici pœna euitetur. 16. 17.& ſeq.
Fideiuſſoris conſenſus requiritur, antequam is obligatur. 7. 24.& ſeq.
Fideiuſſoris conſenſus tacitus an ſufficiat, vel an expreſſus requiratur. 7.32
Fideiuſſoris datio facit ceſſare beneficium Auth. res quæ.C. commun.de legat.15.53
Sed contrarium deciditur, ibid.n.54
Fideiuſſoris datio perpetuat actionem. 15.44
Fideiuſſoris datio, vel receptio non alterat ſui natura præcedentem obligationem. 24.22
Fideiuſſoris datione agnoſcitur debitum, & præſcriptio interrumpitur. 15.86
Fideiuſſoris defuncti in locum, ſi alius ſubſtituatur, non eſt opus conſenſu aliorum confideiuſſorum.20.§.10.n.64
Et ibid.num.67
Fideiuſſoris de iudicatum ſoluendo beneficium.27.part.5.nu. 67. & ſeq.
Fideiuſſoris herede, vel fideiuſſori, vel ipſi reo principali ſuccedente, obligatio fideiuſſoria euaneſcit. 20. §. 16. num.49
Fideiuſſoris idoneitatem conſilij in modum, & effuſo ſermone extollens, quatenus teneatur. 8.22
Fideiuſſoris inopia ſubſecuta deſinit, eſſe cautum. 13.15
Fideiuſſoris morte extinguitur obligatio fideiuſſoria. 20.§.10 num.16
Sed diſtingue vt num.17.& ſeq.
Fideiuſſoris oblati calumnioſa recuſatio à iudice eſt compeſcenda. 6.40
Fideiuſſoris obligatio per ſe eſt contractus, & ſua propria forma conſiſtit. 7.23
Fideiuſſoris perſona cur tradi dicatur poſt contractum celebratum. 16.21
Fideiuſſoris præſtatio, ſi alicui per decretum iniungitur, non ſufficit dare pignora. 18.80
Fideiuſſoris qualitatem dubio creditor ſciuiſſe præſumitur. 8.17
Fideiuſſoris reſpectu tam in tempore, quam in quantitate plus peti poteſt. 22.30
Fideiuſſoris ſubſtantia poſſeſſionem debitoris ſuſtentat. 16.19
Fideiuſſori competit ius paratæ executionis aduerſus debitorem, ad conſequendum id, quod executiuè ſoluit. 26.7
Fideiuſſori diu in obligatione ſtanti, quænam tria remedia iudex indulgere cogatur. 25.38
Fideiuſſori indebitum, vel quid aliud ex errore ſoluenti, quomodo ſuccurratur. 20.§.1.nu.25.& ſeq.
Fideiuſſoris iura fauent propenſius, quaſi debitori principali, 27.in proœm. n.3
Fideiuſſori non prodeſt ceſſionis beneficium. 5.99
Fideiuſſori non ſubuenitur, quando ſciebat difficultatem tempore fideiuſſionis. 5.235
Fideiuſſori multa remedia competunt. 25.98
Fideiuſſori quoque contra alios, quam debitorem, creditorem, & confideiuſſorem actiones quædam aſſignantur. 25. 145
Fideiuſſori redhiberi poteſt, ſi in omnem cauſam ſit fideiuſſor. 10.133
Fideiuſſorem à debitore bannito accipiens, cenſetur renunciaſſe priuilegio banni. 15.51
Fideiuſſorem alium æque idoneum dando liberare nos poſſumus ab vſuris maioribus. 20.§.37.n.18
Fideiuſſorem dans non fatetur ſe eſſe debitorem. 5.153
Et ibid.num.58
Limitatur tamen ibid.n.175.& 176
Fideiuſſorem dare cogitur quoque ditiſſimus, ſi creditor expoſcat. 5.4
Quod latè oſtenditur, vſque ad num.33
Fideiuſſorem dare vnicuique graue. 6.141.& ſeq.
Fideiuſſorem dare poſſunt omnes, qui rectè contrahunt. 5.5
Fideiuſſorem dare ſimpliciter promittens, intelligitur in dubio promiſiſſe, quod velit eum præſtare in ciuitate, in qua contraxit. 14.5
Fideiuſſorem de non recedendo vltro præſtans, captura licet inique cenſetur conſentire. 5.154
Et ibid.num.157
Fideiuſſorem iure exigit, qui pecuniam retinere poſſet. 5.19
Fideiuſſorem liberare ab obligatione promittens, promiſſioni ſatisfacit præſtando cautionem, ſi debitum non eſt liquidum, 5.381
Fideiuſſorem me dare aut ſcribere, neſciente me aut nolente, nemo poteſt. 7.30
Fideiuſſorem non conſtituit debitoris rogatio, ſed creditoris interrogatio, & fideiuſſoris ſponſio. 3.35
Fideiuſſorem non idoneum ſi creditor accipiat, ſibi imputet. 8.16
Fideiuſſorem qui dare tenetur, non liberatur dando pignora. 18. 68
Item, num.77.ibid.
Limita, vt ibid.nu.78 & 79
Fideiuſſorem qui inuenire nequit, propter malos, & corruptos mores, aut ſuam doloſitatem, non gaudet beneficio iuratoriæ cautionis, 18.109
Fideiuſſorem, qui non poteſt inuenire in vno loco, ſed bene in alio, an ſit audiendus. 14.27
Concluditur quod ſic, modo tamen iuret de calumnia. ibid. num.18. & 29
Fideiuſſorem recipiens à colono pro mercede, videtur tacitè renuntiare hypothecæ ſuper rebus illatis, & inuectis. 15.45
Fideiuſſorem verbaliter offerre non ſufficit. 10.482
Fideiuſſorem vnum dare promittens, non poteſt dare duos, quorum quilibet ſe pro dimidia parte obliget. 9.47
Fideiuſſorem vnum duo debitores dare poſſunt. 9.24
in Fideiuſſore accipiendo, creditoris veri, & apud quem ipſe reus principalis eſt obligatus, conſenſus requiritur. 6. 51.& ſeq.
Fideiuſſore aliud promittente, quam principalis debet nulla eſt obligatio. 24.64
Declara, vt ibid.nu.106
Fideiuſſore confideiuſſori herede exiſtente non contingit liberatio. 20.§.16.n.51
Ratio ponitur ibid.n 52.& 53
Fideiuſſore creditori herede exiſtente fideiuſſor liberatur, ſed reus obligatus manet. 20.§.16 num.27
Fideiuſſore debitori ſuccedente fideiuſſoria obligatio extinguitur. 20.§.16.n.31

I N D E X.

Fideiuſſore ex alia cauſa, quam debebat ſoluente, quid iuris. 20.§.1.nu.31
Fideiuſſore in conſtituendo, non ſemper debitoris conſenſus requiritur. 5.146
Et num 147.148.149.150.151.& 152.*ibid.*
Fideiuſſore primo decedente de nouo præſtatur quandoque cautio. 13.17
Fideiuſſore pro idoneo nemo habendus, qui mediocres facultates non poſſideat. 8.67
Fideiuſſores à iudice recepti eo ipſo cenſentur approbati, quod non ſint reiecti. 8.35
Fideiuſſores cuſtodum caſtri non conueniuntur, ſi illi ob proditionem eorundem e tur in certam pœnam. 24.177
Sed limitatur num 178.& 179.*ibid.*
Fideiuſſores dare coguntur aduenæ, ius ciuitatis ambientes, antequam admittantur, ſe legitimè natos, nec alicuius proprios homines aut libertinos eſſe. 5.533
Fideiuſſores de ſe vt promittant, oportet. 3.25
Fideiuſſores duos, ſi reus dederit, is ſoluere poteſt, vt vnum duntaxat liberet. 20.§.1.num.12
Fideiuſſores ex reipſa, hoc eſt, fide nomen accipiunt, vt tutores, & defenſores ciuitatum. 2.34
*Quod late deducitur, ibid. num.*35 37 & *aliquot. ſeq.*
Fideiuſſores idoneos dare non eſt facile, ſed ſaltem poſſibile. 8.5
Fideiuſſores idoneos ſe dare fallaciter dicens, de dolo tenetur. 8.4
Et ibid. num 20
Fideiuſſores in prima obligatione interuenientes, per dationem aliorum fideiuſſorum, poſt terminum deſtinata prima ſolutione non liberantur. 20.§.36.*n.*1.& *ſeq.*
Fideiuſſores loco pignorum nemo accipere cogitur. 15.46
Fideiuſſores non idoneos eſſe, qui aſſerit, illud reuelanter probare tenetur, ex præiudicio Auguſtiſſimæ Cameræ Imperialis. 8.28
Fideiuſſores non obligantur ad pœnam corporalem, ſed tantum ad pecuniariam, quando carceratus in leui exceſſu ſub fideiuſſoribus relaxatur. 20.§.*n.*45
Fideiuſſores non poſſunt ſe obligare ſub pœna banni. 11.225
Fideiuſſores non tenentur ad intereſſe æſtimabile. 20.§.9. *num.*66
Fideiuſſores oblatos, ſi creditor recuſet, quid ſtatuendum. 6.32 & *ſeq.*
Fideiuſſores officialis abſoluti, ſi proceſſu Reuiſorio fuerit condemnatus officialis, non tenentur. 20.§.20.*n.*31
Fideiuſſores plures aut pauciores dantur pro arbitrio iudicis aut partium. 9.23
Fideiuſſores præſtant nuntij Cameræ Imp. de probe exercendo officio ſuo. 5.332
Fideiuſſores primi compromiſſi non comprehenduntur in prorogatione ipſius, niſi conſenſerint. 20.§.18.*n.*8
Fideiuſſores primi contractus, ſi ſe rurſus in ſecundo contractu obligent, videntur ſe obſtrinxiſſe ſecundum omnes qualitates ſecundi contractus. 20.§.36.*n.*12
Fideiuſſores probandi, approbandi, taxandi, & recipiendi poteſtatem habent in Italia, plerique officiales. 8.30
Fideiuſſores promittentes, ſe, niſi promiſſa ſeruauerint, ſceleſtos, mendaces, & infames eſſe velle, reipſa, & hominum opinione infamiam incurrunt. 19.158
Fideiuſſores pro etiam pœna promittunt. 11.223
Fideiuſſores qui inquietat, dum principalis ſoluere paratus eſt, iniuriarum actione obſtringitur. 22.50
Fideiuſſores ſcholarium non conueniuntur coram iudice ſcholarium, ſed coram iudice ſuo. 23.14
Fideiuſſores ſi beneficio excuſſionis renuntiauerint, fruſtra monent creditorem, vt debitorem facultatibus labentem conueniat. 20.§.15.*n.*18 & *ſeq.*
Fideiuſſores vel mandatores dotium dari non debent. 6.103
Fideiuſſores, vel pignora accipere paria ſunt. 6.120
Fideiuſſionum diuerſa genera conſtitui poſſunt. 4.13
Fideiuſſorum intereſt, ne plus loco ab ipſis petatur. 23.2
*Ratio ponitur, ibid. num.*3
Fideiuſſorum intereſt, non tam cui teneantur, & cui ſoluant ſed pro quo teneantur, & pro quo ſoluant. 7.29
Fideiuſſorum præſtationem quandoque exigunt adminiſtratores. 6.249
Fideiuſſorum qualitas eſt eorundem idoneitas, vel inidoneitas. 8.51
*Fideiuſſorum qualitas primaria conſiſtit in eorundem diuitiis ac paupertate. ibid. num.*52
Fideiuſſio poteſt adijci debito futuro. S.part.3 *n.*56
*vt Fideiuſſor promittit qui pro alio promittit. ibid.*57
Fideiuſſor non poſſidens immobilia, quibus caſibus idoneus. M.227
Fideiuſſor poſſidens mobilia pleraque quæ haud facile exportantur dicitur idoneus. M.241
Fideiuſſor datus à teſtatore dicitur idoneus quamuis immobilia non poſſideat. M.244
Fideiuſſor qui poſſidet immobilia an nunquam poſſit recuſari. M.245
Recenſentur plerique caſus in quibus recuſatur etiam is quò immobilia poſſidet. M.246.& *ſeqq.*
Fideiuſſor idoneus non eſt qui eſt difficilis conuentionis. M.260
Fideiuſſor idoneus eſt is qui immobilia poſſidet etiamſi ſint ſubiecta reſtitutioni. M.261
Fideiuſſorem dare promittens an poſſit dare ſurenſem. M.262
Fideiuſſor qui repetit à debitore ſolutum probat ſolutionem ſola confeſſione creditoris. M.265
Fideiuſſor excipit ex perſona rei etiam reo inuito. M.268
Fideiuſſor exceptionem reo competentem opponere poteſt quam non poteſt opponere reus. M.269
Fideiuſſor mulieris iuuatur Velleiano. M.270
Fideiuſſor excommunicati habet exceptionem compenſationis ob creditum principalis. M.271
Fideiuſſor qui promiſit ſoluere libere ſine aliqua exceptione non intelligitur renuntiare beneficiu excuſſionis. M.272
Fideiuſſor ſæpius non habet exceptionem principalis, vt non conueniatur vltra quam facere poteſt. M.273
Fideiuſſor non gaudet beneficio inhibitionis factæ à iudice eccleſiaſtico iudici ſeculari ne de contractu vſurario cognoſcat. M.274
Fideiuſſor non poteſt ad plus obligari quam principalis, & ſi ſe obliget valet obligatio quatenus eſt obligatus principalis. M.291
Fideiuſſor indemnitatis non conuenitur ante principalem etiam ſi fideiuſſorum beneficio renunciauerit. M.23
Fideiuſſor qui ſe principalem debitorem conſtituit non poteſt ante excuſſionem conueniri. M.62
Fideiuſſore minus idoneo accepto non poſſumus amplius tutiorem cautionem expoſcere. M.66
Fideiuſſores pro pecunia mutua ſi plures interueniant is principaliter obligatur ad quem pecunia peruenit cæteri ſunt loco fideiuſſorum. M.65
Fideiuſſore minus idoneo accepto an poſſemus deinceps allegare ignorantiam, quod minus idoneus fuerit. M.93
Fideiuſſore dato eoque effecto non ſoluendo quomodo debitor cogi poſſit ad alium fideiuſſorem præſtandum. M.74
Fideiuſſor dato idoneo, qui ſtatim aufugiat alius fideiuſſor dandus eſt. M.76
Fideiuſſor non liberatur, quando à primò iudice receditur. M.90
Fideiuſſor non tenetur ad augmentum, quod eſt acceſſorium principalis obligationis. M.91
Fideiuſſor non obligatur abſque ſtipulatione, & verbis. M.91

Fideiuſſor

Fideiuſſor eius, qui ſemel liberatus eſt, & poſtea noua prouiſione condemnatur non tenetur. M. 95
Fideiuſſor magiſtratus non tenetur pro eo tempore, quo iterum confirmatur. ibid. 94
Fideiuſſor pro penſione domus etiam tenetur pro deuaſtatione, & deterioratione. M. 96
Fideiuſſor eo caſu quo tenetur pro augmento an teneatur pro omnibus acceſſorijs cuiuſuis temporis. ibid. 97
Fideiuſſor in cauſa appellationis an teneatur in cauſa principali, & è conuerſo. M. 108
Fideiuſſor liberatur inſtantia deſerta. ibid. 109
Fideiuſſor liberatur à fideiuſſione iudicio ſiſti quoties is quem promiſit forum, vel ſtatum. M. 110
Fideiuſſio iudicio ſiſti facta coram ordinario tranſit ad ſucceſſorem non ſi coram delegato. M. 135
Fideiuſſio iudicio ſiſti, vel de præſentando opponere poteſt eum pro quo fideiuſſit fuiſſe male captum. M. 136
Fideiuſſor qui promiſit præſentare aliquem ad quamcunque iudicis voluntatem tenetur eum præſentare etiam poſt ſententiam. M. 140
Fideiuſſor promittens aliquid ſine ſcriptura non tenetur vltra quatuor menſes. ibid. 141
Fideiuſſor qui promiſit præſentare reum iudici ad nutum ſub pœna ſi reus poſtea capiatur, & aufugiat liberatur, M. 142
Sed limita quoties adiecta clauſula toties quoties. ibid.
Fideiuſſor liberatur quando culpa iudicis reus aufugit, vel principalis. ibid. 143
Fideiuſſor qui promiſit pœnaliter aliquem præſentare non tenetur, niſi fuerit requiſitus. M. 144
Fideiuſſor qui promiſit præſentare reum infra menſem, & interea reus bannitur, vel ob aliam accuſationem capitalem aufugit non tenetur. M. 150
Fideiuſſor qui promiſit ſe facturum, quod Titius facit quomodo liberetur ſi interea alter moriatur, & quomodo obligatio tranſeat ad heredes. M. 155
Fideiuſſio ſimpliciter facta pro maleficio extinguitur morte fideiuſſoris. M. 161
Fideiuſſio impeditur ob proteſtationem antecedentem. ibidem 162
Fideiuſſor etiam ſi pauper ſit, dummodo principalis ſit diues nihil refert, quia eorum bona pro vnico patrimonio habentur. M. 179
Fideiubens pro magiſtratu an teneatur ob ea quæ geruntur contra officium magiſtratus. M. 182
Fideiuſſor indebitè condemnatus quando habeat actionem contra principalem. M. 186
Fideiuſſor iudicio ſiſti, & de iudicato ſoluendo an teneatur ad ſumptus litis. M. 187
Fideiuſſor poteſt agere pro damnis, & intereſſe contra principalem. M. 193
Fideiuſſor qui non habet alia bona quam quæ non veniunt in generali obligatione an obligando omnia bona cenſeatur ea obligare voluiſſe. M. 194
Fideiuſſor non obligatur ad pœnam corporalem. M. 206
Fideiuſſor pro vulnere an teneatur de morte ſubſecuta. M. 213
Fideiuſſor non reuocatur inuito creditore. M. 212
Fideiuſſor quibus caſibus agat contra principalem antequam ſoluat. M. 216
Fideiuſſor obligari poteſt pro eo quem obligari ſtatutum prohibet. M. 291
Fideiuſſor poteſt obligari ſub guarentigia quamuis ita non ſit obligatus principalis, tuncque poteſt petere à principali liberationem etiam antequam conueniatur. M. 293
Fideiuſſor obligari efficacius poteſt quam principalis. M. 294
Fideiuſſor poteſt petere à principali liberationem. M. 295
Fideiuſſorem dare qui tenetur dando pignora liberatur. M. 292. & num. 305
Fideiuſſor gratis liberatus à creditore an repetat à principali. M. 312
Fideiuſſor indemnitatis ad quid teneatur. M. 14
Fideiuſſio facta nulla cauſa expreſſa an, & quando valeat. M. 318
Fideiuſſor ſine cauſa iuramento validatur. M. 322
Fideiuſſor negans ſe fideiuſſiſſe ſi conuincatur ſibi nocet. M. 322. & num. 324
Fideiuſſio nuda veſtiatur cohærentia contractus. M. 356
Fideiuſſor conuentus pro executione poteſt petere executionem contra principalem. M. 362
Fideiuſſor ſoluens pro principali quando habeat executionem paratam contra eum. M. 363
Fideiuſſor ad quem peruenit tota pecunia an debeat ante alios excuti. M. 370
Fideiuſſor quibus caſibus poſſit eſſe teſtis pro reo principali. M. 381
Fideiuſſor quando poſſit teſtificari pro confideiuſſore. M. 382
qui iurat non Fideiubere an poſſit fideiubere. M. 203
inuicem Fideiubere poſſint inquiſiti ſi pœna pecuniaria. M. 368
Fideiuſſor quis ſit. M. 2
Fideiuſſor quomodo differat à materia datore. M. 6
Fideiuſſor, & ſponſor quomodo differant. M. nu. 5
Fideiuſſor quo pacto differat ab expromiſſore. M. 4
Fideiuſſor renuntians beneficio fideiuſſorum conuenitur ante principalem. M. 7
Fideiuſſor qui iurauit non habet beneficium excuſſionis. M. num. 9
Fideiuſſor non vtitur excuſſione quando creditor eſt debitor fideiuſſoris, & vult compenſare. M. 11
Fideiuſſor non vtitur excuſſione vbi agitur de bona fide, & æquo. M. 12.
Fideiuſſor non vtitur excuſſione vbi proceditur ſummarie de plano ſine ſtrepitu, & figura iudicij. M. 13
Fideiuſſor conuenitur ante principale abſentem, vel alterius iuriſdictionis. M. 14
Fideiuſſor non vtitur excuſſione ſi impediat executionem fieri aduerſus principalem. M. 15
Fideiuſſor qui ſe talem negat non vtitur excuſſione. M. 19
Fideiuſſor factum alienum p[r]æſtare non poteſt. M. 22
de Fideiuſſorum qualitate, & idoneitate non tenetur debitor creditorem certiorem reddere. 8. 10
Et ibid. nu 11. 12. 13. ac 15
Fideiuſſorum ſatiſdatio ita aliquem loco affigit, vt inde recedere non poſſit. 15. 66
Fideiuſſorum ſpecies quadam conſtitui poſſunt à forma obligationis eiuſdemque effectu 4. 20
Fideiuſſorum ſufficientia, vel inſufficientia cognitio per viam commiſſionis, etiam remota appellatione, in Camera Imp. aliquando demandata ſunt. 8. 50
Fideiuſſorum vnus, qui diu in obligatione ſtetit, ſi liberationem obtineat, non prodeſt illud reliquis confideiuſſoribus. 21. 39. & ſeq
Fideiuſſoribus ex duobus oblatis, ſi creditor vnum eligit, poſtea non poteſt pœnitere. 6. 28
Fideiuſſoribus ex tribus, ſi vnus ſaltem intra triginta annos conueniatur, fruſtra ſe reliqui præſcriptione tuentur. 20. § 18. nu 15
Fideiuſſoribus idoneis ſemper eſt cauendum. 8. 1
Fideiuſſoribus non eſt denunciandum litem agitari, ad hoc, vt de euictione conueniri poſſint. 10. 231
Fideiuſſoribus periculum quodnam, & quantum immineat. 13
Fideiuſſoribus quare regreſſus detur aduerſus debitorem, aut alios. 25. 4
Fideiuſſoria cautio in Camera Imp. decreta debet fieri fideiuſſoribus, in Imperio ſedem ſuam habentibus. capite 24. num. 8.

Digitized by Google

Fideiuſſoria materia tota eſt practicabilis. 1.1
Fideiuſſoria obligatio aggregat facultates fideiaſſoris, facultatibus debitoris. 16.16
Fideiuſſoria obligatio operatur, vt fideiuſſor tutoris non poſſit eſſe pupilli tutor. 15.110 & ſeqq.
Fideiuſſoria obligatio ſemel perfecte finita non poteſt in eſſe reduci ſine facto fideiuſſoris. 20.§.38.n.4
Fideiuſſoria obligatio tollitur iureiurando. 20.§.2.n.1
Fideiuſſoria obligatio tollitur delegatione. 20.§ 4.n.1
Filius natus ex maritata præſumitur eſſe mariti non a. adulteri. M. 51
verbum Filius quod non poteſt ratificari niſi in filiis adoptiuis in illis verificatur. M. 197
Filia quæ peccauit in corpus ſuum non poteſt exhæredari quando per pœnitentiam eſt emendata. M. 220
Filia quæ renunciauit paternæ hæreditati fauore fratrum iis mortuis non nocet renunciatio. M. 225
Filiusfamilias fideiu eſſe poſſit. M. 307
Filius agendo præſumitur eſſe hæres, ſecus quando conuenitur. 20 §.18.n.27.& 28
Filius emancipatus recte fideiuſſorem exigit à patre. 6.83
Declaratur, ibid.n.85.& 86
Filius ex iure protimiſeos admittitur ad vindicandum bona à patre alienata, ex iure emphyteutico. 20.§.10.n.72
Æ iclo ... ſubrectitur, n.73.74 & 75.ibid.
Filiusfamilias maior vigintiquinque annis recte fit fideiuſſor. 7.327
Ratio ponitur, ibid.num.328 & n.333
Filiusfamilias pro extraneo recte fideiubet. 7.336
Et multo magis pro ſuo parente, ibid.num.337
Quod ampliatur, ibid n.338 & 339
Filiusfamilias pro matre ſua fideiubere poteſt. 9.176
Filiusfam. pro patre captiuo fideiubere tenetur, niſi exhæredari malit. 7.348
Filiusfam ratione contractuum habetur pro patrefam. 7.343
Et num.344.ac 346.ibid.
Filiusfam. recte dat fideiuſſorem. 5.366
Limitatur tamen, ibid.n.368
Filius in contractibus non recte accipit fideiuſſorem à patre. 6.77
Limitatur ibid.n.82.& ſeqq.
Filius iuſtam cauſam exhæredandi parentes ſuos habens, impune pro illis non fideiubet. 7.364
Filius pro patre captiuo fideiubere cupiens excuſatur, ſi pro idoneo fideiuſſore reſpuatur ibid.n.358
Et ibid.nu.363
Filius, ſi fideiuſſor acceptus ſit, obligatur pater de peculio. 7.329
Filium nuptiæ liberant à patria poteſtate, 27.part.1.n.247
Filiusfam à patria poteſtate non eximunt nuptiæ. 6.114
Filiifa. & ſerui in multis iuris articulis æquiparantur. 7.294
Filij hodie taciteferè iure è ſacris paternis exeunt. 7.619
Finis cauſa eſt omnium aliarum cauſarum. 16.5
Finis, & effectus quando intentionem ſuam habent, modi qualitas non attenditur. 11.46
Finis eſt principium in intellectu, vltimum in executione. 16.3
Finis in Chriſtianis quæritur, non initium. 7.362
Finis non cadit ſub præcepta, ſed ad finem omnia præcepta tendunt. 61.1
Finis obligationis fideiuſſoriæ quis ſit. 16.6
Et ibid.num.14
Finis rei potiſſimum eſt attendendus. 16.4
Fine prohibito cenſentur etiam prohibita media, quæ tendunt ad finem. 1.121
Limitatur, ibid nu.122
Fines cuiuſuis actionis ſunt tres. 16.4
in Finium regundorum materia quot lapides admittendi. 9.16
Fiſcus cautionem vſufructuariam non præſtat. 5.213
Fiſcus eodem vtitur iure, quo ſubditi vti debent. 7.280
Fiſcus, & imperium abundant, ſi ſubiecti ſint locupletes. 7.212
Fiſcus gaudet beneficio diuiſionis. 27.part.2.n.31
Fiſcus habebat ſua vectigalia. 5.337
Fiſcus hæres non ſatiſdat. 5.300
Fiſcus Imperatoris aliquid ſua fide eſſe iubens obligatur. 7.284
Fiſcum in præiudicium creditorum non eſt priuilegiatus, quando agit de lucro captando. 20.§.14.n.14
Fiſcus loco hæredis ſuccedit. 27.part.2. n 29
Fiſcus non eſt facilis conditionis. 7.275
Fiſcus non eſt idoneus fideiuſſor. 7.270 & ſeqq.
Sed declaratur ibid.num.276.& ſeqq.
Fiſcus non facile conueniri, & ad ſolutionem adigi poteſt. 27.par.2.nu.156
Fiſcus non niſi in caſibus expreſſis priuilegiatus. 20. §. 14. num.15
Fiſcus nullum habet priuilegium, niſi in caſibus expreſſis. 7.279
Fiſcus principis non vtitur beneficio excuſſionis. 27. part. 1. num 407
Fiſcus publicatis bonis an tanquam hæres debitoris conueniri poſſit. 20 § 14.n.6.7.8.11.& 13
Fiſcus ratione ſui intereſſe ad partium concordiam non eſt alligatus. 10.310
Fiſcus ſemper eſſe ſoluendo præſumitur. 7.281
Fiſcus ſi ſemel bona publicata acceptauit, non poteſt ea repudiare ſed fideiuſſor liberatus manebit. 20.§.14.n.10
Fiſcus vtitur iure eius, cui ſucceſſit. 27.par.2.n.30
Fiſci fideiuſſor beneficio excuſſionis recte vtitur. 27. part. 1. nu.155.& 157
Fiſci priuilegia ſunt permulta. 20.§.14.n.12
Fiſco, ad quem bona rei deuoluta ſunt pro reo ſoluente, fideiuſſori liberatio contingit. 20.§.1.n.14
Fiſco fides attribuitur. 7.282
Fiſco non eſt ita fauendum, vt aliis iniuria fiat. 7.277
Fiſco ob debitum reſtituendum conuento, & ſoluente, fideiuſſores quoque liberantur. 20.§ 14.n.9
Fiſco tam debitori, quam creditori ſuccedente, liberatur fideiuſſor. 20.§.16.n.54
contra Fiſcum excuſſio facienda eſt in bonis delinquentis, & condemnati debitoris, antequam fideiuſſor eius conueniatur. 20.§.14.n.32
contra Fiſcum fideiuſſor ceſſis actionibus experiri poteſt. 20. §.14 n.33
Fiſcalis indemnitas idonea fideiuſſione munienda eſt. 16.22
Florentia, & Magnus Dux Hetruriæ Imperio Romano, non amplius ſubeſt. 7.586
Fœdera aliquando execrationibus ſanciebantur, etiam apud Tartaros, 19.145
Fœdera firmata inuiolabiliter ſeruare decet, 10.300.& ſeq.
Fœderibus in conſtituendis non adhibentur fideiuſſores. 10.278
Et ibid.num.280
*in Fœderibus eſt conuentio. ibid.num.*279
Fœmina fideiuſſore carens, ad iuratoriam cautionem admittitur. 18.99
Fœmina ſicut mas mandatum ſuſcipere poteſt. 4.441
Fœminæ olim in ludum Scenæ, & Orcheſtræ deſcenderunt. 10.50
Fœminas olim, & puellas nobiles pro obſidibus dederunt Romam, Germani, Italiæ populi, & Metapontini. 20.299
Forenſis an ſit idoneus fideiuſſor. 14.13. ac ſeq.
Forenſis in alio foro fideiubens, an cenſeatur renuntiaſſe ſoli ſui priuilegio, ibid.num.16
Forenſis in loco contractus ſortitur forum, ſi pura ſit obligatio, vel ibi deprehendatur. 14.23
Forenſi in alterius Principis ſiue ſtatus Imperij ditione arreſtato,

arreſtato, & quidem iure magiſtratus: nihilominus in Camera Imperiali proceſſus ſuper conſtitutione arreſtorum, ad oblatam cautionem de iudicio ſiſti, & iudicatum ſolui decerni debent.13.35.
Forma à legibus in iuramento tradita, ad vnguem eſt ſeruanda.18.1,0.
Forma carens quod ago, ſi non valet vt ago, quia caret forma ſua, non valet etiam, vt valere poteſt.11.17.
Forma exacte, & ad vnguem eſt ſeruanda.ibid.num.14.
Forma fideiuſſionis in cauſa criminali qualis eſſe debet. 11.128.
Forma non poteſt impleri per æquipollens.11.87.
Sed limi atur.ibid.n.88.& 89.
Forma ſtatuti non obſeruata actus corruit.10.465.
Forma quando eſt ſeruanda, non poteſt adimpleri per relationem 11.24.
Forma ſtipulationis in fideiuſſione imprimis eſt obſeruanda. 11.3.
Formæ vberiori, pinguiori ac vtiliori modo non poteſt impleri.11.15.
Formæ ne partium quidem conſenſu quidquam addi, vel detrahi poteſt.ibid.n.23.
Forma, pro vtilitate priuata introducta, bene renuntiari poteſt, non ſolum expreſſe, ſed etiam tacite, etiamſi in lege adeſſet clauſula decreti irritantis.17.56
Formaliter quicquid requiritur, non poteſt per æquipollens expediri.11.22.
Formula cautionis fideiuſſoriæ pro appellante. 10.160.
Formulæ fideiuſſionum hodie ſunt longiſſimæ 11.120
Exornatur ibid.n.121.& 122.
Formulæ ſtipulandi ac fideiubendi olim fuerunt infinitæ; & variæ, quarum aliquot recenſentur. 11.num. 117. & 118. item num.123.
Fori declinatoria exceptio competens reo principali clerico, non competit eius fideiuſſori laico. 27. part.4. numero 79.
Fortuiti caſus periculum fideiuſſor ſuſtinere non cogitur. 20. §.27.num.16.
Fortuitum caſum nullum humanum conſilium prouidere poteſt.26.48.
Fortunam aductam liberi hominis expectare miſerum eſt, S.part.2.n.8.
Fortuiti caſus definitio.S.part.3.n.64.
Fortuiti caſus latronum impetus.ibi.65.
Fortuitorum caſuum præſtatio pacto ſuſcipi poteſt.ibid.num. 52.
Fortuna non habet ſuperiorem.8.80.
Fortuna à ſententia appellari non poteſt.ibi.n.81.
Fortuna incertus eſt exitus.8.78.
Fortunam aduerſam hominis liberi ſpectari, atque ciuile, atque naturale eſt.10.177.
Forum declinare poteſt fideiuſſor, & vti priuilegio domicilij. 23.13
Forum iuſtitiæ, & forum vtilitatis apud Politicos differunt. 19.33.
Fori expreſſa renuntiatio requiritur.14.17.
Fori priuilegio ſi renuntiauerit fideiuſſor, poteſt in loco contractus, vel alibi rectè conueniri.23.17.
Fori renuntiatio rectè fieri poteſt.ibi.n. 18.
Franciſcus I. Rex Galliarum, Carolo V. Imperatori Romano duos filios obſides dedit.10,296.
Frater à fratre, ſi vterque in eiuſdem patris eſt poteſtate, non rectè quid ſtipulatur.7.616.
Frater aduerſus fratrem beneficio competentiæ ſe tueri fruſtra annititur.27.part. 4.num 86.& multis ſeq.
Frater fratrem inopem alere tenetur.ibi.n. 92.
Frater pro debito ciuili ad inſtantiam fratris non poteſt arreſtari vel incarcerari ſed contrarium autor retinet. 27.part.4.n.93.
Frater pro fratre interuenire, & fide ſua eſſe iubere poteſt.7. 615.
Fratres duo in eiuſdem patris poteſtate exiſtentes, reſpectu extranei, pro vna perſona non habentur. ibid. numero 617.
Fratres, hereditates indiuiſas poſſidentes, quatenus priuilegio competentiæ vtantur.27.part.4.n.98.
Fratres ſeparati, patri communi pro ſe inuicem fideiubere poſſunt.7.627.
Fraus, & dolus ſunt obſcura, ideoque inuitabilia.1.36.
Fraus fideiuſſioni eſt contraria, quando ab ipſo fideiuſſore proficiſcitur.19.25.
Fraus non poteſt eſſe ſine dolo.ibi.n.26.
Fraudis fit reus fideiuſſor, obligationem ſiue inſtrumentum ſtudioſe radens, cancellans, lacerans, aut comburens. 19. 31.
Fraudis elegans deſcriptio.19.28.
Fraudis ſagittæ redire debent in doloſum verticem ſagittantis. 20.§.15.n.20.
Fraudem committit fideiuſſor, inſtrumentum crediti clam auferens.19.29.
in Fraudem legum colores excogitati non admittunt. 6. 102.
ſine Fraude vix hodie inuenire hominem licet.19.27.
Fridericus II. Imperator obſidem dedit filium Contradum, Gregorio Papæ.10.197.
Fructus, qui promiſit fructus vnius arboris quæ poſtea eſt inciſa non tenetur ad fructus, nouellæ arboris ibi natæ. M.95.
Fructus, vel roſæ viridarij venditis intelligitur de primis. S.part 3.n 31.
Fructus de proximo colligendi habentur pro collectis M. 217.
Fructus ſi debeant ſequeſtrari ex forma legis, vel ſtatuti, atque ille, contra quem agitur, vult dare fideiuſſorem de reſtituendo omnes fructus, nullo modo peruenitur ad ſequeſtrationem 15.24.
Fructuum venditori maturitatis tempore reſtituendorum cauſa fideiuſſor datur.10.218.
Fruſtratio debitorum, & fideiuſſorum in ſoluendo fideiuſſioni aduerſatur.19.44.& ſeqq.
Fruſtratorijs cautionibus non eſt vtendum.5.16.
Fugere proprium eſt reorum.16.24.
de Fuga ſuſpectus ad iuratoriam cautionem non admittitur. 18.117.
Fugiens ex opere publico, in quod damnatus erat, duplicato tempore damnatur 22.32.
Fugitiuus, & ſuſpectus fideiuſſor ante diem ſiſti, capi, & detineri poteſt.27.part.5.n.17.
ob Funus cuiuſdam Primipilaris impeditum, plebs Polentina à Tiberio Cæſare grauiter punita.10.47.
Furor in perſona fideiuſſoris ſuperueniens, obligationem fideiuſſoris non extinguit.20.§.30.n.1.& 4.
Furor poſtea interueniens, nullum negotium rectè geſtum perimit.5.364.
Furor ſuperueniens, non ſoluit nuptias.20.§.30.n.3.
Furor ſuperueniens nullum negotium rectè perimit. ibid. num.6.
Furioſus non rectè fideiubet. 7.111.
Declara vt n.114.& 115.ibi.
Furioſus quando iure ſine lege obligari dicatur.5.361.
Furioſi defectus per ſynopſin quaſi enumerantur.7.112.
Furioſi mortuis comparantur.20.§.30.num 5.
Furioſi ſocij curator poteſt furioſi ſocietatem diſſoluere. ibid num.2.
Furioſo etiam ratificatio tribuitur.7.130.
Furtum domeſticum non facilè præcaueri poteſt. 20.§. 17. num.19.
Furtum inter caſus fortuitos non numeratur.ibid num 17.

Digitized by Google

Contrarium exhibetur authoritate Doctorum. ibid. num.18.

pro Furti actione in duplum fideiuſſor accipi poteſt. 20. 341.

*in Futurum facere promittens, non præſumitur facere velle in præſenti.*10.485.

*Futura pendent, & ſunt incerta, quod pulchrè ex Seneca, Polybio, & Arnobio, exornatur.*10.79.

*Futuri conſilium ex præterito venit.*1.31.

*Futuri operis fideiuſſor rectè accipitur.*10.82.

*Futuræ ſpei ac obligationis, vt & actionis futuræ fideiuſſor, accipi, & dari rectè poteſt.*10.81.

Futurorum nomine rectè paciſcimur, Procuratorem damus, cauemus, & fideiubemus.ibid.n 75.& ſeq.

Futurarum vſurarum nomine non cauetur.ibi.n.8.

Futurum numeretur inter caſus fortuitos. S. part. 3. numero 60.

G.

*GAbella non ſoluitur pro fideiuſſione.*3.19.

Galliarum Rex ſubtraxit ſe Imperio 7.572.

*Geminatio actus ex interuallo facta deliberatam agentis intentionem declarat.*7.471.

*Genua Imperio Romano non amplius paret.*7.587.

*Genus à quo remouetur, ab eo etiam remouetur quælibet eius ſpecies.*11.16.

*Genus ſpeciei locum ſæpe ingreditur ob vocabulorum penuriam.*2.31.

Germani ebrij conſultabant, & liberabant, ſobrij recoquebant 12.34.

*Gloſſ.in l.vnica ff.de rip.muniend.enucleatur.*8.73.

Gloſſ.lib.1.artic.65.in fi. quomodo ſit accipienda. 20. §. 1. num 28

*Gloſſ lib.3 artic.85.refellitur.*20.§ 1.nu. 45.

*Gloſſa, quando dat aliquam expoſitionem, & in ea ſe non firmat, ſed tranſit ad aliam, non poteſt ſuper prima expoſitione fieri fundamentum.*10 259.

Gloſſ.Speculi Saxon.lib.2.artic.51.explicatur. 20.§.9.num. 10.

Gloſſæ non ea eſt authoritas, quæ textus. 20.§.10.numero 40.

*Grammatica diſputatio caret vtilitate.*2.1.

*Gratiam referre bene meritis laudabile eſt.*26.140.

Gratianus Imperator combuſſit tabulas, in quibus ſubditorum debita ac reliqua deſcripta erant. 20.§.8.num. 15.

Gratificationis quicquid eſt, non ſtatim eſt neceſſitatis 20.§. 37.num.15.

*Grati homines hanc quodammodo legem ſibi imponunt, vt debere ſe, quod ſponte tribuunt exiſtiment.*26.150.

*Græca lingua fieri poſſunt fideicommiſſa, item dari ac fieri, tutores, teſtamenta, inſtrumenta, legi Sacra ſcriptura, & ſententia proferri.*11.146 & ſeq.

*Græcas literas, aut Græcum idioma, apud Carthaginenſes addiſcere non fuit permiſſum.*11.130.

*Græci in templo Cereris iurabant.*14.48.

Græcis literis quando primum Romani erudiri cœpti. 11. 141

*Græcis verbis rectè fit acceptilatio.*11.145.

Græce magis loquebantur Romani veteres, & ſcribebant. 11. 140.

Gaudia iure Longobardico idem denotat, quod pignus. 18. 81.

*Guaranda etiam in criminalibus exigitur.*5.257.

*Guardanda in foro Saxonico quando præſtetur.*10.257.

Guaranda in fauorem rei eſt introducta.ibi.n. 118.

Guaranda non poteſt ab actore recuſari. ibidem numero 139.

*Guaranda tam in criminalibus, quam ciuilibus eſt neceſſaria ibid.num.*140.

*Guaranda in iudicijs executiuis non requiritur. ibidem num.*141.

*Guaranda hodie ſtipulata manu, vel actu aliquo corporali promittitur.ibid n.*142.& 143.

Guaranda fracta pœna quanam ſit in foro Saxonico. 19. 78.

Gubernator alicuius arcis datus fideiuſſoribus cauere obſtringitur, de arce rectè cuſtodienda, & reſtituenda. 10. 216.

Gula, & luxuria legibus ſumptuarijs fines præſcripti. 7. 236.

H

HAbilis alterius nomine raro eſt ille, qui ſuo nomine eſt inhabilis. 11.97.

Hæretica muliere fideiubente non eſt opus renuntiatione S.C. Velleiani, cum illa hoc beneficio ſit indigna. 17. 30.

*Limitatur tamen ibid.num.*31.

*Haſſica prouincialis ordinatio de ſolutione æris alieni, cum marito facti adducitur.*7. 408.

*Henrici Iulij, Ducis Brunſuicenſis, & Luneburgenſis ſanctio, de non grauandis bonis feudalibus, aut emphyteuticis, laudatur,*7.238.

*Hæres bene poteſt contrauenire facto defuncti, quando ius ſibi competit ex propria perſona.*20.§.10.n.77

Hæres confideiuſſori ſi fideiuſſor exiſtit, non contingit liberatio. 20.§.16.num.52.

*Ratio ponitur, ibid.num.*52.& 53.

*Hæres creditoris quando debitor exiſtit, fideiuſſori liberatio contingit.*20.§.16.n.16.

*Hæres creditoris ſi fideiuſſor exiſtat, liberatur quidem fideiuſſor, ſed reus obligatus manet.ibid n.*27.

Hæres damnatus ne à fideiuſſore petat, à reo principali petere poteſt 20.§.8.n.3.

*Hæres damnatus ne à reo petat, à fideiuſſoris quoque perſona abſtinere cogitur.ibid.n.*4.

Hæres debitoris de fuga ſuſpecti carceri poteſt. 20.§.10. num.55.

*Hæres debitoris fideiuſſorem ab obligatione diuturna liberare eumque quo ad penſiones exſolutas indemnem præſtare tenetur.*25.58.

*Hæres debitoris ſi creditor exiſtat, liberatur fideiuſſor.*20.§. 16.n.9.10.11.12.14.& 17.

*Sed declaratur, n.*19 *ibid.*

Hæres, & hæreditas vnius perſonæ vice funguntur. 4. 24.

Hæres fidem præſtare debet pacto, quod defunctus fecit. 27. part.1.n. 195.

Hæres fideiuſſoris tenetur. 20.n.21.

*Quod ampliatur.n.*22.23 24 & 25 *ibid.*

Hæres fideiuſſoris non tenetur, quando expreſſum eſt, quod ſolus fideiuſſor, non etiam eius hæres, obligari debeat. 20. §.10.n.38.& ſeq

Hæres fideiuſſoris ex cauſa fideicommiſſi agere poteſt. 25. 150.

*Hæres fideiuſſoris non tenetur, ſi conuenerit, vt in locum mortui fideiuſſoris alius fideiuſſor, intra certum tempus ſubſtituatur.*20.§ 10.n.60.61.62.& 63.

Hæres fideiuſſoris non tenetur, ſi talis ſit conſuetudo, qualis eſt in Normandia, Ducatu Luneburgenſi, & in Bohemia. 20.§.10.n.80.81.82.& 83.

*Hæres fideiuſſoris non tenetur de euictione, licet fideiuſſor teneatur.*20.§.10.nu.70.

*Ratio ponitur, ibi.n.*71.& 76.

*Sed declara, vt ibid.num.*78.

Hæres

Hæres fideiuſſoris ſi debitor exiſtit, fideiuſſoria obligatio tollitur.20.§.16.num 45.
Sed notabiliter declaratur, ibid.n.46.& 48.
Hæres fideiuſſoris an teneatur ad obſtagium, ſi ſe ſolus fideiuſſor generaliter ad obſtagium obligauerit.20.§.10.n.43.& multis ſeq.
Hæres negans hæreditariam rem perdit falcidiam. M. 125.
Hæres fideiuſſoris quando etiam ad obſtagium euocari queat 20.§.10.num.58 & ſeq.
Hæres fideiuſſori ſi creditor exiſtat, liberatur fideiuſſor, & reus manet obligatus.20.§.16.n.29.
Declara, vt n.30.ibi.
Hæres fideiuſſoris defuncti, vt ex delicto fideiuſſoris teneatur quid requiratur.20 §.10. num.29.
Hæres fruſtra recuſat, quod non potuit recuſare is, cuius hæreditatem ſuſcepit.ibi.n.35.
Hæres nolens ſatiſdare de ſoluendo legato, non auditur cautionem iuratoriam offerendo.18.104.
Hæres non poteſt prius conueniri, quam ipſe defunctus 22. 78.
Hæres non tenetur teſtatorem ſanam reddere, ſed ſufficit, ſi illi adhibeat bonum medicum.6.262.
Hæres, quandoque præſtatione fideiuſſorum grauatur. 5. 299.
Quod ampliatur, ibi.n.302.305.& 306.
Hæredes defuncti pro quo ego fideiuſſi interpellatio præcedere debet, antequam ego conuenire poſſum. 20.§.15.numero 16.
ad Hæredem non tranſit contractus, quando aliqua perſona eſt electa.20.§ 10.n.47.
Hærede fideiuſſoris, vel fideiuſſori, vel ipſi reo principali ſuccedente, obligatio fideiuſſoria euaneſcit 20.§.16. num 49.
Hæredes debitoris cautionem indemnitatis fideiuſſori renouare tenentur.27.par.5.n.97.
Hæredes fideiuſſorum etiam beneficio diuiſionis gaudent.27. part.2.n.273
Hæredum ex perſona obligationis conditio mutari non debet 20.§.10.n.33.
Hæredum omnis numerus, qui in locum defuncti ſubſtituantur pro ſingulari perſona debetur.ibi.n.34.
in Hæredes aliquando tranſit obligatio, etiamſi ſola perſona contrahentis ſit expreſſa. 20.§.10.nu 41.& ſeq.
Hæreditas domina eſt, & defuncti locum obtinet. 27.part.1. num.175.
Hæreditas iacens, hoc eſt, nondum adita perſonæ vice fungitur.27.part.1.num.174.
Hæreditas iacens quomodo excutienda.ibi.n.176.
Et ibi.n.178.179.& 180.
Hæreditas iacens in nullius eſſe, nec poſſideri dicitur. ibid. num.177.
Hæreditas non adita perſonæ vice fungitur: atque ideo fideiuſſor accipi poteſt, mortuo reo promittendi. 20.31.
Hæreditas omnis ſoluendo eſſe videtur, quam hæres adijt. 20.§.16.n.38.& ſeq.
Hæreditatis aditione actiones inanes, & inualidæ confirmantur.7.447.
Hæreditatis in aditione, eiuſque petitione, rectè fideiuſſor interuenit.10.272.
Hæreditatis in petitione etiam peti poteſt deſcriptio fructuum, & cautio de non minuendo.10.317.
Hæreditatis, tàm directa, quam fideicommiſſaria nomine ſatiſdatio interponi ſolet. 5.73.
Hæreditatem nemo videtur ſibi ipſi reſtituere.7.21.
Hilaritas eſt ianua ebrietatis.7.133.
Hippolyti de Marſilijs ſententia, cur filiusfamil. fideiubere nequeat, reijcitur.7.331.
Hiſpanorum regia lege, pater ampliorem quantitatem dotis nomine pro filia promittere non poteſt, quam ex parte legitima illi obuentum eſt.10.53.
Hiſpaniarum Rex Imperio Romano ſe ſubtraxit.7.573.
Hiſtrionibus Romani imagines, ſiue picturas collocarunt. 19. 105.
Hiſtoria lectio plus docet, quam multa hominum ætates ordine percipiunt.30.3.
Holſatiæ Ducatus adhuc Romano paret Imperio.7.578.
Hominis prouiſio quando non tollat prouiſionem legis. 29. part.2.num 39.
Homicidia pœna pecuniaria non ſunt punienda.10.348.
de Homicidio imputatus cogitur aliquando præſtare fideiuſſorem de ſe præſentando, licet cadauer non appareat. 5.252.
Honeſtiores non libenter patiuntur, nomina ſua inſtrumentis inſcribi.5.6.
Honeſto viro egenus opponitur.8.66.
Horam noctis exprimere debet Notarius, quando fideiuſſor de nocte ſe obligat.12.28 & ſeq.
Hoſti creditori etiam ſoluendum eſt.20.§..2.n.4.
Homicidium præſumatur vè factum conſilio illius, qui immediate antea ad aurem fuit allocutus.M.77.
Occidens volentem punitur de homicidio. M.105.
Hoſtibus ſuis Marchionibus Brandemburgenſibus Fridericus Dux Auſtriæ pecuniam ſoluit, quam debebat.20.§. 32.n.6.
Hypotheca remiſſa non intelligitur donatio fieri.6.130.
Hypotheca conditio eſt, vt duret, donec debitum ſit ſolutum. 20.§ 16.n.47.
Hypothecaria actio vtilis datur fideiuſſori contra pignorum poſſeſſores.25.152.
Hypothecatio feudi eſt promiſſa.7.189.
Sed contrarium defenditur.ibid.n.190.

I.

IDoneus quis ſit.8.53.
Idoneus ciuis eſt, qui nihil antiquius habet ſalute communi 8.8.
Idoneus paries eſt, qui oneri ferendo eſt aptus. ibidem num.6.
Idoneus tutor eſt, qui eſt ſoluendo, quatenus ſunt facultates pupilli.ibid.n 7.
Ignorantia facti, ratione non interpoſita exceptionis, fideiuſſorem excuſat.26.20 & ſeq.
Ignorantia affectata ceſſat in caſibus in quibus ignorantia excuſat a delicto, vel à pœna. M.154.
Ignorantia iuris communis non excuſat ruſticos, ſed bene iuris poſitiui, vel ſtatuti 8.112.
Ignorantia iuris non liberat fideiuſſorem, pro inutiliter obligato ſoluentem. 20.§.1.n.29.
Ignorantia Notarij partibus obeſt, contra Fulgoſij, & Alexandri ſententiam. 7.492.
Ignorantia probabilis, & iuſta excuſat.7.101.
Illuſtres viri in criminalibus ſatiſdatione non onerantur. 10.366.
Sed in practica id hodie vix obſeruatur.ibid.n. 367.
Illuſtriores perſonæ antiquitus in libera cuſtodia manebant. 10.373.
Immiſſionem in bona debitoris ex primo decreto fideiuſſor impetrare poteſt.25.11.
Immiſſionem in bona debitoris hypothecata, ſi vnus fideiuſſorum impetrauerit, id cæteris prodeſt. 25. 113. & ſeqq.
Impedimentum ſoluendi debitor non tantum allegare, ſed & illud ipſum dediſſe cauſam non adimplendi probare debet.19.115.
Imperare ſibi ipſi nemo, nec ſe prohibere, nec ſe ligare, nec ſoluere poteſt.7.14.

Digitized by Google

Imperare ſibi, maximum eſt imperium. ibi. n. 15.
Imperator Romanus demum verus eſt Monarcha. 7. 570.
Imperator Henricus V. dedit fideiuſſorem Ioannem, Regem Bohemiæ 5 22.
Imperator ipſe dat fideiuſſores. 5. 20.
Imperator ratione cauſarum ciuilium, coram Comite Palatino Electore conueniri poteſt. 7. 291.
Imperator ſicut quilibet alius ex ſuo contractu, tenetur. 7. 285. & ſeq
Imperatoris de Maieſtate diſputare nihil aliud eſt, quam ſolem intueri, & detrimentum viſus accipere. 7. 589.
Imperatoris fiſcus aliquid ſua fide eſſe iubens obligatur. 184.
Imperatorem omnes Reges, & Principes pro ſuperiore recognoſcere de iure tenentur, ex ſententia citramontanorum. 7. 569.
Imperatores non concedunt ſpecialiter, quod iam ante licet. 7. 460.
Imperatores non tribuunt beneficia in alicuius iniuriam 5. 130.
Imperialis fortuna omnes ſupereminet alias. 7. 588.
Imperium, & fiſcus abundant, ſi ſubiecti ſint locupletes 7. 21.
Imperio Romano quamplurimi Reges, & Duces ſe ſubtraxerunt. 7 572.
ad Impletionem ſe offerens, ſi alter ſuſcipere recuſet, liberatur, ſufficitque talis oblatio. 10. 496.
ad Impoſſibilia ſtatutum non magis, quam lex obligare debet 18. 95.
Impoſſibilium nulla obligatio eſt. M. 156.
Impoſſibile excuſat appellantem à proſecutione appellationis. M. 57.
Impoſſibilitas, paupertas, & difficultas, quæ nulla diligentia euitari poteſt, a periurio excuſant. 19 113.
Immunitatem habens, ſi de facto grauetur, appellare poteſt, debet. 7. 62.
In articulus, ſignificationem auget. 7. 312.
Sed ſuo modo ibid. n. 313.
Inanimatis rebus ſæpenumero vita, & mors tribuitur. 20. §. 10. num. 88 89. & multis ſeq.
Incarcerare aliquem per ſe eſt illicitum. 10. 180.
Incerta rei nulla plane eſt fideiuſſio. 10. 70.
Limita, vt ibid. n. 71. & ſeq.
Incontinenti facta videntur ineſſe. M. 366.
Incarceratis eſt habenda pietas. S. part. 3 n. 69.
Inculpatam tutelam allegans etiam liquando fideiuſſores dare tenetur. 5. 253.
Indebitum, vel quid aliud ex errore ſoluenti fideiuſſori, quomodo ſuccurratur. 20. § 1. n. 25.
Et ibi. n. 26. 27. 28. ac 40.
in Indebito rectè fideiuſſor adhibetur. 10. 273.
Indefinita æquipollet vniuerſali. 24 227.
Indemnis quis pluribus modis ſeruari poteſt. 26. 59.
Indemnitatem alicui promiſſam eſſe, ſi ex inſtrumento appareat, eo ipſo ſatis probatur, eum fideiuſſiſſe. 20. §. 1. numero 50.
Indemnitatis promiſſio omnia damna complectitur. 26. 53.
Indemnitatis promiſſio facta, vt delictum committatur non valet. M. 317.
Indemnitatis promiſſio an inferat, quod fideiuſſor indemnis ſit ſeruandus, ſi iniuria iudicis fuerit damnatus. 26. 45.
Et ibi. n. 49. vſque ad n. 60.
Indi non puniunt violantes fidem. 1. 14.
Indictionis, Annorum Domini menſis, & diei debent in inſtrumentis fieri mentio. 12. 22.
Indiuiduus actus pro parte valere, & pro parte non valere non poteſt. 24. 60.
Indiuiduum factum pro parte præſtari nequit. 27. part. 2. num. 94.
Sed limita, vt ibi. n. 98.
Indiuiduum quod eſt pro parte adimi, vel pro parte admitti nequit. 24. 61.
Indotatam nemo ducere, aut retinere cogitur. 7. 458.
Indulgentia, & familiaritas nimia pariunt contemptum. 1. 44.
Infamia iuris omnem fidem eneruat. 8. 126.
Infamia non irrogatur, niſi in caſibus iure expreſſis. 19. 153.
Infamiam, ſibi nemo, vel ex pacto, vel ex ſtipulatione irrogare poteſt. 19. 152.
Infamiam re ipſa, & hominum opinione incurrunt fideiuſſores, promittentes ſe, niſi promiſſa ſeruauerint, ſceleſtos, mendaces, & infames eſſe velle. 19. 158. & ſeq.
Infamis non ſtatim declarandus eſt, quem creditor pro infami diſert. ibid. n. 165.
Infamis fit debitor mandati conuentus, & condemnatus. 25. 66.
Limita tamen, vt ibid. n. ſeq.
Inferior ad ſuperiorem non facile dicitur legatos deſtinare, & mittere. 7. 566.
Inficiari eſt creditum fraudare. 19. 73.
Inficiatio eſt rei debitæ negatio, cum poſcitur. 19. 74.
Infirmitas propria excuſat à contumacia, itemque ſuorum. M. 231.
Inhabilis ſuſtineatur per habilem M. 286.
Infinitas eſt euitanda niſi verba contractus, vel diſpoſitionis apta ſint ad infinitatem connotandam. M. 100.
ab Ingenuis operas exigere quoque pacto eſt vetitum. 5. 200.
Inhibetur rectè fideiuſſio, ſi Reipub. interſit, creditorè per fideiuſſorem non ſolui. 19. 59.
Inhibitio facta ad inſtantiam partis principalis, non prodeſt fideiuſſoribus ipſius. 19. 57.
Item cap. 27. part. 5. n. 52.
pro Inhibitione, ne vel ſoluat, vel ne in obſtagium eucetur, fideiuſſor ſupplicare poteſt. 25. 107.
Inhibitiones quomodo impediantur. 19. 68.
Inhibitoria alienationis mandata in Camera Imperiali emanare ſolent. 15. 16.
Inhibitoria proteſtatio eius actus, ad quem quis obligatus eſt, nullius eſt momenti. n. 52.
Inimicum ſuum capitalem nemo præſumitur idoneè defenſurus 20. §. 32. n. 11.
Inimicitia capitalis inter creditorem, debitorem, ac fideiuſſorem obligationem fideiuſſoriam extinguit. 20. §. 32. num. 1.
Et ibid. num. 3. & 8.
Inimicitia multa quæ ab initio conſtiterunt, ex poſt facto euertunt. 20. §. 32. num. 2.
Inimicitia quædam generalis, quædam ſpecialis. S. part. 4. num. 42.
Inimiciarum capitalium excuſatio fideiuſſorem reſpectu debitoris à mandato liberat. 20. § 32. n. 9.
Iniuria facta fideiuſſori reputatur quidam caſus fortuitus. 26. 46.
Iniuria trahens ſecum executionem tranſit in hæredem. M. 343.
Iniuria facta conſanguineo meo cenſetur facta mihi. M. 232.
Iniuria facta vni non debet alteri nocere. S. part. 4. numero 40
Iniuſtitia & caſus fortuitus æquiparantur. S. part. 4. num. 26.

I N D E X.

Iniuria ſumma, & atrox eſt in carcerem duci eum, qui in cauſa criminali, pecuniariam tantum pœnam ingerente, fideiuſſores idoneos dare paratus eſt. 6.43.

Iniuriarum actio competit fideiuſſori, ſi oblatus ſit actori idoneus vel adprobatus, ſed non receptus. 25. 146. & ſeq.

Iniuriarum actio tum demum naſcitur, ſi fideiuſſor iudicio ſiſtendi cauſa datus reijciatur, non autem ſi pro ſecuritate alicuius contractus fuerit oblatus: contra communem. 6.36. & ſeq.

Iniuriarum tenetur, qui dum principalis ſoluere paratus eſt, fideiuſſores inquietat. 22.50.

In ius vocatus praciſè non cogitur ire, ſi modo ſatiſdet, certo commodoque die iudicio ſiſti. 15.36.

Sed hodierno tempore aliter ſe res habet. ibid. n. 37.

Inuentarij confectio num fideiuſſori hereditatem adeunti proſit. 20. §. 16. n. 35. & ſeq.

Et ibi. n. 41. 42. 43. & 44.

Inuentio facilis, non facilis electio. 20. §. 15. n. 3.

Inutiles quæſtiones debet ſilentium ſoluere. 10. 103.

Innocentia optima eſt apologia. 5. 169.

Inops miſerior eſt paupere. 20. §. 15. n. 4.

Inopia repentina dicitur caſus fortuitus. M. 73.

Inopia debitoris, vel fideiuſſoris nonnunquam tollit obligationem fideiuſſoriam. 20 §. 15. nu. 1. 2. 5. 6. & 7.

Inſcientia pro inſcitia, ac ignorantia ponitur. 7. 321.

Inſcriptio aliquo modo ad fideiuſſionem accedit. 18. 58.

Inſcriptionis ſolemnitas obſoleſcit. 5. 244.

Inſignia, ſtatuas, & imagines alicuius concutiens, delens, conſtans, vel aliter violans iniuriarum tenetur. 16. 101.

Inſolentia curioſa damnatur. 5. 35.

Inſtantia quid propriè ſit. 20. §. 20. n. 2.

Inſtantia appellationis à prima inſtantia differt, non diuerſitate materia veteris, ſed iudicij, & materia noua. 20. §. a. 9. & ſeq.

Inſtantia finita mandatum procuratoris finitur. 20. §. 30. num. 3.

Inſtantia finita tollit obligationem fideiuſſoriam, ad litem factam. 20. §. 2. n. 1.

Inſtantiarum beneficium non eſt, cui facilè adimendum. 23. 22.

Inſtantias plures ſi habeat fideiuſſor, non poteſt in Camera Imperiali, tanquam in omnium ſupremo iudicio ſtatim conueniri. 23. 23.

Inſtitoria actio fideiuſſori conceditur. 25. 96.

Inſtrumentum cancellans, vel incidens inducit retraditionem in primum tradentem. 20. §. 28. n. 6.

Inſtrumentum fuiſſe de nouo repertum, probatur per iuramentum producentis. M. 171.

Inſtrumento corruente etiam iuramento. M. 353.

Inſtrumentum inſtrumento corruit iuramentum. ibid.

Inſtrumentum crediti clam auferens fideiuſſor, fraudem committit. 19. 29.

Inſtrumentum donationis, pœnitentia ductus ſubtrahens, & comburens, perfectam traditionem non irritat. 20. §. 28. num. 7.

Inſtrumentum, & contractus plurimum inter ſe differunt. 17. 3.

Inſtrumentum fideiuſſionis ſeparatim creditori dari poteſt. 17. 1.

Inſtrumentum in cauſa conſanguinei Notarius non poteſt conficere. 29 17.

Inſtrumentum obligationis poteſt fideiuſſor conſcribere, ac nihilominus fideiubere. 29. 16.

Inſtrumentum obligationis ſi conficiatur, debitor expenſas cogitur exponere. 16. 13.

Inſtrumentum publicum, dato prius chirographo, ſi eſt conficiendum, non tamen ſit in forma pleniſſima. 17. 92. & ſeq.

Inſtrumenti de ſubſtantia ſunt locus, & dies. 12. 24.

Inſtrumento obligationis donato, res in eo contenta donata cenſentur. 20. §. 28. num. 4.

Inſtrumenta fideiuſſionum conficientes cautè ſcribere debent quantitatem, pro qua fideiuſſum eſt 10. 69.

Inſtrumenta quantumcunque authentica, de iure communi executionem paratam non habent. 27. part. 1. numero 294.

in Inſtrumentis contractuum, ne verbum, imo ne ſyllaba quidem ſuperflue apponi debet. 27. part. 1. numero 91. & ſeqq.

Inſtrumentis duobus eodem die confectis concurrentibus, vtrum præferatur. 12. 25. ac ſeq.

in Inſtrumentis mentio fieri debet Annorum Domini, Indictionis, Menſis, & diei. 12 22.

Integrum ſine ſolidum deductionem reſpuit. 27. part. 2. num. 35.

Intellectus omnis extraneus eſt, qui non ſonat in auribus vulgi. 1. 115.

Intercedere in Senatuſconſulto Velleiano quid propriè ſit. 7. 395.

Interceſſio nonnunquam dicitur fideiuſſio. 3. 27.

Interitus naturalis rei debitæ fideiuſſoriam obligationem extinguit: modo abſit culpa, vel mora debitoris, vel fideiuſſoris. 20. §. 27. num. 1. & ſeq.

Interitus rei naturalis quot modis contingat, ad quem pertineat, & quando præſumatur. ibid. n. 8.

Intereſſe non ex affectione, ſed ex rei familiaris detrimento æſtimatur. 22. 66.

Intereſſe probandum eſt. 24. 222.

Interlocutoria eſt hæc ſententia: Fideiuſſores eſſe idoneos: appellabilis tamen. 8. 19.

Interpellatio quædam tacita eſt, quædam expreſſa. 24. 144. & ſeqq.

Interpellatione ſemel facta, quamuis creditor deſiſteris inſtare tamen mora creata eſt. ibi. n. 148.

Interpretatio eſt ſpiritus ſcriptura. 10. 191.

Interpretatio in re dubia debet fieri in meliorem partem. 5. 190.

Interpretatio ſiniſtra, & malè detorta fideiuſſoria obligatio nihil incommodat. 24. 215.

Interpretatio ſemper ineſt diſpoſitioni de neceſſitate. 10. 190.

Interpretis interuentu quaſlibet linguas intelligere poſſumus. 11. 153.

Interuenire eſt fideiubere. 11. 67.

Introitum habens, debet habere, & occaſum. 20. in proœm. num. 3.

Iocus, calor iracundiæ, aut lubricum linguæ, non debet facilè ad pœnam trahi. 27. part. 1. num. 235.

Iocator non id vult, quod dicit, ſed aliud, quod non dicit. 20. §. 33. n. 11

Iracundia calor, iocus, aut lubricum linguæ, non debet facilè ad pœnam trahi. 27. par. 1. num. 235.

Iteratio in multis negotijs admittitur. 13. 1.

Iubere eſt aliud, aliud fideiubere. 2. 46.

Iudæus ad iuratoriam cautionem non facilè admittendus. 18. 110.

Iudæus tenetur ad emendationem damni in pignoribus. M. 431. 299.

Iudæi hoſtes fidei Chriſtianæ an delendi. S. part. 5. nu. 17.

Iudæorum, & Hebræorum conditio melior quam marranorum. ibid. n. 18.

Iudæis iure non eſt prohibita mercantia. ibid. n. 21.

Iudæi poſſunt negotiari cum Chriſtianis. ibi. n. 22.

Iudæi omnes communiter ſunt praui, maledicti, ribaldi ibid. num. 23.

Iudæi ſi non excutiunt puluerem à pignoribus, & redantur tenetur. S. part. 4. n. 32.

Iudæus ad ſocietatem Chriſtiani admittitur, contrarium tamen adſtruente Ioſepho Ludouico 8.118.

Iudæus Chriſtiano vendere, & ab ipſo emere poteſt. ibidem num. 117.

Iudæus inter alios Iudæos rectè iudicis ac arbitri officio fungitur. ibi. n. 124.

Iudæus Iudæo, pro alio Iudæo fideiuſſor fieri poteſt. ibidem num. 113.

Iudæus non poteſt eſſe arbiter inter Chriſtianos. ibidem num. 120.

Iudæus poteſt eſſe fideiuſſor pro Chriſtiano. ibi. n. 116.

Etiam iure Bohemico. ibi. n. 122.

Iudæus poteſt eſſe procurator Chriſtiani. ibi. n 119.

Iudæus poteſt de iure Saxonico eſſe Chriſtiani Warendator. ibid. n. 121.

Iudæis exceſſiua, immenſa, & immoderata vſura ſunt prohibita. 30.40.

Iudæus num poſſint principes permittere contra Chriſtianos fœnus exercere, lucrum inde capiendo 30.34.

Iudex accipiens fideiuſſorem minus idoneum non tenetur quando talis fideiuſſor fuit approbatus. M. 346.

Iudex Eccleſiaſticus ſi iudices vna cum ſeculari appellatur ad Eccleſiaſticum. M. 132.

Iudici aliquid promittens, vt pro ſe ferat ſententiam tenetur pœna falſi ſecus ſi promiſit indemnitatem. M. 316.

Iudice præcipiente alicui, vt domum euacuet ſi poſtea eam is ingrediatur dicitur præcepto iudicis contempſiſſe. M. 376.

Iudex ad idoneitatem fideiuſſorum oblatorum etiam diligenter aduertere debet, alioquin in ſubſidium tenetur. 6.26.

Iudex arbitratur de tempore, intra quod ſit examinatio, an fideiuſſores ſint idonei. ibi. n. 27.

Iudex etiam incompetens debitorem de fuga ſuſpectum ad ſatiſdationem compellere poteſt. 5 41.

Iudex ſubditorum tranquillitati inuigilet. C. n. 11.

Iudex an poſſit aliquem alteri dare ad cuſtodiam. ibid. 29.

Iudex ex officio lites diminuere debet. 27. *part.* 1. *numero* 1.7.

Iudex ex officio partibus non concordantibus fideiuſſores pro idoneis acceptare poteſt, vbi nonnulla Cameræ Imperialis decreta referantur 8.36.

Iudex in cauſa, pro qua fideiuſſit, nemo eſſe poteſt. 29.9. & *ſeqq.*

Iudex in principali, eſt quoque iudex in acceſſorio. 25.156. & *num.* 158. *ibid.*

Iudex inuitus iuriſdictionem ſibi prorogari cogi non poteſt. 17.63.

Index loci an ſit idoneus fideiuſſor, ſi à ſubdito pro fideiuſſore offeratur. 8.136.

Rationes dubitandi mouentur, ibi. n. 157. & *ſeq.*

Sed affirmatiue concluditur, n. 140.

Iudex non poteſt ſemet ipſum offerre fideiuſſorem pro reo captiuo, qui nullos fideiuſſores inuenire poteſt. 18. 124.

Iudex non præſumitur, violentiam in actu adhibuiſſe. 5. 155.

Iudex per iniuriam multis modis damnare poteſt. 26.32.

Iudex, qua de re cognouit, de eadem etiam pronuntiare cogendus eſt. 10 446.

Iudex ſatiſdationem de lite proſequendo, de iure Saxonico ex officio exigere non poteſt. 10. 128.

Secus de iure communi, ibid. n. 129.

Iudex ſuperior, etiam non interpoſita appellatione, arbitri ſententiam approbatoriam improbariamve corrigere potuit. 8.41.

Iudex tenetur iniuriarum, ſi reus ſatiſdare ſit paratus ille ſatiſdationem non recipiat. 6.33.

Iudex vtitur publica poteſtate. 27. *part.* 1. *num.* 289.600.

Iudicis factum cenſetur factum partis aduerſæ. 20. §. 9. *num.* 98.

Iudicis imprudentia, & ſententia iniuſta, reputatur caſus fortuitus. 26.47.

Iudicis incompetentis conſenſus non eſt neceſſarium prorogando iuriſdictione eius. 17.62.

Iudicis in iuriſdictionem conſentit, quid ab aduerſario petit ſatiſdationem de iudicato ſoluendo, vel qui ipſemet ſponte ſatiſdat de iudicio ſiſti. 5.170.

Iudicis in iuriſdictionem non conſentit, qui petit ſibi edi actionem. 5.160.

Iudicis iuſſus per fraudem impetratus ſolutionem inhibere nequit. 19.53.

Iudicis in officio mediante, pro eo quod debetur, fideiuſſor peti, & accipi poteſt. 10.12.

Iudicis officium nullam obligationem præſupponit. ibidem num. 13.

Iudicium poſt latam ſententiam à parte victrice honorarium accipere liceat. 26.142.

Iudices curiæ, vel Aduocatum, Procuratorem vt cauſa pro fideiuſſore non admittunt curia Neapolitana, ac Burdegalenſis. 8.142.

Iudice mutato finitur obligatio fideiuſſoria de iudicatum ſoluendo. 20 §. 26. *n.* 1.

Iudicibus coram pluribus obligatum eſſe, & teneri, plus eſt, quam coram vno. 23.51.

Iudicium ciuile dicitur, ſi pœna petatur applicari parti. 10. 361.

Iudicium hodie cœptum eſſe intelligitur, non tantum cum lis conteſtata, verum etiam cum aduerſarius ſaltem citatus eſt. 23.46.

Limita vt num. 47. & 48. *ibid.*

Iudicium mixtum perhibetur, ſi vna pars pœnæ fiſco altera parti tribuitur. 10.363.

Iudicium vbi non tenet, ibi quoque ſatiſdatio iudicialis non tenet. 10.21.

Iudicij mutatio ſuſtinetur, quando alius delegatur ab eo iudice, coram quo præſtita eſt fideiuſſio. 20. §. 26. *num.* 6.

Iudicij mutatio non attenditur, quando pars exceptionem litis pendentia non opponit. ibi. num. 7.

de Iudicio ſiſti, vel iudicatum ſolui fideiuſſio, quomodo præſtita intelligatur. 14.20. & *ſeq.*

Iudicia arbitraria origine ſunt ſtricta. 5.67. & *ſeq.*

Iudicia bonæ fidei, & ſtricti iuris in cautionum paſſu quomodo differant. 5.53.

Et num. 57.58 59.60. & 61.

Iudicia non debent fieri eluſoria. 16.25.

Iudicia ſpecialia, & generalia quænam ſint. 5.51.

Iudicatum etiam poſt mortem ſolui poteſt. 20. §. 10. *num* 5.

Iudicatum ſolui ſtipulatio tres clauſulas habet. 20. §. 26. *num.* 25.

Iudicata ſemel in iudicium amplius deduci non debent. 24.196.

Iuliani Iuriſconſulti magna authoritas in iure noſtro. 5. 341.

Iurare licet ſolo verbo ſine tactu ſacrorum. 18. 127. & *ſeqq.*

Iurare in litem quando non poſſit contra fideiuſſorem, & eius hæredem 27. *part.* 5. *n.* 49. & *ſeq.*

Iurans aliquid non facere, ſi facit, infamiam incurrit, & periurius fit. 19.110.

Iurans creditori ſatisfacere tali termino ſi creditor ipſemet interim condemnatus omnia per confiſcationem amittat, ſimul liberatur. 19.123.

Iurans intra certum diem ſoluere creditori, excuſatur à periurio, ſi iudex ei præceperit, ne ſoluat. ibid. num. 124. & *ſeqq.*

Iurans

INDEX.

Iurans mercatorem, ſe amplius eſſe nolle, nihilominus mercaturam exercere poteſt, ſi aliter viuere nequeat. 1.70

Iurans magiſtratum ſe gerere nolle electus, nihilominus gerere tenetur. ibid. num. 71.

Iurans teſtimonium ſe nolle ferre, nihilominus productus ferre tenetur. ibid. n. 72.

Iurans ſe aliquid facere nolle, & tamen poſtea faciens, nihil agit, ſed ſtatur primo iuramento. 1.58.

Et ibid. num. 61.

Iurans ſe fideiubere nolle, & poſtea rogatus, fidem interponens an obligetur. 1.56.

Communis opinio quod non. ibid. num. 62.

Sed refutatur, num 63 64. & 65. ibid.

Iurans ſe fideiubere nolle, & tamen fideiubens, periurus ne ſit. 1.80.

Iurans ſe nolle ludere, ſi vllo alique facto contrauenias, ſit periurus. ibid. n. 81.

Iurans ſe velle perſiſtere in lite vſque ad finem, poteſt nihilominus abſque metu periurij liti renuntiare. ibidem num. 84.

Iuranti fideiuſſori datur repetitio. 20. §. 1. n. 62.

ad Iurandum multi ſunt timidi. 5.8.

Iurat doloſe, qui aliter facturus eſt, quam promittit. 19.162. & ſeq.

Iurat quis plerunque facilitate, qua contrahit. 6.207.

Iurata aſſertio in inſtrumento facta, habetur pro vero inſtrumento. 18.134

Iurato contractui contrauenire velle, eſt contra ſtimulum calcitrare. 8.115.

Iuratoria cautione etiam aliquando tollitur ſequeſtrum. 15. 30. & ſeq.

Iuratoria cautioni quando in ſatiſdando de lite proſequendo locus ſit. 10.130.

Iuramentum acceptilationi, nouationi, ac delegationi eſt ſimile, 20. §. 2 n. 3.

Et ibid. n. 13.

Iuramentum appoſitum recipit naturam, & conditionem eius contractus, cui apponitur. 10 99.

Iuramentum de non vindicando carcere vindictam iuridicam non excludit. 5.185.

Et ibid. num. 186 ac 187

Iuramentum eſt certa litis definitio. 20. §. 2. n. 10.

Iuramentum eſt loco certiorationis, 7.508.

Iuramentum ex abundanti accedens, omnino vires aliquas, & maius robur, præter, & vltra naturam actus, ſuper quo interponitur, habere debet. 27. par. 1. n. 50.

Et ibid. num. 63.

Iuramentum facit valere actum, omni meliori modo quo poteſt, 10.93.

Declara, vt ibid. n. 106.

Iuramentum fingit, aliquem eſſe maiorem 10.97.

Iuramentum metu extortum abſolutionem requirit. 1.82.

Iuramentum interponens fideiuſſor de obſeruando contractu, preciſè tenetur in id, quod principalis debet. 24. 108

Iuramentum qui alias non ſeruauit perdit beneficium iuratoria cautionis M. 167.

ad Iurandum non admittitur periurus. ibid. 168.

Iuramento ſuſpecti non ſtatur, etiam in caſibus in quibus præſcriptum ſtandum eſſe iuramento alicuius ibid. 173.

Iuramentum primum an inualidet ſecundum. ibid. 204.

Iuramentum de futuro reprobatur. C. 27.

Iuramentum in foro contentioſo, quoad æquitatem canonicam, an purgationem moræ admittat. 24.170.

Iuramentum iudiciale in continenti, aut præſtandum, aut referendum, de iure communi. 10.151.

Secus de iure Saxonico. ibid. n. 152.

Iuramentum neceſſarium non eſt legitima probatio. 20. §. 1. num. 64.

Sed declara, vt ibid. num. 65. 66. 67. 68. & 69.

Iuramentum neceſſarium, ſiue ſuppletorium, an fideiuſſori ſolutionem ſemiplenè probanti ſit deferendum. 20. §. 1. num. 63.

Iuramentum non confirmat actum ſimulatum. 10.95.

Iuramentum non fingit, aliquem eſſe prudentem, & ſagacem, ibid. num. 98.

Iuramentum non extenditur ad ea, de quibus tempore interpoſiti iuramenti non eſt cogitatum. 1.69.

Iuramentum non firmat contractum contra fauorem publicum. 6.206.

Iuramentum non frangit neceſſitate coactus 1.155.

Iuramentum non niſi robur obligationi, ſuos inter limites manenti, addit, ſeu iuris vinculo religionis vinculum annectis. 27. par. 1. n. 43.

Iuramentum non regulatur à natura contractus, ſed magis contractum ampliat, & extendit, & præciſè iurantem obligat, etiam extra naturam contractus. 27. part. 1. num 58.

Iuramentum pacto tranſactioni, ac rei iudicatæ aſſimilatur. 20. §. 2. n. 4.

Et ibid. n. 23.

Iuramentum promiſſorium; ſi fideiuſſioni ſcriptæ accedat, magis conualidabitur. 11.85.

Iuramentum pro veritate habetur, & vim ſolutionis obtinet. 20 §. 2 n. 2.

Iuramentum quidem validat contractum, ſed non facit quem obligari vltra intentionem. 10.111.

Iuramentum religionem quidem maiorem inijcit, at non obligat maiore vi, quam obligat contractus principalis, cui accidit. 27. par. 1. n. 44.

Iuramentum ſequitur naturam actus, ſuper quo interponitur, ibid. n. 42.

Iuramentum ſupplet præſentiam. 11.86.

Iuramentum temerarium nullum obligationis vinculum inducit. 1.68.

Iuramentum vim habet præciſæ, ac enixiſſimæ voluntatis, ac ſic quaſi expreſſæ renuntiationis. 27. par. 1. n. 46.

Iuramenti ad commodum hominis præſtiti effectus, etiam ab homine rurſus rectè vel differri, vel remitti poteſt. 19. 130.

Iuramenti per Iouem lapidem apud veteres vſitata formula 19.143. & ſeq.

abſque Iuramenti vinculo fideiuſſor ſatis firmiter obligatur. 27. par. 1 par. 47.

Iuramento fidem datam confirmans fideiuſſor, duriorem in cauſam obligatur. 24.45.

Iuramento non eſt locus, vt quis iuret, ſe non conſenſiſſe. 7. 64.

Iuramento propriè quis non probat, ſed releuatur ab onere probandi. 20. §. 1. n. 60. & ſeq.

in Iuramento ſemper authoritas legis, vel ſuperioris videtur excepta. 19.122.

Iuramento ſe nemo ad peccandum validè obſtringit. 1.75.

à Iuramento, ac ſponſionum vinculis iuuentus remouetur. 7. 85.

Ius Bohemicum circa ſatiſdationes iudiciales quid ſtatuat, 10.154.

Ius ſuum remittere eſt beneficium. 6.38.

Iuri offerendi, an præſcribi poſſit. M. 101.

Iuris apices qui. 27. par. 1. n. 279.

Iuris quæ non ſunt, ſed facti ad Iuriſconſultos non pertinent. 7.106.

Iuris ratio ante perſonam non eſt quærenda. 5.1.

Iuri prohibitiuo renuntiari poteſt. 6.155.

Iuri publico non poteſt derogari pactis priuatorum, etiam iuratis. 1.74.

Iuris ſui dimittendi quiſque eſt dominus. 30.33.

d

Iure quod ſit, factum, aut ſcientiam hominis non requirit. 25.103.
Iura ſua inſequens bona fide agere cenſetur. 27.par.1.n.286.
Iuriſconſulti eſt artem æqui, & boni profiteri. 19.36.
Iuriſdictio Eccleſiæ nulla eſt in his, quæ bona temporalia tangunt. 7.532.
Iuriſdictio ſuper re locata competit etiam ſuper intereſſe. 25.157.
Iuriſdictionem ordinary ſui iudicis non debet ſubditus declinare. 21.25.
Sed intellige, vt ibid. n 26. *&* 27.
Iuriſdictio prorogari poteſt in criminalibus. M.209.
in Iuriſdictionem iudicis non conſentit, qui petit ſibi edi actionem. 5.160.
Iuriſdictionem non prorogat, vi vel metu compulſus. 5.195.
Iuriſdictione conceſſa magiſtratus petulanter abuti non debet. 18.143.
Iuſiurandum contra vim legum, & auctoritatem iuris præſtitum nullius eſt momenti. 6.205.
Iuſiurandum fideiuſſoris prodeſt reo, & contra. 20.§.2.n.23.
Et hoc an ipſo iure, vel ope exceptionis, vide ibid. num. 26. *&* 27.
Iuſiurandum parit perpetuam exceptionem. 20.§.2.n.16.
Iuriſiurandi effectus in perimenda actione non eſt exiguus. 20.§.2.num.9.
Iuriſiurandi exceptio fideiuſſori datur. 27.par.4.n.29.
Iureiurando tollitur obligatio fideiuſſoria, eaque tam ciuilis, quam naturalis. 20.§.2.n.1.5.*& ſeq.*
Et ibid. num. 24. *& ſeq.*
Iuſſionis verbum quomodo accipiatur. 2.51.
Iuſſus, & fideiuſſio quomodo differant. 2.55.*& ſeq.*
Iuſſus, & mandatum quomodo differant. ibid.n.58.
Iuſſus patris quandoque affinis eſt fideiuſſioni. 18.6.
Iuſſus ſolus non poteſt dici fideiuſſio. 2.47.
Et num. 52.
Iuſtitia remota nihil aliud ſunt regna quam magna latrocinia M.385.
Iuuare, qui ſe ex ſua perſona non poteſt, iuuatur ſæpenumero ex perſona alterius. 27.par.5.n.35.
Iuuentus à iuramentorum, ac ſponſionum vinculis remouetur. 7.87.

L.

Aberem homines commodis euenturis metiuntur. 25.3.
Læſio enormis quatenus iuuet mulierem, quæ mediante iuramento beneficio Senatuſconſulti Velleiani renunciauit 7.51.*& ſeq.*
ob Læſionem non poteſt creditor reſcindere in ſolutum dationem, ſi merces in ſolutum acceperit, ac debitorem liberauerit. 20.§.21.num.7.
Latina lingua eſt vinculum, quod Europam inter ſe commercijs literarum, & ſermonis iungit. 11.139.
Latinam linguam Romani alij interdixerunt. ibi.n.131.
Latinus ſermo veteranis Romanorum tempore doctis pariter indoctiſque fuit promiſcuus. ibi.n.138.
Latrones dicuntur, qui in mari vi prædantur. S. part. 3. num.63.
Latronum impetus eſt caſus fortuitus ibid.
Latro fur dici poteſt ſi ſine vi, & occultè furetur. S.part.4. num.55.
Laudum præcipitanter latum eſt nullum ipſo iure. M. 81.
Legatum factum de reb. in aliquo loco exiſtentibus ſi ibi res non reperiantur ſi valet. S.part.3.n.15.
Legatarius non priuatur legato ſi fiat inimicus teſtatoris abſque propria culpa. S.part.4.n.36.
Legatum factum pro N. maritanda ſi iam ſit nupta tempore teſtamenti ei debetur. M.85.
Legatum nudis verbis factum valet. M.362.
Legato blado, quod quis habet in Ciuitate venit id quod habet in diſtrictu ſi nullũ ſit granum in Ciuitate M.197.
Laudator alicuius facti à monitore, & ſuaſore non multum differt. 8.23.
Laude arbitri obligatio fideiuſſorio tollitur. 20.§.19.n.3.
Legatum ad pias cauſas peti nequit, niſi cautione præſtita, de de eo in eaſdem conuertendo 10.305.
Legatum vniuerſitati factum non ante præſtatur, quam cautionem fecerit, de ea pecunia in vſus à teſtatore deſignatos impendenda. 10.314.
Legati ante diem repræſentatio eſt quædam gratia. 5.181.
Legatum non poteſt dari heredi à ſemetipſo 7.6.
Legati teſtamentum facere, conſtituere, compromittere, & emere poſſunt. 7.544
Legatorum, & fideiuſſorum actiones ſunt ſtrictæ. 5.70.
Legati, & Ambaſſiatores in legatione etiam priuatam vtilitatem procurare poſſunt. 7.553.
Legati Cæſarei, vulgo meritò legatis veteribus æquiparantur. 7.561.
Legati, etiamſi legationis cauſa Romam venerint, ex qualibet cauſa fideiubere poſſunt. 7.545.
Legati feſtinare debent. 7.552.
Legati num fideiuſſionis negotium rectè ſuſcipiant. 7.543.
Et ibid. num. 546.
Legati Regum, ac Principum, qui Imp. Maieſtatem pro ſuperiore non recognoſcunt inſulſe veteribus legatis æquiparantur. 7.568.
Legato ſunt prohibita ea negotia, quæ legationis munus impediunt. 7.551.
Lex annullans actum omnino facit, vt vitiatur vtile. 24.56.
Lex dans ordinem in procedendo, cenſetur formam apponere 10.465.
Lex commiſſoria quænam ſit. 11.206.
Lex commiſſoria in pignoribus improbata eſt. ibi.n.207.
Lex, conſuetudo, pactum, & ſtatutum in materia fideiuſſionis paria ſolent efficere. 20.§ 9.n.50.
Lex diſputationem non admittit, quando iam eſt lata. 11.58.
Lex eſt mutus Magiſtratus, & Magiſtratus lex loquens ibid.num.50.
Lex, & iniuſtitia ſub fide continentur. 10 82.
Lex humana quoad obſeruantiam, ligat etiam in foro conſcientiæ. 6.529.
Lex legem declarat, & locus locum aperit. 24.94.
Lex Moſaica in rebus politicis hodie non attenditur. 7.531.
Lex non debet trahi ad aliud, quam de quo in ea principaliter agitur 11.63.
Lex non eſt ſub cœlo, quæ dicat, eſſe quem in cauſa ciuili retinendum in carcere, qui fideiuſſores dare promptus eſt. 6.44.
Lex poſitiua nulla eſt, quæ non poſſit contraria conſuetudine tolli. 6.221.
Lex poſtquam condita eſt, iudicandum eſt ſecundum ipſam, non de ipſa. 26.31.
Lex quando eſt ſpecialis, ratio vero generalis, lex quoque generaliter eſt intelligenda. 6 39.
Lex quod non dicit, nec nos dicere debemus. 7.521.
Item cap. 11.n.10.
Lex ſcripta, quamuis dura, tamen obſeruanda. 26.30.
Legis caput quid ſit 4.27.
Legis commiſſoria pactum locum habet inter debitorem, & fideiuſſorem. 11.208.
*Quod tamen reijcitur, ibid.n.*209.
Legem quærere, vbi habemus rationem, & ſenſum, eſt infirmitas intellectus. 7.525.
Lege permittente, qui aliquid facit, ſatis eſt excuſatus. 1.83.
Lege qui arcetur ab actu aliquo ob bonum publicum, is ne volente quidem parte admittitur. 7.169.

Declara

I N D E X.

Declara, vt num.170.ibid.
Lege quod fit poteſt etiam fieri per pactum 27.par.1.numero 17.
Lege vel ſtatuto fideiuſſor ad pœnam mortis non obligatur. 20 § 9.num.51.
Leges ciuiles non dedignantur ſacros imitari canones. 5. 210.
Leges, & mores habent ſuum curſum, & fatum, vt quod quandoque inhoneſtum viſum eſt, deinde honeſte fieri patetur. 30.49.
Leges fugitiuæ, quænam ſint. 5.72.
Leges multæ, vt & canones nonnulli in Camera Imperiali non obſeruantur. 27.part.4.n.59.& ſeq.
Leges Priſciano non ſubiacent. 22.2
Legum contrarietas eſt euitanda. 11.73
Legibus prohibitiuæ loquentibus cum iuramento poteſt renuntiari. 6.203
Legibus ſumptuariis gulæ, & luxariæ fines præſcripti. 7. 236
L. in executione. §. vlt. ff. de verb. oblig. limitatur. 5 part. 3.num 29
L.2.C.de reſcind.vend.locum habet in contractibus vtrinq. obligatoriis.ibid. 45
L 2.C.de reſc.vend.habet locum in aſſecuratione. S. part.5. num 2
L. 2.C.de reſc.vend habet locum in traſ. M. 473
L.vlt.& l.plane la 2.ff.de leg.1.explicantur. M. 21
L.cum oſtendimus. §. vlt.ff. de fideiuſſoribus explicatur. M. num.345
L.[illegible] C.ad l.Iul.maieſtatis.limitatur. M. 121
L.[illegible] adminiſtratione. C.de legat.explicatur. 1.77
L.[illegible], § ſi pignora, ff. de re iudic. explicatur.20.§. [illegible]
L.[illegible] ff. de iureiur.intellectus.20.§.2.n.11.
L.[illegible] §. [illegible] prin.D de fideiuſſorib.ventilatur. 21.17.
L.[illegible] D ad Velleian.examinatur.4 47.
L.[illegible] D de appellat.ſenſus.20.§.20.num.13.
L.creditoribus D.de ſeparationibus extricatur.5.74.
L.cui præcipua 37.§ 1.D.de verb ſign.intellectus.15.60.
L.cum dotis D de iur dot.interpretatio 6.165.
L.cum furioſus § 1.D.de iudic. demonſtratur.7.547. Et ibid.num 550.
L. cum is 36.D.de fideiuſſor.intellectus.28.38.
L cum oſtendimus D.de fideiuſſ.tutor.explicatur. 7.53.& ſeqq. Item cap.11.num.75.
L.cum quærebatur.§ fin D.iudic ſol. explicatur. 20.§.26. num 38.
L.de creationibus.C.de Epiſcop.audient.interpretatur. 5.28
L.de die.§.qui mulierem.ff.qui ſatiſdar.cogan.intellectus.7. 413.
L.defenſiones C.de except.intellectus.20.§.14.n 25.
L.deferre § vlt.cum tribus ll.ſeq ff.de iure fiſc. demonſtratur.20.§.21.n.18.
L.doli.19.ff de donat.intellectus.7.451.
L.ea quæ.ff.de donat.inter vir.& vxor.verus intellectus. 11. 68.& ſeq.
L.& eleganter § ſeruus pactionis ff.de dolo exponitur. 4.43.
L.etiam C.ad Velleian.intellectus 6.129.
L. etſi is C.de prædys minor.explicatur.10.258.
L.et ſi fideiuſſor ff.de re iudic.ſenſus 6.164.
L.exceptione 67 ff de fideiuſſorib.explicatur.26.38.& ſeq.
L.fideiuſſor.16.§.vlt.ff.de fidei.demonſtratur.20.§.15.n.15. Et ibid.n.20.
L.filio.ff.vt legator nom.caueatur.expoſitio.6.87.
L.Græce.§.illud commune.ff.de fideiuſſor.interpretatur. 24. 84. Et ibid.num.97.98.& 99.
L.Græce.§.a tutore.ff.de fideiuſſor.enodatio.5.234.
L grege.§.penult.ff.de pignorib.ventilatur.5.69.
L.hactenus.§.1.ff.de conſtitut.pecun.genuinus intellectus.24. 80.
L.hoc iure §.ſi quis ſerue ff de donat.diſcutitur.4 45.
L.iam tamen.§.quia tamen ff.iudic.ſol.declaratur. 26.86.
L.idem et ſi ff.ad Velleian.explicatur.27.par.2.n.60.
L.in eos ff.de cuſtodia reor.intellectus 20.§.9.n.92.
L.in omnibus.ff de iudic diſcutitur 5.50.
L.iter.26.ff.de fideiuſſor.explicatur.25.48.
L.iubemus §.in ſupradictis C.ad Sen.Conſ.Trebel. practica oſtenditur.10.313.
L.is cui bonis ff de verb.oblig.explicatur.5.354.
L.legitimos ff. de legit.tut.intellectus 8.76.
L.litibus C.de agricol.& cenſib.lib.11.ſenſus oſtenditur. 5. 328.
L.Lucius Titius 24 ff.de fideiuſſ.explicatur.11.66.
L.Marcellus ff. de fideiuſſor.examinatur.5.335.
L.milites C.de locat.hodie non eſt in vſu ſecundum Angelum, & Caroetum 7 161.
L.minor.51 ff.de procurat.explicatur.27.par.4.n.116.
L.Modeſtinus, ff.de ſolut.intellectus 28.36
L.Mora.88.ff.de verb oblig. intellectus. 24.156
L.mulier.C.de iur.dot ſenſus obiter adfertur. 6.173
L.nam, & ſeruus, ff.de negot.geſt.intellectus. 7.537
L.nam poſteaquam. ff.de iureiur.explicatur. 20.§.2.n.12
L.naturales, ff. de oblig. intellectus depromitur. 20. §. 2. num.20
L.nec quicquam, 56.ff.pro ſocio.explicatur 10.357
L.poſtquam, ff. vt legator.nom caueat.inducitur.10.29
L.puberes.101.ff.de verb. oblig. inſcriptio, tanquam vitioſa emendatur. 7.98
L.pupillum.49. ff. de acquir.hæred.& l.4 ff.de auctor.tutor. conciliantur. 7.76
L. pupillus, ff de fideiuſſ. tut. ſenſus exponitur. 27. part. 2. num.51
Legis prouiſionem quando hominis prouiſio non tollat. 27. part.2. num.39
L.quicunque C.de fund.patrim lib.11.enodatur.5.27
L.qui exceptionem, ff.de condict.indebit.intellectus 27.part. 2.num. 89
L.qui libertinus, §.vlt.de oper libert exponitur. 4.76
L.rationes, C.de probat.explicatur.20 §.1.n.77.& ſeqq.
L.ſciendum.ff.qui ſatiſd.cogant.explicatur. 5.32
L.ſed etſi 4.§.item quæritur, ff.ſi quis caution.exceptio.fideiuſſori competit 27.part.4.n.66
L.ſi a colono.§.1 ff de fideiuſſor inducitur.20.§.12.n.15
L ſi à reo, § ſi a fur.oſo.ff.de fideiuſſor.enodatur.5.156
L.ſi creditores, ff.de reb auctor.iud.poſſid.expoſitio.5.77
L.ſi creditores, C.de pact.intellectus.20.§.13.n.7
L.ſi conſtante, §. quoties, ff. ſolut. matr. verus intellectus. 6.188
L.ſi contendat, ff.de fideiuſſorib.explicatur.27.par.2.n.16
L.ſi contendat. ff de fideiuſſoribus beneficium quale ſit, & quomodo differat, cum remedio. l.diffamari. C. de ingen. manumiſſ.25.133.& ſeqq.
L ſi cum dotem, §.tranſgrediamur, D.ſolut.matrim.enodatur.6.151
L.ſi cum Hermes, C.de locat.intellectus.20.§.12.n.9 Et ibid.num.18
L.ſi debitori.47.§.1.D.de fideiuſſ.explicatur.6.55 Item cap.10.num.26
L. ſi fideiuſſor, D. de fideiuſſ. exponitur. cap. 20. §. 15.numero 9
L. ſi fideiuſſores, D. de fideiuſſor.tut. explicatur 37. part. 2. num.52
L.ſi fideiuſſores.24.in princ.& l.fideiuſſor.16.§.vlt.ff.de fideiuſſor.inducantur.20.§.15.n.14 ac ſeq. Et ibid.num.30
L.ſi filiusfamil.78.ff.de verb obligat.inducitur.6.57

L.ſi ita ſtipulatus.14.ff de verbor.oblig.& l.5. in princ.ff. vt lega aon.caueat.inducantur.22.17.& ſeq.

L ſi ita ſtipulatus.ff.de fideiuſſor.intellectus.6.56.

L ſi libertus moram.ff.de oper.liber.euodatio.24.152.

L ſi paternam.8. C.ad Velleian,explicatu.27 par.2.n.62

L.qui pecuniam,ff.ſi cert.pet.intellectus.6.20.

L.ſi poſt eaquam.ff.rem pupill ſaluam fore.ſenſus.24.154.

L ſi pupillus ff de recept.exponitur.5.341.

L.ſi pupillus.127.ff.de verbor.obligat.explicatur.5.337.

L.ſi quis 24.§.1.ff de vſur.intellectus 24.158.

L.ſi quis 29 ff.communi diuiduundo interpretatur.5.362.

L.ſi quis ſtipulatus 112.ff.de verbor.oblig.exponitur.8.72.

L.ſi quo in publicis.C.de ſpectaculis.lib. 11.explicatur 19. 103.

L.ſi rem alienam §.omnis de pignor.act.explicatur.4.25

L ſi ſeruus 25.ff.de ſtipul ſeruor.demonſtratur, ex Conrado Cuiacio, Hotomano,& Antonio Fabro.6.66.

Et num.67. 68.& 69.

L.ſi ſeruus 34.de vſurpat.& vſucap.explicatio.7.310.

L ſi ſponſus 5 §. de donat. inter vir. & vxor. interpretatio 27 part.2 num.61.

L.ſi ſtipulatus 15 verſ.intereſt enim ff de fideiuſſor. inducitur.10 193.

L.ſi tibi decem.ff.locati.declaratur.24.107.

L.ſi propoſitis C.de fideiuſſor.intellectus.20.§.12.n.27.

L.Sychum. §.ſi mandatis ff. de ſolut. & l. Papinianus ff. mandati,explicantur.20.§.1.an.23

L ſuſpectum.ff.de ſuſpect.tutor.intellectus.8.71.

L.tempus.29.ff.de re ind.beneficium,fideiuſſori quoque datur par.4.num.58.

L.tribus heredibus ff.de vſucar. rer. qua vſu conſum.interpretatur.7.65.

L.Titius.ff.de pignorat.act.explicatio 6.125.

L.tutori.C.de negot.geſt.intellectus 20.§.33.n.33.

L.vbicunque 61.ff de fideiuſſorib.de perſonalibus tantum exceptionibus eſt accipienda.27.par.4.n.77.

L.verum.§.item videndum.ff pro ſocio,declaratur.5.95.

L.vlt.ff de ſtipulat ſeruor.explicatur.6.60.

L.vlt.ff.de excep.rei iudicat.intellectus.20.§.26.n.43.

L.vlt.ff.de fidei..ff.ſuccincta explicatio.24.195.

L.vlt.ff.de excep.rei iudicat.expoſitio.20 §.26.n.43.

L.vlt ff.de iuretur.ſenſus oſtenditur.20.§.20.§.2.n.18.

L.vlt.ff.de fideiuſſorib.examinatur.24.145.

L vlt.ff.de duob.reis.& l.ſi debitor. 47.ff. de fideiuſſoribus conciliantur.10.30.

L.vlt.ff.de contrah.empt.explicatur.11.210.

Et ibid.num.211.

L.vlt.C.ne vxor pro marit, & l.Lucius. §.teſtator.ff. de legat.2.demonſtrantur.5.178.

L.vlt.C.de procur.intellectus.20.§.10.n.10.

L.vt res.ff de contrah.emp.explicatur 4.23.

L.1.ff de obligat.& act intellectus.10.338.& ſeq.

L.1.§.ſi magiſtratus ff.de magiſt.conuen.exponitur. 5.13.

L 1.ff.de cuſtod.reor.examinatur.ibid.num.14.

L.1.ff.quar.rer.except.non dot.explicatur. 20. §.8. num. 19.

L.1.C.de condict.ex leg.explicatur.20.§.15.nu.31.

L 1.C.quo quiſque ordin.conuen.adducitur. 20 §.10.num 85.

L.1.C.ne fideiuſſor.dot.dent.exponitur.6.105.

L.3.C eod.adducitur.ibid.n.106.& 107.

Rationes eius expenduntur.ibid.n.118.

L.1.& l.98 ff de ſolut.adducitur.20.§.21.na.17.

L.2.§ ſi eo tempore ff.de adminiſtr.rer.ad ciuit.pertin. demonſtr.33.19.

L 2.ff. qui ſatiſd. cogan. & l. 1. ff. de in ius vocati vt eant latiſſimè explicatur 8.88 & ſeq.

L.2.C.ne fideiuſſor dot.dent.hodie per conſuetudinem eſt antiquata,iuxta Weſenbecium.6.220.

L.2. C. de reſcind.vend. remedium in dation in ſolutum quatenus locum habeat.20.§.21.n.11.& ſeq.

L.2.C.de fideiuſſor.minor.& l.naturaliter. D.de codicill.intellectus 5.349.

L.2.verſic.cæterum D.de fideiuſſorib.explicatio 7.345.

L.3.§.vlt.D.vt in poſſeſſ.legat.inducitur.13.7.

L.3.D.de condict cauſ.dat.intellectus 5.75.

L.2.C.de contrar.iud.tut.interpretatio.28.47.

L.4.in princ.D.ſi quis caution.explicatur. 20. §.14. num. 27 & ſeq.

L.4.§ ſoli.D quod cum eo,&c exponitur.27 par.2.n.27.

L 4.D.de condit.cauſ.explicatur.4.30.

L.§.in prætor.D.de re iudic.interpretatur.ibid.

L.5.qui pro rei.D qui ſatiſdar.cog.explicatur.6.34.

L 5.in princ.D.vt legator.nom.caueat inducitur. 22.18.

L.6.C.de fideiuſſor.adducitur.7.44.

Lex timent.ſufficit,& fauor Imperij.C.6.

Lex non denegat legitimum præſidium.ibid.9.

Legitimatus ſemel in iterum poſſit legitimari.13.2.

Leo vbi figit pedes ibi cætera animalia quieſcunt.8.131.

Leaes homines non habentur pro idoneis fideiuſſoribus 8. 127.

Leuitas,& inconſtantia maximè in principibus vituperanda.27 part 2.num.303

Libellus habens duo capita, aptum,& ineptum, per aptum ſuſtinetur.24.69.

Libelli ſupplices vocantur deſiderium.27.par.2.n.81.

Libello in vno eodemque debitor principalis, & fideiuſſor conueniri poſſunt.21.55.& ſeq.

Sed declaratur num.57.ibid.

Liberalitas ſua nemini in pœnam cedere debet.6.88.

Liberatio ſuper principali trahitur ad connexa, & dependentia etiam non expreſſa.M.91.

Liberatio totalis debitorem a reſidui petitione liberat. 20.§. 21.num ... & 32.

Liberatio ſi debitori legetur liberatur etiam eius fideiuſſor. 20 §.8. m.1.

Liberatio ſi fideiuſſori legetur,fideiuſſor pacto eſt liberandus. ibid num.2.

Imo,& eius hæres.ibid.n.5.

Quod declaratur num.6.& 7.

Liberatus tempore,ſimilis eſt ei, qui ſatiſfecit. 20. §. 18. num.11.

Libertas bonum eſt ineſtimabile. 10.179.

Libertas nemini a ſemet ipſo adimi poteſt.7.8.

Libertus ad pleroſque actus liberorum hominum admittitur.7.323.

Libertus fideiubere poteſt.ibid.n.322.

Sed declaratur ibid.n.324.& 326.

Libertus, qui ſe operas præſtaturum iurauit, fideiuſſorem præſtare neceſſe habet 5.187.

Liberum quid proprie dicatur.6.5.

Liberum quid eſſe poteſt,& tamen ſub certa lege contentum. 7.223.

Quod exemplis declaratur ibid.num.224.225.226. vſque 232.

Liberi hominis corpus æſtimationem recipit.10.178.

Libri ſcholaris abſentis non debent alicui tradi ſine expreſſo eius mandato.20.§.27.n.24.

Ligare, aut ſoluere ſeipſum nemo poteſt.7.14.

Limitatum in cauſam fideiubens, extra illam cauſam non tenetur 24.35.

Liquida ſuper re temerè eſt litigare,& contendere.26.18.

Literæ credentiales quatenus ſcribentem obligent.18.22.

Literarum obligatio antiquis fuit incognita, ex ſententia Petri de bella Pertica, Borcholti, Feliciani de Solis, Antonij Pichardi.10 7.

Contrarium adſtruit Emanuel à Coſta.ibid.n.8.

Sed declara,vt num.9.10.& 11.
Litis ariſque alieni comes eſt miſeria,nam ad inopiam multos deduxerunt.1.34.& ſeq.
Litis conteſtatio obligationem nouat, & quomodo. 20.§.5. num.15.
Litis conteſtatio pignora,vel fideiuſſores non liberat.ibi.n.16.
Et cap.29.n.16.
Fallit tamen in adpromiſſore indemnitatis.ibi.n.17.
Litis morte tollitur fideiuſſoria obligatio,& quomodo. 20. §. 10.num.86.
Litis pendentia exceptio in initio litis opponenda, & probanda eſt.20.§.26.n.8.
Liti renuntians non fatetur aduerſarium ius habere.5.166.
Lite conteſtata contra fideiuſſorem,ſi fideiuſſor ſuccedat reo, non opus eſt inchoare nouam inſtantiam. 20.§.16.numero 32.
Lite pendente cum principali non fit perſecutio contra fideiuſſorem.27.par.4.n.109.
Intellige,vt ibid.num.ſeq.
Lites diminuere iudex ex officio debet.27.par.1.n. 237.
Lites qua execratur cogitatio,verecunda eſt.1.26.
Litigare multi malunt, quam bonam fidem agnoſcendo debitum ſoluere.19.70.
Locationi,& conductioni fideiuſſor citra repulſam adhibetur 211.
Locator,non conductor cogitur ſuſtinere tributa, & collecta. 24.272.
Locator,qui patientiam vtendi fruendi re locata praſtare tenetur,aliam aquè idoneam rem praſtare volens auditur.20.§.37.n.24.
Locator poteſt compellere conductorem relaxare domum conductam,quando vult eam reficere, & illa refecta poteſt compellere locatorem ad domum retradendam. 421. 223.
Locus contractus,vel ſolutionis facienda quando ſit inſpiciendus 14.14.
Locus,& dies ſunt de ſubſtantia inſtrumenti.12.24.
Locus non vitiat donationem.14.44.
Locus vicinus quis ſit,relinquitur arbitrio iudicis.14.35.
Loco certo promittens ſoluere,ſi ex eo loco poterit conuenire. 23.29.
quo Loco debitum exigatur,aut cum improbo fideiuſſor litigetur non parum refert.14.7.
in Loco geſti contractus quando fideiuſſor reperitur, rectè. 23.30.
Ætiologia ponitur,ibid.n.31.32.
Aliter tamen ſeruatur de conſuetudine, ibidem numero 33.
Locutio pluralis,datis fideiuſſoribus,etiam in vno fideiuſſore verificari poteſt.9.38.
Quod ampliatur,ibid.n.39.
Lombarda non lex,ſed fex eſt. 18.81.
Loquendi communis vſus ſemper attendendus.1.114.
Loquendi, & ſcribendi differentia non tam realis, quam verbalis videtur.11.29.
Loqui,& ſcribere differunt formaliter quidem, ſed non effectu,& re ipſa.11.48.
Et ibidem num.52.
Loqui non dicitur propriè,qui per nuntium,vel per epiſtolam loquitur.11.28.
Loqui prohibito Cardinalibus in conclaui, interdictum quoque intelligitur ad eos literas ſcribere, vel nuntium mittere,ibi.nu.31.
Loqui prohibitus cum bannito, ad ipſum quoque ſcribere prohibetur.11.30
Lubecenſis Senatus pro principe eccleſiaſtico, aut ſeculari fideiuſſionem in ſe ſuſcipere nequit.7.633.
Lucrum lucri non admittitur.4.55.
Ludere conceſſum vſque ad vnum aurem.7.257.
Ludi fideiuſſor non gaudet beneficio excuſſionis.27.par.1.nu. 34.
Ludus regulariter in ſe eſt prohibitus S.part.2.n.30.
Ludus introductus ad vitam exercendam non prohibitus. ibi.n.35.
Ludus vbi de conſuetudine tolleratur quis non tenetur ad pecunia reſtitutionem.ibid.24.
Ludus vbi prohibitus etiam prohibita ſponſio.ibi.21.
Ludus turpis non valet.ibid.9.
Ludus,& ſponſio prohibentur à Senatu.ibi.n.6.
inter Ludentes ludo prohibito datur repetitio ibi.31.
Ludentibus licet facere quicquid poſſum,vt vincant. ibidem 33.
Ludouicus Rex Neapolis ſeipſum obſidem dedit Catolanis pro patre Carolo II.10.295.
Ludouicus XII.Rex Galliarum prohibuit,ne Senatuſconſulta latinis verbis conciperentur.11.134.
Luſatia Marchionatus Regno Bohemia eſt interperatus. 17.74.
Luſitania,vel Portugallia Rex Imperio Romano ſe ſubtraxit. 1.576.

M.

MAgiſtratus eſt lex loquens.11 50.
Magiſtratus exigit fideiuſſores. 6.251.
Quod declara,vt n.252.
Magiſtratus iuriſdictione conceſſa petulanter abuti non debet.18.143.
Magiſtratuum fideiuſſores non tenentur in his, qua ipſis ob cauſam,vel delictum irrogantur.24.176.
Maioratus poſſeſſor tenetur,de re ipſius maioratus reſtituenda ſatiſdare.5.307.
Maiori ineſt minor,non ſimul,ſed ordine ſucceſſiuo.24.66.
Mala futura debent caueri, & non iniquis conſuetudinibus foueri.5.113.
Maleficiorum fideiuſſor accipi nequit.10.40.& ſeq.
Et ibid.num.340.
Malitijs hominum eſt obijciendum.S.part.2.n.13.
Malis prodeſſe propter bonos ſatius eſt, quam bonis deeſſe propter malos.1.43.
Malum omne dum naſcitur, facilius opprimitur, tardius dum inueteraſcit.25.60.
Mandatum,conſtitutum,ſocietas,rectè per nuntium,vel epiſtolam fiunt.11.81.
Mandatum de relaxando fideiuſſore arreſtato, detento, vel captiuo in Camera Imper. impetrari poteſt. 25. 135. & ſeq.
Mandatum,& fideiuſſio,ratione praſentia,& abſentia differunt.11.18.
Mandatum,& iuſſus quomodo differant.2.58.
Mandatum executoriale ſi forte denegetur,poteſt tamen iudex ex officio permittere parti ſupplicanti,vt ad effectum obtinendi formiter quid petat.21.52.
Mandatum non admittit pœnitentiam, quando mandantis iam intereſſe cœpit.20.§.4.num.10.
Mandatum proximè ad fideiuſſionem accedit.18.2.
Mandatum quatenus ipſo iure reuocetur, ob mutilationem ſtatus in perſona mandatis,vel mandatarij.20.§.32.num. 12.
Mandatum ſuſcipere poteſt fœmina,ſicut mas.7.441.
Mandati actio aliquando in confideiuſſorem competit 25 141.
Mandati actio competit in ſeptendecim caſibus, etiam ante ſolutionem.25.12.& multis ſeq.
Mandati actio contraria quando detur fideiuſſori contra debitorem,& ad quid.25.6.& ſeq.
Mandati actio in decem caſibus fideiuſſori non competit 25.68.& multis ſeqq.

Mandati actionem habet fideiuſſor aduerſus debitorem. 7.183.
Mandati conuentus, & condemnatus debitor ſit infamis. 25.66.
*Limitatur tamen ibid.num.*67.
*Mandati de natura eſt, vt qui tenentur, ad reficiendum damnum etiamſi caſu fortuito illud contigerit.*26.56.
*Mandati & fideiuſſionis differentia in quibus conſiſtat.*18.3.
*Mandata alienationis inhibitoria in Camera Imperiali emanare ſolent.*15.16.
*Mandata de relaxando arreſto in Camera Imperiali impetrari poſſunt.*15.23.
*Mandata executorialia cum clauſula contra debitores, vel fideiuſſores non ſunt ſatis tuta.*21 53.
Mandata executorialia in Cam.Impe impetrantur contra reum principalem, pro debito liquido 21.47.
*Mandata executorialia in Camera Imp. tam ſimplicia, quam arctiora, contra fideiuſſores, eorumque hæredes impetrari poſſunt.ibid.num.*49.
*Mandata executorialia non aliter decernuntur, quam ſi obligationum ipſa originalia exhibeantur.*21.54.
*Mandata inhibitoria alienationis ſine clauſula in Camera Impe.aliquando decernuntur.*1.95.
*Mandata inhibitoria ſine clauſula, de non impediendo fieri venditionem, vel alienationem, in aliquot caſibus decreta in Camera Imperiali.*1.100.
*Mandata pœnalia ad liberandum fideiuſſorem in Camera Impe.impetrari poſſunt.*25.56.
Mandatarij factum, eſt verè, & propriè factum mandatis. 11.95.
*Mandati actio vt competat, oportet ſolutionem verè, & actualiter factam eſſe.*25.10.*& ſeq.*
*Mandata de relaxando captiuo quando in Camera Impe. decernantur.*18.136.
*Mandator, & fideiuſſor quomodo differant.*20.§.1.24.
*Mandator quis ſit. M.*3.
*Differentia inter fideiuſſorem, & mandatorem.M.*6.
Mandatum factum nomine dignitatis, an finiatur morte.M. 114.
*Qui gerit ea, quæ mandato connectuntur non dicitur excedere mandatum.M.*189.
*Manus arida non habetur pro manu.*8.61.
*Manus dexteræ ve ceſſione quis obligari poteſt.*11.166.
*Manus nobis præter multa alia etiam ſcribendi bonum communicant.*12.36.
*Manu breui quid fieri dicatur.*22.60.
*Manuum coniunctio eſt euidens ſignum perfecti conſenſus, & perfectæ pactionis.*11.169.
*Manuum ſola coniunctio non eſt ſtipulatio, nec pars ſtipulationis ſicut verba.ibi.n.*168.
*Manumiſſio vocatur beneficium, libertas gratuita, liberalitas, ſummum bonum.*6.90.
*Manumiſſionem imponere quid ſit.*7.438.
Marchionatus Luſatiæ Regno Bohemiæ eſt incorporatus. 17.74
*Mare, qui per mare res deferri patitur cenſetur fieri pauperior.C.*4.
*Suſcipiens in ſe pecuniam vltra mare ferendum ſi pretium accipiat, an ſit prohibitum.S.par.*3.*n.*26.27.
*Maris conſuetudo obſeruanda.ibi.*55.
*per Mare mercium conductor, an teneatur de caſu fortuito. S part.*3.*a.*10.
*Mariti bonis confiſcatis vxor nihilominus dotem ſuam ſaluam habet.*20.§.14.*n.*31.
*Maritus, conſtante etiamnum matrimonio, dotem ex cauſa vxori reſtituere poteſt.*6 132.
*Maritus de iure communi vxoris ſuæ tutor, vel curator eſſe non poteſt.*18.53.*& ſeq.*
*Maritus, & vxor ad paria iudicantur.*6.174.
*Maritus fideiubens ſine conſenſu vxoris, reſtitui poteſt aduerſus fideiuſſionem, ex capite minorennitatis ipſius vxoris.*27.*par.*4.*n.*118.
*Maritus fideiuſſorem dotis reſtituendæ exhibens, dotem alienare poteſt.*6.225.
*Maritus nequam ſuſpectus de dote ſuis diebus reddenda cauere cogitur.*5.83.
*Maritus non debet eandem reuerentiam vxori, quam debet vxor marito.*6.178.
*Maritus nuptijs ſecutis dotis eſt dominus.*20 §.19.*n.*2.
*Maritus olim propter dotem vxori pignus dabat.*5.224.
*Maritus ſi de facto fideiuſſorem de dote reſtituenda det, iſque iureiurando ſe obliget, an obligetur.*6.208.*& ſeq.*
Maritus vxoris ſuæ corpore, ſubſtantia, & vita vtitur. 6. 108.
*Mariti vxores de dotalitio ſuo ſigillatis inſtrumentis in Luſatia, Marchia Brandenburgenſi, & alibi aſſecuratæ tenentur.*6.128.
Marito citra delectum fide iubente, vxor conſtante matrimonio dotem repetere poteſt 1.11.
*Materia de fideiuſſoribus tota eſt practicabilis.*1.1.
*Mater pro filio validè non fideiubet.*7.377.
*Matrimonium ſine dote eſſe poteſt.*7.457.
*Matrimonium de iure ciuili non diſſoluit patriam poteſtatem.*7.620.
Matrimonium interueniens nonnunquam fideiuſſionem ſoluit 20.§ 29.*num.*1.
*Declara vt ibid.num.*3.*&* 4.
*Matrimonij in probatione quot teſtes requiruntur.*9.3.
*Media via quæſtionem dirimit.*6.92.
*Medicus aſſerens aliquem mortuum apoplexia, non poteſt interrogari, quid ſit apoplexia.*7.501.
*Sed declara vt n.*502.*&* 503.*ibid.*
*Mediolani Dux ſubtraxit ſe Imperio Romano.*7.583.
*Meliorationum æſtimatio an ſecundum tempus præſens, vel præteritum conſideranda.*24.268.
*Melioramentorum exceptio poteſt opponi in executione ſententiæ.*5 371.
Membrum inutile non reputatur pro membro 8.61.
Membrorum ſuorum nemo eſt dominus. 20.§ 9 *n.*40.
Mendax regulariter in dolo eſſe præſumitur, ſi mendacium in ipſius commodum vergeat. 27.*part.*1.*n.*216.
*Mendacis pœna propria eſt iſta, vt poſtea ei etiam vera dicenti non credatur.*17.*part.*1.*n.*213.
*Mendacia lex ſeuere prohibet.ibi.n.*211.
*Mendacio nulla certa pœna regulariter à iure eſt indicta ibi.n.*215.
*Mendaces apud Perſas, & Indos pœna perpetui ſilentij mulctabantur.ibi.n.*212.
*Mente captus, demens, ac fatuus, an ex ſua fideiuſſione teneatur.*7.116.
*Et num.*117.*ac* 118.*ibid.*
*Mentium bonarum eſt ibi culpam agnoſcere, vbi nulla culpa eſt.*1.87.
*Mercator maris pericula cogitans poteſt res ſuas in caſu aduerſæ fortunæ ſtipulatione tueri. S.part.*1.*a.*1.
*inter Mercatores non rigor, ſed æquitas ſpectatur. S.par.*1. *n.*1.*& par.*3.*a.*2.*&* 28.*& par.*4.*n.*33.
*Mercator ſuſcipiens in ſe periculum rerum per mare ferendarum ſi res vi maris periclitetur tenetur actione oneris aduerſi.S.part.*3.*n.* 9.
*Mercatores regulariter prouidi.ibi.n.*17.
*Mercator habens merces in naui emens euentum periculi, ſi merces aliquæ de cauſa ferri vel nauigare ſi queant an ad pretium periculi poſſit agere ibi.n.*22.
*inter Mercatores eſt ſeruanda bona fides.S.par.*5.*n.*12.
*Mercator perſuaſus per alterius mercatoris literas, merces alicui credere, ſi damnum patiatur perſuadentem, conuenire poteſt.*18.14.

Mercator

Mercator promittens in nundinis ſoluere centum, dummodo commode poſſit: non dicitur commodè poſſe, ſi merces ibidem emere ei, & referre domum non ſit liberum. 19 127
Mercatores non curant apices iuris, nec ſtipulatio inter eos eſt neceſſaria. 11.84
Mercatorum ad negotiationem fideiuſſio non propriè pertinet. 17.86. & ſeq.
Mercatorum in foro ſummariè de plano, & de æquitate, non inſpectis iuris apicibus, proceditur. 27. part. 1. numero 281
Mercatorum libri quantum probent. 20. §. 1. num. 70. & ſeqq.
Mercatorum ſponſiones vſitatæ an iure ſubſiſtant. 18.45
Mercium conductor pro mare an teneatur de caſu fortuito. S part. 3. n. 10
Mercedis promiſſio videtur ſemper eſſe conditionalis. ibid. 12
Mercium Dominus an æquiparetur emptori. ibid. n. 23
Merces ſi ex vno naui in aliam transferantur, & pereant an promiſſor ſecuris teneatur. ibid. n. 35
Mercium loco habentur res ad vendendum deſtinatæ. S. part. 4. n. 65
Metus exceptio fideiuſſori datur. 27. part. 4. n. 30
Metus vis, & dolus contrariantur fideiuſſioni. 19.15
Metu carceris facta fideiuſſio nullas vires habet. 19.18
Metu ſi facta ſit fideiuſſio, fideiuſſor non tenetur. 20. §. 17. num 6
Metu, vel vi compulſus non prorogat iuriſdictionem. 5.194
Miles non eſt idoneus fideiuſſor. 7.160
Miles cum prius fideiuſſiſſet, poſtea ſe militem ſcribi paſſus, non eximitur. 7.165
Miles in rem ſuam fideiubens obligatur. 7.163
Miles poteſt eſſe procurator, ſi pars tempore litis conteſtatæ nihil opponat. 7.168
Miles pro cauſa communi omnis ſui numeri, fideiubens, tenetur. 7.166
Miles certe fideiubet, & tenetur, ſi creditor non contradicat. 7.167
Se vide num. 169. ibid.
Miles in dubio non præſumitur receſſiſſe à militia doloſe. M. 61
Miles veteranus ex fideiuſſione ſua tenetur. 7.164
Militem ſi quis ignorans, tanquam paganum pro fideiuſſore admittat, fideiuſſio valet. 7.171
Milites cruciferi recte fideiubent. 7.265
Declara vt ibid. n. 266. & 267
Milites hodierni quales plerique ſint, oſtenditur. 7.162
Milites ſacramentum per Deos præſtabant, gladiis ſolemniter ceruicibus ſuis admotis, cum dira deuotione capitum ad quæuis infortunia. 19 141
Militia togata comparata eſt ad exemplum armatæ. 7. 172
Militatum ne qui eat apud exteros, prohiberi poteſt. 7. 133
Miniſter à teſtatore, ad diſtribuenda legata electus, non ſatiſdat. 5.309
Minor curatorem non habens, etiam volenti creditori, efficaciter fideiubere non poteſt, contra Cuiac. Vulteium. Henrie. à Suerin, & Borcholtum. 7.86
Et num. 87. 88. 89 92. 94. & 95. ibid.
Minor fideiubens, mediante iuramento omnino tenetur. 7. 103
Minor in rem ſuam fideiubens fit obnoxius. ibidem num. 104
Minor ſe pro maiore gerens fideiubendo obligatur. ibidem num. 99.
Minor viginti quinque annis non eſt idoneus fideiuſſor. 7.82.
Et num. 84. ibid.
Minoribus errantibus non fallentibus publica iura ſubueniunt. 7 100
Minorennitas iure Saxonico non Lubecenſi, intra vnum, & viginti annos concluditur. ibid. num. 105
Minora maioribus quando comparantur inferioris comparatio, ſuperioris iniuria eſt. 20. §. 16. n. 23
Minus poteſt fideiuſſor debere, quam principalis. 24. 109. & ſeq.
Minus quod eſt, in ſummis ſponderi videtur. 24.76
Miſericordia genus eſt, nocentes mortémque promeritos cito occidere; nec in carceribus detinere. 151
Et ibid. nu. 52
de Miſericordia rationem reddere melius eſt, quam de ſeueritate. 10.437
Miſſio in bona debitoris creditori nihil præiudicat, quo minus poſtea ad fideiuſſorem redire valeat. 20. §. 35. numero 1
Miſſio in bona quid iuris tribuat fideiuſſori ſoluenti. 20. §. 18 n. 37. & ſeq.
Modius falſus quis. 20. §. 27. nu. 37
Modi qualitas non attenditur, quando finis, & effectus intentionem ſuam habent. 11 46
Molendini licentia data ad faciendum molendinum operatur, vt iam factum poſſit retineri. M. 82
Modum non curamus, quando habemus effectum. 27. par. 1. num. 104
Monachi non tenentur recipere monachum qui alias bis fugit de monaſterio.
Monachi fideiubere nequeunt. 7. 243.
Declara vt ibid. n. 247. & ſeq.
Monachorum monialiúmque voluntas ab Abbate, & Abbatiſſa dependet. ibid. n. 244
Monitoria via vti poteſt fideiuſſor. 25.99
Monitory formula ad debitorem pro fideiuſſionis relatione. 30.68
Mora confideiuſſoris confideiuſſori regulariter non nocet, licet mora vnius ex ſociis nocet aliis, ſicut, & culpa. 24.168
Mora ex propria fideiuſſor ſe in plus obligare poteſt, quam debet ipſe principalis. 24.164. & ſeqq.
Mora fideiuſſoris nulla eſſe poteſt, vbicunque eſt obligatio faciendi. 24.153
Mora habetur pro delicto. 24.126
Moram in illiquidis, & prolixam calculationem requirentibus ceſſat. 24.142
Mora ipſius fideiuſſoris propria ipſi nocet. 24.161
Mora liberis obeſt etiam eius fideiuſſori. 5.289
Mora nulla committitur, ſi ſolutio certo die ac loco fieri debeat, & fideiuſſor ibi non ſit ad dandum, nec creditor ad accipiendum. 23 52
Ampliatur ibid. num. 53 & 54
Mora principalis grauior cenſetur, quam fideiuſſoris. 27. par. 5. num. 27
Mora ſua cuilibet debet eſſe nociua. 24 162
Mora periculum facit licitum, quod alias eſſet illicitum. 15. 76
Moræ purgatio quomodo fiat. 24.169
Moram fideiuſſor purgare poteſt, etiamſi reus non poſſit. 27. part. 5 num. 25
Moram non committit fideiuſſor, ſi forte ignoret, an debitor ſoluerit, nec ne, vel quid, & quantum ſoluere debeat. 24. 140. & ſeq.
Moram ad cauſandam vnica interpellatio ſufficit. ibid. nu. 143. ac 149
ad Moram ſui principalis purgandam fideiuſſor admittitur. 20. §. 9 n. 120. & ſeq.
Ampliatur ibid. num. 124. & 125
in Mora vbi eſt periculum, ibi à regulis iuris receditur. 15.78

ex Mora debitoris ſi quid ad priacipalem obligationem accedat, ad id ſideiuſſer non obligatur. 14. 124
Moratorium reſcriptum, vt quis obtineat, opus eſt cautione idonea. 5.94
Et num 132
Moratorium reſcriptam noa debet extendi vltra quinquenniam. 3.135
Aliter ſentiunt aliy, ibid.num.136
Moratorium reſeriptum pro quo debito detur. 5.124
Morateriam reſeriptam qaid ſit. 5.100
Et num.101. ibid.
Moratory reſcripti impetratio fideiaſſionis contractui adaerſatur. 19.75
Moratorium reſcriptum ſi impetrauerit debitor, durante quinquennio, non debet vſuras, niſi aliud dixerit Imperator. 22.43
Moroſi oueraadi ſunt omni damno, quod dederunt. 24 163
Morbis extremis extrema remedia optima ſunt. 13.16
Mores aui noſtri vetuſtos non facilè ia melius mutantur. 30.46
Mors habetur loco iuramenti. 20.§.1.n.76
Mortus in agone conſtitutus, noa præſumitur peccare, vel mentiti. ibid.num.74
Morte fideiuſſoris extingaitur obligatio fideiuſſoria. 20.§.10. num.16
Sed diſtingue, vt num.17.& ſeqq ibid.
Morte promiſſoris, vel ſtipalatoris ſtipalatio non extinguitur, 22.77
Morte tollitur obligatio fideiuſſoria. 20.§.10.n.1
Mortui ſcriptura maioris fides habetur, quam viuentis. 20. §.1.num 73
Mors moriens non præſumitur mentiri. M. 44
Mortem inimici expectare fidei Chriſtianæ aduerſatar. S. part.2.n.13
Mortis caſus in ſtipulationibus an extendatur ad mortem ciuilem. S. part.4.n.67
Mortui in hac vita nalla eſt reſtitutio, 20 §.10.n.87
Mertuo bannito nihilominus fideiuſſer obligatus manet. 20.§. 10 num.15
pro Mertao, & deportato fideiaſſio eſt inutilis. 10.27
Moriente debitore nondum collectis rationibus, nec ſubducto calculo, fideiuſſores liberantar. 20.§.10.n.14
Malier ante matrimonium contrahens quoddam debitum de eodem ſoluendo, caationem, vel fideiuſſionem, vel iuratoriam præſtare teaetar. 7.417
Mulier apud minorem pro alio fideiubens tenetur, ſi principalis non ſit ſoluendo. 7.465
Mulier, cui relictum aliquid eſt à marito, ne ſecundas ineat naptias, capit legatum, ſi præſtet cautionem de re cum fructibus reſtituenda, ſi contrafecerit. Sed hac opinio reprobatar. 10.306
Mulier, cui cum traditione pecunia promiſſa eſt indemnitas, ex ſua fideiuſſione tenetur. 7.440
Secus ſi indemnitas præſtita ſit per pignora. ibid.nu.442
Malier decipiendi animo intercedens non euadit immunis. 7.423
Mulier dotem promittens ex nuda pollicitatione obligatur. 7.459
Mulier emens, vel vendens non videtur intercedere. 7.418
Quod fuſius declaratur. ibid.n.419.& 420
Mulier ex fideiuſſione ſua non tenetur etiam in foro poli. 7.526
Et ibid.num.530
Mulier fideiubere non poteſt, 7.389
Cuius rei rationes ponuntur. ibid.n.390.391.392.& 393
Mulier fideiubeat libertatis cauſa, omnino tenetur. 7.437
Malier in caaſa ciuili ne quidem ex pacto incarcerari poteſt. 17.77
Fallit. ibid.num.78.& 79
Mulier indotata an viro repelli poſſit. 7.455
Malier inuita ad ſolutionem debiti maritalis cogi non poteſt. 7.426
Niſi ſponte ad id deueniat. ibid.n.427
Aut tertiam partem bonorum mariti accipiat, ibidem num.428
Mulier nupta perdit domicilium originis, & efficitur de domicilio viri. M num.112
Mulier habens inſtrumentum confeſſionis dotis conſequitur omnia priuilegia dotis ſicut ſi eſſet vera dos. M. 266
Mulier non poteſt fideiubere pro alio niſi ei promittatur indemnitas cum traditione pecunia. M. 315
Mulier maior vigintiquinque annis, elapſo biennio poſt primam intercesſionem, ſe rurſus obſtringens, Velleiano Sen. Conſ non iuaatur. 7.448
Sed limita, vt ibid.n.449.& 450.
Mulier maritum habens non debet, nec poteſt alium tutorem iudiciarium eligere. 18.55.& ſeqq.
Mulier maior vigintiquinque annis, pro extraneo, vel marito ſolaens, non habet beneficium S. C. Velleiani. 7.424
Malier nobilis vſufructuaria, modo ideneè caueat, præfertur ſucceſſoribus feudi in pecunia alias ſub vſuris collocanda. 3.197
Mulier non aliter S.C.Velleiano vti poteſt, quam ſi pro alio fideiubeat, vel ſe obliget. 7.396.
Quod ampliatur. ibid.n.397.398.399 400.& 401.
Mulier olim fuit in perpetua tutela. 7.93.
Mulier pro dotis ſolutione fideiubens, Velleiani beneficio destituitur. 7.452.
Mulier pro dote reſtituenda fideiubens, non iuuatur S. C. Velleiano. 6.224.
Malier pro intercesſione pretium accipiens S.C.Velleiano non iuaatur, modo illa acceptio probetar. 7.433.
Malier propter ſæuitiam mariti extra domum habitationis eius conſtituta, iuſte ſibi petit, alimenta à marito præſtari. 6.140.& ſeq.
Mulier pro viro ſuo dotem promittente fideiubere non poteſt. 7.453.
Mulier quando à marito ſæuiente petere poſſit cautionem de non offendendo. 6.237.& ſeq.
Mulier quando ſe vna cum marito obligat, præſumitur ſumma tota peruenisſe ad maritum 7.402.
Mulier, quæ in rem ſuam ſe obligat, non poteſt ſe tueri S. C. Velleiano. 7.412.
Mulier, quæ vna cum marito negotiatur, tenetur ſoluere æs alienum mariti. 7.406.
Mulier quibus caſibus ex fideiuſſione ſua teneatar. 7.410.
Mulier quomodo ſe ad obſtagium obliget. 17.476.
Mulier S.C.Velleiano renuntians, fruſtra eo deinceps vti contendit. 7. 466.
Sed declara, vt ibi.n.473.& ſeqq.
Mulier ſibi ipſi contrahens S. C.Velleiano auxilio deſtituitur. 7.416.
Malier tenetur dare fideiuſſorem, quod iuxta arbitrium boni viri dotalitio vti frui velit. 6.229.
Malier veteri debitori, pro quo antea expromiſit, ſuccedens, exceptione S.C.Velleiani ſi defendere nequit. 7.443.
Mulier vſufructuaria petens ſe remitti ad locum ſuæ patriæ, pro præſtandis fideiuſſoribus non auditar. 14.30.
Mulieris ex fideiuſſione oritur obligatio nataralis. 7.327.
Malieris renuntiatio, vt valeat, illa prius de S.C.Velleiano certiorari debet. 7.473.
Mulierem indotatam nemo in matrimonio habere cogitur. 6. 175.
Mulierem ſubducere quid ſit. 27.part.2.n 39.
Muliere fundum dotalem alienante, & pro euictione fideiuſſorem dante, datio eſt nulla: ſed cum reſtrictione poſita 10.261.& ſeq.

Muliere

Muliere obligante ſe principaliter, & marito pro ea fideiubente, S.C. Velleiano non eſt locus. 7.430. & ſeq.

Mulieres, & ruſtici, vt plurimum in iure æquiparantur. 8.109

Mulieres in ſcena detenta non poſſunt cogi dare fideiuſſorem, quod complebunt impiam operationem. 10.49

Mulieres regalibus, ac iuriſdictionis adminiſtratione munita, virilia, & magna importantia negotia rectè ſuſtinere poſſunt, 7.519

Mulierum genus eſt auarum, 7.425

Mulierum intercesſiones S. C. Velleianum prohibet. 7.394

Mulierum ornatus non eſt peccatum ex ipſis rebus, ſed ex parte hominis. 1.42

Mulierculæ, quæ conſlandis matrimoniis quæſtum faciunt, quatenus teneantur, remiſſiuè. 18.148

Multitudini multitudinem adiicere non eſt opus. 25.160

Mundus totus hodie eſt diffidentia. 1.47

Municeps intendens cedere bonis, vt euitet munus publicum ad ceſſionem non admittitur. 5.230

Municeps, & ciuitates fideiubere poſſunt. 7.629

Mutare voluntatem, tam diu licet, quam diu ab altera parte non eſt acceptata. 6.15

Mutatio omnis eſt periculoſa. 20.§.57.nu.17

Mutatio perſonæ debitoris, quæ ei minimam capitis diminutionem adfert, obligationem fideiuſſoriam non perimit. 20.§.26.num.14

Mutatio ſi contingat ex parte defenſoris, vel actoris, quid iuris ſit. 20.§ 26.n.50

Mutatio voluntatis, vel conſenſus reuocatio quadrifariam impeditur. 20.§ 53.n.17

Mutatio actionis quatenus liberetur fideiuſſor. 20.§.26.n.24 Et ibid.num 28

Mutata res in ſtatum priſtinum reduci non poteſt. 20.38.num.5

Mutus teſtis depoſitionem ſuam ſcriptis comprehendere poteſt. 7.153

Mutus, & ſurdus pro fideiuſſoribus adhiberi nequeunt. 7.141

Mutus, & ſurdus hæreditatem adire nequeunt. 7.148

Mutus, & ſurdus pro hærede gerere poſſunt. Item, procuratorem conſtituere. 7.146

Quod declara, vt num.147.ibid.

Mutus hodie ſcriptura rectè obligatur. 7.150

Mutus pro altero fideiubere poteſt, ſi ſit locuples, ac ſcribere poſſit. 7.151

Muti non voce, ſed nutibus ſignisque loquuntur. 11.53

Mutuum debitoris tantum gratia contrahitur. 6.24

Mutuo nunquam licet annectere vſuras. S.part.1.n.9

Mutuans pecuniam preciumque periculi recipiens ſi ipſam aſſecurauerit, ac conſtet quo animo non præſumitur vſurarius. ibid.12

Mutuum, donatio, ſtipulatio, ſunt contractus μονόπλευροι, & ſpeciales. 3.23

Mutuum fieri poteſt cum pacto de renuntiando. 21.24

Mutui ſubſtantia eſt pecunia numeratio. 6.21

Et num.22.ac 23. ibid.

Mutuam pecuniam accipere qui poteſt, poteſt etiam de accepta confiteri. 1.35

Mutuam pecuniam dare aliud eſt, aliud ſe daturum promittere. 3.16

Mutuam pecuniam occulte accipere, eſt accipere incertis nominibus. 10.204

Mortui contractus fideiuſſionem admitti. 10.200. & ſeqq.

N

N*Atura aliquando naturalis ratio, aliquando naturalis intellectus dicitur. 5.360*

ex Natura rerum, quibus vtimur, non probandum, vel improbandum eſt, quod facimus, ſed ex cauſa vtendi, & modo appetendi. 1.41

Natura omnia debito tempore. S part.3.n.78

Naturam rerum intueri debemus. 5.358

Natura mentiri non nouit, nec poſſumus habere meliorem teſtem. ibid.n.359

Nauis propter publicam vtilitatem poteſt in publicum vſum commercii. S. part.3.n.26

Nauis appellatione venit Scapha. ibid.37

Nauis donec ſalua portam non appulit periculum eſt aſſecuratoris. ibid.n.53

Nauta, & magiſter nauis excuſatur à caſu ſubmerſionis quando non eſt in culpa. ibid.num.48

Nauium caſus fortuiti portum non applicantium diſtinctio perelegans ibid. nu 54

Neapolis, & Siciliæ Rex Imperio ſe ſubtraxit Romano. 7.579

Necem defuncti ſinguli hæredes cuiuſcunque ſexus, & ætatis ſint, vindicare, pacem componere, & ex compoſitione huiuſmodi pecuniam conſequi poſſunt. 10.355

Neceſſitas facit probabile, quod alias eſſet improbabile. 15.77

Neceſſitas legem non habet. 1.153

Neceſſitas probabile facit, quod alias improbabile. ibidem num.154

Neceſſitate coactus iuramentum non frangit. ibid.n 155

Neceſſitas probari debet non fingi. 26.108

Neceſſitatis in caſu etiam clerici fideiuſſio admittitur. 7.254

Neceſſitatis non ſtatim eſt, quod gratificationis cauſa factum. 20.§.37.nu.15

Neceſſitatis tempore ciuis cogitur principi mutuo dare. 8.101

Neceſſitate conculſus excuſationem meretur. 19.24

Neceſſitate quod actum eſt, non infert conſenſum 5.174

in Neceſſitatibus nemo liberalis exiſtit. 1.83

Negare ſi, fideiuſſorem eſſe fideiuſſionis, contractui repugnat. 19.69

Negans ſe fideiuſſiſſe, ſi mendacij conuincatur, perdit beneficium diuiſionis. 27.part.2.nu.53

Declara, vt ibid.num.54 & 55

Negantem ſi pœniteat ante litem conteſtatam vel antequam contrarium probetur non punitur. M. 337

Negans contractum eius perdit beneficium. M. 330

Neganti ſententiam pro ſe latam ad inſtantiam appellantis imponitur ſilentium. ibid.328

Negans ſe maritum amittit maritorum beneficia ibid.327

Negans habere inſtrumentum cuius petitur exhibitio ſi conuincatur de mendacio interdicitur commodum, quod ex eo percipi poteſt. ibid.329

Negans poſitionem non poteſt ea ſe iuuare. ibid. 331. & 340

ex Negato articulo quis ſe iuuare non poteſt. ibid.333

Negans generaliter litem conteſtando licet conuocatur mendax non punitur. ibid.339

Negare licet totum plus potenti. ibid.339

Negare antea promiſſa eſt verecundum. ibid.359

Negatio debitoris non auget fideiuſſoribus obligationem. 24.214

Negatio non inficit notorium, nec facit cauſam dubiam. 10.402

Negligens remedia oportuna in dolo verſari dicitur. 26.11

Negotium, cum incidit in illum caſum, à quo non poterat incipere, & conſiſtere, reſoluitur, & extinguitur 20.§.50.num.7

Quod tamen declara, ibid.n.8

Negotia plura ſunt, quam vocabula. 2.30

Negotiorum geſtorum contractui rectè fideiuſſor adhibetur 10.266

gotiorum geſtorum actio competit fideiuſſori aduerſus debitorem. 25.84
Sed declara, vt ibid.n.85 86.87.89.& 90.
Negotiorum geſtori propria vel ſuas adminiſtrationis finem facit. 20.§.31 n.3
Niues inſolitæ ani inter caſus fortuitos. 8.part.3.n.77
Niues immoderatæ ſolent corrumpere frumenta. ibid.n.80
Nihil habens, nihil dat. 20.§ 15.n.3
Nobilis Hiſpanus, Hydalgus vocatus, in carcerem mitti non poteſt. 10.370
Limita tamen tribus caſibus, vt ibid. n.371
Nobilis poteſt dici pauper, quamuis poſſideat illa bona, quæ ſi ruſticus haberet, diceretur diues. 8 68
Nobilis relaxatus, & in diuerſorum ſuum remiſſus, per ſententiam Cameræ Imp. 10.368
Nobiles Liuoniæ quatenus capi, aut ex carcere relaxari, & dimitti debeant, vel non ex ſpeciali conſtitutione Stephani regis Poloniæ. ibid num 372.
Nobiles potentes, & impetuoſi, arces inexpugnabiles inhabitantes non cenſentur idonei fideiuſſores: contra Angelum, Iacobin. de S.Georg. Hieron. Gratum, ac Roland. à Valle. 8 130.& ſeqq.
Nobiles pro aliis fideiubentes, num excuſſionis beneficio ſe tueri poſſint. 29.part.1.n.296
Et ibid. num.308
Nobilitati merito omnes boni fouent. 7.210
Nocentem abſoluere ſatius, & ſanctius eſt, quam innocentem condemnare. 10.436
Nocentibus ſi parcatur, ſalus innocentem defendi nequit. ibid.num.435
de Nocte fieri poteſt pactum, à ſana mentis, & ſua ætatis homine. 12.2
Nocturno tempore in neceſſitatis caſu teſtamentum fieri poteſt. ibid. n.3
Vt, & depoſitio pecuniæ in retractu ibid.num.4
Nominare, fideiubere, & periculum in ſe ſuſcipere, non differunt. 18.35
Nominis effectus ad rem ſe extendit. 7.563
Nominis ſignificatio ignorari non debet. M.n.560
Nomine quæ conueniunt, & re conuenire debent. ibidem num.562
Nomine, qui non æſtimantur, etiam fructu carere non debent. ibid.n.564
Nomina bona mala fiunt, niſi appellentur. 20 §.15.n.24
Nomina ſua inſtrumentis inſcribi honeſtiores, non libenter patiuntur. 5.6
Nominatio affinis eſt fideiuſſioni. 18 33
Nominator nominatoris admittitur. 4.57
Nominatores quinam ſint. 18.34
Non numerata pecunia exceptioni fideiuſſor tuto innititur. 27.part.4.n.48.& ſeqq.
Noribergenſe quoddam priuilegium inducitur, & explicatur. 10.54
Noruegiæ, & Sueciæ Reges Imperio non amplius parent. 7.577
Notarius aliquando duorum, vel triam teſtium numerum repreſentat. 7.494
Notarius conſanguineus non poteſt conficere inſtrumentum in cauſa conſanguinei. 29.17
Notarius ſcriptum à notario aliter quam fuerit dictum à præſentibus præſumitur error non falſum. M.56
Notarij duo rogati ſint pro vno inſtrumento, alterque priuatus ſit officio notariatus, alter verè ſit tabellio authenticus valet inſtrumentum. M. 288
Notarius de eo tantum inſtrumentum conficere debet, quod propriis ſenſibus percipit. 7.486
Notarius interrogatus, & ignorans quid ſit beneficium Velleianum, vtrum contrahentibus præiudicet, ibid. numero 485.& 490
Notarius mulierem renunciantem de SC.Velleiano certiorare debet. 7.477
Notarius non poteſt per ſe opponere clauſulam, vt fideiuſſor de iudicatum ſoluendo, coram quocunque iudice teneatur. 13.50
Notarius per ſtipulationem alteri acquirere valet. 11 91
Notarius ſcribens pecuniam eſſe numeratam, quæ eſt conſtituta, crimen falſi incurrit. 7.489
Notarius ſcribens pecuniam eſſe numeratam, quæ eſt conſtituta, crimen falſi incurrit. 7 489
Notarius ſcribens, præſente aliquo, quid fuiſſe factum, cum tamen is eſſet infans, dormiens, furioſus, vel ſurdus, poteſt arbitrio iudicis puniri. 7.143
Notarius teſti æquiparatur. 7.493
Notarius vnus ſi forte eſt doctus, reperiuntur viginti quinque indocti. ibid.n.497
Notario dicto an ſtetur, ſi dicat in renuntiatione mulieris, certiorationem interueniſſe. 7.482
Et ibid num.484
Notarij error in tranſcribendis verbis, ſtipulationis non nocet. 17.2
Notarij duo ſi requirantur, nec ſit eorum copia, poteſt inſtrumentum ab vno confici. 9 40
Notarij exactè debent adſcribere locum contractus, imò locum loci. 14.40
Notarij hodie formulas contractuum pro arbitrio fabricant. 11.124
Notarij iuris ignari renuntiationibus beneficiorum abutuntur. 17.29
Notarij multi ſimiles ſunt picæ, & pſittaco, qui ſtant in palatiis dominorum, & neſciunt, quid loquantur. 7.487. & ſeq.
Notariorum imperitia eſt valde periculoſa. 7.498
Notaria etiam ſententiam declaratoriam requirunt. 25.109
Notorietas quomodo probetur. 27 part.1.n.201
Noua quæ ſunt, nouo indigent auxilio. 13.17
Nouatio quid. 20.§.3.n.2
Nouatio alia voluntaria, alia neceſſaria. 4 9
Nouatio ex veteri obligatione nouam: confuſis ex duabus vnam facit. 20.§ 16.n.34
Nouatio obligationis quando fiat perſona noua interuentu. 20.§.36.n.3
Nouatio veteris obligationis fit per expromiſſionem 4.38
Nouatione obligationis, ſeu datis nouis fideiuſſoribus, fideiuſſores prioris contractus cenſentur liberari. 20.§.36.num. 8.& ſeq.
Nouatione tollitur fideiuſſoria obligatio. 20. §.3. numer.1.& ſeq.
Nouatione non tollitur fideiuſſoria obligatio, ſi addita ſit clauſula, citra præiudicium priorum iurium, &c. ibid. num 13
Nouatione facta inter debitorem, & creditorem liberatur fideiuſſor. M.89
Nouiter quæ emergant nouo indigent auxilio. M. 152
Nouell. 4. explicatur. 3.36
Nouum opus nuntians, tenetur iurare de calumnia. 15.105
Noxales actiones ſunt adiectitiæ qualitates aliarum actionum. 5. 64
Nullitate contractus fideiuſſoria obligatio corruit. 20. §.22 num.1
Nullitatem obligationis fideiuſſor allegare, & ſe, ac principalem hoc modo defendere poteſt. 10.25
Numeri minores additi maioribus, eos multiplicant, & viciſſim multiplicantur ipſi. 9.29
Numeratio pecuniæ ſolummodo naturalis, & ſufficiens eſt ſolutio. 13.61
Nummus pro fideiuſſore cenſetur. 18.27
Nummus improbæ ſpeciei, & iniuſti ponderis ad liberationem non proficit. 8.60

Nun-

Nuntians nouum opus cauſam ſue nuntiationis exprimere tenetur, ſi id ædificans petat. 15.91

Et intra trium menſium ſpacium de iure ſuo docere debet. ibid.n 93.94.95

Nuntians nouum opus tenetur iurare de calumnia. 15.105

Nuntij Apoſtolici ſunt legati Pontificis 7.557

Nuntij Cameræ Imperialis fideiuſſores preſtant de probe exercendo officio ſuo. 5.332

Nuntij Imperij, an veteribus Romanorum legatis æquiparandi. 7.558

Nuptiæ filiumfam. à patria poteſtate non eximunt. 6.114

Nuptiæ inutiles an habeant vim ſponſaliorum. 21.158

Nuptiæ propter ſuperuenientem furorem non diſſoluuntur. 40.§.30.num.3

Nuptiarum conciliatores, ſeu Pararij affines ſunt fideiuſſoribus. 18.147

Nuptias contrahere aliud eſt, aliud ad nuptias contrahendas ſe obligare. 3.15

Nuptiis patria poteſtas ſoluitur apud Italos, Longobardos Gallos, Hiſpanos, Luſitanos, Burgundos, Niuernenſes, Belgas, Neapolitanos, & Germanos. 7.621.& ſeq.

Nutu, voce, ſcriptura, ac ſignis conſenſum declarare, quando paria ſunt. 7.144

O

OBiicere quis id alteri nequit, cuius faciendi cauſam ipſe obiiciens præbuit. 20.§.9.n.106

Oblata, obſignata, ac depoſita pecunia, non poteſt deponenti à depoſitario ſine licentia iudicis reddi. 20.§.1. num 36

Oblatio fideiuſſoris æquè idonei, quatenus primum liberet. 20.§.37.n.1.& ſeqq.

Oblatio, obſignatio, ac depoſitio ſunt vice ſolutionis, 20. §.1. nu.34.& ſeqq.

Oblatio, ſeu fideiuſſio verbalis ſufficit, ſi agatur de euitando pœnam, vel moram, vel aliud damnum 5.380

Oblatio verbalis non ſufficit, ſed realis requiritur in liquidis, minimèque controuerſis. 22.94

Obligare ſe bene patitur, qui bene cupit ſoluere. 5.7

Obligari quem exitu rei, iniquiſſimum eſt. 26.25

Obligatio acceſſoria non irritatur, quæ non eſt æquè fauorabilis, quando contractus irritatur aliquo fauore. 5.351

Obligatio aliquando in hæredes tranſit, etiamſi ſola perſona contrahentis ſit expreſſa 20.§.10.n.41.& ſeq.

Obligatio bonorum impropriiſſimè dicitur alienatio. 1.118

Obligatio alia eſt ſortis, alia vſurarum. 24.244

Obligatio bona, ac ſe ipſum expectat, quid importet. 10. 163

*Et ibid num.*167.ac 168

Obligatio debet eſſe honeſta, licita, & auctoritate legum, ſiue corporis iuris inſertarum, ſiue particularium alicuius regni roborata, ad quam fideiuſſor accedat. 10.35.& ſeq.

*Et ibid.num.*52

Obligatio duplex, altera alteri diſpar, cum eodem eſſe non poteſt. 20.§.16.num.50

Obligatio fideiuſſoria tollitur nouatione. 20.§.3.nu.1

Obligatio fideiuſſoria aggregat facultates fideiuſſoris, facultatibus debitoris. 16 16

Obligatio fideiuſſoria tollitur acceptilatione. 20.§.5.n.1

Obligatio fideiuſſoris fit citra nouationem. 3.26

Obligatio literarum antiquis fuit incognita, ex ſententia Petri de bella pertica, & aliorum. 10.7

Contrarium eius adſtruente Emanuelle à Coſta. ibidem num.8

*Quod declara, vt nu.*9.10.11.*ibid.*

Obligatio niſi ſit ſubſiſtens, efficax, iure aliquo munita, fideiuſſor obligari nequit. 10.15.

*Et ibid.nu.*18.19.&20

Obligatio non debet fieri ex obligatione. 4.34

Obligatio principalis ſi ſit particularis, & obligatio fideiuſſoris ſit generalis, fideiuſſoria eſt nulla, quia durior. 24 44

Obligatio, qua debitor promittit; ſe velle eſſe ſceleſtum, & infamem, niſi ſoluat, fideiuſſorem liberet, quatenus ſubſiſtat. 19.140.& ſeq.

Obligatio pura quænam ſit. 11.196

Obligatio quomodo aptè definiatur. 20.§.12.n.22

Obligatio rei, & fideiuſſoris differunt, huius obligatio eſt minor, illius vero maior. 27.par.1.n.86

*Et ibid.num.*113

Obligatio ſemel extincta inſtaurari non poteſt. 20. §. 21. num. 15

Obligatio ſub ſatiſdatione contracta, non amplius pura eſt. 15.48

Obligationis ac ſpei futuræ fideiuſſor accipi, & dari rectè poteſt. 10.81

Obligationis ciuilis nomine comprehenditur etiam prætoria, ædilitia, & tribunitia. 10.5

Obligationis conditione mutetur, creditoris maximopere intereſt. 25.50

Obligationis tenor inſpiciendus eſt, ad indagandam actionem. 21. 6

Obligationis veteris nouatio fit per expromiſſionem. 4.38

Obligationi quoties aliquid adiicitur, vel detrahitur, vitiata eſt obligatio. 24 58

*Sed declara, vt ibid.n.*102.& 103

Obligationem ex parte approbare, & ex alia parte improbare abſurdum eſt. 5..79

Obligationem, ſeu inſtrumentum ſi fideiuſſor ſtudioſe radendo, cancellando, lacerando, aut comburendo mutauerit, fraudis ſit reus. 19.30

Obligatione ex ſuſpenſiua, & diuturna periculum imminet. 25.45

Obligatione principali annullata annullatur quoque fideiuſſio. 10.22

Obligatus ad promittendum non tenetur ad ſatiſdandum. 5. 90

Obligatus naturaliter tantum, non poteſt excuti. 27.part.1. num.260

Obligatus quis pro eodem eidem eſſe non poteſt. 6 73

Obligatus ſimpliciter ad factum aliquod præciſe illud præſtare tenetur, remotæ excuſſionis, vel diuiſionis beneficio. 27.part.5.n.62

Obligatos plures nos habere noſtra intereſt. 5.31

Obſcura lucidis præiudicium non pariunt. 24.95

Obſes in eam cauſam datur, vt pro captiuo fideiubeat, aut capite luat. 10.283

Obſidem, filium regium, & triginta pueros nobiles, Pelopidas è Macedonia Thebas abduxit. 9.45

Obſides an interficere liceat. 20. §.9.n.70

Obſides apud Romanos tertio quoque anno mutabantur. 20.§. 37.num.14

Obſides adſimilantur fideiuſſoribus. 18.151

Obſides capite luere ſoliti, ſi qui dederant, à fide deſciuiſſent. 20.§.9. num.61

Obſides centum viginti Aretini acceperunt, Samnites ſexcentos equites Romanos. 9.44

Obſides, & captiui non ſunt idonei fideiuſſores. 7. 534

Obſides hodie contractus inter viuos celebrare poſſunt. 7. 541

Obſides hodie teſtamenta rectè condunt. ibid.num.542

Obſides in vicem ſponſorum, ſeu fideiuſſorum præbentur. 10. 281

Obſides nec tranſigere, nec alienis negotiis ſe immiſcere poſſunt. 7.535

Obſides quem ad finem teneantur. 7.540

Obſidum miſerabilis eſt conditio. 20.§.9.n.73

Obſidum numerus ſemper fuit vagus, & arbitrarius. 9.43
Obſidibus datis firmantur conuenta, & ſtabiliuntur, vt neutri parti à conuentis recedere integrum ſit. 10.281
Obſtagium quid ſit. 17.67
*Obſtagium fideiuſſioni adiacet.ibid.n.*66
ad Obſtagium ſe obligantes confideiuſſores, fruſtra ad diuiſionis aſylum confugiunt. 27.*part*.2.*n*.76
*Et ibid num.*98
Obſtagij expenſa quales eſſe debeant, & num repeti poſſint. 26.61.*& ſeq.*
Obſtagia noſtri temporis nihil aliud ſunt, quam mera crapula, & helluationes. 17.69
*Obſtagia Imperij lege publica ſunt ſublata. ibid.n.*70
Obſtagia adhuc in multis locis Germaniæ tolerantur. 17.71
*Obſtagia, & euocationes ex certis cauſis inhiberi poſſunt. ibid.num.*72
Oculus inutilis pro oculo non reputatur. 8.62
Occultum ſi quidpiam teneatur per longum tempus, tum de facili fraus præſumitur. 20 §.1.*n*.87
*Occaſio, qui occaſionem damni dat damnum dediſſe videtur. S.part.*4.*n*.38
Occulta ſunt Dei iudicio relinquenda. 10.448
Odium perſonale ad fideiuſſorem tranſire non debet. 20. §. 6.*num* 9
Odioſum aut rigoroſum non eſt, quod ob publicam vtilitatem conſtituitur. 5.112
Offenſam timens cautionem de non offendendo petere poteſt. 6.242
Officium iudicis nullam obligationem præſupponit. 10.13
Officium officij, & lucrum lucri non admittitur, vt nec ſuperioritas ſuperioritatis. 4.55
Officium ſuum nemini damnoſum eſſe debet, ne quidem in publicis muneribus. 25 1
Officij finitione num fideiuſſoria obligatio finiatur, 20. §. 31. *num.*1
*Diſtinguitur, ibid.nu.*25.*&* 8.
*Officio durante tenetur adminiſtrator, eo vero finito liberatur. ibid num.*6.
Officio nihil magis contrarium eſt, quam merces. 26.124
Officiales, Capitanei, & Iuſtitiarij omnes in Regno Neapolis, & Sicilia coguntur præſtare fideiuſſores, de bene adminiſtrando, & de ſtando ad Syndicatum, finita adminiſtratione. 10.215
Officiales in Italia plerique poteſtatem habent probandi, approbandi, taxandi, & recipiendi ipſos fideiuſſores. 8.30.
Officiales ſeu adminiſtratores, qui pro pecunia ciuitati mutuo data fideiuſſerunt, obligantur tum durante, tum finito officio. 20 § 31.*num*.9.*& ſeqq.*
pro Officiali ſuo tenetur poteſtas, in pertinentibus ad officium ſuum. 24.189
Omne affectatum excuſare non ſolet. 6.154
*Officium Iudicis quam late pateat. M.*279
*Officium Iudicis poteſt implorari, quando præcluſa eſt via excipiendi, vel probandi etiam lata ſententia. ibidem num.*280
*Officium Iudicis imploratur etiam lapſo tempore excipiendi non numeratam pecuniam, & huiuſmodi. ibid.n.*281
*Officium Iudicis non excluditur quacunque exceptione excluſa. ibid. num.*282
*Officium Iudicis imploratum ob præſumptam calumniam poteſt denegari. ibid.*283
Opus non ex ſe, ſed ex cauſa ſit crimen. 1.40
Operis in futurum demoliendi fideiuſſor rectè datur, & accipitur. 10.83
Operarum pro obligatione rectè fideiuſſor interuenit. 10. 213
Operas ab ingenuis exigere quoquo pacto eſt vetitum. 5. 290
*Optimè cogitata peſſimè cedere ſolent.*20.§. 10.*n*.69
Oratio reſpiciens plura determinabilia, ea pariformiter determinare debet. 10.164
*Oratio unica, quæ regitur ab eodem verbo, in dubio nunquam debet cenſeri diuerſo iure. ibid nu.*166
Ordo facti ſignificat ordinem intellectus. 11.194
Ornatus mulierum non eſt peccatum ex ipſis rebus, ſed ex parte hominis. 1.42

P

P*Aciſci licet de omnibus rebus familiaribus.* 1.150
Pactionem dare, eſt nummos pro libertate promittere. 4.44
Pactum cum vna perſona factum, ad aliam non extenditur. 20.§.10.*n*.44
Pactum de ingrediendo non niſi ſimplicem hypothecam operatur. 25.116
Pactum factum ſub duabus conditionibus copulatiuè, locum non habet, niſi prius probetur copulatiuè euentus ipſarum duarum conditionem. 10.187
Pactum, promiſſio, & ſtipulatio hodie vix diſtinguit poſſunt. 11.43.*& ſeqq.*
Pactum, quod intereſſe ante moram debeatur, non valet. 24.138
Pactum ſecunda hora noctis à ſana mentis, & ſuæ ætatis homine interpoſitum non reſcinditur. 12.2
*Pactum, ſtatutum, lex, & conſuetudo in materia fideiuſſionis paria ſolent efficere.*20.§.9.*n*.405
*Pactum liberatorium factum principali debitori prodeſt fideiuſſori. ibid.*276
*Pactum de non petendo non valet ſine cauſa. ibid.*319
*Pactum nudum iuratum parit actionem. ibid.*357
Pacti de non petendo exceptio fideiuſſori competit. 27. *part.* 4.*num*.31
*Sed declara, vt num.*35.*ibid.*
*Pacto, ſtatuto, vel lege, fideiuſſor ad pœnam mortis non obligatur.*20.§.*n*.35.*ibid.*
Pacto interueniente inter emptorem, & venditorem, quod emptor non teneatur ſoluere pretium, priuſquam venditor fideiuſſorem dederit, nihilominus emptor pro præterito tempore ad vſuras, ratione perceptorum fructuum, tenetur. 10,246
Pacto nudo, vel pollicitatione fideiuſſio non contrahitur. 11. 107
*Limitatur, ibid.num.*108
Pacto quod fieri non poteſt, quia eſt contra bonos mores, non poteſt etiam fieri per conſuetudinem, vel ſtatutum. 6.219
Pacta de talia per Cam. Imp. confirmata. 1.136
Pacta priuatorum etiam iurata, iuri publico nihil derogant. 1.74
Pacta, quæ nullam vim habitura fuiſſent, ſola vi iuramenti non accipiunt. 10.96
Pacta quæ turpem cauſam continent, iura repudiant. 1.76
Pactio fideiuſſoris confideiuſſori non prodeſt. 27. *part*.5.*nu*.6. *& ſeqq.*
*Sed declara, vt ibid.num.*9.10.11.*&* 12
*Pantomimis ſiue hiſtrionibus Romani imagines ſiue picturas collocarunt.*19.105
Paraphernalibus rebus quid adnumeretur, ex Iulio Scaligero 6.236
Papa mandante prouideri alicui de præbenda primo vacatura, poteſt prouideri de ea quæ antea patebatur. M. 84
*Papa in dubio non iudicat quem vſurarium.S.part.*3.*n*.20
*Papa loquitur etiam in caſibus dubiis. ibid.*19.
*Papa non noſcit ſecreta cordis, nec diuina, nec iudicat de occultis. ibid.*16
Papa prohibet pecunias, & bona Iudæorum auferri. S. par.5. *num*.19

Pararij

INDEX.

Pararij, & conciliatores nuptiarum affines ſunt fideiuſſoribus. 18.47

in Parentes non dantur actiones famoſæ. 27.part.4.n.94

Parentes ſuos non amare impietas, non agnoſcere, inſania eſt. 7.359

Parentes vnientes liberos primi matrimonij, non onerantur aliqua ſatiſdatione. 5.286

Paria reputantur, exceptionem habere, ſed ea nolle vti, & non habere. 27.part.2.n 83

Paria ſunt non eſſe, vel inutiliter eſſe. 8.63

Paria ſunt non eſſe ſoluendo facultatibus, & non eſſe ſoluendo conueniendi facilitate. 27.part.1. n.274

Paria ſunt, nomen dicere, ac indubitabili ſigno, quod pene nihil à nomine diſtet, aliquid demonſtrare. 17 54

Paria ſunt, promittere plane indebitum, vel debitum inexigibile. 8 3

Paria ſunt, ſcire debere, & ſcire poſſe. 27.part.2.n.58

Paries idoneus eſt, qui oneri ferundo eſt aptus. 8. 6

Parſimonia non ſolum laudabilis, ſed & vtilis. 1.103

Paria ſeruare difficilius eſt, quam acquirere. 7.213

Partem ſoluens fideiuſſor, adhuc rectè pro reſiduo conuenitur. 20 §. 1.n.33

Partem ſoluens vltro poſt fideiuſſoris dationem, fatetur ſe eſſe debitorem 5.174

Partus agnitio arguit agnitionem totius. 5.180

Patientia geminata inducit fideiuſſionem, ſi quis fideiuſſorem ſe non ſolum nominari, ſed talem etiam ad acta, referri, patiatur. 7.55.& ſeqq.

*Quod tamen declara, vt nu.*59.& 60.& 61.*ibid.*

Pater à filio, dominus à ſeruo ſi ſtipulentur, rectè ab iis fideiuſſorem accipere poſſunt, non vice verſa. 6.70

*Et ibid.n.*71

Pater conſentiendo filio agenti ſibi non præiudicat. 27.part. 1 num.108

Pater etiam nurus dotem habet. 6.115

Pater fideiubens pro filio incarcerato, eum preſentare toties, quoties, &c. in quam pœnam incurrat, ſi filium exhibere nequeat. 20 §.9 n.93

Pater, mater, & patruus, ſi ſe in ſolidum obligent genero pro dote, cenſentur mater, ac patruus quaſi fideiuſſores, & poſſunt ſolutum à patre repetere. 6.169

*Quod tamen limita, vt ibid.n.*171

Pater poteſt eſſe fideiuſſor pro filio in dote reſtituenda. 6. 149

Pater præſtat filio ſatiſdationem legatorum, ſi ad ſecundas tranſeat nuptias. 6.95

Pater pro filia dote ab extraneo data fideiuſſor eſſe poteſt. 6. 167

*Ampliatur, ibid. n.*168

Pater pro filio contrahente ſemper fideiuſſiſſe fictione iuris præſumitur, ex ſententia Baldi, Iaſonis, Boerij, Gothofredi, & Gilkonij. 7.379

*Sed illa ipſa opinio in dubium reuocatur. ibid. num.*380 381. 382.383.384 & 385

Pater pro filio rectè fideiubet. 7 367

Quod prolixè declaratur, ibid. num 368.369.370.371.372. 373.& 378

Pater pro filio interueniens, quaſi extraneus interuenit. ibid. n 374 *& ſeq.*

Pater ſi pro filio fideiubeat, verum ſi filius factus eſt ſui iuris, fideiuſſio finiatur. 20 §.26.n.15

Pater, vel dominus non tenentur ad pecuniam filio, vel ſeruo mutuatam, etiamſi illos epiſtolis commendauerint. 18.18

Pater, & filius cenſentur vna, & eadem perſona. M. 308

*Pater non poteſt vendere filium presbiterum ob neceſſitatem famis. M.*120

Pater poteſt alienare de rebus, quæ ſubiacent reſtitutioni pro filia quam vult ponere in monaſterio. M. 128

Pater licet poſſit vendere filium neceſſitate famis attamen ſi ad pinguiorem fortunam pater veniat poteſt à filio conueniri, vt eum redimat. M. 224

Patris iuſſus quandoque affinis eſt fideiuſſioni. 18.6

Patre, & filio contractum cum alio celebrantibus, totum præſumitur perueniſſe ad patrem, ſi modo ille filium gubernet. 7.403

Patre pro ſe, filiis, & familia ſua fideiubente, de non offendendo, non comprehenduntur filij ſpurij. 7.386

Quod tamen declara, vt nu 387.& 388.*ibid.*

Paternum officium eſt dotare. 6.170

Paternus iuſſus omnis fideiuſſio dici non poteſt. 18.7

Patria poteſtas apud Italos, Longobardos, Gallos, Hiſpanos, Luſitanos, Burgundos, Niuernenſes, Belgas, Neapolitanos, & Germanos nuptiis ſoluitur. 7.621

Et ibid.n. 622. & 623

Patria à poteſtate non eximunt Doctoratus, aut ſacerdotium. 7.624

à Patria poteſtate filiumfam. nuptia non eximunt. 6.114

Patriam poteſtatem matrimonium de iure ciuili non diſſoluit. 7. 610

Patrimonium dicitur continere etiam ea quæ ſunt in iure, vel obligatione. M. 243

Patria. Homo viuus, vel mortuus repertus Bononia præſumitur Bononienſis. M. 263

Patrini ſiue ſponſores pro infante baptizando Chriſtiani eſſe debent. 18.61

Patrinorum, ſeu ſponſorum baptiſmi non leue eſt periculum. 18.64

Patrinorum ſponſio, quæ fit pro infante in baptiſmo, faciem fideiuſſionis refert. 18.59

Pauper dici poteſt nobilis, quamvis poſſideat illa bona, quæ ſi ruſticus haberet, diceretur diues. 8.67

Pauper, & nihil habens diues fieri poteſt. 8 77

Pauper fideiuſſor, licet ſit probatæ fidei, tamen non eſt idoneus, contra Caſtrenſ. Bald. Guiliel. Benedict. Iaſo. Marſil & Saxon. 8.69 *& ſeq.*

Pauper reus citra ſuum dolum ad cautionem iuratoriam admittitur. 18.89

Pauperi, ſiue bono, ſiue malo ſubueniendum eſt de iure canonico. 5.109

Paupertas ab interpoſitione appellationis non excuſat. 26. 16

Paupertas, & difficultas, quæ nulla diligentia euitari poteſt, a periurio excuſant. 19 13

Paupertas non eſt ex genere malorum ſed eſt bona mentis ſoror. 8.84

Pax faciens pacem, & promittens eum non offendere ſub pœna ſi committat adulterium cum eius vxore non incidit in pœnam. M. 48

Pacem faciens, & promittens non offendere ſub pœna non cadit in pœnam offendat cauſa noviter ſuperueniente M. 151

Peccantium multitudo creſcit, cum redimendi ſpes datur, & facilè itur ad culpas, vbi eſt venalis ignoſcentium gratia. 10.345

ad Peccandum nemo ſe iuramento validè adſtringit. 1.75

Peccatis puniendis tres ſunt cauſæ. 10.344

Pecuarij quinam fuerint. 5.313

Pecunia an ſuccedat in locum rei. 8 part.4 n.30

Pecunia creditori perit, quæ ad mandatum ipſius à debitore, vel fideiuſſore per tabellarium creditoris remiſſa eſt. 20. §.27.n.21.*& ſeqq.*

Pecunia fideiuſſori numerata, vt creditori detur, perit debitori, ſi eam fideiuſſor decoquat, aut facultatibus labatur, aut furto amittat. 20.§.27.n.8.

*Ratio ponitur, ibid. n.*9.12.13.& 14

Pecunia mutuo accepta, pro qua maritus, & vxor ſimul fideiuſſerunt, ſi in vtilitatē vxoris ſit conuerſa, aut eius luxu,

e

veſtitu, aut illietbris dilapidata, mulier SC.Velleiano ſe tueri non poteſt. 7.405
Pecunia partis præſtationem rectè recipit. 27. part.5.numero 95
Pecunia ſatiſdationis deponenda adnumerari, & recognitio magiſtratus deſuper peti debet. 5.260
Pecuniam ſibi debitam nullus intelligitur à ſeipſo exigere. 7.9
de Peculio actio fideiuſſori quoque conceditur. 25.97
de Peculio actio nunquam bonæ fidei eſſe poteſt. 5.62.& ſeq.
pro Peculij aduentij uſufructu non præſtat pater filio fideiuſſorem, niſi in cauſa ſuborta dilapidationis, aut quando talia bona filiofam. plenè acquiruntur. 6.78
Et num.79.80.& 81. Ac num.96
Peractum quod non eſt, pro inchoato habetur. 20. §. 35. numero 7
Peremptoriæ exceptiones quænam ſint. 18.49
Periculum in ſe ſuſcipiens an venit leuiſſima culpa. S. part. 4 num.9
Periculi verbum quandoque accipitur, propriè, aliquando impropriè, aliquando impropriiſſimè. ibid.5
Periculi verbum eſt generaliſſimum. ibid n.1
Periculum generaliter intelligitur de culpoſo non de fortuito. ibid.num.2.
Periculi ſuſceptio, non facit conuentionem illicitam. S. part. 2 num.18
Periculum quando comprehendit caſum fortuitum. S.part.4. num.3
Periculi generalis ſuſceptio an valet. ibid. num.6
Periculum in ſe ſuſcipiens ſi rem non poſſidet, nec vlla obligatione antecedi teneatur, an obligetur caſu fortuito. ibid.n.8
Pœnam duplicatur terram interdictam ingrediente. C. numero 33
Periculum caſtri aſſumens tenetur de caſu fortuito. S. part. 4.num.12
Periculum abſolutè probatum circa ea, quæ deferuntur per mare an comprehendit caſum aduerſæ tempeſtatis. ibid.13
Periculum caſus fortuiti ſuſcipiens tenetur de omnibus a latoribus ſubreptis. ibid.28
Periculo quis non debet ſe exponere. ibid.n.29
Periculum fideiuſſorum. 1.3
Periculum medij temporis quid denotet. 6.190
Periurus an ſtatim infamis fiat? Quidam de infamia facti largiuntur. 19.137
Sed communis opinio etiam de infamia iuris intelligit. ibid. num.138
Periurus eſt, qui iurat ſoluere in termino, & non ſoluit. 19 111
Periurus nemo cenſetur, niſi dolus interueniat. 19.116. & ſeq.
Periurus non debet ſtatim dici, qui ſponſionem ſuam non adimplet. 19.91
Periurus non poteſt ſubire iuramentum honoris, ſed tantum oneris. M. 172
Periurium abſque dolo malo commiſſum pœna periurij nequaquam puniri poteſt. 19.119.& ſeq.
Periurium iam incurſum remitti nequit, ibid. n.129
in Periurium non incidit fideiuſſor, ſi adueniente die ſolutionis faciendæ creditor ipſi, vel iuramentum remittat, vel dilationem ad ſoluendum indulgeat. 19.128
Periurium excuſant, impoſſibilitas, paupertas, & difficultas, quæ nulla diligentia euitari potuit. 19.113
Quod ampliatur, ibid. n.114
Periurij pœnas euitare licet ex æquitate canonica, moram purgando, ſi ius partis aduerſæ non ſit factum deterius. 19.122
Quod ampliatur, ibid.n.133
Sed vide nu.135.ibid.
à Periurio excuſatur iurans intra certum diem ſoluere creditori, ſi iudex ei præceperit, ne ſoluat. 19.124 & ſeqq.
Periuros, quomodo leges Torneamentorum puniant. 19.139
Periurare denotat dolum malum. 19.118
Perſæ ebrij conſultabant, & deliberabant, ſobrij recoquebant. 12.34
Perſis peccatum fuit debere. 15.7
Perſona ante quærenda eſt, quàm iuris ratio. 1.5
Perſonæ qualitas efficit, vt reus, vel ſub fideiuſſoribus fiat, vel iuratoriæ ſuæ cautioni relinquatur. 10.365
Perſonarum magnum eſt diſcrimen. 8.75
Perſonalis exceptio ad fideiuſſorem non porrigitur. 27. part. 4 num.76
Perſonalia perſonas non egrediuntur. 10.34
Perſonalia priuilegia perſonas ſuas non egrediuntur. 27 part. 4. num.78
Perſuaſio nimia habet vim coactionis. 8.24
Peſſimum dando, vbi liberari poſſumus, nunquam optimum damus. 8.93
Peſtem fugere licet. 15.80
Peſtilentioſo in loco verſari, eſt DEVM tentare. ibid. n.79
Peſtis tempus eſt tempus mortis, quo ſoluuntur omnia iura, ibid.n.81
Peſtis tempore licitum eſt iudici, de alterius iudicis cauſis cognoſcere. ibid.n.82
Petens ante diem debitum, plus tempore petere dicitur. 22.5
Petens plus loco creditor, tenetur ad omne damnum emergens. 23.7
Petens plus tempore, duplicatas inducias indulgere cogitur. 12.15
Petens præſtare cogor, quod me non lædit, & petenti prodeſt. 20.§.15.n.29
Peti multa nequeunt, quæ tamen ſponte data rectè habentur. 26.138 & ſeq.
Petitio infert actionem. 5.345
Phrahates Rex Parthorum quatuor filios, & eorum uxores duas pro obſidibus Imperatori Auguſto obtulit. 10.288
Philippus Rex Macedoniæ dedit obſides, & inter alios quoque filium Demetrium. 10.284
Pictura muta eſt poeſis. 12.51
Pietas incarceratis eſt habenda. S.part.3.n.69.
Pignus, & fideiuſſio æquo iure procedunt. 18.66
Pignus, & conſtitutum etiam naturali tantum obligationi rectè accedit. 10.3
Pignus habens à debitore creditor, ad pignoris venditionem prius deuenire debet, quam fideiuſſorem conueniat. 20.§. 13.num.20
Pignus manet in dominio debitoris. 21.19
Pignus nectere licet pro ſeueritate cuiuſcunq; contractus. 1.19
Pignus nonnunquam ob aliam cauſam detinetur, quam ob quam initio datum eſt. 14.20
Pignus obligationem præcedere, & ex interuallo ſubſequi poteſt, non minus quam ſtipulatio. 11.183. & ſeq.
Pignus pignoris admittitur, ſubcurator curatoris eſſe poteſt, cenſus conceditur, vt & nominator nominatoris, ac ſubuas vadis. 4.57
Pignus pro reſtituenda dote cur detur, non autem fideiuſſor. 6.119
Et ibid.n.121.122.133.136.145.ac 146.106.ac 107
Pignus pro quacunque cauſa necti poteſt. 10.14
Pignus, quod alieno datum eſt, ſi dominus cap., ſi debitor vendat, furtum committit. 20.§.13.n.32
Pignus rei debitæ locum obtinet. 6.137
Pignus tam in partem pecuniæ, quam rei dari, & accipi poteſt. 10 66
Pignoris amiſſio fideiuſſorem in nullo releuat. 20 §.13. numero 30
Pignus retentio quando, & quomodo fideiuſſori detur. 25. 108

Pignoris redditio, & redditio chirographi differunt. 20.§.8. num.12.& ſeq.
Pignore amiſſo fideiuſſor quatenus damnum ſentiat. 21.21
Pignore in amittendo nec debitorem, nec fideiuſſorem caſus fortuitus liberat. 20.§.14.n 34
& Pignora, & fideiuſſorem pro eodem debito creditor nonnunquam pure accipit. 21.14
Vel ſub conditione. ibid. num. 15
& Pignora, & fideiuſſores pro eodem debito accipimus creditor, electionem habet, vtrum ius perſequatur. 20.§.15. num.10
Sed declara, vt num.19.ibid.
Pignora, vel fideiuſſores accipere paria ſunt. 6.120
Pignora, qui dedit creditori ac ſi velit dare fideiuſſorem, & pignora repetere ſit audiendus. M. 306
Pignori incumbere melius quam in perſonam agere. M. 297
Creditor qui habet pignus debitoris eum conuenire non poteſt, ſi Pignus poſſit commodè vendi. M. 18
pro Pignore poſſunt capi quæ pertinent ad culturam agri quando ruſtici non habent alia bona. M. 202
Creditor tenetur emendare damna pignorum penes eum exiſtentium. M. 298
Pignorum ius, creditor in fideiuſſorem ſoluentem transferre debet. 26.110.
Pignorum loco nemo cogitur accipere fideiuſſores. 15.46
Pignoribus datis, à reo principali diſtractis, reſiduum à fideiuſſore petere licet. 20.§.13.n.13.& ſeq.
Pignorationes, pendente appellatione ante multos annos in Germania ſunt vſurpatæ. 21.40
Pignoratitia obligatio affinis eſt fideiuſſioni. 18.65
Pignoratitiæ actioni non ſit obnoxius fideiuſſor, licet vna cum pignore obligatus ſit. 21 22
Piratæ tamquam hoſtes patriæ poſſunt impunè interfici. S. par.4 num.52
Piratarum incurſus incendiam naufragium æquiparantur. ibid. 53
Piratæ ſunt fures potius quam latrones. ibid 54
Piratarum appellatione fur latro comprehenduntur. ibidem num.50
Piratarum caſus expreſſus antrahatur ad latrones terreſtres ibid.n.49
Plato in votum originationibus laborioſus. 2. 5
Plautus Comicus omnem pecuniam ſuam mercimoniis ineptis amiſit. 7.220
Plus debito doloſè, & malitioſè exigens à iure ſuo cadit. 24 10
Plus eſt, ſtatim aliquid dare, minus poſt tempus dare. 22.2
Plus non poteſt eſſe in acceſſione, quàm in re principali. 24.32
Ætiologia adducitur. ibid.n 33.& 34
Plus petens, vt cadat de iure ſuo, quid opus ſit, & requiratur. 24.10.
Et ibid. num. 11.12.13.14.& 15
Plus petendi genera ex his quatuor, quantitate nimirum, loco, tempore, & conductione oriuntur. 24 42
Plus valet, quod agitur, quam quod ſimulatè concipitur. 24.part.1.n.135
Plus petitur ſumma, & quantitate. 24.1
Plus ſi promiſſum, quàm promitti oportuit, ſuperfluum tantum infirmatur. 24.67
Plures obligatos nos habere intereſt noſtra. 5.31
Item, cap.16.num.14
Plures, vt diuerſo ordine de eadem re ſe obligant, in creditorum gratiam receptum eſt. 9.30
Pluralis locutio datis fideiuſſoribus etiam in vno fideiuſſore verificari poteſt, ibid.n.28.& ſeq.
Pœna arbitraria vbi eſt infligenda, an reus ſit relaxandus ſub fideiuſſoribus. 10.424
Pœna certa ſi ſit determinata, ad eam fideiuſſor, non præſentiæ ream tenetur. 20.§.9 n.119
Pœna certa ſi eſt ſtatuta conſuetudine iudex amplius arbitrari non poteſt. 20.§.9.n.134
Pœna conuentionalis ad mortem extendi nequit. 20. §. 9. num.36
Pœna conuenta cui debeatur, an fiſco, vel parti. 20. §. 9. num.131
pro Pœna contra diſpoſitionem iuris contractui adiecta, eiuſque ſolutione, non obligatur fideiuſſor. 11.224
Pœna corporalis, vbi eſt infligenda, non relaxatur carceratus, etiamſi mille dare vellet fideiuſſores. 10.408
Ratio ponitur, ibid.n 409
Et declaratur, n.410.& 411.ibid.
qua Pœna fideiuſſor adficiendus veniat, ſi reus, præſtita cautione, è carcere liberatus, poſtea aufugiat. 20. §. 9. num.110
Pœna ictus fuſtium, faſtigationis, funis, &c. ſi infligi debeat, fruſtra reus pro relaxatione offert fideiuſſorem. 10.413.
Pœna ictus fuſtium grauior eſt, quam quælibet pecuniaria. 20.§.9.n.47
Pœna non præſtat immanitatem. 20 §.14.n.19
Pœna pecuniaria, vbi tantum infligenda venit, carceratus ſub fideiuſſione relaxari debet. 10.382
Etiam de iure Saxonico. ibid. n. 383. & 384
Pœna plus re, vel ſumma petentis. 24. 2
Et num.3.4.6.7.& 8.ibid.
Pœna promiſſa toties, quoties, contra fiet tantum bis committi poterit. M. 139
Pœna plus tempore petitionis quænam olim fuerit, ac hodierna ſit. 22.12
Et num.23.27.& 28. ibid.
Pœna ſuos tenere debet auctores. 20 §.9.n.38.& ſeq.
Pœna vbi contemnitur, liberum eſt homini in male agendo arbitrium. 27.part.1.n.209
Pœnarum ſeueriſſimarum in decoctores exempla 5.118
Et ibid. n.119.120 121.122.& 123
In Pœnalibus non debet fieri extenſio. 29.31
Et ibid. n.36.ac 37
Pœnitentia negotij geſti contractum rectè habitum non conſtituit irritum. 20.§.33 n.16
Pœnitentiam non admittit mandatum, quando mandantis tam intereſſe cœpit. 20.§.14. n.10
Pœnitentiâ nudâ fideiuſſor ſe obligatione fideiuſſoria extricare nequit, etiam iure Gothico ſiue Saxonico. 20. §.33. num.28
Pœnitentia num liberetur fideiuſſor. 20 § 33. n.
Accurate diſcutitur, ibid n.14 & 31.& ſeq.
Pœnitentia in contractibus nominatis non habet locum. 6. 26
Pœnitentibus poſt commiſſum factum in plurimis caſibus parcitur. 27.part.1. n.228
Pœnitere poteſt, qui iactatoriè promittit ſe fideiuſſurum. 20 §.33.nu.9
Poëſis pictura loquens, & pictura muta poëſis. 11.51
Poloniæ Rex ſubtraxit ſe Imperio Romano, 7.580
Poloni iure Saxonico in deciſionibus cauſarum plerúmque vtuntur. 20.§.12.n.28
Præiudicij irreparabilis cauſa conceditur, quod alias eſſet prohibitum. 10.329.& ſeq.
Portiores quinam fuerint. 5 313
Poſſeſſor maioratus tenetur de re ipſius maioratus reſtituenda ſatiſdare. 5. 307
Portus, quæ in portu ſiunt habentur ac ſi in Ciuitate facta eſſent. S.part.3. n.39
Poſſeſſorem non fatetur aduerſarium ille, qui in rem agit. 5.161
in Poſſeſſorio victor cogitur cauere de reſtituenda poſſeſſio-

ne, ſi ſuccumbat in petitorio. Quod praiudiciis confirmatur. 10.326
Poſſeſſoriis in iudiciis etiam nonnunquam praſtanda eſt fideiuſſio. 10.319.
Quod interdictis, Quod legatorum, Vti poſſidetis, De ripa munienda, & in cauſa ſtatus exemplificatur. ibid. n.320. 321.324 & 325
Poſteriora ſunt multa ordine temporis, qua iuris intellectu ſunt priora. 11.189
Poſtulare, & deſiderare quid ſit in iure. 27. part. 2. n.80.
Poſſidere rem negans ſi conuincatur de mendacio ſtatim priuatur poſſeſſione. M. 325
Potentia nimia, ne homines augeantur, melius eſt prouidere, quam poſtea contra auctos remedium quarere. 10.194
Potentiori mutuo dare periculoſum eſt. 8.139
Potentes faciunt, quod volunt, & quando volunt. 8.134
Potentes quinam propriè dicantur. 8.133
Et ibid. num. 135
Poteſtas contrahendi à poteſtate agendi ſeparanda eſt. 7. 352
Poteſtas tenetur pro officiali in pertinentibus ad officium ſuum. 24 189
Poteſt quis aliquid tanquam alius, quod tamen ipſe alias non poſſet. 11.99
Precarium eſt inualidum ſi etiam contractus. M. 252
Practica mala non eſt ſeruanda. 7.504
Pracedere plus eſt, quàm ſequi. 27. part. 1. n.115
Prades qua ratione vocentur fideiuſſores. 3.41
Praefectus Montis pietatis idoneos fideiuſſores dare cogitur. 5.197
Praiudicium Camera Imperialis de nobili relaxando, & in diuerſorium remittendo. 10.368
Praiudicium notabile Camera Imperialis in cauſa Birmundt, contra Birmundt adducitur. 10 327
Praiudicia Camera Imperialis quam ad rem adferantur. 21.48
Praiuratores quinam fuerint. 11.174
Prelatus, aut Epiſcopus compromiſſarius, de conſenſu Capituli docere cogitur. 7.268
Prelatus per tranſactionem poteſt res Eccleſia melioris conditionis efficere. 7.258
Prapoſiti, Decani, Commendatores, Milites cruciferi, &c. &c. rectè fideiubent. 7.265
Declara, vt ibid. n.266. & 267
Praeſcribere mihi legem nemo poteſt in re abſolutè mei arbitrij. 20. §.15. n.10
Praeſcripta obligationi fideiuſſor accedere nequit. 19.5
Praeſcriptio interrumpitur fideiuſſoria datione. 15 86
Praeſcriptio interrumpitur debiti recognitione. 15.87
Praeſcriptio obligationem concernit, & ſolutioni aquiparatur. 27. pars. 4. n.45
Quod intelligendum, vt ibid. n.46. & 47
Praeſcriptionis exceptio fideiuſſori competit. ibidem n. 44
Praeſcriptionem impedit anniuerſaria vſurarum ſolutio. 20. § 18. num.14
Praeſcriptionem ad impediendam ſufficit vna in vno eodemq́; contractu interruptio. ibid. n.16
Praeſcriptione triginta, vel plurium annorum tollitur obligatio, fideiuſſoria. ibid. n.10.12. ac 13
Praeſcriptione quinquennij ſedecim caſus praeciſe terminantur: remiſſiuè. 5.144
in Praeſcriptionibus cur Saxones annis aliquot dies adiiciant? 5.142
Praeſens actui, quem impedire poteſt, intelligitur conſentire, etiamſi taceat. 7.33
Praeſens ad praeſentem, & cominus conſtitutum literas mittere propriè dici non poteſt. 11.70
Praeſens, & tacens diſſentire videtur, quando tractatur de magno praeiudicio. 7.41
Et num. 42. ac 43. ibid.
Praeſens in iudicio, & fideiuſſor nominatus, iuſſúſque reſpondere, habetur pro conſentiente, etiamſi tacet. 7. 48. & ſeq.
Quod tamen declara, vt num 50. ibid.
Praeſens in iudicio non eſt amplius contentus. 20. §. 23. numero 2
Praeſenti ex cauſa agitur, quod aliquando in obligatione erit. 10.86
Praeſentatio rei perfecta requiritur, alias fideiuſſor ad ſiſtendum reum obligatus, non liberatur. 20. §. 9. nn.80
Praeſentatione rei principalis liberatur fideiuſſor: idq́; dupliciter. 20 § 9. nu.1. & ſeqq.
Praeſentia, & ſtipulatio vtriuſque in fideiuſſionibus deſideratur. 11.76
Praeſentia, & abſentia corporalis in ſtipulatione propriè conſideratur. 11.8
Praeſentia habet effectum citationis. 20. §. 23. n.3
pro Praeſentia habetur quaſi abſentia. 11.74
Praeſentia perſonalis, ſi ad ſolennitatem actus requiratur, illa per procuratorem expedire non poteſt. 11.93
Sed declara, vt num. 93. & 94. & ibid.
Praeſides prouinciarum quandoque fideiuſſores exhibent de probe adminiſtrando officio. 5.296
Praeſumptio praeſumptionis non datur. 4.49.
ex Praeſumptionibus nemo eſt condemnandus. 10.447
Praeſumitur quid factum potius defenſionis gratia, quàm offenſionis. S. part. 4. n.45
Praeſumptio vna tollit aliam. S. part. 1. n.24
Praeſumitur quid factum legitimè in dubio. ibid. 22
non Praeſumitur deeſſe in dubio. ibid. num. 21
inter Praeteritum, & praeſens multum intereſt. 11.65
ex Praeterito venit conſilium futuri. 1.31
Pretium caſtri aeſtimatur ex reditibus annuis, & vtilitate perceptibili. 22 67
Pretij nomine venditor ab emptore fideiuſſorem accipit. 10. 227
Pretium qualem quantúmque acceptum eſſe oporteat, vt mulier S.C. Velleiano deſtituatur, in arbitrio iudicis conſiſtit. 7.435
Praetor non tribuit beneficia in alterius iniuriam. 5.131
Praetoria, aedilitia, & tribunitia obligatio comprehenditur nomine ciuilis obligationis. 10.5
Praetoria ſatiſdationes perſonas deſiderant. 5.219
Princeps, Comes, aut Baro Imperij, ſi cum ſpeciali renuntiatione beneficiorum fideiuſſerit, non eſt locus Auſtregiis, ſed is ſtatim in Camera Imperiali per mandatum ſine clauſula ſolutionem vrgeri poteſt. 23.35
Princeps omne verbum debet putare iuratum. 27. part. 1. num.302
Princeps ipſe an citetur, vel an ejus officiales. 7.288
Et ibid. nu. 289. ac 290
Princeps, qui eximit caſtra alicuius nobilis intelligitur de iis qua ſunt propria non .n. de eis qua communia cum alio. S. part. 5. n.59
Princeps dicitur vti clauſula de plenitudine poteſtatis quando illa non vtendo actus eſſet inualidus. M. 199
Principis verba, etiam non iurata, debent eſſe firmiſſima. 27. part. 1. num.297
Principi mutuo dare cogitur ciuis tempore neceſſitatis. 8.101
Principem contra debitorem etiam fit executio, modo is non ſit Tyrannus. 7.283
pro Principe fideiubere poteſt ciuis. 8.102
Principes, Comites, & viri nobiles, qui pro aliis fideiuſſerunt, num excuſſionis beneficio ſe tueri poſſit. 27. pars. 1. num.296
Et ibid. num. 308
Principes nata maiores aliquando pro obſeruatione pactorum familia dant fideiuſſores. 5.26

Principium

Principum donationes acceptatione demum quaeruntur. 6.11
Principale maius eſt quam acceſſorium. 20.§.16.n.21
Principalis debitor, ſi nulliter promittit, fideiuſſor non tenetur. 10.23.& ſeq.
Principium cui nullum eſt, nullum etiam eſt conſequens. 10.57
Priuata pacta etiam iurata, publico iuri nihil derogant, 1.74
Priuata ſcriptura plenam fidem facit concurrentibus requiſitis. 17.90
Priuilegium quoddam Noribergenſe inducitur, & explicatur. 10.54
Priuilegium conceſſum mihi, & omnibus meis deſcendentibus maſculis, & fœminis non comprehendit fœminas nuptas M.113
Priuilegium ſuperueniens eximit quem à priori onere. ibid.n.114
Priuilegium perditur per actum contrarium. M.335
Priuilegium datum Epiſcopo, vt poſſit teſtari intelligitur de bonis Eccleſiaſticis. M.100
Priuilegij ſpecies, ſi exprimatur ſecundum ſuam ſpeciem, ſufficit, etiamſi non exprimatur ſecundum ſuam ſingularitatem. 17.47
Priuilegia ſtatuum Imperij de non, niſi certis ſolemnitatibus obſeruatis appellando, obiter attinguntur. 10.161.ac ſeq.
Priuilegia perſonalia perſonas ſuas non egrediuntur. 27.par.4.num.78
Priuilegiorum verba reſpectu tertij ſunt ſtricti iuris. 10.171.& ſeq.
Probaſſe dicitur, qui ſatiſdedit, 15.120
Probatio facta ſuper non intentato, nihil ſtringit. 20. §. 26. num.35
Probatio nulla eſt maior, quam proprij oris confeſſio. 23.38
Proceſſus contra principalem agitatur quando fideiuſſori praeiudicet. 27 part.5.n.33
Procurator emens pro Domino poteſt agere contra Dominum antequam ſoluat, & petere, quoad Dominus ſoluat rei pretium quàm ipſe emit. M.226
Procurator, qui ſe defendebat ſi ſatiſdederit iudicio ſiſti, & de iudicato ſoluendo, & poſtea ſit non ſoluendo poteſt recuſare defenſionem, & an committatur ſtipulatio ob rem non defenſam. M.347
Procurator falſus quis. 20.§.27.n.36.& 38
Procurator iuſſus ſolutionem accipere, non. vellè fideiuſſorem accepit. 15.64
Procurator litigioſus, & cauilloſus non habetur pro idoneo fideiuſſore. 7.590
*Et num.*594.*ibid.*
Procurator primus intelligitur reuocatus, quando conſtituitur procurator ſecundus ad idem ex interuallo, 20.§.36.num.5
Procurator ſpecialiter conſtitutus iuratoriam cautionem praeſtare poteſt. 18.133
Procuratoris remiſſio in noui operis nuntiatione duo requirit. 15.107
Procuratoris ſtipulantis factum eſt vere factum ipſius principalis ſtipulantis. 11.96
Procuratori falſo quaſi vero, ſi pecunia ſoluatur, quid iuris. 20.§ 27.n 35
Et ibid.num. 40.41.ac 42
Procuratori litigioſe difficilius pecuniam, quam Herculi clauam extorſeris. 7.591
Procuratorem accuſatoris ſufficienter legitimari eſſe, & certum domicilium deſignare, nec non ſatiſdationem idoneam, & guarandam praeſtare oportet. 5.254
*Et num.*255. *ibid.*
Procuratorem, vel Aduocatum cauſa, Iudicemve curiae, pro fideiuſſore non admittit curia Neapolitana, ac Burdegalenſis. 5.142
per Procuratorem expediri non poteſt actus ille, ad cuius ſolennitatem perſonalis praeſentia alicuius requiritur. 11.92
*Sed declara, vt ibid.n.*93.& 94
Procuratores, & cauſidici plerique ſimiles ſunt Sexto Æbutio. 7.598
Procuratores duo ſi duo conſtituti ſint in ſolidum, occupatio vnius eſt, excluſio alterius. 20.§.36.n.6
Procuratorum & cauſidicorum viliſſimorum encomia. 7.592 & ſeq.
Prodigus quis ſit. 7.137
Prodigus ad fideiubendum non admittitur. ibid.n.136
Prodigus parum diſtat, ratione contractuum, à pupillo, & furioſo. 7.138
Prodigus quae facere non poſſit, ſummariè oſtenditur. ibidem num.139
Prodigi, & furioſi ſi fideiuſſor an obligetur. 5.353
*Diſtinguitur, ibid.n.*355.& ſeqq.
Prodigalitas quomodo probetur. 7.140
Prohibitio alienationis etiam contractu fieri poteſt. 1.124
*Et num.*25.*ac* 126.*ibid.*
Prohibitio alienationis, quae fit per pactum, non impedit dominij tranſlationem: ſed obligat contrauenientem ſaltem ad intereſſe. Eaq; eſt communis opinio. 1. 140
*Et num.*141.*ibid.*
Prohibitio contrahendi locum habere poteſt, vbi quis ſuo proprio nomine contrahit, quae non habet locum, vbi quis contrahit nomine alieno. 11.98
Prohibitio noua addita veteri prohibitioni, veterem ampliat, & magis corroborat. 1.132
*Et ibid.n.*133
Prohibitum vna via non debet alia via eſſe permiſſum. 1.120
Prohibitum reſpectu dotis etiam in donationibus propter nuptias cenſetur prohibitum: & vice verſa. 6.231.& ſeq.
Prohibito fine cenſentur etiam prohibita media, quae tendunt ad finem. 1.121
Limitatur, ibid.n 122
Prohibitiono iuri renunciari poteſt. 6.155
Prohibitoria legi pœnali, & annullanti, & cum res eſt malè exempli, ac contra bonos mores, ne quidem à volente renunciari poteſt. 6.158.& ſeq.
Proiicere rem quid ſit. 6.100
Promiſſa non ſeruare, à fideiuſſionis contractu alienũ eſt. 19.79
*Et num.*88.*ibid.*
Promiſſio deliberata in foro conſcientiae obligat contrauenientem ſub pœna peccati mortalis. 6.25
*Et num.*26.27.*ibid.*
Promiſſio de fideiubendo, & fideiuſſio ipſa differunt. 3.10
Promiſſio de vendendo, & ipſa venditio differunt. ibidem num.13
Promiſſio de alienando, ſeu donando, & ipſa alienatio, ſeu donatio differunt. ibid.
Promiſſio facta ſub fide principali, generoſitatis, vel nobilitatis, ex notoria Germaniae conſuetudine, quoad vinculum contractui, pro iuramento corporaliter praeſtito habetur. 27.part.1.n.298.& ſeq.
Promiſſio generaliter facta de non offendendo, ad cauſam ſaltem antiquam reſtringitur. 24.203
Promiſſio tacitatoria facta, deficiente nimirum conſenſu non obligat. 20.§.33.n.10
Promiſſio, ſtipulatio, & pactum hodie vix diſtingui poſſunt. 11.43.& ſeq.
*Promiſſio de aliquid aptando, vel faciendo intelligitur pro prima vice. part.*458.31
Promittens pro alio intelligitur fideiuſſor. S part.3.n.57
Promiſſio facta alicui quatenus à debitore non exegerit non dicitur fideiuſſio, ſed obligatio conditionalis. ibid.58

Digitized by Google

Promiſſiones iuratas non ſeruantes grauiter peccant. 19 85
in Promiſſionibus ſubeſſe videtur conditio: Si potero. 20. §. 33. num. 13
Promiſſor facti alieni etiam cum iuramento excuſatur, quando omnem adhibuit diligentiam. 20. § 9. n. 127
Quod ampliatur, ibid. num. 128
Et declaratur, num. 129 *ac* 130. *ibid.*
Promittens facere non facit. 10. 486
Promittens iactatorie, ſe fideiuſſurum, pœnitere poteſt. 20 §. 33. num 9
Promittens manu ſtipulata, ſe ſoluturum, cenſetur etiam fideiuſſiſſe. 11. 165
Promittens mercator in nundinis ſoluere centum, dummodo commode poſſit: non dicitur, commode poſſe, ſi merces ibidem emere ei non ſit liberum. 19. 127
Promittens pecuniam ſub fideiuſſoris alicuius. fide mutuo ſe datum non poteſt pœnitere. 6. 7. *& ſeq.*
Et ibid. num. 13
Promittens ſoluere certo loco, ſi ex loco poſtea exbanniatur, nihilominus in alio loco poterit conueniri. 23. 29
Promittere plane indebitum, vel debitum inexigibile, paria ſunt. 8 3
Promittere, quod praſtari non poteſt, temerarium eſt. 1. 7
ad Promittendum obligatus non tenetur ad ſatisdandum. 5. 90
Promotoriales fideiuſſor contra debitorem impetrare poteſt. 27. part. 5. n. 81 *& ſeq.*
Pro non dicto eſt, quod dare niſi velis, cogi non poſſis. 6. 58
Propium alterius hominem, vel deditituum ſe non eſſe, probare is tenetur, qui in eiuſum numerum adſcribi cupit. 7. 319
Proprij homines, & coloni, fideiubere poſſunt. ibid. n. 317
Proprij homines ſerui ſunt anonymi. 7. 318
Proprij homines teſtari poſſunt. 7. 320
Proprij homines commercia exercere poſſunt. ibid. n. 321
Prorogare quid ſit. 20. §. 12. n. 7
Prorogatio non dicitur liberatio, ſed obligationis prius contracta dilatio. ibid. n. 11. *& ſeqq.*
Prorogatus terminus ſoluendi, intelligitur prorogatus cum omnibus ſuis acceſſoriis, & qualitatibus. 20 §. 12. n. 13
Prorogatione tollitur obligatio fideiuſſoria. 20. §. 12. n. 1
Sed declara, vt num. 2. 3 5. 6. *& ſeqq.*
Proſcenia quenam dicantur, remiſſiue. 19. 104
Proteſtatio reſpiciens tempus futurum impedit fideiuſſionem. M 411. 162
Proteſtatio contraria actui remouet voluntatem ab actu. ibid. 163
Proteſtatio clandeſtina vnius vitiat actum vtriuſque dum propter iuſtum metum non poterat proteſtari praſenti. ibid. 164
Proteſtatio vitiatur per actum proteſtationi contrarium. ibid. 165
Proteſtatio contraria facto non releuat. M. 205
Proteſtatio actui contraria tollit proteſtationis effectum. 20. §. 34. num. 11
Proteſtatio conſeruat ius proteſtantis. 5. 193
Proteſtatio fraudulenta nihil releuat. 20. §. 34. n. 5
Proteſtatio inhibitoria eius actus, ad quem quis obligatus eſt, nullius eſt momenti. 19. 52
Proteſtatio in his qua non tam à voluntate noſtra, quam ex legum diſpoſitione dependent, nihil operatur. 20. §. 34. num 4
Proteſtatio nec ritè, nec rectè fit, ſi res non ſit amplius integra, ibid. n. 12
Proteſtatio num fideiuſſorem ab obligatione inita liberet. 20. §. 34. num. 1. *& ſeqq.*
Proteſtatio vtilis eſt, ſi quis fideiuſſor nominatus in iudicio, fideiubere nolit. 7. 63
Proteſtationis effectus ceſſat, expreſſe contradicente eo, in cuius praiudicium fit proteſtatio. 20. §. 34. n. 6
Prothocolla de iure Lubecenſi magnum robur habent. 17. 85
Prouincia cenſentur diuerſa, qua habent diuerſos rectores. 14 33
Proximo noſtro in neceſſitatibus ſemper ſubuenire debemus. 1. 66
pro Proximo fideiubere quis tenetur, ac peccat, ſi non faciat. ibid. num. 67
Pubes etiam ſine tutoris auctoritate vouere poteſt, impubes non. 7. 91
Publicatio bonorum non trahitur ad futura. S. par. 3. n. 51
Publicatis bonis principalis an fideiuſſor liberetur. M. 346
Publica ad acta referre olim moris fuit adificia, natiuitates, illuſtres mortes, teſtamenta, contractus, matrimonia, diuortia, & alia plurima. 7. 216
ob Publicam vtilitatem quod conſtituitur, non eſt odioſum, aut rigoroſum. 5. 112
Publicani erant fere Equites Romani, ex quibus rurſus alij mancipes, alij prades, alij ſocij. 5. 312
Et ibid. num 314. 315
Publicani, & conductores vectigalium fideiuſſores dare fuerunt obſtricti. 5. 311
Et ibid. num. 321. *ac* 322
Publicani, ſiue patresfam. ſiue filiif. am. datione fideiuſſorum onerabantur. 5. 316
Publicanorum ſumma audacia, & temeritas. ibid. n. 320
Publicanorum bona taciti erant hypothecata fiſco. ibid. n. 321
Publicatis bonis vniuerſis debitor habetur pro mortuo. 20. §. 14. n. 2 3. 4. *&* 5
Publicatis bonis debitoris fideiuſſores beneficium excuſſionis habent. ibid. n 6. 7. 8. 11. *&* 13
Publicatis bonis pro parte, pro reliqua parte debitor creditoribus obligatus manet. 20. §. 14. n. 16
Puella fideiubens pro prace ſuo, obligatur. 7. 461
Pupillus abſque tutoris auctoritate fideiuſſorē dare nequit. 5. 334
Pupillus fideiubere non poteſt. 7. 70
Quod tamen declara, vt num. 71. 72. *&* 73. *ibid.*
Pupilli fideiuſſor tenetur ratione ſua propria obligationis. 5. 350
Pupillo obligatio iure ciuili eſt nulla. 5. 346
Pupillo ſine tutoris auctoritate obligationem nouanti nouatio non nocet, nocet tamen eius fideiuſſoribus. 21. part. 5. n. 41
Pythagoras cur diſcipulis ſuis quinquennale ſilentium induxerit. 5. 143

Q

QVadriennium magnum eſt tempus. 5. 139.
Qualitas fideiuſſorum eſt eorundem idoneitas, & inidoneitas, qua vt plurimum conſiſtit in diuitijs ac paupertate eorum. 8. 51. *& ſeq.*
Qualitas prasore facit praſumi caſum ab alio commiſſe S. par. 5. n. 72.
Quantitas quando quis debetur quantitatem reſpectu certa ſpecies dando quantitatem liberatur. S. par. 4. *numero* 46.
Qualitates diuerſa non faciunt diuerſum ſubiectum. S. part. 4. n. 15.
Quaſi contractibus etiam fideiuſſor recte adhibetur. 10. 265.
Quinquennium multum eſt temporis 5 138.
Quintius Caſo capitis poſtulatus, decem vades dedit. 9. 41.
Quitantia eſt ſtricti iuris, & computata, tantum in rationibus collis, non autem ad omiſſa, vel doloſe occultata extenditur 20. §. 8. n. 9.
Quitancia exhibita à creditore, tam fideiuſſorem, quam reum liberat. 20. § 8. *ibid. num.* 8.
Quitantiam pro ſolutione accipere tutiſſimum eſt. 20. §. 2. num. 37.

Rationem

Digitized by Google

R.

RAtionem, & ſenſum vbi habemus, nulla eſt lex quærenda.7.523.
Raptus Mulieris non committitur in Nupta inhoneſte viuente.M,176.
Rationes cum debitore in vita ſua fideiuſſor inire debet. 20. §.2.num.85.
vbi Ratio eadem vbi idem ius S.part.5.n.1.
Rationibus,& argumentis non debemus vti ad correctionem eius quod nominatim deciſum eſt.11.57.
Realia vitia ſunt, quæ poſſeſſionibus inhærent. 27.part.4.num.5.
Receſſus Deputatorum Imperij,de Anno 1600. in §. intelleximus.5.293.
Recte multa fiunt,licet non ritè fiant.11.160.
ad Recognoſcendum citandi ſunt,ſubſcribens,& ſigillans.11.103.
Reconuentio cum compenſatione multa communia habet.20. §.6.n.15.
Reconuentio eſt petitio,& quaſi actio.20.§.6.n.14.
Reconuentio reconuentionis nulla eſt.4.54.
Redemptores operis alterius fideiuſſores præſtare tenentur.10.212.
Reditus annuus eſt vſura ſuccedanea.24.265.
Redhibitoria habetur locum ad pretium ſi vendatur aliquod infra triduum moriatur.M.87.
Regiam ad fidem pertinet,non verba modo,verumetiam capitis nutus ſeruare.27.part.2.n.301.
Regina,Duciſſa,Comitiſſa Abbatiſſa Imperij,& reliquæ mulieres Europæ Regalia habentes, ex interceſſione ſua tenentur.7.517.
Et ibid.n.520 & 522.
Regreſſus aduerſus debitorem,aut alios, quare fideiuſſoribus detur.25 4.
Relaxatio ad effectum agendi peti poteſt.5.192.
Relaxatus ſub fideiuſſore,& promittens ſtare ad diſtrictum, ſi diſcedat,& poſtea capiatur,& carceretur,non liberatur fideiuſſor.20.§.38.n.1.
Remiſſio donationi æquiparatur.20.n.28.n.2.
Remiſſio non eſt interceſſio.6.130.
Remiſſioni in contractibus hodie non eſt locus.14.24. Item cap.22.n.12
in Remuneratione merces quoque eſt.26.149.
Reuocatio præſumitur,facta ſecundum naturam primi contractus 27.par.5.n.98.
Renunciatio cautela ad contractum annullandam quando notarius eſt renunciationum imperitus.M.n.39.
Renuntiare iuri pro ſe inducto quilibet poteſt.27.par.1.n 87. & ſeq.
Renuntiaſſe non beneficiis fideiuſſorum videatur,qui recipit, quod ſibi denegari debeat audientia omnium, etiam iuſtiſſimarum exceptionum.17.64.& ſeq.
Renuntiatio eſt ſtricti iuris.27.part.1.n.190.
Renuntiatio fori expreſſa requiritur.14.17.
Renuntiatio fori debet eſſe ſpecialis.23.20.
Renuntiatio fori per fideiuſſorem fieri poteſt.17.61.
Renuntiatio beneficij facta per metum inſtantis periculi illatam Clerico non valet,ita neque per metum illatam conſanguineis vel affinibus Clerici.M.233.
Renuntiatio qualibet deſiderat certiorationem.M.37.
Renuntiatio beneficij cedendarum actionum niſi ſpecialiter fiat nil operatur.M.29.
Renuntiatio exceptionum generalis cauſa non excludit quæ oritur ex facto aduerſarij.M.3.
Renuntiatio generalis adiecta ſpeciali ſolum trahitur ad caſus ſimiles,vel minores expreſſis.M.31.
Renuntiatio beneficiorum etiam iurata non nocet ignoranti. M.38.
Renuntiatio annullarum ſi notarius qui ſcripſit ſe certioraſſe contrahentes eius vim ignores.M.39.
Renuntiatio generalis beneficiorum fideiuſſoribus competentium an ſufficiat.17.32.
Renuntiatio generalis, intelligitur tantum de tribunalibus competentibus.25.21.
Renuntiatio hoc modo, Renuntiatio omni iuris de legum auxilio,quid operetur 17.34.
Renuntiatio iuris ab vno facta,et taatum,non alijs nocet.27. part.1 num.193.
Renuntiatio iuramento firmata valet, etiamſi certioratio non præcedat.7.507.
Sed declara,vt ibi.nu.509.510. & 511.
Renuntiatio mulieris,vt valeat,illa prius de S.C.Velleiano certiorari debet.7.473.
Renuntiatio non præſumitur.27.part.1.n.191.
Renuntiatio principalis non nocet fideiuſſori. 27. part. 5. num.39.
Renuntiatio S.C.Velleiani extraiudicialis num ſufficiat. 7. 467.
Et num.468.469.
Renuntiatio ſpecialis beneficiorum fideiuſſoribus competentium deſideratur.17.36.
Renuntiatione tollitur beneficium diuiſionis. 27.part.2.n.73. & ſeq.
Renuntiationes beneficiorum etiam fideiuſſionis contractui adiacent.17.28.
Renuntiationes plerumque ex leuitate animi fiunt. 7. 296.
Repetitio nulla eſt ab eo,qui ſuum recipit. 27. par.2.num. 85.
Repromiſſio nuda affinis eſt fideiuſſioni.18.23.
Repromittere,& ſatiſdare differunt.ibi.n.24.ſeq.
Repugnantium duarum perſonarum vicem vnus homo ſuſtinere nequit.7.17.
Et num.18.ibid.
Rem eandem ſimul venire,& pretium eſſe non poteſt. ibidem num.19.
Res inanimata in locum fideiuſſionis ſubrogantur. 18.38. & ſeq.
Res integra quot modis dicatur.20.§.11.n.3.3.4 5.& 6.
Res in ſolutum data ſi euincatur,debitor non cenſetur liberatus.20.§.21.num.29.
Res quælibet tanti eſt, quanti emptorem inuenit. 20.§.21. num.11.
Res familiaris facilè deteriorari,facilè etiam augeri poteſt. 8 97.
Rei iudicatæ exceptio fideiuſſori non denegatur. 27.par.4.n. 116.& ſeq.
in Re iudicata rectè adhibetur fideiuſſor.10.276.& ſeq.
Rei ſuæ quilibet eſt moderator,& arbiter.7.192.
Et ibid.num.221.ac 222.
Rem familiarem honeſto modo augere ciuilibet licet.1.37.
Repræſentare aliquem coram Iudice ad ipſius mandatum qui promiſit liberatur per primam repræſentationem. M. 99.
Repræſentare aliquem toties quoties, qui promiſit liberatur per bonam repræſentationem. M.102.
Repreſſalias ſi quis ſoluerit nunquid repeti poſſint ab eo qui fuit in cauſa ; vt darentur. S. part. 4. numero 34.
Reſcriptum moratorium quid ſit.5.100.
Et num.101.ibid.
Reſcriptum moratorium pro quo debito detur.5.124.
Reſcriptum moratorium non debet extendi vltra quinquennium.5.135.
Aliter ſentiunt alij,ibid.num.136.
Reſcriptum moratorium cur non debeat excedere quinquennium.5.137.

Et ibid.num.145.
Reſcriptum moratorium,vt quis obtineat,opus eſt cautione idonea.5.94.
Et ibid.num.145
Reſcriptum ſi mandet aliquem abſolui,præſtita ſatisfactione, intelligenda atque interpretanda eſt cautio,de ſatisfaciendo præſtita,vt conueniat iuri communi.18.85.
Reſcripti falſam interpretationem licet quis ſuggeſſerit præſumitur factum non dolo,ſed ob ſimplicitatem. M.52.
Reſcripti moratorij impetratio fideiuſſionis contractui aduerſatur.19.75.
Reſcripta moratoria,non dantur decoctoribus.5.103.
Et ibid,n.104.105.106 & 107.
Reſeruatio eſt remedium iuris conſeruatiuum.26.118.
Reſiduum continet partem reſtantem.20.§.21.n.34.
Reſiduum promittens non tenetur in ſolidum. 20.§.21.num. 35.
Reſidui commemoratio etiam totum admittit, cuius adhuc nulla pars eſt ſoluta.ibi.n.36.
Reſpublica non poteſt carere commercijs.1.34.
Reipub.ſi interſit creditori per fideiuſſorem non ſolui, rectè fideiuſſio inhiberi poteſt.19.59.
Reſpectus,vel qualitates diuerſæ non faciunt diuerſum ſubiectum.4.15.
Reſpondere non cenſetur, qui ad interrogata non reſpondit. 24.63.
Reſpondens ſimpliciter,reſpondiſſe præſumitur eo modo,quo facta fuit interrogatio ipſa.11.164.
Reſtitutio in integrum fideiuſſori vti hæredi minoris competit 17.par.4.n.115.
Reſtitutionis in integrum exceptio fideiuſſori non competit. par.4.n.113.& ſeq.ac n.117.ibi.
Reſtitutione in integrum calumnioſè petita contra ſententiam,ſi adſint præſumptiones,proceditur nihilominus ad executionem,modo victor idoneam cautionem præſtet. 15. 91.
Reſtitutoria actio qualis ſit.7.444.
Retentio obligationem fideiuſſorum non extinguit. 20.§.6. num.17.
Retentio quandoque accipitur pro compenſatione.ibi.n.16.
Retentio tantum tenet ad tempus quaſi iure pignoris, donec ſoluatur.ibid.n.16.
Retentionis magnus eſt fauor.5.373.
Retorſio retorſionis in materia iniuriarum non admittitur. 4.50.
Reuiſio actorum appellationis eſt ſpecies.20.§.20.n.29.
Reuiſio, & Recurſus regulariter appellationis naturam imitantur.ibid.n.28.
Reuiſio,aduerſus ſententias in Camera Imperiali latas, impetrata,earum executionem non ſuſpendit, modo idonea cautio præſtetur.15.88.
Sed contrarium oſtenditur,ibi.n.89.& 90.
Reuiſionis proceſſu,iuratoria cautionis præſtatione, eſt contentus.18.100.& ſeq.
Reuiſionem actorum intentans liberatur, etiamſi non pecuniam deponat,ſed tantum fideiuſſores præſtet.15.114.
Reus accuſatus fideiuſſores offerens, in vincula conijci nequit, & ſi coniyciatur, aduerſus iudicem iniuriarum agere poteſt.6.41.
Etiam iure muncipali Lubecenſi.ibi.n.42.
Reus contumax lata ſententia non auditur,ſi poſtea reuerſus fideiuſſorem dare, & poſſeſſionem recuperare velit. 5. 381.
Reus,& fideiuſſor ſi ſoluerint viginti, cum decem tantum deberent,ſinguli quina repetunt.20.§.1.n.32.
Reus fideiuſſorem etiam finito fere iudicio offerens,audiendus eſt.10.389.
Reus liberatur,quando vnus ex fideiuſſoribus partem ſuam ſoluit,tanquam negotium reo gerens.20.§.1.n.22.
Reus poſſidens immobilia,excedentia valorem vnius Werigeldi in loco iudicij carceres euitat de iure Saxonico, & ordinat.prouinciali Landgrauiatus Haſſiæ.18.70.
Reus præſentatus ſi aufugiat,fideiuſſor non tenetur. 20.§.9. num.81.
Quod ampliatur,ibid.n.82.83.& 84.
Re.,cuius nullum eſt principium, nullum quoque eſt conſequens.10.37.
Reo accepto pure fideiuſſor ſub conditione accipi poteſt, ſed non è contra.11.213.
Reo nondum conuicto, infra dilationem præſentationis moriente,omnem pœnam euitat fideiuſſor,qui iudicio ſiſti promiſit.20.§.10.n.5.
Declara,vt num.4.& 6.ibi.
Reo quædam nocent,quæ tamen non nocent eius fideiuſſori.& contra.27.part.5.num.24.
Et ibid.num.40.ac 41.42.
Reis duobus conſtitutis nihil refert, an ab vtroque, vel ab alterutro fideiuſſor detur,cum,& in ſolidum accipiatur, ſi ab vno ſit datus.10.32.
Rhetori conceſſum eſt,ſententijs vti falſis, audacibus,ſubdolis,captioſis,ſed contrarium placet.19.37.
Ripam munire volens,debet vel cauere,vel ſatiſdare.5.310.
Ritus alicuius beneficio qui frui vult, illo cum ſuis qualitatibus vti debet.10.467.
Rogans pro alio in ſcriptura,vel coram teſtibus,quem creditor alias non nouit,poteſt conueniri,vt fideiuſſor. 18.17.
Roma caput Italiæ,& communis patria. 7.348.
Sed hodie aliter res ſe habet ibid.num.349.
Romani pactiones,fœdera,teſtamenta,& pecunias in templis deponebant.14.49.
Romani pro æneo cane,Lyſippi opere,fideiuſſores vitam deſpondentes acceperant.20.§.9.n.74.
Romani proceres vix alias linguas calluerunt à Latina, & Græca.11 142.
Romani quando primum Græcis literis erudiri cœpit. 11. 141.
Romani quacunque linguâ pedetentim vti permiſerunt.ibid. num.157.
Et num.143.
Rubrica continuatio non requiritur. M.in præf.
quando diuerſi libri ſunt. M num.1.
Rubricarum vis quænam ſit in iure noſtro.6.160.
Rudolphus I.Imperator lege publica ſanciuit,vt omnia edicta,mandata,priuilegia,&c. Germanica lingua conſcriberentur.11.135.
Rumpi non poteſt,quod non eſt.20.in proœm n.10.
Ruſticus de beneficio l.2.C.de reſcind.vend.eſt certiorandus, niſi fortè iurauerit 8.114.
Ruſticus de beneficijs ſibi,vt fideiuſſor competentibus eſt certiorandus.8.107.
Et ibid.num.113.
Ruſticus pro ciue fideiubere poteſt.8.106.
Ruſtici,& mulieres vt plurimum in iure æquiparantur.ibid. num.109.
Ruſticos ignorantia iuris communis non excuſat,ſed bene iuris poſitiui, vel ſtatuti.8.112.
Ruſticitas innocens,& quieta.ibi.n.110.
Sed hodie vix.ibid.num.111.

S.

SAbaudiæ Dux vt,& Rex Galliæ,& Hiſpaniæ ſe Imperio Romano ſubtraxit.7.581.
Sabbathum propter hominem,non homo propter Sabbathum eſt.12.12.
Sabbathi ſolennes dies ſtatuto aut conſuetudine tolli non poſſunt.ibid.num.18.
Sabinum plurimi ſemper fecit Papinianus.5.51.

Sacerdotes

Digitized by Google

I N D E X.

Sacerdotes, & Parochi Auguſtanæ confeſſionis à fideiuſſione non arcentur. 7.269.

Sacerdotium aut doctoratus à patria poteſtate non eximunt. 7.624.

Sacramentum quid. 5 47.

Sacramentum militare quodnam fuerit. 1.78.

Sacramentales quinam vocantur. 4.67.

Salutis æternæ quilibet præſumitur memor. M.45.

Salus innocentum defendi nequit, ſi parcatur nocentibus. 10. 435.

Saluus conductus cum fideiuſſione affinitatem quandam habet 18.48.

Saluus conductus neque fideiuſſoribus, neque pignoribus datis, neque mediante iuramento, ſed ſub ſimplici promiſſione, in ſcriptis tamen conceditur. 18.49.

Saluus conductus pro debitore impetratus non prodeſt fideiuſſoribus eius, niſi nominatim exprimatur. 27.part. 4. num. 110

Saluus conductus ſemel datus aſſecuratis illibate, ſeruari debet. 18.50.

Limitatur, ibid. num. 51.

Saluus conductus, abs iudice oblatus, non arctat fideiuſſorem, vt amplius pro reo bannito teneatur. 20.§.9.n.100.

Sanguinem ſuum pecunia redimere cuiquam licet. 10.549.

Sanitas hominis à Deo dependet. 6.261.

Sapiens ex paucis multa intelligit. 2.8.

Satiſdare aliud eſt, aliud fideiuſſorem dare. 18.75.

Declara, vt ibid. num. 76.

Satiſdare ſi reus ſit paratus, iudex autem non recipiat ſatiſdationem, tenetur iniuriarum. 6.33.

Satiſdare tenetur agnoſcens poſſeſſionem bonorum. 5.308.

Satiſdare tenetur etiam idoneus facultatibus 5.9.

Sed communis opinio eſt in contrarium. ibidem numero 10. & 11.

Refellitur, num. 15 *ibid.*

Satiſdare, vel cauere debet ille, qui vult munire ripam. 5.310

non Satiſdat miniſter à teſtatore ad diſtribuenda legata electus ibid. n. 309.

Satiſdatio abſenti, & non acceptanti, facta eſt inutilis 6 6.

Satiſdatio bona fide petenda eſt, non mala mente. 5.56.

Satiſdatio conuentionalis interponi poteſt, tam in iudicio, quam extra iudicium. 14.1.

Satiſdatio de iudicio nonniſi coram competente iudice fieri poteſt. ibid. n. 2.

Satiſdatio de lite proſequenda, & de expenſis refundendis, quomodo præſtetur, non ſolum iure communi, ſed, & Saxonico. 10.115. *& ſeq.*

Satiſdatio de lite proſequenda, & de expenſis refundendis, ordinatione Moguntina, Palatina, Monaſterienſi, Brunſuicenſi, Pomerana, Solmenſi, Buzbachenſi, Francofurtenſi, & Lippienſi, nec non de ſtylo regni Neapolitani, ciuitatis Lucanæ, ac Mirandulanæ, Ducatuſque Mediolanenſi, &c. exigitur. ibid. num. 12. *& ſeq.*

Satiſdatio de proſequenda lite fit aut fideiuſſoribus, aut pignoribus. 10.126.

Sed declara, vt ibid. num. 127.

Satiſdatio fideiuſſorum ita aliquem loco affigit, vt inde recedere non poſſit. 15.66.

Satiſdatio in noui operis nuntiationis materia debet eſſe fideiuſſoria, non pignoratitia. 15.99.

Satiſdatio iudicialis non tenet, vbi non tenet iudicium. 10. 21.

Satiſdatio iudicatum ſolui an adhuc hodie ſit in vſu. 10. 148.

Satiſdatio iudicio ſiſti principaliter inuenta fuit propter ſuſpicionem fugæ. 16.23.

Satiſdatio voluntaria quænam ſit ibi. n. 26.

Satiſdatio non remittitur probo viro quando ex facta ſtatuto quis tenetur ſatiſdare. M.180.

Virtus animi pro ſatiſdatione habetur. M.259.

Satiſdationis pecunia deponenda adnumerari, & recognitio magiſtratus deſuper peti debet. 5.260.

Satiſdationem iudicialem non præſtari Epiſcopi lite pulſato 10.155.

Satiſdationem offerens tollit immiſſionem 15.116.

Satiſdatione quando non tollitur ſuſpicio dilapidationis, res manet in ſequeſtro. 15.29.

Satisfactio eſt pro ſolutione. 4.32

Item, cap. 10.§.21.*num.*10.

Saxonicæ curiæ quid obſeruent circa præſtandam fideiuſſionem. 14.4.

Saxonicæ leges eatenus duntaxat locum obtinent, quatenus vſu ſunt comprobatæ. 20.§.9.n. 140.

Saxonum ius multa barbara continet, ſecundum Weſenbecium. ibid. n. 141.

Scholaris obligatus alicui mercatori in centum, pro quibus duos fideiuſſores, ſi tradiderit pecuniam vni ex fideiuſſoribus, illum creditor prius excutere neceſſe habet. 20. §. 27. *num* 20.

Scholaris per iuratoriam cautionem ſatisfecit. 18.102.

Scholarium fideiuſſores non conueniuntur coram iudice ſcholarium, ſed coram iudice ſuo. 25.14.

Scipio, cognomine Aſina, deduxit aſinam cum pecunia onere in forum loco pignorum ſiue ſponſorum 6.172.

Scire debere, & ſcire poſſe, paria ſu it. 27.*part.*2.*n.* 58.

Sciens renuntianti æquiparatur. S.*part.*5.*n.*5.

Scientia, & ignorantia probatur iuramento. M.41.

Sciens ſibi plus deberi, licet minus accipiat, tamen ſibi non præiudicat 20.§.21.n.23.

Scribendi bonum manus nobis communicant, præter multa alia. 11.36.

Scribere, & loqui differunt quidem formaliter, ſed non effectu, & re ipſa. 11.48.

Et ibid. num. 52.

Scribens loqui videtur. 11.27.

Scribendi, & loquendi differentia non tam realis, quam verbalis videtur. ibid. n. 29.

Scriptura priuata plenam fidem facit concurrentibus requiſitis. 17.90.

Scriptura quod nuncupatur, non minus valet, quam quod lingua aut vocibus lingua figuratis. 11.26.

Scriptura perfectionem temporis adſcriptio denotat. 12.23.

Secularibus de rebus quoties agitur, toties Canones ipſi ſe iuri communi ſubijciunt. 7.533.

Semel æqualitatem adfuiſſe ſufficit, licet poſtea inæqualitas contingat. 1.36

Semel cautum eſſe ſufficit in ciuilibus, & criminalibus. ibi. n. 8.

Securitas an requirat cauſæ cognitionem. C.16.

Securitas quid ſit. C.2.

Securitas an petatur à conſortib. C.23.

Securitas an inducatur à lege. C.5.

Securitas locū habet de re ad rē, de perſona ad perſonā C.7.

Securitas quando, & quibus ſit præſtanda. C.4.

Securitate ſuperuacua vti non oportet. C.5.

Securitas tribus modis præſtatur. C.20.

Securitas præſtatur perſona publica adhibita. C.28.

Securitas præſtatur per ſigni, vel tituli adiectionem. ibi. 30.

Securitatem præſtans an fideiubere debeat. ibid. 21.

Securitas præſtatur periculum iuſtè timenti ibi. n. 12.

Securitatem præſtans quid promittere debeat, ibid. n. 24.

Securitatis petitur conditio ſpectanda eſt. ibi. 18.

Securitas dum præſtatur quatuor attenduntur, ibid. 17.

Securitas præſtita alicui an extendatur ad familiam ibi. 5.

Variè timenti, lex ſufficit, nec alia ſecuritate opus C.6.

Securitati iuramentum adijciendum. C.26.

Securitatem frangens qua pœna puniendus C.52.

Securitatem frangens extra territorium iudicis, ſub quo facta promiſſio quomodo teneatur. C.34.

Digitized by Google

I N D E X.

Securitas frangitur non ſolo verbo, ſed facto ibid.39.

Securitas an frangatur iniurijs illatis ibid.38.

Securitate alicui præſtita, qui poſtea reperiatur mortuus, vel vulneratus an præſumatur id facto ab eo, qui ſecuritatem præſtitit. ibi.27.

Securitatem iniuſtè petens tenetur actione iniuriarum ibi. 36.

Securitatis præſtatio quandiu duret. ibid.35.

Eſſe arbitrarium. ibid. n.35.

Securitatem frangendam, qui auxilium dedit an pœna fractæ pacis teneatur ibid 41.

Securitatis ſignum an vbique, & ſemper deferendum. ibi. 31.

Securitas eundi, & redeundi conceſſa intelligitur pro prima vice tantum. M.98.

Securum alterum facere, qui in inſtrumento promiſit quando teneatur dare fideiuſſores, vel pignora. M.300.

Senatuſconſultum Macedonianum etiam in foro conſcientia toleratur. 5.114.

Senatuſconſultum Velleianum interceſſiones mulierum prohibet. 7.394

Senatuſconſulti Velleiani, & Macedoniani exceptio fideiuſſori datur. 27. part. 4 n.56

in Senatuſconſulto Velleiano intercedere, quid propriè ſit. 7. 395.

Senatus Roman. prades dedit populo. 5.21.

Sententia animæ ac conſcientia magis tuta, & æquior ſemper eſt præferenda. 27. par. 1. num. 52.

Sententia confirmans ſententiam nullam, & ipſa nulla eſt. 10. 110.

Sententia cum ſit ſtricti iuris, non poteſt per æquipollens impleri. 4.33.

Sententia eſt indiuidua, ideoque non poteſt in partem valere, in partem non valere. 24.62.

Sententia iniuſta, & iudicis imprudentia reputatur caſus fortuitus. 26.47.

Sententia iudicis diffinitiua obligatio fidejuſſoria finitur. 20. §.19 n.1.2.4 & 5.

Sententia hæc: Fideiuſſores eſſe idoneos: eſt Interlocutoria, appellabilis tamen. 8.39.

Sententia lata pro fideiuſſore non prodeſt reo. 27. par. 5. n. 44. Limita, vt ibid. n. 45.

Sententia qualibet præſumptionem iuſtitiæ, & rectitudinis pro ſe habet tamdiu, donec contrarium probetur. 27. par. 5. num. 63.

Sententiæ Cameræ Imp. ſunt immunes ab vlteriori appellatione. 20. §. 20. n. 26.

Sententia definitiua forma, ratione deſignatarum expenſarum. 5.263.

Sententia forma alia, ſi accuſatus præſtitam ſatiſdationem inſufficientem eſſe alleget. 5.258.

Sententia forma de deponenda certa ſumma pecuniæ loco ſatiſdationis. ibid. n. 259.

Sententia forma, ſi accuſator in probatione deficiat. 5.262.

Sententia forma, ſi partes ratione præſtita ſatiſdationis conuenire nequeant. 5.256.

Sententia formula, qua iuramentum cedenti bonis iniungitur. 5.82.

Sententia formula, qua cautio iuratoria cedentibus bonis iniungitur. 5.98.

Sententia formula in puncto exceptionis non præſtita ſatiſdationis 5. 228.

Sententia extenditur ad innexa. M. 192.

Sententia lata contra principalem noceat fideiuſſori non citato. M.348.

Sententia lata contra eum quem negotium principaliter tangit præiudicat in conſequentiam his quos tangit acceſſorie M.149.

Sententia breui tempore lata eſt ipſo iure nulla. M. 79.

Sententia lata abſolutoria pro fideiuſſore, appellatio creditori integra manet. 2. § 19. n. 15.

Sententia lata quinam fideiuſſores liberentur. 20. § 19. n. 6.

in Sententia ferenda quot conſiliarij, vel aſſeſſores adeſſe debeant. 9.18.

Sepulchri poteſtatem in creditorem tranſtulit Aſyches Rex Ægipty, qui etiam in parentum cadauera pignus inſtituit, 10. 46.

Sepultura mortui debitoris non poteſt à creditore tamdiu impediri, donec ipſi detur fideiuſſor. 10. 42. & ſeq.

Sepultura luctuque adfinium, non niſi magnorum ſcelerum damnati prohibentur. 10. 48.

Sequela etiam dicitur fideiuſſio. 3.30.

Sequeſtri ſi debeant fructus ex forma legis, vel ſtatuti, atque ille, contra quem agitur, vult dare fideiuſſorem, de reſtituendo omnes fructus, nullo modo peruenitur ad ſequeſtrationem. 15.24.

Sequeſtrum aliquando tollitur iuratoria cautione. 15.30. & ſeqq.

Sequeſtrum aliud voluntarium, aliud neceſſarium. 4.10.

Sequeſtri exceptio fideiuſſori non conceditur. 27. part. 4 num. 119.

Sequeſtri medicina eſt fideiuſſio. 15.22.

in Sequeſtri cauſa requiritur etiam aliquando ſatiſdatio, rem ſaluam fore. 15.34.

in Sequeſtro manet res, quando ſuſpicio dilapidationis ſatiſdatione non tollitur. ibid. n. 29

Sequeſtratio dotis peti poteſt, conſtante matrimonio, ſi maritus ad inopiam vergens idoneum fideiuſſorem dare nequeat. 6.192. & ſeqq.

Sermo natiuus commercio aliarum gentium paſſim exoleſcit. 11.136,

Seruus fideiuſſorem rectè accipit. 6.65.

Seruus in ſuo peculio eſſe intelligi poteſt. 7.10.

Seruus liberam peculij adminiſtrationem habens, quænam facere poſſit. 7.301.

Et ibi. n. 302. 303. 304 305. 306. & 307.

Seruus non poteſt eſſe fideiuſſor. 7.292.

Sed declaratur, vt ibid. num. 295. 296. 297. 299. 300. & 314.

Seruus publicus quis ſit. 5.272.

Et num. 275. ibid.

Serui non poſſunt eſſe tabularij 5.273.

Serui olim erant tabularij ibid. num. 274.

Seruus rectè dat fideiuſſorem. 31.167.

Seruus rem domini quatenus vendere queat. 7.308. & ſeq.

Seruituti obnexius ſi contrafaciat conueniri poteſt, vt in futurum deſiſtat. C.8.

Seruus ſi cum libero homine fideiubeat, an locus ſit beneficio diuiſionis. 27. part. 2. num. 64.

Seruus ſi cum libero homine fideiubeat, an locus ſit beneficio diuiſionis. 27. part. 2. n. 64.

Seruus ſi iudicio ſe ſiſti promittat, non committitur ſtipulatio. 20. §. 22. n. 2.

Serui, & filijfamilias in multis iuris articulis æquiparantur 7.294.

Serui fideiuſſores liberantur, quando dominus de peculio conuento condemnatus ſolutionem præſtiterit. 20. §. 1. num 11.

Serui Principium, Fiſci, Ciuitatum, Municipum, Collegiorum, Corporum, & Coloniarum quales fuerint. 5. 276.

Et ibi. n. 277. 278. 279 280 281. ac 282.

Seruo publico in quamplurimis cauſis cauebatur. 5.283.

Seruorum malorum epitheta. 6 113.

Seruos quot quis alit, tot alit hoſtes. 9.112.

Seruitus ſeruitutis, ficti o fictionis, ac præſumptio præſumptionis non datur. 4.49.

Seruitus via, qua ſemel aſſignata eſt, immutari poteſt, ſi via æque commoda alibi præſtetur. 20. §. 37 n. 15.

Seruitutem

Digitized by Google

Seruitutem gentium , & Romanorum veterem, Germania ignorat. 7.316.

in Seruitute habiti contractus pro nullis reputantur. 4.46.

Seruitutes, vſusfructus, actiones, obligationes, vt, & multa alia confundi dicuntur. 20.§.16.n.6.

Sexum prodit aſpectus. 27.par.2.n.67.

Silentium habetur pro diſſenſu, quando agitur de iuris noſtri imminutione. 7.40.

Simile omne claudicat, nec ſimile mox eſt idem. 7.17.3.

Similia ſiue cognata non diſcernere, & ſimilia pro iiſdem, alia pro aliis accipere, inſipiam ſapit. 18.1.

Sindicum, qui debetur ſindicare officiales non poſſunt ingerere ſe geſtis extra officium, M. 184.

Simoniaca, & nulla eſt fideiuſſio praſtita de dando honorario, ad hoc, vt quis probet electionem Epiſcopi. 10.51.

Socius in diſſolutione ſocietatis tenetur aliquando cauere. 5.54

Socius pro ſocio, conſors pro conſorte, & coniuncta perſona pro coniuncta perſona recte fideiuſſor exiſtit, 7.604. *Et ibid. num.* 607.

Socius ſocio cautionem praſtare neceſſum habet. 5.84.

Socius omnium bonorum habet excuſationem à muneribus propter perſonam ſocij. M. 289.

Societas non inducit fideiuſſionem mutuam. 7.605.

Societas recte per nuntium, vel epiſtolam fit. 11.81.

Soldanus Ægypti ab Imp. Friderico Barbaroſſa fideiuſſores, & obſides ante liberationem exigens, induſſit illi, vt ipſemet obligationem conciperet. 17.95.

Solennia verba accipiuntur, vt dicta, licet non dicantur, 11.112.

Solennitas intrinſeca ſemper praſumitur. ibi. n. 113.

Soluere aut ligare ſeipſum nemo poteſt. 7.14.

Soluere qui bene vult, etiam bene ſe obligare patitur 5.7.

Soluere qui tenetur, praciſe debet implere, nec ſufficit dare fideiuſſorem. 5.370.

Soluens alij inuito, vel ignorante creditore, ab obligatione non liberatur. 20 §.27.n.10.

Soluens partem vltro poſt fideiuſſoris dationem, fatetur ſe eſſe debitorem. 5 177.

Soluendo hodie exiſtens fieri cras poteſt non ſoluendo. 50 30.

ad Soluendum condemnatus non liberatur, ſi fideiuſſorem dare velit. 5.169.

Solutio anticipari poteſt. 22.7.*& ſeq.*

Solutio eſt naturalis ab obligatione liberatio. 20 §.1.n.2.

Solutio instrumentis probari poteſt: 20.§.1.n.48.*& ſeq.*

Solutio liberat fideiuſſorem. 20.§.1.*num.* 5.

Solutio non eſt neceſſaria, vbi vinculum non exiſtit. 20. *in proœm.n.*11.

Solutio per teſtes probari poteſt, etiamſi debitor, vel fideiuſſor iurauerint, non probare ſolutionem, niſi per inſtrumentum inciſum. 20.§.1.n.47.

Solutio poteſt probari per inſtrumentum, vel iudiciale, vel voluntarium. 20.§.1.*nu.* 59.

Solutio probari poteſt, non tantum apertis probationibus, ſed etiam praſumptionibus. 20.§.1.n.41.*& ſeq.*

Solutio probatur teſtibus, etiamſi contrahentes pacti fuerint eam non aliter quam ſcriptis probari poſſe. 20.§.1.n.47.

Solutio probatur quinque teſtibus, ſi debitum contractum ſit in ſcriptis. 20.§.1.n.43.

Solutione ante terminum, ad praſtandam cautionem de ſoluendo adueniente die, creditor ex iuſta cauſa probe, & impune agit. 22.38.

Solutionis vice ſunt obligatio, obſignatio, ac depoſitio. 20.§.1. *num.* 34.*& ſeq.*

Solutionem allegans eam probare tenetur, ſiue ſit reus, ſiue fideiuſſor. 20 §.1.n.39.*&* 40.

Solutionem verè, & actualiter factum eſſe oportet, vt actio mandati, aut ceſſa competat. 25.10.*& ſeq.*

à Solutione ad cautionem, non ſemper tuta eſt argumentatio 15.62.

pro Solutione eſt ſatisfactio. 4.32.

Solutione tollitur obligatio fideiuſſoria. 20.§.1.n.1.381. *Et ibid. num.* 4.

Solutum non videtur, etiamſi lis conteſtata ſit cum debitore. 20.§.26.*num.*17.

Sortis alia eſt obligatio, alia vſurarum. 24 244.

Sortis, & vſurarum promiſſarum connexa eſt obligatio. ibid. num. 239.

Specialia tria, quorum neutrum alterius ſit conſecutiuum, concurrere non poſſunt 18.152.

Speciei locum ſape ingreditur genus ob vocabulorum penuriam. 2.31.

Spoliator ad reſtitutionem rei condemnatus non admittitur ad dationem fideiuſſoris, ſed praciſe rem reſtituere tenetur 5.384.

Spoliatus caſtro munitiſſimo , non reſtituitur ante omnia, etiamſi caueat, ſe illud reſtituturum, ſi ſuccumbat in petitorio: ex Boetio, Menochio, Myſingero, Bendero , & Vaſquio. 10.328.
Sed contrarium adſtruit auctor ex Pariſio , Rolando à Valle, Cephalo. Zaſio, & Cacherano. ibidem numer. 331. *&* 332.

Spoliatus bonis ſuis belli cauſa in ſolidum à creditoribus ſuis conueniri non poteſt 20.§ 32.n.7.

SPONDE, NOXA PRÆSTO EST, prouerbium cui adſcribatur. 1.22.*&* 23.

Sponſalia contrahi poſſunt inter abſentes per epiſtolam. 11.79

Sponſio, qua fit pro infante in baptiſmo , faciem fideiuſſionis refert 18.59.

Sponſio in baptiſmo etiam tempore Apoſtolorum obſeruata fuit. 18.61.

Sponſio eſt genus fideiuſſionis, vt, & ſtipulatio 3.9.

Sponſio veneni bibendi, inter D. Ioannem Euangeliſtam, & Ariſtodemum, ex Abdia Babilonio. 18.46.

Sponſionis ac fidei vinculum. 2 36.

Sponſiones, an fideiuſſioni aliquo modo poſſint aſſimulari. 18. 41.

Sponſiones in gladiatoriis ludis interponebantur, vter vinceret. 18. 43.

Sponſiones mercatorum vſitata, an iure ſubſiſtant. ibid. num. 44.

Sponſionibus aſſimilatur depoſitio certa pecunia. ibidem num. 44.

Sponſionibus qui bona ſua perfundat, non poteſt hoc iure Lubecenſi fratribus, aut ſororibus imputare. ibidem numero 47.

Sponſor fideiubendo, & ſoluendo non gerit negotium proprium ſed principalis debitoris. 25 8.

Sponſores etiam nominantur fideiuſſores, contra Accurſium, & alios. 3.31.

Sponſor quid Interpretibus. ibid. n. 32

Sponſor eſto omnis fideiuſſor. ibi, n. 34.

Sponſor quis. M. 5.

Sponſio ex cauſa inhoneſta facit inhoneſtam ſponſionem. ibi.

Sponſio facta in ludo prohibito non valet. S. part. 2.n.5.

Sponſio contra bonos mores reprobatur. ibi. n. 21.

Sponſio ſi naſcetur maſculus, vel fœmina qua valet. ibi. 58.

Sponſiones mercatorum reiiciunt apices iuris. ibi. 22.

Sponſio prohibita, vbi etiam ludus ibid. n. 21.

Sponſiones cauſa ſolatij non lucri concipiuntur. ibid. 23.

Sponſiones mercatorum abſque cauſa quando prohibentur. ibid. 32.

Sponte comparens coram iudice, praſtitis fideiuſſoribus, debet relaxari. 10 422.

Spontanea praſentatio regulariter innocentiam arguit. ibid. num. 423.

Statuas, imagines, vel inſignia alicuius concutiens , dolens, conflans, vel aliter violans , iniuriarum conueniri poteſt. 19.101.

Statutum Colonienſe quoddam examinetur.18.94.
Statutum dicens, quod ciuis fideiubens pro extraneo, non teneatur, fallit, ſi pro dote fideiubeat. 10.270.
Statutum fideiuſſorem exigeas, intelligitur, dummodo fideiuſſor haberi poſſit, aliàs pignora aut depoſitum ſufficiunt.18. 84.
Statutum, lex, decretum ritus curiæ ſi extet, præcipiens, quod hoc vel illud fieri, admitti, aut concedi non debeat, niſi in tali cauſa, prius præſtita fideiuſſione, neceſſe eſt, vt præſtatio fideiuſſionis præcedat, non ſequatur.10.456.
Statutum Lubecenſe, ratione debitoris incarcerati, ſub pignoribus relaxandi adducitur.18.74.
Statutum quoddam Lubecenſe declaratur.5.93.
Statutum Lubecenſe lib.3 tit.6.art.29.adducitur.6.110.
Statutum Lubecenſe quoddam adducitur.20 §.1.n.88.
Statutum Lubecenſe lib.3 tit.5.artic.2.adducitur, 27.par.2.num.75.
Statutum non magis, quam lex, ad impoſſibilia obligare debet.18.93.
Statutum, pactum, lex, & conſuetudo in materia fideiuſſionis paria ſolent efficere.20.§ 9.n.50.
Statutum prohibens alienationem, non cenſetur prohibere hypothecationem. 1.117.
Statutum, vel conſuetudo ſi adſit, quod à carcerato pro crimine, corporalem pœnam ingerente, fideiuſſor præſtari poſſit, fideiuſſio admittenda eſt.10.418.
Statutum, vel conſuetudo valet, quod vxor teneatur pro marito, ibique de conſuetudine eius ſtatutis Coloniæ, Noribergæ, nec non Lubeci, & Lunaburgi.7.407.
Statutum, vel lex, licet, dicat non aliter valere actum, niſi prius cautio vel fideiuſſio præſtetur, non tamen idem vitiatur propter omiſſionem, niſi à parte fideiuſſio, vel cautio petatur.10.493.
Statutum, vel lex ſpec alie non niſi ſtrictam interpretationem per ſe admittit.24 9.
Statutum quod frumentum extrahatur de proprio fundo, an trahatur ad certum S.par.3.n 60.
Statutum remittens dimidiam pœnam confitenti delictum non habet locum in eo qui prius negauit. M.341.
Statuto pœna ipſo iure impoſita non remittitur, confitenti delicto.M.342.
Statutum, quod Bannitus non poſſit habitare in Ciuitate alias poſſit capi, & decapitari non habetur locum in bannito tranſgrediente comedente in hoſpitio, & poſtea recedente. M.374.
Statutum puniens conducentem ſal ad Ciuitatem non habet locum in conducente ſal ad Ciuitatem, & alibi transferat. M.375.
Statutum dans præmium capienti bannitum habet locum in eo qui bannitum iam cœpit. M.83.
Stante ſtatuto quo affines teneatur compromittere, an ſemel facto compromiſſo iterùm cogi poſſint ad compromittendum. M.104
ſi per Statutum Iudex teneatur definire poſſum per. menſem ſub pœna non cadit in pœna ſi pars expeditionem non petierit. M.145.
Statuto dicens ſententiam non ferri niſi conſilio ſapientis intelligitur parte petente ibid.146.
Statuto cauens cauſam committi per priores ſub pœna intelligitur ſi petitur. ibid.147.
Statutum Bannitum non audiendum intelligitur ſi petatur. ibid.149.
Statutum loquens de rapiente mulierem ſolutam non habet locum in rapiente ſolutam quæ fuit carnaliter cognita: M.175.
Statutum cauente ſtari iuramento damnum paſſi non intelligitur de eo, qui pro vnius cui negao iurato creditur. M. 178.
Statutum quo cauetur credendum libris artificum, vel mercatorum intelligitur tantum de pertinentibus ad artem. M.183.
Statutum volens bannitum haberi pro confeſſo non extenditur ad maleficia in libro maleficiorum non deſcripta. ibid 184.
Statuto loquens de carceratis relaxandis non intelligitur de crimine falſi. M.201.
Statuto ſi cautum, vt nullus admittatur in criminalibus niſi perſonaliter compareat poterit tamen implorari officium iudicis, vt capiantur informationes inquiſitam eſſe clericum, vel occiſum fuiſſe bannitum, &c. M.279.
Statutum continens id quod ius commune debet aliquid operari vltra ius commune. M.302.
Statuto ſtante vt quis citetur non ſufficit vna citatio ibi. 304.
Statuti forma non obſeruata actus corruit.10.464.
Statuto, aut conſuetudine tolli non poteſt dies Sabbathi ſolennis.12.18.
Statuto Lubecenſi, quando ſub fideiuſſoribus relaxatur is, qui crimen corporali pœna luendum commiſit.10.412.
Statuto Lubecenſi exprimenda eſt ſumma, pro qua quis fideiubere debet.10.89.
Statuto Lubecenſi liber eſt fideiuſſor, ſi reus ſemel ipſum ſiſtat 20.§.9.n.3.
Statuto Lubecenſi tenetur, commeadans peregrinum emptorem, qui non eſt ſoluendo.18.18.
Statuto, pacto, vel lege fideiuſſor ad pœnam mortis non obligatur.20.§.9.n 51.
Statuto quando ſatisfactum eſt, eius diſpoſitio locum habere debet.10.464.
Statuto ſi actori negetur audientia, niſi fideiaſſerit, & obiiciatur exceptio non præſtita fideiuſſione, non dicitur reiecta illa exceptio per proceſſum ad vlteriora.10.153
Statuta Colonienſia, Noribergenſ. Lubecenſ. ac Lunaburgica, &c. de ſolutione æris alieni, cum marito facti, adducuntur 7.407 & ſeqq.
Statuta de creditore ac debitore loquentia de vero, & efficaci, non autem de eo, qui legitima exceptione repelli poteſt, ſunt intelligenda.10.17
Statuta de fideiuſſoribus loquentia non comprehendunt expromiſſores: contra Rebuffum.4 40.
Statuta, quæ contractus mentionem faciunt, an fideiuſſionem comprehendant.3.20
Stipendia integra non ſeruunt in manu militum. 7. 219.
Stipulari cum præſente per epiſtolam licet.14.19.
Stipulandi ac fideiubendi formulæ olim fuerunt infinitæ, & variæ: quarum aliquot recenſentur. 11. num.11.118. & 123.
Stipulatio de legato ſoluendo, poſt litem de legato conteſtatam, non recte præſtatur. Secus eſt in ſtipulatione, quæ propter L. Falcidiam interponitur.5.303. & nu.ſeq.
Stipulatio eſt actus indiuiduus.24.59.
Sed declara, vt ibi.n.104.
Stipulatio eſt aſſeola, & adminiſtra cæterorum contractuum 11.185.
Stipulatio eſt forma contrahendæ fideiuſſionis.11.1.
Stipulatio eſt genus fideiuſſionis, 28 & ſponſio.29.
Stipulatio habens certam conditionem, in alterius præiudicium à ſtipulatore immutari non poteſt 6.14.
Stipulatio inanis nullius & momenti.7.446.
Stipulatio in fideiuſſione interueniſſe præſumitur, ſi ſcriptum ſit in inſtrumento fideiuſſum eſſe 11.111.
Stipulatio in ſcriptis neutiquam fieri poteſt. 11. 31. & ſeq.
Stipulatio inter abſentes nequaquam expediri poteſt. ibidem num.5.
Stipulatio inutilis eſt, ſi quis quinque aureos à ſe dari ſtipuletur & ın decem promittat.24 57.

Stipulatio

Stipulatio ius continet, non factum.7.79.
Sed accipe, vt dicitur n.81.ibid.
Stipulatio, mutuum, donatio, ſunt contractus μονόκλῶρι, & ſpeciales.3.23
Stipulatio qua quis inuitatur ad delinquendum non valet. M. 12.
Stipulatio, omnium inefficacium obligationum vinculum. 5. 347
Stipulatio pactionem præcedere, & ſubſequi poteſt, vt & mutuum.11.191.
Et ibid.num.193.
Stipulatio pœnalis propter difficultatem impeditur. 19. 166.
Stipulatio, promiſſio qualibet, vt & pactum, hodie vix diſtingui poſſunt.11.43.& ſeq.
Stipulatio rem pupilli ſaluam forè, eſt prætoria.5.218.
Stipulatio vna valida reliquis inualidis præſtat firmitatem.11 172.
Stipulationis in diem contractæ natura eſt, vt ante diem non exigatur.22.76.
Stipulationis naturale eſt, vt verbis fiat.11.13.
Stipulationis partes ſunt, quantitas, locus, tempus, & conditio, & ex his quatuor orta ſunt plus petendi genera. 24. 42.
Stipulationis verba quando ſunt clara, non eſt ab illis recedendum.20.§.9.num.22.
Stipulationem, & pactorum ius in foro, & quotidiano vſu propemodum eſt confuſam.7.149.
Stipulationes omnes ſui natura cautionales ſunt.16 20.
Stipulationes tot ſunt, quot ſunt corpora.24.70.& ſeq.
Stipulationes turpes nullius ſunt momenti.19.157.
Stipulationum conſumpta verba quænam ſint, remiſſiuè: ex Antonio Pichardo.11.42.
Stoici licentiores fuerunt in ducendis nominum origibus. 2. 16.
Stoliditatis eſt, rebus perſpicuis immorari, & contradicere rebus ſtultis, ſtultitia eſt maioris.10.101.
Et ibid.num.105.
Studioſus agere poteſt iniuriarum aduerſus præfectum vigilum ſi captus, & fideiuſſorem offerens non relaxetur. 6.46.
Studioſus non eſt idoneus fideiuſſor.7.334.
Limitatur.ibid.num.335.
Stulti, & imprudentes ſunt, qui ſemel decepti, iterum, vel pro alijs deceptoribus fideiubent.1.29.
Stylus curiæ eſt obſeruandus.22.58.
Subcurator curatoris admittitur.4.57.
Subducere mulierem quid ſit.27.par.2.n.59.
in Subhaſtatione maius pretium ſi quis offerat, quem poſtea animoſæ ſuæ licitationis pœniteat, non tamen poteſt cogi prior licitator, vt eo pretio, quod obtulit, rem emptam 6.18.
Subſcribens, & ſigillans ad recognoſcendum ſunt citandi. 11.103.
Subſcriptio abſque intentatione obligandi facta nihil valet. 17.6.
Subſcriptio, & ſigillatio animo fideiubendi facta arguit conſenſum fideiuſſoris.47.5.
Subſcriptione, quæ fit animo fideiuſſorio, fideiuſſio trahitur.11. 101.
Subſtitutus ab inſtituto ſub conditione cautionem exigere poteſt, de hereditate non diminuenda.20.316.
Subſtitutum pro ſe, qui dat, fideiuſſoris vicem ſuſtinet. 18.36.
Succeſſor an ligetur contractu prædeceſſoris. 27.part.5.nu. 101
Suecia Rex Imperio Romano ſe ſubtraxit.7.577.
Sumptuarijs legibus gulæ, & luxuriæ fines præſcripti 7.236.
Sumptus, expenſæ litis, & damna etiam dicto, vel iureiurando fideiuſſoris taxantur.26.75.& multis ſeq.
Superior vbi loquitur, tacere debet inferior.7.273.
Superioras ſuperioritatis, non admittitur.4.55.
Supplicans à ſententijs præfectorum prætorio, & condignam fideiuſſionem præſtans, ſententiæ executionem obtinere poteſt.5.291.
Supplicatio in Auth. quæ ſupplicatio. C. de precib. Imperatori offer quomodo accipiatur.5.294.
Surdaſter rectè fideiubet.7.142.
Surdus, & mutus pro fideiuſſoribus nequeunt adhiberi. ibid. num.141.
Surdus ſi ſcribere ac legere poteſt, rectè fideiubet.7.154.
Quod declara, vt n.155.ibid.
Surdi ſumus in illis linguis, quas non intelligimus 11.154.
Suſpicio fugæ debitoris, antequam ad ſatiſdationem cogatur, eſt probanda.5.46.

T

TAbalarij olim reuera erant ſerui.5.174.
Tabularum, & epiſtolæ qui vſus apud veteres fuerit 11.32.
Taceat inferior, vbi ſuperior loquitur.7.273.
Tacens, & præſens diſſentire videtur, quando tractatur de magno præiudicio.7 41.
Et num.42.ac 43.ibid.
Taciturnitas conducit etiam in ijs, quæ præiudicium aliquod adferre poſſunt.7.34.
Taciturnitas habetur pro diſſenſu, quando agitur de iuris noſtri imminutione.ibi. n.40.
Taciturnitas iuncta alteri rei indicatiua conſenſus, præſentem, & tacentem obligat.7.46.
Et ibid.n.51.ac.52.
Taciturnitas non ſufficit in ſtipulationibus.7 37.
Taciturnitas non præiudicat, quando quis ſcire potuit, ius ſuum ſibi ſaluum permanere.ibid.num.39.
Temere litigans fideiuſſor cum illo, cui fideiuſſit, & ſuccumbens, in expenſas condemnatus eaſdem ſolutas à principali repetere non poteſt.26.68.
Quod tamen declara, vt ibid.n.ſeq.
Temerarium eſt promittere, quod præſtari non poteſt.1.7.
Temerarium eſt, ex ijs, quæ apertè non extant, in iure velle ea tollere, quæ manifeſtis teſtimonijs comprobatur. 6. 150.
Temeritas raro fœlix eſt.1.32.
Tempus contractæ fideiuſſionis, exactè in inſtrumento annotare admodum vtile, imò, & neceſſarium eſt.12.21.
Tempus non obſeruans, formam non obſeruare dicitur. 22. 49.
Tempus prorogatum, & futurum differunt.20.§.12.n.8.
Tempus in ſtipulationibus ſemper promiſſoris gratia adijcitur.22.74.
Tempus, quod datur iudicato, etiam eius hæredibus tribuitur.ibid.n.79.
Tempus vt debitoris, ita & fideiuſſoris gratia adijcitur. 22. 29.
ante Tempus nec exigi debitum, nec ſolutio mandari poteſt. 20.§.15.n.34.
inter Tempus finiendæ obligationis, & differendæ ſolutionis, vtrum interpretes rectè diſtinguant. 20 §.12.num.20.& ſeq.
Temporis adiectio definit dilationem, intra quam de ſolutione cogitandum eſt.20.§.12.num.10.
Temporis adſcriptio denotat ſcripturæ perfectionem.12.23.
Temporis commodum quodnam ſit.6.189.
Temporis medij periculum quid denotat.ibi.n.190.
Temporis ordine multa ſunt poſteriora, quæ iuris intellectu ſunt priora.11.189.

Digitized by Google

Temporis in vanum conſumptione nihil huiuſmodi deterius. M.384

Tempore etiam nonnunquam fideiuſſor liberatur. 20. §. 15. num.1.& 5

Tempore liberatus ſimilis eſt ei, qui ſatiſfecit. 20. §. 28. num. 11

Tempore liberato reo, non tamen liberatur fideiuſſor. ibid. num.9

Tempore pro certo facultas conceſſa, non competit vltra illud tempus. 12.36

Tempora non ſunt confundenda. 6.163

Terminum longiorem habere ad ſoluendum, reputatur pre parte pretij. 22.4

Teſtamentum falſum quod. 20.§.27.n.37

Teſtamentum in caſu neceſſitatis de nocte fieri poteſt. 12.3

Teſtamentum inutile an valeat, vt codicillus. 11.157

Teſtamentum, quoad ordinationem, eſt actus indiuiduus. 24.105

Teſtari poſſunt proprij homines. 7.320

Teſtator heredi ſuo in teſtamento iniungere poteſt, vt fideiuſſore paupere ſit contentus. 8 86

Sed contrarium deſcenditur, ibid nu.87

Teſtator non poteſt in praiudicium heredis vſufructuariam cautionem remittere. 5.209

Et ibid.num.210.ac 211

Teſtator relaxare poteſt fideiuſſionem, non minus quam Falcidiam. 10.118

Teſtator ſi mandat in teſtamento ſuo, vt ſatiſfiat omnibus creditoribus ſuis, poteſt etiam eius fideiuſſor, tanquam quiſpiam creditor ab herede petere, vt ſibi ſatiſfiat, per indemnitatis cautionem. 20.§.8.n.16

Teſtatoris diſpoſitionis ita interpretanda, vt non reddatur inutilis. M.196

Teſtatoris voluntas eſt ſectanda 7.66

Et num.67.ibid.

Teſtatori iuranti illa vera eſſe, quæ ſcripſit, creditur. 20.§. num.81

Teſtis eſſe poſſit inquiſitus pro alio inquiſito M.369

Teſtis valde dignus, & teſtis infamis infamia facti plenè probant. M. 287

Teſti qui alias dixit falſum non creditur, ibid.

Teſtis magis creditur teſtib. laicis deponentibus non adeſſe, deeſſe; quam clericis affirmantibus adeſſe. M. 49

Teſtis extraneus valde dignus cum dicto matris plenè probat in cauſa ætatis. M. 290

Teſtis abſens, per ſcripturam tranſmiſſam deponere non poteſt. 11. 21

Teſtis abſens in ſcriptis regulariter deponere non poteſt. 18.131

Teſtis de facto interrogandus eſt, non de iure. 7.500

Teſtis deponens de fama, & interrogatus, quid ſit fama, reſpondens ſe neſcire, nihil probat. ibid.n.491

Et num.499.ibid.

Teſtis ex poſt facto non poteſt dictum ſuum perimere. 7.495

Teſtis pro confideiuſſore fideiuſſor eſſe poteſt. 29.3 & ſeq.

Teſtis pro reo an fideiuſſor eſſe poſſit. 29.1.& ſeq.

Teſti poſt dictum in bona cauſa teſtimonium, an honorarium accipere licet. 26. 143

Teſtes quot requirantur in probatione matrimonij. 9.3

Teſtes reprobatorij reprobatoriorum non conceduntur. 4.51

Teſtium, qui interfuerunt tractatui, & non concluſioni, nulla ratio eſt habenda 20.§.33.num 8

Teſtimonij dictio eſt iuris publici. 1.73

Textui magis eſt credendum, quam gloſſæ. 20. §.10.numero 40

Tiberius Cæſar nugatoriis quæſtionibus Grammaticos exercuit. 10.104

Tiberius Imper. Equiti Romano gratiam iuriſiurandi fecit. 1. 85

Tiberius Imp. Græco ſermone abſtinuit. 11.133

Timidi ſunt multi ad iurandum. 5.8

Timor iuſtus quis dicatur. C. n.13

Timet iuſtè cui tirannus comminatur. ibid.nu.14

Timet iuſte, quando is dicatur, cui ad aurem alter comminatus. ibid. n.15

Tiraquellus, Forſtero, Calepino iuris vocatur. 5.285

Titulus operis ſæpè eſt reſpiciendus. 5.239

Tolli non poteſt, quod non eſt. 20.in proœm.n.8

Tormenta exhibenda veritatis fides. 10 441

in Tormentis qui modum excedunt, grauiſſimè taxantur. ibid.num.433

Torquere hominem, & ludere pila, non ſunt paria. 10.454

Torqueri poteſt reus ter propter varietatem ſuam. 10.426

Tortura die feriata fieri non poteſt. 12.13

Tortura pro arbitrio prudentis iudicis repeti poteſt. 10.425

Tortura ad hoc inuenta ſunt, vt veritas indagetur, non vt homo enecetur. 10.440

Tortura ſæpius repetita non minor eſt cruciatus, quamquam pœna capitalis. ibid.n.438

Tortura nemo ſe ſubmittere poteſt. M.208

per Torturam omnia indicia purgantur. 10 432

per Torturam ſi quis ſuam innocentiam purgauit, communis, & vera praxis eſt, vt abſoluatur, non tamen diffinitiue, nec datis fideiuſſoribus, ſed ſub clauſula. Stantibus rebus, prout ſtant. 10.450

Atque ita obſeruatur in Hiſpania, Gallia, & Ducatu Medialanenſi. ibid.n.451

Tortus bis teruè quomodo relaxandus, ſi nihil penitus ſit confeſſus, quatuor diuerſæ opiniones. 10. numero 427.& ſeqq.

Tortus, & nihil confeſſus reus, ſecundum communem Italiæ practicam abſoluitur quidem, ſed non aliter, quam datis fideiuſſoribus. 10.449

Tortus primo iniuſtè, ſi poſtea aufugiat, nullam pœnam incurrit. 20.§.9.num.90

Tortus reus ter, ſi nihil confiteatur, non tantum ſimpliciter, ſed diffinitiuè abſoluendus venit. 10.445

Torti ſæpenumero, vt compendio mortis longos cruciatus euitent, in ſuummet ipſum ſanguinem mentiuntur. 10.434

Torto ſæpius reo, non debet iudex in cauſa ſuperſedere, & pronuntiare ſibi non liquere. ibid.n.442.ac ſeqq.

Tormentorum leges quomodo periuros puniant. 19.139

Tractantur multa, quæ non perficiuntur. 20.§. 33.n.3

Tractus quid. 3.11

Traditio transfert naturalem pignoris poſſeſſionem. 21.18

Tranſactio facta cum vno ex duobus fideiuſſoribus in ſolidum obligatis, liberet etiam alterum in illa parte, quam creditor à tranſigente accepit. 20.§.7.n.6

Tranſactionem fideiuſſione roboratam infringere non licet. 19.77

Tranſactione tollitur obligatio fideiuſſoria. 20.§.7. n.1

Tranſactionum non minor, quam rerum iudicatarum, & iuriſiurandi eſt auctoritas. ibid.n.3

Tranſigere cum malæfidei debitore melius eſt, quam de toto periclitari. ibid.n.2

Tribonianus homo auarus, & ad omnem innouationem facillimus. 10.307

Tribuni, Centuriones, reliquique Duces pro debitis, & victu militum in Romano Imperio congregatorum, ſponſione obſtringuntur. 7.606

Tribus ex oblatis fideiuſſoribus vnum eligi debere, ſub pœna aliquoties iniunxit Auguſtiſſima Cam. Imper. 9.50

Tributum

I N D E X.

Tributum, quod pecunia credita imponitur, fideiuſſor non tenetur ſoluere. 25.269.& ſeq.
*Et ibid.num.*270.
Tributa, cenſus, & collecta ab eis ſolui debent, qui rem poſſident iure proprio, & eius fructus faciunt ſuos. 24.271.
Tributa, & collecta ſuſtinere cogitur locator non conductor. ibid.n.272.
Tributa noua exſoluere ſemper incumbit emptori, ſiue de nouo acquirenti. ibid.n.273.
Sed limita. vt ibid.n.274.
Tributorum illatio retardari non debet. 5.331.
Rurpes ſtipulationes nullius ſunt momenti. 19.157.
Turca, & Africani ſunt inimici Imperij Chriſtianorum S.part.5.n.19.
Turpitudinem propriam nullus allegare tenetur. S.part.5. num.15.
Tutela etiam contractus vocatur. 10.268.
Tutela eſt verbum πολλέσημον. 2.33.
Tutela actionis nomine qui intercedit, in omnem cauſam intercedere intelligitur. 24.155.
Tutela cauſa fideiuſſor dari, & accipi poteſt. 10.267.
Tutela munus publicum eſt. 1.79.
Tutela nullitatem operatur ſatiſdationis omiſſio, maximè de iure Imperij Romano Germanici. 5.116.
Tutelam pupilli creditoris ſui num genere poſſit fideiuſſor. 29.5.& ſeq.
Tutelarum materia vti tractatur, remiſſiuè 5.218.
Tutor ad proſecutionem litis neceſſitate officij compellitur. 29.13.
Tutor de iure Saxenico non dat fideiuſſorem, ſi ſit pupilli hæres. 5.240.
*Refutatur, ibid.num.*24.
Tutor, & curator fideiuſſorem dare tenentur rem pupilli, vel adulti ſaluam fore. 5.214.
*Et ibid.num.*215.
Tutor falſus, falſum teſtamentum, falſus modius quis 20.§. 27.n.7.
Tutor idoneus eſt, qui eſt ſoluendo, quatenus ſunt facultates pupilli. 8.7.
Tutor iudiciarius ſimilis eſt fideiuſſori. 18.52.
Tutor iudiciarius ex poſtfacto contractum ratum habere poteſt, ſecundum Baldum, Imolam, Alexandrum, & Weſenbecium. 7.421.
Contradicitur à Ioan.de Aruone, Piaggio, Simoncello Manzino, & Daniele Mollero. ibi.n.422.
Tutor nomine pupillorum ſuorum, qui cum ipſius domino feudi litem alunt, procuratorium mandatum ſigillare poteſt. 29.22.
Tutor non eſt idoneus, qui domicilium alio transferre intendit 14.39.
Tutor non poteſt ſalarium petere. 26.128.& ſeq.
Tutor, ſi pupillo ſuo tanquam fideiuſſor ſoluat, debitorem pupilli ſui liberat. 20.§.1.n.13.
Tutor ſtatim in ipſo negotio præſens debet auctor fieri. 11. 20.
Tutor, vel curator, qui ſe nomine pupilli, vel minoris quaſi fideiuſſores ſubſcripſerunt, ab obligatione ſe per depoſitionem officij non poſſunt eximere. 10.§.31.n.4
Tutor vnus ex pluribus ſorte ita cadente, iuramentum præſtare cogitur: quod ibidem alijs ſimilibus exornatur. 11. 175.
Tutoris auctoritas in continenti interponi debet. 5.344.
Tutoris auctoritas interueniſſe non præſumitur, niſi probetur 7.74.
Tutoris bona hodie, vel expreſsè, vel tacitè ſunt pro ſatiſdatione 5.225.
Tutoris fideiuſſor conueniri debet iudicio ordinario, & non executiuo, etiam ſententia lata contra principalem 27. par.5.n.89.
Tutoris fideiuſſor non tenetur de geſtis per tutorem, finita tutela. 20.§.31.nu.7.
Tutoris honorarij auctoritas an ſufficiat pupillo fideiubenti. 7.75.
*Et num.*80.*ibid.*
Tutori præter adminiſtrationem interdicere poteſt. ibidem num.78.
Tutoris, vel curatoris deſidia nocet etiam eorum fideiuſſoribus. 27.par.5.num.20.
Tutores, curatoresque omnes ſatiſdare coguntur, exceptis ſaltem teſtamentarijs, & ex inquiſitione datis, de iure communi, ſecus de iure nouiſſimo Imperij. 5.251.
*Et ibid.num.*232.233.236.& 237.
Tutores tantum adhibentur ad ſolemnia iuris, non curatores 7.96.
Tutorum, & curatorum bona pupilli, & minoribus vt tacita hypotheca ſunt obligata. 5.220.
Fallit iure Saxenico. ibid.n.221.
Tutor, qui geſſit prius eſt conueniendus quam ille, qui non geſſit. M.371.
Tutorum, & curatorum, ſatiſdatio præcisè fideiuſſores exigit 5.217.
*Et ibid.num.*220.
Tutorum iuratoria cautio non admittitur. 5.226.

V.

V*As iuſtus, apud Sext. Feſtum Pompeium, idoneus eſt ſponſor.* 8.9
Vadis ſubus conceditur. 4.57.
Vades dantur tam in ciuilibus, quam criminalibus cauſis: contra Laurent. M.343.
Vades in pœnam capitalis ſupplicij ſubierunt. 20.§.9. num.75.
Vades qua ratione fideiuſſores vocentur. 3.41.
Vadimonium, & deſertio vadimonij quid. 3.45.
Vaſſallus ad fideiuſſionem pro domino feudi præſtandam quandoque non coarctatur. 29.18.
*Et ibid.n.*43.44.ab 45.
Vaſſallus cum vitæ diſcrimine etiam in acie ipſa, inter confertiſſimos hoſtes protegere tenetur dominum feudi. 29. 35.
Vaſſallus dominum feudi iniuſtè carceratum, per interpoſitionem fidei ſuæ, liberare tenetur. 29.27.
Vaſſallus feudum abſque domini conſenſu pignori obligare nequit. 7.185.
Vaſſallus feudo non priuatur, niſi expreſſo iure ſit cautum. 29.32.
Vaſſallus fideiuſſione abſtinere non cogitur. 7.191.
*Et ibid.num.*200.
Vaſſallus fideiuſſores à domino recipere recuſans, ſed carceri eum includens feudo priuari poteſt. 6.47.
Vaſſallus non ex omni cauſa feudum perdit, ex qua ipſius opinio grauatur. 29. 42.
Vaſſallus pro domino ære alieno grauato num fideiubere cogatur. 29.16.& multis ſeqq.
Vaſſallus negans feudum ſi conuincatur de mendacio ſtatim priuatur iure feudi. M.n.316.
Vaſſallus reijciens in dominum manus violentas feudo ſpoliatur. C.n.40.
Vaſſallus pro domino feudi fideiubens, habet contra dominum, vel actionem mandati, vel actionum ceſſam. 25.9.
Vaſſallus, quando pro inimico domini feudi fideiubere poſſit. 29.18.& ſeq.
Vaſſallus ſi fideiuſſerit pro domino, non tamen agnatus in feudo ſuccedens, huiuſmodi debitum ſoluere tenetur. 20.§. 10.num 84.
Vaſſallus ſui ipſius nemo eſt. 7.13.

I N D E X.

*Vaſſallus vtile dominium in feudo habet.*7.197.

Vaſſalli abſque domini conſenſu feuda ſua alienare non poſſunt 7.182

*Vaſſalli,& feudatarij, an fideiubere poſſint, prolixè enucleatur ibi. n.*181.*& multis ſeq.*

*Vaſſalli minus honeſti ſunt homines ruſtici, opifices, mercatores, monopolæ, auctiones, ac verſutiſſimi fœneratores.ibid. num.*184.

Vaſſalli non tenentur ſoluere æs alienum domini feudi. 29. 29.

*Vaſſalli ſemper lautius inſtructi eſſe debent, quam priuati.*7.218.

*Vaſſallorum, indiſcreta fideiuſſiones generali aliqua conſtitutione ſunt inhibenda.*7.204.

*Vectigalia in luſtrum locabantur.*5.318.

Vendere ad clepſydram, vel ad candelam quid ſit 6.19.

*Vendita vacha venit vitulus, qui eſt in vtero, & is qui nondum paſcitur herbis. M.*190.

*Vendere aliud, aliud promittere vendere.*3.13.

*Venditio ſemel rite contracta, vt & datio in ſolutam pœnitentiam non admittunt.*20.§.21.*nu.*6.

Venditio ſi dolo malo metuve extorta ſit, & fideiuſſor interueniat, is non tenetur 10 38.

*Venditione prohibita cenſetur etiam prohibitum eius præambulum.*1.108.

*Venditor iure Lubecenſi non poteſt exigere fideiuſſorem, poſt quam emptori rem tradidit, habita fide de pretio, excepto vno caſu.*10.234.

*Venditor præſcribit emptori legem contractus, & creditor debitori.*5.3.

Venditor, qui hoc anno rem licitatam mihi non vult vendere, non poteſt me cogere, vt poſt annum eandem emam. 6.16.

Venditor, qui non tradidit, habita fide de pretio, nec accepto fideiuſſore, non habet amplius regreſſum ad rem, ſeu rei poſſeſſionem, ſed tantum pretium petit. 10. 235.

*Venditor, ſi pro euictione fideiuſſores nullos inuenire queat adigi poteſt, vt pretium reponatur in emptionem bonorum immobilium, quæ emptori in caſum euictionis nihilominus hypothecata maneant.*10.250.

*Venetiarum Dux Imperio Romano ſi ſubtraxit.*7.585.

*Verbum ambiguum in vna parte poſitum declarari debet, ex alio verbo claro in altera parte poſito.*24.92.

*Verbum, obligatio, in l. Marcellus ff. de fideiuſſ. quomodo intelligendum.*5.363.

*Verbum, paratus, quomodo accipiendum.*22.52.*& ſeq.*

Verbum, pollicitus, præſumitur per viam pacti 11.116.

Verbum, promitto, importat ſtipulationem. ibidem num. 114. *& ſeq.*

*Verbum, ſubuenire, non ſemper ſignificat reſtitutionem in integrum.*5.339.

Verbum polyſimon eſt. 10.174.

*Verbum volo, iunctum verbo infinitiui ſignificantis actum de futuro nihil diſponit.*20.§.33.*n.*22.

*Verba, quæ carent omni nota ſpecifica demonſtrationis, parum operantur.*17.42.

*Verba conſueta ſtipulationum quænam ſint remiſſiua.*11.42.

*Verba contractus ſunt forma ipſius.*27.*part.*1.*n.*131.

Verba in dubio intelliguntur ſecundum naturam actus ſuper quo interponuntur, etiam eſſent impropriandа. M. 301.

*Verba in dubio ſemper ſumuntur propriè. S. par.*4.*numero* 71.

*Verba vbi poſſit trahi ad falſum, & non falſum ſit interpretatio, vt non contineant falſum. M.*55.

*Verba impropriantur, vt quis dicatur bonus.ibi.*59.

*Verba quæ poſſunt ſignare iniuriam, & non iniuriam accipiuntur, ita vt non ſignent iniuriam ibi.*57.

*Verbum etiam minimum debet aliquid operari.ibi.*64.

*Verba appoſita in contractibus intelliguntur ſecundum naturam contractus.S.par.*4.*n.*4.

*Verbum in ſuis an verificetur in communibus. S. par.*3.*numer.* 60.

*Verba debent intelligi per prius, non per poſterius.ibi.*33.

*Verbum cenſemus ſigna iudicare. M.*14.

*Verba ſub periculo rerum meatum, tam ad præſentes, quàm ad futuras referuntur. S part.*3.*n.*49.

Verba debent intelligi ſecundum ſubiectam materiam. S.par. 4.*n.*11.

*Verba quandoque impropriantur ſecundum ſubiectam materiam.ibi.n.*15

*Verba contractus habentur pro textu, cui magis credendum, quam gloſſæ.*20.§.10.*n.*40.

Verba cum effectu non verbotenus ſunt accipienda 10.487.

*Verba, ego me vindicabo, quomodo accipienda.*5.188. *Et ibid.num.*189.

Verba eo reſpectu ſunt intelligenda, quo prolata ſunt. 25.237. *Sed limita, vt ibi.n.*238.

Verba in obligationibus, ſiue conuentionibus modo ſunt generaliſſima, modo ſubalterna, modo ſpecialiſſima capite 17. *num.* 40.

Verba ipſo iure, *euidentiam facti ſignificant.*25.104.

*Verba quid propriè denotent.*25.115.

*Verba non ſufficiunt facto vbi opus eſt.*7.38.

*Verba non ſunt Iudaice intelligenda.*10.189.

*Verba oſtendunt, an contractum ſit mandatum, vel ſaltem commendatio facta.*18.10.

Verba priuilegiorum reſpectu tertij, ſunt ſtricti iuris. 10.171. *& ſeq.*

*Verba ſcripta à Notario in inſtrumento contractus præſumuntur verba partium.*7.475. *Et num.*483.*ibid.*

Verba, ſed non ita eſt *correctionem inducunt.*18.39.

Verba ſolennia accipiunt vt dicta, licet non dicantur. 11.112.

*Verba ſpecialiſſima quænam ſint.*17.49.

*Verba ſubalterna quænam ſint.ibi.n.*44.

*Verba ſtipulationis quando ſunt clara, non eſt ab illis recedendum.*10.§.9.*n.*12.

Verba vno tempore duplicem, & quidem contrarium intellectum, & effectum habere non poſſunt. 27.*par.*1.*numero* 88.

Verba, volo pro te fideiubere, *& verba*, volo pro te fideiuſſor eſſe, *quomodo differant.*20.§.33.*n.*21.

*Verba cuius ſint efficacia.*20.§.10.*n.*57.

*Verbalis oblatio non ſufficit, ſed realis requiritur in liquidis minimeque controuerſis.*22.54.

*Verbalis oblatio, ſiue fideiuſſio ſufficit, ſi agatur de euitando pœnam, vel moram, vel aliud damnum.*5.380.

*Verborum concordia ſemper eſt quærenda.*14.93.

*Verborum non tantum, ſed etiam rerum delectus in fideiuſſionis negotio eſt habendus.*10.16.

Verborum potiſſima pars eſt mens, & ſignificatio eorum. 7. 113.

*Verbis non minor, quam rebus eſt antiquitas.*2.3. *Et ibid.n.*9.*ac* 10.

*Verum plus vno eſſe non poteſt.*20.§.12.*n.*4.

*Veri exploratio in arduo eſt ſita.*1.49.

*Veritas conſiſtit in paucis.*20.*in proœm.n.*5

*Veritas quodammodo ignoratur eius, quod multipliciter intelligitur.*14.91.

*Veſtigijs aliorum inſiſtere licet.*30.11.

Vicem rei obtinere, quid importet, & deſignet. 20.§.2.*num.* 23.

*Vicinus locus quis ſit, relinquitur iudicis arbitrio.*14.35.

Vicina ex vicinis colligimus 18.116.

Victoria fideiuſſoris iudicio ſibi prodeſt principali victo. 27. *part.*5.*num.*46.

Vidua

INDEX.

Vidua non vtitur iure retentionis, ſed bonis mariti excedere cogitur, ſi heredes ſiue ſucceſſores feudi ſatiſdationem illi offerant, ſe id, in quo condemnati fuerint, illi ſoluturos. 15.117
Viduitas genus pudicitiæ eſt, ſed Reipub. inutilis. 10.308
Vigilantibus non dormientibus iura ſubueniunt. 27. part. 2. num. 82
Vinculum vbi non exiſtit, ſolutio non eſt neceſſaria. 20. in proœm. nu. 12
Vinculo ſemper diſſolutione opus eſt. ibid. nu. 4
Vincula duo plus ligant, quam vnum. 27. par. 2. n. 41
Vindictam iuridicam non excludit iuramentum de non vindicando carcere. 5.185
Et ibid. num 186. & 187
Violentia in actu apud iudicem non præſumitur. 5.155
Violentos contractus ſeptuaginta Interpretes vocant στραγγαλιὰς βιαίων συναλλαγμάτων ; Item δίκην συγγραφῶν. 19.29
Virtus non in dicendo multa, ſed in dicendo multum eſt ſita. 20. in proœm. num. 6
Vir nobilis bonæ conditionis, & famæ etiamſi aufugiat è carceribus ob id non præſumitur commiſiſſe delicto. 8. part. 3. num. 70
Viſiones quid ſint Iuriſconſultis. 1.57
Vis, dolus, & metus contrariantur fideiuſſioni. 19.15
Vis, & metus conſenſui è diametro contrariantur. ibidem num. 16
Vis, & concuſſio in bene conſtitutis prouinciis, & ciuitatibus raro locum inueniunt. 8.141
Vis maior, & metus vbi adhibentur, perit electio. 19.17
Vim inferens creditor, vnacum iure crediti, etiam fideiuſſoriæ obligationis ius amittit. 20. §. 17. n. 7
Vim inferens fideiuſſor, ad hoc, vt per acceptilationem liberetur, nec ſe, nec reum liberat. 20. § 5. n. 7
Vi metuve ad fideiubendum coactus liberatur. 20. §. 17. n. 1
Ampliatur, nu. 2. 3. 4. & 5. & ibid.
Vita, & fama æquiparantur. 19 154. & ſeq.
Vita, & mors in animatis rebus ſæpenumero tribuitur. 20. §. 10. n. 88. 89
Vitta erum donec homines. 20. §. 9. n. 67
Vitia realia ſunt, quæ poſſeſſionibus inhærent. 27. part. 4. num. 3
Vitia, vbi mores fiunt, ibi locus deſinit eſſe remedio. 50. 47. & ſeq.
Vltima voluntatis nomine quid veniat. 20. §. 1. n. 83
Vltimis in voluntatibus fidem interponere eſt permiſſum. 10. 304
Vniuerſitas legitimè conuocata perſonæ vicem ſuſtinet. 7. 632
Vniuerſitas eſt nomen iuris, & animum non habet, neque intellectum. ibid. num. 631
Vnum non poteſt fieri duo. 6.76
Vnus fideiuſſor idoneus, & locuples ſufficit in ciuilibus. 9.26
Quod tamen fallit, vt ibid num. 27
Vnus fideiuſſor, tanquam idoneus à magiſtratu admiſſus, fideiuſſionem in ſe ſuſcipere poteſt. 9.51
Vnus homo, duarum perſonarum repugnantium, vicem ſuſtinere nequit. 7.17. & n. 18
Vnus pro duobus rectè fideiubet, non pro decem, aut pluribus. 1.27. & 28
Vnum fideiuſſorem dare promittens, non poteſt dare duos, quorum quilibet ſe obligent pro parte dimidia. 9.47
Vnum fideiuſſorem duo debitores dare poſſunt. 9.24
Vocabula pauciora ſunt, quam negotia. 2.30
Vocabulorum ob penuriam genus ſæpe locum ſpeciei ingreditur. 2.31
Vocabulorum vana nomina non tam attendenda quam intentio, & ſenſus partium. 27. part. 1. n. 129
Vocabulorum virtutes ignorantes facile decipiuntur. 24.85
Vocula Germanica, hoc eſt, donec, cuius efficacia. 10 477
Volens facere, non dicitur facere, vel feciſſe. 10.483
Voluntas cernitur in verbis, ſicut facies in ſpeculo. 27. part. 1. num. 132
Voluntas contrahentium eſt lex ipſius contractus. 20. §. 12. num. 31
Voluntas perſonæ in fideiuſſorem nominatæ diligenter exploranda, & cum eâ concludendum, antequam quis eam nominet. 20. §. 33. n. 25
Voluntatis mutatio quadrifariam impeditur. ibid num. 17
Voluntatis mutatio iure Saxonico quoque non admittitur. ibid num 27
Voluntatem eius, qui præſens eſt, & non contradicit, declarat actus poſitiuus. 7.45
Voluntatem mutare tamdiu licet, quamdiu ab altera parte non eſt acceptata. 6.15
Voluptas contemplanda eſt, non veniens, ſed abiens. 1.45
Votum diabolicum Ieſabellis. 19.148
Vrpheda in primis iure Saxonico admittitur. 5 186
Vrpheda per nudam copiam probari poteſt, etiam in Camera Imperiali. ibid. n. 187
Vrpheda aliquando à Cameralibus moderamen præſcriptum. 18.146
Vrpheda ratione, ſi controuerſia oriatur, iudex ſe interponere debet : idq; in Camera Imperiali aliquoties factum 18. 142
Et ibid. n. 144. & 145
Vſusfructus, actiones, obligationes, ſeruitutes, vt multa alia confundi dicuntur. 20. §. 16. n. 6
Vſufructuaria cautio ab hærede rectè remittitur. 5.212
Vſufructuariam cautionem non poteſt teſtator in præiudicium hæredis remittere. 5.209
Et ibid. n. 210. ac 211. pag. ſeq.
Vſumfructum vendens quem habet in tali re licet venditur vſumfructum non habeat teneatur de euictione. 8. part. 3. num. 21
Vſufructuariam cautionem fiſcus non præſtat. 5.213
Vſufructuarius quandoque admittitur ad iuratoriam cautionem. 5.200
Et num. 201. 202. 203. 204. 205. 206. & 207. ibid.
Vſura non eſt, ſi quid creditori à debitore vltra ſortem, vltrò, & ex grato animo detur. 26.146
Vſura vera non eſt, quando fideiuſſor aliquid vltra ſortem, à debitore, ratione periculi, & laborum, quos ſuſtinet, accipit : & quare. ibid. num. 144. & ſeq.
Vſura vſuræ, vnius intereſſe aliud intereſſe, aut acceſſio acceſſionis non datur. 4.52
Vſuræ centeſima de iure Pandectarum in arbitrium tutelæ veniebant. 24.253
Sed hodie ſunt ſemiſſes. ibid. num. 255. 256. & 257
Vſuræ citius currunt, quam Heraclitus. 22. 40
Vſuræ etiam hodie ſoluendæ ſunt à fideiuſſore, non obſtante prohibitione canonica. 24.259 & ſeq.
Vſuræ maiores per ſe ſunt odioſæ. 20. § 37. n. 19
Vſura moderata, & legitima tantum à fideiuſſoribus exigi poſſunt. 24.251
Vſuræ non currunt, ſed ceſſant iudiciis durantibus. 22.39
Ratio ponitur, ibid. n. 41
Vſurarum alia eſt, alia ſortis obligatio. 24.244
Vſurarum anniuerſaria ſolutio præſcriptionem impedit. 20. §. 18. num. 14
Vſurarum exceptione ſe tueri nequit fideiuſſor, ex obligatione emptionis redituum ad reditum annuum ſoluendum conuentus. 24.264
Vſurarum futurarum nomine non cauetur. 10.80
Vſurarum in materia conſuetudo eſt attendenda. 26.98
Vſurarum promiſſarum, & ſortis cõnexa eſt obligatio. 24.139
Vſuras à ſe ſolutas an fideiuſſor repetere poſſit. 26.87

Et ibid.num.89.ac 90
Vſuras de facto coactus ſoluere fideiuſſor, eas repetit. ibid. num.93
Vſuras, fructus, & intereſſe num fideiuſſor praſtare cogatur. 24 216. *& ſeqq. multis.*
Vſuras in futurum accipiens, diſtuliſſe videtur petitionem, & tacitè conueniſſe, interim ſe non petiturum. 22.13
Vſuras pacto, vel ſtipulatione à debitore ab initio promiſſas, quando fideiuſſor ſimpliciter fideiubens ſoluere teneatur. 24.228
Vſuras ſi fideiuſſor medio iuramento promiſerit, earum repetitionem non habet. 26.91
Vſuras ſolutas, fideiuſſores, etiam in concurſu plurium creditorum licitè repetunt, & conſequuntur. 26.97
*Vſuras ſolutas quando fideiuſſor non repetat. ibid.nu.*99
*Vſura etiam nautica eſt prohibita. S. part.*1.*n.*27
*Vſura in mutuo omni iure prohibita. S. part.*1 *n.*9
contra Vſura prolata conſtitutionis omnis vſura, ceſſat ceſſante vſura. M 212
*Vſuris ex mora rei venientibus non eſt obnoxius fideiuſſor, niſi ſe in omnem cauſam obligauerit.*24.246.*& ſeqq.*
Vſuris ſub iiſdem pecunia non in omnibus regionibus fœneratur. 23.4
Vſuraria exceptio intra quod tempus opponi debeat. 28.51
Vſuraria prauitatis obiectio debiti reſtitutionem inhibet. 26.88
Vſurarij contractus exceptio fideiuſſori competit. 27. *par.*4. *num.*53
*Vſurarij fideiuſſor vltra vires hareditarias non tenetur. ibid. num.*55
Vtile mixtum inutili, etiam ipſum inutile, facit vtile. 11.173
Vtile per inutile non vitiatur, quoties vtile ab inutili ſeparari poteſt. 24.68
Vtilitas publica eſt duplex. 1.152
Vtilitatem propriam procurare conceſſum eſt, quamuis per indirectum alteri noceatur. 1.38
Vtiliter ſemel conſtituta durant, licet caſus ille euenerit, à quo initium capere non potuerunt. 20. §.30.*n.*9
Vxor conſtante matrimonio dotem repetere poteſt, quando maritus citra delectum fideiubet. 1.12
Vxor dotem ſuam ſaluam habet, licet mariti bona confiſcentur. 20.§.14.*n.*31
Vxore viri creditori donationis cauſa promittente, neque vir liberatur, neque mulier, vel fideiuſſor eius obligantur. 20.§.12.*num.*3

FINIS.

Digitized by Google

Digitized by Google